





AD CONCILIA
VENETO-LABBEANA
SUPPLEMENTUM.

SANCTORUM CONCILIORUM ET DECRETORUM COLLECTIO NOVA,

SEU

COLLECTIONIS CONCILIORUM

A PP. PHILIPPO LABBEO, & GABRIELE COSSARTIO

Soc. JESU Presbyteris

PRIMUM VULGATÆ,

DEIN EMENDATIORIS, ET AMPLIORIS

OPERA NICOLAI COLETI SACERDOTIS

VENETIIS RECUSÆ

SUPPLEMENTUM,

In quo additamenta, variantes lectiones, emendationes ad Concilia Veneto-Labbeana;

NOVA ITIDEM CONCILIA, AC DECRETA PERMULTA EXHIBENTUR.

Omnia ex editis & M. SS. codicibus undique quæsitis Græcis Latinisque, collegit, digessit, additis que præfationibus, notis, dissertationibus historicis, criticis, chronologicis, dogmaticis illustravit

JOANNES DOMINICUS MANSI

LUCENSIS

Clericus Regularis Congregationis Matris Dei.

TOMUS SECUNDUS

Ab anno MLXXIV. ad annum MCCLXXI.



LUCÆ MDCCXLVIII.

Ex Typographia Josephi Salani, & Vincentii Junctinii.

SUPERIORUM FACULTATE.

SYLLABUS
EORUM QUÆ IN SECUNDO CONCILIORUM TOMO CONTINENTUR.

Sta-

APPENDIX AD CONCILIA PRÆCEDENTIUM SÆCULORUM.

COLLECTORIS AD LECTOREM ADMONITIO.

EX conciliis decursa jam longius editione mea primum repertis, appendicem hic dandam suscepi; cum tamen prolixior illa successerit, quam spatii in calce voluminis hujus relicti modus permittat, portionem ejus ad appendicem sequentis voluminis rejicere coactus sum. Cum præsertim quædam supersint concilia, quorum mihi spem fecit eruditorum amicorum humanitas, quæ dum expecto, typique properantes locum, ubi collocanda essent, transilierint, novam ut moliar appendicem res ipsa postulet. Inter hæc vero concilia, quæ non inaniter spondeo, primas utique tenebit Remense concilium provinciale anni 1250. vel 1252. quod Venetiis dum agerem in M. S. Cod. viri docti, cujus jucunda consuetudine tunc non infrequens fruebar, P. D. Anselmi Costadon Monachi Camaldulensis offendi. Amicum doctissimum P. Angelum Calogiera ejusdem cœnobii Monachum celebrem per literas rogavi, quo ejus apographum mihi impetraret. Ille omnem se operam ea in re collocaturum reposuit; nihil vero desperare de socii benignitate at de codicis iniquitate plurimum se metuere significavit. Si quid igitur utriusque viri singularis industria valuerit, faciam ut in appendice succedentis voluminis lectores suo commodo utantur.



AD ROMANUM CONCILIUM I.

Contra clericos ſimoniacos & incontinentes a Gregorio VII. pontifice anno 1074.

Priori quadrageſimæ hebdomada celebratum,

A D D I T I O.

An. 1074. *CTORUM hujus concilii ſynopſim tantummodo exhibet Labbeus tom. XII. pagin. 547. venet. edit. Acta ipſa intercideruut. Eorumdem actuum fragmentum licuit mihi inveſtigare in Gerhoi Reicherſpergenſis expoſitionibus in Pſalmos, ad Pſalmum X. pag. 157. Continet autem fragmentum iſtud ipſos concilii canones tertium, & quartum, ut ex collatione ſynopſis eorumdem canonum intelligimus.*

Gregorius ſeptimus dicit:

Si qui ſunt presbyteri, vel diaconi, vel ſubdiaconi, qui in crimine fornicationis jaceant, interdicimus eis ex Dei parte omnipotentis, & ſancti Petri authoritate eccleſiæ introitum, uſque dum pœniteant, & emendent. Si qui vero in peccato ſuo perſeverare maluerint, nullus veſtrum eorum audire præſumat officium: quia benedictio eorum vertitur in C maledictionem, & oratio in peccatum, Domino teſtante per Prophetam: Maledicam, *inquit*, benedictionibus veſtris. Qui vero huic ſaluberrimo præcepto obedire noluerint, idololatriæ peccatum incurrunt, Samuele teſte, & beato Gregorio inſtruente: Peccatum ariolandi eſt non obedire, & ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. Peccatum igitur paganitatis incurrit quiſquis dum chriſtianum ſe aſſerit, ſedi apoſtolicæ obedire contemnit.

Cum vero ſecundum ea, quæ concilii hujus Patres definierant de cœlibatu ſacrorum miniſtrorum, de ſimonia extirpanda literæ datæ ſint ad omnes per ordinem epiſcopos; & ex Lamberto conſtet quid in re hac ardua agendum ſibi cenſuerit Sigefridus archiepiſcopus Moguntinus, juvat ejus hac de re literas ad Gregorium papam ſcriptas dare tamquam ad res concilii hujus appendices. Servavit vero illas Udalricus in Codice num. CXXXII.

EPISTOLA SIGEFRIDI MOGUNTINI ARCHIEPISCOPI AD GREGORIUM PAPAM.

Eccard. t. II. pag. 129. DOmino venerabili, & patri in Chriſto amabili Gregorio primæ ſedis antiſtiti D S. Moguntinus, id, quod eſt gratia Dei, debitæ obedientiæ ſubjectionem, & ſedulam obſequii devotionem. Quid cauſæ intercedat, & quid impedimenti intercipiat, quod ſacro huic ſanctæ apoſtolicæ ſedis concilio intereſſe non poſſum, ſicut jam priori legatione ſignificavi, ita & nunc ſanctæ paternitati veſtræ ex ipſa veritate denuncio, videlicet quod eodem paraliſis morbo, quo tunc laborabam, non quidem remiſſius, ſed in dies auctius, acriuſque laboro. Non hoc præmitto aut faſtu ſuperbiæ, aut contemptu inobedientiæ, quem animæ morbum divina miſeratio longe faciat a me. Non enim cujuſlibet negotii quam-

quamlibet maximi me retinere posset impedimentum, cum me ad vos non sola ducit voluntas, sed & ardens trahit desiderium. Mea namque interat, & hæc obedientiæ ratio & caritatis ordo poscebat, ut huic consortio sanctorum interessem, & de præsentia, vel allocutione, atque de salutifera collatione divini patris mei Gregorii, & Christi sacerdotum hilarescens, in melius proficerem. Non pœnitendum esset longæ viæ, & magni laboris, quippe inde proveniret fructus magnæ salutis. Maximas autem grates cum humili inclinio vestræ refero sanctitati, quod legationi nostræ tam clementer aurem inclinastis, ipsosque legatos bene admisistis, & melius dimisistis, quodque placuit vestræ sanctitati antiquæ dilectionis, & germanæ affectionis nostræ tam benigne reminisci, nec in summa speculationis arce, & in ipsa omnium ecclesiarum solicitudine duxistis prætereundum, quod olim adhuc in ipsa privata conversatione Christi inter nos fuerat caritate conjunctum. Primum multiplices erga me benignitatis vestræ gratias nulla temporum longinquitate deleri, nulla unquam rerum, vel eventuum inæqualitate poterit obliterari; sed ad hoc remedium nostra sedulo vigilabit industria, ut in hac perseverare vestra dignetur benevolentia. Quod autem in commonitorio vestro posuistis, me vestræ paternitati secretorum imo salutis meæ commisisse consilium, quod alia quædam, & correctionis limam addidistis ad castigationem vitæ & morum; hoc semper feci & semper faciam, nec ab hoc opere unquam vita comite desistam, & quod ibi cautum est, cautissime cavebo, & quod ibi præceptum est, prout vires dederit Deus, pleniter adimplebo. Et si aliter de me alicujus adversantis vobis suggeret relatio, noverit sanctitas vestra, quod unitatem scindere & caritatem corrumpere suo mendacio conetur, nisi forte hoc accuset quod aliquando illud, quo me castigo, frenum disciplinæ aliquantum laxare consilio fratrum compellor causa medicinæ. Porro quod de examinandis Episcopis, quos mihi nominastis, & introitum eorum & conversationem diligentissime inquirere, & per nuncios nostros vobis insinuari mandastis, perpendat vigilans ille oculus sapientiæ vestræ, quod a reditu legatorum nostrorum usque ad hanc iteratam legationem, non tantum erat temporis interstitium, ut vel fratres colligere vel examinationis etiam possem habere judicium, non aliud super hac re adhuc vobis de his intimare valeo, quam quod vel vos scitis vel communis habet opinio. Verum literas vestras illis quantotius direxi, & ut mandatum vestrum impleant, etiam nostris literis diligenter submonui. De pœnitentia autem Strasburgensis Episcopi nihil certi possumus vobis respondere, quod nec, si ei injuncta esset, antehac scivi, nec, si eam observet, propter temporis compendium inquirere potui. De castitate vero clericorum & de simoniaca hæresi, ad summam de omnibus, quam mihi mandastis, semper, prout ipse adjuverit, obediam Deo & vobis. Erit autem apostolicæ mansuetudinis & paternæ dilectionis, si ad fratres mandata dirigere ecclesiastica, ut & temporum opportunitates & singulorum possibilitatem dignemini inspicere, ut & deviantibus & discolis adhibeatur disciplina quæ debetur, & infirmis & opus habentibus medico compassio caritatis non negetur, sæpeque examinatis negotiorum causis adhibeatur judicii censura, ut apostolicæ discretionis & paternæ pietatis modum non excedat justitiæ mensura. Sacrum apostolatum vestrum pro nobis orantem Samarites ille custodiat, qui in custodiendo suum Israel non dormit neque dormitat, & divisiones gratiarum, quas in clave Petri adunavit, ipse in vobis unitas integrasque conservet, qui ipsam clavem vobis commisit.

EJUSDEM AD EUMDEM.

SPecialis reverentiæ patri Gregorio primæ sedis antistiti S. Moguntinus id quod est Dei gratia, quod patri filius, quod prælato subjectus. Adhibito desidiæ pastorum & negligentiæ sacræ exhortationis & ammonitionis incitamento, vigilantia pastoralis officii vestri, mi reverende pater, nos quia de somno excitavit, & ut opus evangelii, ad quod servi patris familias deputati sumus, indesinenter curemus implere, quam studiose incitat, tam religiose invitat. Sacra namque est pia sollicitudo providi pastoris, beata & renumerabilis executio hujus divini operis, sed heu multum reclamat rerum vertigo, & iniquitas temporis. At vero si dies mali sunt, tamen ammonita vestra vigilanti cautela tempus redimendum est, ne si propter auræ intemperiem vineam Domini culturare desistat, de negligentia condemnetur quilibet inutilis operarius, & si tempestas hodie ingruit quæ nos ab opere repellat, cras cœlitus reddita serenitate studium nimirum in id ipsum recurrat. Itaque indixit auctoritas vestræ sanctæ paternitatis, ut statuta die collectis fratribus ex apostolicæ legationis mandato Concilium debeamus celebrare, & quicquid in provincia aut in regno nostro vel per simoniacam hæresin vel quomodocunque contra regulam ecclesiasticæ rectitudinis perperam gestum aut male usurpatum vel temere præsumptum occurrerit judicio fratrum recidere non differamus falce justitiæ. Quod præcipitis mihi, pater, æquum est & justum, & hoc per provincias bis in anno fieri mandant decreta sacrorum canonum; sed ad quod decretorum auctoritas & vestra paternitas impellit, ad hoc & rerum inæqualitas & hujus maligni temporis importunitas nos longe repellit. Denique auditum credimus vestræ paternitati, quantus in regno nostro motus, quanta sit perturbatio, quam periculose bella grassantur & seditiones, sicut audivimus in evangelico. Auditum, inquam, credimus vobis de bello, quod a Domino nostro rege factum est contra Saxones & Thuringos, & quomodo dextra Domini prostraverit & fugaverit rebelles & impios, & tamen adhuc in eadem obstinatione perdurant etiam victi, & iterum perfidiæ caput levant, ac totius regni gladios contra se acuentes iterum recidua bella parant. Unum timemus, quod pro peccato populi de vagina sua eductus sit gladius Domini, & tamen

ANNO CHRISTI 1074.

men per nostram aliorumque sanctorum propicietur intercessionem, forsitan desæviet usque ad internuntionem. Soluto namque pacis vinculo & rupto disciplinæ freno, gens insurgit contra gentem de terminis regni, Hostilis gladius exterminavit concordiam & pacem, & ita obmutescentibus evangelii tubis, nec præco clamoris vocem, nec populus habet audiendi aurem. Hostili præda & pervasione magna ex parte disperit res & reditus Episcopi nostri, & hoc idem patiuntur plurimi fratres nostri, neque hæc rerum angustia eos patitur venire ad concilium. Huc accedit, quod plures coepiscopi nostri, qui ad concilium vocati sunt, non sunt in gratia principis, nec usquam audent progredi sine dispendio salutis suæ. Et si consideremus eos episcopos, qui accusantur, & eos qui adesse non audent, si concilium congregetur, vix inveniuntur, qui judicent. Accedit hic etiam ad cumulum nostri timoris & exaggerat vim nostri doloris, quod si de diversis imo adversis regionibus ad Concilium convocentur, qui ad invicem inimicantur, dum putamus nos colligere ad concilium fratres, paratas habeamus acies ad bellum: & dum corrigendis erroribus & sopiendis querelis in unam tendimus pacis ecclesiasticæ communionem, forsitan, nisi Deus prospiciat, conventus noster turbabitur usque ad internecionem. Recordetur autem sanctitas vestra, quod propter wultensem abbatem aliquando contigerit Goslariæ, quot boni milites in ipsa vespera Pentecostes gladio peremti sunt intra septa ecclesiæ, perfusa sunt altaria sanguine interfectorum, & instigante diabolo totum profanatum est sanctuarium. Et tunc certe omnes convenerant ad curiam sub specie pacis, nisi quod inter eos latebat quædam simultas, quasi doloso cineri suppositus ignis. Et quid credimus futurum, si illi, qui aperte inimicantur, congregentur in unum. Pro his & pro hujusmodi fratres nostri, qui sunt sanioris sententiæ, dicunt sibi bonum videri, ut adhuc Concilium differatur, donec videamus, si quomodo reddita pace Dominus propitietur. Nos autem omnibus consiliis & conciliis vestram præferimus sententiam, id quod nobis indieitis nullo modo propter vestram obmittemus conscientiam. Unde statim post regiam expeditionem multa cum festinantia nostram vobis dirigemus legationem, nec ad hoc intemperiem consideramus anni, ut advertatis, quanti nobis constet auctoritas præcepti vestri. Ergo sapientia vestra, quæ in se ipsa cuncta metitur, retractet, quis hujus perturbationis provenire posset eventus; & pericula, quæ timemus, consilio & oratione præveniens disponat in melius, & quicquid dictante Spiritu sancto super hujusmodi fieri decernitis, nobis de oraculo sacri pectoris vestri respondere velitis. Quod si probatis, propter pericula, quæ timemus, ad præsens indictum concilium differatur, & quidnam vobis placuerit, & opportunitas evenerit, celebretur in id ipsum.

CONCILIUM ROMANUM II.

Anno 1074. circa Festum S. Andreæ habitum.

A. 1074. Quamvis multa dicta sunt a Collectoribus de Conciliis sub Gregorio VII. habitis, nemo tamen hucusque commemoravit concilium secundum anni 1074. circa festum S. Andreæ habitum, de quo Gregorius ipse in epistola ad Cunipertum Taurinensem episcopum Regist. lib. II. epist. XXXIII. his verbis: *Vocatus ad Synodum, quam circa festivitatem S. Andreæ celebravimus, venire contempsisti.* Data est epistola *II. id. Decembr. indict.* XIII. Ibi forte agitata est causa de connubio Azonis cum Mathilde, celebri Tusciæ comitissa quarto propinquitatis gradu sibi conjuncta, qua de re in Epist. XXXV. lib. II. & epist. XXXVI. *ibid.*

CONCILIUM PARISIENSE

In causa presbyterorum conjugatorum

Anno circiter 1074. tempore Gregorii VII. celebratum.

A. 1074. *Ex actis S. Galterii Abbatis Pontisaræ a Monacho ejus discipulo conscriptis Bolland. ad diem VIII. Aprilis cap. 2.*

Parisiis congregato concilio omnes fere tam episcopi, quam abbates, & clerici censerent domni apostolici sanctæ memoriæ Hildebrandi jussioni non esse parendum, dicentes, falsoque asseverantes, importabilia ejus esse præcepta, ideoque irrationabilia, coram omni multitudine dixit: *Constat vos indecentem, & ab omnibus refutandam definire velle sententiam: juste enim, ut ait B. Gregorius, an injuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is, qui subest, & causis injustis forsitan ligatur, ipsam obligationis suæ pœnam ex alia culpa mereatur. Nec debet quisquam pastoris sui judicium temere reprehendere; ne etsi injuste forsitan ligatus est, ex ipsa tumidæ reprehensionis superbia, culpa, quæ non erat, fiat.* His dictis, vehementer ira succensi qui aderant adversus Dei famulum, mancipia regis suo sceleri conjungentes, exclamantesque omnes in una conspiratione consurgunt, ipsum de concilio rapiunt, trahunt, impingunt, colaphizant, conspuunt, multisque contumeliis affectum, ad domum regis perducunt. Sed vir Dei viriliter hæc pro Dei amore sustinens, immobilis perstitit, mortemque minantibus hilari voce respondit: Malo mortem pro veri-

ANNO CHRISTI 1075.

ritate sustinere, quam falsitati turpiter cedere. O quantis votis, quibus precibus tuam, Domine Deus, magnificentiam exoravit, quatenus sanctorum martyrum tuorum sociaretur numero, quibus jam sociatus erat meritis. Bonum erat ei, Domine, hujus lutei vasis deponere sarcinam, ut perpetuam possit adipisci coronam. Verumtamen, Domine, adhuc famulum tuum, ecclesiæ tuæ profutu- A rum, reservare disponebas; ideoque coronam tantis votis exoptatam differebas. Quorumdam igitur optimatum, qui eum prius noverant, & dilexerant, virtute vir Dei de loco, in quo custodiebatur, eripitur, & ecclesiæ suæ cum honore redditur. Longum est enarrare per singula, quæ & quanta pro veritate sustinuerit pericula, quæ verborum, convitiorumque venenata toleraverit jacula.

ADNOTATIO COLLECTORIS.

Ad hoc concilium ita olim ego adnotavi in meis ad Pagium adnotationibus ad annum 1074. 4.

Constitutionem in hoc concilio (Romano) latam de non auscultanda missa sacerdotum concubinariorum turbas excivit non in Germania tantummodo, sed & apud Gallos, qui Parisiis in concilium coeuntes ea in re pontifici parendum non esse, quod difficilia juberet, statuerunt. Meminit concilii hujus uterque vetustus author vitæ S. Galterii Abbatis S. Martini juxta Pontisaram, qui addit S. Abbatem restitisse episcopis illis, pontificiamque constitutionem strenue defendisse. Porro concilium istud P. Harduinus in sua collectione idem ipsum censet Parisiense concilium habitum anno 1091. vel 92. cujus mentio superest in diplomate Philippi regis a P. Labbeo recitato. Sed præterquamquod diploma illud suspectum est PP. Bollandianis in B Propyl. ad Tom. I. Aprilis num. 66. vix credo Gallicanos episcopos tamdiu distulisse admittere, vel rejicere sanctionem pontificiam habitam anno 1074. Rationi igitur potius consonum arbitror, hoc ipso anno, quo Romæ prodiit Gregorii constitutio, in concilio Parisiensi eodem tempore celebrato, de illa deliberatum fuisse. Quod autem constitutio hæc potissimum displicuerit Gallicanis PP. licet non satis perspicue explicat author coævus in vita ejusdem Sancti; id tamen supplet alius vetustus author ejusdem vitæ, qui asserit dissidii hujus argumentum fuisse *mandatum Hildebranni de non audienda Missa presbyteri habentis concubinam.* Vide utramque vitam apud Bollandistas ad diem 8. Aprilis. Concilium istud diligentiam collectorum adhuc desiderat.

SANCTONENSE CONCILIUM

In quo fundatio abbatiæ S. Stephani de vallibus confirmatur

Anno 1075. *habitum.*
Ex autographo in tabular. S. Stephani Sancton.

A. 1075. Quoniam omnes apud orthodoxos divinæ legis auctoritate sancitum, ratum, immo etiam inconvulsum tenetur, tenendumque judicatur, fluxa scilicet, atque momentanea ut immobilibus, nec non sempiternis mutentur, Petrus Gamnonis filius, Arnaldusque frater ejus humiles atque indigni servi servorum Dei, destinaverunt locum de Valle in Stephani protomartyris honore. Petro autem viam carnis universaliter ingresso, Arnaldus cum de patrimonii, tum etiam C de possessione sui beneficii omnifariam adhibito assensu Ducis Aquitaniæ Gaufridi scilicet, nec non Goderanni episcopi, aliorumque Xantonicæ principum, abbatiam condidit, abbatemque abbatiæ præfecit: quo facto, ut suum hoc institutum nullatenus posset duci in irritum, urbem Xanctonicam adiit sub tempore synodi generalis, ibique circumcirca astantibus episcopo Bosone, Eleazaro, & Goscelino archidiaconis, cæterisque auctoritatis magnæ viris, concessit, confirmavit, confirmarique ab omnibus obtinuit, ut neque ille ipse, nec quisquam sua de progenie prædictam abbatiam subjugaret alicui ecclesiæ, sed libera & ab omni jugo hujusmodi D servitutis permaneret sine his: quidquid vero & ipse fundator, & quilibet religiosi contulerunt supranominatæ abbatiæ, idem episcopus concessit benigne, & in posterum spopondit se concessurum absque ulla retractatione, immo protecturum officiosissime. Quid plura, ne quis ore temerario tale viri profanaret institutum, volens ac devotus instituit subditam fore præsuli Xanctonensium in his tantum quæ sunt ad dominium: si quis autem de prædicti fundatoris prosapia ævo venienti agere tentaverit, istud contra decretum S. synodus Xanctonensis ejusdem viri impulsa precibus decrevit perpetui anathematis spiculo infodiendum, atque a liminibus nostræ matris ecclesiæ arcendum ac sequestrandum. Facta autem est & firmata hæc charta MLXXV. anno ab Incarnatione Domini, regnante Philippo rege Francorum, & Gaufrido Duce Aquitanensium, & Bosone episcopo Xantonensi. Signum archiepiscopi Burdegalensis Goscelini, S. Guillelmi Engolismensis episcopi, S. Bosonis episcopi, S. Guillelmi Petragoricorum episcopi, S. Arnaldi Gamnonis, S. Eleazari archidiaconi, S. Gaufridi Aquitaniæ, S. Gaufridi Mauritaniæ, S. Eliæ Didoniæ, S. Odonis abbatis, S. Johannis, S. Seguini abbatis Sengolismæ, S. Goscelini abbatis, S. Stephani de Bachac, S. Arnaudi militis, S. Hugonis de Leziniaco, S. Geraudi de Ranco, S. Audeberti comitis de Marcha.

TOLOSANUM CONCILIUM

In quo Frotardus Albiensis episcopus de simonia damnatur,

Ab Hugone A. S. L. anno 1075. celebratum.

An. 1075. FRotardus quidam Albiensem cathedram simoniacè ascenderat, cujus rei causa dies illi dicta est ad Tolosanum concilium, quod Hugo Diensis episcopus apostolicæ sedis legatus celebravit, convictusque excommunicationis, & suspensionis ab officio sententiam retulit. Constat id ex notitia ecclesiæ de Viancio apud Baluzium Miscellan. tom. V. pag. 432. his verbis: *Tandem ab Hugone Lugdunensi episcopo, tunc Romanæ sedis legato commonitus est, & evocatus Tolosam, celebrato ibi concilio, & nec agere ipse per se, nec acturum etiam procuratorem mittere curavit. Unde comprobato certissime quod esset simoniacus, præscriptus Hugo Lugdunensis pontificale ei officium interdixit, & excommunicavit eum in concilio illo.* Quo habita est synodus illa, annus elucet ex iis, quæ inferius in eadem relatione leguntur; ibi enim pag. 416. habes: *Pontium Stephani Ruthenensem episcopum, qui Tolosæ in eo concilio, in quo Frotardus fuerat excommunicatus, episcopalem susceperat consecrationem &c.* In tabulis ecclesiæ Ruthenensis Pontii hujus mentio ab anno 1075. incipit testibus Sammarthanis. Hic ergo annus concilio non incongrue statueretur.

Hæc olim scripseram, cum novam editionem Galliæ Christianæ nondum mihi consulere contigisset; qua potitus concilium hoc Tolosanum Frotardo iniquum, & Pontio Ruthenensi secundum cum anno 1079. circiter componendum tandem agnovi; nam Pontii exordium eidem illi anno alligandum esse ex tabulis Ruthenensibus demonstrant doctissimi ejus operis editores.

AD VVORMATIENSE CONCILIABULUM,

In quo Gregorius amovendus judicatus est

Anno 1076. tempore Quadragesimæ celebratum

A D D I T I O.

An. 1076. P*Ræter ea, quæ de concilio isto scribunt Lambertus, & Hugo Flaviacensis, quorum verba dedit Labbeus; hæc pariter addere juvat ex Annalista Saxone Eccardi ad An.* 1076.

Concilium habitum est apud Wormaciam præsente rege Heinrico, qui Heinricus correptiones domini Apostolici dedignatus cum suis deceptoribus singulis vel binis consilium iniit, qualiter vicem redderet contumeliæ, quod eum Romanus pontifex minatus sit excommunicandum, cum id priscis temporibus foret inauditum. Unde factum est ut Wormaciæ concilio episcoporum habito, omnes pene Teutonici regni, præter paucos de Saxonia, pontifices papam Hildebrandum Gregorium abdicarent, mittentes epistolam ad illum post multas culpationes in illum conjectas ita conclusam: *quia ergo & introitus tuus tantis perjuriis initiatus, & ecclesia Dei tam gravi tempestate per abusionem tuarum novitatum periclitatur, & vitam conversationemque tuam tam multiplici infamia dehonestasti, obedientiam, quam tibi nullam promisimus, nec de cetero ullam servaturos, renuntiamus, & quia nemo nostrum, ut tu publice declamasti, tibi hactenus fuit episcopus, tu quoque nulli nostrum eris apostolicus.* Rex vero ne ullus eorum posset id postmodum negare, fecit unumquemque eorum propria manu nomine suo prænotato cartis singulis inscribere abdicationem in Hildebrandum hoc modo. *Ego N. Civitatis N. episcopus Hildebrando subjectionem, & obedientiam ex hac hora, & deinceps interdico, & eum Apostolicum nec habebo, nec vocabo.* Sciendum vero, quod pauci episcoporum hæc fecerunt ex animo, qui & ipsi auctores fuere consilio, plures vero mortis timore tunc subscripserunt. Sed cum primum data est opportunitas, Apostolico supplices confessionis literas direxerunt, reos se profitentes, sed excusationem necessitatis obtendentes.

LITERÆ HENRICI,

Quibus episcopos invitat ad conciliabulum hoc VVormatiense.
Servantur nobis ab Udalrico Bambergensi in suo Cod. ex quo hic dandas censeo ut de conventu hoc schismaticorum plenius erudiamur.

Udalricus in Cod. n. CXLIV. H. Dei gratia rex A gratiam salutem & dilectionem. In maximis negotiis, maximis maximorum opus est consiliis, qui & facultatem habeant exterius & voluntate non careant interius, ut rei, cui bene cupiunt, bene consulere, & velint & possint, quod in cujuslibet rei profectu nec facultas sine voluntate, nec voluntas sine facultate pro-

ANNO CHRISTI 1076. proderit. Quod utrumque tu fideliſſime, ut arbitramur æqualiter poſſides, vel ut verius dicamus licet maximo tibi maxima non deſit voluntas, major tamen adhuc maxima facultate, ſi bene te novimus, ſi fidem tuam diligenter notavimus, in noſtram & regni utilitatem exuberat voluntas. De præteritis itaque fideliter exhibitis in futuris creſcit ſpes de fidelibus exhibendis. Tuæ autem dilectioni committimus, ne ſpe noſtra minor ſit fides tua, quod de nullius regni principum fidelitate, quam tua ſperamus majora, ſicut hactenus non modo in præteritarum rerum promiſſione tua gaviſi ſumus. Adſit igitur hoc in tempore opportuno tua cum facultate voluntas, quod non modo noſtra, verum etiam omnium coepiſcoporum tuorum fratrum in unum, & totius oppreſſæ eccleſiæ exoptat neceſſitas. Non enim hanc oppreſſionem ignoras, tantum vide ne oppreſſæ eccleſiæ ſolatium ſubtrahas, ſed regno & ſacerdotio condoleas. Quo utroque ſicut uſque eccleſia eſt exaltata, ita nunc humiliatur heu utroque viduata. Nam unus dum utrumque ſibi vendicavit, utrumque diſſipavit. Nec in uno profuit, qui in neutro prodeſſe voluit nec potuit. Et ne diutius notati nomine te ſuſpendamus, accipe quod dicimus, Hildebrandum ſcilicet monachum habitu quidem Dominum apoſtolicum, nec paſtoris cura, ſed invaſoris violentia apoſtolicæ ſedi præſidentem, & de ſede pacis catholicæ pacis unicæ vinculum diſſipantem ut tibimetipſi in promptu eſt ſcire. Ut tamen de pluribus pauca referamus, regnum & ſacerdotium Deo neſciente ſibi uſurpavit, in quo piam Dei ordinationem contempſit, quæ non in uno, ſed in duobus duo & regnum & ſacerdotium principaliter conſiſtere voluit, ſicut ipſe ſalvator in paſſione ſua de duorum gladiorum ſufficientia typice intelligi innuit, cui cum diceretur: Domine ecce duo gladii hic, reſpondit ſat eſt, ſignificans hac ſufficiente dualitate ſpiritualem & carnalem gladium in eccleſia eſſe gerendum, quibus omne nocivum foret amputandum, videlicet ſacerdotali ad obedientiam regis poſt Dominum, regali vero gladio ad expugnandos inimicos exterius, ad obedientiam interius, omnes homines fore docens conſtringendos, ut ita de alio in alium caritate intenderetur, dum nec ſacerdotii regnum, nec ſacerdotium regni honore privaretur. Hanc Dei ordinationem qualiter Hildebrandica inſania confuderit, tu ipſe noſti. Nam nullum ejus judicio licet eſſe ſacerdotem, niſi qui hoc a faſtu ſuo emendicaverit; me quoque quem Deus in regnum, non autem ad ſacerdotium illum vocavit, quod me de Deo non de ipſo regnare velle vidit, quod ipſe me regem non conſtituit, regno me privare ſtuduit, minitans regnum & animam ſe mihi tollere, quorum neutrum illi Deus conceſſit. Hæc enim his ſimilia, cum ſæpius in noſtram, ut ipſe noſti, contumeliam ſtruxerit, non tamen adhuc ſufficere credit, quoniam de die in diem nova & inexquiſita confuſionis genera nobis ingerat, ut in noſtris nunciis argumenta dedit. Nam carta exponere non ſufficit, qualiter eoſdem nuncios tractaverit, quam indignis modis eos affecerit, quam crudeliter eos incarceraverit, & incarceratos nuditate, frigore, fame, ſiti & plagis contriverit, ſicque demum martyrum exemplo per medium civitatis circumductos, omnibus ſpectaculum præbere juſſit, ita ut eumdem cum Decio tyranno inſanire, & ſanctos afſare credas & dicas. Unde ne pigeat dilectiſſime, ne pigeat omnium noſtrorum ſcilicet & meæ & coepiſcoporum tuorum petitioni ſatisfacere, ut in Pentecoſten Wormatiam venias, & ibi plura, quorum pauca docet cartula cum cæteris principibus audias, & quid agendum ſit doceas, rogatus per dilectionem coepiſcoporum, & monitus per eccleſiæ utilitatem, obligatus per vitæ noſtræ & regni totius honorem. ANNO CHRISTI 1076.

EJUSDEM AD GERMANOS

De eodem argumento.

H. Dei gratia rex archiepiſcopis, epiſcopis, marchionibus, comitibus, & cujuſcumque dignitatis ordinis bonis ſuæ voluntatis glorioſam dignationem. Quia manſuetudini noſtræ contra ſedem apoſtolicam, ejuſque venerandum præſulem Dominum Gregorium papam ab aliquibus ſubreptum eſſe fidelium noſtrorum ſuggeſtione recognovimus. Placuit nobis priorem ſententiam ſalubri conſilio mutare, & more anteceſſorum noſtrorum progenitorumque eidem ſacroſanctæ ſedi, & qui ei præeſſe dinoſcitur Domino Gregorio papæ per omnia debitam ſervare obedientiam, & ſi quid in eum gravius præſumptum eſt, competenti ſatisfactione componere. Volumus autem, ut & vos ſerenitatis noſtræ exemplo admoniti, ſolemnem beato Petro ejuſque vicario ſatisfactionem exhibere non dubitetis, & quicumque ejus banno ſe adſtrictos intelligunt, ab ipſo videlicet domino papa Gregorio ſolemniter abſolvi elaborent.

SALONITANUM CONCILIUM I.

Anno 1075. circiter habitum.

An. 1075. Archidiac. Spalat. in Chron. apud Ughel in Sipontin. tom. VIII. pag. 823.

ALexander Papa de hac luce migravit, cui ſubſtitutus eſt D. Gregorius VII. Hic ergo miſit Legatum ad partes Dalmatiæ venerabilem virum Gerardum Archiepiſcopum Sipontinum, qui Spalatum accedens, cum magno gaudio, & honore a Laurentio Archiepiſcopo ſuſceptus eſt: miſit ergo, & convocavit ſuffraganeos Salonitanæ Metropo-

ANNO CHRISTI 1075.

polis universos, qui cum venissent, Provincialem Synodum apud Salonam debita maturitate celebravit: interfuerunt autem isti Suffraganei Ecclesiæ Spalatinæ, primo Laurentius Archiepiscopus, secundus post eum Stephanus Episcopus Jaden. Joannes Traguriën. Forminus Nonen. Gregorius Arben. Theodosius Belgraden. Gregonus Croaten; & alii quidam. In hac synodo restauratus est Episcopatus Nonensis, cujus Episcopus Gregorius multas olim molestias Joannem Spalatensem Archiepiscopum sustinere fecit, debitam ei subtrahendo obedientiam, & sibi jus Metropoliticum indebite vendicando. Interea Venerabilis Gerardus Legatus Spalati positus invenit ibi supermemoratum Ulfum Presbyterum, cui Golfaneus agnomen erat, ab annis jam duodecim Papali jussu gravissimis compedibus alligatum propter schismatis nefarium scelus, quod cum Renda exercuerat in regionibus Dalmatiæ, atque Croatiæ. Hunc ergo fecit absolvi dicens, quia D. Alexander felicis memoriæ universos suo jussu incarceratos absolvit. Prius autem fecit eum super Evangelium, & super Corpus beati Domini subire corporaliter juramentum, ut in abjuratam hæresim numquam relabi deberet, & de his partibus egrediens numquam redire, sed cum eo Romam adiens Apostolico se conspectui permitteret exhiberi.

SPALATINUM CONCILIUM

In quo cella quædam abbati S. Chrysogoni restituitur

A Girardo archiepiscopo Sipontino A. S. L.

Anno 1075. habitum.

An. 1075. Ex Ughel. Ital. Sac. t. VII. pag. 82. nov. edit.

IN anno MLXXV. ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, mense novembris, & tempestate qua Comes amicus Regem Croatiæ cœpit. Ego Girardus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Apocrisarius, Sipontinæque Ecclesiæ Gratia Dei Archipræsul missus a Domino Gregorio papa partes istas statui sanctam Synodum Spalatina urbe sedens in universo cum cœtu firmans vera, execrans illicita, respuens falsa. Tum in hora Petrus V. Abbas Sancti Chrysogoni conquestus est de cella Sancti Joannis, quæ vulgo Tilagus nominatur. quod suus Episcopus, videlicet Stephanus illam sibi abstulerat, unde Abbas nobis Chartulam porrexit in qua invenimus, quod Co[illegible] a, qui olim supra dictam Cellam sua sponte donarat post suggerente sibi inimico studebat auferre.

Hoc gestum est tempore Acuzonis Legati D. Nicolai papæ. Sed dictus Apocrisarius videns hoc arte diabolica machinari, audax, ut scriptura testatur, Justus confidit, ut Leo: investivit Abbatem per Baculum, quem gestabat manu eodem Priore concedente cum suo populo, & insuper æternas maledictiones futuris usurpatoribus dedit. Ego autem videns sibi juste fieri & omne Concilium mecum rursum præcipimus suo Præsuli investire Abbatem suo illo cænobio per pedum, quod manu portabat, contradicentibus autem nostra verba hæc & auferre volentibus post noxia verba illius missi prioris collaudamus, & nostra insuper ponimus. Laurentius Archipræsul collaudat, & roborat. Joannes Traugurinus Episcopus collaudavit, Prementius Captilanus Episcopus collaudavit, & omnis synodus collaudat, & roborat.

AD CONCILIUM APUD COENOBIUM S. MAXENTII IN PICTONIBUS

Pro dissolvendo conjugio quodam incesto

Ab Amato Ellorensi A. S. L. & Gosselino Burdegalensi archiepiscopo, Anno 1075. die VII. Kal. julii celebratum

ADDITIO.

An. 1075.

CONcilii hujus nomen ita legitur apud collectores, ut nihil ultra de illo tetigerint. Mihi vero probabilissimum est idem esse concilium in monasterio diœcesis Pictaviensis celebratum, cujus habendi causa, & quid in eo acciderit exponit Gregorius VII. papa in epistola II. lib. II. regest. his verbis: *Postea vero eodem legato nostro Amato episcopo Ellorensi, & magistro tuo videlicet Gozelino archiepiscopo Burdigalensi una cum cæteris religiosis viris pro faciendo divortio Guillelmi Pictaviensis comitis & propinquæ suæ, quam pro uxore tenebat, his, inquam, sub apostolica obedientia pro negotio tam gravi, tam christianæ religioni necessario congregatis conventum illorum per tuos milites perturbasti, quippe qui perruptis monasterii claustris & foribus in consessum irruentes archiepiscopum & legatum nostrum multa turpitudine dehonestaverunt, reliquos vero minis, conviciis, & verberibus, multisque contumeliis afflixerunt &c.* Hæc scribit pontifex ad Isambertum Pictavensem episcopum, cujus epistola data est Tiburi IV. idus septembris indictione incipiente XIII. idest anno 1074. Aliud est concilium istud ab eo, quo Giraudus A. S. L. præsidens anno 1076. idibus januarii Berengarium damnavit, de quo vide Labbeum to. XII.

ANNO CHRISTI 1076.

XII. pag. 585. edit. Venet. quamquam vero nostram hanc synodum Labbeus cum anno 1075. componit, ad superiorem tamen 1074. referendam, docente epistola Gregorii, discimus.

ANNO CHRISTI 1076.

AD CONCILIUM ROMANUM

Anno 1076. habitum

ADDITIO.

A. 1076. Scitum est, Romani hujus concilii habendi causam præbuisse impudentiam Henrici Germaniæ regis, quo agente conciliabulum Wormatiæ coactum eo devenerat audaciæ, ut Gregorium e pontificali sede dejiceret. Cujus definitionis authoritate fretus Henricus literas injuriarum plenas dedit ad Hildebrandum seu Gregorium papam, quas integras inseruit in aliis literis ea de causa ad Romanum clerum destinatis. Hæ vero literæ tum quæ ad Henricum, cum quæ ad Romanos scriptæ sunt per bajulum missæ Gregorii jussu recitatæ sunt in plena Romana synodo anni 1076. teste annalista Saxone Eccardi ad annum 1076. ex quo easdem literas integras habemus. Cum igitur ad acta synodi hæc pariter scripta pertineant, æqui bonique facient lectores ecclesiasticæ historiæ studiosi, si huc translatas habeant; quos tamen præmonitos volo ut quæ in Gregorium fœda jactantur, hæc dicta accipiant ab homine impotenti, qui commoti animi insanias non veritatis consilia sequitur.

Henricus Dei gratia rex, universo sanctæ Romanæ ecclesiæ clero & populo, gratiam, salutem, & omne bonum.

Hæc fides firma & inconcussa creditur, quæ semper & eadem & præsenti, & absenti servatur; nec diuturna ejus, cui debetur, absentia, nec longi temporis tædio immutatur, quam talem vos nobis servare scimus, & gratias agimus; & ut eadem perseveret petimus, videlicet, ut sicut facitis, amicis nostris amici, inimicis inimici jugiter existatis. Inter quos scilicet Hildebrandum monachum notantes, vos in ejus inimicitiam excitamus; qui huic ecclesiæ invasorem & oppressorem, & Romanæ reipublicæ, vel regni nostri insidiatorem deprehendimus, ut in sequenti epistola, sibi a nobis directa, in promptu est.

Heinricus Dei gratia rex, Hildebrando.

Cum hactenus ex te ea, quæ patris sunt expectarem, tibique in omnibus magna fidelium nostrorum indignatione obedirem; percepi a te vicissitudinem, qualem oportebat ab eo, qui vitæ regnique nostri perniciosissimus esset hostis. Nam cum in primis omnem hæreditariam dignitatem, quæ mihi ab illa sede debebatur, superbo ausu rapuisses; longius inde progrediens, regnum Italiæ pessimis artibus alienare tentasti. Nec hoc contentus, in reverendissimos episcopos, qui nobis velut dulcissima membra uniti sunt, manum mittere non timuisti, eosque superbissimis injuriis acerbissimisque contumeliis contra divina & humana jura, ut ipsi ajunt, exacerbasti. Quæ omnia cum ego quadam patientia dissimularem, tu hoc non patientiam, sed ignaviam existimans, in ipsum caput ausus es insurgere; mandans quæ nosti, scilicet, ut tuis verbis utar, quod aut tu morieris, aut mihi animam regnumque tolleres. Hanc inauditam contumaciam ego, non verbis, sed re confutandam dijudicans, generalem conventum omnium regni primatuum, ipsis supplicantibus, habui, ubi cum ea quæ hactenus metu & reverentia tacebantur in medium deducta fuissent, veris assertionibus illorum, quas ex ipsorum literis audies, palam factum est, te nullatenus in apostolica sede posse persistere. Quorum sententia, quia justa & probabilis coram Deo hominibusque videbatur, ego quoque assentiens, omne tibi papatus jus, quod habere visus es, abrenuntio; atque ut a sede urbis, cujus mihi patriciatus, Deo tribuente & jurato Romanorum assensu debetur, ut descendas edico.

Hæc series epistolæ nostræ ad Hildebrandum monachum, quam idcirco & vobis scripsimus, ut & vobis nostra voluntas, & nobis, imo Deo & nobis vestra satisfaciat caritas. Exurgite igitur in eum, fidelissimi, & sit primus in fide, primus in ejus damnatione. Non autem ut sanguinem ejus fundatis dicimus, quippe cum major sit ei post depositionem pœna vita, quam mors; sed ut eum, si nolit descendere, cogatis, & alium communi omnium episcoporum & vestro consilio a nobis electum in apostolicam sedem recipiatis, qui quod iste in ecclesia vulneravit, curare & velit & possit.

HEINRICUS

Non usurpative, sed pia Dei ordinatione rex, Hildebrando, jam non apostolico, sed falso monacho.

Hanc talem pro confessione tua salutationem promeruisti, qui nullum in ecclesia ordinem præteriisti, quem confusionis, non honoris, maledictionis non benedictionis participem non feceris. Ut enim de multis pauca & egregia loquamur; rectores sanctæ ecclesiæ, videlicet archiepiscopos, episcopos, presbyteros, non modo tangere sicut Christos Domini non timuisti, quin sicut servos nescientes quid faciat Dominus eorum sub pedibus tuis calcasti; in quorum conculcatione tibi favorem ab ore vulgi comparasti, quos omnes nil scire, te autem omnia nosse judicasti, qua utique sententia, non ad ædificationem, sed ad destructionem uti studuisti, ut jure hoc B. Gregorium, cujus nomen tibi vindicasti, de te prophetasse credi-

ANNO CHRISTI 1076.

dimus sic dicentem: *Ex affluentia subjectorum plerumque animus prælati extollitur, & æstimat se plus omnibus nosse, cum se videt plus omnibus posse.* Et nos quidem hæc omnia sustinuimus, dum apostolicæ sedis honorem servare studeremus; sed tu humilitatem nostram timorem fore intellexisti, ideoque & in ipsam regiam potestatem, nobis a Deo concessam, exurgere non timuisti, quam te nobis auferre ausus es minari; quasi nos a te regnum acceperimus; quasi in tua, & non in Dei manu, sit regnum vel imperium, qui Dominus noster Jesus nos ad regnum, te autem non vocavit ad sacerdotium. Tu enim his gradibus ascendisti, scilicet astucia, quod monachica professio abominatur, pecuniam, pecunia, favorem favore, ferrum ferro; sedem pacis adisti, & de sede pacis pacem turbasti, dum subditos in prælatos armasti, dum episcopos nostros a Deo vocatos, tu non vocatus, spernendos docuisti, dum laicis ministerium eorum super sacerdotes usurpasti, ut ipsi deponant vel contemnant, quos ipsi a manu Dei per impositionem manuum episcopalium docendi acceperant. Me quoque, qui licet indignus inter christos ad regnum sum unctus, tetigisti, quem sanctorum patrum traditio soli Deo judicandum deponendumque commiserit. Ipse quoque verus papa B. P. clamat: *Deum timete, regem honorificate.* Tu autem, quia Deum non times, me constitutum ejus inhonoras. Unde B. Paulus ubi Angelo de cœlo, si alia prædicaverit, non pepercit, te quoque in terris alia docentem non excepit. Tu ergo hoc anathemate, & omnium episcoporum nostrorum judicio, & nostro damnatus, descende; vindicatam sedem apostolicam relinque; alius in sedem Beati Petri ascendat, qui nulla violentiam religione palliet, sed Beati Petri sanam doctrinam doceat. Ego Heinricus Dei gratia cum omnibus episcopis nostris tibi dicimus: descende, descende.

ANNO CHRISTI 1076.

„ Quæ literæ (subdit Annalista Saxo Eccardi) cum domno papæ in basilica Lateranensi sanctæ synodo præsidenti fuissent allatæ, & coram synodo palam recitatæ, tanta sit in ecclesia commotio, ut legatus (Herici) nisi inter apostolici pedes defensionem invenisset, membratim laniatus interisset. Sequenti die dominus papa coram synodo declaravit, qua mansuetudine regem de magnis criminibus corripuisset; utque episcopos a captivitate liberaret, quanta suavitate rogasset & jussisset, quamque superbiæ amaritudinem recepisset. Deinde cunctis acclamantibus, ne talis contumelia remaneret inulta, omnium consilio & consensu Henricum synodali judicio damnavit, regisque nomine & honore privavit, atque anathematis gladio percussit. Beate Petre apostolorum princeps „ &c. *edidit Labbeus*.

SALONITANUM CONCILIUM II.

In quo Demetrius rex Dalmatiæ constitutus fidelitatem, & annuum tributum ecclesiæ Romanæ spondet.

Coram A. S. Legatis anno 1076. celebratum.

An. 1076.

MUratorius in Antiquitatibus medii ævi Differt. LXIX. excerpta quædam ex codice Cencii Camerarii proferens hanc in synodo Salonitana factam a Demetrio Dalmatiæ rege sponsionem in manibus apostolicorum legatorum recitat in hanc sententiam:

Murator. Antiq. Ital. t. V. col. 840.

Ex Synodo habita in Dalmatia a Legatis VII. papæ Gregorii, scilicet a Gebizone tunc monasterii Sanctorum Bonifacii, & Alexii abbate, nunc vero Cæsenate episcopo, nec non & a Folcuino Forosempronii episcopo, quæ synodus habetur in archivio sacri palatii Lateranensis, in qua de regno, & de rege Dalmatiæ ita inter cætera legitur:

De censibus, sive tributo CC. Bisantinorum, quos debet Rex Croatiæ, atque Dalmatiæ, & fidelitate ecclesiæ Romanæ præstita ab eodem.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Anno Dominicæ Incarnationis MLXXVI. Indictione XIV. mense octobri. Ego Demetrius, qui & Sumimir nuncupor, Dei gratia Croatiæ Dalmatiæque Dux, a te Domne Gebizo ex Apostolicæ sedis legatione, Domni nostri papæ Gregorii potestatem obtinens, in Salonitana basilica S. Petri, synodali, & concordi totius cleri, & populi electione, de Croatorum, Dalmatinorumque regni regimine per vexillum, ensem, sceptrum, & coronam investitus atque constitutus Rex, tibi devoveo, spondeo, & polliceor, me incommutabiliter completurum omnia, quæ mihi tua reverenda injungit sanctitas. Videlicet, ut in omnibus & per omnia apostolicæ sedi fidem observem, & quidquid hoc in regno tam apostolica sedes, quam sui legati sanxerunt, aut sanxerint, irrevincibiliter custodiam, justitiam excolam, ecclesias defendam; primitiæ, decimæ, omniumque ad ecclesias pertinentium, procurator existam; vitæ, episcoporum, presbyterorum, diaconorum, subdiaconorumque, ut caste & regulariter vivant, provideam: pauperes, viduas, atque pupillos protegam; parentelæ illicitam copulam destruens, legitimam dotem anulo, sacerdotisque benedictione constituam, & constitutam corrumpi non permittam; hominum venditionem contradicam; atque in omnibus quæ ad rectitudinis statum congruunt, Deo auctore, me æquum exhibeam. Ducentorum quoque Bizantiorum tributum, meorum omnium consultu Primatuum, Sancto Petro per singulos annos in resurrectione Domini, de mihi concesso regno persolvendos statuo; & ut post me regnaturi, hoc idem perpetuo servent, censeo, corroboro, atque sancio. Dono insuper, concedo, atque confirmo

ANNO CHRISTI 1076.

mo apostolicæ Sedi, S. Gregorii monasterium, cui Urana est vocabulum, cum omni suo thesauro, scilicet cum capsa argentea, reliquias sacri corporis ejusdem B. Gregorii continente, cum duabus crucibus, cum calice, & patena, cum duabus coronis aureis, gemmis ornatis, cum evangeliorum textu de argento, cumque omnibus suis mobilibus, & immobilibus bonis: ut Sancti Petri legatis semper sit ad hospitium, & omnino in potestate eorum. Hoc tamen interposito tenore, ut nulli alii potestati detur, sed omni tempore S. Petri sit proprium, & a me, meisque successoribus defensum, atque ab omni homine liberum, & securum. Cujuscumque autem audacia temerario ausu præfatum monasterium ex assignato thesauro privaverit, terribilem illam Judicis vocem, quam Diabolus cum suis Angelis auditurus est, audiat. Præterea cum Deo servire regnare sit, vice B. Petri, & Domni nostri Papæ Gregorii, atque post se sessurorum in Apostolica Se-

A de, me tuis manibus committo, & committendo, hanc fidelitatem sacramento stabilio. Ego, inquam, Demetrius, qui & Sumimir, Dei gratia, & Apostolicæ Sedis dono Rex ab hac hora in antea S. Petro, & Domno meo Gregorio Papæ, suisque successoribus canonice intrantibus ero fidelis; & ut ipse, sive post eum futuri Pontifices, sive Legati eorum vitam, aut membra perdant, aut capiantur, neque in consilio, neque in facto ero; & consilium, quod mihi crediderint, ad illorum damnum scienter nulli intimabo. Regnum autem, quod mihi per manum tuam, Domne Gebizo, traditur, fideliter retinebo, & illud, suumque jus Apostolicæ Sedi aliquo ingenio aliquando non subtraham. Domnum B meum Papam Gregorium, & suos successores, atque Legatos, si in meam potestatem venerint, honorifice suscipiam, & honeste tractabo, & remittam, & undecumque me invitaverint, prout potero, eis simpliciterque serviam.

CONCILIUM APUD OPPENHEIM

Pro deliberanda depositione Henrici a regno

Coram A. S. Legatis anno 1076. celebratum.

An. 1076. N*Escio unde acceperit Labbeus, concilium hoc, in quo Saxones cum interventu episcoporum, & legatis apostolicæ sedis de exautoratione Henrici regis, & alterius in locum ejus substitutione deliberarunt, apud Triburiam convenisse. Profecto fides major habenda est Annalistæ Saxoni Eccardi, qui circa hæc tempora vivebat, quique illis apud Oppenheim indictum testatur. Quid vero actum sit in eo conventu potius quam concilio ita narrat idem annalista:*

Mense Septembri mediante colloquium maximum apud Oppenheim factum est, ubi regni principes pene omnes præsidentibus patriarcha cum episcopo Pataviensi Romani pontificis legato, subjectioni Heinrici renuntiabant, eo quod a duobus apostolicis vocatus, ad satisfactionem non venisset, & excommunicationis ac depositionis sententiam, D ipse tamen inauditus, & absens in Romana synodo a papa Gregorio accepisset. Erat ibi Suevorum magna multitudo, qui cum cæteris omnibus Saxonicum exercitum dum veniret, expectabant, quibus propinquantibus patriarcha, cæterique primates, quia de recenti prælio utrorumque gladii adhuc cruore madebant, quamvis per legationes mutuas invicem sibi donassent, tamen ne, quod facile est armatis, seditio a vilibus personis exorta, factum fœdus fœde corrumperet, obviam Saxonibus ibant, & amicitiam, quam renovaverant absentes, nunc præsentes firmare monebant. Hinc ergo dux Otto ducatu Bavariæ injuste privatus, illinc Welpho E eodem honore non juste sublimatus, hac conditione sibi invicem pacis osculum dederunt, ut electo, propter quod utrinque convenerant, novo rege, quicumque eorum honorem jure obtineret, alter ei non invidens cederet. Similiter pacis oscula dederunt ordinis secundi, sive tertii partis utriusque milites, quidquid invicem læserant non sine multo fletu invicem sibi donantes. Tunc facti ex hoC stibus amici fideles, castra tam vicina posuerunt, ut vicissim populus uterque sermones alterius non difficile posset audire. Cumque cœpissent de rege constituendo sermones conferre; Saxones ex Suevis, Suevi ex Saxonibus unumquemlibet volebant eligere. Heinricum interim in altera Rheni ripa tenebat civitas Moguntia, omni spe regni retinendi deposita. Misit tamen nuntios, qui tentarent eos ad misericordiam flectere, ut ejus jam satis correpti correctionem dignarentur accipere; quam illi legationem accipere dedignati sunt, ubi prius per Apostolici Legatum ab anathematis vinculo solveretur. Postremo Heinrici pœnitentis humilitatem ea conditione accipere promiserunt, si omnia implere vellet, quæ ei facienda proponerent: quod cum ille spopondisset, hoc primo proposuerunt, ut episcopum Wormatiensem, qui jam diu fuerat expulsus, potentem faceret urbis suæ, deinde ut mox literas scribi faceret, in quibus se fateretur injuste Saxones afflixisse; quas ab illis perspectas imagine sua ipsis præsentibus signari faceret, & signatas per Italiam, & Teutonicam terram mittendas ipsorum nuntiis daret; ipseque Romam veniens per dignam satisfactionem anathematis vinculo careret. Igitur episcopus statim cum magno honore Wormatiam deducitur; literæ quoque eo, quo dictum est, modo bulla regis signatæ mittuntur. Ipseque Heinricus tota se festinatione parabat, ut per summi pontificis indulgentiam ligamen anathematis exueret. Tunc primates, qui convenerant, singuli sacramento firmaverunt, ut nisi Heinricus quartus Heinrici imperatoris filius in februarii mensis initio a Banno per apostolicum solutus fuisset, numquam amplius ullo ingenio rex eorum nec appellaretur, nec esset. Quod fa-

ANNO CHRISTI 1076.

ſacramentum primus fecit patriarcha, & in literas redactum apud ſe repoſuit. Idem fecit Pataviensis epiſcopus Romanæ ſedis legatus, & poſt hos omnes, qui aderant epiſcopi, duces, comites, cæterique majores, & minores. Sed epiſcopi plus aliis in hoc egerunt, quia juramentum etiam in literis ſervaverunt.

AD CONCILIUM PAPIENSE

Pro amotione Gregorii VII. & VViberti Ravennatis in Pontificem electione

Anno ut fertur 1076. *celebratum*

ADNOTATIO CHRONOLOGICA, ET ADDITIO.

Ab anno 1076. ad 1081. tranſlatum

DE *concilio hoc Papienſi in ſedem ſuam reducendo, deque iis, quæ in eo geſta ſunt, ita ego in meis ad Pagium adnotationibus ad A.* 1080, 3. *diſſerui:*

Guibertum antipapam ordinatum fuiſſe anno ſequenti 1081. poſt VI. Non. Martii ſuſpicor, nam bullæ ejus apud Rubeum annum 1084. tertiumque electionis ejus deſignant; cui conſonat altera ejuſdem bulla apud Ughellium Tom. V. in Veronenſ. pag. 769. quæ bulla data inſcribitur anno 1084. Ind. 7. ordinationis Clementis III. VI. Nonis Martii. Ex hoc autem altera non levis conjectura conſurgit, nimirum ordinatum illum fuiſſe in conciliabulo Papienſi, cujus meminit Bernriedenſis apud Pagium ad A. 1076. 2. Illud autem diu poſt annum 1076. celebratum, penes me certum eſt. Hujus rei gratia afferre in medium libet integrum locum Norberti Abbatis Viburgenſis in vita Bennonis epiſcopi Osnaburgenſis, vulgata ab Eccardo in Corp. Hiſtoric. tom. II. col. 2161. Hic enim per hæc tempora vivens, in Capite XXII. ſcribit:

Congregata igitur apud Ticinum Italiæ civitatem epiſcoporum multitudine, qui regiæ parti favebant &c. Cum eorum conſilio, & inſtinctu rex alium papam in ſede apoſtolica ſublimare diſponeret, interfuit etiam conventui illi epiſcopus Benno, quamvis invitus; ſed eo tamen prudentiæ oculo, quem ſecum ſemper portare ſolebat. Videns enim in utraque parte plurima magis odio, quam ratione tractari &c. diligentiſſime intendere cœpit, quoniam (quonam) rationis exitu fieri poſſet, ut ſalva honeſtatis priſtinæ integritate neutra in parte poſſet jure culpari. Narrat ſubinde Hiſtoricus Bennonem occuluiſſe ſeſe intra cavum Altaris ſinum, cui aptum quoddam foramen aditum præbebat; foramine illo oppanſo panno tecto. Hic igitur tamdiu ſe continuit, quamdiu tota cauſa tractata fuit. Igitur congregati epiſcopi, Bennone abſente, ait Norbertus, *cum papam abdicaſſent, ejuſque in locum conſtituiſſent Ravennatem epiſcopum, qui etiam adhuc nomine Clemens præſidet Romanæ eccleſiæ, plurimaque alia ſtatuiſſent, quibus epiſcopus iſte, ſi præſens eſſet, minime præberet aſſenſum. Tunc egreſſus ſuo, nemine itidem rem conſiderante, latibulo, juxta altare ubi prius ſederat ſubito reſidere conſpicitur &c. Ad regem quoque ſtatim adductus, pleniſſime ſede omni infidelitate purgavit.* Ex hac coævi ſcriptoris narratione plura intelligimus. Primo in Papienſi conciliabulo, ſeu tunc primum facta, ſeu antea ſequuta electio antipapæ confirmata fuit, atque tunc demum Guibertum pontificiam ordinationem obtinuiſſe arbitror. Id autem hucuſque ignoratum fuit. Secundo, conventui huic epiſcoporum Henricum præſentem adſtitiſſe. Porro Henricus ante annum 1081. ſemel tantummodo in Italiam venit anno 1077. Tunc autem cum veniam, & abſolutionem a pontifice poſtulaturus veniret, eo uſque illum exacerbaſſe, ut æmuli electionem, coacta in Italia ſynodo, urgeret, credi vix poteſt. Poſt obtentam dein abſolutionem, licet pontifici contumacem ſe præbuit, nihil tamen quoad electionem novi pontificis ab illo tunc motum inde colligimus, quod facinus illud numquam pontifex ante annum 1080. Henrico exprobraverit; quin & animum apoſtolici numquam ſequentibus annis per legatos pertentaſſet, (quod ab illo factum conſtat) ſi pontificem alterum elegiſſet, & agnoviſſet. Nec ſane ſcriptores paſſim antipapæ electionem ullam agnoſcunt ante conciliabulum ad Brixiam Noricorum celebratum anno 1080. VII. Kal. Julii feria V. Ind. III. Conciliabulum ergo Ticinenſe, cui Henricus adfuit, ad annum 1077. referri non poteſt. Anno demum 1081. Henricus ſecundam in Italiam profectionem inſtituit, atque tunc demum Papienſe concilium, & in eo Guiberti electio ac ordinatio præſente Henrico abſolvi potuit, ut ex epocha annorum ordinationis Guiberti ſupra a nobis ſtabilita deduci poteſt. Quod etiam confirmat Waltramus epiſcopus Numburgenſis, in ſuo libro de unitate eccleſiæ conſervanda, vulgato a Frehero tom. I. ille enim lib. 2. cap. XVII, aſſerit *poſt occiſum in bello Rodulphum hoc anno* 1080. accidiſſe Guiberti conſecrationem: *Tunc*, ait, *geſta ſunt, quæ ſuperius dicta ſunt, de conſecratione VVigberti in pontificem Sedis Apoſtolicæ.* Scribebat autem Waltramus anno poſt pugnam illam octavo, ut ipſe ibidem teſtatur. Tertio denique Paulus Bernriedenſis, qui conciliabulum quoddam Ticinenſe anno, ut videtur 1076. abſente Henrico (quantum ex ejus verbis colligitur) conſtituit, vel plane errat, quippe qui cum celebri hac hiſtoria a coævo ſcriptore memorata pugnet, vel forte de altero conciliabulo Papiæ ante aliquot ab eo, de quo modo tractamus, annos celebrato explicandus eſt. Id, ſi admiſerimus, conciliabula Ticinenſia duo, quod huc uſque ignotum, admittenda ſunt. Si vero, quod magis credo, oſcitantius hac in re ſcripſit Bernriedenſis, Annales eccleſiaſtici corrigendi ſunt, & conciliabulo Ticinenſi ad annum 1081. promoto, ejus decreta in Romano con-

concilio anni ejusdem a nebulone illo, de quo Bernriedensis, promulgata fuisse, arbitrandum est.

CONCILIA SCOTICA

Habita regnante Malcolmo III. circa annum Domini 1076.

Ex vita B. Margharitæ apud Bollandistas ad diem X. Junii.

Sectio XIII.

An. 1076. Ex Wilkins Conc. Britan. t. IV. in append. pag. 791.

Religiosa, & Deo digna Regina cum mente, verbo, & factis ad cælestem patriam tenderet, etiam alios secum in via immaculata invitabat ire, quo secum possent ad veram beatitudinem pervenire. Malum cum videret, admonuit ut bonus fieret; bonum, ut melior existeret; meliorem, ut optimus esse studeret. Quam fide apostolica ferventem zelus domus Dei, quæ est ecclesia, comedit, unde quæque illicita, quæ in illa pullulaverant, eradicare penitus laboravit. Cum enim contra rectæ fidei regulam, & sanctam universalis ecclesiæ consuetudinem multa in gente illa fieri perspexisset, crebra concilia statuit, ut, quoquo modo valeret, ad veritatis viam errantes, Christo donante, reduceret. Quorum conciliorum illud cæteris principalius esse constat, in quo sola cum paucissimis suorum contra perversæ consuetudinis assertores gladio Spiritus, quod est verbum Dei, triduo dimicabat: crederes alteram Helenam ibi residere, quia sicut illa quondam scripturarum sententiis Judæos, similiter nunc & hæc regina convicerat erroneos. Sed in hoc conflictu rex ipse adjutor ei præcipuus residebat, quodcumque in hac causa illa jussisset dicere paratissimus & facere. Qui quoniam perfecte Anglorum linguam æque ac propriam noverat, vigilantissimus in hoc concilio utriusque partis interpres extiterat.

Sectio XIV.

Igitur regina præfatione præmissa, ut, qui cum catholica ecclesia in una fide uni Deo servirent, ab eadem ecclesia novis quibusdam & peregrinis institutionibus discrepare non deberent; primum proposuit quadragesimale jejunium eos legitime non observare, quia hoc non cum sancta ubique ecclesia a feria quarta in capite jejunii, sed sequenti septimana feria secunda consueverant inchoare. Contra illi jejunium, inquiunt, quod agimus evangelica authoritate, quæ Christi narrat jejunium, per sex hebdomadas observamus. At illa, longe, ait, in hoc evangelio discordatis: legitur enim ibi Dominum quadraginta diebus jejunasse, quod manifestum est vos non facere. Nam cum per sex hebdomadas sex dominici dies a jejunio abstrahuntur, triginta tantum & sex dies ad jejunandum remanere noscuntur. Non ergo evangelica Christi, sed triginta & sex dierum constat vos observare jejunium. Restat igitur, ut quatuor diebus ante quadragesimæ initium jejunare nobiscum incipiatis, si dominico exemplo quadraginta dierum numero abstinentiam observare volueritis; alioquin contra ipsius domini authoritatem, & totius sanctæ ecclesiæ vos soli repugnabitis traditionem. Hac illi perspicua veritatis oratione convicti, deinceps, sicut sancta ubique solet ecclesia, sacrorum jejuniorum cœperunt inchoare solemnia.

Sectio XV.

Aliud quoque ponens regina jussit, ut ostenderent, qua ratione die sanctæ paschæ secundum morem sanctæ & apostolicæ ecclesiæ sacramenta corporis & sanguinis Christi sumere negligerent. Respondentes illi, Apostolus, inquiunt, de his loquens ait: Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit. Unde quia nos peccatores recognoscimus, ne judicium nobis manducemus, & bibamus, ad illud mysterium accedere formidamus. Quibus regina, Quid igitur, inquit, omnes, qui peccatores sunt, sacrosanctum mysterium non gustabunt? Nemo ergo illud sumere debet, quia nemo sine sorde peccati, nec infans, cujus est unius diei vita super terram. Si autem nemo illud percipere debet, cur Domino dicente clamat evangelium: nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sed plane sententiam, quam de apostolo profertis, secundum patrum intellectum aliter necesse est intelligatis. Non enim omnes peccatores sacramenta salutis indigne sumere deputat. Cum enim dixisset, judicium sibi manducat, & bibit, addidit, non dijudicans corpus Domini; hoc est, non separans illud in fide ab escis corporalibus, judicium sibi manducat, & bibit. Sed & ille, qui absque confessione, & pœnitentia castigamur, jejuniis attenuamur, eleemosynis, & lacrymis a peccatorum sordibus abluimur, in die resurrectionis Dominicæ ad ejus mensam in catholica fide accedentes, carnem, & sanguinem agni immaculati Jesu Christi, non ad judicium, sed ad peccatorum sumimus remissionem, & salutarem percipiendæ beatitudinis æternæ præparationem. His ab ea perceptis, respondere nihil potuerunt, atque agnita deinceps ecclesiæ instituta in mysterii salutaris perceptione observaverunt.

Sectio XVI.

Præterea in aliquibus locis Scotorum quidam fuerunt, qui contra totius ecclesiæ consuetudinem, nescio quo ritu barbaro, missas celebrare consueverant; quod regina zelo Dei accensa, ita destruere atque annihilare studuit, ut deinceps qui tale quid præsumeret, nemo in tota Scotorum gente appareret. So-

Solebant quoque neglecta dominicorum dierum reverentia ita illis, sicut aliis diebus quibusque terreni operis insistere laboribus; quod non licere ratione pariter & authoritate ipsa ostendebat: Dominicum, inquit, diem propter dominicam, quæ in eo facta est, resurrectionem, in veneratione habeamus, ut in eo servilia opera jam non faciamus, in quo nos a servitute diaboli redemptos novimus. Hoc & B. pater Gregorius affirmans dicit: Dominico die a labore terreno cessandum est, atque omnimodo orationibus insistendum, ut, si quid negligentiæ per sex dies agitur, per diem resurrectionis Dominicæ precibus expietur. Idem quoque pater Gregorius quendam propter opus terrenum, quod die dominico fecerat, districta increpatione B feriens, eos, quorum hoc consiliis egerat duobus mensibus excommunicatos esse decrevit. His sapientis reginæ rationibus contraire non valentibus, ita postmodum reverentiam dominicorum dierum ejus instantia A observarunt, ut nec onera quælibet his diebus quisquam portare, nec alius alium ad hoc auderet compellere.

Illicita etiam novercarum conjugia similiter & uxorem fratris defuncti fratrem superstitem ducere, quæ ibi ante fiebant, nimis ostendit execranda, & a fidelibus velut ipsam mortem devitanda.

Multa quoque alia, quæ contra fidei regulam, & ecclesiasticarum observationum instituta inoleverant, ipsa in eodem concilio damnare, & de regni sui finibus curavit proturbare. Universa enim, quæ præposuerat, ita sanctæ scripturæ testimoniis, atque sanctorum Patrum corroboravit sententiis, ut contra hæc nihil omnino respondere valerent, quin potius deposita pertinacia rationi acquiescentes, universa libenter implenda susciperent.

AD CONCILIUM AUGUSTODUNENSE

Ab Hugone Diensi A. S. L. anno 1077. celebratum

ADDITIO.

An. 1077. *AD res in hoc concilio gestas pertinet charta, quam ex Dacherii Spicilegio to. III. pag. 411. hic exhibeo.*

Raginardus in Concilio Augustodunensi excommunicatus, quæ abstulerat Canonicis Augustodunensis ecclesiæ restituit.

Cum omnis pene humana intentio concupiscentiis carnalibus usque adeo aggravetur, ut præpediente patre tenebrarum minus quam necesse sit salutis suæ sit provida; illos sibi sanius consulere manifestum est, qui mundanis persuasionibus repugnantes, quæ sursum sunt sapiunt, non quæ super terram; cumque apud mundanos principes sæpe fieri videamus, ut quoties aliquis a qualibet potenti persona quidpiam magnum impetrare desiderat, illum pro se faciat interventorem, quem potenti esse cognoverit familiariorem; ita & nos si apud regem regum perpetuam salutem D obtinere cupimus, sanctos ejus martyres, cæterosque ipsius fideles, quos in cœlorum curia prævalere credimus, pro nobis necesse est, intercessores acquirere studeamus, de quibus bene confidere possimus, si nos erga sanctam atque catholicam ecclesiam mundanæ pervasionis aggravationem de medio ejus, prout potuerimus, auferentes, pietatis viscera teneamus.

Quocirca ego Raginardus de monte S. Joannis, Christi fidelium universalitati volo fieri manifestum, quod pro quibusdam consuetudinibus injustis, quas in quadam potestate sancti Nazarii, Bilianiaco scilicet, ex parte uxoris meæ........ salvamenti occasione capiebam, prædicti martyris calumnias Canonicorum sæpe audiens, sed non exaudiens. Ideoque a legato apostolicæ sedis Ugone Diensi episcopo in concilio Augustoduno celebrato nisi resipiscerem excommunicatus, tamdiu substiti quoadusque uxor mea molestia corporis capta ad extrema deducta est, quæ ne prædictæ excommunicationis rea judicaretur, prædictas injustas consuetudines C dereliquit, meque ut dimitterem studiosissime familiariterque rogavit. Ego itaque non tantum uxoris meæ, sed & meæ animæ consulere volens in sancta pentecostes solemnitate, residente Hugone duce in civitate Augustoduno interfui, ibique jussu ipsius Ducis, a quo prædictæ potestatis salvamentum prædecessores mei beneficii jure tenuerant, & ego tenebam, intervenientibus Augustodunensi, atque Cabilonensi episcopis Aganone atque Rocleno, prædictas consuetudines & universas captiones, quas in potestate de Biliniaco ubicumque conjaceant, prædecessores mei requisierant, & ego requirebam, omnino dimisi, & dereliqui, & ut filii mei derelinquerent feci; præter ex unoquoque manso investito duos sextarios avenæ, & sex denarios & dimidium. De apsis vero mansis, si aliquando investirentur, ne amplius quam quæ prædicta sunt requirerem, similis conventio facta est. Hoc autem ne ultra quam dictum est unumquodque mansum deberet, Giruardus ejusdem potestatis decanus sacramento probavit, cæteris vero vicinis suis idem facere apparatis dimisi.

Ut autem dimissio hæc firmiorem stabilitatis obtineret vigorem, supra sacrum altare ejusdem dimissionis donum posui, meque in sempiternum ita servaturum promisi. In testimonium etiam permansurum chartam hanc E inde fieri præcepi, quam & ego manu propria firmavi, firmandamque Hugoni duci, cæterisque adstantibus viris concessi; fidejussorem etiam me in manu episcopi, & canonicorum pro quingentis solidis ut ita tenerentur, obligavi, pro aliis vero quingentis alios quinque fidejussores imposui, quorum nomina sunt......

Si-

ANNO CHRISTI 1077. 1078.

Signum Hugonis Ducis
Signum Odonis fratris Ducis
Signum Raginardi.

EPISTOLA HUGONIS DIENSIS EPISCOPI AD RODULFUM ARCHIEPISCOPUM TURONENSEM.

Invitat ad concilium Augustodunense.

Extat apud Baluz. Miscel. t. IV. pag. 413.

HUgo gratia Dei Diensis episcopus & sanctæ ecclesiæ Romanæ legatus Ro- A dulfo Turonens. archiepiscopo salutem. Gratias habeo innumeras, quia semper obediens extitisti, & sanctæ ecclesiæ in necessitate subvenire pro posse, & scire tuo non refugisti. Te igitur valde nobis necessarium pro tua ipsius etiam necessitate apostolica authoritate vocamus, & per te tuos suffraganeos episcopos, tuos etianam utiliores clericos & Abbates ad synodum in Augustodunensi civitate IV. idus septembris celebrandam venire præcipimus.

AD CLARAMONTANUM CONCILIUM

Ab Hugone Diensi episcopo A. S. L. anno 1077. celebratum

ADDITIO.

HUGONIS DIENSIS EPISCOPI

AD RODULFUM ARCHIEPISCOPUM TURONENSEM

Invitatoria ad Concilium Arvernense.

An. 1077. Extat apud Baluz. Miscel. t. IV. pag. 412.

HUgo *dignatione Dei Diensis episcopus Romanæ ecclesiæ legatus Rodulfo Turonensi archiepiscopo salutem.*

Messis quidem multa, operarii vero pauci. Unde nobis magis lamentandum, qui in area Domini triturare videmur. Quapropter C quia ecclesiam Domini undique distrahi videmus, apud Arvernicam urbem VII. Idus Augusti synodale concilium indiximus. Comprovinciales tuos & aliarum regionum religiosos, quos potuimus, invitavimus. Te quoque sicut fidelissimum socium in via Dei, & adjutorem ejus caritative vocamus, & authoritate nobis (concessa) præcipimus ut venias, omnesque tuos suffraganeos venire invites, omni remota excusatione. Vale.

AD CONCILIUM ROMANUM

Contra rerum sacrarum invasores

Anno 1078. celebratum

ADDITIO.

A. 1078. CUm in concilio isto Romano res Casinensis monasterii contra Normannorum invasiones assertæ fuerint; non dubito quo- D minus ad idem Romanum concilium pertineat sententia illa adversus eosdem Normannos lata, qua eosdem castigat pro simili invasione rerum monasterii Casauriensis vel Piscariæ, quæ insula est maris Adriatici in Aprutio ulteriori. Hanc igitur damus ex Chronico ejusdem Monasterii exhibito Rer. Italic. tom. II. part. II. pag. 365. Insuper de investituris dignitatum ecclesiasticarum a laicis non recipiendis decreta duo integra cum non legantur in synopsi actorum hujus concilii, quam solam hic pro actis deperditis exhibet Labbeus, supplemus ex opusculo S. Anselmi Lucensis contra Wibertum antipapam lib. II. pag. 384. edit. Canisianæ Basnagii; sed antequam hæc proferantur, di- E squirere aliquid juvat de hæretico Berengario, cujus causa non in concilio tantummodo Romano sequentis anni tractata est, quod & Labbeum non latuit; sed &, quod ipse ignoravit, in præsenti pariter jussus est fidei suæ confessionem exhibere, quam, siquidem vera ille narraverit in scripto quodam suo vulgato in Anecdotis Martene tom. IV. pag. 103. concilii illius Patres tunc quidam catholicam agnoverunt; sed alii latere in illa veneni aliquid hæretici suspicati persuaserunt pontifici, ut Romæ ad concilium usque sequentis anni illum detineret. Ibi clariorem fidei suæ confessionem exprimere coactus est. Porro ex ea Berengarii de rebus suis narratione intelligimus, concilium istud Romanum in festivitate omnium Sanctorum cœpisse, idque vero toto illo mense perseverasse demonstrat inscriptio ejusdem concilii in editis Labbeanis, quæ diem III. Kal. Decembris signat. Nunc tandem confessionem fidei ejusdem Berengarii ex eodem opusculo promamus.

Juramentum Berengarii Turonici.

Profiteor panem Altaris post consecrationem esse verum corpus Christi, quod natum est de Virgine, quod passum est in cruce, quod sedet ad dexteram Patris, & vinum altaris postquam consecratum est, esse

ANNO CHRISTI 1078.

esse verum sanguinem, qui manavit de latere Christi. Et sicut ore pronuncio, ita me corde habere confirmo, sic me adjuvet Deus, & hæc sacra.

Hæc narrat Berengarius in scripto a Martene vulgato.

„ Scriptum istud cum Romæ apud papam „ moram facerem in conventu episcoporum, quem habuit in festivitate omnium „ Sanctorum, vociferatione multa omnibus „ pronuntiari fecit, dicens sufficere debere „ fidei, sufficere debere his, quibus lac potus dandus esset non cibus, secundum „ quod scribit B. Augustinus de sacrificio „ ecclesiæ dicens: *Quod videtis in altari „ panis est & vinum, quod etiam oculi vestri vobis renuntiant: quod autem fides „ instruenda postulat, panis est corpus Christi, vinumque sanguis.* Inclamans populo, me non hæreticum esse, ita me de „ scripturis, non de corde meo habere, „ omnibus testificans in audientia sua Petrum Damiani non inferiorem lima eruditionis, non inferiorem Lanfranno dignitate christianæ religionis, Romæ non consensisse de sacrificio ecclesiæ dictis „ Lanfranni, pro eo se dare sententiam, „ negligenda esse ea, quæ diceret Lanfrannus, potius quam ea, quæ diceret Petrus „ Damiani Romanæ ecclesiæ filius, S. Rufinæ, si satis memini, episcopus, non inferior, ut dicta repetam, Lanfranno lima eruditionis, dignitate christianæ religionis; multo Lanfranno operosior in studio divinæ lectionis, secundum quod præcepit ipse Dominus: *Scrutamini scripturas.* Ita papa ille, cum quo moras pene „ per annum feceram, compescitam putare visus est & compositam vecordiam turbæ turbatæ, ut ait B. Augustinus, cœni „ commoti, quo me hæreticum quantum „ potuit insimulaverat: maxime quia papa „ undecumque libros comportari fecerat „ episcopis & abbatibus, clericis & monachis, unde sacrificia Christi impervertibilia sensa & scripta Augustini, Hieronymi, Ambrosii, aliorumque legenda proposuerat, mecum sentientibus in eis, qui „ cum papa erant, episcopo Portuensi, „ episcopo Sucirensi (*a*), episcopo Terracinensi; cardinalibus Attone Mediolanensi, monaco Tudensi Romanæ ecclesiæ „ cardinali nomine Deusdedit, Petro cancellario, benigni atque humilis corde „ fratre Fulcone transmontano, clerico ipsius domini papæ convictore nihilominus „ Tethbaldo, qui litterarior diligentia peculiari apud S. Petrum eo tempore habebatur clericus, & fratre quodam, qui „ cognomine Bona-dies appellabatur, aliisque compluribus, quorum nomina, dignitatesque non teneo. Cum tamen urgerent „ papam illum quam maxime pestilentes & „ scripturarum perversores, ut exigeret a „ me moras adhuc Romæ facere usque ad „ conventum, qui futurus erat apud eum „ in quadragesima episcoporum, &c.

(*a*) *lege* Sutrinensi

GREGORIUS VII.

Romana synodo quinquaginta episcoporum considente, presbyterorum & abbatum multitudine, statuit dicens.

I.

SI quis deinceps episcopatum, vel abbatiam de manu alicujus laicæ personæ susceperit, nullatenus inter episcopos habeatur, nec ulla ei ut episcopo aut abbati audientia concedatur, insuper ei gratiam beati Petri & introitum ecclesiæ interdicimus, quo usque locum, quem sub crimine tam ambitionis, quam inobedientiæ, quod est scelus idololatriæ cœpit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus, & ecclesiasticis dignitatibus, constituimus.

Ex opusculo S. Anselmi Lucensis contra Wibertum lib. II. Canis. Veter. Lection. t. III. pag. 384. edit. Basnag.

II.

Si quis imperatorum, regum, ducum, marchionum, vel quilibet sæcularium potestatum aut personarum investituram episcopatuum, vel alicujus ecclesiasticæ dignitatis dare præsumpserit, ejusdem sententiæ vinculo se adstrictum esse sciat.

SENTENTIA A GREGORIO PAPA VII.

Promulgata contra pervasores possessionum Monasterii S. Clementis.

Rer. Ital. tom. II. part. II. col. 865.

SI quis Normannorum, vel quorumlibet hominum prædia Monasterii Beati Clementis invaserit, vel quascumque res ejusdem Monasterii injuste abstulerit, si bis, vel ter admonitus non emendaverit, excommunicationi subjaceat, donec resipiscat, & Ecclesiæ satisfaciat. Si quis prædia Beati Clementis ubicumque posita in proprietatem suam usurpaverit, vel sciens occultata non propalaverit, vel debitum servitium exinde B. Clementi non exhibuerit, recognoscat se iram Dei, & S. Clementis velut sacrilegus incurrere. Quicumque autem in hoc crimine deprehensus fuerit, eamdem hæreditatem B. Clementi restituat, & pœnam quadruplum de propriis bonis persolvat. Quicumque militum, vel cujuscumque ordinis, vel professionis persona prædia Ecclesiastica a quocumque Rege seu sæculari Principe, vel ab Episcopis, invitis Abbatibus, aut ab aliquibus Ecclesiarum rectoribus suscepit, vel susceperit, vel invasit, vel etiam eorumdem Rectorum depravato sententioso consensu tenuerit, nisi eadem prædia Ecclesiis restituerit, excommunicationi subjaceat. Romæ in universali synodo præsidente B. Gregorio papa ab eodem promulgata, ab universali Concilio comprobata.

AD CONCILIUM PICTAVENSE

Ab Hugone Dienſi A. S. L. celebratum anno 1078.

ADDITIO.

An. 1078. BAluzius in Miſcellaneis to. VI. pag. 565. *neſcio qua oſcitantia ſubreptus, epiſtolam Arnoldi Cenomanenſis e concilio Pictavenſi datam aſſignandam cenſuit concilio Pictavenſi anno 1100. ſub Paſchali II. pontifice celebrato. Quem utique minus caute ſcripſiſſe demonſtrat non tantum Lugdunenſis archiepiſcopi præſentia concilio illi, cujus meminit* B *Arnoldus, quem tamen Pictavenſi anni 1100. nequaquam adfuiſſe ex actis ejuſdem concilii apud Labbeum to. XII. pag. 1082. conſtat. Sed nec ætas Arnaldi cum concilio anni 1100. congruere poteſt. Ille enim jam epiſcopus Romam petiit ſub Alexandro II. pontifice, qui anno 1073. deceſſit; obiit vero anno quintodecimo epiſcopatus nondum abſoluto, ut ex libello geſtorum ab epiſcopis Cenomanenſibus in Analectis Mabillonii pag. 308. nov. edit. diſcimus. Viciſſim hæc ipſa epiſt. cum conc. Pictavenſi anni 1078. plane congruit, utpote cui Lugdunenſis Primas interfuit. His ita ſe habentibus epiſtolam hic damus utpote in acta ejus concilii nondum inſertam.*

LITERÆ ERNALDI EPISCOPI CENOMANENSIS

De capella Sablolii.

ERnaldus Cenomanenſis epiſcopus, & Guandalbertus Fulconi decano ſalutem. Abbas majoris monaſterii, & monachi ejus conqueſti ſunt de me apud Lugdunenſem primatem, & cæteros primores Pictavenſis concilii, quod eorum oratoriam capellam apud Sablolium ædificare prohibemus. At illi rationem oſtendentes, quod id fieri non deberet, rogaverunt, ut eis ædificandi li- D centiam tribuerem. Quorum auctoritati non obedire inreligioſum ducens, quod petebant benigne conceſſi. Mandamus itaque tibi & ex noſtra auctoritate jubemus, ut cum domno Hilberto S. Martini monacho, per quem epiſcopalem aquam & altare & crucem ferream miſimus, Sablolium uſque pergas, & in loco quem oſtenderit aquam ſpargas, & crucem figas. Vale.

Ad res pariter hujus concilii referas edictum, quod huc transfero ex Sammarthanorum Gall. Chriſt. to. 1. pag. 205. in quo de canone quodam concilii Pictavenſis fit ſermo, quo novo argumento confirmatur Labbei ſententia de canonibus Pictavenſis concilii præſenti huic E *ab Hugone Dienſi habito, non vero alteri anni MC. a Joanne & Benedicto A. S. LL. coacto tribuendis. Hic enim meminit Goſfredus ſanctionis cujuſdam ab Hugone in ſynodo Pictavenſi conſtitutæ, quæ ſane in canonibus octava eſt.*

Goſfredus Dei gratia dux Aquitanorum & Willelmus filius ejus, univerſis canonicis eccleſiæ glorioſiſſimi confeſſoris Hilarii, tam præſentibus, quam futuris, imo & univerſis in Ducatu Aquitaniæ &c.

Quapropter nos, ego videlicet Goſfredus gratia Dei Aquitanorum dux & abbas, quantum laico licet, eccleſiæ beati patroni noſtri Hilarii, filiuſque meus chariſſimus Willelmus ex petitione canonicorum eccleſiæ præfatæ, & præcipue Domni Goſleni venerabilis Burdegalenſis archiepiſcopi & ejuſdem eccleſiæ theſaurarii, necnon conſenſu & collaudatione Domni Iſembardi Pictavenſis pontificis, pariterque procerum noſtri palatii determinando confirmamus, & confirmando determinamus, ut ab hac die in perpetuum nullus cujuſlibet presbyteri filius vel diaconi, vel ſubdiaconi, aut alicujus clerici, nullus quoque ſpurius, id eſt qui non eſt de legitimo matrimonio natus, fiat unquam in eccleſia ſupradicta quolibet modo canonicus. Si autem aliquis ex iſtis, ſcilicet ex clericorum filiis, vel cæteris ſpuriis, antequam edictum Domini papæ Gregorii VII. quod de C illis promulgatum eſt in concilio Pictavenſi a Domino Hugone Dienſium epiſcopo, & ſedis apoſtolicæ legato eſſet recitatum, factus eſt in illa canonicus ſicut ille utique permiſit, ut ita permaneat, permittimus. Sed tamen ut nullo modo ibi ad quodlibet miniſterium amplius promoveatur, indiſſolubiliter ſanciendo ſtatuimus, & ſtatuendo ſancimus; uſque adeo etiam per univerſa tempora ſuccedentia decretum iſtud auctoritatis noſtræ, immo apoſtolicæ ratum eſſe duximus & illibatum fore voluimus, quod illud ſcribi fecimus, ſcriptumque manibus propriis confirmavimus; confirmatum autem ſigillo noſtro conſignavimus, conſignatum quoque perſonis ſuppoſitis ad conſtipulandum tradidimus. Addimus quoque præſenti decreto aliud, quod in prædeceſſorum noſtrorum privilegiis ſtatutum eſſe invenimus, ut ab hac die & deinceps ſupra LX. canonicos nullus in canonicum conſtituatur, neque donum, neque inveſtitura, neque pretium cuilibet detur, donec aliquis de numero LX. moriatur, exceptis illis, quos ſupra LX. poſitos eſſe modo invenimus, quos in canonicos conſtituendos eſſe ſuis temporibus concedimus. Signum Otſigii cantoris, Willelmi nepotis archiepiſcopi, Hugonis de Cohec, Willelmi ſubdecani &c. Goſfredi Aquitanorum ducis, Guillelmi filii ejus, Goſcelini Burdegalenſis archiep. & theſaurarii S. Hilarii, Iſemberti Pictavenſis epiſcopi, Amati apoſtolicæ ſedis Vicarii, Rainaldi theſaurarii S. Martini, Simonis prioris S. Nicolai, Guidonis abbatis novi monaſterii, Ademari abbatis S. Martialis, Odonis abbatis S. Joannis, Gervaſii abbatis S. Savini, Bertranni abbatis S. Juniani. Hæc ſunt nomina laicorum. Signum Hugonis Jurgeriarum, Borelli de Monſteriolo, Hugonis præpoſiti, Maingonis de Mella, Hugonis de Le-

zi-

ANNO CHRISTI 1079. zignem. Hujus autem privilegii scienter violatores, omnesque eis consentientes ex prece prædicti principis, & filii ejus Willelmi & supplicatione canonicorum præfatæ ecclesiæ. Ego Goscelinus Burdegalensis archiepiscopus & Isembertus Pictav. præsul, & Amatus sedis apostolicæ vicarius excommunicamus atque maledicimus, nisi resipuerint, & ad emendationem quamcitius venerint. ANNO CHRISTI 1079.

AD CONCILIUM AD S. GENESIUM

In tractu lucanæ ditionis, anno ut inscribitur 1079.

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

De concilio ad S. Genesium in Lucensi ditione ex Binio agit Labbeus; sed nec causam illius habendi satis explicat, nec annum, quo convenit, attingit. Ita porro res habuit sese. Lucam venit S. Gregorius VII. causaque adventus ea fuit, ut Henrici Italiam invadentis furorem declinaret, quod ex Domnizone in vita Mathildis ad annum 1077. Wadingus in notis ad vitam S. Anselmi Lucensis refert. Ibi rogatus ab episcopo S. Anselmo, cathedralis ecclesiæ canonicos de communi vitæ instituto amplectendo, quod illis dudum injunxerat S. Leo IX. papa admonuit. Illi tunc quidem se parituros spoponderunt. Dein recedenti ex urbe sua pontifici negarunt obsequi. Ut id rescivit pontifex, diem illis dixit primo quidem ad festum omnium Sanctorum, dein termino prorogato ad concilium Romanum, quod anno 1078. exeunte novembri celebratum est. Hæc omnia discimus ex epistola Gregorii lib. VI. epist. XI. ad canonicos S. Martini, quæ synodica est, signaturque *Romæ* IV. Kal. Decembris, indictione II. id est anno 1078. In ea synodo jussi sunt commune illud vitæ institutum amplecti, decreta in refractarios ultione. Tumultuari tunc ex canonicis quidam, & in ipsum sanctum episcopum suum conspirare; cujus criminis merito ad Romanam synodum anni, ut arbitror, 1079. vocati, cum non paruissent, *judicio totius sanctæ synodi curiæ sæculari traduntur*: verba sunt Pœnitentiarii in vita B S. Anselmi, quibus authoritas accedit ex epistola anni 1079. Kal. Octobris S. Gregorii VII. lib. 7. ep. 2. id ipsum narrante. *Quam ob causam* (scilicet ob pœnam in Concilio relatam) *tristes, præter quam credi potest, etiam adversus ipsam* (Mathildem celebrem Tusciæ comitem) *quotquot potuerunt, conspirare fecerunt. Convenerunt ergo quamplures iterum episcopi apud S. Genesium, quod a civitate Lucana non multum distat, inter quos reverendissimus Albanensis episcopus nomine Petrus* (Igneus ille est) *vicem domini papæ agebat, qui cum eodem Lucensi episcopo S. Anselmo, & cum reliquis omnibus conspiratores illos excommunicavit*. Ita Pœnitentiarius in C vita S. Anselmi. Quam eorum sententiam S. Gregorius VII. in eadem, de qua supra, epistola, data Romæ Kal. Octobris indictione III. id est anno 1079. firmam, ratamque esse jussit. Hinc synodi ad S. Genesium cogendæ causam, & tempus deducas.

CONCILIUM ROMANUM SECUNDUM VEL TERTIUM

Anni 1079.

In causa Henrici, & Rudolphi regum.

An. 1079. *Præter concilium tempore quadragesimæ anno* 1079. *habitum, in quo decreta est legatio Romani pontificis in Germaniam ut coram legatis illis constitutæ partes de re quæque sua disceptarent, & justum judicium pronunciaretur; aliud admisisse oportet, & re ipsa admittit Annalista Saxo Eccardi Romanum anni ejusdem concilium priori illo posterius, quo missa iterum a Rodulphi fautoribus legatio epistolam coram patribus recitavit, ab eodem Annalista Saxone descriptam & a me ex illo statim recitandam. Addit idem Annalista Gregorii synodicam, in qua diserte exprimit synodum hoc anno in quadragesima Romæ celebratam, qua in synodo decretam legationem illam in Germaniam asserit. Est ergo extra omnem ambiguitatem anno* 1079. *duplicem Romæ convenisse synodum in causa Henrici, & Rodulphi regum. Si enim meminit pontifex synodi hoc anno habitæ, utique significat duo eodem anno* 1079. *se celebrasse concilia; unum* D *februario mense, de quo omnes conveniunt, alterum vero, unde epistolam illam scribebat, nam e synodo datam asserit Annalista. Hanc vero secundam synodum ex chronico M. S. Bertholdi multo præ editis integriori agnovit etiam P. Hansizius German. Sac. To. I. pag.* 266. *& ex eodem Bertholdo notat secundam hanc intra hebdomadam Pentecostes convenisse. (qui tamen si vera tradiderit, non duas hoc anno, sed tres Romanas synodos statuamus oportet: nam concilium Romanum in quo Lucensium causa agitata est anno* 1079. *octobri mense convenit, ut de Synodo ad S. Genesium agens adnotavi) Præter duas vero epistolas, quas ex eodem statim dabimus, de actis ejus* E *synodi secundæ nihil occurrit. Hæc igitur verba historici*: Tertiam quoque direxerunt epistolam, quam in Romana synodo jusserunt recitari, si domnus apostolicus, vel uni- Ex Annalista Saxone to. I. pag. 547.

ANNO CHRISTI 1079.

versalis ecclesiæ interventu ad dignitatis apostolicæ rigorem posset excitari:

Conquerimur B. Petro, ejusque Vicario domno papæ Gregorio, omnique sancto concilio super injuriis & violentiis, quas a domno Heinrico passi sumus, & patimur ob hanc causam, quod sedi Apostolicæ obedientes sumus. Pervenit autem ad nos in Romana synodo nuper habita dubitatum & quæsitum fuisse, utrum ille excommunicandus sit, an non. Quapropter nos, quibus gravi experimento id innotuit, pro nostra æstimatione adnuntiamus, quantis existentibus causis jam vere sit excommunicatus. Testis est Romana ecclesia, pro quantis sceleribus, & quam inaudita præsumptione in synodo ejusdem ecclesiæ vinculo anathematis est ligatus, non prius tamen, ut ex literis ipsius Apostolici didicimus, quam multa ipsius monita spernentem, semper ex correptione deteriorem factum probatum est. Pensetur ergo, qui ante triennium incorrigibilis inventus est, jam resipuerit, ut nunc de proferenda in illum sententia dubitari oporteat. Excommunicatus vero, quam diuturna pertinacia sedem Apostolicam despexerit, undique notum est. Tandem necessitate, quæ non est incognita, coactus, absolutionem quærens non prius impetravit, quam jurejurando pollicitus est, de objectis satisfacturum, prout domnus Apostolicus tempus sibi constitueret; hac conditione absolutus recessit. Cumque placuisset Apostolico, missis literis exegit ab eo, quod promisit, quarum latores a suis fautoribus capti, quidam pecunia redempti, alii excoriati, ac decapillati sunt; quod cum ad nostros fuisset relatum, per alium nuntium literas apostolicas transmiserunt, a quo ipse legationem audiens, nil respondit, literas vero recipere recusavit; cujus rei multi sunt testes idonei, ac legatus sedis apostolicæ Domnus Bernhardus, qui ob id negotium in partes illas missus erat; quia quamvis certum fuisset pro adjuncto inobedientiæ perjurio priori anathemate illum jam esse innodatum, tamen quod sibi a sede Apostolica injunctum est, superimposuit, ac regni gubernacula denuo ei contradicendo cum sibi consentientibus a corpore, & sanguine Domini nostri & liminibus ecclesiæ separavit, & virum alium in regiam dignitatem Apostolica authoritate confirmavit: quæ edicta ille, sicut alia multa contemnens, regnum secundo sibi interdictum invadens, adeo demolitus est, ut regnum dici non valeat, cui nulla pene regalia supersunt. Cumque ad conciliandos fautores facultates regni non sufficerent, ecclesiarum publicus invasor factus est, & quidem incomparabiles, & sine exemplo prævaricationes istæ sunt. Nam non quælibet prædia, sed episcopatus quamplures aufugatis episcopis usurpavit; pro qua re proclamantibus episcopis domnus apostolicus in synodo, (a) quæ XVII. Kal. Decembris habita est, excommunicavit omnes, qui bona eorum invaserunt, qui postea, nec ipse propter hoc ab invasione cessavit, nec eos, qui cum ipso excommunicati sunt, a sua communione nec ad horam repulit. Audivimus, quod sui defensores hanc excusationem obtendant, quod ipse de bonis ecclesiarum nulli aliquid præstiterit, vel aliquis ipso jubente invaserit, neque de manu ejus acceperit, quod nec nos illi objicimus; sed hoc probare paratissimi sumus, quod sui sua permissione bona ecclesiastica invaserunt, quibus ipse rogantibus hoc concessit, dividens singulis prout voluit, & hac mercede conducti sunt iniquitati vires ministrare. Quæcumque autem non concessa superfuerunt, his ipse tamquam propriis utitur; in qua accusatione, si falsitatis convincimur, qui accusatores sumus accusati, pœnam subire parati sumus. Judicet ergo sancta Sedes Apostolica: inquirantur SS. Patrum concilia, & Romanorum pontificum decreta, utrum qui ista faciunt vel consentiunt facientibus pro excommunicatis, & sacrilegis habendi sint; vel si ipsorum fautoribus communicandum sit, qui, cum sciant vera esse, quæ de eo loquimur, scienter communicant operibus ejus malignis, & huc ad hoc veniunt, ut injustitiæ latebras ostendant, & tantorum scelerum patroni existant. Cumque in concilio hujus sanctæ ecclesiæ, quæ semper ab excommunicatis abstinere docuit, se quasi oratores exhibent, ita patienter audiuntur, sicut & nostri, nullo discrimine inter læsos, & lædentes habito. Hi etiam nuper in comitatu domni sui, in eos insurrexerunt, qui præceptis Apostolicis obediunt, ut ad inobedientiam constringerent, scilicet in partibus Sueviæ, ubi incendiis ecclesiarum & altarium destructionibus sacrilegia innumerabilia commissa sunt. In qua re illos nec accusamus nec excusamus; illud autem vere affirmamus, quod rapina illa in ecclesiis, & earum atriis facta, consensu, & permissione tam principis, quam omnium pene majorum, qui aderant, perpetrata est, ea deliberatione, quod sacrilegum exercitum aliter sustentari non posse censuerunt. Hoc quoque novit sancta Romana ecclesia, quod præfatus Heinricus domino Apostolico jurejurando affirmavit, quod nullum amodo, qui ad limina Apostolorum de quibuscumque terrarum locis tenderet, vel ipse, vel aliquis eorum, quos constringere posset, prohiberet, qualiter id observaverit, nobis tacentibus ipsa rerum indicia manifestant: Ergo præter illam, quæ ab antiquis patribus & a vestra sanctitate in hujusmodi prævaricatores est promulgata sententia, Archiepiscopus Moguntinus majorum exempla secutus, adjunctis episcopis numero VII. quibus eadem injuriæ ratio fuit, pro defensione ecclesiæ sibi commissæ prædictum Heinricum, qui parrochianus est ipsius, tradidit Satanæ in interitum carnis, cum universis complicibus suis. Item domnus episcopus Wirceburgensis, præsente, & cooperante sedis Apostolicæ legato domino Bernhardo, omnes illos anathematizavit, qui actu, vel consilio in hoc culpabiles extiterunt, quod ille a sua sede prohibitus est, cujus prohibitionis author non incertus est, qui etiam in ejusdem sedis civitate, in qua pene nemo non excommunicatus est, frequenter moratur. Ecce audivit S. vestra quam multis modis vir ille cum suis damnatus sit, & vere damnandus: Rogamus ergo vos per nomen domi-

(a) Proclamatio hæc pertinet ad Synod. an. 1078. quæ die III. Kal. Dec. habita in actis legitur.

ANNO CHRISTI 1079.

mini noſtri Jeſu Chriſti, & per eum, cujus vicem agitis, ut, ſi jam prolatis in hos homines ſententiis aliquid ſuperaddere neceſſarium non putatis, hoc tamen firmiſſime prohibeatis, ne vel in hac S. Sede, vel alicubi ad communionem recipiantur, priuſquam eccleſiis, quas læſerunt, ſatisfaciant, ne grex vobis commiſſus amplius ab eis contaminetur, & ne peſſimum illud fermentum totam maſſam corrumpat.

„ Tunc ab ipſa ſynodo in partes Teutonicas ſubjectam miſit epiſtolam:

Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei: Omnibus clericis, & laicis in regno Teutonico conſtitutis, qui excommunicationis vinculo non tenentur, ſalutem, & Apoſt. Bened. Quæ & quanta cura nobis fuerit & eſt, ut peſtilentia, clades & deſolatio a regno veſtro auferatur, pax, honeſtas, & ſolitum decus reddatur in ſynodo, quæ in hoc anno in quadrageſima Romæ celebrata fuit, declaravimus. Judicio ſancti ſpiritus decrevimus, ut in regno veſtro epiſcoporum omnium, & laicorum eorum, qui Deum timent, & pacem deſiderant, fieret conventus, & coram noſtris legatis diſcerneretur, cui, Henrico ſcilicet, an Rodolpho, qui de regno inter ſe decertant, amplius juſtitia faveret, parſque injuſtior ratione devicta, & B. Petri authoritate conſtricta facilius cederet; juſtior vero pars amplius de Deo confideret, & adjuta B. Petri poteſtate de victoria ſperaret, ac neutram mortem timeret. Sed quia pervenit ad nos, quod inimici Dei, & filii diaboli quidam apud vos contra interdictum Apoſtolicæ ſedis prædictum conventum procurent in irritum ducere & non juſtitia, ſed ſuperbia ac totius regni deſolatione ſuas cupiditates anhelent implere, & chriſtianam religionem deſtruere. Ex parte B. Petri præcipimus, ut talibus nullum auxilium præbeatis, nec illis communicetis. In prædicta enim ſynodo jam omnes excommunicationis & anathematis ſunt vinculo innodati, & ut nullam victoriam poſſint obtinere B. Petri poteſtate ſunt obligati, ut ſaltem coacti confundantur, & a morte animarum ſuarum, & deſolatione propriæ patriæ revocentur. Vos autem, fratres cariſſimi, de me nullo modo dubitetis, quod injuſtæ parti ſcienter aliquo modo faveam; magis pro veſtra ſalute deſidero mortem ſubire, quam totius mundi gloriam ad veſtrum interitum arripere; quod ſi aliqui de falſitate conſilii literis, & verbis aliter vobis indicaverint, nullo modo eis acquieſcatis: Deum enim timemus, & pro ejus amore quotidie affligimur, & ideo ſuperbiam & oblectamentum ſæculi parvipendimus, quia cito apud eum conſolari indubitanter credimus. Omnipotens, & miſericors Deus, qui ultra ſpem, ultra meritum miſeretur & conſolatur nos in tribulatione noſtra, aperiat cor veſtrum in lege ſua, & in præceptis ſuis confirmet vos, ut authoritate B. Petri a cunctis peccatis abſolutos vos ad cæleſte regnum perducat.

„ Contra quæ Rodolfi fautores aliam „ item miſerunt epiſtolam, quibuſdam præ„ miſſis hæc ſubdentes.

Novimus memoriæ veſtræ non excidiſſe, quod tam aſſiduis querimoniis frequentatum eſt apud vos, quod pene omnes epiſcopi, qui ſedi Apoſtolicæ obediunt, expulſi a facie perſequentium fugiunt, & latitant, & quomodo cum ſuis perſecutoribus convenire, & conferre de his cauſis poſſunt, pro quibus aliqui illorum occiſi ſunt, quidam in captivitatem adducti, reliqui vero omnibus rebus ſuis expoliati. Deinde hoc quoque mirandum cenſemus, quod illius hominis cauſam cum illis diſcutere jubemur, quos utroſque legatus ſanctæ Romanæ eccleſiæ veſtra juſſione a liminibus ſanctæ eccleſiæ ſeparavit. Si autem nil horum obſtitiſſet, quid veſtra intereſt, ut jam dudum finitam ſynodi Romanæ ſententiam retractemus; quid ad nos, ut diſcutiamus, ſi illa juſtitia faveat ad obtinendum regnum, cui vos regni gubernacula jam ante triennium, ſynodo judicante, interdixiſtis? Nonne magis oportuit, ut diſcuſſio judicium illud præcederet, quam nunc tandem ſubſequatur? Novimus intelligentiam veſtram, quia nunquam de re indiſcuſſa ſynodus, vobis præſidentibus, judicavit; quæ ergo neceſſitas ſecundæ diſcuſſionis? Si autem prædictus ille nondum diſcuſſus eſt, ſed adhuc diſcutiendus; quæ ratio, ut indiſcuſſo homini regalis dignitas ex dignitate Apoſtolica, ſine ullo conditionis additamento interdiceretur? Quare regi alteri obedire juſſi ſumus, priuſquam certum fuiſſet, iſtum non poſſe regnare? *Et poſt pauca:* Ut autem de reliquis omnibus taceamus, certe ſi ſola illa abſolutio ſacramentorum, quam in ſynodo feciſtis, effectum habitura eſt, indubitanter conſtat, quia iſte Rex eſſe non poteſt. Quomodo enim regnare poteſt, cui nullus amodo fidelitatem ex debito ſervat? quomodo regere populum poteſt, qui in agendis cauſis legalibus neminem ad faciendum juſtum judicium ſacramenti obligatione conſtringere poteſt? Si autem, quod abſit, illa apoſtolica indulgentia pro rato habenda non eſt, quid erit de epiſcopis, & aliis, qui ſpe prædictæ abſolutionis juramenta Henrico facta infregerunt? Nonne manifeſte perjurii convincuntur. Adhuc aliud, quid de illis ſacramentis erit, quæ poſtea regi Rodolfo facta ſunt, cujus ditioni veſtra authoritate ſubjugati ſumus? Et in fine epiſtolæ: ſi ab incœpto itinere retrorſum redire, & ob difficultatem diverticula quærere vultis, non ſolum vulnera non ſanatis, ſed quæ ſana ſunt, vulneratis. Nam ſi ea diſſimulando, quæ jam veſtra ſtatuit authoritas, in media tempeſtate, quam pro vobis incurrimus, nos derelinqueris, teſtes ſunt ſuper nos cœlum, & terra, quod injuſte perditi ſumus.

ANNO CHRISTI 1079.

AD BURDEGALENSE CONCILIUM

Ab Amato Oleronensi episcopo, & Hugone Diensi A. S. LL. anno 1079. celebratum

ADDITIO.

PRæter ea, *quæ in editione Veneto-Labbeana to. XII. pag. 631. de hoc concilio leguntur, sententiam de jure in ecclesiam S. Crucis Burdegalensis ab ea synodo latam suppeditat Mabillonius in Annalibus O. S. B. to. V. num. IX. append. & nos ex illo.*

DEFINITIO CONCILII BURDEGALENSIS,

Et procerum Aquitaniæ super ecclesia de Solaco, quæ sanctæ Crucis Burdegalensi cœnobio attribuitur.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ego Amatus S. R. E. legatus, Ellorensiumque humilis episcopus, jussu, ac vice domini domni papæ Gregorii VII. ob ecclesiarum Dei correctionem in Aquitaniæ partes directus, omnibus fidelibus præsentibus, & futuris. Per hoc privilegium nostræ authoritatis notum fieri volo; quod controversiæ C illi & altercationi, quæ inter Arnaldum Trencardi abbatem sanctæ Crucis, & Arnaudum abbatem sancti Severi, & monachos utriusque congregationis, super ecclesia sanctæ Mariæ de Solaco diutius agitata, & usque ad prædictam sedem Apostolicam fuerat perlata, in synodo, quam cum confratre nostro Hugone S. R. E. legato, Diensiumque venerabili episcopo, apud Burdegalensem celebravimus urbem, quantum in nobis, vel potius quantum in ipsa fuit justitia, certum tandem, & canonicum imposuimus finem. Cum enim in prædicta synodo, convocatis archiepiscopis, Gocilino scilicet Burdegalensi & Willelmo Auscienfi, D Radulfo quoque Turonensi, necnon & Dolensi, cum eorum suffraganeis coepiscopis, & abbatibus, simulque aliis religiosis personis tam clericorum, quam laicorum, resideremus, atque Domino nostro Jesu Christo cooperante, & sermones concilii confirmante, de multis utilitatibus sanctæ Dei ecclesiæ profuturis pertractando decerneremus, ad dandam definitionem canonicam super controversia, quæ erat inter supra memoratos abbates de prædicta ecclesia sanctæ Mariæ, penultimum concilii indiximus diem. Die igitur determinata instante, utrique supra nominati abbates cum advocatis, & ratiocinationibus suis, in concilio E adstiterunt, & prout quisque melius potuit, causam suam licenter enarraverunt, & enarrando peroraverunt. Clamoribus itaque & tenoribus utriusque partis, omnibusque eorum rationibus a concilio diligenter auditis, ac subtiliter pertractatis, ad ultimum, ut per omnem modum satisfieret importunæ invasioni Arnaldi Abbatis sancti Severi, & ut perpetuum silentium ipsi & omnibus B successoribus, & super ecclesia S. Mariæ de Solaco canonica censura imponeretur, ex decreto concilii juravit Arnaldus-Trencardi, abbas sanctæ Crucis, sexta manu monachorum suorum, ante nos in medio & in conspectu concilii, illud idem sacramentum sive juramentum, de veritate scilicet privilegii sui, quod dominus PP. Alexander jam diu ante decreverat Romæ debere ante se jurari ab ipso Arnaldo-Trencardi, tertia tantum manu monachorum suorum, Gregorio abbati sancti Severi. Omnium etenim fidelium posteritati notificare volumus, quod multis testificationibus canonicis, in ipso concilio Burdegalensi coram nobis approbatum fuit, Gregorium abbatem, antecessorem Arnaldi abbatis sancti Severi, usque adeo legibus canonicis jam ante convictum fuisse Romæ ante domnum papam Alexandrum pro injuria, quam faciebat Arnaldo abbati sanctæ Crucis de ecclesia sanctæ Mariæ de Solaco, quod ipse abbas Gregorius ipsam ecclesiam sanctæ Mariæ de Solaco in manu ipsius domni papæ Alexandri dimisit, & in manu ejusdem in ipsam ecclesiam se ulterius non invasurum promisit. Subinde ipse domnus papa Alexander ipsum Arnaldum-Trencardi abbatem S. Crucis de ipsa ecclesia S. Mariæ de Solaco revestivit, & nos in ipso concilio revestivimus, & ab omnibus successoribus suis jure perpetuo cum omnibus ad se pertinentibus possidendam canonum censura decrevimus. Ut autem hæc concilii definitio firma semper & illibata per succedentia maneat tempora, hoc privilegium nostræ auctoritatis scribi præcepimus, & sigilli nostri impressione signari jussimus. Actum, & definitum in concilio Burdegalensi in ipsa matre ecclesia in honore beatorum apostolorum Andreæ & Jacobi constructa anno MLXXIX. ab incarnatione Domini, indictione II. concurrens I. epacta XV. IV. idus Octobris, anno vero pontificatus domni papæ Gregorii VII. sexto, adstante, & confirmante Guillelmo nobilissimo Aquitanorum duce & comite Vasconiæ cum suis principibus.

ANNO CHRISTI 1080.

AD XANTONIENSE CONCILIUM

In causa Episcopatuum Britanniæ minoris ab Apostolicæ sedis Legatis tempore Gregorii papæ

Anno 1080. *celebratum*

ADDITIO.

Ex anno 1080. ad 1081. translatum

SUb Gregorio VII. pontifice quemadmodum & sub aliis ante ipsum Romanis pontificibus agitata lis est de jure metropolitico in episcopatus Britanniæ minoris inter Dolenses, & Turonenses. Gregorius disceptantes inter se partes audivit in concilio quodam Romano anni forte 1076. vel ineuntis 1077. quos cum componere nequiret, nec de statu quæstionis decidere posset, (cum Dolensis quædam apud se documenta habere diceret, quæ Romam minime detulisset), legatum suum eo misit ad rem illam decidendam Hugonem Diensem. Constat id ex literis ejusdem Gregorii die VIII. Id. Martias indictione III. id est anno 1080. datis, legendis lib. IV. epist. XV. Conventum est igitur ad concilium Xantoniense, in quo diligenter omnibus discussis a legatis apostolicis sententia pro Turonensibus lata est. Concilium istud Labbeum quidem non fugit; at sententiam ibi latam pro Turonensibus ex Bulla Innocentii III. reperendam omisit, quam hic suppleo ex eadem bulla Innocentii III. pro Turonensi jure asserendo, legenda in anecdotis Martene to. III. pag. 948.

Tandem vero cum utraque partium super hoc coram felicis recordationis Gregorio VII. papa prædecessore nostro diutius litigasset; idem Gregorius post longam discussionem in Romana synodo, utraque parte præsente, & causa non sine multo labore discussa, contra Dolensem ecclesiam sententiam promulgavit, ut, nisi forte Britanni a subjectione ejusdem ecclesiæ se possent authentica sedis apostolicæ authoritate tueri, Turonensem ecclesiam matrem suam, & metropolim recognoscerent, & eam, quam decet metropolitanum, subjectionem, & obedientiam Turonensi archiepiscopo exhiberent, usu pallei .... tunc Dolensi episcopo reservato; sic tamen, ut nullus successorum ejus ad dignitatem hujusmodi aspiraret; sed tam ipsi, quam cæteri episcopi Britanniæ sub Turonensis archiepiscopi magisterio perpetuo permanerent. Ad quod melius cognoscendum, idem Gregorius legatos sedis apostolicæ in Provinciam destinavit, qui congregato concilio Xantonis, auditis propositis, cum Dolensis ecclesia nullum ad suæ defensionis præsidium apostolicæ sedis privilegium induxisset; sed quasdam literas potius sub nomine Adriani papæ confectas, quas P. clericus Dolensis Antistitis, ipso audiente & tacente, in regesto Romanæ ecclesiæ ...... se mentitus fuerat reperisse, & quas idem antistes falsatas esse in versiculo, in quo de datione pallei fiebat mentio, recognovit: quod Gregorius sub conditione statuerat, pure curaverunt & simpliciter definire, scilicet ut tam idem Dolensis, quam cæteri episcopi Britanniæ perpetuam deinceps subjectionem, & obedientiam exhiberent archiepiscoqo Turonensi; quod prædictus Dolensis in manu dicti Gregorii papæ post datum judicium promiserat se facturum. Quamvis autem prædictorum Joannis, Leonis, Gregorii, & legatorum ejus pars eadem authentica non haberet, ea tamen authentica esse per bonæ memoriæ Urbani II. authenticum demonstravit.

Hoc vero concilium ex anno 1080. cui alligatum huc usque fuit, ad sequentis 1081. Januarium mensem transferre oportet. Cum enim Gregorii VII. literæ, quibus commisisse se hanc causam episcopatuum Britanniæ Legatis suis discutiendam significat, martio mense anni 1080. signatæ sint; & concilium, ut ex documento a Veneto Labbei editore producto, Januario mense convenerit; id utique nonnisi de Januario sequentis anni accipi potest.

AD MOGUNTINUM CONCILIABULUM

Adversus Gregorium Papam anno 1080. *celebratum*

ADDITIO.

An. 1080.

THeodericus wirdunensis episcopus in concilio isto, primo quidem rebus in eo per summam impietatem gerendis assensum præbuit: cum vero dein ad rei executionem ventum fuerat, clam aufugit; excommunicationem nihilosecius quam propterea incurrerat, quod licet brevi temporis spatio rebus pravis cohæsisset, excommunicationem inquam agnovit, & servavit teste Flaviacensi in chronico. Id ipsum comprobant geminæ illæ epistolæ, quas hic velut ad conciliabulum istud pertinentes ex codice Udalrici produco, quibus præmittere visum est ex eodem codice epistolam Henrici Spirensis episcopi, qua Longobardiæ episcopos & principes ad concilium istud Moguntinum invitat.

EPI-

ANNO CHRISTI 1080.

EPISTOLA HENRICI SPIRENSIS

Episcopi ad episcopos & optimates Longobardiæ.

Invitat illos Moguntiam pro turbis regni & sacerdotii sedandis.

Ex cod. Udalrici n. CLXI.

IN Domino Dominorum diligendis archiepiscopis, episcopis, marchionibus, comitibus, nec non & totius Longobardiæ tam minoribus quam majoribus H. Spirensis episcopus servitutem & orationem. Super regni perturbatione regiæque potestatis derogatione, nec non etiam super vacillante statu ecclesiæ, non minus ego dolens quam cæteri principes regni decrevimus Moguntiæ inire consilium, si fieri possit, ut regni perturbatio sedetur, regia potestas redintegretur, & ecclesiæ, ne omnino naufragium patiatur, succurramus. Quonam autem modo hoc fieri possit, excogitare nequivimus, nisi caput pestiferæ serpentis penitus abscinderetur, cujus venenoso afflatu hæc exorta hactenus intumuerunt. Manente vero causa efficiente, quomodo poterit effectus extirpari? qua inito consilio tam primates quam minores firmiter fideliterque decrevimus, ut Hildebrandus ille sedis subdolus apostolicæ invasor, divinarum humanarumque legum execrabilis perturbator, Deo opitulante omnimodis abdicetur, aliusque in sedem apostolicam eligatur qui dispersa colligat, confracta consolidet; non discordiam, non bella, sed pacem in sancta ecclesia desideret. Nec ab hoc negotio perficiendo strenuitatem vestram absterreat, quod prius in simili consilio nos portum tenentes, periculosæ procellarum jactationi vos commisimus, sed potius viriliter agite, & confortetur cor vestrum, qui speratis in Domino, pro certo scientes, levius extorqueri clavam de manu Herculis, quam in præsenti negotio divellamur, vita comite, a vobis.

THIEDERICI WIRDUNENSIS EPISCOPI EPISTOLA

Ad omnes imperii subditos.

Omnia se admissurum profitetur quæ contra Gregorium pontificem decernentur.

Ex eodem n. CLIX.

DIlectis in Christo fratribus & Dominis archiepiscopis, episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus, principibus Romani imperii, majoribus, & minoribus, clero & populo, sanctæ ecclesiæ cultoribus T. Virdunensis, id quod est Dei gratia, fraternam dilectionem, debitam servitutem, & perpetuam in Domino salutem.

Regni nostri perturbatio, & ut verius dicam, nisi Deus avertat, prima nimis annullatio in maximum dolorem nos excitat, in lacrimas vocat, in miserabilem querimoniam coram Deo & hominibus nos convertit. Hildebrandus, qui dicebatur caput, jam cauda ecclesiæ, qui fundamentum, jam detrimentum est ecclesiæ; qui decus, jam dedecus est ecclesiæ: hic dispergit, qui dicebatur congregare: hic ecclesiam odit, qui dicebatur diligere: jam usque ad omnimodam hæresim infirmat, qui dicebatur sanctam ecclesiam confirmare. O inaudita arrogantia hominis supra omnem gloriam de se gloriantis, supra omnem malitiam male agentis, unitatem ecclesiæ scindentis; quod inauditum est, regnum & regem catholicum destruere præsumentis, impios justificantis, pios injuste damnantis, decreta patrum pervertentis, regem adulterinum extollentis, regem liberum & legitimum, & cum memoria nominis regii extinguere meditantis, & minantis. O temporibus nostris nunquam audita hæresis! Perjuria fidelitates dicit, fidem sacrilegium facit; imo quia ab initio parer ejus mendax fuit, per omnia mentitur, & in omnibus veritati contradicit. Videat Deus & judicet, videte vos, judicate. Hominem impium, hominem abhominatum, membra ecclesiæ subvertentem, caput nobis faceremus. Nos omni ecclesiastico honore destituentem patrem nobis constitueremus? Vita sua accusat illum, perversitas damnat, obstinatio malitiæ illum anathematizat. In qua re vobiscum esse, vobiscum facere, vobiscum laborem subire, assensus, consilium, & auxilium nostrum non recusat. De eligendo autem summo pontifice, qui errata corrigat, qui destituta restituat, qui hujusmodi fortia confundat, Deo cooperante vobiscum operabimur, Deo consentiente vobiscum sentiemus, & pro honore ecclesiæ & pro recuperatione regis & regni in nullo vobis deerimus.

EJUSDEM

Ad E. (Egbertum) Trevirensem electum.

Quod ejus consecrationi adesse nequeat, cum excommunicationem incurrerit.

E. Sanctæ Trevirensis ecclesiæ Trevirensis ecclesiæ patri reverendissimo unanimiter electo, canonice admisso T. Dei gratia id quod est, debitam dilectionem, ex dilectione subjectionem, ex subjectione servitutem, ex servitute intimam, in omnibus servata ratione, devotionem. Ex eodem n. CLVIII

Teste conscientia, teste & illo qui omnia novit, nemo est qui dignitati vestræ melius velit, nemo qui unanimi vestræ electioni magis applauserit; nemo, inquam, qui de tam jucunda patris ad filium, prælati ad subditum affinitate rationabiliter incepta, rationabilius finienda, majorem fiduciam consilii & auxilii sibi assumpserit. Fateor me in omnibus vobis & ecclesiæ Trevirensi debitorem esse, utpote quem elegi, & laudavi mihi in dulcissimum patrem; imo quod Trevirensem ecclesiam semper habui & habiturus sum, vita superstite, in dulcissimam matrem. Ecclesia Virdunensis ecclesiam Trevirensem ut filia matrem digna dilectione, debita subjectione amplectitur; ut subjecta prælatam veneratur. Membrum igitur capiti suo connexum proficit, divisum omnino deficit. Legati vestri, frater, archidiaconus, miles H. monuerunt me ut Treverim venirem, obedientiam vobis & ecclesiæ persolverem, ordinationi vestræ interessem. Consecrationem vestram in tanta omnium necessitate non modo vobis, sed nobis

ANNO CHRISTI 1080.

bis qui affligimur, qui anguſtiamur, valde neceſſariam ulterius non differrem; tam juſtæ, tam ſaluberrimæ monitioni non moram, non difficultatem aliquam prætendiſſem, ſi in hoc tum meam & veſtram ſalutem non adtendiſſem; ſi non benedictionem pro maledictione, conſecrationem pro execratione; ordinationem pro depoſitione hoc tempore reputaſſem. Quod igitur maximo cum dolore vobis refero, ab ordine ſuſpenſum vos ordinare periculoſum eſſet, ut miſerabilius dicam, execratum de conſecratione veſtra præſumere pernitioſum eſſet. Conſilio meorum ſatis importuno, ut teſte Deo mihi contrario in Pentecoſten veni ad curiam terribiliter adſtrictus, multipliciter coactus ſum ibi agere contra ordinem, contra ſalutem meam, imo contra dignitatem eccleſiaſticam; abrenuntiavi ſedenti in ſede apoſtolica, & hoc ſine ratione aliqua, cum præſens non audiretur, auditus diſcuteretur, diſcuſſus convinceretur. Abrenuntiavi illi, cui in examine meæ ordinationis profeſſus fueram obedientiam, cui ſubjectionem pollicitus eram, cui poſt beatum Petrum ſuſcepto regimine mihi commiſſæ eccleſiæ commiſſus fueram. Reverſum ſolito gravius eccleſia me ſuſcepit, uſitatum proceſſionis ordinem non exhibuit, & quod miſerabilius eſt, oſculum pacis non obtulit, quod infelicius propter auditam tam temere abrenuntiationem, & inauditam prius tantam A temeritatem, non modo ab epiſcopali, ſed a ſacerdotali officio, ſub obſtentatione meæ ſalutis, & mei ordinis ſaluberrimo conſilio uſque ad dignam B. Petro & vicario ejus ſatisfactionem me ſubmovit. Hoc me impedit, hoc in C. J. ordinationi veſtræ me ſubtraxit. Quod ſi alius pro voluntate veſtra & petitione, Tullenſis videlicet, vel quivis vicem noſtram ſuppleverit, nec indignor, nec adverſor, neque rationabiliter ordinanti improperabo, neque in aliquo detraham rationabiliter ordinato. Adhuc vobiſcum agam familiarius, ut cum patre filius, ut cum prælato ſubjectus, ut cum amico nemo jucundior amicus, cum conſanguineo proximus admodum conſanguineus. Hoc tempore tribulationis, in hoc ſchi- B ſmate eccleſiaſticæ dignitatis, hoc errore apoſtolicæ ſedis, videndum eſt, quomodo ordinari velitis in examinatione ordinis, cui promiſſionem, cui obedientiam, cui dignam ſubjectionem vovere debeatis. Hoc per abrenuntiationem noſtram expulſo, alio per legitimam electionem nondum recollocato. Non hoc dico, ut voluntati veſtræ contradicam, ut ordinationem impediam, ut promotionem ſuſpendam, cum pro caritate & paternitate veſtra paratus ſim ultro offerre corpus & animam. Adaperiat Dominus cor veſtrum in lege ſua, & in præceptis ſuis & in præſenti cauſa.

AD ROMANUM CONCILIUM

Anni 1080.

In quo Henricus regno expoliatur, Rodulphus inveſtitur.

ADDITIO.

An. 1080. EX *hac ſynodo ſcriptas teſtatur annaliſta Saxo Eccardi literas, quas ex illo acceptas hic repeto. Forte tamen hæ literæ præceſſerunt ſententiam in Henricum regem in concilio pronunciatam: Hanc vero ſententiam Anno* 1080. D *tunc arbitror dictam, cum Henricus victoria de Saxonibus relata inflatus omnem in apoſtolicam ſedem obſervantiam abjecit. Prælium vero illud die VI. Kal. februarii Annaliſta Saxo conſignat. Ex quo fieret concilium hoc januario menſe conveniſſe. Quibus conſtitutis hoc Romanum ab eo, in quo ſententia exauctorationis in Henricum dicta eſt, conſignaturque martio menſe, plane diſtinguitur.*

In ipſo anno Domnus apoſtolicus in Teutonicas partes a ſynodo ſubjectam miſit epiſtol.

Gregorius ſervus ſervorum Dei omnibus archiepiſcopis & epiſcopis in Teutonico, atque in Saxonico regno commanentibus, omnibuſque principibus, cunctiſque majoribus, & minoribus, qui non ſunt excommunicati, & E *obedire voluerunt, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

Quomodo ex lite & diſſenſione veſtra maximum in ſancta eccleſia periculum fieri quotidie cognoſcimus viſum eſt nobis, viſum eſt & fratribus noſtris in concilio congregatis ſumma ope elaborare pro viribus, quatenus idonei nuntii, tam religione quam ſcientia pollentes e latere apoſtolicæ ſedis ad partes veſtras mitterentur, qui religioſos epiſcopos, laicos etiam pacis & juſtitiæ amatores in partibus veſtris commorantes ad hoc opus idoneos congregarent, qui Domni gratia præeunte, die & loco ab illis ſtatuto, tam ipſi quam quos ipſis adjungere adhuc debemus, aut pacem componant, aut veritate præcognita ſuper illos, qui ſunt ſancti, diſſidii cauſa, canonicam cenſuram exerceant. Verum quomodo nonnullos diabolico inſtinctu confectos, iniquitatis ſuæ facibus ignitos, cupiditate inductos, diſcordiam potius, quam pacem fieri & videre deſiderantes fore non ignoramus; ſtatuimus in hac ſynodo, ſicut & in præterita, ut nulla perſona alicujus potentiæ vel dignitatis ſive parva, ſive magna, ſive princeps, ſive ſubjectus aliqua præſumptione audeat legatis noſtris obſiſtere, & cum ad vos pervenerint de componenda pace contraire, nec poſtea contra interdictum illorum alter in alterum audeat inſurgere, ſed uſque ad diem ab illis ſtatutum firmam pacem omnes ſine ulla occaſione & fraude obſervent; quicumque autem hæc veſtra inſtituta ulla præſumptione violare tentaverit, anathematis vinculo eum ligamus, & non ſolum in ſpiritu, verum etiam in corpore & in omni

ANNO CHRISTI 1080.

ANNO CHRISTI 1080. omni prosperitate hujus vitæ apostolica auctoritate innodamus, & victoriam in armis A auferimus, ut sic saltem confundantur & duplici contritione conterantur. ANNO CHRISTI 1080.

BRIXIENSE CONCILIABULUM

Quo Gregorius papa VII. de sede sua deponitur.

Anno 1080. ab episcopis XXX. schismaticis celebratum.

An. 1080. *Conciliabuli hujus acta quædam ex Bennone schismatico dedit Labbeus. Integriora propono ex codice Udalrici; quæ non ideo hic exhibentur, quod illa probem, nec digna judicem ut trasmittantur ad posteros; sed cum historiæ integritati prosint, & alioqui ea sint quæ nemini officere possunt, cum non abalienationem quidem a pontificis obsequio, sed potius schismatis detestationem insinuent; eo enim miseros deduxit, ut in ea, quam cum pontifice exercuerunt controversia, nec modum nec religionem servaverint.*

Ex Cod. Udalric. n.CLXIV. Anno Dominicæ Incarnationis MLXXX. mediante serenissimo rege Henrico IV. anno regni ejus XXIII. VII. Cal. Julii, feria V. ind. III. cum apud Brixiam Noricam XXX. episcoporum conventus, nec non & optimatum exercitus non solum Italiæ, sed & Germaniæ jussu regio congregaretur, facta est vox una velut ab ore omnium terribiliter conquerentium super truculenta vesania cujusdam Hildebrandi pseudo-monachi, Gregorii papæ VII. cognominati, cur tamdiu ipsam rex semper invictus sævire pateretur intactam; cum vas electionis Paulus testetur; principem non sine causa ferre gladium; & Petrus pastor primus non solum præcellere, verum duces ab eo mittendos clamet esse ad vindictam videlicet malorum, ad laudem vero bonorum. Ad quorum satisfactionem visum est ipso gloriosissimo regi, principibusque ejus justum, ut judicium episcoporum divinæ animadversionis sententia gladium materialem in ipsum Hildebrandum præcederet, ut quem præsules ecclesiarum prius a superba prælatione deponerent, eumdem postmodum regalis potentia licentius persequendum decerneret. Quis ergo fidelium, qui illum novit, damnationis jaculum contra ipsum metueret intorquere, qui ab ineunte ætate modo se studuit per inanem gloriam nullis suffragantibus meritis super hominem commendare. Somnia & divinationes proprias aliorum divinæ dispositioni præponere, habitu monachus videri, & professione non esse, ecclesiasticæ disciplinæ, nulli subditus magistro, se extorrem judicare; obscenis theatralibus ludricis ultra laicos insistere; mensas nummulariorum in porticu transeuntium turpis lucri gratia publice observare. His itaque quæstibus pecunia cumulata abbatiam beati Pauli invasit, supplantato abbate, unde aperiens archidiaconum quendam nomine Mancium, ut sibi officium venderet, decipiendo seduxit; & Nicolao papa nolente, tumultu populari stipatus in œconomum se promoveri coegit. Quatuor namque Romanorum pontificum super improba morte per manus cujusdam sibi intimi Johannis, sibi intimi Brachinti, propinato veneno homicida extitisse convincitur, ut cæteris tacentibus, ipse minister B mortis, urgente mortis articulo, diris clamoribus licet sero pœnituerit, testabatur. Hic denique sæpe dictus pestifer ipsa nocte, qua funus Alexandri papæ in basilica Salvatoris exequiarum officio fovebatur, portas Romanæ urbis & pontes, turres, ac triumphales arcus, armatorum cuneis munivit, Lateranense palacium militia comparata hostiliter occupavit, clerum ne auderet contradicere, cum nullus eum vellet eligere, gladiis satellitum evaginatis mortem minando perterruit, & prius obsessam diu assiluit cathedram, quam corpus defuncti obtineret tumbam. Dum vero quidam ex ipsis decretum Nicolai papæ a centum C XXV. episcopis sub anathemate promulgatum, eodem Hildebrando laudante ad memoriam sibi vellent reducere, quod si quis sine assensu Romani principis papatriari præsumeret, non papa, sed apostata ab omnibus haberetur; negavit se regem uspiam scire, & se posse asseruit sententiam prædecessorum vacuam judicare. Quid plura? Non solum quidem Roma, sed ipse Romanus orbis testatur, illum non adeo fuisse electum, sed a se ipso vi, fraude, pecunia impudentissime objectum, cujus fructus patefaciunt radicem, cujus opera manifestant intentionem, qui ecclesiasticum subvertit ordinem, qui christiani imperii perturbavit re-D gnum, qui regi catholico ac pacifico corporis & animæ intentat mortem, qui pessimum & proditorem defendit regem, qui inter concordes seminavit discordiam, inter pacificos lites, inter fratres scandala, divortia inter conjuges, & quidquid quiete inter pie viventes stare videbatur, concussit. Quapropter, ut prælibatum est, eundem procacissimum Hildebrandum sacrilegia ac incendia prædicantem, perjuria & homicidia dependentem, catholicam atque apostolicam fidem de corpore & sanguine in quæstionem ponentem, hæretici Beringarii antiquum discipulum, divinationum & somniorum cultorem, manifestum nicromanticum, E phytonico spiritu laborantem, idcirco a vera fide exorbitantem, judicamus canonice deponendum, & expellendum: & nisi ab ipsa sede his auditis descenderit in perpetuum condemnandum.

CON-

CONCILIUM INCERTI LOCI IN NAVARRA forte PAMPELONENSE,

Quo Pampelonensis urbs devota est anathemati,

Circa annum 1080. celebratum.

Richardus S. R. E. cardinalis & abbas Massiliensis legationem duplicem in Hispania obivit; aliam quidem anno 1078. alteram anno 1079. & sequenti. In una quadam ex illis concilium, quantum ex conjectura deduci potest, in Navarra, & forte in urbe principe Pampelona celebravit, quo omnes ejus urbis incolas anathemati devovit. Concilii hujus & lati in eo anathematis meminit idem Richardus in epistola ad Sancium V. Navarræ regem scriptam, quam ex veteribus monumentis Martenianis to. I. pag. 497. huc transfero.

EPISTOLA R. CARDINALIS AD S. REGEM.

Confirmat latam in Pampelonenses excommunicationis sententiam, vetatque ne ullam cum illis habeat communionem.

Ex Martene Vet. Mon. t. I. pag. 497.

R. (a) cardinalis apostolicæ sedis Legatus S. Regi venerabili salutem.

A Domino nostro papa in ecclesiis regni vestri, honorem, & gloriam ejusdem sanctæ & universalis ecclesiæ, postposita alia nobis . . . . . multo sudore fideliter quærebamus; sed nec per vestros circumlocutionum anfractus decepti a parte cognoscimus, quoniam plus hominum favorem, quam Dei timorem animarumque salutem in vestris operibus cupitis invenire. Nam salutem vestro consilio in populo commisso vos efflagitare credebamus; unde quia non ita apud vos est, colligentes si qua vobis pro vestra caritate de qualibet specialiter persona promisimus, facturos nos deinceps proculdubio abnegamus: sed consulere aliter si potuerimus, satagemus. Excommunicationis sententiam, quam in Pampilonensi episcopatu, & hominibus ejusdem episcopi quocumque loco fuerint, sive in expeditione contra hostes pugnaverint, sicuti in concilio episcoporum & abbatum apostolica auctoritate posuimus, iterum, iterumque eadem auctoritate firmamus: vosque communionem cum Pampilonensibus excommunicatis usque ad festivitatem S. Johannis, & hoc non in ecclesiastico officio, sanctorum apostolorum Petri & Pauli & nostra authoritate, nullam deinceps habere præcipimus, donec habeant electum in eadem ecclesia apostolica auctoritate firmatum. Interdicimus hoc modo, ut a festivitate S. Johannis & deinceps mortui nullo modo sepeliantur, cum vivis scienter nullus christianam communionem habeat, nullumque divinum officium in ecclesiis fiat, præter puerorum baptismum, si mortis vel languoris illos agitaverit periculum. Hæc ideo facimus, quia conspirasse illos ad destructionem ecclesiæ cum alteris regni vestri principibus videmus, quos adhuc nominatim non exprimimus, qui gladium S. Petri & virtutem S. Spiritus ad perpetuam infamiam & confusionem suam experientur. Ne confidatis in victoria qui justitiam reliquistis, cum scriptum sit: *Primum quærite regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* De quo confidere possetis, si plus crescere regnum Dei, quam vestram gloriam quæreretis. Quæritis enim quæ vestra sunt, non quæ Jesu Christi. Et quia irritum fecistis mandatum Dei, & apostolicum præceptum propter seductionis & . . . . hominum animarum pereuntium, sanguinem Deus a manu vestra requirat. Nos ergo exeuntes de civitate excutimus pulverem pedum nostrorum in testimonium super vos.

(a) Hæc epistola est Richardi cardinalis, qui postea fuit abbas Massiliensis S. Victoris, ab Alexandro II. creatus cardinalis & a Gregorio VII. & Urbano II. missus legatus in Hispaniam. Scripta est autem ad Sancium V. Navarræ regem, quem quidam de crudelitate & injustitia insimulant. MARTENE.

CONCILIUM BURDEGALENSE

Amato A. S. L. præside

Anno 1080. *habitum.*

Ex Gall. Christ. t. 2. pag. 316. appen. nov. edit.

OMnia orta occidunt, & aucta senescunt, nec multum hominis tempus protenditur, ejusque memoria brevissima probatur; sed oblivione ne prorsus præterita absorbeat, necesse est, ut rerum gestarum notitiam littera retineat, quatinus quid sit mutabile futuros non lateat. Igitur hoc præsens non ignorat ecclesia, sed nec posteritas B hinc hæreat ambigua, quod nostra gestum est præsentia. Ego itaque Geraldus Deo largiente abbas, quamvis indignus, diu optaveram eripi de mundanis fluctibus, quibus contundebar acrius, quam fragilis ferre posset animus. Cæterum subjecti mihi minus obediebant, nec eorum ferrea molliri pectora quiverant, quos quidem sæcularia plus nimio negotia induraverant. Denique monstrante divina clementia portum salutis, placuit animo antra petere solitudinis, ubi nulla esset sæcularis habitatio hominis. Itaque commendata episcopo cura commissi gregis, egressus sum de monasterio comitantibus paucis, ignorans omnino quo cursus foret itineris. C Sed tandem, Domino ducente, quippe qui nunquam abest sperantibus in se, pervenimus ad Domnum willelm. Pictavensem comitem, virum adprime nobilem, totius quoque Aquitaniæ ducem, qui locum attribuit nobis congruum Silva major nuncupatum, quod allodium ita nobis ab illo absolutum redditur, ut nullo ibi quidquam juris requiratur, sicut etiam alia cartula testatur? Cum ergo ibi vellem incipere monasterium, perrexi ad domnum Goscelinum Burdegalensem archiepiscopum, in cujus episcopatu prædictum erat allodium, ejus quidem rogaturus beneficium. Qui interveniente præfato duce jam incœptum monasterium ita omni donavit libertate, ut D nec ipse, nec alius post eum, non archiepiscopus, non archidiaconus, non archipresbyter, non cujuslibet ordinis persona aliquod in eo jus, vel dominationem possit habere. Quatinus ibi degentes monachi absque ulla inquietudine libere possent Deo servire. Sed & hoc stabilitum est ab ipso, eodem precante willelmo, ut si quandoque, disponente Christo, villa creverit, nihilo majus in ea archiepiscopus, vel quilibet minister ejus quidquam habeat juris, nec in clericis, nec in laicis, sed omnia referantur ad abbatis dispositionem, vel congregationis. Hoc etiam sibi nobisque providit, ut nihilominus ecclesiarum consecrationem, sacrosque ordines vel chrisma ab archiepiscopo accipiamus cum necesse fuerit. Sed hæc constitutio iterum ab eodem firmata est in proximo concilio, præsentibus Romanis legatis Hugone atque Amato, multoque aliorum episcoporum collegio. Hoc quoque definitum est, ut si quis hoc decretum violare tentaverit, se sciat excommunicatum, donec satisfecerit, tam ab archiepiscopo, quam ab omnibus qui fuerunt in concilio. Nec non & hoc consulente Domino Amato constituimus, ut hoc cœnobium solummodo, Romanæ foret ecclesiæ subjectum, atque sui tutelam domno apostolico singulos annos solveret quinque solidorum. At ego jam descendens in defectum ætatis decrepitæ jam jam curam monachorum cupiebam dimittere; atque minus utilis meliori cedere. Verum domnus Amatus a nostris rogatus fratribus, licet totis resisterem nisibus, tamen mihi ex parte domni apostolici testatus obedientiam, eorum commendavit providentiam.

Acta est vero supradicta confirmatio Burdigalensi civitate in concilio, anno ab Incarnatione Domini MLXXX. Indictione III. epacta XXVI. II. nonas octobris, octavo an. Gregorii papæ VII. Philippo in Francia regnante.

S. willelmi Aquitanensis Ducis. Confirma hoc Deus

Ego Amatus apostolicæ sedis legatus confirmo

Ego Hugo sedis apostolicæ legatus confirmo.

Ego Gocelinus Burdegalensis archiepiscopus præsente concilio concedo & confirmo.

S. Rodulphi Turonensis archiepiscopi
S. willelmi Auxiensis archiepiscopi
S. Bosonis Sanctonensis episcopi
S. Ademari Engolismensis episcopi
S. willelmi Petragoricensis episcopi
S. Raimundi Vasatensis episcopi
S. Hugonis Bigorrensis episcopi
S. Donaldi Agennensis episcopi
S. Petri Adurensis episcopi
S. Odonis abbatis sancti Johannis.
S. Drogonis Malliacensis abbatis
S. Raynaldi S. Cypriani abbatis Pictavensis
S. Bertrandi S. Juliani abbatis V. Nobiliacensis
S. Hildeberti Nantulliacensis abbatis. V. Nantolis in valle
S. Fulchardi S. Salvatoris abbatis V. Blavia
S. Anchelini, Gocelini Burdegalensis ecclesiæ archidiaconi.

AD

AD MELDENSE CONCILIUM

Anno 1081. celebratum

ADNOTATIO CHRONOLOGICA ET ADDITIO.

Ex anno 1080. ad 1081. translatum.

QUamvis in collectione Veneto Labbeana duo adnotantur Meldensia concilia, aliud scilicet anno 1080. aliud vero 1082. unum tamen idemque concilium est, quod nec anno 1080. nec 1082. sed potius anno intermedio 1081. convenit. Atque de unico Meldensi concilio idem fuit etiam Labbei judicium, ut ipse ad concilium Meldense anni 1080. expressit. Sed cum ad hoc idem concilium in appendice adjectiones adnotasset sub hoc titulo *concilium Meldense anno 1082. celebratum*; Venetus Labbei editor, posita in appendice concilia suo loco repræsentaturus, aliud quidem reliquit anno 1080. positum, aliud vero ad annum 1082. qualem annum referebat apud Labbeum in appendice, constituit, ex quo accidit ut ex uno duo fierent. Unum est igitur Meldense concilium, nemo enim veterum duo per hæc tempora distinxit, idque anno 1081. convenisse, ita ego olim in meis ad Pagium adnotationibus ad A. 1080. 13. demonstravi.

Inter concilia ab Hugone Diensi celebrata anno huic assignatur concilium Meldense, quod jussu Gregorii pontificis coactum fuit, quo de episcopi Suessionensis electione deliberaretur. Verum eruditi Galli ante me animadverterunt uno anno citius concilium istud constitutum fuisse. Nam Arnulphus ex permissione ab eodem synodo facta electus consecratus fuit episcopus die XIV. *Kalend. januarii*, quæ tunc incidit *in Dominicam ante natalem Domini*; Hariulfo abbate Aldemburgensi authore synchrono in vita ejusdem Sancti. His characteribus annus 1081. exprimitur. Vide Bollandistas ad diem XV. Augusti.

Inter acta hujus concilii adjicienda est charta Guarini comitis Rosnacensis, quam exhibet Baluzius Miscellan. tom. VI. pag. 418. ex qua multo plures episcopi concilio huic adsistentes sese produnt, quam exhibentur in literis Gaufridi comitis, quas ex eodem Baluzio Venetus editor Labbei dedit, nostra hac, nescio quo consilio, omissa.

LITERÆ GUARINI COMITIS ROSNACENSIS

de ecclesia sanctæ Margaretæ

data monasterio Cluniacensi.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Omnibus sanctæ ecclesiæ catholicæ filiis præsentibus atque futuris notissimum volo fieri ego Guarinus dictus comes Rosnacensis territorii, quod propter gratiam ejusdem honoris transitorii, dum essem filius sæculi, cogitavi ut in alimoniam filiorum Dei, qui pro peccatis meis & totius populi creduntur orare pietatem Domini, donarem partem allodii mei, & illud quod habebam in ecclesia sanctæ Margaretæ Domino & sancto Petro Cluniacensis cœnobii, quod præcogitatum Domino volente perfeci, constitutis inibi fratribus, qui sub proposito regulari Domino deservirent, & sanctæ Virgini. Sed altare & quartam partem ipsius ecclesiæ tunc temporis possidebant fratres Der- B vensis monasterii, ubi honorifice requiescit corpus venerabilis Bercharii. Ut ergo prædictam ecclesiam ex integro haberent Cluniacenses monachi, consilio habito cum domno apostolico Hildebranno nomine, in papatu autem dicto Gregorio, ut morerer mundo & viverem Deo, in remissionem omnium delictorum, & ad salutem antecessorum meorum, cum benedictione apostolica, & cum licentia episcopi mei domni Hugonis Trecasini, & cum favore Theobaldi comitis Palatini, cum laude etiam propinquorum meorum dedi me cum allodiis meis principibus Apostolorum Petro, & Paulo, venerabili quoque Berchario, in præsentia Domini ab- C batis Brunonis, & monachorum fideliumque suorum. Itaque jam dictus abbas & monachi annuerunt Cluniacensibus altare & quartam partem supra memoratæ ecclesiæ acceptis sibi alodiis, quæ erant liberæ conditionis, & absque jugo ullius advocationis, sine alicujus judiciaria potestate, sive banno, ad postremum sine aliqua redhibitione omnis hominis. Hæc igitur sunt alodia, quæ tradidi Deo & sanctis apostolis Petro, & Paulo, beato quoque Berchario, monachisque suis perpetualiter habenda. Roserias, Muctium, Juncherejum cum appendiciis suis, videlicet servis & ancillis, terris cultis & incultis, silvis, pratis, aquis, aquarumque D decursibus. Ut autem hoc meum donum eidem ecclesiæ, & fratribus initio Deo servientibus perpetuo habendum remaneat, & ut nullius calumniatoris injusta invasione rescindi valeat, Domnum Hugonem Lugdunensem archiepiscopum, & apostolicæ sedis Legatum, præcepto jam dicti domni apostolici Gregorii rogavi, ut facta excommunicatione hanc chartam confirmaret sub testimonio & laude omnium episcoporum, abbatum, & cæterorum Dei fidelium concilio Meldensi adstantium. Ipse vero libentissime annuens petitioni meæ assensum præbuit, & communi decreto totius sancti concilii ut petieram confirmavit sub districtione E hujus anathematis. Auctoritate Dei omnipotentis, & Beatorum apostolorum Petri & Pauli excommunicamus, & a liminibus matris ecclesiæ separamus & removemus, æterna quoque damnatione percutimus, & damnamus eos quicumque de rebus supradictorum alodiorum comitis Guarini aliquam fraudem vel injustitiam fecerint ecclesiæ Dervensis monasterii, nisi resipiscentes & eidem ecclesiæ satisfacientes dignum pœnitentiæ fructum egerint.

ANNO CHRISTI 1084.

S. Hugonis Dienſis epiſcopi.
S. Amati vicarii papæ Gregorii.
S. Richardi archiepiſcopi Bituricenſis.
S. Hugonis Trecaſini epiſcopi.
S. Rogerii Cathalaunenſis epiſcopi.
S. Rorici Ambiacenſis epiſcopi.
S. Hugonis Grannopolitani epiſcopi.
S. Hugonis Lingonenſis epiſcopi.
S. Haganonis Auguſtidunenſis epiſcopi.
S. Hugonis Nivernenſis epiſcopi.
S. Arnulphi Sueſſionenſis epiſcopi.
S. Landrici Matiſconenſis epiſcopi.

Comes etiam Tebaldus, & uxor ejus Alaidis, nomine & Odo filius ejus laudaverunt, & ſua ſigna fecerunt. S. Tebaudi comitis, Alaidis uxoris ejus. S. Odonis filii ejus.

Ad hoc ipſum Meldenſe concilium & res in eo conſtitutas in lucem proferendas confert charta Roberti Meldenſis epiſcopi de conceſſione cellæ curiæ-Evvroldis & Vilaris apud Mabillon. to. V. annal. O. S. B. num. XXI. appendicis vulgata, quam hic profero.

Ego R. in Meldenſi concilio a Romano A legato nomine Hugone Meldenſis eccleſiæ conſecratus epiſcopus notum facio tam futuris quam præſentibus, quod in epiſcopatu noſtro quædam erat eccleſia beatorum apoſtolorum Petri & Pauli nomini dedicata, quæ abbatiæ nomen habebat, ſed per incuriam habitantium dignitatem hujus nominis amiſerat. Ordinavit igitur ſupradictum concilium, ut hujuſmodi abbatiæ cellæ fierent & cellæ nominarentur, religioſiſque monachis traderentur. Tali igitur authoritate admonitus, cum aſſenſu & voluntate comitum. Eboli ſcilicet de Rucejo & Hugonis de Domno-Martino, quorum beneficii parentum fundata erat monachis B. Martini majoris-monaſterii illam conceſſi, & ut eam B jure perpetuo ſicut cellam poſſiderent, aſſertione noſtrarum literarum confirmavi. Conceſſi etiam illis duas alias eccleſias, eccleſiam videlicet de curia Evroldi, & eccleſiam cujuſdam vici nomine Villaris, & quidquid in diœceſi noſtra fideles viri eis donaverint, & quicquid ipſi juſte acquiſierint.

ROMANUM CONCILIABULUM

A Guiberto antipapa coram Henrico imperatore

Anno 1084. celebratum.

An. 1084. *Concilii hujus cauſam & hiſtoriam debemus Benzoni ſcriptori ſchiſmatico in panegyrico Henrici III. lib. VII. qui his verbis rem totam narrat:* Mandaverat autem ſibi (*Gregorio in arce S. Angeli incluſo*) domnus noſter Cæſar Heinricus per epiſcopos, per ſatrapas & per inſignes viros, ut fiducialiter veniſſet ad ſynodum, ſedenſque in tribunali diſcerneret ex his, quæ emerſerunt, æquitatis judicium. Tabernas ſecum traheret plenas codicum, ex quibus ad probationem cauſarum proferret verax teſtimonium. Remordente autem conſcientia recuſavit ſedile, quod expetit apoſtolica reverentia. Expectatur per triduum, deliteſcendo manifeſtavit ſe rationis vacuum, & veritatis viduum. Scriptum eſt enim: in vitium culpæ ducit fuga, ſi caret arte. In extremitate vero ſynodi aperti ſunt libri & locuta ſunt univerſa teſtimonia ſcripturarum, quod Prandellus (*a*) æternaliter ſit projectus a limine omnium eccleſiarum. Remoto itaque noctis filio elevatur Ravennas filius lucis in Petri domicilio. Quem rex benedici præcipiens, impoſuit ei nomen. Clemens.

(*a*) Ita per contemptum Hildebrandi nomen transformat.

C *Placuit his ſchiſmatici auctoris verbis conciliabuli hujus, alias ignoti, hiſtoriam lectoribus ingerere, quos tamen ſupervacaneum duco admonere, multa hic ad genium ſcriptoris ſchiſmatici depingi ac diſſimulari. Hoc vero concilium plane diverſum eſſe oportet ab alio conciliabulo, quod idem VVibertus, qui in pontificatu nomen ſibi Clementis III. adſcivit, ſequenti anno 1085. januario menſe celebravit, de quo inferius. Præſens enim habitum eſt coram Henrico, qui hoc ipſo anno in Germaniam rediit, teſte annaliſta Saxone Eccardi ad annum 1084. Ingreſſus eſt autem Romam die XI. Kal. aprilis anni ejuſdem, eodem annaliſta indicante; concilium vero, de quo infra, januario menſe convenit. Eſt* D *ergo concilium iſtud ſecundum inter ea quæ Guibertus habuit; idque ſecundum concilium indicaſſe credo Benzonem, qui in eodem panegyrico in prologo libri VII. ſcribit.* His ita geſtis regreditur Cæſar in Germaniam, aliud concilium diſpoſuit, cui præſules Heſperiæ (*nempe Longobardiæ*) intereſſe voluit.

ROMANUM CONCILIABULUM II.

A Clemente III. antipapa & a schismaticis episcopis

Anno 1085. januario mense habitum.

COLLECTORIS PRÆMONITIO.

Utinam de catholicis Romanorum pontificum conciliis tam multa haberemus, quam plura suppetunt de hoc schismaticorum conciliabulo, quod ad plenam historiæ ecclesiasticæ cognitionem prætermittere minime duximus opportunum. Ex B his concilii hujus documentis, unum sufficit Muratorius Rer. Ital. to. I. part. II. pag. 583. idque ad concilium hoc pertinere ex ipsis documenti verbis demonstratur. Adjungimus huic concilii synodicam, quam servavit Udalricus Bambergensis in cod. num. CLXVIII. Hanc vero licet ex hoc ipso concilio profectam plane demonstrare non possumus, vix tamen aliter persuaderemur, cum par sit credere pontificem curarum omnium hanc primam habuisse, ut imperatorem ab excommunicatione, quam a Gregorio incurrerat, immunem declararet; idque in hac synodo multa verborum emphasi declaratur. Ad hanc pariter synodum C spectare credo epistolam alteram in eodem cod. num. CLXIX. legendam ad O. Othonem scilicet Hostiensem episcopum, eundem qui dein post Victoris obitum ad Romanam cathedram sub Urbani II. nomine ascendit; quem idem Clemens, utpote Gregorianarum partium fautorem deposuerat, & ad synodum, quamquam frustra vocaverat. Cum vero aliæ geminæ Clementis epistolæ, in eodem Udalrici codice succedant num. CLXX., & CLXXI. eædemque ad rem conciliarem pertineant, hic adjungere utramque visum est; quanquam ad præsens hoc, sive ad aliud sub eodem Clemente concilium pertineant, definire non ausim. Denique D admonere lectores nostros juvat ex authoritate synodi hujus excommunicationes pontificias in reges & principes latas, sicut depositiones eorum reprobantis, nihil accedere momenti pro quorumdam hac nostra ætate id pariter opinantium sententia, cum definitio sit schismatici pontificis, schismaticorum episcoporum judicio, plerumque metu imperatoris coacto, confirmata. Quibus iisdem judicibus pronunciantibus alterum datum est ecclesiæ caput, priori adhuc superstite, nihilque contra fidem vel sentiente vel docente. Quæ fides his?

LITERÆ CLEMENTIS III. AD OMNES CHRISTI FIDELES.

Ordinem sessionis inter episcopos concilio assidentes statuit.

Ex Murator. Rer. Ital. t. I. par. II. p. 583.

Clemens episcopus servus servorum Dei, omnibus sanctæ ecclesiæ filiis perpetuam in Christo salutem. Quod propulsis de apostolica sede iis, qui in ovile sanctissimo apostolorum principi Petro a Christo Domino commendatum non ingressi fuere per ostium, sed aliunde surrepere, utpote fures & latrones, prospicientes suis commodis potius, quam gregis utilitati, non est nostris meritis adscribendum, sed divinæ benignitati, qui elegit ea quæ non sunt tanquam sint, ut ea quæ sunt evacuentur. De multis autem quæ in ipso nostro pontificatus primordio acta sunt in synodo, quam pro communi utilitate maturavimus, eam circa nonas januarii celebrantes, unum, propitiante Domino, nobis concessum est, illud determinare, quod multotiens ventilatum a retro pontificibus prædecessoribus nostris, aut vix, aut nullo fine sopitum est. Istud videlicet in synodo sedenti jurgium, quod emerserat inter Ravennatem & Mediolanensem archiepiscopos, unde etiam in ipsa nostra synodo Aquilegiensis patriarcha mussitabat: quisque enim juxta nos dextri lateris locum vendicabat, & cui jure deberetur, nobis incertum erat. Contigit autem primo die synodi non interesse Mediolanensem archiepiscopum a primordio, sed jam die inclinata, cum patriarcha a dextris nostris sederet, interposita tamen sella carissimi filii nostri imperatoris Henrici, qui jam advenire putabatur, quia eo loci erat elatus, quasi Ravennatis ecclesiæ a sinistris nostris assideret. Quo mediolanense archiepiscopo in medium veniente, dextrumque locum petente, hunc acclamatum est ab electo Ravennate sibi deberi. Illinc simili modo a patriarcha Aquilegense; & ita unius rei altercatio inter tres exorta est. Placuit autem universæ synodo trium partium dissensionem coram deferri. Statimque prolatus est quidam catalogus nominum eorum archiepiscoporum, & ipsorum, qui interfuerunt synodo Symmachi papæ, ubi præscriptus erat Mediolanensis archiepiscopus. Quo contra ostensum est privilegium Ravennatis ecclesiæ, continens qua habet illa in scriptis nominum non aliquo jure, non aliqua rectitudine, sed potius causa humilitatis evenerit, quod scilicet archiepiscopus Ravennas permiserit præscribi sibi illo termino casu archiepiscopum Mediolanensem, & ne pro . . . . . quivis esset in posterum gigneretur, placuisse papæ Johanni, successori illius Symmachi, E ipsum privilegium fieri. Hoc autem proposito, ut quis eorum videretur esse major, quamvis vero dextra papæ Romani semper jure deberetur archiepiscopo Ravennati, addendum tamen ei soli imperatori, si præsens adesset, ut sic ad sinistram eum transmigrare debere. Quibus duorum altercatorum ostensis, tertii vero altercatorum, idest patriarchæ, ostensum est privilegium a Johanne nono decimo papa factum similiter de sessione ad dexteram partem. His auditis universa syno-

nodus interrogata est a nobis; primo autem omnium Romani episcopi, clerusque Romanus, quibus & authoritas est major, & ipsa res erat notior, deinde cæteri omnes. Cumque ex ordine Johannes episcopus Portuensis & Petrus diaconus nostræ apostolicæ sedis cancellarius privilegium Ravennatis ecclesiæ vice sua universæ partes laudarent, Poppo quoque Bisiegensis episcopus hoc idem fecit, ejusque vocem tota synodus consecuta est. Quo igitur in unum placitum vox omnium convenerat, noster quoque assensus pari ratione accommodatus est. Ut vero quod actum est omnibus innotescat, placuit nostris literis apostolicis annotari, & tam præsentibus, quam futuris intimari, ut tanto firmius valeant credi, quanto constat de nostro ore audiri. Verum ne posthac iterum, vel archiepiscopo Mediolanensi, vel patriarchæ Aquilegensi de sessione dextri lateris nostri liceat exerere quamlibet controversiam, interdicimus nostra apostolica auctoritate hoc eis de cetero licere. Quod si forte fuerit perruptum per temerationem interdictum nostrum, non modo sancti Petri, nostræque sedis indignationem, verum nostræ quoque excommunicationis & anathematis laqueos incurrat. Sedem enim Ravennatis archiepiscopi jubemus semper esse a dextris nostris nostrorumque successorum, secundum antiquæ constitutionis auctoritatem; nisi forte imperator affuerit; & tunc etiam ipsum sinistram nostram tenere per hanc nostræ auctoritatis firmitatem, huic nostræ narrationi subjectam, per manum Johannis Scriniarii & Notarii sacri nostri palatii. Bene valete.

Ego Ubaldus Ravennas Tabellio, & Notarius sanctæ Ravennatis ecclesiæ, ut in authentico vidi & legi, ita scripsi.

Ego Artusinus & Bartolinus & Canulinus de Artusinis vidimus authenticum privilegium bullatum cum bulla Domini Clementis papæ.

Et ego Paulus Scordili de Candia doctor decretorum præpositus, & canonicus cardinalis sanctæ Ravennatis ecclesiæ illud privilegium in authentico vidi, & legi bullatum bulla plumbea apostolica, sed non more aliarum Apostolicarum bullarum, anno Domini N. J. C. MCCCCXIII. indictione VI. die primo maji. Amen.

CLEMENTIS ET CONCILII ROMANI SYNODICA

ad clerum universum.

Ex Cod. Udalrici num. CLXVIII.

Clemens episcopus servus servorum Dei omnibus orthodoxis fratribus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus atque universis sanctæ ecclesiæ ordinibus, salutem & apostolicam benedictionem.

Quantæ & quam pestiferæ schismaticorum adinventiones nostris temporibus sanctam ecclesiam perturbaverint, & quantos populos peccatis nostris exigentibus erroribus suis infecerint; fraternitatem vestram credimus non latere. Venenum siquidem eorum a capite sanctæ ecclesiæ usque ad ultima membra passim diffusum vobis & subditis vestris constat A non modicum certamen generasse, & usque ad medullas corporis vestri dolorem, tantæ præsumptionis intrasse. Hac itaque necessitate compulsi ne beati Petri navicula tot perturbationum fluctibus & pene ad naufragii discrimen inflexa præceps laberetur, ad arma, quibus patres in defensionem christianæ fidei usi sunt, nos convertimus, atque episcopos & abbates & quamplures honestos viros ad synodum in ecclesia beati Petri celebrandam ex diversis partibus convocavimus. Quibus Spiritus Sancti inspiratione congregatis, inter cætera quæ synodalis conventus tractanda susceperat, quæstionum impia dogmata ad pernitiem multorum noviter orta, a nonnullis communi audientiæ, inferun- B tur, quæ fraternitati vestræ dignum duximus notificare, quatinus ad ea devitanda, imo Deo auxiliante destruenda, promptiores vos & vigilantiores redderemus. Ibi namque de perjuriis, quæ ipsi ad periculum imperialis dignitatis fieri hortantur, non parvus clamor exoritur. Et quia negocium illud radix & origo cæterorum flagitiorum videbatur, placuit de eo primum tractari debere, & quam pessima & periculosa sit hujusmodi adhortatio ostendi. Unde in imperatorem excommunicationem promulgatam necessariis documentis improbavimus, quia illius ex occasione perjuriorum, & omnium assertionum suarum vires contraxisse videbantur. Ad convincen- C dam itaque eorum temeritatem, cum plurima tam ex sacris canonibus, quam etiam ex mundanis legibus exempla occurrerent, illa tamen ad auxilium nostrum sufficere documenta visa sunt, scilicet quod in eos, qui non sunt legitime vocati, & rationabiliter convicti, quique bonis suis expoliati sententia damnationis non sit proferenda, Nicæno concilio approbante: *Incerta nemo pontificum judicare præsumat, quia quamvis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi quæ manifestis indiciis comprobantur; nisi quæ manifesto judicio convincuntur, nisi quæ judicatorio ordine publicantur.* In eodem. (*) *Caveant judices ecclesiæ, ne absente eo, cujus causa ventilatur,* D *sententiam proferant, quod irrita erit.* In eodem: (*) *Non est privilegium, quo spoliari possit jam nudatus.* Item beatus Augustinus plenius in libro pœnitentiali tractans, ita inter cætera dicens: (*) *Nos a communione quemquam prohibere non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo sive sæculari, sive ecclesiastico judicio nominatum, atque convictum.* Et ut manifestissime omnibus pateret, eos ipsos ejusdem excommunicationis sententiam subiisse, utile visum fuit hæc ex dictis beati Augustini recitare: *Quidam intuentes præcepta severitatis, quibus jubemur non dare sanctum canibus, ut ethnicum habere ecclesiæ contemptorem, a compage corporis mem-* E *brum, quod scandalizat, evellere; ita perturbant ecclesiæ pacem, ut conentur ante tempus zizania eruere, atque hoc tempore cæcati ipsi potius a Christi unitate separantur.* His itaque ad medium recitatis, adjudicante universa synodo, constituimus ut nullus deinceps ad injuriam Domini imperatoris præsumat de hac quæstione disputare, & ei subditos a servitio & communione ipsius subtrahere: Ad hoc etiam quod genus ultionis mereantur subire

Vide Labbe II. pag. 510.
* Est cap. Caveant. Judices 3. q. 9. & extat in Conc. Carth. IV. c. 53.
* Hoc pariter testimonio tanquam ex Gelasio & synodis Nicæna ac Sardicensi petito usi sunt Patres Synodi Perestadensis anni 1085. quam legas in mea hac Collect.
* Aug. Serm. CCCLI. de Pœnit. to. V. pag. 948. nov. edit. Antuerp.

ANNO CHRISTI 1085.

ire qui hortatu schismaticorum juramenta regi, & principibus facta non timent violare; sicuti Augustini authoritatem induximus: *Si quis laicum juramentum violando profanat, quod regi & Domino suo jurat, & postmodum perverse ejus regnum & dolose tractaverit, & in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur, quia sacrilegium peragit, manum suam in Christum Domini mittens, anathema sit, nisi per dignam pœnitentiæ satisfactionem emendaverit, sicut constitutum est a sancta synodo, & seculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, & pœniteat omnibus diebus vitæ suæ; verumtamen communionem cum eucharistia in exitu suo accipiat. Episcopus vero, presbyter, diaconus, si hoc crimen perpetraverit, degradetur.* His vero diligenter expositis, summa nos necessitas compulit ad ea, quæ de sacramentis ecclesiasticis inimici christianæ religionis adversus catholicam fidem oblatrant, discretas auctoritates opponere, & quæ dicere & audiri nefas est, probabilibus argumentis confutare. Dicunt attamen sacramentum corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi, consecrationes chrismatis, imo quæcumque ad episcopale & sacerdotale officium pertinent, ab his qui, sectæ eorum non communicant, celebrata, nulla prorsus esse sacramenta, & nihil aliud suscipientibus nisi damnationem conferre. Nam panem illum, qui de cœlo descendit, in quo tota salus & vita nostra consistit, impio blasphemantes ore, pollui potius, quam consecrari astruunt; aquam quoque baptismatis per sacerdotum preces, ac benedictiones & chrismatum admixtiones nihil sanctificationem suscipientem his, qui regenerandi sunt, potius sorditatis maculas, quam spiritales mundicias ajunt præstare. Sic etiam pessime sentiunt de reiterandis ecclesiasticis ordinibus, de reconsecrandis ecclesiis, & pueris reconsignandis; postremo de omnibus idem testantur, quæ per sacerdotale officium christianis conferuntur. De his itaque diutius laborantibus, singulis eorum erroribus opponenda censuimus, quibus manifeste declaratur, non solum apud nos Dei gratia catholicos, verum etiam apud schismaticos, & hæreticos, hæc omnia esse rata nec ulla unquam ratione iteranda. Augustinus super Johannem: *sive aut baptizet servus bonus, sive servus malus, non sciat se ille baptizari qui baptizatur, nisi ab eo, qui sibi tenuit baptizandi potestatem.* Et paulo post: *non exhorreat columba ministerium malorum, respiciat Domini potestatem. Quid tibi facit malus minister, ubi est bonus Dominus? & te non decipiant seductores. Agnosce quod docuit columba: Hic est qui baptizat in Spiritu Sancto*; & in sequentibus dicit: *seductor non habes baptismum, malus tibi dedit, traditor nescio quis dedit. De officiali non disputo, judicem adtendo, ego a Christo ipso baptizatus sum. Non,* inquit, *sed ille episcopus te baptizavit, & ille episcopus illis communicavit. A Christo ipso sum baptizatus, ego novi, Docuit me columba quam vidit Johannes. O milve non me dilanias male. Justos,* inquiunt, *oportet esse tanti judicis ministros. Sint ministri justi, si velint; si autem superbus fuerit minister, cum Diabolo computatur; sed per illum donum Christi non contaminatur. Quod per illum fluit, purum est; quod per illum transit, liquidum est. Puta quod ipse lapideus est, quod ex aqua fructum ferre non potest, & in canali lapideo aqua nihil generat, sed hortis fructum afferet. Spiritualis vero virtus sacramenti ita est, ut lux, quæ & ab illuminandis pura excipitur, & si per immundos transeat non inquinatur. Quos baptizat ebriosus, quos baptizat homicida, quos baptizat adulter Christus ipse baptizat.* Idem ad Vincentium Donatistam: *Non sacramenta christiana faciunt te hæreticum, sed prava dissensio. Non propter malum, quod processit a te, negandum est bonum, quod remansit in te, quod malo tuo habes, si ibi non habes, unde est bonum quod habes. Ex catholica itaque ecclesia sunt omnia sacramenta dominica, quæ sicut habetis & datis, quomodo habebantur & dabantur etiam priusquam inde exiretis. Non tamen ideo non habetis, quia non estis ibi, unde sint quæ habetis. Non in nobis mutamus, in quibus estis nobiscum. Nam & de talibus dictum est, quoniam in multis erant mecum. Sed ea corrigimus, in quibus non estis nobiscum, & ea vos hic accipere volumus, quæ non habetis illic ubi estis. Nobiscum autem estis in baptismo, in symbolo, in cæteris dominicis sacramentis. In spiritu autem unitatis, & in vinculo pacis, in ipsa denique catholica ecclesia nobiscum non estis.* Item in quarto libro contra Donatistas: *Sicut urgeri videor, cum mihi dicitur: ergo hæreticus dimittit peccata, cum juxta te baptizat: sic & ego cum dico: ergo avarus religionis simulator peccata dimittit? Si per vim sacramenti, sicut ille ita & ille; si per meritum suum, nec ille, nec ille. Illud igitur sacramentum, & in malis hominibus Christi esse cognoscitur.* Item in quinto libro contra Donatistas: *quomodo aquam mundat & sanctificat homicida! quomodo benedicunt Deum tenebræ? si autem Deus adest sacramentis & verbis suis, per quales libet administrentur & sacramenta Dei ubique recta sint, & mali homines, quibus nihil prosunt, ubique subversi.* Item in eodem: *Quomodo exaudiet Deus homicidam deprecantem, vel super aquam baptismi, vel super oleum, vel super eucharistiam, vel super capita eorum, quibus manus imponitur? Quæ tamen omnia, & fiunt & valent etiam per homicidas, id est, qui oderunt fratres, etiam in ipsa intus ecclesia.* In eodem: *Sicut ficti veraciter conversi recipiuntur, nec tamen eorum baptisma reprobatur; sic & illa quam schismatici vel hæretici aliter habent, nec aliter agunt, quam vera ecclesia, cum ad nos veniunt, non emendamus, sed potius approbamus. Ita ergo nec foris, sicut nec intus quisquam, qui ex parte diaboli est, potest vel in se, vel in quoquam maculare sacramentum, quod Christi est.* Hieronymus ad Luciferianum: *Sicut hic est qui baptizat, id est Christus, ita hic est qui sanctificat.* Idem: *oro,* inquit, *te ut aut sacrificandi licentiam ei tribuas, cujus baptisma probas; aut reprobes ejus baptisma, quem non putes sacerdotem. Neque igitur fieri potest, ut qui in baptisterio sanctus est, sit apud altare peccator.* Papa quoque Anastasius scribens ad Anastasium imperatorem, asserit omnes, quos ordinavit Acatius, licet a beato Felice papa ex-

ANNO CHRISTI 1085.

excommunicatus & hæretica pravitate infectus, debere in suis ordinibus absque omni reordinatione permanere; sic inter cætera dicens: *Acatius bonum male administrando, sibi tamen nocuit, nam inviolabile sacramentum, quod per illum datum est aliis, perfectionem suæ virtutis obtinuit.* His & aliis pluribus diversorum patrum sententiis recitatis illam synagogam Satanæ ad reddendam impietatis suæ rationem literis, & nuntiis nostris ad synodum vocavimus, non tamen ut ipsi audientiam, in præteritis conciliis jam prorsus eis exclusam, mererentur; sed ut pacem sanctæ ecclesiæ, quæ per ipsos omnino divisa est, in unitatem componeremus. Litterarum autem hic tenor fuit.

EJUSDEM

AD O. HOSTIENSEM.

De rebus a se in synodo Romana constitutis, & quod ad synodum vocatus non venerit, objurgat.

Ibid. n. CLXIX.

CLemens episcopus servus servorum Dei O. olim dicto Hostiensi episcopo, & sequacibus suis quæ merentur.

Licet synodali audientia vos indignos fecissetis, quia ad synodum sanctæ Romanæ ecclesiæ multociens vocati venire recusastis, & hac de causa excommunicati estis, tamen C ut murmur populi erroribus infecti vestris auferatur, apostolica auctoritate præcipimus, ut ad synodum, quam in ecclesia beati Petri Deo auxiliante celebramus securi penitus veniatis, ut de eo quo sanctam ecclesiam perturbastis, sicut decet, rationem reddatis. Verum ipsi nec Deum timentes, nec hominem reverentes, legatos, & literas nostras nec audire nec videre voluerunt. Unde in erroribus suis perdurantes ex latebris quas serpentino more incolunt, ad decipiendos incautos, vel simplices dira sibila emittunt, acuentes linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum &c. Quantæ igitur humani sanguinis effusiones D in Italico & Teutonico regno occasione prædicationis eorum factæ sint, quantæ ecclesiarum destructiones, quanti viduarum & orphanorum gemitus; postremo quantæ universi pene Romani regni depopulationes, lucidius ex eorum gemitibus, qui opprimuntur, quam nostra relatione comprobatur. Præterea placuit sancto conventui, ut in Simoniacos, qui ecclesiam Dei latronum speluncam fecerunt, debita animadversione inveheremus, & redivivum caput illius hæreseos totiens a sanctis patribus abscissum gladio beati Petri amputaremus. Unde eorumdem patrum sanctorum documenta sectantes apostolica auctoritate præcipimus, E ut nullus deinceps alicui manum præsumat imponere potius quam pessimi commercii conventione. Si vero, quod absit, hoc crimen in aliquo deinceps repertum fuerit, & ordinator propria in perpetuum careat dignitate, & ordinatus nihil ex ea, quæ per commercium facta est, perficiat ordinatione. Præterea, quod silentio prætermittendum non fuit, quia murmur populi adversus incontinentiam A clericorum passim crescit ac dilatatur, utile visum fuit, ut ea qua debetis diligentia, ministros altaris secundum statuta canonum vivere, atque mundiciam castitatis, sine qua, teste apostolo, placere Deo non possunt, irreprehensibiliter custodire commoneatis, quatenus de correctione eorum ab his qui foris sunt, bonum testimonium habentis, & murmurantis populi insolentiam quiescere faciatis. Hi vero qui missas peccatorum sacerdotum respuunt, & qui eis ante judicii nostri censuram opinionis suæ præjudicium inferunt, communione sanctæ ecclesiæ usque ad emendationem priventur. Conjunctiones autem consanguineorum fieri prohibere, quoniam has, & divinæ & secu- B li prohibent leges. Consideret vero, fratres dilectissimi, vestra excellens prudentia, quam bonum sit persistere in dispensatione vobis credita, & in fide recta, atque hæreticis, & æmulis Christi repugnare, & nunquam a veritatis tramite declinare, quam Dominus & Salvator omnium, cujus fidem tenemus, qui pro nobis mori non dubitavit, & proprio nos sanguine redemit, fidem beati Petri non defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit, quod apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter semper fecisse, cunctis est cognitum, quorum & pusillanimitas, mea, licet impar & minima pro suscepto, tamen divina dignatione ministerium pedissequa cupit existere. Væh igitur erit nobis, qui hujus ministerii onus suscepimus, si veritatem fidei ad hujus destructionem erroris prædicare neglexerimus. Væh erit nobis si veritatem silentio obpresserimus, quam erogare nummulariis jubemur. Idcirco, fratres, hortor dilectionem vestram, obtestor & moneo, ut qua debetis & potestis, sollicitudine vigiletis, ad investigandos hæreticos, & inimicos sanctæ Dei ecclesiæ, & a sanis mentibus ne pestis hæc latius divulgetur, severitate qua potestis pro viribus extirpetis, quoniam sicut habebit a Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentius quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit executus; ita ante Tribunal Domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare quicumque plebem suam contra tam sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire.

EJUSDEM

AD ROTBERTUM BAMBERGENSEM EPISCOPUM.

Monet ut ad synodum accusator Ruithardi Moguntini archiepiscopi veniat.

Clemens episcopus servus servorum Dei R. confratri, & coepiscopo Babenbergensi, salutem & apostolicam benedictionem.

QUod contra ecclesiæ demolitores & nostros æmulos juste disputando fortiter stabas, audivimus & gavisi sumus, ideoque tibi gratias referimus. Quod autem quæ de ecclesia tua Romanæ debes ecclesiæ, te diu injuste detinuisse patienter expectavimus, Ibid. n. CLXX.

ANNO CHRISTI 1085.

mus, non propter ignorantiam fecimus, sed gratuitam obedientiæ tuæ præstolati sumus benevolentiam. In hoc quam parum profecimus, monemus te, & firmiter præcipimus, ut quod debes solvas, ablatumque temere, restituere non differas. Si hoc non feceris, etiam advocato nostro imperatori, & omnibus fratribus nostris publice & per legatos nostros querimoniam faciemus. Moguntino episcopo, quem nobis pessimis criminibus accusando detulistis, ad respondendum nobis inducias dedimus ad festum sancti Michaelis. Huic rei te cum cæteris fratribus nostris volumus interesse, ut sicut eum accusasti absentem, ita illum veris testimoniis sub nostra auctoritate convincatis præsentem. Relatum est nobis a quibusdam, quod Judæis baptizatis nescio qua ratione permissum sit, apostatare, ritumque Judaismi excolere. Quod quia inauditum est, & prorsus nefarium, te & omnes fratres nostros verbo Dei constringimus, quatinus id secundum canonicam sanctionem, & juxta patrum exempla corrigere festinetis, ne sacramentum baptismi, & salutifera invocatio nominis Domini videatur annullari.

EJUSDEM

AD RUITHARDUM ARCHIEPISCOPUM MOGUNTINUM.

Diem illi ad synodum Vercellis agendam dicit.

A *Clemens episcopus, servus servorum Dei R. confratri, & coepiscopo Moguntino salutem & apostolicam benedictionem.*

ANNO CHRISTI 1085.

NUperrime per confratrem nostrum episcopum Faventinum fraternitati tuæ, ut ad synodum, quam pro totius ecclesiæ necessariis causis in jam dicto loco & tempore celebraturi sumus, omni postposita occasione advenires, mandavimus, & per summam obedientiam præcepimus. Et primum quidem bene promisisti, verum postea voluntate tua in aliqua parte peracta, cum prædictus nuncius rediens veram tibi ut cæteris obedientiam injungeret, dixisti, te a nobis per tuum nuncium esse relaxatum. Quod ut audivimus, B quam graviter tulerimus, nequit efferri. Hoc enim dictum magna perturbatio synodi videbatur, cum omnes pene suffraganei tui ad te respiciant, cum omnium vox sit, quod magister meus fecerit, hoc faciam. Quapropter eidem N. qui tam nefandum, tam execrabile, tam nocivum sanctæ & universali ecclesiæ mendacium protulit, omne divinum officium apostolica auctoritate interdicimus, donec ad nos veniens de tanta tam detestandi mendacii iniquitate satisfaciat. Quod nisi usque ad festum scilicet Michaelis ad nos de hac re satisfacturus venerit, ampliori quam forsitan æstimet excommunicationi subjacebit. Tibi vero apostolica auctoritate & C per veram obedientiam iterum atque iterum præcipimus, ut ad synodum in festo sancti Dionysii Vercellis celebrandam venias, & omnes suffraganeos tuos per eamdem obedientiam admoneas.

Ibid. n. CLXXI.

CONVENTUS PERESTADENSIS

In causa dissidii ecclesiastici & civilis Germaniæ tollendi,

Anno 1085. celebratus.

QUem Venetus Labbei editor in Verbac Thuringiæ loco habitum refert conventum, hunc annalista Saxo Eccardi & chronographus Saxo Leibnits in Pertestad, sive Verestat Thuringiæ villa coactum narrat die XIII. Kal. februarii anni 1085. Acta ejus ex D utroque hoc historico (nam utrique inter se conveniunt) hic damus, utpote quæ Venetus ille Labbei editor satis habuit accepisse ex Pagio, qui suo more res indicat, non exponit.*

Utriusque partis (*Saxones nempe qui Herimanno, & Germani cæteri qui Henrico regibus favebant*) primates ob discutiendam tam immortalem controversiam XIII. Kal. febr. apud Perestad Thuringiæ villam convenerunt. Hinc archiepiscopi, Otto Hostiensis a suo Gebehardo Constantiensi digressus, Harvvigus Magedaburgensis, & improperium Christi thesauris Ægyptiorum præferens Gebeardus Wianensis, (*) episcopi quoque Hugo Hildinisheimensis, Burchardus, sive Bucco E Halberstadensis, Hartvvich Viridunensis, Guernerus Mersburgensis, Heinricus Patherbrunensis designatus & adhuc tantum subdiaconus: Illinc Liemmarus Bremensis, & qui ab illius partis papæ pallia acceperant, Moguntinus, Coloniensis, Treverensis, & quicumque eis favebant eorum suffraganei susceperunt defensionem causæ: Hinc Gebeardus Javanensis archiepiscopus, illinc vero Mogontinus legendo, Trajectensis sermocinando, stabant arrectis auribus diversæ sæcularium personæ velut in turbulentissimi temporis causa, angelico quodam examine discutienda: Juvanensis vel Salzeburgensis exordiens dixit: *Venimus probare, prout condictum, licitum nobis non esse, ut communicemus his, qui nobis nuntiati sunt excommunicati; & maxime quos papa possessa absque contradictione apostolica sede, in publica synodo excommunicavit, nobis & eos excommunicatos cum causa excommunicationis, & ne eis communicemus per literas demandavit.* Hæc dicendo ut fidem verbis daret mandati ejusdem indices sigillatas apostolici epistolas complures præsentat, & obediendum ejus edictis, nec communicandum his, qui nuntiantur excommunicati, Evangelica, apostolica, decretali apostolicæ sedis Præsulum, & diversorum canonum auctoritate probat. E contra Trajectensis: *sententiæ*, ait, *vestræ nullus nostrum, cujus hic causa discutitur, negamus excommunicatum, qui apostolicus injuste secum egit, excommunicans quem excommunicare non debuit.* Cujus

(*) Juvaviensis seu Salzburgensis

ANNO CHRISTI 1085.

jus sermocinatione cum Moguntinus jam probaturus esset legendo; Juvanensis responsum non differens astipulatur, ex institutis Gelasii & Synodorum Nicænæ & Sardicensis nulli quamvis injuste excommunicato communicandum ante utriusque partis examinationem, & nisi reconciliato per suum excommunicatorem. Et ecce Mogontinus expectato potitus silentio legerat capitulum: nullum rebus suis spoliatum ad synodum posse vocari, judicari, damnari, & hoc laicis exponens testatus est, quia nec potuerit apostolicus excommunicare Dominum ipsorum, postquam Saxones, & aliqui Suevorum ab eo defecerant, magna ex parte regni spoliatum. Ad hæc Juvanensis: *capitulum, ait, hoc, nec universaliter verum, nec hujus auctoritate illum, de quo agitis, ab excommunicatione apostolica defensum, facile probaremus; sed de nostro* A *periclitaremur gradu, si contra Apostolicorum Gelasii, Nicolai, & aliorum multorum edicta apostolicæ sedis retractaremus judicia, cum illius sit de omni judicare ecclesia, nullius de illa. Et ideo cum primum hæc indicta est dies colloquii hujus, actionem hanc cautelæ respectu determinavimus, ut de alia re nulla vobis hic respondendum affirmaremus, nisi catholica lege nos constringi, ut eis non communicemus, quos nobis præsul sedis apostolicæ & a se excommunicatos, & ne eis communicemus certa legatione demandavit; & hoc non alio nos pacto adhunc conventum inductos vestros hujus colloquii testamur mediatores.* Sic istis edicta patrum exorbitare nolentibus, B illis quod Romæ oportuit definitum esse in bivio, & subalterno auditore retractari poscentibus, infecto disceditur negotio.

Vide supra in Synodica conciliabuli Romani 1085.

ANNO CHRISTI 1085.

GLOCESTRENSE CONCILIUM

A Lanfranco Dorobernensi archiepiscopo anno 1085. celebratum.

An. 1085.

QUanquam Glocestrensis synodi meminit ex Spelmanno Labbeus, plus tamen aliquid de illo exhibet wilkins in novissima conciliorum magnæ Britanniæ collectione, acceptum ex chronico Anglo Saxonico, cujus hæc sunt verba: *Hoc anno ad natales Domini fuit rex in Gleavvcester cum suis proceribus, & tenuit ibi curiam suam quinque* C *dies; postea autem archiepiscopus & cleri habuerunt synodum trium dierum. Ibi fuit Mauricius electus in episcopum ad Lundene, & VVillelmus ad Northfole, & Rodeardus ad Ceasterscire; hi autem omnes erant regis capellani.*

CHARTA REGIS WILLELMI PRIMI

Qua secernit placita ecclesiastica à causis civilibus.

Ex eodem Wilkins ibid.

W. Dei gratia rex Anglorum R. Bainardo & G. de Magnavilla & P. de Valoines, cæterisque meis fidelibus de Enex, & D Herfordschire & de Middlesek, salutem. Sciatis vos omnes, & cæteri mei fideles, qui in Anglia manent, quod episcopales leges, quæ non bene secundum sanctorum canonum præcepta, usque ad mea tempora in regno Anglorum fuerunt, communi concilio, & concilio archiepiscoporum & episcoporum, & abbatum, & omnium principum regni mei emendandas judicavi. Propterea mando & regia authoritate præcipio, ut nullus episcopus, vel archidiaconus de legibus episcopalibus amplius in Hundret placita teneant; nec causam quæ ad regimen animarum pertinet, ad judicium sæcularium hominum adducant; sed quicumque secundum e- E piscopales leges de quacumque causa vel culpa interpellatus fuerit, ad locum, quem ad hoc episcopus elegerit & nominaverit, veniat; ibique de causa (vel culpa) sua respondeat, & non secundum Hundret, sed secundum canones & episcopales leges rectum Deo & episcopo suo faciat. Si vero aliquis, per superbiam elatus ad justitiam episcopalem venire contempserit & noluerit, vocetur, semel, secundo & tertio; quod si nec sic ad emendationem venerit, excommunicetur, & si opus fuerit ad hoc vindicandum, fortitudo & justitia regis vel vicecomitis adhibeatur. Ille autem qui vocatus ad justitiam episcopi venire noluerit pro unaquaque vocatione legem episcopalem emendabit. Hoc etiam defendo & mea auctoritate interdico, ne ullus vicecomes, aut præpositus, seu minister regis, nec aliquis laicus homo de legibus, quæ ad episcopum pertinent, se intromittat; nec aliquis laicus homo alium hominem sine justitia episcopi ad judicium adducat: judicium vero in nullo loco portetur nisi in episcopali sede, aut in illo loco, quem episcopus ad hoc constituerit.

i. e. leges Comitatus Chang. V. Hundredus.

ADDITIO VILK.

QUoad tempus autem confectionis istius chartæ, videtur fuisse circa annum Dom. MLXXXV. nam Matth. Paris. de gestis regis VVillelmi sub hoc anno loquutus ait: Rex Willielmus paulo ante Remigio, Fiscanni monacho dederat Dorkecestriæ præsulatum; sed Remigius anno MLXXXV. ad Lincolniam episcopatum transtulit, ibique condidit ecclesiam in summitate montis. Et hæc charta est inter privilegia episc. Lincoln. postquam translatus est episcopatus.

MO-

ANNO CHRISTI 1085. 1086.

MOGUNTINUM CONCILIABULUM

A schismaticis episcopis anno 1085. celebratum.

An. 1085. MOguntinum unicum conciliabulum Labbeus, cæterique cum illo agnoverunt, cum tamen reipsa duo celebrata, aliud scilicet hoc anno, aliud sequenti, quibus ambobus missi a Clemente antipapa legati interfuerunt. Quæ vero uni eidemque concilio Labbeus assignat acta, hæc inter duo dividenda. Porro quæ dixi de conciliis duobus probantur auctoritate utriusque historici Saxonis Eccardiani & Leibnitiani, qui duobus consequentibus annis 1085. & 1086. Moguntinum concilium assignant. Accedit Cosmæ Pragensis chronic. Boem. lib. II. ad annum 1086. auctoritas, quippe qui eidem anno concilium quoddam Moguntinum adscribit, cum reipsa constet anno 1085. concilium quoddam Moguntiæ convenisse, ut Sigebertus & Bertholdus apud Labbeum notant. Vel igitur synodos geminas Moguntinas cum utroque historico Saxone agnoscamus oportet, vel coævos scriptores in assignando anno Moguntini concilii errasse affirmandum est. Quid vero in hoc priori conciliabulo Moguntino actum sit, ex annalista Saxone Eccardi accipe: A *Synodus itidem Moguntiæ apud S. Albanum habita est, cui interfuit Henricus, ubi præsentibus legatis VVicberti hæresiarchæ, & Romanorum, omnes sibi rebelles episcopi deponendi judicantur. Ibi etiam communi consensu, atque consilio constituta est pax Dei.* Eadem ad literam apud alium Saxonem Leibnitii legas.

Ad conciliabulum vero anni 1086. ea pertinent, quæ hic exscribo ex anonymi Zvvetlensi histor. Roman. pontificum, quæ a sæculo labente XII. scripta est, legenda in anecdotis Pezii to. I. par. III. pag. 386. ex quo hæc accipe: *Moguntiæ celebrata est synodus jussu excommunicati principis, nonnisi etiam a* B *privatis communione episcopis collecta, quæ depelli duos archiepiscopos, & duodecim episcopos, eo quod nolentes excommunicatis communicare Romanæ sedi obedierant, decrevit; soror esse Ariminensis synodi, quæ a Constantio Arriano celebrata fuit, judicata est.*

Reliqua hujus concilii statim expromam.

VICTOR PAPA III.

Sedit ab anno 1086. usque ad 1087.

MOGUNTINUM CONCILIABULUM ALTERUM

Anno 1086. coram Guiberti antipapæ legatis celebratum.

An. 1086. S*Upra cum de Moguntino conciliabulo agerem, ex auctoritate utriusque historici Saxonis coævi duo proxime succedentibus annis Moguntiæ conciliabula convenisse; aliud quidem jam supra traditum est; superest de altero discussio. Quid in eo gestum sit, ex annalista Saxone Eccardiano primum, dein ex Cosma Pragensi multo accuratius delineabo. Hæc igitur Annalista.*

Imperator Wratizlaum ducem Boemiæ, tam Boemiæ quam Poloniæ præfecit, & imponens capiti ejus manu sua regalem circulum, jussit Egibberto Treverensi archiepiscopo, ut eum in sua Metropoli Praga in regem ungeret & Diadema capiti ejus imponeret. In eodem concilio frater ejusdem ducis Gebehardus Pragensis præsul scripta suæ D antiquæ querimoniæ præsentavit, de Johanne Moraviense episcopo, qui eodem anno ab hoc sæculo migraverat. Replicavit etiam privilegium sancto Adalberto prædecessori suo a Benedicto papa & imperatore primo Ottone confirmatum. Unde factum est, ut Wratzlaus dux, & frater suus Conradus eidem Gebehardo episcopo Moraviæ parrochiam reprofiterentur & redderent. Cujus redintegrationis auctoritatem imperator in carta describi, & sigilli sui impressione jussit insigniri. Acta sunt hæc Mogontiæ III. Kal. julii (*a*)

Sed multo accuratius concilii hujus historiam prosequitur Cosmas Pragensis chronic. C *lib. 2. ubi & diploma Henrici imperatoris pro redintegratione Pragensis episcopatus in eo concilio datum affert, ex quo de patribus ejusdem concilii erudimur.*

Anno Dom. Inc. MLXXXVI. jubente & peragente Romanorum imperatore tertio Henrico Augusto, celebrata est synodus magna in urbe Moguntia. Ubi IV. archiepiscopi & XII. præsules, quorum nomina post docebimus, simul cum abbatibus monasteriorum, & cæteris fidelibus residentes, plurima decreta super statu sanctæ ecclesiæ scriptis roboraverunt. In quo conventu idem Cæsar omnibus sui regni optimatibus, Ducibus, Marchionibus, Satrapis, episcopis assentientibus & collaudantibus Ducem Boemorum Wratislaum tam Boemiæ quam Poloniæ, præfecit, & imponens capiti ejus manu sua regalem circulum, jussit archiepiscopum Treverensem nomine Egilbertum ut eum in sede sua Metropoli Praga in regem ungat, & diadema capiti ejus imponat. Ex edit. Menken. par. Germ. to. 1. pag. 2057.

In eodem concilio Pragensis præsul Jaromir scripta suæ antiquæ querimoniæ repræsentat de Moraviense episcopo, Joanne supra memorato, qui quamvis eodem anno jam ab hoc sæculo migrarat, tamen valde præcavens in futurum prædictus præsul & agens per amicos pulsat aures Cæsaris, ne iterum in eodem loco alius subrogetur episcopus. Replicat coram omnibus privilegium

(*a*) *Legendum Maii ut cum sequenti diplomate congruat.*

ANNO CHRISTI 1086.

um olim a sancto Adalberto episcopo suo antecessore, confirmatum tam a papa Benedicto quam a primo Ottone imperatore. Ad cujus justam querimoniam imperator motus precibus ducis Wratislai, fratris ejusdem episcopi, & consilio archiepiscopi Moguntini Wezelonis, & aliorum bonorum, quæ justitiæ favebant, novum antiquo fere ejusdem tenoris addit privilegium, & signo imperiali confirmat, ut in sequentibus patebit. Cujus privilegii formam, si huic operi nostro inseramus, non superfluum fore æstimamus, continet enim hunc aut hujusmodi textum.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus tertius divina favente clementia Romanorum imperator augustus.

Regio nomini & imperatoriæ dignitati congruere novimus, ut ecclesiarum Dei utilitatibus utique opitulantes, damna & injurias earum quacumque necesse fuerit, * propulsemus. Quapropter universis Dei notisque regni fidelibus tam futuris, quam præsentibus, notum esse volumus; qualiter fidelis noster Pragensis episcopus Gebhardus sæpe confratribus suis & coepiscopis, cæterisque principibus nostris, ac novissime nobis conquestus est, quod Pragensis episcopatus, qui ab initio per totum Boemiæ, ac Moraviæ ducatum unus & integer constitutus, & tam a papa Benedicto, quam a primo Ottone imperatore, sic confirmatus est; postea antecessorum suorum consensu, sola dominantium potestate subinthronizato intra terminos ejus novo episcopo divisus esset & imminutus. Qui cum Maguntiæ coram legatis apostolicæ sedis, præsentibus nobis, ac plerisque regni nostri optimatibus, eandem querimoniam intulisset, ab archiepiscopis Wezlone Maguntino, Sigevino Coloniensi, Egilberto Treverensi, Liemaro Bremensi, ab episcopis quoque Liederico * Virdunensi, Conrado Trajectensi, Udalrico Eistetensi, Ottone Ratisbonensi, cum assensu laicorum, ducis Boemorum Wratislai, & fratribus ejus Conradi, ducis Friderici, ducis Lutoldi, palatini comitis Rapotæ & omnium qui ibidem convenerant, primitiva illa parochia cum omni terminorum suorum ambitu Pragensi sedi est adjudicata. Termini autem ejus occidentem versus hi sunt. Jugast quæ tendit ad medium fluminis Chub, Zedleæ & Liusena, & Dasena, Liutomerici, Lemuzi usque ad mediam silvam qua Boemia limitatur. Deinde ad Aquilonem hi sunt termini: Bovane, Chonvati, & altera Hrovatizlasane, Trebovane Poborane, Dedossene usque ad mediam silvam, qua Milcianorum occurrunt termini. Inde ad orientem hos fluvios habet terminos; Bug scilicet & Ztir cum Cracova civitate, provinciaque cui Wag nomen est cum omnibus regionibus ad prædictam urbem pertinentibus, quæ Krakova est. Inde Ungarorum limitibus additis usque ad montes, quibus nomen est Jeitri, dilatata procedit. Deinde in ea parte, quæ meridiem respicit, addita regione Moravia usque ad fluvium, cui nomen est Wag, & ad mediam silvam, cui nomen est Mare, & ejusdem montis eadem parochia tendit, qua Bavaria limitatur. Mediantibus itaque nobis, & communi principum aspirante suffragio pactum est, ut dux Boemiæ, Wratislaus & frater ejus Conradus supradicto Pragensi episcopo fratri suo parochiam judiciario ordine requisitam ex integro reprofiterentur & redderent. Proinde nos rogatu ejusdem episcopi rationabiliter inducti Pragensis episcopatus redintegrationem nostræ imperialis auctoritatis edicto illi & successoribus ejus confirmamus & stabilimus inviolabiliter decernentes, ne ulla post hac cujuslibet conditionis persona, vel ulla societas hominum, Pragensi ecclesiæ quicquam sui juris in prænotatis terminis alienare præsumat. Cujus redintegrationis & confirmationis auctoritas, ut omni ævo stabilis & inconvulsa permaneat, hanc cartam inde conscribi, quam (sicut infra apparet) manu propria laborantes, impressione signi nostri jussimus insigniri. Data III. Cal. maji ann. Dom. Incarnat. MLXXXVI. indictione IX. Anno autem Domini Heinrici, regni quidem XXXII. imperii vero III.

Signum Domini Heinrici tertii Romanorum imperatoris Augusti.

* f. auctoritate.

* Tiederico

UR-

URBANUS PAPA II.

Sedit ab anno 1088. usque ad 1099.

AD EPISTOLAS ET DECRETA URBANI II. PAPÆ

APPENDIX.

EPISTOLA URBANI PAPÆ II. AD SALZBURGENSEM ALIOSQUE EPISCOPOS.

Eos de sua in summum pontificem electione certos facit, hortaturque ut viriliter pro ecclesia certent.

Ex Martene Vet. Monum. t. 1. col. 520.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili Salzburgensi archiepiscopo, caeterisque reverentissimis episcopis Pataviensi, VVireburgensi, VVormatiensi, Augustensi, Constantiensi, & venerandis abbatibus & gloriosissimis VVelphoni B. & B. atque omnibus majoribus & minoribus B. Petri fidelibus, salutem & apostolicam benedictionem.

Nosse volumus beatitudinem vestram quæ circa nos gesta sunt noviter: reverentissimi siquidem fratres nostri episcopi & cardinales, Saviensis (a) videlicet, Tusculanensis, Albanensis, Signensis præterea & Portuensis C legationem & consensum & petitionem ferens omnium fidelium laicorum nostræ parti faventium, clericorum Romæ eligentium, & religiosissimus abbas Cassinensis omnium diaconorum & R. cardinalis tituli S. Clementis omnium cardinalium, nec non & B. præfectus omnium fidelium laicorum una cum XX. & I. episcopis & quatuor abbatibus apud Terracinam coadunati, & triduano jejunio cum multis precibus communiter celebrato; dominico tandem die IV. Idus martii mihi omnium indignissimo contra omne votum & desiderium, Deus scit, & plurimum renitenti regimen sedis apostolicæ commisere & omnium tam præsentium quam & absen- D tium prædictorum fidelium consensu me eligentes, & auctoritatem atque imperium sanctæ memoriæ prædecessorum meorum, Gregorii & Victoris habere se super hoc asserentes, longe impar (onus) viribus meis imposuerunt. Sed quoniam, ut ante Deum loquar, nulla honoris ambitione, nulla omnino præsumptione, sed sola tot tantorumque religiosorum virorum non absque periculo contemnenda obedientia, confidens insuper de misericordia omnipotentis Dei, tantum onus in præsenti in tam periculoso tempore subire sum coactus. Rogamus & obsecramus in Domino Jesu, ut in ea, quam cœpistis, & quam Domino & prædecessori no- E stro beatæ memoriæ Gregorio semper ostendistis fidelitate, & devotione, & benevolentia firmiter maneatis, sanctamque Romanam ecclesiam matrem vestram omnibus quibus valeatis auxiliis & consiliis adjuvetis. De me porro ita in omnibus confidite & credite, sicut de beatissimo patre nostro Papa Gregorio, cujus ex toto sequi vestigia cupiens, omnia quæ respuit respuo, quæ damnavit damno, quæ dilexit prorsus amplector, quæ vero rata & catholica duxerit, confirmo & approbo, & ad postremum in utramque partem, qualiter ipse sensit in omnibus omnino sentio, atque consentio. Nunc ergo precor, & amplector fraternitatem vestram, ut agatis viriliter atque constanter & confortemini in potentia virtutis Dei, ascendentes ex adverso & opponentes murum pro domo Israel, ut strenuissimi Domini bellatores stetis in prælio in die ipsius. Vos ergo, qui spiritualiter estis, eos qui instructi non sunt verbis & exemplis instruite, & exhortamini, sicut scitis, & necessitas exigit hujus periculosi temporis. Cum enim apud vos eram, tales vos omnes inveni, ut voce ipsius Domini possem clamare: *Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel*: qui autem perseveraverit in finem, hic salvus erit. Insuper apud omnipotentis Dei misericordiam continuas preces effundite, quatenus & ecclesiam suam sanctam in gradum pristinum misericorditer restaurare dignetur. Ipse autem Deus pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis, dilectissimi in Christo. Datum apud Terracinam tertio idus Martii.

(a) Sabinensis.

EJUSDEM

AD LANZONEM ET RODULFUM ABBATES, ET ADALBERONEM PRIMICERIUM.

Confirmat electionem Metensis episcopi ab eis factam.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis Lanzoni, Rodulfo abbatibus, Adalberoni primicerio, archidiaconis, & omni catholico Metensis ecclesiæ clero ac populo S. & A. B.

Gaudemus, filii in Christo carissimi, quia vos gaudetis in Domino, quia catholicæ fidei lucernam, qui in Herimanno sanctæ memoriæ permansit episcopo, necdum extincta est; quia prædecessori bono successorem probabilem providistis. Et nos igitur bonis votis vestris robur præstantes auctorita- Ib. pag. 529

ANNO CHRISTI 1088.

tatis apostolicæ devotionem, & electionem vestram litteris præsentibus approbamus. Vestris quoque postulationibus assensum conferimus, ut vestri intersit arbitrii, a quibus potissimum catholicis debeat episcopis consecrari. Illud sane omni modo requirendum est, utrum per manum Trevirensis illius dicti archiepisc. simoniace fuerit in diaconem ordinatus. Quidquid enim ab eo extraordinarie indigneque suscepit, nos sancti Spiritus judicio irritum esse censemus, ut eosdem ordines ab aliquo sortiatur episcopo catholico præsenti auctoritate præcipimus. Talis enim ordinator, cum nihil habuerit, dare nihil potuit. Vos itaque filii in Christo charissimi, perseverate in his, quæ a reverentissimo confratre nostro, nunc angelorum concivi, Herimanno episcopo didicistis. Agite quæ agitis, quia serpentis caput calcantibus æterna a Domino corona præbebitur. Ipse vos sua gratia fideliter certare tribuat, & æterni mercedem bravii dignetur. Data Beneventis calendis februarii.

EJUSDEM

Privilegium immunitatis Schafhusano in Hirsaugia monasterio concessum.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Schafhusensi abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Ex Cod. Udalrici num. 177.

CUm universis sanctæ ecclesiæ filiis & apostolicæ sedis auctoritate ac benevolentia debitores existamus, illis tamen locis atque personis quæ specialius ac familiarius Romanæ adhærent ecclesiæ, quæque amplioris religionis gratia eminent, propensiori nos convenit caritatis studio imminere. Igitur tam tuis & tuorum fratrum, quam & religiosi comitis N. piis votis & petitionibus annuentes, sancti Salvatoris venerabile cœnobium, ab N. quondam comite apud villam H. sub honore omnium sanctorum ædificatum, & beato Petro oblatum in jus perpetuum, & tutelam recipimus apostolicæ sedis, sicut a piæ memoriæ prædecessore nostro Gregorio VII. constat fuisse susceptum. Quicquid etiam immunitatis idem pontifex loco ipsi contulit, nos quoque concedimus, & præsenti decreto corroboramus. Apostolica itaque auctoritate statuimus, ut universa quæ præfati comites, vel alii quilibet fideles cœnobio vestro de suis facultatibus contulerint, quæque hodie possidet, sive in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium juste atque canonice poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus & illibata permaneant. De cellis autem beatæ Agnetis & beatæ Mariæ in villa N. nominatim interdicimus, ne quis occasione qualibet eas audeat a præfati monasterii proprietate subtrahere vel alienare; sed in eo ordine semper maneant; quo a te, charissime fili N., institutæ sunt, nec tibi nec successorum tuorum alicui liceat eas distrahere, vel earum bona temere aut violenter minuere vel auferre. Si quis vero hactenus eorum quicquam abstulit, donec restituat ab omnipotentis Dei gratia alienus existat. Præterea mansuro in perpetuum decreto sancimus, ut nulli omnino viventium liceat, in vestro monasterio aliquid proprietatis, conditionis, hæreditarii juris, advocatiæ, investituræ, aut cujuslibet potestatis, quæ libertati & quieti fratrum noceat, vendicare. Abbas sane cum fratribus advocatum sibi, quem utiliorem providerint, instituat. Qui si postmodum monasterio inutilis fuerit, remoto eo, alium præficiant: sepulturam ejusdem loci liberam omnino esse decrevimus, ut eorum qui ibi sepeliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Si quas vero decimas pertinentes ecclesiis, quas habetis & habebitis, a laicis recuperare, annuente Domino potueritis, vestris usibus perpetuo mancipandas absque omnium episcoporum contradictione censemus, salva episcopali reverentia. Laicos seu clericos sæculares ad conversionem suscipere, nullius episcopi vel præpositi contradictio vos inhibeat. Ad hoc adjicimus, ut nulli episcoporum facultas sit, sine Romani pontificis licentia loca vestra vel monachos interdictioni, vel excommunicationi subjicere. Nulli præterea homini liceat sæpefatum monasterium temere perturbare, vel ejus possessiones, seu res cæteras auferre, ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione, ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, quatenus illic Deo servientes fratres ab omni potestate liberi Romanæ liberalitatis gratia potiantur, & a sæcularibus tumultibus alieni, omnipotentis Dei speculationi licentius vacare prævaleant. Obeunte te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum beati Benedicti regulam elegerint. Consecrationes altarium, basilicarum, ordines clericorum, chrisma, & cætera ad episcopale officium pertinentia ab episcopo Constantiensi, in cujus estis diœcesi, accipiatis, si tamen catholicus est, & gratiam & communionem apostolicæ sedis habuerit. Alias vero liceat nobis catholicum, quem volueritis, adire antistitem, & ab eo consecrationis sacramenta suscipere, vel ad sedem apostolicam recurrere: qui apostolica fultus auctoritate, quæ postulantur, indulgeat. Ad indicium autem perceptæ a Romana ecclesia libertatis auri unciam quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si qua sane deinceps ecclesiastica sæcularisve persona hujus privilegii paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisve sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque a sanctissimo corpore & sanguine Dei, ac redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, & in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loca justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

EJUS-

EJUSDEM

AD GAUFRIDUM CONSTANTIENSEM EPISCOPUM

Perfugam e monasterio Scafusensi tertio revocari mandat, & parere recusantem anathemati tradit.

Ibid. n. 178.

URbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri & coepiscopo Gaufrido Constantiensi salutem & A. B.

Dilectissimus filius noster N. conquestus est nobis, quod quidam vir nomine N. postquam se suaque omnia super altare Domini Salvatoris & omnium sanctorum in Schafhusen obtulerat, instinctu Diaboli apostatando se suaque ab eodem monasterio alienare præsumpserit. Volumus ergo, tuæque charitati injungimus, ut eumdem virum secundum Evangelicam auctoritatem secundo & tertio canonice ut revertatur commoneas. Si vero, quod absit, in pravitate sua perstiterit, tu in promptu ulcisci habens omnem inobedientiam pro officii tui debito gladium excommunicationis in illum evaginare non differas, ut si ipse incorrigibilis permanserit, cæteri timorem habeant. Labores & angustias universalis matris Romanæ ecclesiæ tibi tanquam fideli filio commendamus. Dat. Romæ 10. April.

EJUSDEM

De eodem.

Ibid. n. 179.

URbanus episcopus, servus servorum Dei Constantiensi episcopo N. & N. comitibus salutem, & A. B.

Venerunt ad nos literæ abbatis monasterii Sancti Salvatoris, conquerentes Deo & sancto Petro, quod vir quidam nomine N. veniens ad prædictum monasterium, sæculo renuntiavit, promissionem stabilitatis secundum consuetudinem monasterii fecit, & sua eidem ecclesiæ secundum legem Suevorum multis coram testibus tradidit & confirmavit. Abbas autem, ut est devotus & prudens dispensator & fidelis, in eodem prædio monasterium venuste construxit, fratres ordinavit, & cætera quæ ad monasticam pertinent regulam instituit. Prædictus autem N. ut omnia vidit abbatis labore & studio ordinata, atque perfecta, postquam prædictum monasterium idem prædium per septennium & eo amplius sine omni contradictione obtinuit, instinctu Diaboli, nunquam se tradidisse fatetur, & si quicquam ob hoc molestiæ sustinuerit, non solum auferre, sed & ipsum monasterium minatur evertere. Quapropter, filii excellentissimi, obnixe vos exoramus, ut pro Domini Salvatoris devotione, ac reverentia beati Petri & nostri amore eundem virum a tanta apostasia prohibere & abbati & monasterio curetis assistere. Dicit vero Innocentius: *Error cui non resistitur approbatur*; ac apostolus: *Non solum qui faciunt digni sunt morte, sed qui consentiunt facientibus.* Volumus autem, fili, te eumdem pestilentem virum, si jam non factum est, secundo & tertio canonice commonere, ut resipiscat. Quod si contemserit, ut cæteri metum habeant, gladium anathematis in illum evaginare, quatenus in interitum carnis traditus Satanæ discat non blasphemare, & salvus sit in die Domini. Incolumes vos & monitis nostris obedientes divina gratia custodiat, & ab omni malo defendat.

EJUSDEM

AD CLERUM ET POPULUM ALBERSTADENSEM.

Laudat quod episcopo in schisma delapso alium loco ejus elegerint, quam electionem approbat.

Ibid. n. 180.

URbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, clero, ac populo Halberstadensi, salutem & A. B.

Non exigua salutis vestræ jactura perpenditur, quod tamdiu ecclesia vestra pastoris est solatio destituta. Venerabilis siquidem frater noster, quem communi consensu secundum sanctorum canonum scita in pontificem vobis elegeratis, schismaticorum vi cogente, partim dolis & blanditiis, partim terroribus & minis a vestra est ecclesia contra sanctiones canonicas & consuetudines ecclesiasticas conturbatus. Neque vero licuit susceptam semel juste & canonice pro apostolicæ sedis obedientia, electionem sine apostolicæ sedis licentia vel permissione deserere. Respexit tamen vos supernæ miserationis dignatio, cum eum ad sanctorum apostolorum limina, & ad præsentiam nostram venire concessit. Nos igitur, quibus, licet indignis, pro apostolorum principis vice ac loco cunctarum per orbem terrarum cura ac dispositio cernitur imminere, ipsius electionem justam atque canonicam cognoscentes præsentisque temporis necessitatem, quod a Moguntina sede accipere consecrationem in tanta schismaticorum tempestate non posset, considerantes, eum in prima primorum apostolorum principis sede, annuente Domino consecravimus, consecratum ad vos cum præsentium litterarum commendatione remittimus. Vos itaque antiquæ fidei & obedientiæ memores tanto eum devotius illic usque suscipite, quanto amplius vos vestræ salutis & fidei vestræ apostolicæ ecclesiæ debitores esse cognoscitis. Sanctæ siquidem memoriæ, noster in sede apostolica prædecessor, Gregorius II. primum vestræ gentis archiepiscopum beatum Bonifacium pallio donans, & vicis suæ auctoritatis corroborans vestræ ecclesias instruxit religionis. Et nos igitur diuturnam vestræ ecclesiæ desolationem pro nostri officii debito perpendentes, hunc ad vos salutis vestræ dirigimus instructorem. Quem vos eo reverentius suscipere & obedientius convenit exaudire, quo eum ab ipso fidei & salutis vestræ fonte conspicitis destinatum. Omnis autem qui eum, ut pastorem suum debito honore atque affectione tractaverit, nos omnipotentis Dei & apostolorum ejus donamus benedictione: qui vero huic constitutioni nostræ obviam ire tentaverit, clericos quidem a clericatus officio removemus: Laicis autem gratiæ apostolicæ con-

ANNO CHRISTI 1088.

consortium interdicimus. Illum nimirum, qui se in vestram ecclesiam post hujus catholici pastoris electionem præsumptuose, ac irreverenter ingessit, nos eum pro personæ inutilitate, tum pro vestræ ecclesiæ necessitate ab usurpatione indebita per præsentis decreti paginam omnibus modis sequestramus, & omnes qui ei sacramento adstricti sunt, quatenus ad episcopatus honorem ab ejus fidelitate absolvimus. Hunc ergo dilectissimi in Christo filii, tanquam Angelum Domini & catholicæ fidei legatum excipite, huic tam in divinorum, quam in secularium negotiorum consiliis obedite. Sane quæ catholicorum in vestris partibus episcoporum magna est raritas, si, quid & in alienis parrochiis disposuerit, ex abundantiori apostolicæ gratiæ, & nostræ auctoritatis disposuerit plenitudine, ratum, inconvulsumque permaneat. Omnipotens Dominus apostolorum suorum meritis vos a peccatis absolvat, & æternæ vitæ consortes efficiat.

IN SUPERIOREM EPISTOLAM, COLLECTORIS ADNOTATIO.

NEci tradito ob catholicæ partis defensionem Burchardo II Halberstadensi episcopo anno 1088. Thietmarum diaconum pars catholica elegit; sed eo veneni propinatione a schismaticis haud diu post extincto, in eandem cathedram assumitur Hervaudus, qui & Stephanus abbas Ilsineburgensis; quem in hac epistola respicere Urbanum censeo. Hæc desumpsi ex Annalista Saxone Eccardi.

EJUSDEM AD SAXONES CATHOLICOS.

Nunciat se Halberstadensem electum consecrasse, neglecto Moguntino Metropolitano ob schisma.

Ibid. n. 181.

URbanus episcopus, servus servorum Dei, *dilectis fratribus N. Magdeburgensi archiepiscopo & N. Virdunensi episcopo, & cæteris episcopis & abbatibus Saxoniæ in catholica fide persistentibus salutem & Apostolicam benedictionem.*

Hervaudus

Qualiter in Halberstadensi ecclesia venerabilis frater noster H. cui nos Stephani nomen imposuimus, jam dudum electus fuerit, quemadmodum dolis, & blanditiis, minis ac terroribus ab eadem ecclesia sit exturbatus, prudentiam vestram latere non credimus. Respexit tamen populum suum miserationis supremæ dignatio cum eundem electum ad sanctorum apostolorum limina & ad nostram præsentiam adduxit, & quia in metropolitana Moguntinæ ecclesiæ sede pro tanta schismaticorum tempestate ordinari non poterat, eum in ipsa catholicorum omnium matris Romanæ ecclesiæ sede consecrari concessit. Cum vero venisset ad nos, quibus licet indignis, apostolorum principis vice ac loco cunctarum per orbem ecclesiarum cura ac dispositio cernitur imminere, ipsius electionem justam atque canonicam cognoscentes, præsentisque temporis necessitatem considerantes communicato confratrum nostrorum episcoporum & cardinalium ac nobilium Romanorum consilio, eum annuente Domino consecravimus. Oportuit siquidem nos pro commissi nobis servitute officii tam diutinam ejusdem ecclesiæ desolationem attendere & tot animarum saluti largiente Domino providere. Hunc itaque nostri laboris socium cum literarum præsentium commendatione remittimus, obsecrantes pro Christo, atque præcipientes, ut ad evellendas Dominici agri sentes communi consilio & auxilio insudemus. Nulla vos dissimulatio retrahat, nulla segnities impediat, quin ipsum ad recuperandam ecclesiæ suæ sedem viriliter adjuvetis, & ei resistentes tam clericos quam laicos potentia vestra coercere curetis. Illum nimirum qui se in Halberstadensem ecclesiam post canonicam hujus electionem præsumptuose, & irreverenter ingessit, nos eum pro personæ inutilitate, tum ecclesiæ ipsius necessitate ab usurpatione indebita per præsentis decreti paginam sequestramus, & omnes qui ei sacramento adstricti sunt quantum ad episcopatus honorem a vinculo ipsius fidelitatis absolvimus. In illis sane partibus catholici non habentur parrochiis episcopi, unde si quid ex abundantiori apostolicæ gratiæ & nostræ authoritatis plenitudine disposuerit, ratum habetote, ipsum & divinorum & secularium negotiorum consiliis socium adhibete. Ita contra eum vos in omnibus agite, ut & nos pro eo vobis gratias debeamus, & catholicæ veritatis lumen contra unumquemque resplendeat. Fraternitatem vestram superna dignatio per tempora multa servet incolumem. Data Romæ VIII. idus febr.

AD RAINOLDUM REMENSEM ARCHIEPISCOPUM,

Quod Fulconem Belvacensem episcopum coram se purgatum a crimine iterum purgari voluerit, queritur.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, carissimis fratribus R. Remensi archiepiscopo ejusque suffraganeis salutem & apostolicam benedictionem.

FRaternitati vestræ notissimum credimus quemadmodum anno præterito ad apostolorum limina Fulco Belvacensis episcopus veniens ultro in manibus nostris episcopatum ex integro refutavit. Nos autem necessitati ecclesiasticæ dispensatione apostolica providentes, eidem fratri nolenti & renitenti episcopatus curam injunximus, retenta tamen pontificalis officii plenitudine; quoniam quidem patrem ejus pro ipsius electione pecuniam obtulisse rumor extiterat. Cæterum post aliquantum temporis & pater ejus & Odo venerabilis Belvacensis ecclesiæ canonicus ad nostram præsentiam pervenientes, tactis sacrosanctis evangeliis ab omni cum simoniacæ pravitatis suspicione liberum reddiderunt. Ita nos ecclesiæ nostræ fratribus satisfactum justitiæ judicantibus, plenitudinem illi pontificalis officii restituimus. Extat apud Baluzium Miscell. to. 6. pa. 399.

Cum igitur nemini unquam apostolicæ sedis liceat retractare judicium, cum nemini de

ANNO CHRISTI 1088.

de se confesso credi debeat; cum ad unius accusationem nemo valeat legitime condemnari, miramur qua præsumptione post datam a Petri vicario sententiam præjudicium intulistis, quo spiritu prædictum confratrem & coepiscopum nostrum ob unius accusationem hominis addixistis, qua temeritate eidem uni semetipsum simoniacum accusanti adversus alium adeo credideritis, ut quem de causa eadem canonico ordine discussum ecclesia Romana absolverat, vos in ejus injuriam iterato illum judicio purgationi canonicæ subjiceretis. Quia ergo adversus matrem vestram Romanam ecclesiam brachium extendistis, magna estis animadversione dignissimi, quippe ut auctoritatem sanctorum canonum conculcantes. Te præcipue carissime ac reverentissime frater R. Remensis archiepiscope, salva dilectionis inclytæ reverentia te super hoc ducimus arguendum, quod in conspectu tuo tantam pati potueris apostolorum principi injuriam irrogari. Nos itaque accusationem illam, & sententiam illam contra sanctorum canonum instituta prolatam omnino irritam esse censemus, & Belvacensem episcopum religiosæ & simplicis vitæ virum loco suo & officio restitutum firmamus. Sane quicumque ex vobis adversus eum non judicium sed præjudicium protulerunt, noverint se auctore Petro & judicium usque ad satisfactionem congruam subituros, & jacturam quam frater ille perpessus est, æstimatione legitima soluturos. Illum autem ita absolutum esse censemus, ut si qua in eum deinceps quæstio emerserit, solo Romanæ sedis judicio terminatur. De cætero rogamus te, reverentissime frater Remensis archiepiscope, ut Belvacensem episcopum nostræ gratiæ plenitudinem obtinentem in suis tam spiritualibus, quam corporalibus oppurtunitatibus adjuvetis. Data Lateranis III. idus maii.

AD EPISCOPUM MAGDEBURGENSEM

Ne vacillet, sed rectæ causæ insistat hortatur.

Ex Cod. Udalric. n. 1811.

URbanus episcopus servus servorum Dei N. Magdeburgensi episcopo salutem & A. B.

Indolis tuæ, dilecte in Christo frater, strenuitatem miramur, imo aliquantulum circa pietatis viscera timemus, ne incurrentis erroris persuasio infra præcordia jam dudum tibi pullulasset, quod absit; quandoquidem per utriusque sexus fideles religiosos veraciter tibi exoptatos aliquoties nostras dreximus literas tuæ, ut speramus, fidelitati, nullumque aut prorsus raro, uti talem ac tam strenuum, decet virum, nobis dedisti responsum. Cave ergo, cave interim, quæso, ne collum tuum Pharaoni subdatur quo decidente * veteri controversia, quæ peccatis nostris exigentibus magno temporis spacio ecclesiam Dei per diversa orbis climata, pene per interiores medullas fatigavit; salvo tamen paucorum interiore homine, Baal paulatim confusus est & mundo absordet * donorum episcopi sancti fraudulentus mercator. Tu ergo qui, ut a Deo, ita & ab hominibus culmen accepisti, quod magistro apostolorum, cujus vicem adeptus es, suisque successoribus spopondisti. Quod si perseverare valeas salvus eris. Nemo enim mittens manum suam in aratrum, si retro prospiciat faciens injustum sulcum, aptus est regno Dei; & qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Sunt autem alia non modulo chartulæ commendanda, quæ Deo disponente præsens legatus verbis auri secrete intimabit, quæ precamur honeste remittas quantocius poteris. Gloriosus Deus mentem tuam atque provideat tuos actus.

URBANI II. DECRETA QUÆDAM

Stephanus Tornacensis in epistola prima ad Robertum Pontiniacensem hoc Urbani decretum refert.

Si quis in ecclesia sua sub episcopo populum retinet, si afflatus Spiritu sancto in aliquo monasterio vel regulari canonica salvare se voluerit, etiam episcopo suo contradicente, eat liber authoritate nostra. Justo enim non est lex posita, sed ubi Spiritus Domini ibi libertas, & si spiritu ducimini, non estis sub lege.

Et infra: Mandamus & universaliter interdicimus ne quis canonicus regulariter professus, nisi, quod absit, publice lapsus fuerit, monachus efficiatur. Quod si decreto nostro contraire præsumens agere tentaverit, ad ordinem canonicum præcipimus ut redeat, & deinde memorialem cellulam (*a*) deferat, & ultimus in choro sedeat.

Item statuimus ne professionis canonicæ quispiam Dei vice super caput sibi hominem imposuit alicujus levitatis instinctu vel districtioris religionis obtentu ex eodem claustro audeat sine patris totius congregationis permissione recedere. Discedentes vero nullus abbatum, vel episcoporum, & nullus monachorum sine communi litterarum cautione suscipiat, ad hæc impetrata venia, salva reverentia majorum & gratia.

(*a*) Alias *memoriale præsumptionis suæ cucullam deferat*. Ansel. Havelperg. de ord. canon. cap. XXV. qui & monet ab aliis legi *cucullam deferet*.

URBANUS PAPA SECUNDUS

Ad canonicos regulares in quodam suo decretali scripto dicit inter cætera.

Ex Gerohoho in lib. de ædificio Dei apud Pez in anecdot. to. 2. par. 2. pag. 247.

OPortet nos qui licet indigni, Petri residemus in loco prava corrigere, recta firmare, & in omni ecclesia arbitrium judicis ejus judicium nostrum prodeat, oculi nostri videant æquitatem. Omnipotenti ergo Deo, cujus melior est misericordia super vitas, gratias agimus: quod vos estis qui sanctorum Patrum vitam probabilem renovatis & apostolica instituta disciplinæ in primordiis ecclesiæ sanctæ exorta, sed crescente ecclesia jam pene deleta instinctu sancti spiritus suscitatis. Duæ enim ab ecclesiæ sanctæ primordiis vitæ ejus filiis sunt institutæ, una, qua infirmorum debilitas retinetur: altera, qua fortiorum virtus beata perficitur. Una remanens in Segor parvula, altera ad montis altiora conscendens. Una lacrymis & eleemosynis quotidiana peccata redimens; altera quotidiana instantia merita æterna conquirens. Alteram tenentes inferiorem, terrenis bonis utuntur, alteram sequentes superiorem, bonam terram despiciunt ac relinquunt. Hæc autem quæ a terrenis divertitur, in duas pene

ANNO CHRISTI 1088.

ne unius ejuſdemque propoſiti dividitur portiones, canonicorum ſcilicet & monachorum. Harum ſecunda per divinam miſericordiam frequentata ſatis jam ſæculo univerſo elucet. Prima vero decaleſcente fervore fidelium jam pene omnino defluxit. Hanc martyr & pontifex Urbanus inſtituit. Hanc Auguſtinus ſuis regulis ordinavit. Hanc Gregorius Auguſtino Anglorum archiepiſcopo inſtituendam præcepit. Itaque non minoris æſtimandum eſt meriti, hanc vitam eccleſiæ primitivæ aſpirante ac proſequente Domini Spiritu ſuſcitare, quam florentem monachorum religionem ejuſdem ſpiritus perſeverantia cuſtodire.

Urbanus papa ſuper Arragonum regem qui neptem ſuam cuidam militi ſe daturum ſub fidei promiſſione firmaverat canonicum profert in hæc verba capitulum:

De neptis tuæ conjugio, quam te cuidam daturum neceſſitatis inſtante articulo ſub fidei pollicitatione firmaſti, hoc æquitate dictante decernimus, ut ſi illa virum, ut dicitur omnino renuit, & in eadem voluntatis authoritate perſiſtit, ut viro illo prorſus ſe deneget nupturam, nequaquam eam invitam & renitentem ejuſdem viri cogas conjugio ſociari; quorum enim unum corpus eſt, debet eſſe & animus, ne forte cum viro alii in vita fuerit copulata contra Domini apoſtolique præceptum, aut reatum diſſidii, aut crimen fornicationis incurrat. Cujus videlicet peccati malum in eum redundare conſtet, qui eam conjunxit invitam.

Quod non ſint homicidæ exiſtimandi qui excommunicatos zelo eccleſiæ occiderint.

GODEFRIDO LUCANO EPISCOPO

Ivo Carnot. in dec. pag. 331.

Excommunicatorum interfectoribus prout morem Romanæ eccleſiæ noſti ſecundum ipſorum intentionem modum congruæ ſatisfactionis injunge. Non enim eos homicidas arbitramur, quod adverſus excommunicatos zelo catholicæ matris ardentes, eorum quoſlibet trucidaſſe contigerit. Ne tamen ejuſdem eccleſiæ matris diſciplina deſæviat, tenore quem diximus, pœnitentiam eis indicito congruentem, qua divinæ ſimplicitatis oculos adverſus ſe complacere pervaleant, ſi forte quid duplicitatis pro humana fragilitate in eodem flagitio contraxerunt.

ADNOTATIO IN HOC DECRETUM.

Hæc ipſa verba ex epiſtola Urbani ad Sancium decerpſit Gratianus 32. q. 2. can. De neptis.

URBANUS II.

Admonemus &c.
Ex reſponſalibus Urbani ad Carolum cap. XLIX.

Omnem vim inventorum ſuorum in dialectica diſputantes ponunt hæretici q. philoſophorum ſententia diffinit non aſtruendi vim habere, ſed ſtudium deſtruendi, ſed non in dialectica placuit Deo f. e. ſ. regnum Dei in ſimplicitate fidei eſt, non in contentione ſermonis. *Additio ad Gratian. diſt.* 37.

Adjecit Anonym. in MS. Cod. Gratian. in Bibl. PP. Congregationis Matris Dei Lucenſis.

URBANUS PAPA IN EPISTOLA AD POPULUM S. VINCENTII

(*Vulturnenſis juxta Capuam.*)

Affert Anonym. cont. error. Alberonis. Martene Vet. Mon. t. IX. pag. 262.

Si adulteri vel alias criminoſi hæreſi vel ſchiſmate, ideſt præciſione vel depoſitione ab eccleſia non ſeparantur, ſacramenta eorum ſancta non negamus, ſic Auguſtinum ſequentes: ſed prædeceſſores noſtri Gregorius & Nicolaus a miſſis talium abſtinere præceperunt, ut hoc terrore & peccandi licentiam cæteris auferrent & ipſos rubore ſui contemtus ad digna pœnitentiæ lamenta revocarent.

Et poſt modicum: Proprias habet criminoſorum ſacramenta virtutis dignitates, ut beatus Auguſtinus ſuper Johannem contra Donatiſtas ait; ſed agentibus & ſuſcipientibus eadem ſacramenta contra ſanctorum pontificum inſtituta, niſi forte ſola morte interveniente, utpote ne ſine baptiſmate vel communione quilibet humanis rebus excedat, eis inquam, in tantum obſunt, ut veri idololatræ ſint, cum talibus & ordinationum, & ſacramentorum confeſſio, & aliter quam præmiſſum ſuſceptio vehementer a ſacris ordinibus prohibeantur.

Item poſt pauca: Hæc de malis catholicis qui intra eccleſiam ſunt. Cæterum ſchiſmaticorum & hæreticorum ſacramenta quoniam extra ſunt, juxta ſanctorum patrum traditiones, Pelagii ſcilicet, Gregorii, Cypriani, Auguſtini, Hieronymi, formam quidem ſacramentorum, non autem virtutis effectum habere profitemur, niſi cum ipſi vel eorum ſacramentis initiati per manus impoſitionem ad catholicam veritatem redierint.

AD

ANNO CHRISTI 1089.

AD CONCILIUM ROMANUM

Tempore Urbani II. Papæ anno 1089. celebratum

A D D I T I O.

CUM in concilio isto de causa Guiberti actum fuerit, non dubito quominus hujus ejusdemque concilii synodica reputanda sit epistola illa, quam ostendi in codice Udalrici num. CLXXVI. Quamvis autem hæc ipsa epistola, quo ad sui partem inserta legitur in epistola ad Guiehardum episcopum Constantiensem, apud Labbeum in appendice epistolarum Urbani II. pag. 737. tom. XII. edit. Veneto-Labbeanæ; non dubito tamen quominus hæc ipsa epistola encyclica fuerit, & ad omnes episcopos fideles maxime in Germaniam missa, quod & demonstrat titulus, quem in codice Udalrici præfert. Antequam vero hanc epistolam recitem, admonere juvat in hac ipsa Romana synodo depositum excommunicatumque fuisse Pisanum archiepiscopum, qui hoc ipso anno 1088. circiter Gerardo defuncto substitutus erat. Narrat enim Urbanus in epistola ad Pistoriensem & Rusticum abbates, quæ est XIX. inter Labbeanas, se statim ac comperit illum initiatum fuisse diaconum a VVezelone archiepiscopo Moguntino schismatico, actutum illum in synodali concilio excommunicasse & condemnasse. Quam abrogationem locum fecisse arbitror Daiberto, quem hoc ipso anno 1088. ad cathedram Pisanam ascendisse ferunt Pisanæ tabulæ. En vero concilii hujus synodicam, qualem Udalricus num. 176. exhibet.

Urbanus episcopus servus servorum Dei episcopis Germaniæ in unitate ecclesiæ constitutis salutem & A. B. Fratrum nostrorum communicato concilio, diuque excommunicationis quæstione tractata, sancti prædecessoris nostri Gregorii sententiam confirmantes, ita eam Domino inspirante determinavimus. Primo siquidem gradu Ravennatem hæresiarcham Romanæ ecclesiæ invasorem cum ejusdem perversitatis capite, ab omnibus ecclesiæ catholicæ membris alienum & excommunicatum esse censemus; secundo qui armis, pecunia, consilio, aut obedientia ecclesiasticos maxime ordines aut honores ab eis aut eorum fautoribus accipiendo eorum nequitiæ adminiculum subministrant. Hos igitur principaliter anathematis vinculis adstringentes in tertio gradu communicantes eis, nos quidem non excommunicamus, sed qui se eorum communione commaculant nequaquam in nostram societatem sine pœnitentiæ ultione & absolutione recipimus. Sanctis quippe canonibus sancitum constat, ut qui excommunicatis communicaverit, excommunicetur. Ipsius tamen pœnitentiæ & absolutionis modos ea moderatione discrevimus, ut quisquis seu ignorantia, seu timore, seu necessitate negotii cujusque maximi & maxime necessarii eorum se convictu, salutatione, oratione l. osculo contaminaverit, cum minoris pœnitentiæ absolutionisque medicina nostræ societatis participium sortiatur. Eos vero qui spontanee, aut negligenter inciderint sub ea, nolumus disciplinæ coercitione suscipi, ut cæteris metus incutiatur.

AD CONCILIUM MELPHITANUM

Ab Urbano papa II. celebratum

Anno 1089.

A D D I T I O.

SIve ad concilium istud, sive ad aliud Placentinum post hoc quinquennio habitum referendus est canon, quem exhibet vetustus codex Vaticanus, in quo concilium Melphitanum & Placentinum ab Urbano II. celebrata leguntur. Recitant vero illum Romani correctores in notis ad cap. Questi sunt 16. q. 1. *Iidemque scite monent, sanctionem esse fere similem canoni XIX. Cabilonensis concilii anni 813. Forte Urbanus vetus hoc decretum, quod rei præsenti conveniret, innovandum, variatis tamen nonnullis, censuit.*

Perlatum est ad sanctam synodum quod sint quidam episcopi & abbates, qui colonos ad se pertinentes non sinant decimas dare ad ecclesias, ubi missas audiunt, & infantes eorum baptizantur. Proinde decrevit sacer iste conventus ut episcopi, & abbates de vineis, vel agris, ac frugibus, quæ ad suum, vel fratrum usum laborant, decimas sibi pro benedictione vel hospitum susceptione habeant: familiæ vero ibi dent decimas suas, ubi per totum anni circulum missas audiunt, & infantes eorum baptizantur.

ANNO CHRISTI 1092.

VVIGORNIENSE CONCILIUM

A. S. Vulstano anno 1092. celebratum.

Ex Wilkins conc. Britan. t. I. p. 369.

EGo Wlstanus gratia Dei Wigornensis episcopus decrevi synodum congregare in monasterio sanctæ Mariæ in cryptis, quas ego a fundamentis ædificavi. Hæc synodus habita est anno Dominicæ Incarnationis MXCII. indictione XV. Ad hanc synodum invitati convenerunt omnes sapientissimæ personæ de tribus comitatibus nostræ diœceseos Wigraceastriæ videlicet Glaucestriæ, Warewicciæ; eo quod ego longævus dierum, imbecillitatem corporis mei sentiens, & finem vitæ meæ instare intelligens, cupiebam res ecclesiasticas nostræ curæ commissas canonice tractare, & quæque emendanda forent; illorum sapienti consilio corrigere & emendare. Nostra itaque humilitate in hac synodo præsidente, orta est quæstio inter duos presbyteros, Alfnothum scilicet, presbyterum S. Elenæ & Alam presbyterum sancti Albani de parochiis & consuetudinibus ecclesiarum suarum. Horum presbyterorum altercatio sanctam synodum multum detinuit. Hanc litem ego canonice discindere cupiens, jussi sensores quosque, & quibus notissimæ essent antiquæ institutiones ecclesiarum seu parochiarum Wigraceastriæ, veritatem edicere tam de supradictarum, quam de omnium ecclesiarum urbis Wigraceastriæ antiquissimis institutionibus & parochiis. Et cum inter supradictorum presbyterorum disceptationem auditus est a sancta synodo clamor filiorum ecclesiæ, monachorum videlicet, quod ipsi damna paterentur suorum redituum, quos juste habere debuissent de sua ecclesia, sanctæ Elenæ scilicet, propter tam diuturnam presbyterorum discordiam; jussi, sicut de institutionibus cæterarum ecclesiarum, sic etiam de hujus matris ecclesiæ institutione dicerent. Ad harum rerum scrutinium ex nostro præcepto fuerunt Thomas prior, Alfere secretarius, Godricpril camerarius, Uhtred cantor, Agelric archidiaconus, Edwine frater ejus, Frideric, Agelmar presbyter, cum aliis quamplurimis, quos ad hoc elegi. Hi omnes igitur communi habito consilio, reversi in sanctam synodum affirmaverunt, nullam esse parochiam in tota urbe Wigrac, nisi tantum matris ecclesiæ. Ecclesiam vero sanctæ Elenæ vicariam hujus matris ecclesiæ extitisse a temporibus Aethelredi regis & Theodori archiepiscopi, qui locum tunc fundaverunt, & ibi Boselum primum episcopum constituerunt anno Incarnationis Domini DCLXXX. indict. VII. Hæc institutio a tempore supradicti Boseli, per tempora omnium episcoporum hujus sanctæ ecclesiæ per manus clericorum in hac sede servientium inconvulsa servata est usque ad tempora beati Oswaldi archiepiscopi, qui opitulatione Eadgari regis, & auctoritate pii patris Dunstani, Cantuariensis archiepiscopi, de irregulari conversatione clericorum in regularem conversationem & habitum monachorum transtulit & mutavit hujus ecclesiæ congregationem anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXIX. indict. XII. Hujus pii patris Oswaldi temporibus Winsius, sanctæ Elenæ presbyter, vicarius hujus sanctæ matris ecclesiæ extitit. Hic idem monitis sancti Oswaldi cum cæteris, qui in clericali habitu huic ecclesiæ utcumque serviebant, mundo posthabito, monasticæ religionis habitum suscepit, & claves ecclesiæ S. Elenæ, quarum ipse sicut vicarius custos extiterat, cum terris decimis, cæterisque redditibus ad communem usum monachorum reddidit. Winsio proinde monacho facto cum cæteris qui secum sponte converti elegerunt, tam prædicta ecclesia, quam cæteræ quæ nunc usque monachorum sunt ecclesiæ terræ, sepulturæ, vel quælibet aliæ consuetudines, seu dignitates ecclesiasticæ, quæ clericorum quasi propria hactenus extiterant, in jus monachorum transierunt, & in communem usum illorum redactæ sunt, assensu regis Eadgari, & beati Dunstani, sanctique Oswaldi archiepiscoporum. Anno tertio conversionis Winsii presbyteri, beatus Bwaldus prioratum ei super monachos hujus ecclesiæ concessit, assensu ejusdem regis. Concessit etiam illi omnibusque suis successoribus, prioribus hujus ecclesiæ decanos esse super omnes ecclesias suas & presbytero, ita videlicet, quod nullus decanus, nullus archidiaconus de monachorum ecclesiis seu clericis se intromittat, nisi per priorem ecclesiæ. Omnes ecclesiasticas consuetudines prior sicut summus decanus episcopi pro suis ecclesiis episcopo persolvat. Harum rerum, sicut ab antecessoribus nostris didicimus, & his temporibus sub antecessore nostro Aldredo, & vobis hactenus servatas vidimus, testes sumus. Hoc igitur testimonium ego Wlstanus verum comprobans, litem presbyterorum sedavi, & veram comprobationem testimonio hujus sanctæ synodi literis nostris & sigillo corroboravi; cavens ne amodo de his rebus in hac sancta & matre ecclesia inter monachos & alias quaslibet personas dissensio, sive scandalum oriatur. Servantibus hæc vita æterna donetur in cælestibus. Qui autem fregerit, vel in pejus mutaverit, cum diabolo & angelis ejus perpetuis damnetur cruciatibus. Amen.

RE-

REMENSE CONCILIUM II.

A Raynoldo Remensi archiepiscopo in causa electi Atrebatensis

Anno 1092. die XV. augusti celebratum.

Atrebatenses concesso sibi ab Urbano II. eligendi jure, in Lambertum quemdam ecclesiæ suæ clericum convenerant. Requisitus est Remensis archiepiscopus pro consecratione. Qui cum intelligeret Cameracenses clericos electioni huic repugnare, rem gravem nisi in synodo statuere noluit. Alteram eo ipso anno 1092. habuerat pro agnoscendis, admittendisque Urbani II. literis, quibus facultas illis de electione dabatur. Quam synodum Labbeus non omittit. Altera addenda erat pro consecratione electi. Hac igitur epistola illos invitavit, quam accipio ex Baluzii Miscellan. tom. V. pag. 150. unde pariter de gestis alterius hujus synodi aliqua disces.

RAYNOLDI REMENSIS ARCHIEPISCOPI EPISTOLA

AD CLERUM ATREBATENSEM

Invitat eos ad synodum.

Raynoldus gratia Dei Remorum archiepiscopus, domno Gualberto, universæque Atrebatensis ecclesiæ congregationi salutem, & benedictionem in Domino Jesu.

Ex Baluzii Miscellan. t. V. pag. 150.

SCripsistis nobis quatenus terminum vobis rescriberemus in quo electum vestrum consecrare vellemus. At quia consecratio illa non solum ad nostram, verum etiam ad coepiscoporum nostrorum potestatem juxta canonum sanctionem pertinere videtur, diem vobis hujus consecrationis absque eorumdem consilio haudquaquam rescribendum esse dignum duximus. Sed cum in festo sanctæ D Mariæ mediante Augusto magnum & episcoporum & clericorum conventum Remis habituri simus, illud quod ab eis super hoc consilium acceperimus, & terminum in quo eumdem electum vestrum debeamus consecrare, vobis mandare non differemus. Valete.

Post quas literas hæc de gestis in synodo in veteri charta apud eumdem Baluzium ibidem.

Ad hanc ergo diem Atrebatensis ecclesia iterum se domno archiepiscopo Remis in his personis præsentavit, domno scilicet Abone, Heriberto, Johanne, & altero Johanne, a quibus iterum hujus consecrationis secundas inducias usque ad omnium sanctorum sole- E mnitatem expetivit. Sed sæpefata ecclesia desolationis diuturno tædio affecta, protelationibus tantis non canonicis annuere non valens, domni papæ mansuetudinem jam tertio repetere procuravit. Ad hoc itaque duo clerici missi, cantor scilicet ecclesiæ Odo, cum Johanne diacono has literas domno papæ præsentaverunt.

Venerabili magnificoque totius sanctæ ecclesiæ papæ Urbano devotus clerus & populus Atrebatensis orationem continuam atque subjectionem prona mente omnimodam.

B Gratias immensas conditori, atque reparatori nostro pleno corde agimus omnium, qui inspirando movendoque cor tuum hactenus per multa annorum volumina depressos, gementesque visitare ac liberare dignatus es a jugo novercæ nostræ scilicet Cameracensis ecclesiæ, ut ad pristinam libertatem canonico rediremus scripto, & apostolica auctoritate roborasti, testando Atrebatensem ecclesiam unam ex nobilioribus civitatibus Remensis metropolis, & principalem sedem episcopatus fuisse, suam diœcesim, & cætera pontificalia jura habuisse, ac ut secundum sacros canones nobis dignum Deo & hominibus eligeremus pastorem præcepisti, C quod & fecimus in imitatione sanctorum patrum jejunio triduano, precibus lacrimabilibus & eleemosynis nonnullis, Lambertum videlicet Ghisnensem, virum religiosum, corda fidelium largo fonte prædicationis irrigantem, ita ut a multis millibus piæ plebis clametur, quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitavit plebem suam. Hunc itaque catena obedientiæ suæ vinculatum tenemus, præstolantes misericordiam Dei, a quo omnes procedunt benedictiones, per te nobis impleri. Nos enim, rector sancte, ut jussit clementia tua, obediendo tibi per omnia bis misimus jam pro ipsius consecratione archiepiscopo Remensi legationem, ut eum aut consecraret, aut cum literis suis tibi consecrandum dirigeret. Ipse vero tuo sancto canonicoque præcepto differens obedire, dilationem invenit animabus fidelium periculosam, ac nulla ratione subnixam, ut dignitas tua præsentium fratrum perpendere poterit relatione. Nunc igitur pie pater, hac tam gravi necessitate compulsi, ad te nostrum solum sub Deo refugium cogimur redire, ut quod sancte, Deoque digne cœpisti, amore ipsius, cujus sanguine sumus abluti ne differas adimplere. Idque humiliter petimus, ut summa obedientia infra terminum tuæ dispositioni placitum archiepiscopo eum præcipias consecrare, aut adduci jubeas consecrandum dignitati tuæ, ne diverticulando jussio tua jam tertio archiepiscopo injuncta, ac in omnibus pene Galliæ partibus divulgata videatur annullari.

CON-

ANNO CHRISTI 1092.

CONCILIUM IN CARI-LOCI MATISCONENSI MONASTERIO

Tempore S. Hugonis Cluniacensis abbatis circa annum 1092. celebratum.

COncilii hujus nulla superest mentio præterquam in charta quadam, in qua describuntur acta placiti in causa Archimbaldi V. Borbonensium domini, & monachorum Silviniacensium, de qua inferius ad concilium Claramontanum. Hæc igitur ibi: *Sæpius blande, sæpius severe correptus* (Archimbaldus) *a Domno Hugone Cluniacensis monasterii patre, cum nequaquam monitis salutaribus acquiesceret, ad ultimum etiam apud Carum-locum synodus congregata est episcoporum ob ejus vel maxime coercendum duritiam. Sed quamvis discretus pater confidens de ejus melioratione excommunicationis gladium etiam tunc ab eo suspendi fecisset, non tamen ad plenum mala incœpta deseruit.* Nec plura de hac synodo.

SYNODUS SZABOLCHENSIS NATIONALIS

Habita sub Ladislao rege & Seraphino archiepiscopo Strigoniensi Anno MXCII. die XX. Maii.

NARRATIO PRÆVIA.

Ex Peterffy Conc. Hung. t.I. pag. 13.

„ CUM variæ gentes aucto populi Christiani numero, novos secum mores Hungariæ inferrent, intepuit nonnihil primus ille pietatis calor, & quædam divini cultus neglectio sensim illapsa est, eo tenacius hæsura, quo securius ardente bello inter Salomonem & Ladislaum penetrabat. Postquam vero, tentata ultima alea, Salomon ingenti clade a Mariano rege profligatus, mundum fastidiret & sanctius vitæ genus anno 1086. inter sylvarum recessus quæreret (*a*) pacanda restabat Dalmatia, quam etiam felici expeditione suscepta, cum Croatia, coronæ adiicit. Alii utrumque regnum hæreditario jure acceptum asserunt. Sed dubium istud, promovente Deo oneraria nostram, data opera excutiemus. Inde regressus in Hungariam adversus Cumanos rapinis & incendiis provinciam vastantes exercitum movet, eosque extortortis spoliis proterit. Consulat lector auctores domesticos.

(*a*) M. S. ex notitia abbatiarum ord. Cist. Caspar. Jongel. de Monast. S. Crucis in Austria. hæc: *Demum quiescit in hoc cœnobio*, quod certum est, *Sigismundus, quem alii Salomonem nominant, rex Hungariæ. Hic cum controversias gereret cum fratre suo de regno, contempto terrestri, inquirere cœpit cœleste, ac proinde incognitus venit ad S. Crucem: ubi, dum in omni patientia & sanctitate, viginti quatuor annis tanquam frater conversus subulcum ageret, existens in mortis articulo, abbati conditionem suam revelavit. Atque hujus rei occasione monasterium a regibus Hung. egregie dotatum, solum est quod patres nostri non notarint hujus regii conversi monumentum. Sed quia duces Austriæ exiguo lapillo deprehenduntur tecti; credere licet, eumdem etiam, more conversorum vel ad ossuarium, vel cœmeterium delatum.* Hæc Jongelinus. Consideant in valle hac Umbrosa Sanctæ Crucis fessi illi, qui exuvias S. Regis in Dalmatia, vel Istria quæsiverunt. Sed adhuc sub Judice lis est. PETERFFY

Pace igitur undique refecta, curandis reipublicæ vulneribus animum adiiciens, Szabolchum (*b*) comitia ex omni regni optimatum ordine anno 1092. indicit, neglectam, ut fieri amat, inter armorum strepitus disciplinam, in novello adhuc populo novis subsidiis, seu decretis erecturus. Seraphinus archiepiscopus facta nuper accessione Varadiensis (*c*) & Zagrabiensis episcopatus e re sua existimavit, ut aperta occasione, ecclesiæ quoque commoda procuraret, aut si quam passa esset religio injuriam, de hoc legitime cognosceret. Mutuis proinde consiliis Seraphinus cum rege synodum collegerunt (*d*) *quam appellatione, retento a nobiliore, seu ecclesiastica materia titulo, eandem Divus Ladislaus voluit distingui.* Partitis, ut sententiæ ferebant, negotiis, politica sacris accessere; ea fere ratione, qua ætate Divi Stephani evenisse præmonuimus. Ladislaus enim hac in synodo ecclesiæ jura & rem civilem auctoritate sua sustinebat, ut altero velut brachio episcoporum potestatem fulciret; ne populus arbitrio solius cleri ad complectendas novas rursum morum regulas, quibus nonnulla religionis capita stabilita sunt, se adigi quereretur; cui certe minus, quam virgæ regiæ obtemperare consuevit. (*e*) Præceptiones ipsæ manifesto docent, ab episcoporum suffragio omnia ea pependisse, quæ ecclesiæ ritus, cleri, cœnobiorum, matrimonii jura, privilegia, & immunitates contingunt, ad consuetudinem tum vigentem æquis de causis esse reducta.

(*b*) Szaboles est urbecula in regione Nyir ultra Tibiscum: ab ea nomen comitatui.

(*c*) Varadiensem episcopatum a S. Ladislao instauratum malunt, quam fundatum. Utri deferam, nondum mecum constitui. Assentiar tamen, si per me steterit, primis præ secundis.

(*d*) Clariss. Otrokoczy testimonium exhibemus.

(*e*) Offendit ad lapidem plagiarius Lampe, cap. 3. pag. 30. dum S. Ladislaum præsedisse S. Synodo legit: remitto hominem ad ea quæ opposui.

E de-

E decretis libri primi (secundo & tertio ad forum remissis) cum quædam ab imperitorum intelligentia remota sint, alienisque a sana fide perperam interpretandi viam offerant commentarium P. Melchioris Inchoffer, cui primos conatus in scribendis ecclesiæ suæ annalibus debet Hungaria, librum hunc decretorum synodalium S. Ladislai, magna eruditione explanantem singulis fere capitibus subiicio. Obtigit M. S. istud, e viri de patria optime meriti operibus posthumis, plura, dum oportuit, in eo vulnera curavi; addidi multa in contextum, quæ virum eruditum fugerant, aut opella mea expolita sunt, pauca ad recentia regum Decreta illustrare necessum fuit. Secundi ac tertii libri canones qui hunc faciunt selecti. Erit quemadmodum mihi polliceor, ea in commentatione plurimum, ut Lector proficiat, quantove conatu, in conservanda integritate ecclesiæ, episcopi nostri versati sint plene intelligat. Recurrunt canones plurimi, in aliis etiam provinciis, & plerisque conciliis orientalibus sanciti, quos partim apud Binium, partim apud Labbeum, & Harduinum invenies. Depromunt quidem ex hac synodo Heterodoxi arma obtusa, in Romanæ ecclesiæ originem apud Hungaros, sed in suum ipsi caput, duramque cervicem tela recidere sentient, cum nostra legent. Ajebam, debere nos aliqua Græcis Bulgarisque; quin tamen Photio, quod Lampe vult, ortum christianæ & catholicæ Religionis, domi nostræ ascribere cogamur.

SYNODUS SZABOLCHENSIS

Celebrata sub Ladislao Hungariæ rege & Seraphino archiepiscopo Strigoniensi anno MXCII.

PRÆFATIO.

Regnante creatore & Salvatore Domino nostro Jesu Christo; anno Incarnationis ejus millesimo nonagesimo secundo XII. kalend. Junii, in civitate Szabolch, S. Synodus habita est; præsidente christianissimo Hungarorum rege Ladislao, cum universis regni sui pontificibus & abbatibus, nec non cunctis optimatibus, cum testimonio totius cleri & populi. In qua sancta synodo canonice, & laudabiliter hæc inventa sunt decreta.

CAPUT I.

De bigamis presbyteris, & diaconis.

Bigamos presbyteros & diaconos & viduarum, vel repudiatarum maritos, jubemus separari, & peracta pœnitentia ad ordinem suum reverti. Et qui noluerint illicita conjugia dimittere secundum instituta canonis debeant degradari. Separatas autem fœminas parentibus reddi jubemus suis: & quia non erant legitimæ, si voluerint liceat eis maritari.

NOTÆ P. MELCHIORIS INCOFFER S. J.

PRO hujus intellectu capitis non est putandum, aliquando licuisse in ecclesia latina presbyteris uti conjugio, prout admodum falso existimavit Gratianus Can. quoniam 13. dist. 31. neque hujus capitis sensus est, bigamos tantum presbyteros & diaconos separandos esse, quasi non prima sed secunda dumtaxat eorum conjugia fuerint irrita; sed bigami dicuntur vel quia antequam sacris essent initiati, legitime conjuncti, primis defunctis secundas ducebant, earumque usum in sacris quoque constituti licitum esse sibi putabant, vel certe quia nullo habito respectu, perinde ac laicis id concessum rebantur: ad id faciente prava quadam consuetudine, quæ a primis religionis initiis, non per omnia firmam radicem egerat: quæ etiam in Bulgaris recens ad fidem conversis Nicolaus primus, anno pontificatus secundo, pridem ante tolerabat. Idem vero excessus plectitur hoc loco: & multo magis ob ductas viduas & repudiatas, quæ etiam in legitimo statu ductæ (ut de viduis loquamur) bigamiam inducebant; multo vero minus ducebantur licite ab iis, qui jam in sacris constituti essent, præsertim presbyteris & diaconis, de quibus decernitur expresse hoc capite: qui proin merito jubentur separari, & peracta pœnitentia ad ordinem suum ex indulgentia pura reverti; separatæ autem reddi parentibus suis, libere aliis tradendæ si nubere vellent; quia non erant legitimæ, idest conjugia earum irrita erant, vel si primis legitimis inducta, nedum, si iis quoque non legalibus successere. Quod autem nolentes illicita conjugia dimittere secundum instituta canonis degradari jubentur, hoc loco idem significat ac deponi. Intelligatur autem canon in concilio Neocæsariensi editus, in quo presbyter, qui uxorem duxerit, jubetur ab ordine deponi.

CAPUT II.

De his, qui ancillam in locum surrogaverint uxoris.

SI quis autem presbyter ancillam suam uxoris in locum sibi associaverit venumdetur, & pretium ejus ad episcopum transferatur.

CAPUT III.

De indulgentia ad tempus facta presbyteris, ut cum uxoribus maneant.

PResbyteris autem qui prima & legitima duxere conjugia, indulgentia ad tempus datur, propter vinculum pacis & unitatem Spiritus Sancti, quousque

ANNO CHRISTI 1092.

que nobis in hoc Domini apostolici paternitas consilietur. (*a*)

NOTÆ.

EX hoc capite apparet, bigamos superius dictos esse illos, qui secundo conjugati erant; quorum nuptiæ non legitimæ, seu non legales dicebantur juxta canonem concilii Neocæsariensis. Quod autem indulgentia concedatur ad tempus iis qui prima & legitima duxere conjugia, non intelliguntur de prima uxore ducta in presbyteratu vel diaconatu, neque enim hoc esset legitimum conjugium, utpote contra plures canones qui recitantur in Dist. 28. & 31. sed prima ducta in statu laicali, quam Sacerdotes, & diaconi retinere poterant, ac ut sorores diligere juxta canon. Presbyter quidam 18. dist. 31. excerptum ex Gregorio lib. 4. dialog. cap. 2. non tamen cum ea commisceri: jam enim hoc cautum erat variis canonibus, inter quos est ille si Laicus 7. dist. 31. ex Hieronymo ad Jovinianum lib. 1. multoque magis can. Placuit episcopos 13. dist. 32. Ex concilio Chartaginensi V. cap. 3. ubi dicitur: Placuit episcopos, presbyteros, diaconos secundum priora statuta etiam ab uxoribus abstinere, quod nisi fecerint ab ecclesiastico removentur officio. Cæteros vero clericos ad hoc non cogi, sed secundum uniuscujusque ecclesiæ consuetudinem observare debere. Quare quod in hoc capite indulgentia ad tempus datur non tam intelligendum est quoad usum matrimonii, quam separationem; quem sine dubio fuisset contra vinculum pacis & unitatem Spiritus Sancti: neque enim licebat unquam episcopo, presbytero, diacono uxorem causa religionis abiicere a cura sua, ut & victum & vestitum largiatur, non ut cum illa ex more carnaliter jaceret, quemadmodum sanxit Leo IX. can. omnino II. dist. 31. Cujus tamen dicta sicut etiam apostoli Pauli 1. ad Cor. 9. more hæreticorum falsificat insigniter celebris hæreticus Joannes Sleidanus l. 3. de monachis. Nam cum Leo pontifex rationem sui dicti reddat, his dictis: Sic & sanctos apostolos legimus egisse, beato Paulo apostolo dicente: Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi sicut fratres Domini & Cephas. Vide insipiens (arguit Leo Nicetam abbatem contra quem scribit) quia non dixit: Nunquid non habemus potestatem sororem, mulierem amplectendi, sed circumducendi, scilicet, ut de mercede prædicationis sustentaretur ab iis, nec tamen foret deinceps inter eos carnale conjugium. Hæc, inquam, ita legit hæreticus Sleidanus ut pro sorore, uxorem reponat, Paulumque dixisse velit, sibi quoque liberum esse non minus, quam reliquis apostolis uxorem circumducere. Qua in re & scripturæ textum corrumpit, & ex gravi ignorantia Paulo uxorem tribuit. Quod si quis omnino contendat de indulgentia, quo ad usum matrimonii concessa sermonem esse in prædicto decreto, non est laborandum magnopere; fieri enim potest, fuisse quosdam in ea synodo, qui aut cum Orientalibus saperent, aut metu in corruptis sæculi moribus supersedere putarent, quoad novum Romani pontificis mandatum urgeret. Satis enim constat quantum & sub Leone IX. ante 40. annos laboratum sit contra sacerdotes uxoratos in ordinem redigendos, quos Nicetæ monachi Constantinopolitani falsa doctrina depravaverat. Quem & idem Leo perstrinxit; cujus verba feruntur can. Omnino II. dist. 31. Sed longe acrius idem confutatus est ab Huberto episcopo Sylvæ Candidæ Constantinopoli tunc agente, qui Nicetam & erroris & falsitatis & ignorantiæ convincit. Sed præterea ob oculos versabatur Ladislao regi, ac Hungaricæ ecclesiæ præsulibus quantum recenti tempore & Alexander II. laboraverit adversus clericos uxoratos, quos Nicolaitas, & hæreticos vocat in concilio Mantuano: contra quos stylum acuit etiam Petrus Damiani, & quantum recentius, anno videlicet 1074. Gregorius VII. sit conflictatus; quando, uti refert ad hunc annum Lambertus, promulgatum contra clericos concubinarios, sive conjugatos per Italiam decretum edidit (paulo ante in synodo sancitum) quod tale fuit: Presbyteri uxores non habeant, habentes aut dimittant, aut deponantur, nec quisquam omnino ad sacerdotium admittatur, qui non in perpetuum continentiam vitamque cœlibem profiteatur. Hoc etiam decreto per Italiam promulgato crebras literas ad varios per Europam antistites dedit, præcipiens, ut ipsi quoque in suis ecclesiis similiter facerent, atque a contubernio sacerdotum omnes omnino fœminas perpetuo anathemate resecarent. Cujusmodi mandata ad metropolitanum quoque Strigoniensem cæterosque Hungariæ præsules pervenisse dubitari non potest. Quia tamen illis incertum erat quem effectum in aliis provinciis habuit ejusmodi edictum, merito Romani pontificis sententiam expectabant, quod ipsum verba canonis, *quousque in hoc Domini apostolici*, (seu papæ) *paternitas consilietur*, clare indicant.

(a) *Quousque nobis in hoc, &c* Hæc verba Lampe sustulit: Ne Romano pontifici contra, quam velit deferre cogatur, uxorio vinculo pacis exagerando totus insudans cit. cap. Peterffy.

CAPUT IV.

De episcopo consensum præbente nolentibus separari ab illicito conjugio.

SI quis autem episcopus, aut archiepiscopus ab illicitis conjugiis separari nolenti, spreto synodali decreto, aut consilium aut consensum præbuerit, aut ei ecclesiam dederit, aut aliquid quod in ordinem pertinet agere permiserit; a rege & coepiscopis suis, secundum quod rationabile videbitur, is dijudicetur. Si vero archiepiscopus, causa ignorantiæ, episcopo consenserit, aut presbyter per consensum illius in tali vitio permanserit, judicio episcopi voluntario subjaceat.

NOTÆ.

DEcretum est cum quadam extensione desumptum ex decreto duodecimo Urbani papæ, in quo habetur: Si vero episcopi consenserint eorum pravitatibus, hoc est: qui in subdiaconatu uxoribus vacare voluerint, de his enim loquutus est Urbanus vel juxta extensionem synodi Hungariæ: Quicumque ii sint qui ab illicitis connubiis separari noluerint, &c. ipsi officii interdictione multentur. Ita Urbanus. Porro quod dicitur: Si archiepiscopi, causa ignorantiæ episcopo consenserint, aut presbyter, per consensum illius, in tali vitio permanserit, judicio episcopi voluntario subjaceat. Non est sensus: ab episcopo eum judicandum, quo modo enim judicet is, qui eadem culpa implicatur? quod sane plures vetant canones; sed sensus est: eadem plectendum sententia, cui obnoxius est episcopus, ob consilium, aut consensum, aut nimirum juxta Urbanum, *Officii interdictione mulctetur*: juxta Gregorium: *& officio, & beneficio privetur*.

CA-

ANNO CHRISTI 1092.

CAPUT V.

De dote ecclesiarum non expleta.

QUicumque ecclesiam Deo ædificaverit, & dotem nominaverit, nominatam vero non dederit, ad illud explendum, transmisso nuntio, prævaleat episcopale judicium: cui si quis contradixerit, & contradicendo verberaverit, ipse regali judicio subjacebit.

CAPUT VI.

De perditione rerum ecclesiasticarum ob sacerdotis incuriam.

SI quis presbyterorum res ecclesiæ ad propria loca duxerit, & ibi vendiderit, vel per incuriam suam perdiderit simpliciter ecclesiæ restituat.

CAPUT VII.

De restauratione desolatarum ecclesiarum propter seditionem.

ECclesias propter seditionem desolatas aut combustas, jussu regis parochiani restaurent; calices & vestimenta ex sumptu Regis dentur, libros episcopus provideat.

NOTÆ.

MIra sane hic elucet Ladislai pietas, non ut gravato subditorum censu, cum singula capita nonnisi exiguo symbolo pensitarent, ipse præcipuas expensas e suis rationibus duxerit, nullo etiam episcopis, nisi honorario onere commisso; quorum tam opimi erant proventus, quibus omnium curam facile ipsi soli, si synodo visum fuisset, redempturi erant, nullo fortunarum detrimento. Idem fere olim sanxerat circa ecclesias ædificandas primus regum Divus Stephanus, ut vidimus in constitutionibus S. Regis cap. 13. cujus pietatem Ladislaus sibi proposuisse imitandam videtur.

CAPUT VIII.

De desolatione propter vetustatem.

ECclesias ex vetustate desolatas episcopus reædificet.

NOTÆ.

ID quoque juxta sanctorum patrum canones, sapienter decretum est. Non mirum autem vetustate labefactari potuisse nonnullas ecclesias, etsi a conversione nondum plane sæcularem ætatem ducentes, quando in iis initiis haud paucas præsertim in villis oportuit esse, non eatenus materiatas, quæ æternitatem promitterent; ut propterea episcoporum impensis in posterum tales ædificandæ essent, quæ illorum dignitati & diligentiæ pares essent, cum sumptuosis, etiam regum munificentia, basilicis extructis certantes, quales hodieque non uno in loco in Hungaria visuntur. Et licet plurimæ Turcarum barbarie vastatæ & pene solo æquatæ sint, ipsis tamen ruinis splendorem ostendunt duraturum, si vim non sensissent, aut reges temporum coacti injuriis, in hæreticorum potestatem transtulissent.

CAPUT IX.

De negotiatoribus quos Ismahelitas appellant.

DE negotiatoribus quos appellant Ismahelitas, si post baptismum ad legem suam antiquam per circumcisionem rediisse inventi fuerint, a sedibus suis separati ad alias villas removeantur. Illi vero, qui inculpabiles per judicium apparuerint in propriis sedibus, aut ædibus remaneant.

NOTÆ.

LOquitur de Ismahelitarum seu Agarenorum filiis, qui subinde sive allecti, sive ultro oblati baptizabantur, deinde vero a consanguineis & affinibus seducti, ad legem antiquam redibant, circumcisione christiana sacra ejurantes. Hos itaque jubet a suis separari, & per alias villas distribui, ut longe existentes a commercio infidelium, facilius reducantur ad christianam religionem. Qui vero inculpabiles, id est minime obnoxii perfidiæ invenirentur & constantes in Christi cultu, illi in propriis sedibus, aut ædibus manere permittebantur. Nec minor pœna implicat seductores, ut dicto modo relegati, & a commerciis remoti & jure negotiorum privarentur & fortunarum suarum detrimentum facerent. Quare in speciem mitis hæc pœna videri possit, quum superioribus sæculis hoc genus delicti longe atrocioribus suppliciis, ferro & igne solitum sit expiari: omnino tamen pro tempore, & loco magnam ad coercendum vim habebat in iis, qui rerum jacturam perinde ac vitæ æstimabant, quam ex commercio & lucro provenire ducebant. Neque tamen dubitaverim in hujusmodi aliis etiam pœnis fuisse animadversum, juxta constitut. 55. Leonis imperat. qui tales luere jubet pœnas apostatis constitutas. Decernitur autem L. si quis 2. C. de apostat. ut si quis ex christiano Judæus effectus sacrilegis cœtibus aggregetur, bona ejus Fisco addicantur. Hinc porro liquet abundasse olim Ungariam hoc genere hominum, qui undique ex oriente præsertim confluebant, mercimonio & negotiatione vitam traducentes, vicissimque commodantes; ut hinc noscas felicitatem & copiam Ungariæ, pluribus regnis & provinciis exterorum semper suffecisse. Hi tamen sicut

ſicut victu, ita hoſpitiis ac domibus diſtincti, communem cum cæteris negotiatorum cauſam habebant, iiſdemque legibus politicis & foro cenſebantur, ac interdum converſatione ad ritum chriſtianum traducebantur, non aliam in pleriſque horum rationem fuiſſe dixeris, quam aliquando fuit Maurorum in Hiſpaniis.

CAPUT X.

De conjugio Judæorum & Chriſtianarum mulierum.

SI Judæi uxores Chriſtianorum ſibi aſſociaverint, aut aliquam perſonam Chriſtianam in ſervitio apud ſe detinuerint, ablata ab eis, libertati reddatur, venditoribus ejus pretium tollatur, & in ſumptum epiſcoporum veniat.

NOTÆ.

COnjugium inter Judæos & Chriſtianos canonibus vetitum eſſe, niſi illi convertantur, conſtat ex concilio Romano ſub Zacharia can. 10. Ex quo videtur magna ex parte hoc decretum deſumptum. Item ex concilio Toletano IV. cap. 62. Et refertur can. 28. q. 1. c. Judæi 1. ubi dicitur. Judæi qui chriſtianas mulieres habent in conjugio admoneantur ab epiſcopo civitatis illius, ut ſi cum eis permanere cupiunt Chriſtiani efficiantur; quod ſi ammoniti noluerint ſeparentur; quia non poteſt infidelis in ejus permanere conjunctione, quæ jam in chriſtianam tranſlata eſt fidem. Videtur hic canon loqui de conjugibus, quorum alter jam ex infidelitate emerſit, altero adhuc in ea ſordeſcente. Multo vero magis vetitum eſt, ne ſi alter eorum ſemper fidelis fuit, ad conjugium infidelis tranſeat.

Ex concilio autem Urbanenſi refertur cit. cau. 28. q. 1. c. Si quis 17. Ut ſi quis Judaicæ pravitati conjugali ſocietate jungitur, ſive chriſtiana, Judæo, ſive Judæa Chriſtiano mulier carnali conſortio miſceatur: quicumque eorum tantum nefas admiſiſſe dignoſcitur, e chriſtiano cœtu, atque convivio, & a communione eccleſiæ protinus ſegregetur. Idem prohibetur lege civili. Ne quis 6. de judæis, & cœlicolis: ſimiliter quod ſpectat ad alteram partem, & Chriſtiano apud Judæum in ſervitio detento, cavetur lege civili, L. Deo nobis 56. §. 3. c. de epiſcopis & clericis ubi: His ita diſpoſitis ait imperator repetita lege jubemus, ut nullus Judæus vel paganus vel hæreticus ſervos chriſtianos habeat: quod ſi inventi in tali reatu fuerint, ſancimus, ſervos omnibus modis liberos eſſe, ſecundum anteriorem noſtrarum legum tenorem. Idem innuitur l. 1. c. Ne chriſtianum mancipium ibi. Judæus chriſtianum ſervum nec comparare debebit, nec largitatis, vel quocumque alio titulo conſequetur. Quod ſi aliquis Judæorum mancipium vel chriſtianum habuerit, vel ſectæ alterius, vel nationis, crediderit ex quacumque cauſa poſſidendum, & id circumciderit; non ſolum mancipii damno mulctetur, verum etiam capitali ſententia puniatur, ipſo ſervo pro præmio libertate donando.

Porro in hoc capite non eſt ſermo tam de conjugio Chriſtianæ & Judæi, quam de detentione, qua Judæus uxorem Chriſtiani vel allexerit ad cohabitandum illegitime, vel quocumque alio modo chriſtianam perſonam in ſervitio detinuerit. Quocirca par in utroque canone pœna decernitur; ablata nimirum eis libertate, quod ſe ſic aſſociaverint, vel ſi pretio emptæ, ſerviverint. Illæ enim tenerentur redire ad maritos, vel ſi maritos non habent, vivere inter chriſtianos cum quadam capitis diminutione; hæ vero ad venditores priſtino ſtatui reſtitutæ, vitam ſerviendo exigere deberent; neque enim volentes venierant; ſed neque alia libertate gaudere debent quam ante apud venditores utebantur; pœna tamen redundat in ipſos venditores æque ac in Judæos, nam ad neutros redit pretium, ſed epiſcopo redit jure fiſci vel parochiani, hac conſtitutione. In eo tamen melior eſt conditio vendentis, quod res vendita, eidem reſtituatur.

CAPUT XI.

De negligentia eccleſiarum in diebus Dominicis & feſtis.

SI quis in dominicis diebus, aut in majoribus feſtivitatibus ad eccleſiam non venerit parochialem, verberibus corripiatur: ſi vero illæ remotæ fuerint, & ad eccleſiam ſuam parochialem villani venire non potuerint, unus tamen ex eis nomine omnium baculo ad eccleſiam veniat, & tres panes, & candelam ad altare afferat (*a*).

NOTA.

(*a*) Reducitur canon ad ar. 34. l. 2. Dec. S. Step. addit Otro-Koczy.

Quod cum baculo jubetur venire, partim faſtus, partim hoſtilitas, vel rapina videtur probiberi. Ne quis gladium bumanum tunc ſecum portet, ſed ut pacificus Chriſtianus, & ut pius Viator veniat ad eccleſiam.

Eſt præterea ſignum, quo ſe eccleſiæ ſubjectos profitentur. Viget hodiernum mos iſte in locis non paucis, ubi Hungarorum pietas nondum emarcuit. Cæterum oblatio panum a populo ad altare fieri ſolita, ut per verba ſacra Sacerdotis, Euchariſtia ex eo conficeretur, vetuſtiſſimus Chriſtianorum mos fuit. S. Cypria. Tract. de Op. & Elee. ed. Colo. p. 181. Nu. 35. Concil. Matiſ. II. C. 4. apud Binn. To. 2. par. 2. pag. 266.

NOTÆ.

MAjores feſtivitates non intelligit comparatione Dominicæ abſolute, quod jure maximum feſtorum dici poteſt can. *Quod die* 5. *diſt.* 75. ſed comparatione aliorum, quæ non tam ex præcepto, quam devotione populi celebrantur, & diſpoſitione eccleſiæ, gradibus quibuſdam diſcernuntur in choro, non in foro ſervandis. Majores porro feſtivitates hoc loco intelliguntur, quæ in jure expri-

exprimuntur can. *Pronunciandum* 1. *de Consecrat. dist.* 3. & 1. *Ut in die* 2. ac 1. *Omnes dies* 7. C. *de feriis*. Inter quas etiam Martini festum Hungaris celeberrimum censetur. Quanquam aliquæ deinde desueverunt, ut tres dies Rogationum, & quatuor hebdomadis paschalis, quibus successere Festum corporis Christi, Conceptionis Deiparæ, & quædam alia. Quod autem verberibus subderentur, qui his diebus ecclesiam parochialem non frequentarent, mysterio non vacat, ut servilem in modum cæderentur, qui Deo servire, & feriari a servilibus neglexissent, ac potius ex prava consuetudine ingurgitare se soliti essent juxta ea quæ dicuntur in *can. denique* 6. *dist.* 4. Sunt autem vulgare genus pœnarum in Hungaria, etsi eæ non sint capitales, & æquivalent fustigationi, aut etiam virgarum ex vite percussioni, militibus olim adhiberi solitæ, ita ut cum non essent ad supplicium destinati, non cæderentur denudati, ac spoliati, sed proni duntaxat humi devoluti certos plagarum numeros indumentis suis tecti, natibus exciperent.

Quod præterea, si villæ remotæ sint, indulgetur, ut villani unum tantum mittant ad parochialem ecclesiam: non est intelligendum, hoc ipso eos excusatos fuisse a sacro audiendo; neque hoc ipsi negligebant, sed paratas in singulis pene villis habebant & aras, & Sacerdotes; sed præter hoc tenebantur adire concionem, & proponentem verbum Dei audire, quod non fiebat, nisi in ecclesia parochiali, qualem denæ villæ habebant singulam. Id verò inprimis illis temporibus, magis utile videbatur ad roborandum in pectoribus fidelium Catholicam veritatem, quam si unius auditione missæ, ut huic satisfacerent ecclesiæ præcepto, de cætero verbum Dei negligerent, & diem otio tererent, cum revera, ut docet Augustinus, & refertur *can.* 1. *q.* 1. *c. Interrogo* 49. *non sit minus verbum Dei, quam corpus Christi*. Et si non minus reus est, qui verbum Dei negligenter audit, quam ille, qui corpus Christi in terram negligentia sua cadere permiserit; quanto magis, qui raro aut nunquam audit. Qua de causa laudabilis illa est ultro montanorum, ac præsertim Hungarorum pietas quæ æque religiosum ducit, & missam & concionem in ecclesiis audire. Quæ nisi deferbuisset, ut plerique tædio divinorum capti, hoc tantum utcumque curarent, nec si missam omisissent, rei essent præcepti ecclesiæ; eaque de causa fallendi temporis gratia breviores magis quam devotas missas venati fuissent, revera tot hæreses, aut tam cito nunquam invaluissent; neque enim tanta ignorantia obrepsisset, quæ invalescentibus hæresibus plures & fortiores occurrere vetuisset. Quod denique unus nomine omnium baculo venire jubetur ad ecclesiam, & tres panes, candelamque ad altare offerre, significat pœnam verberum, ea pensione, ex indulgentia præscripta, redimi. Quod tamen nisi justa causa subesset, in consequentiam trahi non debebat, & procul dubio plus plectebat pudor, quam culpa.

CAPUT XII.

De veneratione supradictorum dierum.

SI quis in his diebus venatus fuerit canibus, equo careat, sed equum bove redimat. Si vero presbyter, aut clericus fuerit venatus, ab ordine descendat, usque ad satisfactionem.

NOTÆ.

MErito venationis nominatim fit prohibitio, quæ, cum otiosis & maleferiatis ex se magna sit illecebra ad negligendum sacrarum dierum cultum, quibus soli Deo vacandum, nec quidquam aliud agendum esset, juxta *Can. Jejunia* 16. *de consecrat. dist.* 3. tum maxime per patentes Pannoniæ campos densarumque sylvarum recessus, & ingentem ferarum omnium, divitemque copiam, paratissimam in horas præbet occasionem, & ultro vel desides invitat, ac stimulat.

Quare non prohibendæ venationis, sed servandæ religionis gratia editum hoc decretum, & constituta pœna, eaque sat mitis. Quid enim aut equo uno carere, aut hunc bove redimere apud Hungaros? cum utroque abundent. Cætera cuique liberum est, quocumque alio die, nocteque venari, dum sacris diebus suus servetur honos.

Quod autem, si presbyter, vel clericus fuerit venatus, jubetur ab ordine descendere, usque ad satisfactionem; hoc est; interdicuntur illi exercitia ordinis sacri cujuscumque, donec se emendet. Quod non est alienum a sacris canonibus. *Esau*, inquit Hieronymus psal. 90. *venator erat quia peccator erat: & penitus non invenimus in Scripturis sacris, sanctum aliquem venatorem, piscatores invenimus sanctos*. Hæc Hieronymus. Et refertur *can. Esau* 11. *dist.* 86. Neque hic obiici debent Eustachius, seu Placidus, Humbertus & alii, qui venatores fuerunt, ac postea sanctitate claruerunt. *Nec te* (inquit author libri de nugis curia) *Placidus, vel Eustachius martyr quidem insignis nimis demulceat, nisi forte persecutorum ecclesiæ rabiem laudas; eo quod inde ad Apostolatum vocatus est Paulus, & inter alios factus præclarus evangelii prædicator*. Verum recte Gregorius l. 18. moral. c. 16. ad 28. Job. *Non in eo debet despici quod fuit, quia jam incipit esse quod non fuit*. *can. Ferrum* 18. *dist.* 50. Sed etiam Ambrosius Hom. 33. de quadragesima. *Quid prodest jejunare visceribus, & luxuriare venatibus; abstinere cibis, errare peccatis*. Refertur *can. Quid prodest* 12. *dist.* 86. & paulo inferius: *An putatis illum jejunare, fratres, qui primo diluculo non ad ecclesiam vigilat, non beatorum martyrum loca perquirit; sed surgens congregat servulos, disponit retia, canes producit, saltus, sylvasque perlustrat; servulos inquam secum pertrahit, fortasse magis ad ecclesiam festinantes, & voluptatibus suis peccata accumulat aliena, nesciens reum se futurum tam de suo delicto, quam de peccato servorum*. *can. An putatis* 13. *cit. dist.* 86.

Ex his doctores deducunt, venationes saltuosas clericis nunquam permitti. Nam quædam aliæ sunt, quas videre etiam prohibentur; proinde multo magis damnandi sunt clerici, non solum vetita facientes, verum iisdem & diem sacrum & religiosum temerantes. *licet*, si verum est illud Augustini, in psal. 147. *Vident homines venatorem, & delectantur, væ miseris, si se non correxerint; qui enim vident venatorem, videbunt Salvatorem & contristabuntur*. *can. vident.* 10. *cit. dist.* 88. Quanto magis si ipse clericus sit venator, hac sententia percelletur. Non absimile porro fuisse decretum de servanda diei dominicæ religione, Divi Stephani regis, in loco ostendimus.

CAPUT XIII.

De interfectione Adulteræ.

SI quis uxorem cum altero viro adulterantem invenerit, sponte puniat; de se rationem reddat, & si voluerit, a-

liam ducat. Si vero ex propinquis fœminæ aliquis insurrexerit, quod interfecisset injuste, judicio discutiatur, & illud a viciniis eorum omnino dein vestigetur: si in despectione & contemptu apud virum suum esset prius, aut aliqua suspicio fornicationis illius prius orta fuisset: & hoc, secundum quod rationabile videtur, dijudicetur.

NOTÆ.

HOc decreto non jubetur, ut maritus uxorem in adulterio deprehensam interficiat, sed cavetur duntaxat quid agendum, si id eveniat; unde rectius legitur: si quis uxorem cum altero viro adulterantem inveniens sponte puniat, de se rationem reddat, &c. Porro jure canonico non licet homini Christiano adulteram conjugem occidere, sed tantum dimittere. *can. 33. q. 2. c. si quod verius. 9.* Et Nicolaus papa quæsitus, an, si cujus uxor adulterium perpetraverit, marito liceat secundum mundanam legem eam interficere? respondit: *Sancta Dei ecclesia mundanis nunquam constringitur legibus, gladium non habet, nisi spiritualem, non occidit, sed vivificat.* Lege tamen civili permittitur ejusmodi vindicta, ut notat Panormit. *cap. veniens 2. de sponsal. & matrim.* num. 8. ibi. *Qui cum uxore libertum, aut servum fornicantem invenerit, potestatem habet eos ambos occidendi, nec ullam rationem tenetur reddere, si scilicet in actu invenerit.*

Cæterum, si lege civili permittitur, ut pater occidat filium, & si non inveniat jam committere, sed tantum in præparatoriis in eodem lecto, ut notat Panormitanus l. c. quanto magis, si maritus uxorem inveniat non duntaxat in præparatoriis, sed in flagranti, vel ut loquitur Hostiensis, *committentes in eadem carne*, quando justissimus dolor animum subit atrociter; *ut majus delictum sit in mente viri, adulterium uxoris, quam homicidium filii.* Et favere videtur Nicolaus papa *can. 33. q. 2. c. Interfectores 5.* Porro, &si propter atrocem injuriam, mitius agi videtur cum occisore uxoris, ex hoc decreto; omnino tamen tenetur rationem facti reddere, qui id fecit: quæ, si sufficiens fuerit, ad secundas nuptias transire permittitur; si secus, dubio procul, ei pœnæ subiiciatur, quam leges homicidis constituunt, nempe capitali, & quales infligi solent homicidio (quemadmodum jura loquuntur) qualificato, ut non sufficiant illæ, quas eadem synodus constituit, lib. 2. cap. 8. *De homine jugulato. Si quis*, videlicet, *extracto gladio jugulaverit hominem, regali judicio tradatur in carcerem, & omnia sua dividantur in tria, scilicet: vinea, terra, lixa, servi. Unde duæ partes dentur cognatis jugulati, tertia vero filiis, & uxori jugulatoris. Si vero minoris facultatis quam centum & decem pensis sit; amittat libertatem.* Cæterum, alio decreto cavit, de uxoribus in adulterio deprehensis, quod habetur hujus synod. cap. 20. nimirum: *Si quis maritus uxorem in adulterio deprehenderit, & in judicio constituerit, mulieri secundum instituta canonum pœnitentia imponatur: qua peracta, si vir eam voluerit, recipiat: si secus, quandiu uterque vixerit, innupti permaneant.*

Porro si pœnas non ex æquitate, & ut delinquentium errores corrigerentur, magis quam ex odio vitiorum Hungari instituissent, longe sane atrociora fuissent adulterarum supplicia: quod apud eos, si unquam alia, adulterii crimina prorsus videntur abominabilia; quamvis omne carnis vitium a natura quodam modo insito odio detestentur. Nulla apud eos meretricum prostibula; nec norunt excusationes quasdam, permittenda nimirum minora mala, ut evitentur majora, dum etiam minora sint contra legem Dei. Quin, nisi minora severe puniantur, existiment hinc fieri gradus ad majora, cum si minora spernantur, majora etiam sit ausura nequitia.

Et supinam arguunt negligentiam magistratus, qui minora non coercet, ut majora negligentius curet. Impietatem præterea putant quorumdam religionem (si tamen religio est) qui mori malint, quam diebus ab ecclesia vetitis carnes comedere; cum interea iisdem, & quibusvis aliis diebus fornicari leve ducant: quasi Christi præceptum minus, quam ecclesiæ servandum esset. Laudatur porro ab iis zelus Andreæ II. regis, quod Reginam conjugem, a quodam procerum occisam probarit ea solum de causa, quod illa, hujus conjugi adulterio vitiandæ præbuerit occasionem.

CAPUT XIV.

De subtractione Kalendarum absque licentia.

SI quis de Kalendis presbyteri sui, & fratrum licentia subtraxerit, manum eam, cum qua fraternitatem promisit, decem pensis redimat.

NOTÆ.

COnsuerunt olim gentiles multa superstitiosa facere in Kalendis Januarii, quæ recentes Christiani, ut plerosque gentilium ritus, religione quadam formare, & sublatis superstitiosis, ea, quæ nullam mali speciem præseferebant, Christianis sacris longe melius, & decentius aptarent; in iis tamen quidam nimium conati, quædam subinde paganorum more admiscuerunt, lauro, & viriditate arborum domos cingentes, mensas dapibus onerantes, per vicos, & plateas conciones, & choros ducentes, & pleraque alia servantes, quorum fit mentio *can. Non licet 13. Can. 26. q. 7.* Item, *cap. 14. & 16. ibid. Et aliquid etiam plus novi*, ut dicit Zacharias papa in Conc. Rom. cap. 9. *propter novum annum facientes.*

Contra hæc & plura alia, referuntur aliquot canones *dist.* 44. ex variis conciliis, maxime vero ex Nanatensi deprompti, quibus illud demum effectum, ut abolito superstitioso ritu & religioni Christianæ haud conveniente, retineretur, quod bonum: nimirum, ut diebus dominicis, & præsertim Kalendarum, populo panis benedictus daretur; Clerici præterea convenienter mensam communem haberent. Id duabus de causis videtur factum; ne scilicet, qui more antiquo iisdem domibus, & mensis utebantur, separati deinde, a mutua caritate desuescerent, nisi interdum una sobrie in Domino reficerentur. Et præterea cum dies Kalendarum solemniores haberentur, par erat, ut functionibus ecclesiasticis una institissent, quo facilius ad easdem a meridie redirent, non longe ab ecclesia abessent, sed prope ex instituto convenirent, ac pranderent. Hunc igitur morem ab antiquis receptum, Hungari quoque presbyteri religiose servabant, sobrie tamen, & honeste juxta præscriptum cap. *quando autem, & quando presbyteri dist.* 44. ut scilicet post peractum divinum ministerium, ad ne-

neceſſariam collationem, non quaſi ad plenam refectionem, conſiderent, ne aliqui gravati, minus prompti, & tempeſtive deinde ad eccleſias redirent, neque tamen prohibebantur domum ſuam ire, qui vellent. Ita enim præſcribitur dicto capite: *Peractis omnibus, qui voluerint, panem cum charitate in domo fratris ſui ſimul cum fratribus frangant, & ſinguli ſingulos bibere faciant; & maxime ultra tertiam vicem poculum non contingant, & ſic ad eccleſias redeant.*

Unde etiam colligimus, hanc refectionem non fuiſſe ex ſymbolis, quæ vulgus *comeſſalia* appellat, peractam; hoc enim prohibetur in concilio Sardicenſi *can.* 55. & refertur *diſt.* 44. *non oportet*: ſed per vicos, pro ſingulorum presbyterorum facultate, & caritate exhibitam. Quod ergo hoc decreto ſancitum; *Si quis de Kalendis presbyteri ſui, & fratrum licentia ſubtraxerit, manum, cum qua fraternitatem promiſit, decem penſis redimat*; Hunc ſenſum habet: ſi quis de numero fratrum aliquid eſculenti, vel poculenti ſubtraxiſſet, nec in domo fratris ſui cum cæteris, ſed alio ad quemcumque tandem uſum abſtulerit: huic decem penſis redimenda eſt manus, hoc eſt: promiſſio ipſa, qua fraternitatem conteſtatus eſt; quia enim promiſſio more antiquo (qui mos etiam hodie plurimum obtinet) potiſſimum apud Hungaros fieri ſolita eſt conventione in manum: ideo pro manu, hoc loco accipitur, & differt a juramento, quæ digitis, aut manu ſurſum erectis, vel a presbyteris tacto pectore fieri conſuevit. Quæ autem fuerit iſta fraternitas, facile occurret, ſi ſimilitudine quadam, vocabulum deductum putemus ab iis, qui vulgo Sympoſii fratres olim dicebantur, & per vicos convivia ſibi mutuo exhibebant; alioqui peculiaribus urbium, & locorum muneribus deputati: niſi melius exiſtimare liceat, non omnibus presbyteris, ſed certo quodam ordine lectis conveniſſe munus Kalendarum exhibendarum, quibus etiam negotia quædam majoris momenti agenda cum incumberent, idcirco fidelitatem promiſſam exigerent, fratrum nomen apti ferebant. An fortaſſe fratres dixerimus, qui peculiari quodam inſtituto in religione proficerent, & pietati vacarent; quales hodie vocamus aut Sodales, aut congregationum variis Divorum nominibus inſcriptarum fratres, qui tamen non ſymbolo penſo, ſeu ex ſua facultate in ordine vicis ſuæ Kalendas exhiberent, non ſecus ac filii Job in orbem convivia.

Subit hoc loco, occaſione Kalendarum, illud etiam fuiſſe Hungarorum ſtudium, & fortaſſe præcipuum; ut ad ineuntis cujuſque menſis decurſum hac ſe pietate obarmarent, periculis temporum obviantes; ad eum fere modum, quo hodieque Romæ, Kalendæ Auguſtales lautioribus initiantur epulis.

CAPUT XV.

De negligentia feſtivitatum ob negotium.

SI quis in dominicis diebus, vel in majoribus feſtivitatibus eccleſiam negligens mercatum frequentaverit, equo careat.

CAPUT XVI.

De negligentia Dominicæ diei.

SI quis die Dominica mercatum conſtituerit, præcipit Sancta ſynodus, ut ſicut conſtruxit, ita deſtruat. Si autem quis renuit, quinquagintaquinque penſas ſolvat.

NOTÆ.

EX utroque capite elucet, quam religioſe Dominicum diem, & feſta majora colere ſoliti ſunt Ungari, ſed præcipue Dominici diei cultum omni ex parte ſanctum eſſe voluerunt, ut ne mercatum quidem adire, negligendo eccleſiam, ne dum conſtituere licuerit.

Eſt autem conſtituere mercatum pro regionis uſu tabernas ſeu officinas mercium vendendarum, ut in nundinis ſolet, ſive in foro, ſive circa eccleſiam conſtituere, ut ea ratione mercatores ſua facilius diſtrahant, ſi a frequentantibus eccleſiam præſtinari videant; nam cum nunquam frequentiores coeant populi, quam ad ſacra, diebus feſtis colenda, in eccleſiis, hinc nundinationum parata ſe offert occaſio, ſi circum tabernis locatis, res pateant venales. Qua de cauſa, cum plures olim convenirent ancillarum, curioſitate ſpectandi omnia, diei venerationem negligebant. Proinde recte his decretis cautum, ut mercatum frequentantes, & ideo eccleſiam neligentes æque luant. Mercatum vero, ſeu tabernas conſtruentes, ſuo damno deſtruant, aut quinquagintaquinque penſas ſolvant: ut hinc intelligas, cum major exceſſus majori plectatur pœna, equam unam 55. penſarum pretium apud Ungaros haud æquaſſe. (*a*)

(*a*) Penſa varii fuit ponderis. Vide Gloſs. Du Freſne. hic 40. denarios non exceſſit; accrevit ad 100. dein 120. den. Pœna proinde 55. penſarum, ſupputando per 40. denarios ſingulam, erat quoad florenum Rhen. 100. denarios, vel 60. cruciferos valentem, mulcta 22. florenorum. Otro-Koczy, vir ſæpe, nec ſine laude memorandus, 55. penſas, ad quatuor pondo fini argenti elevat. Sed quis credat homini rus colenti, vel egeno & ſe eccleſiæ officio ſubducenti, hanc pœnam fuiſſe impoſitam? Mallem dici 55. penſas ex vocabulo *Penz, Denarius*. Quidquid deinde Carolus I. & Ludovicus I. ſtatuerint. Eruditorum in gratiam adnecto ex Muſæo noſtro: *Ven. M. Mathias Zekel Canonicus noſter* (Agrienſis) *vineam, Petri Morocz dicti, hoſpitis de poſſeſſione noſtra Almagyari, Michaeli Torok, & nobili domina Anna vocata, conjugi ejuſdem pro centum & trigintatribus florenis* Novæ Monetæ, *florenum quemlibet per centum* denarios novos computando vendidiſſet, & reliqua. An. 1417. Iſtud ad rem numariam propius: Bela Dei gratia, &c. *Quod hoſpites noſtri de Bereny, & ad eam pertinentes.... petierunt etiam, ut pro tribus ponderibus, qua debent ſolvere per ſingulas manſiones, annuatim* quindecim denarios Banales *dare teneantur*. An. 1294. demum & iſtud. *Nos frater Jacobus ſignificamus, &c. Quod Martinus Pap. quadraginta marcas promptorum denariorum, partem in groſſis Bohemicalibus, partem in latis Viennenſibus, cum decem penſis computando... ſolvere debuiſſet Anno* 1328.

Ex his, & ſimilibus, penſarum valorem, vita comite, ubi Muſæum accreverit, fide diplomatum producemus. PETERFFY.

CAPUT XVII.

De hospitibus advenientibus clericis.

SI quis hospes clericus in hanc patriam sine commendatitiis literis episcopi sui venerit, ne forte Monachus, ac homicida fuerit, vixque alicujus ordinis se confessus fuerit, judicio, vel testimonio discutiatur.

NOTÆ.

EST decretum contra clericos & religiosos vagabundos.

CAPUT XVIII.

De cohærentia clericorum.

SI quis clericus in patriam istam veniens, alicui episcoporum, vel Comitum adhæserit, & eum Dominus suus bene habuerit, & secundum quod cum eo convenit, vel tractaverit, si discedere ab eo voluerit, nequaquam discedet, donec prius de injustitia sibi illata audientia regis declaraverit.

NOTÆ.

CAnon loquitur ex decreto Urbani, de clericis Acephalis, qui curiis adhærebant; an vero in hoc decreto Ladislai, de id genus clericis agatur, hic investigandum est. Verum cum superiori decreto, hoc est XVII. ut hospes clericus, sine commendatitiis episcopi literis veniens, ne forte monachus, aut homicida sit, vixque alicujus ordinis se esse confessus fuerit, judicio vel testimonio discutiatur, nihil actum sit, nunc examinabitur. In hoc itaque decreto non videtur agi, nisi de clericis probatis, qui dubio procul, suorum superiorum facultate, adhærere solebant episcoporum, atque etiam procerum sequi aulas, ut illis a sacellis, vel confessionibus essent, aliaque munera, suo statui congruentia, tractarent. Hi porro, quia adhærebant parti, & de stipendiis sive in perpetuum, sive in tempus (hoc enim significant verba illa: *secundum quod eum convenit, vel tractaverit*, nam tractare extensa regum dextera, data promittere, vel spondere significat) hac inquam de causa non poterant sponte discedere, nisi tempore exacto in pactis; & fidei datæ contravenientes ad judicium trahebantur. Si tamen omnino discedere volebant, tenebantur causam discessus explicare, quæ cum vere versabatur in offensione, & injuriis acceptis, ad regis tribunal deferebatur cognoscenda. Tum si legitima erat, facultas dabatur abeundi: sin minus reconciliatio regis jussu cum satisfactione procurabatur. Dum legis: *donec regis audientia declaraverit*: non intelligas de judicio regis laicali, sed de Senatu ecclesiastico a Rege ad cognoscendas clericorum causas instituto, cui rex etiam subscribebat. Ita enim fiebat, ut tum episcopi, tum proceres, quibus id genus clerici adhærebant, judicium subterfugere non possent.

CAPUT XIX.

De spretione propriarum ecclesiarum.

SI derelicta ecclesia, villani ad alias transierint, pontificali jure, & regali mandato, unde transierint, ibi redire, cogantur.

CAPUT XX.

De muliere in adulterio deprehensa.

SI quis uxorem suam in adulterio deprehenderit, & in judicium statuerit, secundum instituta canonum pœnitentia imponatur, & peracta pœnitentia, si maritus voluerit, iterum recipiat. Sin autem non, quandiu ambo vixerint innupti permaneant, vide superius Cap. XIII.

CAPUT XXI.

De procuratione Abbatum erga proprios episcopos.

ABbates secundum decreta Patrum in procuratione episcoporum suorum, in cujus territorio sunt, humiliter permaneant, & non semel in anno, sed semper monasteria eorum episcopi visitent, regaliter vitam, & conversationem fratrum discutiant. Conversi monachi, cui monasterio voluerint, se cum rebus suis commendent. Similiter & Sanctimoniales in monasterio sanctimonialium. Deinceps autem aliquis episcopus, aut abbas, sine titulo certi loci, monachum, aut monacham [a] non audeat ordinare. Vide infra in constitutionibus Colomani R. Cap. XVIII.

CAPUT XXII.

De ritu Gentilium in sacrificiis.

QUicumque ritu gentilium juxta puteos sacrificaverint, vel ad arbores, & fontes, & lapides oblationes obtulerint, reatum suum bene luant.

(a) Monachum ordinare, idem, quod sacro velo induere, Deo consecrare. PETERFFY.

NO-

NOTÆ.

NUlla his certa pœna constituitur, sed arbitraria: neque enim putandum est fuisse Ladislai tempore adhuc plures Hungaros, qui nondum abjurata infidelitate, paganorum instituto viverent; ubique enim & fundatæ Christianorum ecclesiæ, & sacerdotum collegia, nec non frequentia monachorum cœnobia visebantur: sed fuisse duntaxat quosdam simplices, qui nondum plane dedocti omnem vanitatem, qua majores suos imbutos fuisse acceperant, nihil se in religionem peccare existimabant, si juxta puteos, gentilium ritu sacrificarent, hoc est: superstitionem gentilem repræsentarent potius, quam exercerent, dictasque oblationes exhiberent; quod sane si ex ritu & religione impia fecissent, statutis atrocibus pœnis subdendi erant. Neque vero sacrificandi vocabulum, hoc loco victimam cæsam significat, sed quamcumque munerum oblationem juxta Socratis Eutiphrone intellectum. Quocirca confunditur, vel perinde sumitur cum oblationibus ad arbores, fontes, lapides, &c. Quæ quidem oblationes quomodo fiebant, & cur ad arbores, fontes, & lapides; jucundam & curiosam in vanitate habent considerationem, ab hoc loco tamen alienam. Verosimile quoque videtur hanc legem non tam pro Christianis subditis, quam pro infidelibus, negotiorum causa in Hungaria degentibus, latam esse, & publica superstitionis exercitia iis fuisse prohibita.

CAPUT XXIII.

De donatione propriarum rerum ecclesiæ alicui.

SI quis res suas, aut prædia, uni dederit ecclesiæ, nulla interveniente causa, subtrahere ne audeat, & aliis dare.

CAPUT XXIV.

De inventione rerum ecclesiasticorum.

RES ecclesiarum ubicumque inveniantur, sive apud ecclesias alias, vel apud dominos, ad priorem ecclesiam suam redeant.

CAPUT XXV.

De negligentia fidelium cadaverum.

SI quis dominicum diem non observaverit, & dies festos non servaverit, aut quatuor tempora & vigilias non jejunaverit, aut mortuos suos ad ecclesiam non sepelierit, duodecim dies pane & aqua pœniteat, in cippo. Si Dominus servi sui corpus, aut villicus pauperis villani & hospitis ad ecclesiam non detulerit, tantundem pœniteat.

NOTÆ.

AUT magna fuit prælatorum religio, aut nimia subditorum negligentia, quod toties cavere oportuit de Dominica, & diebus festis celebrandis. Quoties vidimus & a rege Stephano, & in his Ladislai decretis superius cautum, ut merito transgressores tanta pœna coerceri debuerint, quanta in rarioribus delictis, verberibus nimirum, maceratione, inedia, & cippo: id fortasse ideo factum, quod his præcipue diebus, vacui a laboribus ingurgitare se vino, & cibis infarcire solebant; proinde merito pœna delicto respondebat. Quod de mortuis ad ecclesiam sepeliendis statuitur, juxta consuetum morem Christianorum, qui jam aliquot ante seculis cœperat, præcipitur. Olim, hoc est a primitiva ecclesia, Christiani in cœmeteriis sepeliebantur, in ecclesiis nemo; idque habetur C. *nemo C. de sacris. Eccles. Nemo Apostolorum, vel martyrum sedem humanis corporibus existimet esse concessam*. Postea martyrum duntaxat reliquiæ ne injuriis paterent, etiam multis redemptæ, in abditissimis ecclesiarum locis condebantur, subinde ad mœnia urbium extructis super eorum corpora oratoriis, reponebantur. Quod, ut alias diximus, magnum in iis præsidium adversus hostiles insultus fideles collocabant, experientia docti, quam Deus ob Sanctorum merita, piorum votis favorabilis esset. Id enim, de eorum reliquiis, qui licet martyres non fuissent, sancto nihilominus fine quiescentes, miraculis etiam coruscarunt, factitatum. Antiquorum proin Patrum insistens hæc synodus consuetudini, & ostendens quantum a sacris locis juventur post mortem, quorum peccata sunt remissa, juxta ea quæ docent Augustinus & Gregorius 13. quæst. 2. *quibus cum gravia. Non æstimamus*. Merito hanc gravem pro tempore pœnam constituit, qui mortuos suos ad ecclesiam suam non sepeliret, idque extendit ad dominos, qui servi cadaver neglexerit, & præterea ad villicos, qui pauperis ad villam, aut hospitis corpus ad ecclesiam non detulerit. Quo decreto triplicem correxit abusum; nam nonnulli antiquo ritu loca sepulturæ sibi deligebant in saltibus & nemoribus, aliisque circa sua prædia locis non sacris, superposito dein tumulo signo crucis, & tecto quod pluviam & nives arceret. Eodem vico frequentes subinde, & statis diebus conveniebant affines, & consanguinei, cum amicis memoriam defuncti celebrantes, & post epulas ibidem sumentes & reliquum diei cantionibus ad rem compositis, extrahentes. Unde periculum imminebat, ne successu temporis in superstitionem quamdam, quæ tempore Augustini in Africa vigebat, devenirent. Alter abusus erat, quod domini suis sumptibus parcentes, sive non dignati hanc pietatem servis præstare, servos præsertim, quos in prædiis, & agris habebant, eodem plane loco, vel non procul ab illis, sine ullis sacris cæremoniis curabant sepeliri. Tertius erat abusus: quod villici quoque, hoc est, qui villarum seu prædiorum curam habebant, & vulgo æconomi, & mandatarii vocabantur, eodem plane exemplo pauperum villanorum, qui domino aut subditi, aut mercede vivebant, aliunde conducti, interdum peregrini, & hospites, horum, inquam, cadavera rudi, & loco non sacro sepeliebant, si præsertim longius habitarent ab ecclesia. Has fuisse rationes dicti decreti ex quibusdam manuscriptis accepimus.

CAPUT XXVI.

De laboribus Judæorum in festivitatibus.

SI in die dominico, aut aliis majoribus festivitatibus Judæorum aliquam laborantem aliquis invenerit, ne scandali-

ANNO CHRISTI 1092.

lizetur Christianitas, cum quibus instru- mentis laboraverit, illa amittat.

ANNO CHRISTI 1092.

NOTÆ.

JUdæos, ut passim, ita in Hungaria quoque ab initio habitasse, & legibus regni in civilibus vixisse, hinc liquet; quemadmodum de aliis infidelibus negotiorum causa hic agentibus, alibi diximus; nisi quod his sacrificia superstitiosa vetita, illis Judaica religio sic permissa sit, ne tamen Christianitas scandalizetur. Quare etsi Judæis permittebatur publica eorum festa colere, juxta canonem *Qui sincera dist.* 46. nec ut Christianorum festa colant, cogendi sunt; ne tamen religionem suam exercere videantur in contemptum ecclesiæ, merito hæc illis mulcta imponitur: levis quidem, si in se consideretur, sed molesta iis, qui servilem in modum, ut Judæi habentur.

CAPUT XXVII.

De decimatione liberorum abbatum.

ABbates, de liberis suis, dent decimationem episcopis [*a*].

NOTA PETERFFY.

(*a*) Erant ut in aliis regionibus, servi, ecclesiæ, & monasterii obnoxii, quos episcopi, abbates, rectores, pro meritis libertate donarunt. Sic: *Comes Sol ob remedium animæ suæ abbatiæ S. Mariæ de Almad, cui nomen Verestou, contulit prædium, &c. & servos, exceptis, quos manumisit, &c. Anno* 1227. liberos a servitute, ministerio domestico primum, dein ecclesiæ addicebant; decimum quemque, præ cæteris meliorem, ab episcopo excolendum, & ecclesiasticis officiis aptandum pendebant. Alii per liberos, fundos nobilium desertos, abbatibus dari volunt.

CAPUT XXVIII.

De testibus judicii ferri, vel aquæ.

QUoties vel aqua, vel ferro judicium factum fuerit, intersint ibi tres idonei testes, jurando jure probati; qui & innocentis innocentiam, & e contra culpabilis, culpabile perhibeant. Presbyter de ferro duas pensas, & de aqua unam pensam accipiat (*b*).

NOTA.

(*b*) Edidit Cl. Bellius ritum explorandæ veritatis, seu judicium ferri candentis, ex libello Anno 1550. Colosvari, seu Claudiopoli primum excuso. in *De* 1. *Monu.* 5. Adpa. ad Hist. Hung. & notis ex Glossario du Fresne, Codice juris patriæ, variisque subsidiis non copiose minus, quam erudite illustravit. Præmonitionem eo in libello lectori scriptam optassem, recens editio adjecisset, demptis pauculis, Calvini, & Lutheri dogma innuentibus, per Typographum intrusis. Neque injucundum nobis accidit legere, quo honore libellum nostrum ad se perlatum affecerit: a Rolando, & Nagy Mihaly conservatum arbitratus, quem Petrus Pazmanus in Nicolai Olahi erudita supellectile inventum, bibliothecæ nostræ reliquit. Adest una MS. mancum licet, de eodem ritu, seculi quartidecimi caractere expictum. Plura de hoc judicio ferri apud Gonzalez in l. 5. Tit. 35. Barbosam, item Del Rio, Disquis. Magi. invenies.

NOTÆ.

HOC genus judicii prohibebatur canone: *Consuluisti* 2. *quæst.* 5. quem trecentis fere annis ante condidisse perhibetur Stephanus V. scribens ad Umbertum episcopum Moguntinum. Nihil tamen de hujusmodi canone condito invenio a Stephano V. qui septimum pontificatus mensem non excessit, majoremque partem itinere ad Lodovicum pium imperatorem visendum, in Gallia conficiendo, consumpsit. Ut autem hodie talis purgatio in usu non sit, multis cautum est; olim tamen frequens erat, & sæpius adhibitam a viris probatis legimus.

Ac, ut nihil dicam de Petro igneo, qui ignis judicio probavit archiepiscopum Florentinum fuisse simoniacum, & simonia cathedram occupasse, idcirco igneus dictus; hujusmodi item judicio Henricus imperator sanctus, submovit adulterii suspicionem a sancta conjuge Chunegunde; hujusmodi & S. Pandulphus damnavit uxoris adulterium: quanquam ista non in aquam ferventem, sed frigidam brachium immergens, miraculo, usque ad ossa exussit. Plura omittimus. Certe quemadmodum ab illorum temporum consuetudine non fuit alienum, a presbyteris etiam religiosis, innocentiam eucharistiæ sumptione probare, ita neque a laicis candenti ferro, vel aqua ferventi experiri; quando scilicet altero affirmante, altero negante, veritas alio judicio cognosci non poterat. Utrisque exempla habemus, prioris quidem in concilio Vormatiensi provinciali; quod celebratum fuit anno 808. sub Adriano II. can. I. posterioris vero in concilio Saleguftadiensi, 1022. sub Benedicto papa VII. alias VIII. canone 7. Et refertur uterque caus. 2. q. 5. can. 26. *Si episcopo.* Et *can.* 24. *Interrogatum est.* Nec ignoro priorem præsertim canonem tanquam erroneum abrogatum, quod notat doctor Angelicus in tertia summæ parte quæst. 80. art. 60. Verum quod in usu fuit commemoro, ne decretum synodi Pannonicæ, regis sanctissimi præsentia honoratæ, præter exemplum, & doctrinam sancitum fuisse quis existimet. Quia verò monomachiæ quoque usum, ad dirimendas ambiguas lites, & innocentiam cognoscendam, frequentem fuisse nemo ignorat: etsi lege primum civili *l. unic. C. de gladiatoribus*: tum deinde lege canonica *caus.* 2. *q.* 5. *can. Monomachiam* 22. prohibita fuerit, nihil tamen adeo profectum est, ut e medio tolleretur.

Nam, ut mittamus concilium Bavaricum sub Adriano papa I. celebratum anno 772. quod fuit ante supradictum canonem a Nicolao I. conditum: in quo cavetur, *ut accusatus quis, cum accusatore*

ANNO CHRISTI 1092.

re suo, si voluerit, pacem ineat, antequam ad pugnam adveniat, ut inquam, hæc omittamus, in Hungaria adeo hanc consuetudinem obtinuisse olim, ut judicio æquivaleret, testantur plures juris consulti, & inter alios Signarellus de Homodeis, qui tribus ab hinc sæculis floruit, scribit in Cons. 96. generalem hanc consuetudinem ad sua tempora servatam esse, & narrat evenisse inter duos Proceres, non tam, ut videtur, cognoscendi, quam honoris causa se provocantes, victori, castro quodam, cui nomen S. Mariæ, in præmium constituto. Dum in congressu alter humi affligeretur, mox victori se subdidit; cum vero alter cædendo abstineret, ab eodem, qui victum se finxit, momento occisus est. Unde quærit; quid juris sit? & an huic precario, ut sic dicam, an potius doloso victori præmium decernendum sit? Sed nullo alio testimonio probatur efficacius hoc duellorum judicium servatum esse in Hungaria, quam ipsiusmet Mathiæ primi regis edicto, qui de eo ex parte tollendo decretum edidit; neque tamen omnem authoritatem ademit. Habetur in Decreto 6. art. 18. in hunc sensum.

Quia in duellorum dimicatione plurimæ hinc inde fraudes committi possunt, raro enim illi, inter quos illud fit judicium, per se decertant, sed pugiles conducunt; qui nonnunquam dono, favore, & promissis corrumpuntur, sicque partem suam, quantumvis justam, quandoquidem non ipsimet decertare consueverunt, succumbere patiuntur. Quare statutum est: quod a modo illud judicii genus, extra hoc regnum in mundo inauditum, perpetuo aboleatur, & in factis potentiariis, juriumque possessionariorum fieri nunquam debeat. Duellum siquidem, tunc solummodo fieri deberet, & ad hoc ordinatum extitit, quando omnis probatio deficeret. In factis vero potentiariis, vel possessionariis, partes probationes semper habent: Et etiam alioquin judicium duelli, ad curiam regiam militarem, & non ad sedem judiciariam pertinet. Accedit, quod in judiciis personalis præsentia regiæ majestatis semper interesse, literas etiam sigillare debet, is vero ut plurimum spiritualis esse consuevit. Intererunt etiam archiepiscopi, episcopi, & plures alii spirituales; & idcirco non convenit, ut in sede judiciaria duellum decernatur. Proinde his & pluribus aliis bonis respectibus, rationalibusque ex causis hoc judicii genus perpetuo aboleatur, & nunquam decernatur, nisi in casibus, in quibus omnis probatio deficeret; ut si solus a solo in itinere spoliaretur nullo spectante, vel quidpiam alter alteri sine testimonio commodaret, aut aliquid ad secretas aures diceret, & alter neque spolium, neque creditum, neque verba prolata, probare posset. In quibus casibus hujusmodi duellum decerni quidem potest, non tamen in sede judiciaria, sed in curia militari regiæ majestatis: ad illam siquidem, ut præfertur, & non ad sedem judiciariam ejusmodi genus judicii pertinere plane dignoscitur. Hæc in eo decreto. Quæ tamen in loco expendenda sunt: hic enim juxta temporum seriem, de Ladislai decretis agimus anno 1092. editis, cum illa Mathiæ regis 394. post annis condita sint, hoc est, anno 1486. Quod hic superest, in hoc etiam judicio ferri, & aquæ, jubentur interesse testes probati, qui de innocentia, vel de culpa jurare debebant, adeoque iis auditis, judex innocentem absolvit, vel reum condemnavit. Qui demum presbytero, de judicio quidem ferri duas pensas, de judicio autem aquæ unam pensam solvebat: non id factum, quasi presbyter judex esset; verum ut id lucri ecclesiæ accederet. Quamquam si judicium spirituale erat, & ecclesiastica jura concernens, ut Mathiæ regis decretum videtur innuere, presbyterum quoque judicis munere functum nihil vetat. Cur autem minus penderetur ex aquæ, quam ferri judicio, ratio est: quia hujus facilior erat executio, ob leviorem causæ cognitionem.

Simile quid habetur in decretis Colomanni regis, ubi ridicule scholiastes per judicium ferri, intelligit pœnam compedum; per judicium vero aquæ, ut reus aqua alatur; cujus contrarium, vel ex lib. 3. decretorum Ladislai C. 1. De Centurionibus & Decurionibus, ubi de judicio aquæ loquitur, constare potest.

CAPUT XXIX.

De celebratione missæ extra ecclesiam.

NUllus presbyter audeat missam celebrare extra ecclesiam, nisi forte itineris causa, necessitas cogat eum. Si vero a comite suo coactus fuerit, quinquagintaquinque pensas solvat. In itinere vero divinum officium celebrare liceat in tentorio.

CAPUT XXX.

De decimatione liberorum, & de emancipatione eorundem ecclesiis facta.

EPiscopi de liberis accipiant decimas: liberi quoque, cuicumque episcopo, vel comiti adhæserint, sicut eis placuerit, ita habeantur, salva tamen libertate. Qui autem pro animarum salute liberati, mancipati fuerint, eo tenore tamen, ut ecclesiæ serviant, ipsi nemini, nisi soli sibi presbytero, administrent. (*a*)

NOTA

(*a*) Sic: *Joannes Ar. Ep. Strig. emit 15. capita libertinorum de villa Szonok anno 1209. quibus, cum liberum dedissemus arbitrium posse eligendi, in quo servitio beati Adalberti ecclesiæ velint esse obligati, pincernariæ servitutis sibi elegerunt officium; quibus nos annuentes instituimus, ut inscriptum sibi Bachariorum* (cellæ vinariæ præfectorum) *de generatione in generationem exequantur officium, nec ad aliquid aliud compelli possint servitium.* Mus. His. Peterffy.

CAPUT XXXI.

De carnis dimissione.

LAtini, qui Hungarorum consuetudini legitime consentire noluerint, scilicet, qui postquam Hungari carnes dimiserunt, ipsi iterum secunda & tertia feria comederint, si se nostræ consuetudini meliori non consentire dixerint, quocumque volunt, eo vadant; pecuniam vero quam hic acquisierint, hic relinquant, nisi forte resipuerint, & carnes nobiscum dimiserint. (*a*)

NOTÆ.

(a) PAtet, tempore S. Ladiſlai jejunium quadrageſimale jam fuiſſe in uſu: unde dies Martis ante cineres, Hungaris dicitur dies carnem relinquens: *Hùs baggiò -- Kedd.* Conſtat præterea rigorem jejunii apud Italos (Latini dicti) quorum multi negotiabantur domi noſtræ, feria ſecunda & tertia non viguiſſe. Jubentur hi latini ſequi Hungarorum conſuetudinem ſub pœnis propoſitis.

CAPUT XXXII.

De illata violentia virginis & mulieris.

SI quis virgini, vel mulieri de villa in villam eunti vim intulerit, quantum pro homicidio, tantundem pœniteat.

CAPUT XXXIII.

De decimatione pecorum in alio epiſcopatu naſcentium.

EPiſcopi, qui decimationem pecorum in alio epiſcopatu accipiunt, quartam presbyteris, in ſuo epiſcopatu manentibus, tribuant.

CAPUT XXXIV.

De ſatisfactione meretricum, & ſtrigarum.

MEretrices, & ſtrigæ, ſecundum quod epiſcopo viſum fuerit, tali modo dijudicentur.

CAPUT XXXV.

De abbatis, vel monachi oſculo erga regem, vel epiſcopum.

SI contigerit, regem vel epiſcopum ad quamlibet abbatiam venire, abbas vel monachi ad regis vel epiſcopi oſculum in eccleſia non accedant, ſed egreſſi in clauſtrum ordinatim ſtantes regis vel epiſcopi oſculum præſtolentur. Regem autem & epiſcopum cum quot, & qualibus ſibi placuerit, Abbas clauſtrum intrare permittat.

NOTÆ.

OSculum, aut unionem, aut caritatem, aut pacem, aut reverentiam ſignificat; hoc poſtremum non eſt, niſi inferioris reſpectu ſuperioris, fitque imprimendo labia vel pedibus ſuperioris, vel genibus, vel manibus. Reliqua tria perinde exhibentur ſuperioribus reſpectu æqualium, & inferiorum, & imprimuntur, vel ori, vel fronti, vel pectori. Oſculum unionis, præcipue eſt ſponſorum: caritatis, parentum, & filiorum: pacis, amicorum: de quo Apoſtolus ad Rom. 6. *Salutate vos in oſculo ſancto.* S. Cyrillus autem A. E. Hiero. Catech. myſtagogica quinta ſic ait: *Deinde clamat Diaconus: complectimini & oſculemini vos invicem, atque tunc nos mutuo oſculo ſalutamus. Non hoc ita accipias, quaſi oſculum ſit ejuſcemodi, quale in foro inter communes amicos eſſe conſuevit; neque enim tale eſt. Hoc igitur oſculum animas mutuo conciliat, & omnem malorum oblivionem illis ſpondet. Signum igitur eſt hoc oſculum reconciliationis animorum, univerſaque injuriarum memoria deletæ.*

Ex quo colligitur, oſculum quod a rege, vel epiſcopis præſtolari jubentur abbates, & monachi, arguere unionem, & caritatem; ſeu conſenſum, & dilectionem; eſtque hoc loco ſuperioris reſpectu inferioris, ſi præſertim attendatur ad epiſcopos: nam reges pro pietate ſua, ſacerdotum & monachorum impreſſo oſculo, reverentiam dubio procul innuunt, quam & Conſtantinus magnus Patribus exhibuit concilii, eundemque imitati, & Caroli, & Leones, aliique pii utriuſque orbis imperatores & reges ſacerdotes reveriti ſunt; eandemque reverentiam, Divi Stephani parentis ſui inſtitutione, ſervavit D. Emericus monachis, quemadmodum legimus oſcula ſancta præbens.

Porro oſculum papæ ſignificare conſenſum, & dilectionem dubitari non debet. Quomodo tamen non pauci doctores id probent ex *c. dilecto 25. de præbend. & c. cum olim 12. de privileg.* haud video; rectius hoc deduceretur ex Clemen. *Si ſummus 4. de ſent. excom.* ubi expreſſe dicitur, quod pontifex, licet oſculo participet excommunicato, non ideo tamen cenſeatur eum abſolvere, niſi exprimat, velle eum pro abſoluto haberi, tametſi alioquin pax inter offenſos ſufficienter conſtituatur per oſculum, ut docent Doctores in l. 1. de Pactis.

CAPUT XXXVI.

De ſatisfactione abbatis vel monachi euntis ad regem.

SI autem contigerit, abbatem, vel monachum ad curiam regis venire, in eccleſiam ad ſalutandum regem non eat, ſed poſtquam exierit de eccleſia in domo, vel in tentorio ſalutet eum.

CAPUT XXXVII.

De vigiliarum ſanctarum obſervatione.

IN hac vero ſancta ſynodo a venerabili rege ſtatutum eſt, univerſis epiſcopis collaudatum, & canonizatum, ut vigiliæ celebrentur beati Stephani regis, & Gerhardi martyris, quo die paſſus eſt, & tres dies ad feſtivitatem S. Martini; & quod patruus ſuus Andreas rex cum omnibus, qui tunc erant, epiſcopis vovit & ſtatuit, ipſe rex Chriſtianiſſimus deſtruere nolit, ſed firmius perduravit, trium dierum vigiliam, ad feſtivitatem S. Petri.

NO-

ANNO CHRISTI 1092.

N O T Æ.

Habes ex hoc decreto regem Ladislaum non ita statuisse, quasi præsideret, sed proposuisse duntaxat, & sententiam suam religioni maxime consentaneam in medium attulisse; quod cum innumeri episcopi collaudassent, ac monstrassent, vel melius confirmassent, (hoc enim significat hoc loco verbum *canonizandi*, præscriptam nempe in decernendo, & roborando authoritatem) tum etiam Ladislaum regem, huic omnium consensui, regia manu firmamentum addidisse; quo omnes subditi ea lege adstringerentur; alioquin potestas laica sine episcopi authoritate ferias indicere non potest. *c. Cum laicis 12. de rebus ecclesi. alienan. Ibi doctores &c. Quoniam in parte 2. de Feriis.*

Merito autem *venerabilis* dicitur, qui instar patris habebatur, juxta l. 1. ff. *de obsequiis parent. & patron. præst.* Qua appellatione summus pontifex episcopos honorat *c. quam gravi. 9. de crimine falsi.*

Meretur vero id vocabuli, si majestas regia Ladislai, & multo magis, si sanctitas tam illustris expendatur. Porro quod indicitur vigilia S. Stephani regis, & S. Gerhardi martyris, est juxta canones mox allegandos: qui enim potest indicere diem festum celebrandum, etiam vigiliam ejusdem. Peculiarem tamen gentis religionem arguit, tres dies vigiliarum celebritati D. Martini celebrare, quod Patronus esset Hungariæ; totidem etiam diebus solemnitati S. Petri jejunando præire, quod non minus singularem erga principem ecclesiæ, Romanamque ecclesiam, cui Hungaria se dedidit, ostendit devotionem. Jam antea id ab Andrea rege voto susceptum erat, quod Ladislaus ultro ratum & confirmatum esse voluit. (a) Sed neque solius Andreæ votum ipsum fuit, verum omnium episcoporum par consensus, quod proinde servatum oportuit ab eo, qui Christianissimi nomen habet; hoc quippe est proprium Christianissimi regis non destruere religionem, sed augere majorum pietatem, & propagare.

(a) Vide constitutiones Andreæ R. in narrat. præv. legat ista erroribus obsonatus Lampe, & S. Ladislaum Calvino jam devotum, orbi Christiano proponat p. 30. Camarina calumniarum!

Januarius a desponsatione B. V. *Boldog. Aszszony Hava.* Augustus, Parvæ Dominæ mensis Hungaris dicitur: *Kiss-Aszszony Hava*, forte ut a festo præprimis apud Hungaros solemni, in Cœlos nempe Assumptæ, quod magnæ Dominæ appellatione honorant, discerneretur. Monetis porro effigiem B. V. impressam jamdudum fuisse probant Nummi, utut rudes, Belæ I. & II. Tum ne ipse quidem Gabriel Bethlenius, hostis Romanæ ecclesiæ acerrimus, cum regis electi titulum temere arriperet, hanc vetustissimæ Hungarorum pietatis notam e monetis suis auferre est ausus. Peterffy.

CAPUT XXXVIII.

De Sanctorum veneratione festivitatum.

Istæ vero festivitates servandæ sunt per annum. Nativitas Domini, Sancti Stephani protho-martyris, S. Joannis evangelistæ, SS. Innocentum, Circumcisio Domini, Epiphania cum Vigilia, Purificatio S. Mariæ, in Pascha quatuor dies, Sancti Georgii martyris, Philippi & Jacobi cum vigilia, Inventio S. Crucis, Ascensio Domini, in Pentecoste quatuor dies, S. Joannis Baptistæ, Petri & Pauli una die, S. Jacobi, S. Laurentii, Assumptio S. Mariæ, S. Regis Stephani, S. Bartholomæi, Nativitas S. Mariæ, Exaltatio S. Crucis, S. Matthæi Apostoli, S. Gerhardi episcopi, S. Michaelis Archangeli, SS. Simonis & Judæ, Omnium Sanctorum, Sancti Emerici ducis, S. Martini, S. Andreæ, S. Nicolai, S. Thomæ Apostoli. Et unaquæque parochia suum Patronum, & dedicationem celebret. (b)

N O T A

(b) In vetusti breviarii, Anno 1424. & 1484. charactere monastico impressi, bibliothecæ Budensis, calendario, sequentia festa habentur. VIII. Febr. S. Helenæ regi. XXIV. Feb. S. Gerardi mar. ep. XXX. Martii, S. Quirini m. II. Maii, Translatio S. Elisabethæ. X. Maii, Translatio S. Andreæ Apostoli. XXX. Maii, Inventio dextræ S. Stephani. III. Julii, Translatio S. Thomæ Apostoli. IV. Julii, Translatio S. Martini. XVII. Julii, SS. Andreæ & Benedicti Hieremi. MM. XXIX. Julii Depositio S. Ladislai regis. II. Sept. Depositio S. Emerici ducis. VI. Nov. Translatio S. Adalberti E. M. XII. Nov. S. Joannis Eleemosinarii, quæ dies ultima calamo adnotata est. PETERFFY.

N O T Æ.

Similia extant in decretalibus *c. Pronunciandum 1. dist. de consecrat. Et c. conquestus 5. de Feriis.* Nisi quod in primo, Pascha cum tota hebdomada celebrari jubetur. Tres præterea dies Rogationum, necnon dedicatio cujuscumque Oratorii. Omittuntur vero festa S. Georgii martyris, Inventionis, & Exaltationis S. Crucis, S. Nicolai, S. Laurentii, & Sanctorum, qui sunt proprii Hungarorum, præter Martinum. In posteriori vero demptis, præter Laurentii diem, omnibus etiam tribus Rogationum diebus, necnon dedicationis dierum ecclesiarum, additur dies S. Silvestri, septem dies Dominicæ passionis, & resurrectionis, cum septem sequentibus, in quo tamen non tam habetur ratio solemnitatis universalis, quam feriarum, quibus, ob reverentiam, judiciorum strepitus inhibetur.

Potuisse autem synodum nationalem de hujusmodi festis celebrandis, & quibuscumque aliis per regnum Hungariæ celebrandis decernere, patet ex iisdem decretis. Nam ut primo jubentur coli omnes illæ festivitates, quas singuli episcopi in suis episcopatibus cum populo collaudaverint, quæ vicinis tantum circumjacentibus indicendæ sunt, non generaliter omnibus; ita in posterioribus servandæ sunt omnes cæteræ solemnitates, quas singuli episcopi in suis diœcesibus cum clero & populo dixerint solemniter celebrandas. Multo vero magis id potuit tota synodus constituere.

Dubium tamen est, an id perinde intelligatur de festis sanctorum canonizatorum, & non canonizatorum? Glossa in prius decretum refert opinionem affirmantem, episcopum in sua diœcesi posse sanctum canonizare. Eandem vero reiicit arg. *c. grave nimis 2. extra. de Reliq. & venerat. Sanct.* Idem probari potest, ex *c. audivimus 1. eod.* nisi enim accedat Romanæ ecclesiæ authoritas, sa-

ANNO CHRISTI 1092.

ANNO CHRISTI 1092.

facile deceptio contingit: atque ita sentiunt Doctores in prædictum cap.; inter quos optime recentior Felix Contelorus de Canoniz. Sanct. capite quarto. Unde ulterius colligi potest de canonizatione sanctorum Stephani regis, & Emerici, ejusdem filii, & Gerhardi episcopi, ab ecclesia Romana decreta, quorum festa, & vigilias episcopi in suis diœcesibus instituere possunt. Occurrit tamen hoc loco, *citato cap. pronunciandum* 1. *dist.* 3. *de consecrat.* nulla fiat mentio celebrandæ Conceptionis, Præsentationis, Annuntiationis, Visitationis Beatæ Mariæ Virginis? Quæ proinde etiam in decreto hujus synodi omittuntur, ut mirum sit, Hungariam B. Virgini consecratam in hoc cultu fuisse negligentiorem; quanquam menses alios, a B. Virgini dicatis diebus festis nuncupare voluerit. Et quidem quod spectat ad festum Conceptionis, Glossa in prædict. cap. celebrandam non esse, quia B. Virgo in peccato concepta non fuit, sicut & cæteri sancti, excepto unico Christo. Rectius tamen dicitur ab Ecclesia Romana, longe post hoc decretum, cœpisse celebrari, quando & in Gallia circa annum 1145. ea solennitas ortum habuit, si Bernardo credendum epistola 174. ad canonicos Lugdunenses, subindignanti, quod ubique authoritate Catholicæ Romanæ Ecclesiæ novam inducerent celebritatem, obtentu cujusdam supremæ revelationis; cum tamen de his omnibus se judicium Romanæ ecclesiæ expectare profiteatur. Porro hanc epistolam Bernardi non esse, sed & Bernardum contrariæ opinionis fuisse, in peculiari libro de hac re, multis conatur asserere Franciscus Bivarius, literis etiam ad nos datis, ut in pluribus solitus erat, dum viveret. Verum quod huc spectat, pridem, antequam in Galliis festum istud celebratum fuisset, in multis regionibus, maxime vero in Anglia innuit Glossa: & Equilinus in Catalogo lib. 1. cap. 13. narrat miraculum, cujus occasione, ea solemnitas in Anglia cœpta est circa annum 1070. ut plerisque videtur. Quia tamen serius in Ecclesia Romana obtinuit, paulo ante annum 1200. mirum non est in decreto synodi Hungaricæ nullam de ea fieri mentionem, quando Hungarica ecclesia ritus non alios, quam Romæ susceptos admittere consueverit.

Festum præsentationis antiquius est Græcis, quam Latinis, sub eo discrimine, quod nunc passim observetur. Ad Gallos transivit anno 1375. tardius ad Romanam ecclesiam in universum. Molanus in additione ad Usuardum 21. Novembris, a Pio, & Paulo pontificibus Romanis, cum indulgentiis institutum fuisse notat, Pium puta, & Paulum secundos: hic illi successit anno 1464. allegat pro eadem re bullam Pauli editam Lovanii uno & viginti post annis, quo etiam tempore in Germania, & alibi religionem habere cœpit. In antiquis martyrologiis Usuardi, Adonis, Romano veteri, Bedæ, & aliorum, quæ manu scripta in membrana perantiqua habemus, nulla ejus est memoria, neque in eo martyrologio Romano recensitum, quod Florentiæ anno 1486. opera Georgii Antonii Vesputii typis vulgatum est. Cæterum constat antiquitus præsentationis solemnitatem eam esse appellatam, qua Dei genitrix, & Simeon infantem Jesum in templo obtulit, ut antiquo ritu alia vetusta ecclesiæ monumenta significant; & ipsa insuper oratio missæ ejusdem diei indicat. Postea tamen factum, ut præsentatione, Christi mysterio tantum expressa, vocabulum præsentationis, in B. Virginis solemnia transiret, & nihilominus priori festo vocabulo purificationis insignito duplex deinde B. Virginis celebritas, purificationis scilicet, ac præsentationis coleretur.

De Annuntiationis festo major est difficultas: quippe de ejus diei celebritate perantiqua habetur mentio, cum in sexta synodo canone 2. apud Theodo. Balsamon. cap. 12. pag. 28. tum ante hanc synodum, in concilio Toletano X. sub Vitaliano papa anno Domini 656. & multo ante apud Augustinum *lib. 4. de Trinit. cap.* 5. sed etiam in Glossa in cit. cap. *Pronunc.* 1. *dist.* 3. *de consecrat.* mentio fiat; mirum videtur nihil in hoc canone dici de Annuntiatione S. Mariæ, quod tamen festum in ecclesia celebratur, sed neque in cap. *conquestus de feriis*, ulla sit specialis mentio, nisi generatim conprehendi censeamus; eo quod festivitatum omnium, Virginis gloriosæ celebrem velit esse solemnitatem. Cujus rei illa fortassis ratio posset assignari, ex oratione Cyrilli de hac die, quod hoc festum unum sit ex dominicis festis, atque adeo primarium, ac prorsus venerandum; utpote quod pro ordine & dispositione rerum, quæ in evangeliis de Christo prædicantur, sacrosanctum habeatur. Quippe in quo de Filii Dei e cœlis descensu agatur: qua etiam de causa in antiquis Martyrologiis passim annuntiatio Dominica nuncupatur. Obstat nihilominus canon Concilii Toletani, tametsi provincialis, in quo propria festivitas Matris appellatur. *Quod enim*, inquit, *festum Matris est, nisi Incarnatio verbi? cujus festum ita debet esse solemne, sicut est ejusdem Nativitas Verbi*. Nisi forte hinc eliciamus, festum Annuntiationis confusum fuisse cum festo Nativitatis, quandoquidem in illo natus fuit in utero Virginis, in hoc vero die natus ex utero Filius Dei in carne humana; hinc licet Augustini tempore celebraretur, ut modo fit, octavo Kalendas Aprilis, postea tamen in multis ecclesiis consuevit die decimaquinta Kalendarum Januarii, hoc est, decima octava Decembris, adeoque octavo ante Natalitia die celebrari, idque ut in posterum fieret, sancivit concilium Toletanum prædictum hac de causa.

Plura de festis B. Virginis & aliorum Sanctorum publico cultu habendis vide apud Franc. Suarez S. J. Tom. I. de religione l. 2. cap. 8. & sequent.

CAPUT XXXIX.

De abbatibus vel monachis in Kalendis sedentibus.

ABbates vel monachi, inter fratres Kalendarum non sedeant, sed abbas oblationes fratrum in claustrum accipiat, & secundum regulam fratribus administret. [a]

NOTA.

(a) De Kalendis alibi dictum. Prohibet S. Synodus, ne abbates & monachi extra claustrum conviviis ejusmodi intersint, ad quæ agenda, pecuniario aliquo penso succurrere debuissent aut vices reddere invitantibus: celebret proin Abbas inter domesticos parietes festum Kalendarum ex oblationibus pii populi precario factis. PETERFFY.

CAPUT XL.

De decimationem negantibus.

EPiscopus accipiat decimationem ab omnibus, sed eo tenore; Episcopi Pristaldus interroget possessorem annonarum, seu bestiarum quantum habeat. Si crediderit verbis illius, accipiat secun-

cundum hoc, quod dixit: si vero non crediderit faciat illum jurare, & accipiat. In annona vero commixtum non accipiat, sed separatim. Si vero post juramentum domini annonæ quis alienus perjurium dixerit, præter Pristaldum episcopi, ante Præstaldum regis, & comitis numeretur annona, & si culpabilis inventus fuerit Dominus annonæ, cum decima pars detur, & novem partes dentur episcopo. Si vero ipse, qui insurrexerit, mendax extiterit, eodem judicio persolvat culpam: si non habuerit, unde se redimat, solus venundetur, exceptis liberis. Decimatio autem tota colligatur usque ad nativitatem Domini.

Filius autem, qui in domo patris est, vel servus non separetur, sed simul dent decimationem cum patre; filiis vero vel servis qui per se habent domos, accipiat decimationem de omnibus quæ habent. Si autem aliquis contumax fuerit, interrogatus decimam, & noluerit indicare Pristaldo episcopi, tunc Pristaldus coram idoneis testibus designet quantum sibi videtur esse justum, linum, vel canabum, quantum potest pugillus capere, pressis digitis ad terram, tantum accipiat. Si trituratam annonam invenerit, si decem hydriæ fuerint, nil accipiat; si viginti vel plus, accipiat decimam partem.

EX LIBRO SECUNDO.

CAPUT XIII.

De furto Clericorum.

ORdo clericalis, si anserem vel gallinam, aut poma, vel his similia furatur, scopis tantum a magistro corrigatur, sed quod furatur restituat. Majus his, si furatus fuerit, ab episcopo suo degradetur, & judicio vulgari damnetur.

NOTÆ.

SErmo est de clericis universim, qui, si adhuc subsint disciplinæ literariæ in scholis, si furentur, a magistro virgis coerceri jubentur. Si extra disciplinam literariam, præsertim, si aliquid majus furentur, judicio vulgari, hoc est a lictore juxta delictum plectendi sunt, sed prius ab episcopo, gradu, & honore juxta morem, privandi. Quanquam hoc generatim, non de aliis, quam de clericis adhuc magistro subditis intelligi recte queat; inter quos, & minores, & majores æque censeri possunt, sive virgis a magistro castigandi, sive a lictoribus cædendi. Est autem *judicium vulgare*, quo aliquis vel publica sententia virgis plectitur, vel quod ubique ex usu est, a patibulo suspenditur. Neque apud Germanos, & Hungaros supplicium aliud decretum est furibus, nisi pendere. Porro ubi mortis judicium versatur, magna rei ablatæ copia æstimanda est; etsi minima sint illa, pro quibus a magistro virgis subigendi censentur, in quibus non tam res ipsa quam honestas & morum disciplina spectatur. Quid enim vilius apud Hungaros, quam anser, gallina, poma, & id genus? quando & anserem, & gallinam levi admodum emas: poma vero etiam grandia, & optima, qualia in Italia non videas, vel centum non pondere, sed numero, aut mensura comparare parvo aere liceat, atque in tanta copia, sæpius dono, quam pretio accipiantur: ut propter hoc castigari dignus sit, qui furetur, cum honeste, & gratis habere queat. Lex hæc proinde, magis ob inducendam honestatem, coercendamque clericorum licentiam, quam ob metum damni, simili furto proximo inferendi, statuta est.

EX LIBRO TERTIO.

CAPUT IV.

De quolibet fure ad ecclesiam fugiente.

SI quis liber furatus fuerit, & ad ecclesiam fugerit, cujus ecclesiæ refugium quæsivit, illius servus sit. Ille autem, cujus suasione evasit, parte sua careat. Si presbyter postea eum emancipaverit, & ipse vice ejusdem servus sit ecclesiæ. Ille vero qui furatus fuerat, venundetur in aliam patriam; & si postmodum huc reversus fuerit, tollantur ei oculi.

CAPUT V.

De servo, vel libero in eadem culpa ad ecclesiam fugiente.

SErvus, qui furatus fuerit, & ad ecclesiam fugerit, Domino suo reddatur, & cujus consilio fugit, det ecclesiæ duas pensas. Et si liber furtum fecerit, sed neque captus, neque ligatus ad ecclesiam fugerit, ipse similiter sit servus ecclesiæ, & cujus erat fur, parte sua non careat. Eo modo, si servus ad ecclesiam fugerit, una pensa dominus ejus eum redimat, cujusque res furatus fuerat, illi totum restauret. Item si servus magnum quid, & tantum furatus fuerit,

quan-

ANNO CHRISTI 1092.

quantum dominus ejus reſtaurare non poterit, cujus erat, unam penſam eccleſiæ det, & ſervus ſit ejus.

NOTÆ.

INtellige juxta qualitatem, & quantitatem rei ablatæ, & cauſa in judicio cognita. Neque enim lege militari agebatur, ut quodvis minimum furtum laqueo expiandum eſſet; tametſi pro eo etiam tempore interdum & hoc fieri, & expediri conſueverit. Quod autem ſi pro evadendo patibulo ad eccleſiam fugiat, & abducatur inde, excœcari jubetur, dubitari poteſt, an minori hac pœna ſuſpendium evaſerit, an potius hac addita, contumacem nihilominus furca manſerit? Videtur id religioni & reverentiæ eccleſiæ datum, ne quid amplius pateretur, quandoquidem ſubjicitur: ſervus in furto captus, ſi ad eccleſiam non fugeret, ſicut liber ſuſpendatur, ut a contrario arguendum ſit, fugientem ad eccleſiam, minime laqueo luiſſe, multoque magis, ſi liber fuerit.

Sed neque putandum, quemquam eorum ad eccleſiam confugientium adduci, niſi de poteſtate epiſcopi potuiſſe, eamque legem generatim ab epiſcopis hac ſynodo factam brachio ſeculari, vel judici eccleſiaſtico, ut abductum traderet, ſatis liquet. An tamen id ſancire potuit citra violatam immunitatem eccleſiaſticam, & reverentiam ſanctitati debitam, non immerito quæri poteſt. Sane, *cauſ. 17. q. 4. can. miror.* 8. multoque magis *can. reum 9.* ibidem expreſſe cavetur, *Reum ad eccleſiam confugientem nemo abſtrahere audeat, neque inde donare ad mortem, vel ad pœnam, ut honor Dei & ſanctorum ejus conſervetur; ſed rectores eccleſiarum pacem, & vitam, & membra ejus obtinere ſtudeant; tamen legitime componat, quod inique fecit.* Præterea rei ſanguinis defendi debent ab eccleſia, ne effuſionis ſanguinis particeps fiat, *cauſ. 23. q. 5. can. reos 1.* ſed etiam ſervi ad eccleſiam confugientes, nonniſi cum cautione redduntur ſuis dominis, ut a morte, debilitate, & omni pœnarum genere ſunt ſecuri, *cauſ. 17. q. 4. can. Metuentes 32. & can. Id conſtituimus 36.* Cæterum ut hæc vera ſint, ubi tamen de publicis latronibus agitur, dicti canones exceptionem admittunt, licebitque hujuſmodi extrahere, & eccleſiaſtica authoritate puniendos tradere 17. q. 4. *ſicut antiquitus.* Et eadem eſt ratio nocturnæ depopulationis: *Gloſſ. ibidem & in c. Hi qui in furtis implicati ſunt defendendos eſſe ab Eccleſia, idque maxime faciendum; ſi injuſte damnati ſunt, juxta illud proverbium 23. Eripe eum qui ducitur ad mortem, 23. q. 3. non inferenda:* ſi tamen juſte damnati ſunt, ut in hoc noſtro decreto ſupponimus, ejuſdem Gregorii ſententia advertenda eſt. *Hi, qui in furtis publicis implicati ſunt, a nobis non videntur injuſte defendi, ne opinione male agentium, ejus indiſcreta defenſionis auſum in nos ullo modo transferamus.* Hæc ille. Porro leges civiles non tantum publicos latrones, & nocturnos populatores verum etiam homicidas, adulteros, raptores virginum excipiunt. Nobis tamen ad eruendum hujus decreti ſenſum ſatis eſt, canones ad interpretationem adhibuiſſe, juxta quos intelligi etiam decretum, quod ſequitur.

CAPUT XVII.

De furibus ad eccleſiam fugientibus, & ſe innocentibus proclamantibus.

SI qui ſervi, vel liberi fures ad eccleſiam ſubintraverint, & ſe innocentes proclamaverint, judicio probentur. Quod ſi rei apparuerint, quaſi, qui eccleſiam non intraſſent, judicentur: ſi vero culpam confeſſi fuerint, lege Beati Stephani diſcutiantur.

Burde-

NOTÆ.

SEnſus enim eſt, ſi publici latrones ad eccleſiam ſubintraverint, judicium declinando, vel inter manus evadendo, & ſe innocentes proclamaverint, probandum eſt illos non eſſe innocentes, ſed reos, ac legitime captos: proinde quaſi eccleſiam non intraſſent; quippe qui immunitate non gaudent, judicantur; quod ſi culpam confeſſi fuerint, lege beati Stephani diſcutiantur. Eſt autem lex B. Stephani lib. 2. decret. c. 29. *Si quis ſervorum ſemel furtum commiſerit, reddat furtum, & redimat naſum quinque juvencis, hoc eſt 20. florenis, hic autem non abſcindatur, quod ſi* (40. cap.) *abſciſſus naſo* (intellige iterum) *furtum commiſerit, redimat aures quinque juvencis, ſi poteſt, ſi autem non, abſcindantur: ſi tertio commiſerit furtum, careat vita.* Hæc de ſervis. *Si vero quis liberorum* (cap. 41.) *furtum commiſerit, legibus ſervorum ſubjaceat; ſi ſecundo ſimili lege ſubjaceat; hoc eſt primo quidem nares, deinde aures amittat, ſi vero tertio, vitæ diſpendio diſcutiatur.*

Prima earum legum de abſciſſione naſi, quoad ſervos, hodie aliquot in locis ſervatur. Reliquas ex parte mitigaſſe putatur S. Ladiſlaus lib. 3. decret. c. 8. *Si liber, quod decem denarios valet, furatus fuerit, cum omni ſubſtantia ſua pereat,* ideſt bona ejus confiſcentur; *ſi minus autem: alter oculus eruatur, & ſecundum S. Stephani decreta dijudicetur,* hoc eſt ſi iterum furetur, altero etiam careat oculo, *ſi tertio vitæ luat; ſi vero ſervus ſex denariorum pretium furatus fuerit, careat oculis; ſin minus, ſemioculo, hoc eſt altero oculo, & quod furatus fuerit dominus ejus dupliciter ſolvat, & reſtituat:* Huic ſimile eſt, quod habetur cap. 12. *Servus in furto captus, ſi ad eccleſiam non fugerit, ſuſpendatur,* (pro rei ſcilicet ablatæ quantitate, vel qualitate) *Domino ſervi illius detrimentum ſit in ſervo ſupenſo, domino vero rerum perditarum ſit detrimentum in rebus perditis. Liber in furto captus, ſi ad eccleſiam fugerit, & inde abducatur* (intellige juxta ſuperius dicta, obcœcatus fuerit) *filii ſui, & filiæ, ſi decem annorum, aut minoris ætatis fuerint, in libertate permaneant; ſi vero majoris ætatis, quam decem annorum fuerint, in ſervitutem redigantur, & omnis ſubſtantia eorum auferatur: ſervus autem, vel liber, ſi anſerem, vel gallinam furatus fuerit* (juxta ſuperius dicta) *monoculus efficiatur, vel quod furatus eſt, reddat.*

Quanta ſeveritas legum! quæ ſi univerſos ligaret, hodieque duraret, quam multos videre liceret, naſo, auribus, & oculis carentes, nec pauciores ex patibulis pendentes. Nimia fortaſſe videri poteſt ſævitia: verum SS. regum & præſulum religionem quis facile arguat? Quin remiſſiores hodie pœnæ, magnam peperere impunitatem ſaltem ſcelerum patrandorum, non minuere licentiam. Conſtitutionum eccleſiaſticarum, quæ jura aſyli contingunt, apud recentiores authores invenies.

Utere itaque perlevi hac explicatione canonum, lector benevole in eruditionem tuam. Si deſiderio tuo ſatis datum non eſt, id enim nos ipſi fatemur, cum ad eorum annorum uſum, quibus conſtitutiones hæ editæ fuerunt, pleraque expoſita ſint) monitiunculas noſtras operi præmiſſas reviſe; & Hiſtoriæ eccleſiæ Hungaricæ ſubſidia nos comportaviſſe intelliges.

BURDEGALENSE CONCILIUM

Ab Amato archiepiscopo & A. S. L. anno 1093. celebratum.

Ex Mabillon. Annal. Ord. S. Ben. t. V. n. xxxv. append.

Concilii hujus opus fuit restitutio cœnobii S. Caprasii monachis Floriacensibus; de quo subjicio chartam a Cl. Mabillonio Ann. O. S. B. to. V. num. XXXV. in append. vulgatam. Nec dubito quin ad hoc pariter concilium spectet discussio veteris & sæpius agitatæ controversiæ inter monachos S. Albini & monachos S. Trinitatis Vindocinensis de ecclesia S. Clementis Cerdonensis, de qua charta apud Baluzium to. II. pag. 168. ex quo hic datur.

Omnibus sanctæ Dei ecclesiæ cultoribus notificare curavimus, cœnobium S. Caprasii, quod est situm in loco qui dicitur Pontonis, & quod per multa spatia temporum fuerat subtractum violentia quorumdam pravorum, qualiter sit redditum & restitutum monasterio sancti patris Benedicti Floriacensis. Fuit quidam monachus nomine Otgerius (de Landerron) prior loci Regulæ, qui graviter ferens amissionem tantæ rei, audiens & intelligens ex chartis antiquitus conscriptis supradictam fore juris conscripti sancti Patris Benedicti, veniens ad Burdegalense concilium coram domno Amato, legato apostolicæ sedis, & archiepiscopo Burdegalensi, & archiepiscopo Auxiensi, nomine Willelmo-Bernardo & coram omnibus circumsedentibus, episcopis videlicet & abbatibus, de Bernardo Aquensi episcopo, qui tunc temporis locum injuste possidebat, proclamationem facere non distulit. Ille vero Legatus, utpote vir apostolicus, & veritatis amator, recognoscens ex his dictis multorum proclamationem non esse fictam, super hoc requirens prædictum Aquensem episcopum, facere justitiam canonice non negavit. Quapropter ille Bernardus condescendens præceptis canonum, recognoscens veritatem non multum reluctans totum cum omnibus appenditiis suis Deo, & sancto patri Benedicto per manum supradicti legati, & archiepiscopi Auxiensis plenissimo in concilio reddidit. Hujus redditionis testes & visores hoc in privilegio subscribuntur. Signum domni Amati vicarii & archiepiscopi, Signum archiepiscopi Auxiensis Willelmi-Bernardi, signum episcopi Agennensis Simonis, signum episcopi Petragoricensis Rainaldi, signum Ademari episcopi Engolismensis, signum Hodonis episcopi Bigorræ, signum Bertrandi Convenensis episcopi, signum Petri Adurensis episcopi, signum Stephani episcopi Vasatensis, signum Bernardi Aquensis episcopi, cum quo excussa & definita est causa. Actum anno MXCIII.

NARRATIO DE EADEM CONTROVERSIA,

Et de judicio Amati archiepiscopi Burdegalensis A. S. L.

Ex Baluz. Miscell. t. II. pag. 168.

URbanus Romanus pontifex, missis literis mandavit Amato legato suo, Rodulpho Turonensi archiepiscopo Goffrido Andecavensi episcopo, ut litem quæ est inter sancti Albini, & sanctæ Trinitatis Vindicionensis monachos de ecclesia S. Clementis Credonensis, vice sua justo judicio deciderent. Amatus itaque acceptis literis supradicto archiepiscopo & episcopo mandavit quatinus ad hanc causam determinandam Sanctonas ire una cum sancti Albini & sanctæ Trinitatis Vindocinensis monachis non
B differrent. Quod comes Andecavensis audiens, suadentibus sanctæ Trinitatis Vindocinensis monachis cum interminatione destructionis totius monasterii sui sancti Albini abbati Sanctonas ire vetuit, mandans Amato quatinus in terram suam, sicut ipsemet Amatus per supradictos monachos ab eodem comite quæsierat, Miribellum vel Losdunum fiducialiter veniret, diffiniturus hanc tantam causam ibi una cum archiepiscopo Turonensi & episcopo Andecavensi, sicut apostolicus mandaverat, qui ob itineris difficultatem Sanctonas ire non poterant, cum & ipse huic placito interesse cuperet. Amatus autem prætentis occasionibus venire noluit; sed
C hoc placitum absque prædictorum pontificum invitatione & consensu Burdegalam transtulit. Abbas itaque sancti Albini, licet graviter infirmus, ad hoc placitum contra vetitum comitis Andecavensis pergens, a Pictavensis comitis Præposito, Rotberto nomine, apud sanctum Johannem Angeliacensem captus, & reverti compulsus est; exquisitis antea manicis omnibus pro pecuniæ ablatione, si qua fortasse reperiretur. Qua non inventa, cum abbas & monachi suæ captionis, & reversionis causam quærerent, Præpositus reddere noluit interminando addens, quia si ulterius tentarent procedere, & captionem, & detrimentum rerum sua-
D rum maximum incurrerent. Adjunxit etiam ut ad comitem pergerent, & gravius quam ipse eos ceperat, circaverat, reverti compulciverat, super se proclamarent. Missis igitur legalis sanctum Maxentium ad comitem Girardo priore suo, & Helinanno altero monacho, qui de illatis injuriis quererentur, & fiduciam, ac conductum comitis quærerent, ipse abbas cum cæteris eo die forte ad quandam obedientiam sanctæ Mariæ Dolensis reversus est, ibi illos, quoadusque redirent, operiens. Redeuntes itaque legati dixerunt comitem sui captionem & universa quæ facta fuerant supradicto Præposito jussisse. Nam cum apud eum de sui
E abbatis captione & cæteris injuriis quererentur, respondit comes se nolle illos per suam terram transire euntes ad hoc placitum, in quo ecclesiam sancti Clementis Credonensis monachis Vindocinensibus auferre niterentur, cum & abbatia sanctæ Trinitatis sua esset, & in sua terra obedientias multas haberet. Cumque fiduciæ transeundi per terram suam & ducendi ad hoc placitum quoscumque vellent, quam audientibus Helia Cenomannensi comite, Herberto Toarcensi comite, Hugone de Liciniaco, illis pi-

Pictavis dederat, recordarentur, respondit se hoc recognoscere, & idcirco si aliquid amiserant reddere, transire autem illos nullo modo sinere. Interminando addidit etiam quia si Amatus de hoc placito se ita intromitteret, ut aliquo modo Vindocinenses monachi sancti Clementis ecclesiam amitterent, proculdubio nec suus episcopus, nec suus monachus esset. Unde conjici potest, quod comes monachorum Vindocinensium precibus vel pretio abbate cum suis & capi fecerit, & reverti compulerit. Hoc abbas audiens ipse quidem cum cæteris monachis & laicis hujus placiti consciis, & suæ rectitudinis testibus ad proprium monasterium reversus est; quatuor autem monachos, qui de prædictis injuriis quererentur, diversis viis misit. qui per diverticula euntes latenter, diffugiendo per vias silvosas cum maximo labore Burdegalam pervenerunt: ubi cum de Vindocinensibus monachis, quorum hortatu comes eorum abbatem, sicut conjecturis veris probatum est, capi fecerat, quererentur, nullam prorsus obtinuere justitiam. Nam cum se hujus captionis fuisse conscios omnes impudenter negarent, Mauritius sancti Florentii monachus, & Cellarius his verbis eorum impudentiam redarguit dicens: Prior sancti Clementis Credonensis apud S. Maxentium, uti tunc comes aderat, quæsivit a me, si sancti Albini abbas ad placitum suum iret, cumque ego respondissem illum jam in itinere esse, dixit se tales habere amicos, qui, si possent illum disturbarent, de qua disturbatione, si contingeret, se magnum gaudium habiturum. Propter quæ verba prædixi Domino Guillelmo abbati nostro, sicut & contigit, sancti Albini abbatem proculdubio in hoc itinere disturbandum. Cumque omnes machinamenta ejus perciperent, & ipse adhuc impudentius se ita dixisse negaret, inquisitus ab Amato quid inde dixerit, nescio quid mussitando protulit, se quasi satisfacturum inde promittens, si ipse præciperet. Amatus autem totum impune dimisit. Deinde sancti Albini monachi de sanctæ Trinitatis Vindocinensis monachis conquesti sunt eo quod sancti Clementis Credonensis ecclesiam injuste invasissent & violenter tenerent, quam ipsi ex dono Suhardi vetuli, & ejus filiorum Guarini & Suardi concessione per annos multos possederant, officinis, vineis, signis, libris, & aliis ornamentis ornaverant, & usque ad sanctæ Trinitatis Vindocinensis fundationem, & Gaufridi Martelli comitis tempus, qui vi sua & sine ratione aliqua illam sancto Albino abstulit, & sanctæ Trinitati donavit, pacifice tenuerant. Ad quæ Vindocinenses monachi nihil contradicentes, responderunt multas querelas inter se & sancti Albini monachos de hac ecclesia fuisse, sed Otbrannum sancti Albini abbatem, ducentis denariorum libris ab Orrico Sanctæ Trinitatis abbate acceptis, concordiam inde fecisse. Cumque hanc concordiam per Giraldi Ostiensis episcopi manum factam esse dicerent, restitit Haimarus sancti Albini famulus, qui fuerat Otbranni abbatis camerarius, probare paratus, quod Giraldus Ostiensis episcopus hanc concordiam neque fecerat, neque, cum facta Carnoti fuit, aderat. Cum vero hujus concordiæ cirographum non haberent, quandam aliam chartam legi fecerunt, in qua continebatur, quod secundum Otbranni abbatis promissum totum sancti Albini capitulum hanc concordiam concesserat. Quod sancti Albini monachi audientes veris testimoniis falsum esse ostenderunt. Stephanus enim S. Albini monachus, qui tunc magister scholarum fuerat, dixit se unum fuisse de calumniatoribus, Berardum, Motbertum, Clementem S. Albini secretarium, Andream rubeum, & alios plures nominans, ipsos etiam Vindocinenses monachi nihil omnino resisterent, sancti Albini monachi judicium flagitaverunt utrum abbas, quadam parte capituli contradicente, possessionem monasterii vendere possit. Amatus itaque secedens cum episcopis & abbatibus, & diu hæc omnia revolvens, tandem judicavit concordiam, quam Otbrannus & Orricus adeo religiosi abbates cum quadam parte capituli sancti Albini, quamvis altera contradicente, fecerant, non posse dissolvi. Cumque S. Albini monachi a singulis episcopis, Agennensi, & Nannetensi videlicet, abbatibus vero sanctæ Mariæ Dolensis & sancti Johannis Angeliacensis, Clericis autem Petro decano, Achelmo archidiacono Burdigalensibus, quos ipse Amatus ad judicium hoc faciendum secum advocaverat, quærerent utrum hoc judicium facerent vel consentirent, nemo eorum vel affirmavit vel negavit præter S. Johannis Angeliacensis abbatem, qui nec facere, nec consentire huic judicio coram omnibus professus est. Deinde sancti Albini monachi hoc judicium palam omnibus calumniati sunt, injustum esse & falsum & contra sanctorum canonum decreta prolatum proclamantes; poposceruntque ut vel ipse Amatus data sententia canonica hoc judicium corroboraret, vel ipsi canonicis sententiis id refutando improbarent. Ad quæ Amatus & cæteri hujus injusti judicii conscii nullum omnino dedere responsum; pluribus monachis clericis laicis aperte dicentibus hoc injustum videri judicium. Huic placito interfuerunt Simon Agennensis episcopus, Benedictus Nannetensis episcopus, Auldebertus Dolensis abbas, Ausculfus Angeliacensis abbas, Guillelmus abbas S. Florentii, & de monachis ejus Mauritius, Oliverius, Radulphus, Haimo. De monachis Vindocinensibus Frotmundus prior, Radulfus, Daniel, Gaufridus, Adelelmus. De monachis sancti Albini Girardus prior, Helinannus, Stephanus, Milo. De famulis eorum Haimarus Malpetit, David, Lucas, Ingelgerius. De clericis, Leodegarius archidiaconus Pictavensis, Radulfus archidiaconus Namnetensis, Achelmus archidiaconus Burdegalensis, Vvillelmus apulus, Guillelmus Salmurensis archipresbyter, Petrus decanus Burdegalensis, Petrus de Subisa.

Juvat hic pariter admonere, hanc ipsam inter monachos de ecclesia illa controversiam sententia Amati audita plene definitam quievisse: sed eo ipso anno 1093. sopita est tandem ex bulla Urbani papæ, quam hic ex eodem Baluzio subjicio.

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiis Girardo abbati sancti Al-

ANNO CHRISTI 1094.

Albini Andecavensis, & Bernoni abbati sanctæ Trinitati Vindocinensis salutem & apostolicam benedictionem. Anno Dominicæ Incarnationis millesimo nonagesimo tertio, pontificatus nostri quinto, indictione prima, cum essem in provincia Calabriæ apud monasterium sanctæ Mariæ, quod dicitur de Matina monachi sancti Albini Girardus prior, Milo Stephanus, adversus monachos sanctæ Trinitatis de Vindocino, Frotmundum priorem, Ingelbaudum Hostiarium, qui præsentes aderant, conquesti sunt, quod Vindocinenses fratres ecclesiam sancti Clementis Credonensis, quæ a monachis Sancti Albini juste secundum illorum temporum consuetudinem adquisita ac per triginta annos quiete & sine interruptione possesso, violenter ablatam injuste detinerent. Qui cum suis instrumentis & rationibus causam defendere niterentur, primo die proclamationis res diu & multum ventilata, nullo potuit fine terminari. Secunda vero die similiter multum discussa, ad nullum tamen est finem deducta. Die autem tertia, duodecimo scilicet Kalendas decembris, residentibus nobis in Anglone civitate Apuliæ, præsidentibus religiosis & venerabilibus tam episcopis quam sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus sive diaconibus, astantibus etiam nobilibus Romanis & comitibus Apuliæ gloriosissimis Boamonte & Guillelmo, re iterum diu & multum inquisita, tandem inspirante Deo lucidius eluxit in quam potius partem justitia declinaret. Cum enim utraque pars suis nobis allegationibus obviarent, & hinc pactionem abbatum, confirmationem pontificum Romanæ ecclesiæ legatorum, illinc vero legitimum introitum & canonicam triginta annorum possessionem nobis opponerent, nos qui omnium fidelium causa æqua lance pensare debemus, utriusque utilitati providentes, ipsam litem concordiæ convenientis æquitate decidere maluimus. Omnes igitur qui nobiscum aderant hanc sententiam collaudantes consentientibus prædictis utriusque cœnobii fratribus in manus nostras fidem pollicendo firmantibus concordia & pax inter eos hoc modo posita est, ut scilicet Vindocinenses monachi de his tribus ecclesiis aut ecclesiam Manitilium, vel sancti Saturnini sive Johannis super Ligerim, unam quam congregatio tota sanctæ Trinitatis elegerit cum omnibus quæ ad eamdem ecclesiam tam mobilibus quam immobilibus interius exteriusque ad præsens pertinet, infra dies triginta postquam domum redierint, monasterio sancti Albini in perpetuum tradant. Fratres itaque sancti Albini omnem litem, omnemque calumniam ex causa hac in manus nostras & Vindocinensium fratrum refutaverunt. Vindocinenses vero unam supradictarum ecclesiarum in nostras manus reddiderunt, & per nos eosdem monachos investierunt. Præsenti igitur auctoritate fraternitatem vestram admonemus, & præcipimus, ut hoc pactum a nobis intentione pacis & quietis dispositum & statutum omni tempore deinceps ratum & inconvulsum teneatis & observetis. Quæcumque autem pars hanc nostræ decisionis sententiam non susceperit vel transgredi præsumpserit tam canonum severitati subjaceat, quam legitimæ compositionis pœnam, idest auri centum librarum, sustineat, & a causa penitus cadat. Data Tarenti VIII. Kalendas decembris.

AD REMENSE CONCILIUM

Anno 1094. die XV. Kal. octobris celebratum

ADDITIO.

An. 1094.

IN *hoc ipso concilio, recusata ad id usque Atrebatensis episcopi Lamberti professio, quam metropolitano suo debebant omnes suffraganei, admissa & approbata est. Illum enim in Remensi synodo die XV. Kal. octobris anni* 1094. *excepisse se Rainaldus Remensis episcopus in epistola ad Robertum, legenda in appendice epistolarum Urbani apud Labbeum to. XII. pag. 764. testatur. Formulam in quam juravit Lambertus accipe ex libello de restit. episcop. Atrebat. apud Baluzium Miscell. to. V. pag.* 271.

Ego Lambertus Atrebatensis sedis ordinatus episcopus tibi, pastor Raynolde, & privilegio Remorum ecclesiæ tuisque successoribus secundum sacros canones & decreta sedis apostolicæ ex sacris canonibus ac legibus promulgata pro scire & posse me obediturum promitto. Pro ejusdem quoque metropolitani publicis & privatis negotiis studio, consilio, societate me elaboraturum & absque illius consensu nullum me præbere in magnis negotiis vel ordinationibus assensum, nisi in eo quod pertinet ad propriam parochiam meam profiteor, & huic professioni meæ coram Deo & sanctis ejus sub testimonio quoque præsentis ecclesiæ subscribo in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Facta est autem hæc professio Remis, mense septembri XI. Kal. octobris, die natali beati Matthiæ apostoli, & evangelistæ indictione II. anno autem Dei Christi MXCIV.

ANNO CHRISTI 1094.

AD CONCILIUM EDUENSE

In causa Philippi Francorum regis anno 1094. celebratum

Canon additus.

Quanquam concilium istud ab Hugone Lugdunensi archiepiscopo in Philippum Francorum regem coactum est, nonnulla tamen disciplinæ capita statuisse argumento est canon, quem ex eodem concilio laudat Stephanus Tornacensis in epistola prima ad Robertum Pontiniacensem.

Nullus abbas vel monachus canonicos regulares a proposito professionis canonicæ revocare, atque monasticum habitum suscipere audeat ut monachi fiant, quamdiu ordinis sui ecclesiam invenire queant, in qua canonice vivendo Deo servire, & animam suam salvare possint. Quod si temerario ausu id agere temptaverint, anathematis vinculo obligentur.

Quandoquidem vero Labbeus cum hoc Eduensi concilio Augustodunense ab eodem Hugone Lugdunensi archiepiscopo A. S. L. eodem anno 1094. celebratum conjungit; juvat hic literas ejusdem Hugonis ad hoc concilium invitantes dare ex Baluzio Miscellan. to. VI. pag. 423.

LITERÆ HUGONIS LUGDUNENSIS ARCHIEPISCOPI

Ad Lambertum episcopum Atrebatensem quibus eum invitat ad concilium Augustodunense.

Hugo Lugdunensis archiepiscopus apostolicæ sedis legatus venerabili in Christo fratri Lamberto Atrebatensi episcopo salutem.

Novit fraternitatis vestræ dilectio quam frequentibus domni papæ Urbani literis de convocanda in Gallia synodo sim commonitus & obedientia adstrictus, & quod diutius onus illud suscipere recusaverim. Quia vero ulterius repugnare nec volui, nec debui, tandem consilio domni abbatis Cluniacensis, & religiosorum virorum episcoporum, atque abbatum apud Augustidunum idus octobris concilium habendum designavimus; ad quod dilectionem vestram apostolica auctoritate invitamus. Et quamvis credamus vos non ignorare quid de carissimo fratre nostro Remensi archiepiscopo, vel de privilegio, quod ab apostolica sede accepit domnus papa nobis mandaverit, ipsa tamen ejus scripta vobis direximus, quibus nos de eis post aliqua in hæc commonuit verba. Et nos Remensi ecclesiæ debitam reverentiam conservantes in privilegio quod confratri nostro Rainaldo archiepiscopo dedimus & statuimus, ne ejus causæ alterius nisi Romani pontificis arbitrio decidantur, quod & de cæterorum episcoporum majoribus causis C canonum scita constituerunt. Quod videlicet ita sentiendum est, ut nullus Primas quasi pro peculiari ecclesiæ suæ reverentia id præsumat exigere. Cum vero Legato Romani pontificis subiicitur, ipsi soli subiicitur, cujus per legatum vices aguntur. Et ipsum ergo Remensem, & cæteros qui legationi tuæ solent esse subjecti ad concilium tuæ solicitudinis studium convocet, & ecclesiæ sanctæ utilitatibus omni dissimulatione seposita ferventer insudet. Juxta hæc ergo domni papæ verba ad denominatum concilium fraternitatem vestram cum abbatibus vestris apostolica auctoritate invitamus, quia de amicitia vestra confidimus, & in re tanta utile amici consilium & pernecessarium nobis D esse scimus. Nos quoque consiliis tuis acquiescere Deo volente parati sumus.

AD PLACENTINUM CONCILIUM

contra simoniacos & schismaticos anno 1095. celebratum

ADDITIO.

An. 1095. Concilii hujus canones quidam extant, acta integra non extant, ut ex iis quæ apud Labbeum congesta sunt, facile omnes E intelligunt. Ego canonis secundi additamentum quoddam, quod in tractatu Gerhoi adversus simoniacos in anecdotis Martene to. V. pag. 1471. deprehendi proferam, tum & addam fragmentum quoddam actorum ejusdem concilii desumptum ex annalista Saxone Eccardi ad A. 1000. Ita ergo canon II. apud Gerhoum.

Placentinum concilium præsidente Urbano papa celebratum dicit.

Quidquid in sacris ordinibus, vel in ecclesiasticis rebus data vel promissa pecunia *obsequio*, aut *lingua* acquisitum est, nos irritum esse, & nullas vires unquam obtinere censemus.

An-

NNO RISTI 095.

ANNO CHRISTI 1095.

Annalista Eccardianus: de ordinationibus vero ejusdem Wicberti Urbanus papa in Placentino concilio tale decretum promulgavit, inter cætera dicens:

Ordinationes quæ a VVicberto hæresiarcha, postquam ab apostolicæ memoriæ Gregorio, & a Romana ecclesia est damnatus, & a cæteris hæresiarchis nominatim excommunicatis, & ab his, qui catholicorum & adhuc viventium episcoporum sedes invaserunt factæ sunt, irritas esse omnino judicamus; qui vero ab episcopis quondam quidem catholice ordinatis, sed in hoc schismate a Romana ecclesia separatis consecrati sunt, eos nimirum servatis propriis ordinibus misericorditer suscipi jubeatis; si tamen vita, & scientia eos commendat, & his nostris decretis cognitis mox ab errore ad catholicam ecclesiam transierint, & nobis nostrisque imperatis se per omnia obedire promiserint. Amodo vero quicumque a prædictis schismaticis, sanctæque ecclesiæ adversariis se ordinari permiserint, nullatenus hac venia digni habeantur: quamvis autem misericordiæ intuitu, magnaque necessitate cogente, hanc in sacris ordinibus dispensationem constituerimus, nullum tamen præjudicium sacris canonibus fieri volumus, sed obtineant proprium robur; nam cessante necessitate, illud quoque cesset, quod pro necessitate factum est. Ubi enim multorum strages jacet, subtrahendum est aliquid severitati, ut amplius addatur caritati.

Huc etiam facit diploma sequens Urbani papæ II. in quo de celebri lite inter Tricastinos, Arausicanosque sopita in concilio testimonium fertur.

Gall. ist. nov. tom. ig. ap- l.

Urbanus &c. Ad præsentium notitiam & futurorum memoriam non latere volumus, quoniam inter Tricastinos & Arausicos diuturna contentio habita est, Tricastinis quidem de unitione, Arausicis vero de parochiarum ecclesiarum divisione contestantibus. Et concertatio cum reverendissimo pontifici Gregorio prædecessori nostro.... Arausici... literas dirigens, legatum pro hujus rei discussione ad eos se missurum pollicitus est: quod tamen postea... indagare nequivimus. In hac autem suspensione..... G.... ecclesiam episcopus electus & consecratus est. Tricastinus ergo episcopus Pontius Arausicensem ecclesiam afferens per multos annos a suis prædecessoribus fuisse possessam; querelam hanc cum ad nostras aures pro multis ecclesiæ Romanæ persecutionibus proferre non posset in pluribus transalpinis conciliis exponi procuravit. Novissime cum ad nostram notitiam pervenisset, nos quoque eam ad concilii proxime celebrandi audientiam differri præcepimus. Interim venerabili fratri nostro Guillelmo Arausicensi episcopo significare curavimus, ut ad synodum veniens, se ad defendendum hujusmodi negotium præpararet. Cum autem venisset, ipse quidem divisionis istius canonicas causas proferre non potuit; Tricastinus vero post diuturnam & plusquam centenariam possessionem venerabilium pontificum Romanorum, & Gregorii, & Alexandri privilegiis, causæ suæ partes tuebatur. Quare nos de Gregorii decreto, quo ab ipsa fuit ecclesia potitum, quædam inter fratres nostros quæstio orta est, placuit alium adhuc definiendi causæ terminum adhiberi, in quo, & Arausicensis episcopus, si quam posset, defensionem nancisceretur, & Tricastinæ ecclesiæ clerici de eodem privilegio nos jurejurando facerent certiores. Cumque.... convenissent & confrater noster Arausicensis episcopus, sicut promiserat non venisset, nec excusationes aliquas præmisisset, & tunc nobis placuit negotii finem in tempus aliud protelari. Cæterum clericis, & itineris difficultates, & rerum longa dispendia prætendentibus, nec longiores posse moras pati instantissime proclamantibus, visum est fratribus nostris tam episcopis, quam & nostræ apostolicæ ecclesiæ cardinalibus, ut Tricastinorum clericorum satisfactionem suscipere deberemus. Tres itaque Tricastinæ ecclesiæ clerici super evangelia sacrosancta jurarunt se vidisse & legisse Romani pontificis Gregorii bullarum privilegium Bonifacio Tricastino episcopo attributum, per quod prædictæ ecclesiæ fuerant counitæ. Cujus videlicet privilegii tenorem secutus S. memoriæ pontifex Alexander II. præfatas ecclesias censuerat sub uno semper episcopo permanere. Post hoc Arausicensis episcopus cum ecclesiæ suæ clericis veniens, eas quas præsignavimus Gregorii papæ VII. literas, detulit; alia quoque chartarum monimenta monstravit, quibus & rerum veritas certius claruit, & Tricastinorum relatio vires accepit. Et nos ergo instrumentis talibus roborati secundum fratrum nostrorum judicium præsenti decreto sancimus, ut defuncto fratre nostro venerabili episcopo, qui ad præsens Arausicensi ecclesiæ præsidet, utraque mox ecclesia in pristinam redeat unitatem; nisi forte post proximam quam præparante Domino expectamus Pentecosten infra unius anni spatium .... constiterit eas certo Romani pontificis præcepto, & decreto fuisse divisas. Alioquin omnis sopiatur... ut defuncto confratre nostro superius nominato episcopo eadem ecclesia ad aliam transeat. Illa vero quæ hactenus prima habita est, & deinceps principatum obtineat. Ita tamen ut episcopus qui utrique præfuerit nihil de proventionibus clericorum, redditu, ornatu, ministeriis, quæ vel quomodocumque in alterius patrimoniis habentur, modo quocumque vel occasione qualicumque patiatur imminui. Si quis vero hanc nostræ constitutionis paginam &c. Actum Cremonæ XVII. Kal. maij ..... anno Dom. Incarnat. MXCV.

Denique in MS. codice bibliothecæ cathedralis Lucensis, in quo Burchardi decreta, & ad

ANNO CHRISTI 1095.

& ad illa anonymi cujusdam additamenta quædam extant sub hoc ipso concilii Placentini tempore scripta, post vulgatos hujus concilii canones, hoc, quod subdo, additamentum legitur, quod occasione postremi canonis hujus concilii scriptum, vel forte etiam in eodem concilio coram patribus lectum suspicor.

DE OBSERVATIONE JEJUNIORUM QUATUOR TEMPORUM,

Et de ordinatione facienda in initio quadragesimæ & hebdomadæ Pentecostes.

Licet nova consuetudo ecclesiæ nulla fulta auctoritate semper numeret inter jejunia & ordinationes quatuor temporum primam hebdomadam primi mensis martii, & secundam quarti, ideft junii; vetusta auctoritas sanctorum patrum est, ut in initio quadragesimali, & in hebdomada pentecostes debeant observari.

Unde Leo papa ait: *hujus observantiæ utilitas dilectissimi in ecclesiasticis præcipue est constituta jejuniis, quæ ex doctrina S. Spiritus, ita per totius anni circulum distributa sunt, ut lex abstinentiæ omnibus sit adscripta temporibus. Siquidem jejunium vernale in quadragesimam, æstivum in Pentecostem, autumnale in mense septimo, hyemale autem in hoc quidem decimo celebremus.*

Gelas. in Ep. ad Ep. Lucan. can. XI. (a) In vulgatis Gelasii est *jejunii*.

Item Gelasius: *Ordinationes sunt presbyterorum & diaconorum* quarti mensis jejunio, septimi & decimi, sed etiam quadragesimalis initii. (*a*) ac mediana quadragesimæ die sabathi. ac proinde B. papa Gregorius & Felix, octavus ejus Simachus, atque Simplicius leguntur, ordinationes in februario celebrasse, scilicet quadragesimali tunc initio concurrente. De jejunio autem quarti mensis a Gelasio dicti, quod juxta Leonem papam semper est in hebdomada Pentecostes, a multis ambigitur. Sic enim Leo papa inquit de jejunio & ordinatione ejus. *Post perceptum sancti spiritus donum* salubriter & necessarie consuetudo est instituta jejunii, ut si quod forte inter ipsa festivitatum gaudia negligens libertas, & licentia immoderata præsumpsit, hoc religiosæ abstinentiæ censura castiget, quæ ob hoc quoque studiosius exequenda est, ut illa in nobis, quæ in hac die ecclesiæ divinitus sunt illata perveniant.

Item. repletis namque apostolis virtute promissa, & in corda eorum spiritu veritatis impresso, non ambigimus inter cætera cœlestis doni sacramenta, doctrinam, ac spiritualis continentiæ disciplinam de Paracliti magisterio divinitus fuisse conceptam ut sanctificatæ jejunio mentes conferendis sibi charismatibus fierent aptiores, in quibus duobus exemplis satis ostenditur ad conferendos sacros ordines ab apostolis jejunia constituta fuisse.

Sicque jejunia quadragesimalis initii ac Pentecostes ad formam septimi & decimi in libris scribuntur sacramentariis: unde quarta feria primi termini duo lectiones leguntur de jejunio quadragesimæ; sabatho autem pentecostes, qui est terminus secundus duo loquuntur de veteri observatione ejusdem. Quarti vero mensis jejunium a Gelasio ideo dicitur, quia sabathum hebdomadæ pentecostes sæpius in quarto, quam in tertio mense reperitur.

Sic enim a tempore nomen hoc habet, sicut quodlibet a loco, in quo sæpius habitat. Propter quod jejunium quoque initii quadragesimalis potest dici jejunium primi mensis quia sæpius sabathum esse in mense primo, quam in februario invenitur. Quorum quatuor mensium prophetia Zachariæ significativa est, dicens jejunium primi, & jejunium quarti, jejunium septimi, & jejunium decimi erit domui Juda in gaudium & lætitiam & in solemnitates præclaras. Initio autem quadragesimalis jejunii bene ordinatio sacri ordinis competit, sicut Christus post baptismum Spiritu Sancto declaratur, mox jejunavit, & discipulos ad sacrum ordinem elegit, sic quoque apostoli Spiritus Sancti baptizati mox jejunantes diaconos consecrantes elegerunt, sic Moyses post descensam Spiritus sancti in igne loquentis quinquagesimo die egressionis post jejunium Aaron cum filiis consecravit. Et sic sacer est numerus quatuor temporum ex numero quatuor fluminum, quatuor virtutum, quatuor elementorum. Hæc sunt jejunia quæ sanctus Gregorius genti Anglorum prædicari præcepit. sunt quatuor jejunia, quatuor temporum anni, ideft veris, æstatis, autumni, & hyemis. Jejunium primum in prima hebdomada quadragesimæ. Jejunium secundum in hebdomada post Pentecosten. Jejunium tertium in plena hebdomada ante autumnale æquinoctium. Jejunium quartum in plena hebdomada ante natale Domini. Jejunium in feria VI. per totum annum, nisi a pascha usque ad pentecostem, aut si major festivitas fuerit.

ANNO CHRISTI 1095.

AD CONCILIUM CLARAMONTANUM

Ab Urbano papa II. anno 1095. celebratum

ADDITIO.

An. 1095. *DE Claramontano concilio satis multa allata sunt in medium a Labbeo, & Veneto illius editore, ut nulla superesse censeri potuerint, quæ operam hanc nostram expostulent. Adhuc tamen nonnulla legenti occurrerunt, quæ hic præteriisse pigeret. Primo igitur offert sese canon, quem* ex decretis Claramontensis concilii *laudat Lambertus Atrebatensis in registro epistolarum epist. 70. ad Manassem Remensem apud Baluzium Miscellan. lib. 5. pag. 328. Succedit charta quædam a Mabillonio Annal. O. S. B. to. IV. num. 25. vulgata, in qua de excommunicatione in pervasorem quemdam ecclesiæ S. Flori a Cluniacensibus possessæ, cui & alteram adjunximus chartam apud eumdem Mabillonium to. V. num. 39. appendicis de controversia cum Archimbaldo V. Domino Borbonensi, & monachis Silviniacensibus in eodem concilio discussa. Ac tandem literas damus Urbani II. ex eadem synodo scriptas ad Berengerum abbatem S. Laurentii Leodiensis, in quibus de lato a se in concilio anathemate adversus Otbertum Leodiensis episcopatus invasorem certiorem illum facit. Hanc epistolam eruimus ex Collect. Monum. Martenii to. I. pag. 553. eamque datam ex concilio Claramontano censet idem Martene to. V. in adnot. ad historiam monasterii S. Laurentii pag. 1075.*

EX DECRETIS CLARAMONTENSIS CONCILII

Si quis episcoporum cœperit vel incarceraverit perpetuæ infamiæ subjaceat, alterius arma non exerceat; & clamatum est ab omnibus: fiat.

Quoad canonem XXXI. hujus concilii aliter ille legitur in actis Labbei, aliter vero apud Gratianum, ut idem Labbeus notat; cui lectioni Gratiani auctoritatem conciliat epistola Paschalis II. papæ ad Ivonem Carnotensem (Gall. Christ. to. VIII. nov. edit pag. 307. appen.) qui tamen aliquanto aliter ac Gratianus eumdem canonem effert. En verba ejus qui pariter episcoporum concilio præsentium numerum aliter definit, ac extat in codice Lamberti Atrebatensis, de quo Labbeus.

Omnium siquidem episcoporum, clericorumque rebus provisum est, cum in Arvernensi concilio considentibus archiepiscopis duodecim, episcopis 82. a Domino prædecessore nostro beatæ memoriæ Urbano salubriter est statutum:

Si quis episcoporum seu presbyterorum aut aliorum clericorum deficientium (*a*) res invaserit usque ad satisfactionem excommunicetur.

(a) Apud Gratian. deest illud *deficientium*.

EX CHARTA DE ECCLESIA S. FLORI.

Quam ob causam domnus Stephanus tunc S. Flori prior compulsus est ante Dominum Urbanum papam in Claramontensi concilio de prædicto Bernardo Geraldi & filiis ejus querimoniam facere. Quos Dominus Urbanus papa de hac causa in ipso concilio publice excommunicavit, donec prædictam ecclesiam monachis S. Flori liberam & quietam dimitterent &c.

EX PLACITO INTER ARCHIMBALDUM V

Dominum Bordonensem & monachos Silviniacenses tempore S. Hugonis.

CUm nequaquam sui promissi memor (Archimbaldus) ea quæ promiserat irrumpere cœpisset, prævidens domnus abbas jam jamque, ut ita dicam beati Petri rempublicam labefactari, totis viribus tam immani se obiiciens periculo in illa magna synodo, quæ apud Arvernensem celebrata est civitatem, Domini papæ auribus hæc intimavit. At vero isdem papa ut semper paratus erat omnibus jam dicti patris obtemperare votis, evocato ad concilium Archimbaldo ad hoc coegit, ut promitteret se juxta consilium archiepiscopi Bituricensis & episcopi Aniciensis, Guillelmi quoque de Basia & aliorum quorumdam nobilium virorum cuncta prave a se contra Dominum abbatem gesta emendaturum.

EPISTOLA URBANI II. AD BERENGERUM

Abbatem S. Laurentii Leodiensis.

URbanus episcopus servus servorum Dei dilecto in Christo fratri Beringero (*b*) abbati salutem & apostolicam benedictionem.

Gratias agimus Deo pro vobis in gratia Dei quæ data est vobis, qui in hoc malo tempore, cum omnis pene Gallia erroris caligine jacet immersa oculos mentis vestræ ad cognitionem veritatis illuminavit, ut ad amorem justitiæ, & catholicæ fidei defensionem, igne sui spiritus cor vestrum accendat. Gratias illi qui vos præclaro calice gratiæ suæ inebriavit, & spiritum Domini in ratione vestra ferventem ad tolerantiam multiplicis injuriæ paratum reddidit, & ad perferendos labores & pericula pro defensione veritatis excitavit. Quod Dei mu-

(*b*) Beringerus ex priore Andagiensis monasterii S. Auberti factus primus prior S. Laurentii Leodiensis, deinde abbas creatus, in locum Voolbodonis abbatis ab Henrico episcopo depositi omnium fratrum suffragiis suffectus est anno 1075. MARTENE

munus speciale esse non dubitamus, qui provida dispensationis suæ gratia electos suos persecutionis tempore utiliter probat & discutit; sed ne penitus aberrent, aut labefactati funditus dejiciantur, potentia virtutis suæ sustentat, ut ad omnia propter se sustinenda paratiores fiant, fortiores excitat. ante hac ut pro certo compertum habemus, aliis pro defensione veritatis & justitiæ laborantibus, cum omni officio caritatis subvenire solebatis & cum magna cordis lætitia, & vultus hilaritate, sanctorum necessitati supra vires vestras ministrare, simoniacos, & Wibertistas, novos ecclesiæ hostes, validis verborum jaculis impetere, & nutantem rationis eorum murum ariete fidei pulsare, & athletas Dei, qui in acie christianæ religionis defecerant, confortare. Nunc ergo devotionem vestram pietas divina inspexit, & tandem majestas excelsa dignatur ut pro eo patiamini, qui pro vestra gloria crucis ignominiam ferre non erubuit. Huic tanto cœlestis gratiæ beneficio prudentia vestra debet respondere aliquid, & calice salutari gratanter accepto gloriam & honorem æterni regis quærere, & in omni vitæ vestræ statu nomen ejus, qui vobis tribuit intellectum, invocare, laudare, benedicere & magnificare. Nec damna rerum temporalium vos debent movere, neque quod H. (a) homo christianæ pacis eversor & ecclesiarum sacrilegus venditor, Romani imperii destructor, hæreticorum auctor & defensor, vos de ecclesia vestra per satellitem suum Obertum (b) episcopum expulit, curare. Nam si patrem familias Beelzebuch invocavit, quanto magis domesticos ejus? Si Romanæ sanctæ & apostolicæ ecclesiæ funestas manus intulit, mirum vobis videtur, si usque ad vos gladius insaniæ ejus pervenit. Si sacerdotem summum, cui omnipotens Dominus per Petrum singulari privilegio potestatem aperiendi & claudendi quibus voluerit januas cœlestis regni dono dedit, de cathedra pontificali tirannice exturbavit, & pro eo statuam auream in loco sancto erexit, & ad adorandum eos, quos potest cogit: turbamini quod vos violenter expulit, & in loco vestro fictile & conflatile idolum abhominationis collocari fecit. Immo potius gaudete, quia Deus laborum sanctorum suorum consortem vos vult esse. Si rapinam bonorum temporalium pro Christo ferre non vultis, quomodo mortis asperitatem pro christiana veritate sustinere gauderetis? Credo quod voluntas Dei est, immo divinæ propitiationis opus, ut aliqua vis humana fossam illam maledictionis & nequitiæ vos compellat exire, ne justus Loth pereat cum injustis, ne sanctitatis vestræ speculum admittat quicquam contagionis ex cohabitatione malitiæ circumstantis. Quis enim murus staret inconcussus, quæ mens immobilis in sua firmitate permaneret, ubi crassi sues grunnirent assidue, ubi innocentiæ vestræ simplicitatem turba malignantium obsideret? Obertus Antichristi signifer, sathanæ jumentum, perfidiæ Simonis manifestus sectator, apostolicorum judiciorum contemtor, ecclesiæ quantum in ipso est conculcator, ecclesiarum quas in suam perditionem temerarius emtor invasit, prædo & destructor & prophanus venditor num minus intonaret, nunc diabolicis blandimentis astutiæ caput vestri rigoris incurvare contenderet. Quem nos ex decreto concilii a nobis nuper acti damnatum auctoritate Dei & beati Petri, & sanctæ Romanæ ecclesiæ, cui auspice Deo deservio, jam excommunicavimus, & cum suo Wiberto bestia terribili & varia, quæ ascendit de mari, & facit bellum cum sanctis, quam adorant, quorum non sunt nomina scripta in libro vitæ & agni, portionem maledictionis ei dedimus pro eo quod simoniacus est, & episcopatum data pecunia usurpavit, & quia vos injuste de loco vestro ex præcepto sui regis expulit, & eum qui propter contumaciam & inobedientiam publico judicio abjudicatus & condemnatus erat, accepta ab eo pecunia supposuit & quia cuidam Lupo (c) & simoniaca hæresi, & aliis capitalibus culpis publice & juste damnato manus imposuit. Similiter & illum ecclesiæ prophanum pervasorem damnavimus, & excommunicavimus Wolbodonem, quia simoniace ac tyrannica potestate per male acquisitam pecuniam abbatiam vestram, & locum unde per insolentiam suam, sicut diabolus de cælo deciderat invasit (d) & cum eo omnes malitiæ ejus adjutores & fautores. Omnes quoque quibus ipse oblationes fidelium res ecclesiæ, & prædia divinis usibus tradita vel vendidit vel dedit, pariter cum illo a gremio sanctæ ecclesiæ apostolica auctoritate pellimus, anathematizamus, damnamus, & sacrilegos judicamus, usque dum sua ecclesiæ restituant. Vos autem, frater carissime, gaudete, quia rex Israel filium suum vult super flumina Babylonis sedere & flere, & ad reditum in terram promissionis libero cordis affectu suspirare, non in ipsis fluminibus & studiis sæcularibus implicitum interire. Summa nostræ voluntatis est, ut teneat prudentia vestra quod ratio persuadet, scriptura divina testatur, sanctæ religionis ordo requirit, martyrum sanguis insinuat, mater no-

(a) Henricus IV. rex Romanorum hujus nominis III. imperator, qui schisma in ecclesia suscitavit, in sedem sancti Petri sublimato Vviberto, & exturbato Gregorio VII. sanctissimo. MARTENE

(b) Otbertus Leodiensis S. Crucis præpositus defuncto anno 1091. Henrico episcopo, ad Henricum regem confugit, & magna pecunia episcopatum ab eo comparavit, qui statim Beringerum abbatem expulit, & Vvolbodonem restituit, uti scribit author coævus historiæ S. Huberti. MARTENE

(c) Sive Luponi abbati Trudonensi qui ab Henrico Leodiensi pulsus sua dignitate fuerat. Vide chron. Trud. Spicileg. to. 7. MARTENE

(d) Hinc de eo antiquus auctor historiæ S. Laurentii a nobis edendus (edidit to. IV. Vet. Monum.) *Pecuniam*, inquit, *multam a mercatoribus hujus patriæ mutuo accepit, quam de ecclesia ista persolveret: Unde ipse rex trecentas marcas habuit. Obertus autem non parvam inde partem accepit.* MARTENE

ANNO CHRISTI 1095.

nostra, sancta scilicet ecclesia præcipit, & commendat. Veritas ipsa, ut ad veritatem nos converteret, mori voluit, nihilque animas nostras, nisi sola veritas a potestate Diaboli liberabit. Salutant vos in Christo, & qui vobiscum sunt fratres vestros in præsenti nobiscum congregati episcopi, clerici, abbates, & monachi, ut memoriam nostri in vestris sanctis orationibus habeatis, ut pro pace nostra, & sanctæ ecclesiæ eum qui natus pacem terris attulit, quique suo sanguine eam sibi desponsavit, rogetis suppliciter exoramus. Carissimus filius noster Gerbertus, harum literarum gerulus, quando, ubi, quomodo, cum quibus ad nos sine impedimento Sathanæ venire possitis, secreto indicabit vobis. Bene valete.

Ad hoc ipsum concilium pertinet sequens synodica apud Baluzium Miscellan. tom. VI. pag. 375.

Urbanus episcopus servus servorum Dei universis in clero & populo Cameracensi salutem & apostolicam benedictionem.

In concilio apud Clarum montem Arverniæ celebrato cum pro electione dilecti filii nostri Manasses & item Gualcherii a vobis facta quæstio habita, & diligenti fuisset investigatione tractata, patuit Manassem quidem a vobis canonice electum; Gualcherium vero contra sanctorum canonum auctoritatem in vestram se ecclesiam intrusisse. Totius igitur concilii judicio placuit Gualcherium quidem, tanquam invasorem a vestra ecclesia propellendum, Manassem vero electioni suæ & ecclesiæ vestræ restituendun. Gualcherius itaque suæ conscientiæ male fidens, & justitiæ sententiam audire permetuens, concilio se subtraxit. Tertio igitur evocatum cum omnino subterfugisset, nos ejus fugam pro confessione habentes, secundum universalem concilii sententiam ex sanctorum canonum auctoritate prolatam ab omni episcopali ordine deposuimus, & Manassem electioni suæ & vestræ ecclesiæ restituimus, collaudantibus, & corroborantibus tam metropolitano vestro Remensi antistite, quam & universis ejusdem metropolis suffraganeis. Nunc vos literis præsentibus commonemus, & apostolica auctoritate præcipimus, ne Gualcherium ulterius recipere præsumatis, Manassæ autem tanquam vestro vere catholico episcopo obedientiam plenius impendatis. Neque vos lateat Gualcherium anathemati esse subjectum, si se ulterius de ecclesiæ vestræ prælatione profana præsumptione intromittere tentaverit. Si quis igitur deinceps his decretorum nostrorum præceptis contraire præsumpserit, omnipotentis Dei, & apostolorum ejus indignationem inveniet & ultionis apostolicæ gladio ferietur. Omnes autem qui Gualcherio fidelitatem juraverunt, ab ejusdem sacramenti vinculo apostolica auctoritate absolvimus. Data apud Arverniam II. Kal. decembris.

Postremo additamentum haud contemnendum ad acta concilii hujus præbet adnotatio quædam superaddita a veteri quodam scriptore in codice MS. decreti a Gratiano congesti, qui codex, sæculi, ut conjicio XII. exeuntis, in bibliotheca PP. congregationis Matris Dei Lucensis servatur. Ita vero ibi lego.

Item Albino. Congregato apud Claramontensem urbem multorum coepiscoporum synodali conventu proposita est nobis a quibusdam quæstio de ecclesiis vel ecclesiasticis progressionibus a clericis vel monachis usque in præsentiarum inconsultis episcopis acquisitis. Nos autem usi saniorum consilio eorum . . . . condescendentes providentesque ecclesiarum pace vel . . . . scandali periculo hujusmodi, quod non poterat procedere apostolica auctoritate decrevimus, ut ea quæ a clericis, vel monachis a quibuscumque personis prout potuerit usque hodie fuerit acquisita, rata probentur, & inconcussa permaneat, hoc tamen tenore, ne in posterum episcopis inconsultis talia præsumant. *Notæ ad caus. 16. quæst. 6.*

Postremas omnium subjicio chartas geminas vulgatas a novissimis Galliæ Christianæ editoribus eruditis in appendice Instrumentorum tom. II. pag. 449. quarum prior est epistola Ademari Engolismensis episcopi, absentiam a concilio suam apud pontificem excusantis; alteram vero è concilio dedit Pontifex Urbanus II. ad canonicos Engolismenses, qua largitionem ipsis ab episcopo suo factam ratam habet.

ADEMARI ENGOLISMENSIS AD URBANUM PAPAM II. EPISTOLA.

D*Omino papæ Urbano Engolismensis ecclesiæ sacerdos indignus Ademarus salutem & debitam obedientiam.*

Quoniam Arvernis, ubi me vocastis, pater reverende, adesse non possum, graviter tolero, adsum tamen præsens spiritu; per omnia mandatis vestris obediturus, quem gravis incommoditas a vestris modo defraudat jocundis obtutibus. Ut enim verum fatear, præter illa quæ circa nos sunt quotidiana bellorum incommoda, tanta me corporis infirma affecit imbecillitas, ætatis ingravescens ponderavit antiquitas, ut equitandi laborem amiserim, ipsa vita pene mihi sit oneri. Excusatam igitur habeat gravedinem imo impossibilitatem meam vestra paternitas, & compatiatur pedibus vestris prostrato seni discretionis apostolicæ mansueta caritas. Præterea unum quid, domine mi vestræ suggero paternitati, quem ut dignum est, favoralis exhilarate visitatione rescriptionis. In ecclesia mihi commissa præpositura quædam fuit, quæ ab antiquo & per precium, & per ambitionem adquirebatur, & quasi jure hæreditario possidebatur. Hanc quoniam præceptis vestris, utpote canonicis obedire volebam, in communes usus canonicorum nostrorum, Deo gratias, in commune viventium, in perpetuum profutura transfundens attribui. Et ne de cætero eis auferatur, scripto & excommunicationis nostræ officio confirmavi. Supplico igitur paternitati vestræ ut participes sitis ejusdem eleemosinæ ut super inquietatores, si qui emerserint, gladium Sancti Petri extendatis & tuitione vestra ecclecle-

ANNO CHRISTI 1095. 1096. clesiam Engolismensem lætificetis, & respectu apostolico, quod canonice petimus corroboretis. Orantem pro nobis paternitatem vestram Dominus ad perpetuam dirigat tranquillitatem.

URBANI II. PAPÆ EPISTOLA

Ad canonicos Engolismenses, qua præpositura de Juliaco attributionem ipsis ab Ademaro factam confirmat.

URbanus *episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Engolism. ecclesiæ canonicis salutem & apostolicam benedictionem.*

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro ecclesiarum statu sollicitos esse, & quæ recte statuta sunt stabilire. Illam igitur constitutionem quam venerab. frater noster Ademarus episcopus de præpositura illa constituit, quæ est in villa Juliaco in pago Sanctonensi nos litterarum præsentium auctoritate firmamus. Constituimus enim ut præpositura eadem nulla unquam venalitate distrahatur, nulla unquam vel consanguinitatis vel successionis occasione fratrum communiter in Engolismensi ecclesia viventium gubernationi & victui subtrahatur; ita ut, nec episcoporum Engolismensium alicui liceat illius villæ, seu præposituræ redditus in usus alios vendicare, sed tam ipsa, quam cætera quæ juste hodie possidetis, & quæcumque vel de amissis recuperare, vel aliunde legitime poteritis adquirere, vobis vestrisque successoribus in communi vita permanentibus integra semper & illibata permaneat. Si quis vero constitutioni huic & decreto nostræ auctoritatis pertinaciter contraire temptaverit, per convenientes inducias monitus, nisi satisfactione congrua emendaverit, S. Spiritus gladio & apostolicæ districtionis ultione plectatur. Data apud Clarum montem Arverniæ XI. Kal. Dec. per manum Johannis S. R. E. diaconi cardin. indict. III. an. Dom. MXCVI. pontif. domini Urbani II. P. P. VIII.

COMPENDIENSE CONCILIUM

Quo Hugo de Inciaco Cameracensi episcopo infensus, anathemate repreßus est,

Anno 1095. a Rainoldo Remensi archiepiscopo celebratum.

An. 1095. circiter Apud Baluz. Miscell. t. V. pag. 285.

DE concilio hoc nihil uspiam occurrit, præterquam verba hæc in epistola Rainoldi Remensis ad Lambertum Atrebatensem. *Liquere vobis credimus quoniam in concilio, quod Compendii celebravimus, ad clamores Gerardi Cameracensis episcopi omnium præsidentium judicio in eum* (Hugonem De Inciaco) *anathematis gladium exeruimus, & in omnes ejus cooperatores, & consentaneos. Sed neque ideo ipse, nec filius ejus Cameracensem ecclesiam persequi destiterunt, &c.* Concilii hujus annus inde colligitur, quod Lambertus anno 1094. episcopus a Remensi agnitus exceptusque fit, Rainoldus vero sequenti anno 1096. die XII. Kal. Februarii obiit.

AD TURONENSE CONCILIUM

Urbano II. pontifice præsente anno 1096. celebratum

ADDITIO.

An. 1096.

B*Aluzius Miscellan. to. II. chartam fundationis ecclesiæ Mariæ de Rota in diœcesi Andegavensi recitat, cui rerum quarumdam acessionem fecit Raginaldus quidam Cerdonensis, & Mauritius filius ejus; ejusdemque accessionis ista confirmatio ibidem legitur.*

Ex Baluz. Miscell. t. II. pag. 215.

Facta igitur hac concessione a Raginaldo Credonensi, firmata est hæc charta in superiori camera Gaufridi Andegavensis episcopi junioris per impositionem manus Urbani II. papæ, & per B. Petri auctoritatem pridie Idus februarii in primo anno ordinationis Gaufridis junioris episcopi, in nono ordinationis Urbani prædicti papæ, ipso Gaufrido juniori episcopo vidente & laudante, laudante episcopo Signensi, Teuthione, Alberto Rangerio cardinalibus videntibus & laudantibus. Affuerunt etiam de clericis papæ, Emorrandus de Seiffuns, Milo sancti Albini monachus. De clericis Andegavensis episcopi Willelmus de sancto Laudo, Goffridus Widonis filius. De clericis in præfata ecclesia sub regula degentibus, Robertus, & Quintinus & duo Hervei, & alii duo.

Signum Adelberti primatis Bituricensis.

Ego Wido gratia Dei Viennensium archiepiscopus subscripsi.

Ego Geraldus Morinorum episcopus subscripsi.

Signum Renerii canonici Malleonensis.

Ego Rangerius cardinalis subscripsi.

Signum Fulconis Andegavensis comitis.

His audientibus Clarembaldo de Rupeforti & Hieronymo fratre ejus, & Goffrido Fulcredo & Hugone de Pocejo.

Hæc secunda sanctio facta est (in) Turonensi concilio, apostolico viro missam devotissime celebrante XII. Kalend. aprilis, luna existente XXII. anno MXCVI. incarnati verbi, Philippo rege Francorum imperium tenente.

Signum magistri Mainegaudi.

Si-

Anno Christi 1096.

Signum Guillelmi electi de Claromonte.

Signum Raginaldi Andegavensis junioris episcopi.

Signum Radulphi archiepiscopi Turonensis.

En aliud vetus documentum ad hanc synodum pertinens.

Gattula Hist. Cassin. to. pag. 5.

Urbanus episcopus servus servorum Dei reverentissimo & Karissimo fratri Oderisio nostris per Dei gratiam manibus, & in cardinalem sanctae Romanae ecclesiae sacerdoti, & in abbatem Cassinensis monasterii consecrato, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Pater & princeps monachicae institutionis, gratia & nomine Benedictus, discipulum suum beatissimum Maurum ob religionis studium docendum, & augendum in Gallias destinavit, sicut in eorum gestis luce clarius reperimus; qui ad loca destinata perveniens monasterium quod Glannafolium dicitur in Andecavensium dioecesi, divina gratia prosequente construxit, quod Cassinensi coenobio, unde prodierat, commisit, ubi cum plurimis virtutum insignibus, cooperante Domino effulsisset, Bertulfum discipulum suum abbatem substituens monachis Cassinen. qui una secum venerant super eum sollicitius invigilare praecepit, ne in aliquo a rectitudine regularis tramitis deviaret, sicque temporalis vitae finem sortitus est, ac sepultus. Post nonnulla igitur annorum curricula, peccatis exigentibus idem monasterium a Gaidulfo quondam destructum, sed postmodum religiosorum & virorum studio reparatum. Eo itaque tempore venerandae memoriae Adrianus papa simul cum Carolo rege Francorum & patritio Romanorum praefatum monasterium Glannafoliensis venerabili Theodemario Cassinensi abbati super hac re querimoniam facienti, cognita ratione restituit, atque auctoritate apostolica confirmavit. Verum quia Dei judicia abyssus multa, jam dictum coenobium barbarorum incursu vastatum iterum, & destructum asseritur. Depopulationis ergo illius barbaricae solitudine permanente illustrium principum studio provisum fuit, quatenus Glannafoliensis locus monachichae tunc quieti incongruus per Fossatenses monachos disponeretur: quae quidem dispositio usque ad tempora nostra immobiliter perduravit. Caeterum cum Fossatensis etiam locus ab observatione religionis defiisset, Glannofoliensis ecclesia per loci ipsius praepositos non tam disposita quam dissipata diutius videbatur. Contingit autem divinae dispositione clementiae, cum pro ecclesiasticis causis in Gallias transissemus nos locum illum cum confratribus nostris episcopis & Romanae ecclesiae cardinalibus visitasse. Fratrum igitur Deo servientium illic & circum habitantium nobilium virorum nos turba circumstetit super dissipatione multimoda conquerentium, quae ab his inferebatur, quorum eos oportuerat industria gubernari; adjectae his sunt communis filii nostri Johannis S. Romanae ecclesiae diaconi cardinalis, & vestri Cassinensis coenobii monachi pro parte tua, & venerabilis fratris nostri Goffridi Andecavensis episcopi, & filii nostri Fulchonis Andecavensis comitis preces, proprium loci illi abbatem sub ditionem Cassinensis ecclesiae auctoritate sedis apostolicae restitui postulantium; nec parum in brevi profectum loco eventurum sperabant, & de trigesimo, qui nunc inerat, monachorum numero, repente ampliorem futurum, siquidem a Fossatensium erepti tyrannide abbatis proprii regimine fruerentur. Proinde Fossatensibus monachis diem certum statuimus, quo se nostrae audientiae, si habentes privilegiis praesentarent. Considentibus ergo nobiscum in Turonensi ecclesia archiepiscopis, episcopis, & abbatibus, numero quadraginta quatuor, facta de hoc negotio quaestione, chartam nobis praedicti fratres in communi audientia praesentarunt, quasi Romani pontificis Adriani, quae omnino falsa manifestis est indiciis comprobata. Placuit itaque cunctis in commune fratribus qui consederant, quandoquidem in Fossatensi monasterio religionis observancia jam per tempora loca (a) defecerat, & Glannafoliensis locus per eos non meliorationi, sed deteriorationi videbatur expositus, cessante causa etiam cessaret effectus, & Glannafoliensibus monachis abbatis cardinalis solatium redderetur. Ei tunc ergo communi decreto sancimus, & nunc per praesentis privilegii paginam legitimum sempiternum apostolica auctoritate statuimus, ut in loco illo venerabili saepe superius nominato cardinalis abbas perpetuis temporibus habeatur, salva per omnia reverentia, & obedientia matris suae ecclesiae Cassinensis. Praedecessorum nostrorum ergo Romanorum pontificum Adriani & Nicolai vestigia comitantes praenominatum Glannofoliense coenobium cum omnibus pertinentiis suis salva libertate, & dignitate ejusdem loci tibi, tuoque Cassinensi monasterio praesentis nostri privilegii pagina cum omnibus possessionibus suis confirmamus. In quibus haec propriis duximus nominibus adnotanda. In primis villa Blazon, &c. statuimus etiam ut obeunte nunc Girardo ejus loci abbate, nullus ibi subreptionis astutia vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum beati Benedicti regulam elegerint, apud Casinum secundum tenorem privilegiorum suorum benedicendum. Quod si forte, quod evenire vix credimus, in ipsa congregatione aliquis ad hoc officium idoneus non reperitur, de Cassinensi coenobio abbatem sibi eligant ibidem similiter benedicendum, sicque praeposituram Cassinensem & vicariatum ejusdem Cassinensis abbatis per totam Galliam accipiens ad suum coenobium redeat. Omnibus autem quinque annis limina beati Benedicti Cassinensis visitet, in Mauri loco resideat in Casino, & in omnibus cellis ejus super eum nullus abbas sedeat, & nulli alio loco, nisi tantum Cassinen. subdatur. Si quid vero de ordine monastico tractandum fuerit arbitrio praepositi Cassinensis, quam & abbatis B. Mauri disponatur. Insuper autem praesenti privilegio supradictum locum una cum omnibus suis pertinentibus, ecclesiis, & possessionibus per totum orbem roboramus, atque ut nullius alterius ecclesiae, vel episcopi, nisi Cassinensis

(a) f. longa

ANNO CHRISTI 1096. 1097.

sis ecclesiæ dicionibus submittatur, auctoritate apostolica interdicimus. Quæcumque præterea in futurum, sive concessione pontificum, sive liberalitate principum vel oblatione fidelium juste atque canonice poteritis adipisci firma eidem loco & illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt usibus omnibus modis profutura; sepulturam quoque ejusdem loci liberam esse facimus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint devotioni & extremæ voluntati nullus obsistat. Si qua sane in crastinum ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, se-A cundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se existere divino judicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sanctissimo & sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem vestroque cœnobio justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant, amen, amen. Scriptum per manum Petri scrinarii sacri palatii.

B Data apud Tarracinam per manum Johannis S. R. E. diaconi cardinalis XII. Kal. aprilis indictione V. anno Dominicæ Incarnationis MXCVII. anno autem pontificatus domni papæ Urbani secundi X.

AD NEMAUSENSE CONCILIUM

Ab Urbano II. papa anno 1096. celebratum

ADDITIO.

N*Emausensis concilii acta supplent ea, quæ se præsente de causa Tolosana in eo concilio tractata & definita testatur Callistus II. papa, & traduntur in charta definitionis ejusdem controversiæ, in concilio Tolosano anni 1119. latæ. Agebatur de jure quodam in ecclesiam Amantianam, quam S. Stephani præpositus sibi olim ereptam repetebat, reclamante vicissim pro suo jure Antistite Amantianensi in Occitania. Ita ergo rem in concilio Nemausensi agitatam & definitam asserit idem Callistus II. qui tunc Guido erat archiepiscopus Viennensis*: Ego, fra tres, in concilio Nemausensi, in quo Dominus papa Urbanus præfuit, cum multis aliis interfui: ibique clericos beati Saturnini dominum papam interpellantes audivi, quatenus quartam partem oblationis altaris beati Saturnini episcopo Isarno, qui tunc temporis in dominio suo eam tenebat auferret, & sibi daret. Et dominus papa petitionibus eorum condescendi videbatur; quibus episcopus Isarnus magnanimiter resistebat, & nequaquam hoc se facere posse dicebat: quia si id faceret, unC de viveret non habebat. Et quia nobis, mihi & fratri meo, qui tunc temporis erat archiepiscopus Briassensis, videbatur præjudicium episcopo Isarno fieri: partes ejus quantum potuimus, sustinuimus; in tantum, ut nobis præsentibus istud fieri non potuerit. Transacto vero concilio dominus papa episcopum Isarnum in cameram suam deduxit, ibique vi comitis Raimundi, reclamantibus tamen clericis, qui tunc ibi aderant, hanc quartam oblationis altaris partem tulit. Mandavit tamen iisdem papa, ut Isarnus episcopus de ecclesia beati Saturnini semper cum suis victum haberet: quod & dum vixit habuit. *Ita legas in ea charta apud Labbe tom. XII. pag. 1290. Ven. edit.*

REMENSE CONCILIUM

In causa Roberti Abbatis S. Remigii cum abbate Majoris monasterii a Manasse Remensi archiepiscopo celebratum

Anno 1097.

An. 1097. RObertus quidam ex monacho Majoris monasterii abbas S. Remigii apud Remos assumptus fuerat. Hujus rei causa Bernardus Majoris monasterii abbas jus sibi in illum, qui olim suus fuerat, vindicabat, subjectumque sibi, nec parentem anathemate feriit. Res delata ad Manassem Remensem archiepiscopum, ex quo ad concilium tracta. Subjectionem negabat Robertus, ex quo in abbatem assumptus fuisset; manere hanc Bernardus contendebat. Concilium pro Bernardo judicavit; Robertus appellavit ad ponE tificem, ad quem præoccupandum contra appellantem Lambertus Atrebatensis episcopus literas dedit, quas ex Baluzio Miscellan. to. V. pag. 304. hic profero. Judicatum est ab Urbano in hanc sententiam, ut ex literis ejusdem Roberti ad Lambertum ibidem legendis pag. 316. constat. *In tota serie SS. canonum archiabbatem nunquam invenimus adnotatum; quod utique fuisset, si abbas abbati præponi debuisset; sed sicut nemo potest duobus dominis servire, sic nemo potest duabus professionibus obedire. Monachus enim ex quo est ab*

ab ecclesia sua emissus & in abbatem promotus, cujus est abbas ejus est monachus.

EPISTOLA LAMBERTI ATREBATENSIS AD URBANUM II. PAPAM.

Reverendissimo Domino & patri patrum papæ Urbano, Lambertus sanctæ Atrebatensis ecclesiæ servus inutilis debitam subjectionem cum orationibus.

Scire volumus sanctitatem vestram nos & provinciæ nostræ abbates, & coepiscopos Remis pro quibusdam ecclesiasticis negotiis convocatos a metropolitano nostro; ubi inter cætera negotia reclamavit domnus B. abbas Majoris monasterii animam fratris & filii sui Roberti abbatis monasterii S. Remigii, contestans in verbo veritatis quod eum nec per se, ne per personam ab eo missam Remensi ecclesiæ omnino liberum nisi salva professione & subjectione Majoris monasterii contradiderit, quod ita constare domnus Remensis archiepiscopus protestatus est. Adjecit etiam abbas quod cum plura de prædicto Roberto abbate inordinata & irregularia audisset fieri, primo eum per epistolam, postmodum vero per idoneas personas sub nomine obedientiæ commonefecerit, quatenus in determinato sibi die & tempore responsurus de vita & conversatione sua abbati se præsentaret in capitulo Majoris monasterii; sin autem daret abbas sententiam in eum tanquam in reum professionis, & sanctæ regulæ contemptorem. Frater autem R. abbas hæc indicans domno archiepiscopo accepit ab eo consilium & præceptum ne aliquo modo vel occasione se erigeret contra patrem suum, abbatem videlicet Majoris monasterii; quod si facere præsumpsisset, qualem in eum prædictus abbas daret sententiam domnus archiepiscopus collaudaret, & confirmaret. Cum vero in præfixo termino, sicut ei constitutum fuerat, Majori monasterio se non præsentasset, dedit in eum abbas Majoris monasterii excommunicationis sententiam. Super omnibus his ab archiepiscopo nostro commoniti; cum Robertus verbis abbatis sui canonica ratione contraire nequivisset, judicatum est ab episcopis & abbatibus alterius monachum ab archiepiscopo non esse retinendum, sed prorsus in potestatem abbatis sui redigendum. Ille autem hoc audiens avertit se a judicio justitiæ, & nos & coepiscopos cum abbatibus, ut subterfugeret disciplinam, ad apostolicam invitavit audientiam. Cujus rei seriem propterea justitiæ vestræ descripsimus, ut si forte inobediens & excommunicatus iste ad vos venerit, non audiatis contra judicium episcoporum, contra religionem abbatum; sed ut sententia eorum vestra auctoritate robur obtineat, prostrati sanctitatis vestræ pedibus humiliter exoramus. Bene valete, reverentissime domine, & pater, & pro nobis in maximo periculo & dolore per obedientiam vestram constitutis orare non dedignemini.

AD SYNODOS ATREBATENSES

sub Lamberto episcopo anno 1097. celebratas

ADDITIO.

Ad unam ne aliquam ex geminis Atrebatensibus synodis a Veneto Labbei editore ad annum 1097. commemoratis pertineat synodicum illud decretum quod exhibet Lambertus Atrebatensis in epist. 40. registri apud Baluzium miscellan. to. V. pag. 309. ignorare me sane profiteor. E serie epistolarum ejus conjicimus, superstite adhuc Urbano II. illud prodiisse. Quidquid tamen sit, juvat hic integrum dare, cum rem contineat, cujus antiquius exemplum forte nullum occurrit, juris nempe asyli non ipsis tantummodo templis, sed & eorum atriis & adjacentibus terris concessi. Ita ergo scribit ex synodo sua diœcesana Lambertus.

Lambertus Dei miseratione Atrebatensis episcopus honorabili domino, & amico suo Gonfrido Lensensi Castellano, licet aliter merito, salutem & dilectionem cum orationibus.

Pervenit ad synodum nostram gravis clamor de vobis, quod atrium de Lothes, & terram ad ejusdem atrii ecclesiam pertinentem infregeritis, & homines, licet rei justitiæ vestræ fuerint, ut dicitur, inde, nobis inconsultis, quod nullo modo vobis nec alicui terrenæ potestati facere licet, contra libertatem sanctæ Dei ecclesiæ matris vestræ, contra excommunicationem atriorum & terrarum sanctuarii, contra pacem juratam pro sola voluntate vestra res illorum vobis retinueritis. Unde multum miramur vos tam grande malum in partibus nostris fecisse, quod facere non soletis, cum in terra nativitatis vestræ semper legalem, & bene modestum vos fuisse constiterit. Scire volumus vos quia Ozias rex Israel percussus est a Domino lepra perpetua, pro eo quod officium pontificatus sibi usurpare præsumpsit. Similiter & Nabuchodonosor rex Babyloniæ, quia non dedit gloriam Deo creator omnium, Deus duram & extra societatem humanam per septem annos sibi ab eo accepit vindictam. Quia igitur hæc & quæcumque scripta sunt juxta apostolum Paulum ad nostram doctrinam scripta sunt, per præsentes literas nostras ad correctionem salutis vestræ in præsentia nostra vos invitamus, & eos qui vobis in tam perverso facto cooperatores fuerunt. Propterea vero synodalem suspendimus a vobis excommunicationis sententiam, quia vos & hujus operationis nequam magis desideramus humiliter salvari, quam contumaciter & superbe damnari. Si igitur infra quindecim dies ab hodierna die visis litteris nostris juxta constitutionem libertatis & pacis atriorum & terrarum sanctuarii satisfacere Deo & nobis, quod absit, nolueritis, nos, Salvatore omnium adjuvante, & sanctorum canonum severitate insinuante, & in eos quos jam vocavimus & bannivimus, & in defenso-

ANNO CHRISTI 1097. fores eorum excommunicationem facere non A tardabimus. Vale.

AD BARENSE CONCILIUM

Anno 1097. coram Urbano II. celebratum

ADDITIO.

PRæter ea, *quæ in concilio agitata narrat Labbeus, addenda succurrunt ea quæ Paschalis II. literis ad S. Anselmum Cantuariensem datis legendis in appendice epistolarum Paschalis Labbeana num. XCIX. to. XI. edit. Venetæ pag.* 1048. *suppeditat his verbis*: Adversus illam venenosam simoniacæ pravitatis radicem, ecclesiarum videlicet B investituram Rev. in Christo memoriæ prædecessoris nostri domni Urbani tempore apud Barium collecto venerabilium episcoporum & abbatum ex diversis partibus concilio, in quo tua religio & nos ipsi interfuimus, in eamdem pestem excommunicationis est perlata sententia.

Ad hoc pariter concilium sequens Urbani epistola referenda est.

EPISTOLA URBANI II. PAPÆ

Ad Ansonem Beneventanum.

Ex Gattol. hist Cassin. to. I. pag. 55. URbanus episcopus servus servorum Dei Carissimo filio A Beneventanorum do- C mino salutem & apostolicam benedictionem.

Cum nuper a te discessimus, nosti sub quanta te affecione dimisimus. In eadem vero affeccione in eandem benignitatem & nos tibi manere, & te nobis volumus permanere, quoniam quidem nos honorem tuum servare, & in melius augere curabimus, si & tu in B. Petri apostoli, & nostra curaveris fidelitate & amore persistere. De monasterio S. Sophiæ quotiens & ex quanto jam tempore Cassinenses monachi reclamaverint te ipsum ignorare non credimus. Nuper in Barensi concilio cum scriptis & monimentis ecclesiæ suæ justitiam suam astruere parati fuissent, abbas S. Sophiæ occasione tui, causæ D actionem fugit; cum Beneventum etiam venissemus in ipsa B. Sophiæ domo fratres ipsi quantum questi fuerint, audisti. Quid nos tibi de eadem causa dixerimus meministi. Tunc nobis pro voluntatis tuæ placito respondisti. Nos autem diutius pati nolumus, ut Cassinense monasterium de his, quæ ad ipsum pertinere videntur, injuriam diutius patiatur. Locus enim ipse per Dei gratiam B. Benedicti meritis non tantum nobis qui prope sumus, sed universæ etiam Italiæ opportunus & necessarius est, multumque nos deceret, ut si possibile esset, locum ipsum de nostris etiam ditaremus, nedum sua favente justitia non recipiat. Tibi igitur tanquam carissimo E & fideli nostro mandamus ut venerabili fratri nostro Cassinensi abbati, & ejus fratribus de S. Sophiæ monasterio vice nostra justitiam facias. Quod si ante te quasi sæcularem potestatem causam agere excusaverint, tu eos ad præsentiam nostram venire compelle. Quo autem termino ante nos pro causa hac convenire debeant, nobis ante significa, ut & nos Cassinensi abbati significemus. Porro quicquid nos exinde statuerimus, tuum erit, his etiam renitentibus adimplere, alioquin auctoritatis nostræ injuriam diutius pati nequibimus; quin adversus contumaces, quod officii nostri est impleamus, & Cassinensi abbati quæ sua sunt restituamus, quem in quantum videtur plenam habere justitiam credimus. Data Ceperani tertio nonas novembris.

Aliud etiam occurrit, quod in Barensi concilio præstitisse Urbanum rei ipsius majestas, & illius quo peracta est temporis congruentia demonstrat, episcopatuum nempe quorumdam in Sicilia constitutio. Cum enim Sicilia ad illos usque annos Saracenis dominis servisset, episcoporum interim series pluribus in locis interrupta fuerat. Verum christianorum armis, ducibus Roberto & Rogerio pulsis, tandem pagams pristinis sedibus suos reddere episcopos visum est. Id vero actum & constitutum in Barensi concilio ad Kalendas octobris indicto, ut perspicue demonstratur ex bulla Urbani anno 1099. *indictione VIII. die VI. idus octobris signata; qui sane annus & indictio more Græcorum, qui tunc vigebat in Sicilia, supputati indicant annum* 1098. *Ita vero bulla apud Rochum Pyrrum Sicil. sacr. lib.* 3. *pag.* 273.

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilecto fratri Gerlando Agrigentino episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum.

Omnipotentis Dei dispositione mutantur tempora, transferuntur regna; hinc est, quod magni nominis nationes dirutas & depressas, viles vero atque exiguas nonnunquam legimus exaltatas; hinc est quod in quibusdam regionibus christiani nominis potestatem paganorum feritas occupavit, in quibusdam iterum paganorum tyrannidem christianæ potentiæ dignitas conculcavit. Sicut nostris temporibus gloriosissimorum principum Roberti ducis, & Rogerii comitis fortitudine supremæ dignationis miseratio omnem Saracenorum molestiam in Sicilia insula expugnavit, & antiquum ecclesiæ sanctæ statum pro voluntatis suæ beneplacito recuperavit. Unde & ipsius ineffabili misericordiæ gratias agimus, & ipsius gratiam super illos egregios fratres, alterum jam defunctum alterum ipso patrante superstitem imploramus, & ad ecclesiarum quæ in eadem insula sunt, restitutionem, seu ordinationem pro nostri officii debito anhelamus. Sicut igitur annuente Deo, cæterarum jam parochias disposuimus, ita & Agrigentinæ diœcesis, præsentis decreti auctoritate disponimus; statuimus enim charissime frater Gerlande, quem Omnipotens Dominus in ipsa ecclesia nostra, tanquam B. Petri manibus consecrare dignatus est, ut tibi deinceps, tuisque legitimis successoribus, episcopali jure regendum ac disponendum perpetuo maneat quidquid infra fines subscriptos continetur, vide-

ANNO CHRISTI 1098. 1099.

delicet a loco ubi oritur flumen ſubtus Corilionem uſque deſuper petram de Zineth, & inde tenditur per diviſiones Jatinæ & Cephalæ, & deinde ad diviſiones Biccari; inde vero uſque ad flumen ſalſum, quod eſt diviſio Panormi, & Thermarum, & ab ore hujus fluminis, ubi cadit in mare protenditur hæc parochia juxta mare uſque ad flumen Tortum; & ab hoc abinde unde oritur, tenditur ad Pyra ſubtus Petram Eliæ, atque inde ad altum montem, qui eſt ſupra Pyra; inde autem ad flumen ſalſum, ubi jungitur cum flumine Petræ Eliæ, & ex hoc flumine ſicut ipſum deſcendit ad Lympiadum, qui locus dividit Agrigentum & Buteriam, atque inde per maritimam uſque ad flumen de Bilichi, quod eſt diviſio Mazariæ, & adhuc tenditur, ſicut hoc flumen currit uſque ſubtus Corilionem, ubi incipit diviſio, exceptis Biccaro, Corilione, & Thermis. In proprietate autem tam tui quam ſucceſſorum tuorum jure Caſale Cathal cum centum villanis, ſicut a ſupradicto filio noſtro comite Rogerio traditum eſt, conſerventur. Præterea quæcumque in poſterum liberalitate principum, vel oblatione fidelium eadem eccleſia Agrigentina juſte, atque canonice poterit adipiſci firma tibi tuiſque ſucceſſoribus A & illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eamdem eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integre conſerventur tam tuis quam canonicorum, & clericorum omnium, ac pauperum uſibus profutura. Si quæ autem eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſcienter contra eam venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, atque a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini B redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat; & in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem eccleſiæ juſta ſervantibus, ſit pax Dom. noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & in loco judicii præmia æternæ pacis inveniant. amen, amen, amen. Datum Barii per manus Joannis S. R. E. diaconi card. VI. id. octobr. indict. VIII. Incarnat. Domin. 1099. pontif. Urbani II. PP. XI.

AD BURDEGALENSE CONCILIUM

Anno 1098. habitum.

ADDITIO.

Ex Gall. Chriſt. nov. edit. II. pag. 76.

AMatus gratia Dei Burdegalenſium archiepiſcopus & S. R. E. legatus definivit in concilio Burdegalenſi altercationem, quæ erat inter Anſculfum abbatem S. Johannis de Angeriaco, & Garnerium abbatem S. Maxentii, & monachos utriuſque monaſterii propter eccleſiam S. Petri de Mareiſtais vetulo, ſitam prope caſtrum, quod nominatur, Maſtacius. In favorem Angeriacenſium res fuit diffinita.

Actum & conceſſum in Burdegalenſi concilio anno ab Incarnatione Domini MXCVIII. indict. VI. epacta XXVI. aſſiſtentibus & præſidentibus R. Aucienſium archiepiſcopo & R. Dolenſium archipræſule cum ſuffraganeis eorum epiſcopis & abbatibus, necnon & S. Agennenſium & R. Petragoricenſium epiſcopis cum ſuffraganeis eorum abbatibus. Anno vero XI. pontific. domini papæ Urbani II. Data III. nonas octobris.

AD CONCILIUM ROMANUM

Anni 1099. ſub Urbano II.

ADDITIO.

An. 1099.

PAgius in critica Baronii & ex eo collector Venetus Romani hujus concilii acta ex Eadmero hiſtor. Novor. lib. I. *retulit; ſed cum Eadmeri verba ex integro referenda Pagius minime cenſuerit, ſatis habens brevi compendio, ſummam eorum quæ Eadmerus de concilio ſcripſit tradere, eadem ipſe pariter Venetus collector neglexit. Hæc ut ſupplerem res ipſa ſuaſit; neque enim mutilum relinquere concilium viſum eſt opportunum. Igitur poſt relatam Regineri Lucenſis epiſcopi ad patres concilii de S. Anſelmo orationem, apud eundem collectorem legendam, hæc addit Eadmerus.*

Ex Eadmero hiſt. nov. lib. I. pag. 5.

Inter ultima vero Synodi, jam reciſis quæ recidenda, & ſtatutis quæ viſa fuerant conſtituenda, in adverſarios ſanctæ eccleſiæ excommunicationis ſententiam cum toto con-D cilio papa intorſit; quæ ſententia omnes quoque laicos, inveſtituras eccleſiarum dantes, & omnes eaſdem inveſtituras de manibus illorum accipientes, necnon omnes in officium ſic dati honoris hujuſmodi conſecrantes pari modo involvit. Eos nihilominus ſub ipſius anathematis vinculo colligavit, qui pro eccleſiaſticis honoribus laicorum hominum homines fiunt; dicens nimis execrabile videri, manus quæ in tantam eminentiam excreverint, ut quod nulli Angelorum conceſſum eſt, Deum cuncta creantem ſuo miniſterio creent, & eumdem ipſum pro redemptione & ſalute totius mundi ſummi Dei patris obtutibus offerant, in hanc ignominiam detrudi, ut ancillæ fiant earum manuum, quæ die ac nocte obſcænis contagiis inquinantur, rapi-

ANNO CHRISTI 1099.

pinis ac injustæ sanguinum effusioni addictæ commaculantur. His præsentes fuimus; hæc conspeximus; his ab universis fiat, fiat acclamari audivimus; & in his consummatum concilium scimus.

Huc etiam faciunt geminæ, quas modo subdo S. Anselmi literæ ex editione Operum ejusdem Gerberoniana desumptæ.

Domino Reverendo & Patri diligendo Paschali summo pontifici, Anselmus servus ecclesiæ Cantuariensis, debitam subjectionem, & orationum assiduitatem.

Ex S. Ansel. ep. l. IV. pag. 428. epist. IV.

POstquam revocatus ad episcopatum redii in Angliam, ostendi decreta apostolica, quæ in Romano concilio præsens audivi, ne scilicet aliquis de manu regis aut alicujus laici ecclesiarum investituras acciperet, ut per hoc ejus homo fieret; nec aliquis hæc transgredientem consecrare præsumeret. Quod audientes rex & principes ejus, ipsi etiam episcopi, & alii minoris ordinis, tam graviter acceperunt, ut assererent se nullo modo huic rei assensum præbituros: & me de regno, potius quam hoc servarent, expulsuros, & a Romana ecclesia se discessuros. Unde, Reverende pater, vestrum petii per epistolam nostram consilium, quam misi celsitudini vestræ per Guillelmum regis legatum: sed quoniam responsi vestri literas non accepi, adhuc per legatos nostros quos mitto cum charissimis fratribus & coepiscopis nostris, qui pro eadem re vestram sanctitatem adeunt, jam petitum iterum supplex per chartam sublimitatis vestræ certum peto consilium. Oramus Dominum nostrum Jesum Christum, ut vos conservet ad laudem & gloriam nominis sui & utilitatem ecclesiæ suæ.

EJUSDEM AD EUMDEM

Ex eodem lib. IV. ep. pag. 428. ep. VI.

QUanto studio mens mea sedis apostolicæ reverentiam & obedientiam pro sua possibilitate amplectatur, testantur multæ & gravissimæ tribulationes cordis mei soli Deo & mihi notæ, quas ab initio episcopatus mei per quatuor annos in Anglia, & per biennium in exilio passus sum, quia ejusdem sedis subjectionem abnegare nolui. A qua intentione spero in Deo, quia nihil est quod me retrahere possit. Quapropter in quantum mihi possibile est omnes actus meos ejusdem auctoritatis dispositioni dirigendos, & ubi opus est corrigendos volo committere. Qualiter ego sim ad præsens in Anglia breviter scribo; quia latoribus præsentium plenius hoc viva voce significandum dimitto: postquam revocatus a rege Angliæ, qui nunc est, ad episcopatum redii, offendi (f. ostendi) decreta apostolica quæ in Romano concilio præsens audivi, ne scilicet laicus investituras ecclesiarum daret, neque aliquis de manu ejus acciperet, aut pro hoc homo ejus fieret, nec aliquis hæc præsumentem consecraret, qui vero hæc transgrederetur, excommunicationi sancti concilii subjaceret. Quod audientes rex & principes ejus, ipsi etiam episcopi quanta mala hinc processura, quid potius se facturos, quam hæc decreta suscepturos acclamaverunt, gravor dicere; dicant legati præsentes qui audierunt. Tandem in me conversi uno sensu pariter omnes affirmaverunt: me posse extinguere omne malum, quod ex his decretis processerit, asseverant; si precibus episcoporum meas vellem associare, quatenus celsitudini vestræ placeret prædictam sententiam mitigare. Quod si facere recusarem, omne malum, quod inde eveniret, mihi imputandum sine ulla mea excusatione judicarent. Ne igitur aliquid videar contemnere, aut meo solo sensu vel propria voluntate quicquam facere, nec illos audeo non audire, nec de vestræ sanctitatis dispositione aliquatenus volo exire. Servata igitur apud me reverentia & obedientia sedis apostolicæ, precor ut quantum dignitas vestra secundum Deum permittit, petitioni prædictæ, quam vobis legati exponent, juxta sapientiam vestram condescendatis; & quid me jubeatis in hac re facere, quidquid futurum sit, per legatos præsentes certum me faciatis. Oramus omnipotentem Deum, ut paternitatem tuam diu incolumem in integra prosperitate ad ecclesiæ suæ robur & consolationem conservet.

Ex hoc ipso Romano concilio datæ sunt literæ Urbani pontificis ad Hugonem Lugdunensem archiepiscopum in causa Molismensis abbatis, qui anno superiori ad Cisterciense eremum transierat, ubi & monasterium condidit, quæ prima fuit Cisterciensis ordinis origo. Molismenses abbate suo Roberto destituti illum repetierunt ab Urbano in concilio, a quo remissi sunt ad Hugonem Lugdunensem A. S. L. cum his literis.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri & coepiscopo Hugoni apostolicæ sedis vicario salutem & apostolicam benedictionem.

Molismensium fratrum magnum in concilio clamorem accepimus, abbatis sui reditum vehementius postulantium. Dicebant enim religionem in suo loco eversam, seque pro abbatis illius absentia odio apud principes & cæteros vicinos haberi. Coacti tandem a fratribus nostris dilectioni tuæ in præsentia scripta mandamus, significantes gratum nobis existere, ut si fieri possit abbas ille ab eremo ad monasterium reducatur. Quod si implere nequiveris, curæ sit tibi, ut & qui eremum diligunt conquiescant, & qui in cœnobio sunt, regularibus disciplinis inserviant.

Extant literæ istæ in opusculo de origine Cisterciensis ordinis vulgato a Labbe Biblioth. MSS. to. I. pag. 640.

PA-

PASCHALIS PAPA II.

Sedit ab anno 1099. usque ad 1118.

IN EPISTOLAS PASCHALIS II. PAPÆ

Chronologica serie digestas

DISSERTATIO.

PAschalis II. epistolarum diviti suppellectile collectionem suam ornavit Labbeus, cujus diligentiæ si quid deerat Venetus editor addita appendice supplevit. Utriusque tamen labor in eo Lectori erudito minus probatur, quod nec ordinem chronologicum in B illis tradendis servaverint, nec annum, quo editæ sunt singulæ adnotaverint, sed prout casu offerebantur, ita illas obtruserunt. Ex quo factum est, ut ad quem potissimum annum quæ in illis narrantur gesta, referenda sint ignorentur; unde confusio pariter, rectusque ille deperit ordo, quo lucis plurimum, unde historia delectat, affunditur. Fit insuper ut quæ sæpe distinguenda sunt, confundantur; quæ jungenda, distinguantur. Planum id fiet ex iis conciliis quæ sub Paschali celebrata suo loco describemus; quæ sane ex ignorata hucusque epistolarum quarundam Paschalis chronologia Collectores fugerunt. Hæc ergo mea nunc erit provincia, ut ordinem quen- C dam inter nonnullas Paschalis epistolas constituam. Nonnullas, inquam, non omnes; neque enim de omnibus collocandis ratio mihi aliqua vel probabilis succurrit. Earum vero, quarum annum significavi, rationes hic exhibendas duxi.

Epistolarum Paschalis II. ad chronologiam quod attinet classes sunt duæ. Aliæ enim certas temporis, quo datæ sunt, adscriptiones præferunt; aliæ vel chronica quacumque nota penitus destituuntur; vel si quem præferunt locum, diem, & mensem, annum omittunt. Quibus est assignatus annus & mensis, quis locus chronologicus dandus sit cur ambigeretur nihil esset, si constans esset D anni supputandi apud Pascnalem ratio; in ea cum variaverit, hinc non incauto lectore ad certum annum eruendum opus est. Interdum enim annum more styloque Pisano a martio præcedentis anni anticipat, ut si ea adhibita supputatione annum 1115. signet, tunc annus 1114. pro nostro supputandi more reddendus sit. Interdum annos more Romano exhibet, illius tamen exordium in martio statuit; ex quo fit, ut cum annum e. g. 1114. januarium vel februarium mensem dat, literæ de februario anni 1115. accipiantur. Bulla Paschalis apud Ughellium to. III. col. 89. signatur *anno* 1108. *Paschalis anno IX. indict. 7. die VIII. Kal. octobris*. quæ supputa- E tio est Pisana, nostro enim more annum 1107. reddit, prout indictio & anni pontificis demonstrant. Apud Labbe to. XII. pag. 1027. Ven. edit. habes ejusdem pontificis bullam apud S. Hypolitum signatam VI. id. februarii indict. XV. anno Christi 1106. anno Paschalis VIII. qui temporis characteres cum anno supputationis nostræ 1107. congruunt, & anni a martio exordientis indicium ferunt.

Quæ cum ita se habeant, unicum extricandi nos ab hoc labyrinto filum præbent anni pontificis cum indictione conjuncti, quos duos viæ duces sectantes ad certum annum feliciter pervenimus.

Impeditior est via, cum epistolæ & anno & indictione carent; tunc enim plurima historicorum consultatione, ac conjecturarum collatione opus fuit, ut certum annum tenerem. Has conjecturas meas & scriptorum testimonia hic locus est expendendi.

Exordium harum epistolarum constituo anno 1100. quo datam statuo epistolam LXVII. ad Galliarum episcopos, quibus Cluniacenses commendat. *Data est Laterani XIII.* (supple Kal.) *Decembris*, quare dies & mensis respondet alteri num. LXVIII. apud Labbeum pro Cluniacensibus scriptæ & signatæ anno 1100. pontificatus Paschalis secundo; adeoque ex argumenti affinitate utramque anno eodem scriptam definio. Ejusdem forte est anni epistola XII. ad Gebehardum Constantiensem & Odalricum Pictavensem, qua reprehendit utrumque quippe *qui regionem suam fugere meditabantur*, ut se ab excommunicatis subducerent; ex quo suspicatur P. Hansizius in sua Germania sacra epistolam illam anno circiter 1100. missam, quo tempore Odalricus de profectione in Palæstinam cogitabat. Ejusdem est anni epistola XCVI. ex Eadmero Novor. lib. III. pag. mihi 58. sicut & ejusdem vel insequentis epistola XCVII. cum ab Eadmero una cum superiori XCVI. refeatur.

Denique epistola LXXIX. tempore proxime præcedit sequentem epistolam LXXX. signatam VI. Kal. septembris indictione VIII. quare ambo ejusdem sunt anni; nec forte alterius quam 1100. Idem statuendum esset de epistola LXXVIII. ad Guidonem Viennensem, quam sub ipsis Guidonis crepundiis in episcopatu datam fuisse oportet, cum pallium eidem Viennensi archiepiscopo concedat. Verum cum Guidonis exordia anno 1083. Viennenses tabulæ illigent; suspicor has literas falso Paschalis nomine inscribi, & alteri ante illum pontifici, forte Gregorio VII. tribuendas esse, cum præsertim Paschalis in omnibus epistolis suis Joanne scriptore utatur; hæc vero Petrum notarium ferat.

Succedit annus 1101. cui præter eas quæ indictione hujus anni adnotantur, tribuo epistolam XCIX. ex Eadmero; idque cum aliis historicis plane congruit. Data est enim epistola *Beneventi II. idus decembris*, quo tempore Beneventi reipsa egisse pontificem constat ex chronico S. Sophiæ a Muratorio Antiquit. Ital. to. I. pag. 258. vulgato; adventum pontificis Beneventum septembri menfe

ANNO CHRISTI 1099.

se hujus anni referente. Anno eidem non invitus adscriberem epistolas geminas V. & VI. in quibus de juranda pontifici Romano fidelitate ab archiepiscopis pallium recepturis agitur. Detrectabant enim id præstare archiepiscopi, quod dicerent nulla conciliorum sanctione id unquam decretum fuisse; quibus pontifex auctoritatem opponit Romanæ ecclesiæ id jubentis, nuspiam vero memorat habitum Romæ anno 1102. aprili mense concilium frequentissimo episcoporum numero celebre, quo idipsum sancitum est; unde has literas concilium illud præcessisse conjicio. Quæ pariter conjectura anno superiori 1100. vindicat epistolam XLVI. in qua de clericorum conjugiis data e Laterano VIII. Kal. decembris (præsentis enim anni mense illo pontifex non in Laterano, sed Beneventi agebat) Anno pariter 1101. ex Eadmeri Historia Novorum lib. III. assignanda epistola XLI. ad S. Anselmum data XVII. Kal. maji, ex qua concilium eodem anno Romæ habitum discimus. Eidem adscribas epistolam XLII. ad eumdem, ubi de episcopis Anglis Romæ agentibus (quæ legatio anno 1100. acta est ex Eadmero lib. III.) fit mentio. Epistolam pariter LVII. ad Radulfum Remensem aprili mense datam in classem hujus anni refero, utpote ejusdem mensis & argumenti cum bulla ab eodem pontifice data pro confirmatione episcopatus Atrebatensis, quæ annum hunc exhibet apud Dacherium Spicileg. to. III. pag. 436. nov. edit.

Annus 1102. fert literas num. III. recitatas ex Eadmero lib. III. pag. 65. narrante literas illas dudum a S. Anselmo acceptas reclusisse illum cum in Beccensi monasterio ageret mense maji anni 1103. ex quo fit ut literæ anno præcedenti circiter exeunte expeditæ fuerint.

In annum 1103. refero epistolam IX. eodem fere tempore a ministro Henrici regis Romæ traditam, quo S. Anselmus epistolam num. XLV. recitatam, & novembri mense indictione IX. signatam Romæ accepit, teste Eadmero lib. III. pag. 67. Ejusdem sunt anni epistolæ VIII. & LXXVI. in quibus de Ottonis Bambergensis, sive invitatione Romam ut consecraretur, sive ejus jam consecrati ad Bambergenses commendatione, quæ omnia hoc anno gesta nemo ambigit. Huic ipsi anno convenit Massiliense concilium, quod ex anecdotis Martene Venetus Labbei editor accepit, to. XII. col. 1109. ibi vero indicatur revocatio quædam literarum Paschalis ab eodem pontifice præstita de literis, quas ille in gratiam episcoporum Eduensis & Matisconensis contra Cluniacenses dederat. Quid literæ in gratiam Cluniacensium contra Eduensem, nisi quas num. LII. habes? Hæ igitur ad hunc, sive ad superioris 1102. exitum pertinent. Anno huic pariter adscribo epistolam VII. ad Robertum Flandriæ comitem datam Albani mense januario, quem principem in Henricum, & Leodienses animat: Nam Robertus præcedenti anno 1102. motis in Cameracenses armis, iram imperatoris in se concitavit; cujus epistolæ occasione admonuisse lectores juvat, Leodiensium de hac epistola querimonias, a Labbeo absque scriptoris nomine relatas, scripsisse Sigebertum monachum Gemblacensem, ut ex inscriptione codicis Stabulensis Martenius veter. Monum. to. I. pag. 587. demonstrat. Dein perseverante bello ad medium usque sequentis anni tandem coactus pacem petiit, & obtinuit. Eo igitur temporis spatio Leodienses cum Cameracensibus conjunctos, ut ex literis Leodiensium apud Labbeum ibidem legendis discimus, Robertus vexabat.

Anno 1104. debetur epistola LXXVII. de consecratione Gaulonis in episcopum Parisiensem, ex qua eorum opinio refutatur, qui Gaulonem hunc jam antea initiatum fuisse Belvacensem episcopum tenent. Renunciatus quidem fuerat Gaulo in Episcopum Belvacensem, sed episcopatus consecrationem non prius recepit, quam cum ad Parisiensem cathedram ascendit. Epocham Gaulonis Parisienses tabulæ ab hoc anno repetunt apud Du-Bois hist. eccl. Parisien. to. I. Ejusdem est anni epistola XXXV. ut ex concilii Parisiensis ejus anni epocha constat.

Anno 1105. assignatur in Spicilegio Dacheriano to. III. pag. 440. nov. edit. epistola CXII. in novissimam appendicem Labbeanam relata; qua sane epistola consuetudines quædam pravæ ecclesiæ Carnotensi incommodæ tolluntur: id vero eodem ipso anno vetuerat Philippus Francorum rex diplomate anno illo 1105. regni sui 46. signato, ibidem legendo. Assignat eidem Spicilegii Dacheriani editor novissimus Martenius epistolam XXXVI. *datam Tipherni X. Kal. novembris* ad Daimbertum archiepiscopum Senonensem. Eodem forte anno consignandæ sunt epistolæ LIV. & LV. datæ Præneste die III. Kal. januarii, nam circa hos annos scriptas indicant vexationes Vizeliacensium Monachorum ibidem commemoratæ, ut ex epistola LVI. sequenti anno scripta constat. Cum vero ea mensis die anni sequentis Paschalis in Gallia ageret, ad præsentem 1105. referri ambas oportet. Ea quoque ratio suadet, ut ad hunc ipsum annum revocem epistolam LIII. non quidem ad Robertum, ut male in editis, cum nullus per hæc tempora Vizeliacensium abbas Robertus extiterit, sed ad Artaldum, ut legit Mabillonius in annalibus ad A. 1106. scriptam, qui dein Artaldus anno 1106. interfectus est. Denique ex Eadmero lib. IV. pag. 70. discimus epistolam C. ad S. Anselmum anno 1105. consignari.

Anni 1106. est epistola XII. ad Gebeardum Constantiensem; quod assero ex fide Cencii Camerarii, inter acta concilii Guardastallensis, tunc habiti die XI. Kal. Novem. illam referentis apud Labbe to. XII. pag. 1128. nov. edit. Huc facit epistola LVI. quæ apud Guardastallum die VIII. Kal. novembris, cum scilicet concilium ageretur, data est. Annus idem facile tulit epistolam XVII. ad Gerardum archiepiscopum Eboracensem, datam Beneventi pridie idus decembris, quam scriptam indicat Eadmerus lib. IV. in fine, antequam Gerardus fidem suam, dum episcopus Erfordiensis ageret, S. Anselmo primati suo obstrictam, ad Eboracensem archiepiscopatum translatus confirmavit. Idque in Londiniensi concilio augusto mense anni 1107. celebrato præstitum ex ipsis concilii actis discimus; ex quo inferas literas pontificis ad decembrim præce-

ANNO CHRISTI 1099.

cedentis anni 1106. revocandas. Epiſtolam XL. dedit pontifex ad S. Anſelmum non diu poſt ejus in Angliam reditum, de ipſa ejus ab exilio reſtitutione gratulatus. Rediit vero S. Anſelmus anno 1106. nondum media ſui parte evoluto. Cum vero eo ipſo anno miſſi Romam ab Henrico Angliæ rege nuncii in reditu ſuo epiſtolam CI. ad Willelmum Rotomagenſem epiſcopum, datam Beneventi V. Kal. aprilis detulerint, teſte Eadmero lib. 4. eodem quoque anno 1106. epiſtolam ſignari neceſſe eſt.

Anno 1107. ſcriptam arbitror epiſtolam XV. ad Arelatenſes, qua de re Saxium in pontificio Arelatenſi vadem exhibeo; idem & Baronius cenſet, qui Gibelini exordium in epiſcopatu Hieroſolymitano cum anno 1107. componit. Ad hoc vero Gibelini exordium Paſchalis epiſtola pertinet. Dedit etiam hoc anno Paſchalis epiſtolam CII. ad S. Anſelmum ex Eadmero lib. IV. Dedit & epiſtolas CIII. & CIV. de diviſione epiſcopatus Lincolnienſis, quam anno ſequenti ante junium menſem peractam tradit Eadmerus lib. IV. quare literæ pontificis hanc diviſionem concedentis novembri menſe datæ anno 1107. expeditæ ſunt. Haud multum etiam a veritate abludens opinor epiſtolam L. ad Rothardum Moguntinum de inveſtituris regi denegandis tunc miſſam fuiſſe, cum poſt Henrici imper. obitum res eccleſiaſticæ in Germania ſtabiliendæ fuerant. Id ſuadent verba illa epiſtolæ: *Super hoc negotio nova nos oportet ſolicitudine concitari, cum novi regis opportunitatem divina diſpoſitio providit &c.*

Qui ordine conſequitur annus 1108. has offert literas; XLIV. ad Sanctum Anſelmum ſignatam Beneventi IV. idus octobris ex Eadmero lib. IV. pag. 81. in appen. operum S. Anſelmi nov. edit. Hoc pariter anno 1108. directas arbitror literas ad Gallos pro legatione apoſtolica Gerardo epiſcopo Engoliſmenſi commiſſa, legendas num. XXXVII. datas Laterani XVIII. Kal. maji; nam legatione illa potitus eſt Gerardus poſt profectionem Gallicanam Paſchalis, qui nonniſi provecto anno 1107. ad urbem rediit. Quare literæ aprili menſe expeditæ e Laterano non prius anno 1108. dari potuerunt. Porro nonniſi poſt profectionem illam Gallicanam legationem obtinuiſſe Gerardum ex adnotatione Labbei ad eandem epiſtolam conſtat.

Annus 1109. & 1110. eas tantummodo epiſtolas poſtulant, quæ indictionem ſive pontificis annos exhibent, niſi forte ad annum 1110. non ſine quadam veri ſpecie retulerimus epiſtolam XXXII. ad Pontium, qui præcedenti anno Cluniacenſis abbas renunciatus fuit; eidemque, toleratum forte ad id uſque in gratiam S. Hugonis prædeceſſoris, morem porrigendi euchariſtiam vino intinctam tollendum Paſchalis præcipit.

Annus 1111. vindicat ſibi epiſtolam XXV. quam datam poſt quinquennium, ex quo Auguſtano epiſcopo dies dicta eſt apud pontificem, ex eadem epiſtola diſcimus. Id vero in concilio Guaſtallenſi anni 1106. præſtitum ex actis ejus concilii compertum eſt. Ejuſdem ſunt argumenti & temporis epiſtola XXVI. ad Arnoldum Moguntinum, & XXVII. ad canonicos Auguſtanos.

A Idem quoque annus vindicat ſibi pariter (quantum conjectura aſſequor) epiſtolas XVIII. XIX. & XX. vivo adhuc Gibelino Hieroſolymorum patriarcha, ad quem epiſtola XIX. dirigitur, e Laterano junio & auguſto menſe ſcriptas. Annum hunc ſelegi quod epiſtolas XXVIII. & XXIX. non diu poſt priores illas datas arbitrer, cum in epiſtola XXVIII. ſcribat pontifex *ſe aliis literis* (quæ ſane verba priores illas deſignant, indicantque non ante multum temporis ſe illas dediſſe, non enim ait dudum ſe illas ſcripſiſſe) ea ſignificaſſe quæ præſenti hac epiſt. XXVIII. repetit. Cum vero poſteriores iſtæ literæ XXVIII. Gibelinum jam obiiſſe ferant, ſequitur hinc priores labentibus Gibelini B annis, datas. Obiit Gibelinus ineunte aprili anni 1112. ut ex Pagio conſtat; epiſtolas ergo eo vivo junio vel auguſto menſe ſcriptas ad annum 1111. referri oportet.

Anni 1112. ſunt epiſtola XXII. ex concilio Lateranenſi ſcripta, ſicut & epiſtola XXIII. ad Joannem Tuſculanum &c. in qua conceſſas Henrico imperatori inveſtituras ſe revocaturum ſpondet; quod reipſa præſtitit anno 1112. in Lateranenſi concilio. Idem argumentum adſtruit annum ſcriptæ epiſtolæ XXIV. ad Guidonem Viennenſem, quem de revocato a ſe privilegio Henrico imperatori conceſſum facit certiorem. Ejuſdem ſunt anni epiſtolæ LVII. & LVIII. quæ ambæ e La- C terano eadem die VIII. idus aprilis ſcriptæ jura eccleſiæ Atrebatenſis confirmant; unde conjectura eodem anno utramque datam a pontifice. Ex his poſterior indictionem V. cum aprili menſe conjunctam præferens annum ſignat 1112. ergo & prior hoc anno conſignanda.

In annum 1113. cadunt literæ XXVIII. XXIX. ut ex iis conſtat quæ anno 1111. deduxi. Profecto ſcriptas illas conſtat non diu poſt Gibelini obitum, quem anno 1112. aprili menſe contigiſſe ſupra animadvertimus; quare ſcriptas literas Beneventi die XV. Kal. aprilis non prius quam anno iſto 1113. conſignatas oportet; cum præſertim circa hos D menſes eodem anno Beneventi pontificem egiſſe conſtet ex bulla ejuſdem pontificis data Beneventi die IX. Kal. februarii indict. VI. anno pontificatus XIV. apud Baluzium Miſcellan. to. II. pag. 188. Huc pariter refero epiſtolam LIX. ad Lambertum Atrebatenſem, & LXI. datam Anagnæ die VIII. idus novembris, in quibus de diviſione quadam parœciæ facta a Lamberto Atrebatenſi agitur. Diviſionem hanc peregit Lambertus, quo tempore ægritudine laborabat ut ipſe ſignificat in ſua epiſtola ad Paſchalem apud Baluzium Miſcellan. to. V. pag. 366. morbum vero hunc incidiſſe in annum 1113. conſtat ex epiſtola Paſchalis ad eundem Lambertum data XV. E Kal. januarii indictione VII. hoc nempe anno, legenda apud Baluzium ibid. pag. 367.

Annus 1114. nullas habet epiſtolas præter eas, quæ perſpicuos temporis characteres præſeferunt.

Annus 1115. dat epiſtolas CV. & CVI. cum enim electionem Radulfi in archiepiſcopum Cantuarienſem præſtitam anno 1114. die VI. Kal. maij ſubſequutæ ſint, eamque commemorent, ac inſcribantur e Laterano die

ANNO CHRISTI 1099.

III. Kal. aprilis, ad ſequentem annum 1115. redigendæ ſunt. Epiſtolas quoque XXX. & XXXI. hoc ipſo anno Wilkins tom. I. concil. Angliæ conſignat. Epiſtolæ denique LXXIX. & LXXX. quæ ambæ ejuſdem ſunt argumenti ac poſterior, indictione VIII. ſignantur.

A Atque hæc ſatis de epiſtolis Paſchalis II. certa temporis quo datæ ſunt adſcriptione carentibus. Aliæ nonnullæ ſuperſunt, quarum ætatem incertam prorſus & inexploratam me latere fateor. Nunc vero juxta noſtram hanc chronotaxim, chronologica earum epiſtolarum ſeries digerenda ſupereſt.

ANNO CHRISTI 1099.

SYNTAXIS CHRONOLOGICA EPISTOLARUM PASCHALIS II.

Anno Christi	Ordo Vetus.	Ordo novus.	
1100.	IV.	I.	Ad Bernardum archiepiſcopum Toletanum.
	XXXVIII.	II.	Ad Norigaudum epiſcopum Auguſtodunenſem.
	II.	III.	Ad Albericum abbatem novi monaſterii Cabilonenſis.
	XII.	IV.	Ad Gebeardum Conſtantienſem, & Odericum Patavienſem epiſcopos.
	I.	V.	Ad exercitum in Palæſtina militantem.
	LXXX.	VI.	Ad Guidonem archiepiſcopum Viennenſem A. S. L.
	XLVI.	IX.	Ad Tervanenſes clericos.
	XCVII.	X.	Ad Henricum Anglorum regem.
	LXVII.	XI.	Ad Galliarum epiſcopos.
	LXVIII.	XII.	Ad Hugonem Abbatem Cluniacenſem.
1101.	XCI.	XIII.	Ad Clerum & populum Florentinum.
	V.	XIV.	Ad archiepiſcopum Panormitanum.
	VI.	XV.	Ad N. archiepiſcopum Poloniæ.
	LXXXIV.	XVI.	Ad Velletranos.
	XXXIV.	XVII.	Ad Lambertum epiſcopum Atrebatenſem.
	XLI.	XVIII.	Ad Anſelmum Cantuarienſem archiepiſcopum.
	LXXXVII.	XIX.	Ad Conſtantinum Ravellenſis eccleſiæ epiſcopum.
	LVII.	XX.	Ad Radulfum Remenſem archiepiſcopum.
	XCVIII.	XXI.	Ad Osbernum epiſcopum.
	XCIX.	XXII.	Ad Anſelmum Cantuar. archiepiſcopum.
1102.	III.	XXIII.	Ad Anſelmum Cantuarienſem.
	CVIII.	XXIV.	Ad abbatem & monachos monaſterii Becenſis.
	LXXXV.	XXV.	Ad Guillelmum Melphienſem epiſcopum.
	XLVII.	XXVI.	Ad Madelmum abbatem S. Sophiæ.
	LI.	XXVII.	Ad Altardum abbatem Vezeliacenſem.
	VII.	XXVIII.	Ad Robertum Flandrenſium comitem.
1103.	XCIV.	XXIX.	Ad abbatem S. Mariæ apud Bantium.
	LXXVI.	XXX.	Ad Bernardum Toletanum.
	VIII.	XXXI.	Ad clerum populumque Bambergenſem.
	LII.	XXXII.	Ad Gallos.
	IX.	XXXIII.	Ad Henricum regem Angliæ.
1104.	LXXVII.	XXXIV.	Ad Pariſienſis eccleſiæ clericos.
	XXXIII.	XXXV.	Ad Daimbertum archiep. Senonenſem.
	LXXXVIII.	XXXVI.	Ad oppidanos S. Geminiani.
	XXXV.	XXXVII.	Ad archiepiſcopos & epiſcopos provinciarum Remenſis, Senonenſis, ac Turonenſis.
	XXXIV.	XXXVIII.	Ad Lambertum epiſcopum Atrebatenſem.
1105.	LXII.	XXXIX	Ad Stephanum Beſuenſem abbatem.
	LXXXVI.	XL.	Ad Guidonem Papienſem epiſcopum.
	C.	XLI.	Ad Anſelmum Cantuar. archiepiſcopum.
	XXXVI.	XLII.	Ad Daimbertum archiepiſcopum Senonenſem.
	LIII.	XLIII.	Ad Robertum Vizeliacenſem abbatem.
	CXII.	XLIV.	Ad Canonicos eccleſiæ Carnotenſis.
	LIV.	XLV.	Ad Guillelmum comitem Nivernenſem.
	LV.	XLVI.	Ad Daimbertum Senonenſem & alios epiſcopos.
1106.	CI.	XLVII.	Ad Willelmum Rothomagenſem epiſcopum.

Ad

	Ordo vetus.	Ordo novus.	
1106.	XCIII.	XLVIII.	Ad Petrum Acheruntinum archiepiſcopum.
	XII.	XLIX.	Ad Gebeardum Conſtantienſem & Odericum Patavienſem epiſcopum.
	LVI.	L	Ad epiſcopos Galliarum.
	XCII.	LI.	Ad Guidonem abbatem S. Stephani Laudenſis
	XVII.	LII.	Ad Gerardum archiepiſcopum Eboracenſem
	XL.	LIII.	Ad Anſelmum Cantuarien. archiepiſcopum.
	XV.	LIV.	Ad clerum & plebem Arelatenſem.
	LXIX.	LV.	Ad Hugonem abbatem Cluniacenſem.
1107.	XLVIII.	LVI.	Ad Ricardum Narbon. archiepiſcopum.
	LXXI.	LVII.	Ad Hugonem abbatem Cluniacenſem.
	L.	LVIII.	Ad Rothardum Moguntinum archiepiſcopum.
	CII.	LIX.	Ad Anſelmum Cantuarienſem epiſcopum.
	LXX.	LX.	Ad Hugonem abbatem Cluniacenſem.
	XC.	LXI.	Ad Joannem abbatem Florentinum.
1108.	XXXVII.	LXII.	Ad aliquot epiſcopos & abbates Galliæ.
	XLV.	LXIII.	Ad Anſelmum Cantuar. Archiepiſcopum.
	CIII.	LXIV.	Ad eumdem
	CIV.	LXV.	Ad Henricum Anglorum regem.
1109.	LXXII.	LXVI.	Ad Pontium Cluniacenſem abbatem.
1110.	XXXII.	LXVII.	Ad eumdem.
	XXV.	LXVIII.	Ad Auguſtanæ eccleſiæ clerum.
	XXVI.	LXIX.	Ad Arnoldum archiepiſcopum Moguntinum.
	XXVII.	LXX.	Ad canonicos Auguſtanæ eccleſiæ.
	XXVIII.	LXXI.	Ad Bernardum Antiochenum patriarcham.
	XIX.	LXXII.	Ad Gibelinum Hieroſolymitanum patriarcham.
	XX.	LXXIII.	Ad Bernardum Antiochenum patriarcham.
1112.	XXXIII.	LXXIV.	Ad Joannem Tuſculanum & Leonem Vercellenſem epiſcopos & cardinales.
	XXII.	LXXV.	Ad Henricum V. imperatorem.
	XXIV.	LXXVI.	Ad Guidonem Viennenſem epiſcopum.
	LVII.	LXXVII.	Ad Radulfum Remenſem archiepiſcopum.
	LVIII.	LXXVIII.	Ad clerum & populum Atrebatenſem.
1113.	LXIV.	LXXIX.	Ad Galonem Pariſienſem epiſcopum, & capitulum eccleſiæ Pariſienſis.
	XXVIII.	LXXX.	Ad Bernardum Antiochenum patriarcham.
	XXIX.	LXXXI.	Ad Balduinum regem Hieroſolymitanum.
	LIX.	LXXXII.	Ad Lambertum Atrebat. epiſcopum.
	LXI.	LXXXIII.	Ad duodecim arbitros Atrebatenſes.
1114.	LXXIII.	LXXXIV.	Ad Pontium Cluniacenſem abbatem.
1115.	LXXIV.	LXXXV.	Ad eumdem.
	CXIII.	LXXXVII.	Ad Berengarium epiſcopum Gerundenſem.
	CVI.	LXXXVIII.	Ad Cantuarienſes.
	XXX.	LXXXIX.	Ad epiſcopos & regem Angliæ.
	XXXI.	LXXXVI.	Ad Henricum regem Angliæ
	CV.	XC.	Ad eumdem.
	CVI.	XCI.	Ad eumdem & epiſcopos Angliæ.

EPISTOLARUM PASCHALIS II. SELECTARUM

APPENDIX.

Si epiſtolas omnes Paſchalis II. a Labbeo omiſſas hic ſupplendas aggrederer, gravem quidem, & ad præſens inſtitutum inanem operam aſſumpſiſſem. Cum enim decretorum collectionem hic dare conſtituerim; quorſum bullarum papalium in commodum privatarum eccleſiarum, quarum jura & latifundia confirmant, farraginem immenſam? Ex multis igitur, quæ in Labbeo deſiderantur, eas ſelegi ſive quæ decretale quid offerunt, ſive quæ eccleſiaſticam ætatis illius hiſtoriam illuſtrant. Has vero ampliſſimæ Martenis collectiones, Udalrici Bambergenſis codex, Baluzius, aliique nonnulli ſuppeditant.

ANNO CHRISTI 1099.

AD BEARDUM,

(lege Gebeardum)

CONSTANTIENSEM EPISCOPUM

De communicantibus cum excommunicatis, & quomodo recipiantur hæretici.

Ex Martene Anecdot. tom. I. pag. 336.

PAschalis episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Beardo Constantiensi episcopo salutem & apostolicam benedictionem.

Quæstionum quas ad nos misisti latebras tuam credimus præsentiam non latere. Cæterum quia super his per apostolicam sedem postulas certius informari, quod doctrinæ sanitas habeat, respondemus. Excommmunicatis enim communicare in his quæ a sacris sunt inhibita canonibus nullo modo sit licitum. Et voluntate quidem communicantes, sive sint monachi, sive sint alii, ejusdem reatus flagitio involvuntur. Qui vero aut ignari aut inviti necessitate communicant, licet in oculis hominum contagio polluantur, non tamen propter hoc reos in conspectu æterni judicis arbitramur. Porro excommunicatorum cadavera de sanctorum basilicis projiciantur, quia eorum putores ad superna conscendunt, sicut quartus Dialogorum beati Gregorii liber indicat, & sanctorum ipsorum revelatione didicimus; ideoque dum ea illic continentur, cessandum a divinis officiis arbitramur. De confecto ab hæreticis chrismate vel oleo ratio suggerit ut pro divinæ invocationis reverentia inter ecclesiam debeat concremari. Ab ipsis hæreticis venientes ita omnino recipiantur, sicut antiquitus recipiendos, vel receptos fuisse sanctorum prædecessorum nostrorum Leonis & Gregorii monumenta declarant. Datum Lateranis VIII. idus februarii.

AD FRIDERICUM ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM.

Approbat excommunicationem regis ab eo factam, & ut Rom. ecclesiæ subveniat, hortatur.

Ex Cod. diplom. Pezii par. I. p. 300.

P. Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri F. Coloniensi episcopo salutem & apostolicam benedictionem.

Significavit nobis fraternitas vestra, pro sacrilegiis, pro rapinis, pro incendiis, & pro iniquitatibus aliis in regem vos excommunicationis sententiam dictavisse. Nos illud Doctoris gentium capitulum attendentes, ubi inter cætera legitur: *Si quis frater nominatur fornicator aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere*. Item aliud beati Johannis apostoli expavescentes, in quo de similibus continetur, quod qui ei ave dixerit, communicat operibus ejus malignis. Illud etiam Nicæni concilii considerantes, ut qui ab alio excommunicatur, ab alio non recipiatur; ut & vos ita faciatis, hortantes omnino ab ejusdem regis nos communione subtraximus. Ipse autem, sive propter hoc, sive propter aliud ignoramus, Romam venit, seditionem in populo concitavit, excommunicatos ab ecclesia in communionem suscepit, beati Petri fideles impugnavit, & impugnare non desinit, patrimonium beati Petri, quæ potuit occupavit, alia devastationi exposuit. De quibus videlicet ab antecessoribus nostris, Domino Johanne papa in concilio quadraginta episcoporum, & ab aliis nonnullis per longa jam tempora excommunicatio facta est. Ad apostolorum limina, & ad nostram præsentiam venientes positis in viam custodibus capiuntur, bonis suis expoliantur, nec liberum habere transitum permittuntur. Pro quibus in nos, & in beatum Petrum agere ista debuerit, nos nescimus. Hæc itaque dilectioni vestræ cognita facientes pro matre vestra Romana ecclesia vos monemus, ad ejus auxilium vos tanquam fratres & filios in Christo charissimos invitamus. Turpissimum enim filiis est matrem in eorum oculis fatigari, nec auxilium ferre, cum possint. Vestræ igitur matri succurrite, ejusque opportunitatibus cum Dei adjutorio subvenire procurate. Nos enim quod a vobis de illo factum est, & tenuimus, & Domino præstante tenebimus.

AD GALLICANUM CLERUM UNIVERSUM.

VVernerii invasionem in apostolic. sedem narrat.

Ex Cod. Udal. Bamber. p. 258. De hoc Werneri facinor. Vide Baron. ad An. 1106. IX.

PAschalis episcopus servus servorum Dei, episcopis, abbatibus, principibus, militibus & omnibus fidelibus per universas Gallias salutem & apostolicam benedictionem.

Fraternitatem vestram latere nolumus quæ his temporibus apud nos acciderunt. Venit quidam Wernerius regni Teutonici famulus in Romanæ urbis vicina, evocantibus eum quibusdam perfidæ mentis hominibus, quorum alii extra urbem per manum quondam regiam jus sive salarium sedis apostolicæ invaserant, alii intra urbem, eo quod curiæ nostræ munera sive familiaritatem habere non poterant, Deum, & Dei fidem posthabere deliberaverunt. Talibus sociis presbyter quidam (*a*) Romanæ urbis advena se conjunxit, de quo vel ubi vel hactenus ordinatus sit ignoramus. Hanc personam egregiam nigromanticis, ut dicitur, præstigiis plenam, cum fideles nostri occasione treugæ Dei ab armis omino desisterent, in Lateranensem ecclesiam induxerunt, & congregatis Wibertinæ fecis reliquiis ei episcopi nomen pernitiosissime illeverunt. Nos vero tunc temporis propter apostolicæ basilicæ dedicationem, quam die proximo in conventu celeberrimo per Dei gratiam peregeramus, adhuc in beati Petri porticu morabamur. Cum vero intra urbem die altero (*b*) rediissemus, monstrum illud turpiter ex urbe profugiens, quo transierit ignoramus. Nunc autem omnia fraternitati vestræ breviter indicamus, ne in auditu talium præstigiorum ullo modo decipiamini, aut a statu vestro moveamini. Nos vero per Dei gratiam intra urbem honeste tuteque persistimus, & in hac turba neminem nostræ societatis amisimus. Neque vero Moysi populum suum Chore & Datan & Abyron seditio abstulit, aut excellentis Angeli superbia, qui Deo par esse voluit, majestatem Dei minuit; Ipsius vos majestas in omnibus protegat,

(*a*) Non ergo Abbas Farfensis, ut habet Urspergensis.

(*b*) Falsi revincitur Urspergensis, qui tunc assumptum hunc larvatum Pontific. statuit cum Paschalis Beneventi ageret.

gat, & Leonem ac Draconem feliciter conculcare concedat. Datum Lateranis VI. Kal. octobris.

AD FIDELES IN GERMANIA.

Quid agendum a fidelibus cum excommunicatis presbyteris.

PAschalis episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus & coepiscopis G. Constantiensi, D. Pataviensi, & cæteris tam clericis quam laicis Theutonicarum partium catholicis, salutem & apostolicam benedictionem.

Pro religionis vestræ fervore gaudemus, & omnipotenti Deo gratias agimus, qui vos in sui amore nominis confirmat; quosdam autem vestrorum minus secundum scientiam zelum Dei habere audivimus, ut dum pravorum commixtionem vitant, etiam a regionibus (*a*) vestris discedere meditentur. Qui profecto nequaquam laude apostolica digni sunt, dum in medio nationis pravæ & perversæ perseverare non possunt, inter quos luceant velut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Uno vero pondere peccata hominum metiuntur, dum & (*b*) excommunicatos propriæ voluntatis merito & excommunicatis communicantes reos æqualiter arbitrantur. Verum enim vero diversarum voluntatum diversus reatus (*c*) agnoscitur. Si quis criminosus in ecclesia juxta apostolum nominatur, hujusmodi omnino cavendus est. Eadem etiam cautela cavendi sunt qui nominatis (*d*) vel actione cum possint, vel cum nequeunt voluntate se copulant; qui vero hujusmodi excommunicatis omnino inviti vel servitio vel cohabitatione junguntur, si hujusce imperfectionis dolore tangantur, non omnino vitandi sunt, nec tamen ad communionem sine correctionis remedio (*e*) admittendi. Hinc est quod prædecessor noster sanctæ memoriæ Gregorius (*f*) papa excommunicatorum uxores, servos, filios, rusticos, quorum voluntate & consilio excommunicationis meritum non perpetratur, viatores quoque ob itineris (*g*) necessitatem invitos excommunicatis communicantes excommunicationis vinculo non teneri constituit. Sic beatus Augustinus ad Auxilium (*h*) evidenter ostendit. Discant, inquit, (*i*) tenere fratres in omnibus viam, & in medio nationis pravæ & perversæ tanquam luminaria lucere studeant, ut non suæ tantum, sed & alienæ salutis mercedem ab eo mereantur recipere, qui singulorum examinat (*k*) voluntates, causas discutit, quia nuda & aperta sunt omnia oculis ejus. De cujus miseratione confidimus, quia simplicis oculi corpus tenebrarum caligo non opprimet, (*l*) quoniam charitas operit multitudinem (*m*). Obedientes monitis nostris miseratio vos divina custodiat, & ab omnibus peccatis absolvat.

AD NORIGAUDUM EDUENSEM EPISCOPUM.

PAschalis servus servorum Dei, dilecto fratri Norigaudo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Cum Divini dispensatione judicii ad hujus officii gradum, licet indigni, promoti simus, ut apostolorum principis vices in ecclesiæ regimine teneamus, elaborandum nobis est, & annitendum omnino, ut in constituendis ecclesiasticis negotiis, ejus monita & institutiones devotione fidelissima & fide devotissima æmulemur, cujus fides præcipua & dilectio spectata Domino extitit; adeo ut in ejus singulariter fidei stabilitate immobili, pretioso sanguine redemptam suam Dei filius statuere, & confirmare voluerit ecclesiam, dicens: *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* (*n*) Cui etiam tantam potestatis prærogativam concessit, ut ejus arbitrio in cœlo, & in terra vel liganda ligarentur, vel solvenda solverentur. Quam potestatis suæ successionem, ipse B. Clementi, & per eum omnibus concessit, qui ejus sedi juste præsidere, & ecclesiam Dei canonica studuerint ordinatione disponere. Cujus nos fidei auctoritate muniti, tibi, dilecte frater Norigaude, omnibusque tibi canonice successuris confirmamus omnia, quæ ad Eduensem ecclesiam, in qua te canonice credimus ordinatum, pertinere videntur, tam in ecclesiis, parochiis, cimeteriis, presbyteriis, cunctisque ecclesiasticis ordinibus, quam etiam prædiis, aliisque omnibus possessionibus, mobilibus, quæ acquisita sunt, vel juste acquiri poterunt, ut hæc omnia tibi, tuisque successoribus, ita libere possidere liceat, sicut antecessor tuus in uno die ante suum obitum quiete, & juste possedisse probatur. Illud autem apostolica auctoritate statuimus, ut nulli presbytero, vel viventi, vel morienti, seu ad aliam religionem, vel ad quietam vitam transeunti liceat res, quas a die ordinationis suæ in ecclesia, in qua est ordinatus, conquirere poterit, auferre vel minuere; sed intacta ea & illibata, in ipsa, in qua conquisita sunt, permittat ecclesia remanere. Illos etiam, qui a vobis excommunicati, vel ab officiis divinis pro suis fuerint excessibus remoti, ne aliquis in communionem recipere, vel in officium præsumat restituere, eadem auctoritate prohibemus. Statuimus quoque, ut pro sepulturæ quidem loco vel spatio, nullum penitus ab aliquo pretium exigatur: pro redemptione vero peccatorum, morientes, in ecclesia, in qua fidei sacramenta acceperint, eleemosinam dare, secundum apostolica decreta statuimus omnino, & confirmamus. Si quis autem ad aliam vivens, sive moriens se conferre voluerit, de eo quod pro salute animæ suæ dare disposuerit, secundum apostolica decreta matrici ecclesiæ partem relinquat. Si qua sane ecclesiastica, sæcularisve persona contra hanc nostræ constitutionis paginam præsumtuose venire tentaverit, hujusmodi ut sacrilegii reum, a liminibus sanctæ Dei ecclesiæ arcendum judicavimus. Cunctis autem eidem ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini nostri J. C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud bonorum retributorem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Scriptum per manum Johannis scriniarii sacri Lateranensis palatii. Ego Paschalis episcopus catholicæ sanctæ ecclesiæ subscr. &c. Datum Laterani per manum Leonis scriptoris XVIII. Kal. maij. ind. VIII. an-

(*n*) Matth. 16. 18.

ANNO CHRISTI 1099.

anno Dominicæ Incarn. MC. pontificatus autem D. Paschalis secundi papæ primo.

FRAGMENTUM TRACTATUS PASCHALIS II.

quem canonicis S. Mariæ in Portu firmavit. Ex Gerhoho præposito Reicherspergensi in psal. LXIV. pag. 1229.

Clericorum ordinem in ecclesia Tribus Leviticæ locum tenere & apostolicæ dignitatis jura servare & officia gerere, nemo sanum sapiens dubitat. Unde certum est eos Levitarum & apostolorum regulas & vitas imitari debere, quorum noscuntur locum tenere, dignitatem habere, & officia gerere. Quæ enim lex levitis & quæ a Domino regula datur apostolis; hæc eadem catholicis pariter clericis usque in finem mundi vices eorum supplentibus indicta nequaquam ambigitur. Equidem quod Levitis interdicitur adhuc in umbra gradientibus, quomodo nobis conceditur jam in veritate persistentibus, cum multa legamus illis fuisse concessa, quæ nobis procul dubio sunt prohibita? Aaron itaque & filiis ejus, cæterisque levitis a Domino dicitur: *In terra filiorum Israel nihil possideatis, nec habebitis partem inter eos. Ego enim pars & hæreditas vestra in medio filiorum Israel*. Et paulo post subsequitur: *Filiis Levi dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio, quo serviunt mihi in tabernaculo fœderis*. Et de eisdem post pauca: *Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum & necessaria separavi*. Et hæc quidem in veteri: In novo autem testamento quid cuique sui discipulatus perfectioni adhærere volenti dixerit audiamus: *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni & sequere me*. Et alibi: *qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus*. Et in alio loco cum apostolos ad prædicandum mitteret, prohibuit eis dicens: *Nolite possidere aurum vel argentum*. Quod se Petrus implesse evidenter ostendit dicens: *Aurum & argentum non est mihi*. Hoc etiam cæteros apostolos fecisse testatur idem Petrus, cum pro se & aliis condiscipulis suis interrogat Dominum dicens: *Domine ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te; quid ergo erit nobis?* Cui & in quo omnibus idem facientibus respondens Dominus dicit. *Amen dico vobis: quod vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit*. Hæc levitis, & hæc apostolis mandata sunt. Utrisque una regula & eadem lex præcipitur. Utrisque possessio tollitur, terrena facultas interdicitur. Qui ergo alii regula, & lege ista tenentur nisi clerici, qui levitarum Domini, & discipulorum Christi locum tenent, ministerium implent, vices servant, ordines habent? Ad hoc etiam mandatum tenendum & perpetuo

Num. 18. 20.

Matth. 19. 21.

Matth. 10.

Act. 3. 6.

Matth. 19. 27.

A implendum ecclesiis suis pretia peccatorum, vota & oblationes fidelium, primitias ac decimas rerum Deus dari instituit, quatenus hi, qui divino cultui mancipati propriis facultatibus exspoliantur, sibi statuta perpetuo stipendia haberent, unde vivant, ecclesiæ serviant, & pauperum necessitatibus subministrent, atque studiosius quæque sui ordinis ministeria impleant, nulliusque rei vel necessitatis occasione ab his unquam se separent, aut sæcularibus negotiis intendant. Ex his igitur patenter ostenditur Christo militantibus clericis fore illicitum & terrenas facultates tenere, & res ecclesiæ sumere: In sæculo patrimonium habere, & ecclesiarum portionem suscipere. B Cui sententiæ confirmandæ aptatur illud apostoli: *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus*, ut ei placeat cui se probavit. Et illud Salomonis: *Væ peccatori ingredienti duabus viis*. Quapropter qui Christi discipulatum sequi voluerit, sæcularibus negotiis renuntiare debebit, & qui semel sacer effectus de sacro vivere cœperit, jam ad vivendum sacris uti præcipitur. Sed ne soli hoc super vita & regula catholicorum clericorum videamur sentire, accedant & alii testes in idem consentientes viri religiosissimi, & scientia plenissimi, Hieronymus videlicet, Augustinus & Prosper; & quid super hoc dixerint vel intellexerint audiamus. C Hieronymus ad Nepotianum de vita & moribus clericorum inter cætera scribit dicens: *Clericus qui Christi servit ecclesiæ, interpretetur primo vocabulum suum & nominis definitione prælata nitatur esse, quod dicitur: Si enim cleros Græce, Latine sors appellatur, propterea vocantur clerici, quod de sorte sunt Domini, vel quia Dominus ipse sors, idest pars eorum est. Et quia vel ipse clericus pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, ut ipse possideat Dominum, & ipse possideatur a Domino. Qui possidet Dominum, & cum Propheta dicit:* Pars mea Dominus, *nihil extra Dominum habere potest. Quod si quippiam aliud habuerit præter Dominum, pars ejus non erit Dominus: verbi gratia si aurum, si argentum, si possessiones, si variam supellectilem, cum istis partibus Dominus pars ejus fieri non dignatur. Si autem ego pars Domini sum & funiculus hæreditatis ejus, nec accipio partem inter cæteras Tribus, sed quasi levita & sacerdos vivo de decimis, & altari serviens altaris oblatione sustentor; habens victum & vestitum, his contentus ero, & nudam crucem nudus sequar*. Et post pauca in eadem epistola scribit eidem dicens: *procuratores atque dispensatores domorum alienarum, atque villarum quomodo possunt esse clerici, qui proprias jubentur contemnere facultates?* E Hucusque Hieronymus. Augustinus autem in nono decimo capitulo de verbis Domini sic scribit dicens. *Venerunt & publicani ad Johannem, ut baptizarentur ab eo & dixerunt ad eum:* Magister quid faciemus? At ille dixit eis: Nihil amplius exigatis quam quod constitutum est vobis. *Et post pauca:* Interrogarunt eum & milites: Quid faciemus & nos? Ait illis Johannes: neminem concutiatis, aut calumniam faciatis, sed con-

ANNO CHRISTI 1099.

Tim. 2. 4.

Eccl. 2. 14.

Lucæ 3. 12. 13.

contenti estote stipendiis vestris. *Hic jam cognoscere se debet omnis homo, qui militat. Non enim tantum de his militantibus scriptura loquitur, qui armata militia detinentur, sed quisquis militiæ suæ cingulo utitur, dignitatis suæ miles adscribitur. Atque ideo hæc sententia potest dici verbi gratia militibus & protectoribus, cunctisque rectoribus, & quicumque stipendia sibi publice data consequitur, si amplius quærit tanquam calumniator, & concussor, Johannis sententia condemnatur*. Et paulo post addidit dicens: *Nam & clericus catholicus hac sententia retinetur. Si enim non contentus stipendiis fuerit, quæ de altario Domino jubente consequitur, sed exercet mercimonia, intercessiones vendit viduarum, munera libenter amplectitur, hic magis negotiator videtur quam clericus &c.* quæ ut facta ejus loquerentur magis, quam lingua, in domo ipsa episcopali statuit monasterium clericorum, ubi nemini licebat habere aliquid proprium, sicut ipse testatur dicens. *Volui habere in domo ista episcopali monasterium clericorum. Ecce quomodo vivimus! Nulli licet in societate nostra aliquid proprium habere. Sed forte aliqui habent? Nulli licet. Si quid faciunt, faciunt quod non licet*. Hæc Augustinus. Sed nunc quid inde beatus senserit Prosper, audiamus. *Proinde quem possidendi* (inquit) *delectat ambitio, Deum, qui possidet omnia, quæ creavit, expedita mente possideat, & in eo habebit quæcumque sancte habere desiderat: sed quoniam nemo possidet Deum, nisi qui possidetur ab eo, sit ipse primum Dei possessio, & efficietur ei Deus possessor & portio*. Et paulo post subjungit dicens: *Quid ultra quærit, cui omnia suus conditor sit, aut quid ei sufficit, cui ipse non sufficit?* Et post pauca in eodem capitulo: *Quis* (inquit) *cui Deus dignatur esse possessio, aliquid aliud quærit? Aut quis non præ amore illius omnia, quæ putantur magna contemnit? Ergo qui Deum vult possidere, renuntiet mundo, ut sit illi Deus beata possessio. Nec renuntiat mundo is, quem terrenæ possessionis delectat ambitio, quia quandiu sua non relinquit, mundo, cujus bona retinet secum, servit, & utique non potest mundo servire simul & Deo. Ac si propterea voluit Deus cultores suos omnibus renuntiare, propter quæ diligitur mundus, ut exclusa cupiditate mundi, divina in eis charitas possit augeri, vel perfici. Et ideo decimas atque primitias frugum, primogenita & sacrificia pro peccato, vel vota, quæ Deus jussit offerri, sacerdotibus ac ministris distribui debere constituit, ut devotissimo populo ministrante, ipsi creatori ac pastori suo liberius ministrarent*. Hucusque Prosper. Nunc jam igitur ista de propriis facultatibus renuntiandis sufficiant. Quod autem, fratres charissimi, propriis etiam voluntatibus renuntiare debeatis, evidenter Dominus in evangelio ostendit dicens: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum & sequatur me. Et qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Et qui perdiderit eam propter me, inveniet eam*. Et in alio loco: *Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me*. Et alibi sacra perdocemur scriptura: *Fili, avertere a voluptatibus tuis*. Nam sicut alibi dicitur: voluptas habet pœnam, necessitas parit coronam. Et in alio loco præcipitur: *Post concupiscentias tuas non eas*. Quas qui sequuntur, quid de eis per prophetam dicitur, audiant. *Corrupti & abominabiles facti sunt in voluptatibus suis*. Unde idem propheta voce prælatorum suscepta scribit dicens: *subjecit populos nobis & gentes sub pedibus nostris*. His ergo exemplis, fratres, commoniti aliis pro Deo subesse non recusemus, sed prorsus nostris voluntatibus abrenuntiatis, Christi voluntatem alieno, sed spiritali ac discreto arbitrio exequamur. Quod autem in unaquaque congregatione canonica unus eligendus sit, qui cæteris præesse debeat, & usus ecclesiasticus divinitus inspiratus exigit, & in veteri testamento evidenter ostenditur, cum Moysen, & post Moysen Josue omnibus filiis Israel, & Aaron cæteris Levitis, Petrum quoque cæteris discipulis Dominus præposuerit.

Matth. 16.

Jo. 6. 38.

Eccl. 18.

Ps. 52. 2.

Ps. 46. 4.

Qualis esse debeat qui præfertur, trina Domini interrogatio, & trina Petri manifeste monstrat responsio. Cum enim pascendarum ovium cura illi committitur, ter Dominus interrogat Petrum si diligat, & ter Petrus respondet, quia amat, & ter Dominus jubet, ut pascat. Trinam igitur Domini interrogationem trina Petri de dilectione responsio, & trinam ejus responsionem, trina pascendi gregis injunctio sequitur: sed nunc quomodo trina dilectio in eligendis haberi debeat, videamus. Trinam itaque dilectionem ille habet qui Deum, & quæ Dei sunt, mente credit, & amat, voce confitetur & prædicat, opere imitatur & servat. Trina autem tunc fit interrogatio, cum, sicut debemus, exquirimus, prævidemus & discutimus, utrum eligendus hanc trinam dilectionem habeat. Quod si cordis fidem & dilectionem competens sermo & actus foris ostendat, trinæ interrogationi jam satis fecit trina responsio. Cui, etiam bene ter pascendi gregis cura injungitur, quia quisquis oves pascendas suscipit, cordis vigilantia prospicere, vocis officio monere ac defendere, & actuum exemplis semper eas ad Christum debet pertrahere. Illi ergo pascendi gregis cura injungitur qui in mente plenam habet fidem, & dilectionem interius, & in voce perfecte monendi, libere arguendi, prudenter exhortandi scientiam & possibilitatem exterius, & qui opere quæcumque loquitur, servat & sequitur. Nec quisquam pro qualibet culpa, si jam satisfecerit, in hoc officio recusandus est, cum & Petro post trinæ negationis lacrymabilem satisfactionem, quia in eum trina dilectio patuit, gregis a Domino injuncta sit pastio. Hæc igitur trinæ dilectionis forma, fratres charissimi in primo pastore, non ab alio, quam a Christo præsignata in eligendis est prævidenda, non solum a prioribus, sed & omnibus personis in ecclesia præferendis.

Huic scripto in sede apostolica firmato & approbato subscripserunt primo Paschalis papa, deinde cardinales sanctæ Romanæ ecclesiæ, quorum nomina sunt adnotata. Crescentius Sabinensis episcopus, Petrus Portuensis episcopus, Cono Prænestinus episcopus, Vitalis Albanus episcopus, Bonifacius cardinalis S. Marci, Deusdedit cardinalis S. Laurentii, Desiderius cardinalis S. Praxedis, Guido cardi-

ANNO CHRISTI 1099.

dinalis Sanctæ Balbinæ, Petrus cardinalis sanctorum Cosmæ, & Damiani, Petrus cardinalis Sancti Adriani, Rossemannus diaconus sancti Georgii, Comes diaconus cardinalis A sanctæ Mariæ in Aquiro, Gregorius cardinalis diaconus S. Angeli, *qui postmodum effectus est papa, dictus Innocentius*, Johannes cardinalis diaconus sanctæ Luciæ.

AD CONCILIUM AUDOMARENSE

A Manasse Remensi archiepiscopo anno 1099. celebratum

ADDITIO.

PRæter canones a Labbeo productos nonnulla pariter in hoc ipso concilio sancita docent literæ Manassis Remensis archiepiscopi ad Robertum comitem, quas literas suppeditat codex epistolarum Lamberti episcopi Atrebatensis a Baluzio Miscellan. V. pag. 319. vulgatus. Has vero integras ideo recito, quod moderationem, seu explicationem aliquam canoni Audomarensis synodi contineant.

EPISTOLA MANASSIS REMENSIS ARCHIEPISCOPI AD ROBERTUM COMITEM.

Ex Baluz. Miscell. to. V. pag. 319.

MAnasses Dei gratia Remorum archiepiscopus, carissimo suo strenuissimo comiti Roberto salutem, dilectionem, & benedictionis copiam.

Quam prompta, quamque benigna affectione nos in terra vestra receperitis recolentes, magnas dilectioni vestræ gratias referimus, parati ad quodcumque est amicitiæ utilitatibus vestris pro posse nostro operandum. Porro si amicitia de mutuis constet officiis, facile est, ut ex animo vestro nostrum metiamini. Ceterum cum de ecclesiasticis utilitatibus & negotiis apud sanctum Audomarum nobiscum una cum coepiscopis nostris sermonem habuissemus, de conjugatis presbyteris, & cæteris ecclesiasticis ordinibus mentionem fecisse nos meminimus, absque consensu consilioque eorumdem coepiscoporum nostrorum conjuges eorum, nisi ab hujusmodi consortio declinarent, vobis cæterisque principibus vestris capiendas post factam excommunicationem exponentes. Igi- B tur cum clericis nostris inito consilio conquerentibus adversum nos nihil juris canonice eis præsidentibus absque assensu eorum parrochiis eorum habere recognoscentes, maturius vobis scribendum necessarium duximus, mandantes simul & commonentes, ne presbyteros, cæterosque sacri ordinis ministros hac de causa inquietare, vel eorum conjuges persequi attentetis, vel ab aliquo principe vestro injuriari permittatis, nisi forte episcopus, in cujus parochia esse dignoscitur, in auxilium vos sibi adsciverit. Nolumus enim, neque justum est, ut in aliquo coepiscopis nostris habeamur injurii, ne si quid durius justo præceperimus, in occa- C sionem rapinæ & utilitatem ecclesiastici ordinis proveniat. Decrevimus enim ut in synodis suis episcopi ipsos acerrime super hoc conveniant, & nisi admonitione facta ab hoc pravo opere destiterint, tunc demum sibi vos adjutores & ultores adsciscant. Valete.

CONCILIUM INCERTI LOCI IN GALLIA

In causa Rabodi Noviomensis episcopi de simonia accusati,

Ab Hugone Lugdunensi A. S. L. circa annum 1099. celebratum.

An. 1099. circiter.

INter annum 1095. quo Rabodus Noviomensi ecclesiæ adhuc præerat, & annum 1099. quo Baldricus Rabodo jam successerat, habitum est ab Hugone Lugdunensi archiepiscopo A. S. L. concilium quoddam incerti loci, cui Rabodus Tornacensis simul & Noviomensis episcopus sese sistens ab accusatione simoniæ, de qua reus postulatus erat coram summo pontifice, purgare se jussus est. Totam historiam narrat Herimannus in narratione de restauratione S. Mariæ Tornacensis apud Dacherium Spicileg. tom. II. pag. 911. his verbis: *Hic tantæ probitatis episcopus apud Romanam sedem cœpit accusari, quod per pecuniam regi datam adeptus fuisset episcopatum; unde cum multoties apud papam pulsaretur, nonnulla ornamenta Tornacensis ecclesiæ pro sui redemptione vendita suis adjutoribus dedit, nonnullos redditus altaris sancti Salvatoris de Brugis vendidit canonicis S. Donatiani, nonnullos vero alios redditus tum altariorum cæterorum quam terrarum episco-* D *pi distraxit. Cum vero judicatum fuisset, ut cum duobus episcopis se de simonia purgaret, magister Anselmus, tunc temporis Laudunensis scholæ doctor præcipuus, & per totam Franciam pro sua scientia famosissimus, auxilium episcoporum ei consilio suo abstulit, conscius eos secure non posse jurare eum innocentem fore. Ubi vero ei multis intervenientibus concessum est, ut sola manu se purgaret: Hugo Lugdunensis archiepiscopus & apostolicæ sedis legatus videns eum velle jurare, surgens coram omnibus: Quid facis, inquit, infelix, qui male jurando animam tuam interficere quæris? desine ab hoc juramento, & nos impetrabimus, ut modo non deponaris, sed per biennium dilationem habens,* E *postea pontificatum sponte, quasi religionis vel senectutis causa, honeste dimittas: si enim juraveris, ecce tibi prædico, quod de hoc anno cum honore non exibis. Episcopus, sicut cœperat, manum super textum evangelicum posuit, & se innocentem de simonia jurans, secu-*

ANNO CHRISTI 1099.

curus de concilio exivit, & Tornacum rediit. Post paucos dies Brugis abiit, & pro infirmitate sua minui sanguine volens, dum medicus expectatur, ipse pro corporea necessitate interiora cubiculi ingreditur, ubi cum diutius moraretur, unus ex ministris eum sequutus, videt eum coram sede resupinum cecidisse, & cum nimia exclamat dolore: protinus omnes A *introgressi inveniunt eum paralysi dissolutum, membrorum simul & linguæ officium perdidisse: inter manus levatum ad lectum deferunt, & post paucos dies deflent morientem. Eo itaque Tornacum deportato, & in ecclesia sanctæ Mariæ sepulto, succedit ei in episcopatu domnus Baldericus Noviomensis archidiaconus.*

ANNO CHRISTI 1099.

CONCILIUM AD PORTUM ANSILLÆ

Quo Robertus Cistercienfium abbas primus monachis Molismensibus restituitur,

Ab Hugone Lugdunensi A. S. L. anno circiter 1099. habitum.

An. 1099. URbanus II. *in concilio Romano anni, ut arbitror 1099. rogatus a Molismensibus monachis, qui restitui sibi Robertum olim monasterii sui abbatem, dein novi ordinis Cisterciensis institutorem primum poscebant, totam eam rem commiserat Hugoni Lugdunensi archiepiscopo A. S. L. Ille coacto apud portum Ansillæ frequenti episcoporum concilio rem totam expedиit, idque totum negocium a se confectum per literas Roberto Lingoniensi episcopo datas exposuit. Extant illæ in opusculo anonymo de origine Cisterciensis ordinis apud Labbe Biblioth. MSS. tom. I. pag. 642. ex quo dandas hic arbitror, cum res concilii hujus exponant.*

Hugo Lugdunensis ecclesiæ servus, charissimo fratri Roberto Lingoniensium episcopo, C salutem.

Quid de negotio Molismensis ecclesiæ in alloquio apud portum Ansillæ nuper habito definierimus, fraternitati vestræ notificare necessarium duximus. Venerunt ante nos illuc cum literis vestris Molismenses monachi loci sui desolationem, atque destructionem, quam per remotionem Roberti abbatis incurrerant, ostendentes, ipsumque sibi reddi in patrem magnopere postulantes. Nullo modo enim aliter sperabant pacem & quietem Molismensi ecclesiæ posse restitui, vel monastici ordinis vigorem in pristinum statum illic revocare. Adfuit etiam ibi in præsentia nostra frater Gaufridus, quem eidem D ecclesiæ in abbatem ordinavistis, dicens, se libenter ipsi Roberto, velut patri suo locum daturum, si nobis placeret ut eum Molismensi ecclesiæ remitteremus. Audita igitur vestra & ipsorum Molismensium petitione, relectis etiam Domini papæ literis, super hoc negotio nobis directis, totum dispositioni & arbitrio nostro committentis, tandem multorum virorum religiosorum, tam episcoporum, quam aliorum, qui nobiscum aderant concilio (consilio) precibus vestris & eorum acquiescentes, Molismensi ecclesiæ ipsum restituere decrevimus, ita videlicet ut priusquam illuc redeat, Cabilonem ve- B niens in manu fratris nostri Cabilonensis episcopi, cui secundum consuetudinem cæterorum abbatum professionem fecit, virgam, & curam abbatiæ reddat, atque monachos Novi monasterii, qui ei sicut suo abbati professionem fecerant, & obedientiam promiserant, ab ipsa professione & obedientia liberos & absolutos dimittat, ac sic ab ipso episcopo professionis, quam ei & Cabilonensi ecclesiæ fecit, absolutionem accipiat. Dedimus etiam licentiam cum eo redeundi Molismum omnibus illis de fratribus Novi monasterii, qui eum secuti fuerint, quando a Novo monasterio decesserit, tali conditione, ut de cætero neutros sollicitare vel recipere præsumat, nisi secundum quod beatus Benedictus monachos Novi monasterii præcipit recipiendos. Postquam hæc supradicta fecerit, remittimus eum directioni vestræ, ut Molismensi ecclesiæ illum in abbatem restituatis; ita tamen ut si deinceps eamdem ecclesiam solita levitate deseruerit, nullus ei substituatur, vivente Gaufrido abbate, absque vestro, & nostro, ejusdemque Gaufridi assensu. Quæ omnia apostolica authoritate rata esse præcipimus. De capella prædicti abbatis Roberti, & de cæteris rebus, quas a Molismensi ecclesia recedens secum & cum eis Cabilonensi episcopo atque Novo Monasterio se reddidit, id statuimus, ut omnia fratribus Novi monasterii salva permaneant, præter Breviarium quoddam, quoad usque festivitatem S. Johannis Baptistæ retineant, ut transcribant assensu Molismensium.

Post has literas, addit scriptor anonymus opusculi de origine Cisterciensium, ex quo illas dedimus: Huic definitioni interfuerunt episcopi Nortgaudius Eduensis, Galterius Cabilonensis, Beraudus Maticensis, (Matiscensis) Pontius Belicensis, & abbates Petrus Ternociensis, Jacento Divionensis, Gaucerannus Athanacensis, Petrus quoque domini papæ camerarius, multique alii viri honesti, & boni testimonii &c.

AD RUPEM SCISSAM CONCILIUM

Pro sedando dissidio inter Cistercienses & Molismenses

Anno 1099. habitum.

An. 1099. Robertus Molismensis monachus arctioris vitæ desiderio motus, secessione a monasterio suo facta, una cum aliis nonnullis locum sibi delegit in diœcesi Cabilonensi, Cistercium appellatum, ubi & monasterium erexit, & ordinis Cisterciensis fundamenta posuit. Molismensibus accidit id permolestum; quare monachum suum ab Urbano papa repetierunt, & pontifex eorum querelam detulit ad Hugonem Lugdunensem archiepiscopum A. S. L. quem mandatis oneravit, ut Molismensibus satisfaceret. Ejus rei gratia coactum est concilium ad Rupem scissam, in quo decreta restitutio Roberti, ita tamen ut antea a Gualtero Cabilonensi episcopo, cui in consecratione abbatiali obedientiam juraverat absolveretur, resignaretque illi virgam & jus. Ita res compositæ, dataeque sunt a Gualtero ea de re literæ, quas statim subdo ex parvo exordio Cisterciensis monasterii, additis ex eodem opusculo aliis literis ejusdem episcopi ad Paschalem, in quibus de jure in eodem concilio collato Cisterciensibus idem pontifex certior fit.

An vero concilium istud idem omnino sit cum præcedenti ad portum Ansillæ ea de causa ab Hugone Lugdunensi habitum, ignoro. Quantum tamen ex sequentibus literis conjicio, hoc ad Rupem scissam concilium posterius est illo, quod ad portum Ansillæ convenit; hoc enim pro Roberto a Novo monasterio avellendo & Molismensibus restituendo habitum est; illud vero jam destitutis abbate suo Novi monasterii monachis, ne disperderentur, providit.

Dilectissimo fratri, & coepiscopo Roberto Lingon. episcopo Gualterus Cabilonensis ecclesiæ servus salutem.

Notum sit vobis fratrem Robertum, cui abbatiam illam in nostro episcopatu sitam, quæ Novum monasterium dicitur, commiseramus a professione, quam Cabilonensi ecclesiæ fecit, & ab obedientia, quam nobis promisit, secundum Domini archiepiscopi Hugonis definitionem, a nobis esse absolutum. Ipse autem monachos illos, qui in præfato Novo-monasterio remanere decreverunt, ab obedientia, quam sibi promiserant, & professione absolvit, & liberos dimisit. Illum igitur amodo suscipere, & honorifice tractare ne vereamini. Valete.

IDEM PASCHALI PAPÆ

Venerabili patri papæ Paschali Gualterus ecclesiæ Cabilon. servus salutem, & debitam subjectionem.

Sicut sanctitas vestra ut fideles in vera religione proficiant, ardenter desiderat, sic eisdem vestræ protectionis umbram, vestræque consolationis fomentum deesse non expedit. Suppliciter ergo petimus, quatenus quod factum est de fratribus illis, qui arctioris vitæ desiderio a Molismensi ecclesia sanctorum virorum consilio recesserunt, quos in nostro episcopatu divina pietas collocavit, a quibus transmissi præsentium literarum bajuli vobis præsentes adsunt, secundum prædecessoris vestri præceptum, & Lugdunensis archiepiscopi apostolicæ sedis tunc legati, & coepiscoporum & abbatum definitionem, & scriptum, cui rei & nos præsentes, & ejus auctores cum aliis extitimus, vos approbare, & ut locus ille abbatia libera in perpetuum permaneat (salva tamen nostræ personæ, successorumque nostrorum canonica reverentia) auctoritatis vestræ privilegio corroborare dignemini. Sed & abbas quem in eo loco ordinavimus, & cæteri fratres totis viribus hanc confirmationem in suæ quietis tutelam a vestra flagitant pietate.

MELPHITANUM CONCILIUM

In quo anathemate Beneventani percelluntur,

A Paschali II. papa anno 1100. mense octobri celebratum.

An. 1100. Desciverant Beneventani ab apostolica sede, cujus defectionis causæ historicorum defectu ignorantur. Illis ad fidem redigendis Paschalis papa anno 1100. venit in Apuliam, coactoque apud Melphiam concilio, diris illos devovit. Dein sequenti anno septembri mense refractarios, & gladii ecclesiastici contemptores armis Rogerii ducis appetiit, obsessamque Beneventum cœpit. Hæc omnia ad nostram usque ætatem ignorata, ad posteritatis notitiam transmisit author anonymus chronici Beneventani sanctæ Sophiæ a Muratorio in Antiquit. medii Ævi to. I. pag. 254. vulgatus, his verbis: *anno 1100. indict. VIII. obiit Clemens papa.* (idest antipapa, alias Guibertus dictus) *Paschalis papa descendit in Apuliam, & fecit synodum in Melphia mense octobris, & excommunicavit Beneventanam civitatem, & permansit ita excommunicata menses XI. dies XXXI.* Hæc ibi.

Alia concilii hujus gesta, sicut & patres qui cum pontifice interfuerunt, suppeditat Paschalia papæ bulla pro restitutione ecclesiæ Mazarensis in Sicilia, quam hic ex Pirri Siciliæ sac. to. III. pag. 501. repræsento.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri Stephano Mazariensi episcopo ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum.

Omni-

ANNO CHRISTI 1100.

Omnipotentis Dei nutu mutantur tempora, transferuntur regna. Hinc est quod magni quondam nominis nationes dejectas & depressas, viles vero, atque exiguas nonnunquam legimus exaltatas. Hinc est, quod in quibusdam regionibus christiani nominis potestas paganorum terras occupavit; in quibusdam iterum paganorum tyrannidem christianæ potentiæ dignitas conculcavit; sicut nostris temporibus gloriosissimorum principum Roberti ducis & Rogerii comitis fortitudine supernæ dignationis miseratio omnem Saracenorum violentiam in Sicilia insula expugnavit, & antiquum ecclesiæ sanctæ statum pro voluntatis suæ beneplacito reparavit. Unde & ipsius ineffabili misericordiæ gratias agimus, & ipsius gratias super illos egregios fratres, alterum jam defunctum, alterum ipso præsente superstitem, imploramus, & ad ecclesiarum, quæ in eadem insula sunt, ordinationem, seu confirmationem pro nostri officii debito anhelamus. Sicut igitur annuente Deo, & Mazariensis & cæterarum parochiæ per apostolicum bon. memoriæ Urbanum prædecessorem nostrum dispositæ sunt, ita & nos Mazariensis, cui auctore Deo præsides, ecclesiæ, diœcesim præsentis decreti auctoritate firmamus; statuimus enim, honorande frater, & coepiscope Stephane, ut tibi deinceps, tuisque legitimis successoribus episcopali jure regendum ac disponendum perpetuo maneat, quidquid intra fines subscriptos continetur: videlicet a loco, in quo Belich fluvius mare ingreditur usque ad Cavam desuptus Corleonem, quæ Cava durat usque ad petram de Zineth, a Zineth tenditur hæc parochia usque ad divisionem Jatinæ & Cephalæ, videlicet usque ad grandem cristam, e crista tenditur usque ad Saganem, a Sagana usque ad Carinas, a Carinis usque ad districtum arenosum, ubi est divisio Panormi & Carinæ; inde vero usque ad mare, intra quos fines est Mazaria cum omnibus suis pertinentiis; Marsalia cum suis, Trabolis cum suis, Calathameth cum suis, Calathabubi cum suis, Parthenith cum suis, Cinos cum suis, Carine cum suis, Jath cum suis, Calathaczaruch cum suis, Belich cum suis omnibus pertinentiis; & reliqua omnia quæ sunt, vel deinceps facta fuerint castella, seu casalia, sive urbes. In proprio autem tam tuo, quam successorum tuorum jure casale Buxei cum centum villanis, sicut a supradicto filio nostro comite Rogerio traditum est, conservetur. Præterea quæcumque in posterum liberalitate principum, vel oblatione fidelium eadem Mazariensis ecclesia juste, atque canonice poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, vel ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur tam tuis, quam clericorum, & pauperum usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque a sacratiss. corpore, & sanguine Dei, & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena sit, & in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi: quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen Ego Paschalis catholicæ ecclesiæ episcopus sub. Ego Albericus card. presb. tit. S. Petri ad vincula subscr. Ego Oddo Ostiensis episcopus huic privileg. subscr. Ego Milo Prænestinus episcopus subs. Ego Joannes Tusculanus episcopus ss. Ego Albertus Sipontinus archiepiscopus subscr. Ego Robertus card. presbyter de tit. S. Eusebii subs. Ego Robertus Mess. episcopus subscr. Ego Rogerius Syracusanus episcopus ss. In sigillo: *Verbo Domini cœli firmati sunt*. S. Petrus, S. Paulus. Paschalis PP. II. Datum Melfiæ per manum Joannis S. R. E. diaconi cardin. idibus octob. ind. 8. Incarn. Domini anno, 1100. pontific. autem Domini Paschalis PP. II. anno II.

Ad res etiam in hac synodo gestas pertinet bulla Paschalis II. papæ, quam ex Gattola Histor. Cassinensis to. I. pag. 48. *hic dandam censeo*.

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri, & compresbytero Oderisio Cassinensi Abbati salutem, & Apostolicam benedictionem. Officii nostri nos hortatur auctoritas pro ecclesiarum statu sollicitos esse, & quæ recte statuta sunt stabilire. Ea perpetuo cœnobii vestri causam de Cinglensi cella nequaquam statu illo dimovendam duximus, quia domino prædecessore nostro sanctæ memoriæ Urbano scripti assertione institutus agnoscitur. In Melphitana siquidem Synodo, quam, largiente Domino, nostræ ordinationis anno secundo solemniter celebravimus, Abbatissa, quæ Cinglensem cellam ante tenuerat vehementius reclamavit se perperam tractatam, se passam injuriam asseverans. Cumque consessum totum suis questibus implevisset, communis filius Johannes ecclesiæ nostræ diaconus absentiam tui gravatus tandem surrexit, & negotium id canonice definitum exposuit. Cujus mox relationi confrater noster Oddo episcopus Ostiensis testimonium contulit, dicens, vere abbatissam da cella illa domini Urbani Papæ judicio revestitam, vere post menses tres ad Barense concilium invitatam, quo cum non iverit, nuntium destinavit. Ille negotii finem subterfugiens, Abbatissam non plenius revestitam clamabat, quia quasdam cellæ cartas defensionisve necessarias minime recepisset. Unde actum fuit, ut per manum domni Roffridi Beneventani episcopi cartæ ipsæ non ante requisitæ in conspectu concilii redderentur. Mox Papa Beneventum regresso, iterum Abbatissa per litteras ut Sinuessam veniret vocata est. Cum nec Sinuessam venisset, nec quid gravaminis pati se illa juste conquereretur, ad S. Germani oppidum, quod Casino Monti adjacet, veniendi accepit inducias. Venit tandem, sed causam aggredi recusavit, conquerens adhuc, quia non omnia Cinglensis cellæ monimenta re-

ANNO CHRISTI 1100.

ceperit. Fratres vero Caſſinenſes ſacramento probare præſto fuerunt ſe nec plures, nec alias in eodem loco cartas, quam reddiderant, inveniſſe. Illa quibuſdam noſtrum clam munimina cartarum oſtendens, ad Pontificis conſpectum producere noluit. Tandem domini Urbani Papæ ad concordiam ſuadentis, noſtriſque commonitionibus parvipenſis, clam diſcedens judicio locum dedit. Sic Dominus noſter ſanctæ in Chriſto memoriæ Papa Urbanus relectis diligentius Romanorum Pontificum decretis, Imperatorum præceptis, loci fundatoris cyrographis, cellam ipſam Caſſinenſi cœnobio reddidit in perpetuum poſſidendam. Illa quippe Abbatiſſæ procurata abſentia juxta canonum ſanctiones pro confeſſione habenda cunctis a Fratribus qui tunc aderant epiſcopis ſeu Cardinalibus cenſebatur. His verbis confratris noſtri Oſtienſis epiſcopi, Albertus quoque nunc Sipontinus epiſcopus, hujus autem actionis tempore tranſacto Romanæ eccleſiæ Cardinalis presbyter, quia & ipſe interfuerat, teſtificationis ſuæ ſuffragium copulavit. Romani etiam judices Petrus, & Raimbaldus negotium illud ſe præſentibus pertractatum perhibuerunt ſe etiam & Romanæ legis libris ſententiam proferentibus. His perauditis grave nobis videri diximus, ut quæ ab anteceſ-

A ſoribus noſtris deciſa fuerant, retractarentur. Ceterum Abbatiſſa illa vehementius inſiſtente fratribus noſtris, epiſcoporum quibuſdam præcepimus, ut in partem euntes ex conſilio reſponderent, utrum cauſa hæc retractanda ulterius videretur. Regreſſo Brunone Signino epiſcopo proloquente dixerunt rationabile, ac juſtum ſibi domini Papæ judicium videri, ratumque id habendum tamquam canonico ordine pertractatum. Et nos ergo in eodem ſtatu ſemper manere cenſuimus, & ſicut tunc verbo, ita & nunc ſcripto ſancimus Cinglenſem cellam ſub diſciplina ſemper religionis monaſticæ diſponendam ad jus ſemper, & poſſeſſionem Caſſinenſis monaſterii pertinere. Si quis vero hujuſce definitio-B nis, & confirmationis tenore agnito obviam ire, & cellam illam a Caſſinenſi cœnobio ſeparare præſumpſerit, ipſe quoque ab eccleſiæ corpore eccleſiæ judicio ſeparetur. Scriptum per manum Petri notarii Regionarii, & Scriniarii ſacri Palatii. Ego Paſchalis catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi. Datum Lateranis per manum Johannis S. Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis II. Kal. Aprilis Indictione IX. Anno dominicæ incarnationis MCII. Pontificatus autem domini Paſchalis ſecundi anno II. Adeſt ſigillum plumbeum pendens.

ANNO CHRISTI 1010.

AD PICTAVENSE CONCILIUM

A Joanne & Benedicto S. R. E. cardinalibus, & A. S. L. L. anno 1100. celebratum

ADDITIO.

An. 1100. *AD Pictavenſe concilium multa hinc inde ex coævis decerpta congerit Labbeus. Ego legatorum apoſtolicæ ſedis cardinalium evocatorias literas addam, quas præbet codex epiſtolarum Lamberti Atrebatenſis epiſcopi vulgatus a Baluzio Miſcellan. to. V. pag. 320.*

EPISTOLA LEGATORUM APOSTOLICÆ

Sedis, ad Concilium Pictavenſe invitatoria.

JOhannes & Benedictus ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, atque legati, Lamberto Atrebatenſi epiſcopo ſalutem & gratiam. Sicut eccleſiæ noſtræ antiqua eſt conſuetudo, & ſacrorum canonum eſt conſtitutio, ab apoſtolica ſede directi ſumus ad celebranda concilia, & negotia eccleſiaſtica tractanda, atque definienda. Quapropter, ut injunctum negotium explere valeamus, invitamus, & invitando præcipimus apoſtolica auctoritate, ut XIV. Kal. Decembris Pictavim cum abbatibus tuis venias. Ibi enim Domino adjuvante tecum & cum aliis epiſcopis, & archiepiſcopis concilium celebraturi ſumus.

Ego Johannes tuæ ſanctitatis ſervus te ſpecialiter ſaluto, & conſilium, & auxilium tuum tam in hoc, quam in cæteris negotiis vehementer exopto, & ut ſervus de Domino, & filius de patre, de tua gratia & amicitia præſumo. Vale.

Ad hoc ipſum concilium invitatus Hildebertus Cenomanenſis epiſcopus, ſubjecta epiſtola legenda epiſtolarum ejus lib. II epiſtol. VIII. quod non venerit, excuſat ſeſe.

JOANNI, ET BENEDICTO.

D *APud Joannem, & Benedictum S. R. E. cardinales & Paſchalis II. papæ legatos, ſe excuſat Hildebertus, quominus ad concilium ab ipſis Pictavos indictum accedat, nimiis a Cenomanenſibus conſulibus calamitatibus oppreſſus.*

Sicut frequens tribulationum concurſus ſacris nos invitat conciliis, ſic idem revocat, & adducit. Adverſa enim quæ turbam querimoniarum nobis offerunt, ita noſtram contrivere facultatem, ut unicum ſupereſſet ſolatium, uſus ipſe patiendi. Ea profecto ante peractum cœpere triennium, quod totum continuis evolutum lamentis recens vulnus in vulnera quotidie fatigavit. Deni-E que tam modico tempore, ſex in urbe ſuſtinuimus conſules, quorum nullus pacificum prætendens ingreſſum, gladiis & igne curtam ſibi vendicavit poteſtatem. Plebs coacta in favorem, tyrannum ſuſcepit ex neceſſitate, non ducem ex lege. In ſuſceptum ſtudia ſimulavit, non exhibuit. Fidem reperit in eo, qui ſuperior. Conſul vero tanto gravius dominatus eſt quanto brevius. Miles ejus ſimulatis uſus injuriis, eos ſcelerum judicavit expertes, quos rerum. Et quia non

ANNO CHRISTI 1100. 1101.

non parcit populis, regnum breve, finem rapinis inopia posuit, non voluntas. Ea clades usque ad sanctuarium Domini devagata est, & primo quidquid extra muros nostræ fuerat potestatis, vel evanuit in favillas, vel dissipatum est in rapinas. Deinde similibus cecidere præjudiciis episcopales ecclesiæ domus non paucæ. In reliquis, quibus ignis pepercit æque periclitata est & facultas pauperum, & reverentia sacrorum. Omnia confracta sunt, omnia direpta, omnia contaminata. Nihil eorum manus evasit, qui gratis ad flagitia discurrunt, ad honestum nec pretio. Eisdem clerus affectus injuriis, summam rerum judicat affluentiam solari naturam. Ad necessaria votum restringit, omnibus indigens. Illius angustiæ super dolorem vulnerum nostrorum addiderunt, graviusque confundimur, quod eorum relevare non possumus inopiam, quam quod nemo vult nostram. Præterea longum est enarrare quam constanti tyrannide rex Anglorum in nos sævierit, qui temperantia regis abjecta, decrevit non prius pontifici parcendum, quam pontificem compelleret in sacrilegium. Quia etenim turres ecclesiæ nostræ dejicere nolumus, tansmarinis subjiciendi judiciis, coacti sumus injurias pelagi sustinere, singularem scilicet molestiam in terris, atque unicam humanæ compaginis dissolutionem. Tantis igitur agitati turbinibus ad apostolorum limina decrevimus proficisci, magnum novæ tribulationis arbitrati remedium, si Romanus pontifex nobis & consilio subvenit & auxilio. Suscipite igitur nostram benevoli excusationem, diligenter attendentes nostros sumptus itineris expensæ pariterque concilii, sufficere non posse, qui de reliquiis incendiorum tanquam tabulæ de naufragio extracti, defectum nobis in via pollicentur.

SUESSIONENSIS SYNODUS

A Manasse Remensi archiepiscopo

Anno 1100. *habita*.

An. 1100. Synodi hujus reliqua fere omnia præter nomen latent. Hoc vero servarunt nobis literæ Belvacensium clericorum ad Lambertum Atrebatensem episcopum in Miscellan. Baluzii to. V. pag. 322. quibus eum rogant ut electum a se Stephanum Parisiensem archidiaconum in Belvacensem episcopum ea qua præstabat apud pontificem gratia acceptandum curaret. *Super isto autem negotio*, addunt, *a domno Manasse Remorum archiepiscopo, & cæteris coepiscopis, qui conventui Suessionis habito interfuerunt, quæsivimus, & impetravimus literas summo pontifici dirigendas, &c.* Nec plura de hoc concilio, quod habitum fuisse oportet circa annum 1100. quo Stephanum intrusum in sedem Belvacensem tradunt Sammarthani.

ROMANUM CONCILIUM

Quo pontificum præcedentium decreta contra investituras innovantur,

A Paschale II. papa aprili mense anni 1101. *celebratum*.

An. 1101. Superius in dissertatione ad epistolas Paschalis adnotavi epistolam apud Labbeum XLI. ad S. Anselmum anno 1101. datam fuisse. Id vero ex Eadmero lib. III. Novorum non difficili opera eruitur. Nam epistolam illam dedit Paschalis quo tempore a rege Henrico episcopi Romam missi sunt ad pontificem; illi vero reduces in Angliam, alias ab his quarum meminimus, posteriores literas retulerunt signatas Beneventi II. idus decembris. Reipsa vero constat pontificem anno 1101. elabente Beneventi egisse, ut prodit author coævus chronici Beneventani S. Sophiæ vulgati a Muratorio Antiquit. Ital. tom. I. idque Eadmero cohæret, qui post reditum legatorum illorum habitam Londinensem synodum anno 1102. circa festum S. Michaelis archangeli, nempe septembri mense, narrat. Literæ igitur decembri mense scriptæ, anno 1101. expediendæ erant. Ex quo inferas literas his posterioribus præcedentes die XVIII. Kal. maij datas, non serius anno eodem 1101. scribi potuisse. Ex his ergo literis habemus in promptu concilium Romæ a Paschali habitum, in quo lata a prædecessoribus pontificibus de investituris decreta confirmantur. Ita enim in ea epistola pontifex: *Qua de re in synodo nuper apud Lateranense consistorium celebrata patrum nostrorum decreta renovavimus, sancientes, & interdicentes ne quis omnino clericus hominum faciat laico*, (desunt verba hæc apud Eadmerum) *aut de manu laici ecclesias aut ecclesiastica bona suscipiat*.

An Concilium istud Romanum idem reputandum sit ac Romanum illud, quod Labbeus ex Urspergensi in sequentem annum, 1102. refert, definire non ausim. Quanquam enim fieri potuerit, ut Urspergensis in anno erraverit, cum tamen & annalista Saxo Eccardi, quem per hoc tempus in vivis egisse puto, eidem anno illud assignet, hinc valida pro utriusque synodi distinctione conjectura deducitur. Constat utique Romanos eorum temporum pontifices quotannis circa martium vel aprilim concilia habere consuevisse; quare duo per duos succedentes annos concilia iisdem circiter mensibus constitui commode possunt.

Me-

MEDIOLANENSE CONCILIUM

In causa Großulani de invaso simoniace Mediolanensi archiepiscopatu accusati;

Anno 1101. *celebratum.*

L*Iprandus, Mediolanensis sacerdos, fervidus simoniacorum & fornicariorum presbyterorum impugnator, qui ea de causa naso & auribus mutilatus fuerat, Grossulanum ex Savonensi episcopo archiepiscopatum Mediolanensem per simoniam invasisse accusaverat. Ut famam suam tueretur archiepiscopus synodum ex comprovincialibus episcopis* B *coegit, a Landulpho juniore Mediolanensium rerum synchrono scriptore descriptam. Hujus scriptoris ad hoc concilium quod attinet excerpta desumpta ex Puricelli Ambrosianæ Basilicæ monumentis dedit Labbeus tom. XII. pag.* 1094. *Venet. edit. Modo vero cum integrum illud chronicon dederit Muratorius Rer. Ital. tom. V. pag.* 482. *integriora ejusdem concilii acta suppetunt, quæ cum in collectionibus nondum legantur, hic dare juvat. Attamen concilii actis præmittendum est aliquid de anno quo concilium convenit. Labbeus annum* 1101. *assignat, sed Muratorius Landulphum cum historicis aliis synchronis accurate conferens, ejusdem epocham promovet ad exitum anni* 1102. *vel sequentis* 1103. *exordium, cui inhærendum arbitror. Ita vero scriptor ille de hac synodo cap. IX.*

Grossulanus autem, & ejus turba ad hanc apostolicam monitionem (*a*) neque ad multas nobilium virorum preces pro presbytero Liprando fusas respexit, sed cupiens subvertere illum sibi laboravit, ut episcopos & principes Longobardiæ commoveret, & cum ipsis synodum celebraret. (*b*) Hujus synodi tempus dum appropinquaret, & multorum hominum tumultus multa turpia adversus Grossulanum tumultuabat. (*c*) Et Grossulanus ad compescendum illum tumultum, quasi in prima vigilia (*d*) cujuslibet authenticæ noctis, (*e*) matutinum pulsare fecit, & gentem multam tam per se, quam per suos sacerdotes & ministros occasione matutini habita congregavit, atque matutino cantato, multo populo coram ipso convocato, de passione Christi, & proditore Juda prolixum sermonem fecit, & suæ causæ ipsum sermonem coaptavit, atque in fine sui sermonis super sancta Dei evangelia nullo interrogante publice juravit, quod a die qua egressus est ab utero matris, pollutionem non fecit, & carnem suam non coinquinavit. (*f*) Arialdus vero monasterii sancti Dionysii abbas, & Guazzo qui cognominatur de Orreo id ipsum jurando firmaverunt, & mox Grossulanus adjecit dicens: si quis vult adversum me dicere aliquid, nunc dicat; quod si modo tacuerit, amplius adversum me audientiam non habebit. Hoc cum presbytero Liprando renuntiatum fuit, & ipse *plures* cives ad ecclesiam S. Pauli vocavit in die, quibus dixit: Videtis me abscissum naso, & auribus pro nomine Christi, unde mihi magna retributio est promissa, si in fine perseveravero; pro amore itaque Christi, vestraque salute & pace, rogo vos, ut ad me & ea, quæ vobis dixero, intendatis. Et cum hæc & plura bene dicta beneque sonantia adversus præsertim simoniam dixisset, proposuit dicens: Grossulanus qui pro archiepiscopo tenetur, est simoniacus de archiepiscopatu Mediolanensi per munus a manu, per munus a lingua, per munus ab obsequio. (*g*) Et cum hæc in suo proposito procederet, sæpissime hortabatur omnes

principale C

(*a*) Nempe Urbani II. breves literas. MURATOR.

(*b*) Synodum hanc Mediolanensem indictam fuisse sub finem anni 1102. aut initium sequentis credere jubet calculus ex rebus proxime narrandis deductus. Interim adnota Mediolanensis archiepiscopi summam illo ævo auctoritatem, ad cujus nutum non tam suffraganei episcopi, quam Principes Longobardiæ commoverentur. MURATOR.

(*c*) Idest mussitabat. MURAT.

(*d*) Indicatur hic summa sedulitas Grossulani, qua præter consuetum morem recitandi matutinas horas ante auroram, maturiori tempore easdem cani præcipiebat, dato sacri æris signo, ut excitatus novitate rei populus frequentior adesset. Neque enim apud ecclesiæ ministros mos invaluit, ut ad militiæ antiquæ normam primas, aut secundas noctis vigilias distinguerent. MURATOR.

(*e*) Postremam Quadragesimæ hebdomadam, quæ *major* passim appellatur, *authenticam* dici in Ambrosiana ecclesia compertum est: At de hac hebdomada minime loqui Landulphum nostrum ex ipsius facti narratione patet; refert siquidem cap. seq. post varia inter Liprandum, & Grossulanum dissidia agitata, & celebratam etiam per duos dies in majori ecclesia synodum, fuisse tandem compulsum eundem Liprandum *vespertina hora Dominicæ diei de ramis palmarum* ad judicium ignis parandum. Multo igitur ante debuit Grossulanus ea peragere, quæ hic describuntur: quænam ergo essent illæ noctes *authenticæ* ab authore nostro vocatæ? existimaverim non alias fuisse quam noctes sextam cujuslibet quadragesimalis hebdomadæ feriam præcedentes, quæ cum ex Ambrosiano ritu Crucifixi redemptoris venerationi dicatæ sint cultu adeo peculiari, ut eo die in reverentiam sacrificii cruenti a primo & summo sacerdote Christo Domino peracti, sacerdotes a sacri celebratione abstinere jubeantur, *authenticæ* dici potuere, non secus ac extremæ hebdomadæ dies, quos ideo *authenticos* dici credimus, quod cruentæ passionis Domini memoria, ac si in ipso archetypo expressa videretur, summa fidelium religione ab ecclesia recolatur; præcipue cum advertam in iismet noctibus a Grossulano habitum sermonem *de passione Christi*, ut hic Landulphus memorat. MURATOR.

(*f*) Hinc non obscure deducitur criminationum materia, quæ in Grossulanum intorquebantur, cum adversus illum turpia quædam obmurmurari a populo superius dixit Landulphus, quemadmodum cap. 5. num. 7. MURATOR.

(*g*) Tria hæc præcipua capita sunt, e quibus simoniam contrahi, Theologi omnes docent; quos consule: Hinc tantum collige, quam antiqua sit hæc stricta loquendi formula apud scholasticos familiaris. MUR.

ANNO CHRISTI 1101.

omnes ut convenirent ad veram cognitionem hujus propoſiti per divinum judicium (*a*) adprobatum in vita, vel morte ſua manifeſtata per ipſum; ſed Groſſulani turba hoc perturbabat auctoritate pontificum, qui Mediolanum venerant ad celebrandam ſynodum cum Groſſulano. Verumtamen presbyter ipſe adverſus epiſcopos diſputans rationibus & exemplis ſuam ſententiam ſuſtinuit, nec dimiſit. Groſſulanus vero parvipendens hujus presbyteri verba, veluti in præſentia ejus non eſſent prolata, ſynodum ſuam in eccleſia Sanctæ Mariæ, quæ dicitur hyemalis, per duos dies tractavit (*b*) atque in tertia in prato qui dicitur Brorium (*c*) coram infinita hominum multitudine dedit ſententiam deponendi Andream Primicerium, & alios ſacerdotes, quos Anſelmus de Rode Mediolanenſis archiepiſcopus & a rege Henrico inveſtitus (*d*) ordinavit. Quam ſententiam multitudo cleri illico, & populi & non multum poſt tempus Paſchalis papa Romanus contemſit (*e*).

Attamen Groſſulani turba dimicans adverſus primicerium Landulphum, ejuſdem primicerii clericum lapide occidit, deinde quaſi in conſenſu totius civitatis dictum fuit presbytero, ut ad faciendum judicium multa ligna congregaret in prato, quod clauditur in muro juxta S. Ambroſii monaſterium. Et presbyter ipſe plenus magno ſpiritu annonam & vinum, quæ ad edendum habebat pauperibus erogavit, ſuamque *lupicervinam* (*f*) pellem pro lignis pignoravit; cætera vero quæ poſſidebat in libris, & aliis rebus ſtatuit, ut conſervarentur Landulpho nepoti ſuo (*g*) & alumno, atque eccleſiæ acolytho, qui tunc temporis diſcebat Aureliani (*h*) ab egregio magiſtro Alfredo, & nobili Jacobo. Statuit etiam ſi con-

lupituni-cam

(*a*) Nempe ignis, ad quod provocare tunc licitum erat; ſuperiori enim ſæculo idem examen indictum fuerat in Florentina urbe a S. Joanne Gualberto, qui Petro monacho ſuo Vallumbroſano, poſtea cardinali atque epiſcopo Albanenſi, tranſitum per ignem mandavit, ut Petrus Florentiæ epiſcopus ſimoniæ reus publice comprobaretur; quod etiam ex voto accidit, innocue flammas percurrente monacho *ignei* propterea nomen adepto, ut Deſiderius abbas Caſinenſis & Bertholdus ad ann. 1089. coævi narrant, atque ex eo Baronius ad Ann. 1063. Puricellius in Mon. Baſ. Ambr. num. 296. aliique. Poſtmodum ſublata fuit hæc judicii forma, cum ultra quam par eſt tentari Deus videretur, graveſque ab eccleſia indictæ cenſuræ, quas collegit in Epitom. ſacr. canon. cardinalis Lauræa, exponitque in Polyanthæa Pallavicinus V. *purgatio*. MURAT.

(*b*) Hanc ſynodum celebratam fuiſſe anno 1103. tempore Quadrageſimæ dubitari vix poteſt. Cum enim ſuperius dixerit Landulphus, dum hujus ſynodi tempus appropinquaret conſueviſſe ſingulis authenticis noctibus haberi concionem a Groſſulano; judicium vero ignis peractum ſit a Liprando hebdomada ſanctiore poſt celebratum concilium, aperte patet intra quadrageſimales dies, & quidem ad finem vergentes ſynodum fuiſſe tractatam. MURATOR.

(*c*) Legendum *Brolium*. Galvaneus Flamma in chron. Maj. cap. 68. & 73. *Brolium* fuiſſe ait pomerium arboribus conſitum in tanta denſitate, ut nemoris ſpeciem referret, eratque poſitum in ea parte urbis, quæ intermedia eſt duabus inſignibus Mediolani baſilicis S. Nazarii & S. Stephani, quibus adhuc ſuperſtes nomen manſit *in Brolio*. Sed locus iſte ſynodo celebrandæ aptus eſſe non poterat, niſi fortaſſe exciſis arboribus tunc temporis area patens inducta fuiſſet: Alterum Brolium deſcribit idem Flamma in manip. flor. MS. fol. 28. hæc habens: *Extra muros civitatis erat Brolium magnum, ubi juvenes in armis & pugnis diverſis, exercitationis cauſa conveniebant*. Certe hoc ſæculo XII. extitiſſe hortos *Brolii* nuncupatos, in quibus militaria ſigna fixit Fridericus Aenobarbus cum caſtra in urbem noſtram moveret, tradit Calchus ad ann. 1158. atque in hujus Brolii capite ſitam fuiſſe eccleſiam S. *Babylæ* ex Othone Morena ad eund. ann. diſcimus: Fortaſſe hoc ipſum Brolii pratum erat, de quo Landulphus noſter loquitur. MURATOR.

[*d*] Alterum ex MS. bibl. Ambr. conformius, ut arbitror, ad auctoris mentem, quam prodit particula illa &, legit *inveſtitus*: & ſane Anſelmum ab Henrico imperatore eccleſiaſticas inveſtituras contumaciter tuente, fuiſſe in archiepiſcopum Mediolanenſem electum, atque ideo a Gregorio VII. ſummo pontifice improbatum, tradit Sigon. de regn. Ital. lib. 9. ad ann. 1084. In hoc tamen aperti erroris illum redarguit Pagius in crit. ad ann. 1085. cum Gregorius VII. vita functus eodem anno, ac etiam die, quo Tedaldus Mediolanenſis archiepiſcopus obiit, ſucceſſoris Anſelmi electionem improbare non potuerit: Tedaldum autem fatis ceſſiſſe non anno 1084. ut crediderat Sigonius, ſed ſequenti, ex Bertholdo ſynchrono ſcriptore id aſſerente indubium eſt. An autem hic Anſelmus vere ab Henrico inveſtitus ſit Mediolanenſis antiſtes, Pagius negat, Bertholdi authoritate inter alia fretus, a quo poſt narratam Tedaldi mortem, hæc ſcripta dicit: *De medio ſublato potentiſſimo Mediolanenſis eccleſia invaſore, erigere caput ea cœpit, excuſſoque e cervicibus jugo ſchiſmaticorum, catholicum ſibi delegit antiſtitem Anſelmum ejus nominis III.* Attamen eruditiſſimus vir hallucinatus eſt; nihil enim in Bertholdo a me diligenter evoluto de hac Anſelmi electione legitur, verbaque relata non ſcriptoris illius, ſed Baronii ſunt ad hunc annum 1085. Corruit igitur præcipuum illius fundamentum; cætera vero, quibus ex eodem Bertholdo Pagius firmare ſententiam ſuam nititur, rem minime evincunt; quæ enim author ille de conjuratione Mediolani, & quarumdam aliarum Langobardiæ civitatum contra Henricum in XX. annos indicta, & de Anſelmo in cauſa S. Petri ſtudioſiſſimo tradit, ad annum 1093. poſtremum ſcilicet Anſelmi vitæ, non ad primum, quo in archiepiſcopum electus eſt, referuntur. Itaque recedendum non eſt a Landulphi noſtri fide, qui eum ab Henrico inveſtitum aperte dicit; præcipue cum Papebrochium in hac re conſentientem habeamus in exegeſi cit. num. 101. ubi quamvis & ipſe perperam crediderit verba ſuperius relata vere in Bertholdo legi, attamen ne hilum quidem a ſententia ſua diſcedit, qua Anſelmi electionem Henrici ſchiſmatici imp. auctoritati adſcribit, *eſto* ut idem proſequitur, *Anſelmus ſchiſma execratus, mox ut Victor III. vel qui ejus brevem pontificatum excepit Urbanus II. Gregorianis contra ſchiſmaticos veſtigiis inſiſtens agnitus pontifex fuerit, & curaverit cum eccleſia reconciliari*. MURATOR.

(*e*) Irritam caſſamque ceſſiſſe hanc depoſitionis ſententiam probat exercita publice ab iſto Andrea primiceriatus ſui auctoritas, quemadmodum in decurſu hiſtoriæ videbimus. De Paſchalis papæ decreto nihil apud auctores legitur; appellaſſe tamen ad ſummum pontificem Andream, alioſque depoſitos Sacerdotes ex hoc loco clare colligitur. *MURATOR*.

(*f*) *Lynx* Latina ſeu potius Græca voce peregrinum hoc animal appellatur, ejuſque pellis varii coloris maculis punctatim inſperſa adhuc in pretio eſt. *Lupum cervarium* vulgari vocabulo dici, ſcribit Aldrovandus, fuſe de illo agens. *MURAT.*

(*g*) Qui hæc ſcripſit. *MURAT.*

(*h*) Hinc Pagius colligit antiquitatem & famam ſtudiorum Aurelianenſium. *MURAT.*

ANNO CHRISTI 1101.

Contigerit illum mori in illo judicio, si quid corporis ejus residuum fuerit portari ad ecclesiam sanctæ Trinitatis, quam ipse, sicut supra in privilegio legitur, in allodio suo fundavit & B. Petro tradidit. His ita statutis & ordinatis, idem ...... Ambrosii ecclesiam ivit, & cum ipse facturus judicium .... manus Grossulani prævaluit & ipsa ligna in prato disposita dispersit, ipsumque presbyterum ab illa dispositione separavit ignominiose. Deinde in domo sua & sancti Pauli ecclesia presbyter ipse siluit, & quievit, donec pueri & puellæ, mares & fœminæ in proximo tempore clamaverunt: foras, foras, Grossulane. Hunc clamorem Grossulanus cupiens compescere, habuit consilium cum satellitibus suis, quibus di- B xit: Ite & vos, & publice eligite viros de populo qui dicant illi Liprando, aut ad satisfactionem meam veniat, aut de terra ista exeat, aut judicium, quod se facturum promisit, faciat. Consiliarii itaque de latere ejus venientes ad concionem populi in vespertina hora Dominicæ diei de ramis palmarum, seu olivarum (*a*) publicaverunt quæ audierant a domino suo archiepiscopo Grossulano; quapropter non solum viri in concione electi venerunt ad presbyterum hanc legationem dicere, sed innumera hominum multitudo venit hanc legationem confirmare. Ad quorum clamorem clamantem: veniat presbyter ipse Liprandus, C ipse humilis exivit, & ut legationem audivit, & intellexit, manus ad cœlos levavit, & Deo gratias egit, & interrogando legatos inquit: vult & mandat ipse, quod mihi dicitis? Qui omnes respondentes dixerunt, utique vult, & mandat. Et presbyter ad eos: terram non exeo, sed in istis duobus diebus jejunium ago, & in quarta feria (*b*) faciam judicium, præstante Deo; sed unde ligna emam, non habeo. Tunc Grossulani & reip. ministri quercina ligna ad flammam & ad calorem aptissima triginta solidis denariorum emerunt, quæ in campo ante atrium ecclesiæ S. Ambrosii in duabus congeriebus respicientibus se composuerunt, longitudo D quarum decem cubitorum fuit, & altitudo, & latitudo major statura hominis cubitorum

A quatuor; via vero inter ipsas congeries unius cubiti & semis. His ita dispositis, & quibusdam lignis in via interpositis, in quarta feria (*c*) Presbyter indutus cilicio, camisio, atque casula more Sacerdotis ab ecclesia sancti Pauli usque ad ecclesiam sanctorum martyrum Prothasii & Gervasii & beatissimi Ambrosii nudis pedibus crucem portavit, super quorum sanctorum altare, cæteris sacerdotibus deficientibus, ipse sibi missam cantavit; (*d*) & missa cantata, Grossulanus quoque gerendo crucem, eamdem ecclesiam intravit, & pulpitum cum Arialdo de Meregnano & Berardo judice Astensi ascendit, & facto silentio in populo, & presbytero stante nudis pedibus super lapidem marmoreum, qui in introitu chori continet Herculis simulacrum (*e*) idem Grossulanus ait ad populum. Attendite, quia in tribus verbis hunc hominem vincam, & ejus confusionem ostendam: & ad presbyterum inquit: proposuisti quod ego sum simoniacus per munus a manu; modo dic cui dedi? Tunc presbyter super populum oculos aperuit, & digitum ad tres illos, qui stabant in pulpito extendit dicens: Videte tres grandissimos diabolos, qui per ingenium, & pecuniam suam putant me confundere: & nonne ille Diabolus, qui suasit illum fieri simoniacum per pecuniam, suadere potest, ut adhuc majorem pecuniam daret, & veritatem occultaret, & testes, & judices mundanos mihi auferret? & non nescitis, quia propter vitandam astutiam Diaboli, & pravorum hominum, ego elegi Deum judicem, qui neque per pecuniam, neque aliquo modo potest falli in judicio? ad cujus judicium si vultis venire, paratus sum quod promisi facere. Et Grossulanus ad eum: modo dic de qua simonia dicis? Et presbyter ad illum: modo dic tu quæ est bona? Et Grossulanus aliquantulum subsiluit, & ait: Est simonia, quæ simoniacum non deponit. Et presbyter ait: ego dico de illa, quæ deponit abbatem de abbatia, episcopum de episcopatu, archiepiscopum de archiepiscopatu, in quo est. Et cum in his verbis satisfecisset omnibus, audivit populum clamantem: Exite foras ad judicium, exite foras ad judicium. Et presbyter in hoc multi-

(*a*) die 22. martii, in quem anno 1103. hæc dominica incidit. MUR.

(*b*) Nempe hebdomadæ sanctioris, sed cujus anni ea vere foret prorsus ignoravit. Puricellius in monum. Bas. Ambr. num. 295. sententiam suam protulerat, qua judicium hoc ignis adscribendum anno 1101. *certa & evidenti*, ut ipse ait, *conclusione* statuerat. Postmodum lib. 4. vitæ S. Arialdi cap. 88. *mutata in melius opinione* illud sequenti anno 1102. adjudicandum censuit. At neque hoc anno id contigisse ex superius dictis liquido patet; cum enim mense illius Augusto delatam plebis & nobilium acclamatione Mediolanensem infulam Grossulano ostenderimus, quis non videt innoxium hunc Liprandi per ignem transitum postrema quadragesimæ hebdomada peractum nonnisi anno tertio sæculi ejusdem XII. posse affigi? Corrigendus itaque est error typographicus, qui in exegesim jam pluries laudatam Papebrochii irrepsit num. 104. ubi sub eodem anno 1102. & judicium Liprandi, & Grossulani electio ponitur, quamvis hæc facta dicatur prædicto mense augusto: Cæterum id secure discere poterat Puricellius ex Galvanei Flammæ chron. majori, & altero MS. *Flos Florum* ab ipso relatis, in quibus hæc habentur. In millesimo centesimo tertio secundum chronicam Gothofredi de Bussero, factum fuit judicium ignis presbyteri Aliprandi ecclesiæ S. Pauli in compito: Gothofredus enim de Bussero, cujus opus MS. de vitis SS. extat in Biblioth. capituli Metropolit. prope sæculum illud vivebat. Uberiora in hanc rem argumenta vide apud Pag. in crit. hoc ipso anno 1103. num. 6. MURAT.

(*c*) XXV. martii. MUR.

(*d*) In more positum fuisse ut ante examen ignis missa caneretur, tradit Edmundus Martene to. 3. de antiq. ecclesiæ ritibus pag. mihi 458. MUR.

(*e*) De hoc simulacro plura differit Puricellius in monum. bas. Ambr. num. 297. & in vita S. Herlemb. cap. 88. quamvis quæ de comitibus Angleriæ ac stemmate Vicecomitum antiquo ibidem leguntur, ego jam refutaverim in append. ad vindicias SS. corp. Gervas. & Protas. num. 35. MUR.

tiplicato clamore, licet senex desuper lapide continente Herculis simulacrum prosiluit, & una cum populo in campo, in quo erant lignorum congeries venit: ibique dum ignis lignis accendebatur, presbyter circumstantibus dixit: Vos præter me non cernitis sacerdotem qui hunc ignem mihi benedicat (a) sed cernitis chartam hanc quam teneo, in qua sancta verba, & signa sanctæ crucis continentur: Et ego minister hæc verba & signa inferius dicam & faciam: & Deus qui est Dominus meus desuper ignem benedicat: & audientes & bene intelligentes dixerunt Amen. Atque cum in circuitu ignis hæc verba dixisset, & signa fecisset, & aquam benedictam & incensum super ignem, astante ibi Grossulano aspersisset, dubitabat de ordinando sacramento apud Grossulanum, & Arialdum de Meregnano, qui erat quasi potentissimus princeps Grossulani & procurator judicii, & expectans presbyterum per ignem in morte finiri, vel per nimium terrorem ad Dominum suum Grossulanum converti; ipse namque (b) Berardo judici Astensi hanc legem non solum per mortem, sed & per quamlibet ignitam læsuram in presbytero factam condemnare dixerat. Absit quod læsura (c) sed ignem adeo magnificabo, quod procul oculos ignis de capite ejus eruet, & in ipso igne ardens cinis putrefiet. Attamen presbyter cum vidisset eos de ordinando sacramento (d) dubitare, dixit ad eos: finite me, quod ego bene ordinabo, nec finiam sacramentum, donec dixero tantum quantum vobis satisfecerit. Et illico in consensu eorum apprehendit cappam Grossulani, ipsamque quassavit dicens. Iste Grossulanus, qui est sub ista cappa, & non de alio dico est Simoniacus de archiepiscopatu Mediolani per munus a manu, per munus a lingua, per munus ab obsequio. Et cum illis videbatur sufficere addidit. Et ego ad fiduciam maleficii, aut incantationis, vel carminis non intro hoc judicium, sic me Deus adjuvet, & ista sancta evangelia in isto sancto judicio. Facto hoc sacramento concorditer Grossulanus equum ascendit, & ad eccle-

A siam S. Johannis, qui dicitur ad concam (e) venit. Arialdus vero prædictus de Meregnano inquirens, & expectans plenitudinem ignis presbyterum tenuit, & tenendo manum suam læsam procul ab ipso calore ignis sensit, & tamen ad presbyterum inquit: Presbyter Liprande vide mortem tuam in igne, convertere ad Dominum meum archiepiscopum, habita securitate tuæ vitæ, alioquin vade, & arde te cum Dei maledictione. Et presbyter ad illum: Sathana retro vade. Illo retrocedente presbyter prostratus a terra levavit, & signo crucis sibi apposito, ingens flamma ignis in meridiem & septemtrionem se divisit, & via apparuit, quam presbyter intravit, & transiens per ipsos

B carbones ignis, ceu arenam calcaret, sensit, & dum per ipsam viam transibat, flamma post ipsum coibat, & ut ipse mihi dixit, & bene intellexi, donec in via hujus ignis fuit, hanc orationem Deo protulit, dicens: Deus in nomine tuo salvum me fac, & in virtute tua libera me; Deus in nomine tuo salvum me fac. Et dum tertio proferret hoc verbum fac, se extra ignem vidit, nec in se, nec in suis sacerdotalibus vestibus lineis, ac sericis, quibus erat indutus, sive in cilicio læsionem ullam sensit.

Tunc populus plene, quasi ex uno ore laudem Deo, & huic presbytero extra & intra civitatem contulit. Grossulanus vero intre-

C pidus sedem archiepiscopatus deseruit, & civitatem, quia aperte communi civitatis (f) juratum erat, quod neutri eorum, nec alicui de parte illorum pro hac actione malum fieret, nisi quod Dominus sibi faceret. Sed quia præsentia episcoporum suffraganeorum (g) huic legi, & triumpho favorem integre non præbuit, & ignis manum presbyteri in projiciendo aquam, & incensum super ignem læsit, & quia pes equi Joannis de Rode (h) nudum presbyteri pedem de igne exeuntis dure calcavit turba tristis de casu & ruina Grossulani in presbyterum & ejus legem post paucos dies scandalizavit (i) & scandalizando, hortatu quorumdam sacer-

D dotum prælia & homicidia multa commisit.

(a) Etiam hoc servari solitum in hujusmodi judiciis per ignem tentatis docet supracit. Marthene. MURAT.
(b) Scilicet Grossulanus. MURAT.
(c) Sensus esse videtur, quod Berardus judex non tam modice libandam cutem Liprandi vasta illa ignis mole, quam excitare meditabatur, sed omnino absumendum esse intrepide sibi pollicere-tur. MURAT.
(d) Idest jurisjurandi formula.
(e) Ecclesia hæc in urbe nostra ad viam Romanam posita etiam in præsens nomen hoc gerit, cum antiquitus diceretur, Cœmeterium Peregrinorum. MURAT.
(f) In altero ex MSS. Bibl. Ambr. legitur communis civitatis ore. MURAT.
(g) Nondum enim Mediolano discesserant post synodum recenter a Grossulano celebratam, unde confirmatur initæ hujus synodi tempus superius statutum. MURAT.
(h) seu Rhaude pago, octo milliaribus Mediol. dissito. MURAT.
(i) idest a concepta prius recta opinione de Liprandi transitu innoxio per ignem recessit. MUR.

ANNO CHRISTI 1101.

VVINDESHORENSE CONCILIUM

Chartam fundationis ecclesiæ Norvvicensis confirmans,

Anno 1101. *habitum.*

Apud Wilkins Conc. magnæ Britan. to. I. p. 381.

HErbertus episcopus Norvicensis cum tempus opportunum accidisset ad parlamentum domini regis, ubi archiepiscopi, abbates, priores Angliæ, & magnates convenerant, accedens de consensu regis & reginæ B. Anselmi tunc Cant. archiepiscopi, episcoporum, abbatum, & magnatum, fecit chartam de fundatione, & dedicatione Norvvicensis ecclesiæ cum solemnitate qua decebat, cui consensum, & assensum adhibentes, subscripserunt apud windshores, mense septembri MCI. rex & Matilda regina, archiepiscopi Cant. & Ebor. episcopi octo, præter Tusculensem episcopum, papæ legatum, XI. comites & magnates, VII. abbates, IV. clerici.

CONSTITUTIONES ECCLESIASTICÆ

Sub Colomanno rege Hungariæ, & Seraphino archiepiscopo Strigoniensi editæ circa annum 1103.

NARRATIO PRÆVIA.

P. Peterffy Conc. Regni Hungariæ pag. 39.

I. ERepto rebus humanis Ladislao, quem publica veneratio populi secuta est, Colomanus, Geyzæ I. filius, e Polonia advolat, & in Regem inauguratus, Hungariæ gubernationem capessit. Agnomini (*Konyves*, vel *Keunyves Kalmany*, *librifer Colomannus*) volumen C precum canonicarum, quo psallentibus monachis immixtus utebatur; occasionem præbuisse ait, Claris. Otrokoczy; quamvis alii, ob dirum, & crudele ingenium, sacerdotio a sancto Ladislao destinatum, & Varadinensem Episcopum, eadem ex causa, nullo cæteroquin meliore argumento suffulti, perperam in eo effingant: ut Ecclesiæ regimini admotus, mores, & ingenium atrox, e rerum, quæ tractaret, sanctitate coerceret. Sed in litem hanc non ingrediar: præter propositum est enim, ea dicere, D quæ historia in hoc Rege ad laudem vel vituperium alias expinxit.

II. Colomannus itaque, ut gloriosa Stephani, & Ladislai cœpta ad omnem Christianæ reipublicæ formam expoliret, comitia ab anno MXCVI. ad annum usque MCIV. ferentibus inter profanos Magistratus suffragia Episcopis, sæpius habuit. Canones porro, cum nemo in perpetuitatem legum intenderet, ubi ad populum semel perlati sunt, errabant sparsim in Regno. Seraphinus Strigon. Archi-Episcopus, pro munere suo, ad E religionis æque ac Regni firmitatem, sollicitudine aliqua satagebat, ne constitutiones, vitio annorum & neglectu Procerum elaberentur in oblivionem. Colomanno proinde author fit, ut per Albricum, virum Ecclesiasticum, candidæ mentis, & juris prudentia, ea ætate insignem, suumque a sacris domesticis ministrum, *Decreta* variis Regni conventibus probata, in duos libros contraheret. Inscripsit itidem Albricus collectionem suam Seraphino Archi-Episcopo præfatione non ineleganti. Multis ad laudem Regis in ea differit; quod, nescias, an assentationi [id autem de viri integritate nec quidquam suspicor] an corruptis nondum Colomanni moribus debeas. Annum editarum constitutionum nondum ad veritatem digerere potui. Inter lucem itaque, & tenebras diversanti, diluculum aliquod assignandum videtur: annus scilicet MCIII. (Corpus Juris Patrii annum ponit MC.) cum Seraphinus, quo motore, & patrono Albricus studium istud suscepit, ex Dalmatia redux, diem ultimum currente anno 1104. vixerit. Ex *articulis* utriusque *Decreti*, Canones Ecclesiasticos huc intulimus. Notatiunculas dedit supellex domestica manuscripta; tum usus, annorum cursu & exemplis firmatus. Plurima in Synodo Szabolchensi jam aperta sunt, & in Conciliis secuturis redibunt. Quas præco dudum cecinit historias, inserere non libuit. Vid. Corp. Ju. Tri.

PRÆ-

PRÆFATIO AD SERAPHIN ARCHI-PRÆSULEM STRIGONIENSEM.

Dei Gratia Seraphin Archi-Præsuli, divinarum igne virtutum ardenti, Albricus, quamvis unus ex minimis, tamen servus sanctitatis nuncupatus, in palatio cœlestis contemplationis.

QUoniam fiduciam talem habemus per Christum ad DEUM, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex DEO est, cum specialis gratiæ inspiratio mentem tuam cœlestis sapientiæ thesauro ditaverit, & quam plurimis disertis, ad didascalici meriti lucidas contubernii tui officinas, quasi totidem gemmis ornaverit, haud parvum ingenioli mei reformidat rusticitas, dum me, ut ita dicam, elinguem, ac pene totius urbanitatis exortem, jubes, o Præsul! Regalium instituta collationum recolere, vel senatoria totius Regni decreta, jejuna oratione recapitulare. Neque enim ad regalia consilia, me consultricis prudentiæ inculta provexit materies, nec tenuis rei, stantem pro foribus, intromittit despecta pauperies. Quia vero obedientiæ eligo magis operam dare, quam charitati, omnia speranti aliquid denegare: malo etiam ultra vires obtemperando præsumere, quam præsumptuose minime obtemperare. Quamvis enim imperitia mea dictandi non præstet facundiam, charitas tamen obedientiam non negat. Porro, non in hoc opere proprii arbitrii vestigia figo, verum præviis alieni itineris viribus insisto: ob quam videlicet causam, si quid in errabundo vestigio liberius evagatus meus deviaverit calamus, non ambigo, quam facilis apud te sit veniæ locus; quæ res pigram etiam impellit hujus consilii moram. Sed sunt fortasse nonnulli, qui sine rationis circumspectione, idem, unde sermo est, Concilium Vercellinum autumant esse superfluum, minus providi afferentes; antiquis, dicentes, potius priorum insistendum est relatibus: quorum profecto quam frivola, quamque sit inconsulta conjectura, non est supervacuum paulisper commemorare. Quia hi regni detractores magis proprio consulunt arbitrio, quam communiter regni profectui administrando. Nam quis ambigat a sancto Patre nostro Stephano, viro quippe Apostolico, legem populo nostro datam, in quibusdam austeriorem, in quibusdam vero tolerabiliorem, in his quoque intensius vindicantem, atque in aliis remissius indulgentem? nec quemquam tamen absque disciplinæ verbere dimittentem, cum prædestinationis tempus nullum adhuc rerum adduxisset fidei sponsorem: nec hoc quidem præter divinæ dispensationis respectum credi nefas est. Nam cum tempore prædicti Regis, universum regnum ejus barbaricis inservierit cultibus, ac rudis, coactusque Christianus, contra commonitorem sanctæ fidei stimulum adhuc recalcitraret; adhuc contra pœnitentialia ultricis virgæ verbera remorderet, operæ pretium fuit, ut sanctæ disciplinæ coactio, infidelibus quidem ad conversionem fidei, sed conversis fieret ad justitiam pœnitentiæ. At Christianissimus Rex noster Colomannus, columbinæ gratiæ simplicitate, cum omni virtutum discretione præditus, postquam vidit adultam fidem perfectæ Religionis robur accepisse, legalis vinculum catenæ cogitavit relaxare prudenter: utpote indignum esse perpendens, si jam spontaneum fidei militem legalis pœnæ timor torqueret, quem nec ipsa mors ab agnitæ jam confessione veritatis absterrere potuisset. Hic nimirum, cum videret propter civilia bella usque ad tempus illius invalescentia, paternis traditionibus jam magna ex parte solutis, Regni Consilium labefactari, curiæ honorem vilescere; timens, ne miles insolens, domesticus tamen virtutis, hospes irrevocabilis fieret iniquitatis: Regni Principibus congregatis, totius senatus consulto, præfati Regis sanctæ memoriæ Stephani legalem textum recensuit; de quo, si rem consideres, nihil comminuit, sed auxit, non tamen quasi fundator, sed superædificator; quatenus primitiva plantaria, salubri veluti responsionis infusione irrigata, percipiant justitiæ incrementa. Et ille quidem destructor fuit infidelium; Iste rectæ conversationis augmentator in justificatione: Ille lorica fidei populum induerat; Iste terrenæ ambitionis superfluenta cingulo justitiæ præcingebat: Ille gladio spiritus verbi Dei perterruit; Iste galea salutis decoravit.

Postremo, hunc uterque Regum finem rebus imposuit, ut dum debita ultrix pœna filios perditionis consumeret, filios prædestinationis refoveret. Non enim sine causa Rex gladium portat; Dei enim minister est, vindex in iram ejus, qui malum agit: nam Principes non sunt terrori boni operis, sed mali. Quis enim, qui noceat vobis, si boni æmulatores fueritis? Hactenus hæc. Contra supradictos autem hujus Concilii detractores, de singulis capitulis, quæ abs re esse mentiuntur, possem etiam scribendo satisfacere, nisi epistolaris ego sermonis modum excedens, modestiæ tuæ (O Præsulum decus!) aures timuissem fastidire: possunt tamen illa ex his colligi, quæ moderata satis brevitate perscripsi. Verumtamen tu Domine, qui in hujus populi linguæ genere minus me promptum consideras, si quid calamus, a suscepti itineris tramite declinaverit, tua quæso in me benevolentia solita, & supervacua reseces, & imperfecta suppleas, errata corrigas, commode dicta paterna gratia provehas, & antequam in aures prodeant publicas, curæ tuæ digitum dignanter imponas; & quæ tuo duntaxat doctissimo digna constitui examine, tuo etiam judicio a detrahentium muniantur livore.

CONSTITUTIONES ECCLESIASTICÆ

Colomanni Regis Hungariæ.

CAPUT I.

De dote cujuslibet Ecclesiæ per Beatum Stephanum disposita.

PLacuit Regi, & communi Concilio, ut dotes cujuslibet possessionis, monasteriis, seu Ecclesiis a Beato Stephano dispositæ, inconvulsæ remaneant.

NOTÆ P. MELCHIORIS INCHOFFERS. J.

COnferatur ex const. S. Steph. c. 1. & 13. Feriebant invidorum oculos, Episcoporum, & Monasteriorum proventus, quos hi e fundis, a S. Stephano assignatis, capiebant, suasere nonnulli, ut aut limites possessionum Rex coarctaret, aut fructus ex iis obvenientes portione certa definiret; sed fulmina illa, quæ in fundationum literis in violatores bonorum Ecclesiasticorum, Sanctus Rex detorsit, homines, lucro potius, quam Ecclesiarum decori intentos, deterruit.

CAPUT II.

De Synodo in unoquoque Episcopatu, Comitibus & Magistratibus celebranda.

QUia populus noster magnis sæpe, tam viæ, quam inopiæ laboribus prægravatus, pro qualibet necessitate curiam regalem adire non potest, bis in anno, id est: in festivitate Apostolorum Philippi & Jacobi, & in octavis Michaelis, Synodum in unoquoque Episcopatu celebrari constituimus: in qua tam Comes, & Comites, quam aliorum magistratuum dignitates, & potestates, ad suum Episcopum conveniat, ad quam quicunque, etiam sine sigillo vocatus, non venerit, reus judicio erit.

NOTÆ.

DUO hinc eruimus. Primo: ante hoc statutum causas etiam spirituales in curia regia fuisse examinatas, idque per privilegium Regis Apostolici, quæ postea ad Synodos Episcopales remissæ sunt. Secundo: dictis Synodis semestribus interfuerunt etiam seculares superiores, qui una cum Prælatis profana subditorum negotia ventilarunt; quod eo fine factum est, ut præsente Ecclesiastica persona, tenacius pro justitia staretur, & quod nonnunquam evenit, sententiæ juribus Ecclesiarum adversæ prohiberentur.

CAPUT III.

De alienigenis Presbyteris, sine litteris commendatitiis advenientibus.

ALienigena Presbyter, vel Diaconus, commendatitiis literis non recipiatur; qui vero hactenus recepti sunt, si jure venerint, examinentur, quatenus de quibus aliqua aures nostras pulsat infamia, hi ab officio cessent, donec in judicio purgentur, vel de terra eliminentur.

NOTÆ.

COnsulitur vi hujus legis, publicæ disciplinæ; ne mali exempli clerici in Hungariam admittantur, aut ut admissi ejiciantur.

CAPUT IV. alias V.

De citationibus Presbyterorum.

EPiscoporum, & Comitum capellani, vel reliquorum, per sigillum Episcopi, quel Archi-Episcopi, ad causandum cogantur.

CAPU V. alias VI.

De citationibus Presbyterorum, & Laicorum inter se se.

SI vero clericus causam habet cum laico, per judicis sigillum laicus cogatur: si vero laicus habet causam cum clerico, per sigillum Episcopi, vel Archi-Episcopi, clericus cogatur; ab eisque, tanquam judice suo, examinentur.

CAPUT VI. alias XIV.

Quod nullus secularis Judex clerico det sigillum.

NUllus præsumat secularis Judex clerico sigillum dare.

NO-

NOTÆ.

Confirmatur Privilegium Cleri, vi cujus nulla Ecclesiastica persona ad forum seculare citetur. Sigillum autem, veteri ad judicium evocandi consuetudine, dabatur, cum illud judex nudæ chartæ appressum, per actorem ad reum mittebat, eumque ad audiendam causam invitabat.

CAPUT VII. alias XV.

Revocatio omnium donationum, præter donationem S. Stephani.

Quia eo minus videtur valere curia, quo minus suppetunt necessaria: ne nostra abundantia nimis superfluat penuria, placuit omnes pistrinas, præter quas Sanctus Stephanus Rex donaverat, solio regali reddere. Quia indignum erat nobis recedentibus, curialem nobiscum honorem recedere, ubi præstat nos & venientes copiam honoris invenire.

NOTÆ.

Ut necessitati, & securitati publicæ consuleretur, pistrinæ, vel molæ, præter eas, quas Sanctus Stephanus donarat, ad Cameram Regiam redactæ sunt: ne quisque pro libitu faciendæ farinæ, & panis potestatem habeat, & miles, aut aula regia, cum bellum gereretur, penuriam patiatur.

CAPUT VIII. alias XVI.

Ablatio piscinarum Monasteriis, vel Ecclesiis datarum.

Similiter decrevimus, piscinas Monasteriis, vel Ecclesiæ datas, alias quidem reddere, sed necessarias quotidiano fratrum usui relinquere, nullas vero, nisi superfluas auferre.

CAPUT IX. alias XVIII.

Quod sylvæ datæ Ecclesiis non auferantur.

Sylvas Ecclesiis datas, minime auferri concedimus.

CAPUT X. alias XIX.

De terris occupatis colonorum ejectorum.

Veteres coloni ejecti, terram non habentes alibi, ad suam revertantur: si tamen terra eorum data est Monasteriis, vel Ecclesiis, & ipsi aliam habent, hoc inviolabiliter ita permaneat.

CAPUT XI. alias XXII.

De judicio ferri & aquæ, in quibus locis fieri possit.

Judicium ferri & aquæ in aliqua Ecclesia fieri interdicimus, nisi in sede Episcopi, & majoribus Præposituris, ut Posonii, & Nitriæ.

NOTÆ.

Dicta de judicio ferri, & aquæ in Synodo Szabolchensi, hoc loco repetenda sunt. Capitulum istud propter abusus conditum est; passim enim probam ferri igniti & aquæ ferventis exercebant in reos, judices; dum certi quidam ritus, & loca præscriberentur. Arguunt aliqui ex eodem Capitulo, Nitriensem Episcopatum sub hæc tempora nondum exstitisse, cum Præpositura Major dicatur. Sed obstant argumenta alia; admiserim tempore Colomani fuisse Præposituram vel potius Vicariatum Episcopi, idque iniquitate bellorum agrum Nitriensem vastantium, quo, Episcopatum Nitriensem, a sancto Stephano seu restauratum, seu fundatum per intervalla annorum aliquot, cum Episcopi dignitate quievisse, probaretur.

CAPUT XII. alias XXV.

De decimis tributorum, & vectigalium.

De tributis autem, & vectigalibus, sicut Comitibus tertiam partem dari decrevimus, ita decimam quoque Episcopis censemus; quibus tam novi, quam veteris testamenti pagina decimas dandas esse proclamant. Incautum igitur, & inconsultum est, si instituta Sanctorum præsumamus infringere, quæ summa potius devotione debemus adimplere.

CAPUT XIII. alias XXVI.

De testibus confiteri debentibus ante attestationem.

Si quis in testimonium adductus alicujus, veritatem sua nititur attestatione probare, hujus testimonium sic recipi jubemus, si præsertim sit confessus peccata sua Sacerdotibus; si denique contrarium habeatur, & cautela sit veri testimonii per Sacerdotem in confessione, & mendacis culpæ redemptio fiat cum possessione.

Con-

ANNO CHRISTI 1103.

NOTÆ.

Convenit hoc ftatutum cum illo S. Stephani *Dec. L. 2. c. 3. Teftes fint Chriftum prædicantes.* Quo innuitur, ut teftes in caufa aliqua adhibendi fint Chriftiani; cui Colomannus illud adjecit ob frequentem hominum nequitiam, (præfertim ob novellam adhuc Chriftianam religionem apud Hungaros, dum multi Chriftum mentiti Scythicum animum palliabant) ut teftes e numero eorum fint, de quibus Sacerdotum teftimonium habeatur, quod in fignum vitæ probæ, peccata fua confeffi fint; alioquin in defectu hujus teftimonii, merito de virtute, & fide teftis fufpectus effe potuit. Optandum foret, ut fimilis cautela, & delectus teftium hodiedum vigeret, ne tot perjuria, ob lucellum fane exiguum, in judiciis invalefcant.

CAPUT XIV. alias XLVI.

De accufatione Ifmahelitarum fecundum fectas fuas viventium.

SI quis Ifmahelitas in jejunio, feu in comeftione, porcinæque carnis abftinentia, vel in ablutione, vel in quolibet fuæ fectæ facinore deprehenderit, Ifmahelitæ Regi deputentur; qui vero eos accufabit, de fubftantia eorum partem accipiat.

CAPUT XV. alias XLVII.

De Ecclefiis Ifmahelitarum, & de dotibus earumdem.

UNicuique villæ Ifmahelitarum Ecclefiam ædificare, de eadem villa dotem dare præcipimus, quæ poftquam ædificata fuerit, media pars villæ Ifmahelitarum emigret, ficque aut extrinfecus sedeant, aut quafi unius moris in domo: mater autem nobifcum una eademque Chrifti Ecclefia individua unanimiter confiftat.

NOTÆ.

ACcreverat Ifmahelitarum numerus. Occupabant illi fedes habitatore vacuas, & velut in rempublicam confluebant. Quod ipfum a Cumanis poftea factum vidimus, Hungariam prope omnem inundantibus. Ut igitur Ifmahelitæ ad Sacra Chriftiana pertrahuntur, aut alio fe auferre cogantur; ftatuit S. Synodus, ut in villa, quo fe Ifmahelitæ recipiunt, ex eorum pecunia, Ecclefia ædificetur & dotetur: qua parata, qui baptifmum fufcipere voluerint, remaneant unius nempe moris Chriftiani in Domo Dei; qui noluerint, emigrent, & Chriftianis locum faciant. Quod autem media pars villæ abire jubeatur, provide ftatuitur; ne fcilicet unum in nidum congregati, pertinaciores contra Regis, & Epifcoporum edicta evadant, & mutuis confiliis ad fectam fuam tuendam, aut machinationes occultas fe animent, quod hodiedum experitur Ecclefia, ubi foli fectarii fe continent. Canon ifte locis applicari poffet, & deberet, ubi Judæi numero, habitatione, & divitiis incolas Chriftianos excedentes, turpis lucri caufa a fundorum Dominis proteguntur.

CAPUT XVI. alias XLVIII.

De matrimonio Ismahelitarum.

ISmahelitarum vero nullus audeat filiam fuam jungere matrimonio alicujus de gente fua, fed noftra.

CAPUT XVII. alias XLXI.

De efu carnium porcinarum per Ifmahelitas.

SI quis Ifmahelitarum hofpites habuerit, vel aliquem in convivium rogaverit, tam ipfe, quam convivæ ejus, de porcina tantum carne vefcantur.

NOTÆ.

LEgibus his Colomanus Ifmahelitas coercere voluit, ut leviori negotio fidelium focietati affueti, baptifmum ipfi expetant, & qui in pagano ritu perfeverare decreverunt, pœnis emolliantur. Qua de caufa, matrimonia prohibuit mulierum Ifmaheliticarum cum aliquo de gente fua, feu cum pagano, juffitque conjungi Hungaro, vel Chriftiano. Decretum fimile legitur in Concilio Toletano XVII. de filiis & filiabus Judæorum, anno 694. celebrato, uti videre eft apud Binium in notis, N. 8. Tom. 3. Concil. De efu autem porcinæ carnis, tam Ifmahelitis, quam eorum convivis impofito, nemo dubitabit id pœnæ loco impofitum effe, ut vel Hungaria abeant, vel libertatem Chriftianis quoad alimenta conceffam, Ecclefiæ aggregati amplectantur.

CAPUT XVIII. alias L.

De pœnis homicidas retinentium, nec non parricidis, & aliis.

SI quis homicida apud Comitem, vel quemlibet inveniatur, per nuncium Epifcopi ad pœnitentiam quæratur; quem fi mittere renuerit, eadem cum homicida fententia feriatur. Parricidia & cætera, quæ prætitulavimus homicidia, Epifcoporum cenfuris vocare decrevimus, qui juxta qualitatem facinorum, & perfonarum, prout ipfis vifum fuerit, canonice hujufmodi facinus deliberent. Simplicia vero hujufmodi homicidia, ab Archi-Diacono, & Judice feculari judicentur, de quibus & ipfi nonam & decimam partem inter fe difpartiant.

Ho-

ANNO CHRISTI 1103.

NOTÆ.

HOmicida voluntarius juxta S. Steph. *l.* 2. cap. 16. debebat pendere centum, & decem auri pensas, id est uncias, & secundum institutionem canonum jejunare. Ubi alluditur ad *can. Itaque* 20. *can.* 24. *q.* 3. homicidæ a communione Ecclesiæ per sententiam submoveri jubentur; nisi per pœnitentiæ satisfactionem crimina admissa diluerint. Præsens itaque Colomani decretum, per nuncium Episcopi, velut ordinarii tunc in causa homicidii Judicis, jubet quæri homicidam ad pœnitentiam, quem si mittere seu comes, seu quisquis alter recusaverit, eadem excommunicationis sententia ipse, & homicida percuti jubentur. Parricidia tamen, & alia qualificata homicidia, ut Assassinia, veneficia, &c. non simpliciter per nuncium, sed simul per censuras Episcoporum, id est: sub pœna incurrendæ ipso facto excommunicationis vocari, citari, & ad tribunal Ecclesiasticum attrahi debere constituitur: ut ita juxta qualitatem facinorum & personarum major, aut minor pœnitentia, canonice, seu juxta canones Ecclesiæ, volentibus se emendare imponatur; contumaces vero a communione fidelium separentur. Simplicia vero homicidia Archi-Diaconi, & judicis secularis foro attribuuntur, & eisdem pro impenso labore nona, & decima pars mulctæ pecuniariæ jam dictæ, seu centum & decem pensarum auri, ab homicida solvendarum conceditur.

Verum antiquata sunt hæc jura nostra; & in homicidas deliberatos pœna capitis statuta est, *Matth. I. Dec. III. art. XXVII. Ulad. Dec. I. art. LXXXII. & aliis.* Parricidæ vero, pœna notæ infidelitatis, seu amissione capitis & bonorum feriuntur, *Dec. Tri. par. I. tit.* 14. *& par.* 2. *tit.* 43. quanquam deinde, *anni* 1723. *art. II.* sola pœna capitis, cum, vel sine exasperatione, iisdem infligi jubeatur.

CAPUT XIX. alias XLVIII.

De mulieribus partum suum necantibus.

MUlieres, partum suum necantes, Archi-Diacono allatæ pœnitentiam agant.

NOTÆ.

EX Decreto *anni* 1723. *art. II.* pœna capitis constituta est; quamvis Ecclesiastico judicio, eoque mitiori in eas actum fuerit per Archi-Diaconos, tempore primorum Regum. Vide, quæ sequentur.

CAPUT XX. alias LIX.

De raptu mulierum.

RAptus mulierum, Episcopus, seu Archi-Diaconus dijudicet.

NOTÆ.

SAncti Stephani statutum erat, *Lib.* 2. *cap.* 25. ut puella rapta *parentibus reddatur, & raptor solvat decem juvencos pro raptu, licet postea reconcilietur parentibus puella. Si vero raptor pauper fuerit,* componatur, seu exolvatur pœna *raptus, quinque bobus.* Quia vero hoc in capite, in causa raptus nullus judex constituitur: hinc in hac Synodo decernitur, ut ejusmodi causæ velut matrimonium directe, vel indirecte concernentes, in foro Ecclesiastico judicentur, & illic cognoscatur, an & quomodo inter ejusmodi personas, si præcipue matrimonii ineundi causa raptus contigit, illud coalescere possit, secundum canones, qui tum vigebant: quos vide in Decreto Gratiani caus. 36. q. 2. præsertim vero *can.* 4. 9. *& seq.* quibus interdicebatur inter raptorem & raptam matrimonium, quamvis valide illud contrahi non potuerit.

Hodie autem obtinet etiam in sacris Tribunalibus Ungariæ, *Conc. Trident. Sess.* 24. *de Matrim. cap.* 6. ubi inter raptorem & raptam, quamdiu in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium decernitur: & raptori variæ pœnæ dictantur. Lex porro S. Stephani in usu non est.

CAPUT XXI. alias LX.

De maleficis.

MAlefici, per nuncium Archi-Diaconi & Comitis inventi, dijudicentur.

NOTÆ.

MAleficiati a Canonistis vocantur, qui vel ex maleficio, seu ope dæmonis, vel ex malitia hominum, naturali id medio efficientium, sunt inhabiles effecti ad copulam sive viri sive fœminæ: de quibus multi agunt in jus Cano. commentantes in titulo *de Frigidis & maleficiatis.* Malefici vero sunt, qui maleficium isthoc efficiunt. Et de his lex præsens loqui videtur: ut ex sequenti, & præcedenti capite colligitur, jubetque maleficos judicari per Archi-Diaconum, & Comitem, seu supremum Provinciæ Præfectum, & per eorum nuncium in jus vocari. Nec male: cum etiam crimen magiæ, & sortilegii, de jure canonum, mixti fori sit: *arg. c. contra idolorum* 10. *caus.* 26. *q.* 5. Alias maleficium in genere, est vis nocendi aliis ex pacto, & cooperatione dœmonis: de quo moralistæ in præceptis primæ Tabulæ; Canonistæ vero in Titul. *de Sortilegiis* agere solent. Hodie maleficia omnia in foro seculari apud Hungaros judicantur. *arg. Mat. Decr. I. art.* 3. *& anni* 1647. *art.* 16.

CAPUT XXII. alias LXI.

De adulteris.

ADulteri Episcopo vel Archi-Diacono adducti, debitis pœnarum judiciis deputentur.

No-

ANNO CHRISTI 1103.

NOTÆ.

NOtandum: ex adulterio dupliciter agi posse, nempe *civiliter*, & *criminaliter*. Videatur Schmaltzgru: *Tit. de adulteriis & stupro n. 66. & seqq.* qui hæc pluribus. Dum præsens Colomani & Synodi constitutio jubet adulteros ad Episcopum, vel Archi-Diaconum adduci, actionem non criminaliter, sed civiliter intentatam supponit, & idcirco subjungit; eosdem debitis pœnarum judiciis esse deputandos: conformiter scilicet ad S. Ladislai *Lib. 1. Cap. 20.* ubi adulteris pœnitentia juxta canonum instituta imperatur. Confirmatur id *Dec. Colom. Lib. 2. Cap. 28.* Divortium pariter a thoro, parti innocenti utrobique liberum permittitur. Adulteræ tamen ad petitionem mariti extremum supplicium statutum. *Trip. Decret. P. I. tit.* 105. Quæ lex hodiedum viget. De adulteris vero in loco delicti deprehensis, etiam per non privilegiatos puniendis, videatur Decret. *Trip. par.* 3. *tit.* 32. Si ob adulterium agatur ad divortium, vel correctionem, causa forum spirituale respicit, *Math. Decret. 1. art.* 3. Si ad pœnam corporalem, vel pecuniariam; forum seculare. *arg. cit. art.* 3. Et anni 1647. *art.* 16.

CAPUT XXIII. alias LXV.

De comitibus & militibus potestatem Ecclesiæ sibi vendicantibus.

NUllus comitum vel militum in Ecclesia præsumat sibi vendicare potestatem, præter solum Episcopum.

NOTÆ.

NON intelligitur hoc Canone solum jus patronatus, aut præsentandi, nec sola Ecclesia, aut locus sacer Divino cultui deputatus, quem Domini terrestres, nescio an satis tute, ablatis etiam clavibus, dum commodum iis videtur, aperiunt, aut claudunt; sed ipse etiam minister parochus, aut curatus; imo bona, & reditus Ecclesiæ, quos aliquando sine causa, iidem Dominici fundorum, pagi, oppidi, castelli, prætextu melioris curæ ad se recipiunt, suo peculio commiscent, & domum Dei necessariis destituunt, nihil proficiente sollicitudine Episcoporum in repetendis Ecclesiæ proventibus. Hæc potestas inhibetur, utpote vetita seculari personæ, Lege etiam Divina. Causæ item cognitio in asylantibus, sepultura in loco sacro, suspensio, ut mos apud Hungaros invaluit, armorum gentilitiorum, si qui belli occubuere &c.

CAPUT XXIV. alias LXVI.

De personis Ecclesiasticis decimas persolventibus.

PResbyteri, & Abbates, seu cujuslibet personæ dignitatis, Ecclesiæ decimationem persolvant, in cujus territorio agriculturam exercent, aut vindemiant.

NOTÆ.

LEX ista explicanda est ad mentem art. 96. anni 1563. Ibi: Nobiles de vineis suis in propria eorum terra adjacentibus, nullas decimas solvere teneantur; sed de iis, quas non in proprio eorum fundo, verum in aliis promontoriis habent, habuerintve, & de illis domino promontorii jus montanum vel nonam solverint; Prælatis quoque, & Ecclesiasticis personis decimas solvere sint obligati. Item renovatur art. 95. anni 1647. &c. proinde, si in talibus territoriis agriculturam aut vindemiam faciant, etiam Ecclesiastici, alias privilegio nobilium gaudentes, decimas hodie etiam pendunt.

CAPUT XXV. alias LXVII.

De Bigamis Presbyteris.

BIgami & viduarum, vel repudiatarum mariti a conjugiis cessent illicitis, vel a cleri excludantur consortiis. *Vide Synod. Szabolchens.*

CAPUT XXVI. alias LXVIII.

De celebrationibus Missarum.

MIssa non celebretur, nisi consecratis in locis, nisi causa necessitatis aliqua existente, & tunc in tentorio, sive alio mundo loco: sed viæ tantum, ac itineri hæc vacet necessitas, non venationi; nec sine tabula itineraria.

NOTÆ.

TAbulam itinerariam, intellige altare portatile, vel altare viaticum.

CAPUT XXVII. alias LXXIX.

De reliquiis Sanctorum.

REliquiæ Sanctorum per viam non portentur, nisi a bono, & Religioso Clerico.

CAPUT XXVIII. alias LXX.

De vestibus Clericorum.

NUllus qui Clericus æstimatur, vestibus utatur Laicalibus, utpote fisso pelliceo, vel tunica sparsa, manica ru-

ANNO CHRISTI 1103.

rubra, ſtragula; vel viridi chlamyde, caliga, ſeu joppa; calceo picto, vel ſericata camiſia quoque, & tunica, & ſerico in pectore non conſuantur, ſed nodis, vel fibulis collum amplectentur inferendum.

ANNO CHRISTI 1103.

N O T Æ.

UT Clerici in ſacris conſtituti, & beneficiati, etiamſi minoribus ſolum ordinibus initiati ſint, veſtem, & tonſuram Clericalem deferant: præcipitur: *c. Clerici 15. de vita & boneſtate Clericorum. Et Clem. 2. eodem*; nec non *Trident. Seſſ. 14. cap. 6. de refor.* ubi additur ratio: ut per decentiam habitus extrinſeci, morum honeſtatem intrinſecam oſtendant. Quibus locis graviſſimæ pœnæ in contrarium facientes ſtatuuntur. Et quamvis veſtis Clericorum maxime conformanda ſit conſuetudini, & uſui cujuſque regionis per *Can. Si quis Virorum 15. diſt.* 30. præcipitur tamen in Concil. Lateran. ſub Innoc. III. cap. 3. & refertur, *c. Clerici 15. de vita & bon. Cler.* ne Clerici utantur veſte virgata, vel partita, hoc eſt: diverſos colores, aut flores panno intextos, vel per artem ſuper inductos habeant; neque pannis rubeis, aut viridibus; minus vero *caliga ſeu joppa*, id eſt femorali verſicolore, aut a cæruleo, vel nigro abludente, &c. Memini hanc rationem veſtium ad dignoſcendos gradus dignitatum Eccleſiaſticarum ſub Emin. & Sereniſſ. S. R. E. Card. & A. E. Strigo. Chriſtiano Aug. Duce Saxoniæ circa annum 1713. typis editam fuiſſe.

CAPUT XXIX. alias LXXI.

De quatuor temporibus.

QUatuor tempora in ſuis, ut hactenus mos fuit, locis celebrentur.

CAPUT XXX. alias LXXII.

De officio Sanctæ Trinitatis.

OFficium de Sancta Trinitate, poſt octavas Pentecoſtes celebretur.

CAPUT XXXI.

De ſepulturis Chriſtianorum.

SEpultura Chriſtianorum non niſi in atriis Eccleſiarum fiat.

EX LIBRO SECUNDO

DECRETORUM COLOMANI.

CAPUT I. alias IV.

De degradatione Bigamorum.

SI quis Bigamus propter uxorem Divinum officium reliquerit, omni Eccleſiaſtica dignitate privetur, & inter Laicos deputetur.

N O T Æ.

BIgami hi Presbyteri ad tempus tolerati ſunt, donec aliud ſtatueretur in Hungaria. Loquitur enim ſolum de iis, qui ante ſuſceptos SS. ordines uxores habuerunt, eaſque retinuerunt, non ſervata continentia, ut ſi propter conjuges officiis ſuis, & muneri Eccleſiaſtico non ſatisfacerent, ab altaris miniſterio removeantur.

CAPUT II. alias V.

De decimis populorum, & ſervorum denariis.

DEcretum eſt in ſancta Synodo ab omnibus Epiſcopis, ut populus S. Eccleſiæ decimas omnes, quas poſſident, ſervi vero Eccleſiæ, parochiano Presbytero tres denarios impendant. (*a*)

(*a*) Lego ad ann. 1105. querelas Gullielmo A. E. Strig. factas, *de non præſtito denario ſervitii in Kalen. Jan.* Muſ. Hiſ.

CAPUT III. alias IV.

De notis infidelitatis.

EX authoritate Apoſtoli, pro Regis noſtri ſalute, & Regni ejus ſtabilitate, in omnibus quotidie Eccleſiis orando, cenſemus, & diſtincte præcipimus, ut ſi quis contra Regis ſalutem, & dignitatem quolibet modo aliquid conſpiraverit, aut conſpirare aliquid tentaverit, ſeu tentari ſciens conſenſerit, anathematizetur, & omnium fidelium communione privetur: ut ſi quis hujuſmodi aliquem noverit, & probare valens, non indicaverit, prædictæ damnationi ſubjaceat.

N O T Æ.

POEna excommunicationis inter fideles, merito graviſſima eſſe cenſetur: unde etiam ad coercendum graviſſimum in republica crimen ſeditionis, aut rebellionis quondam adhibita eſt. Porro,

ANNO CHRISTI 1103.

ante tempora Sancti Stephani similis pœna contra rebelles constituta est. Sic anno Domini 847. Concilium Rhemense in Gallia sequentem Canonem sancivit: Statuimus, atque authoritate Ecclesiastica confirmamus, eos, qui contra Regem, vel Ecclesiasticas dignitates, sive reipublicæ potestates, in unoquoque ordine legitima dispositione constitutas, conspirationes rebellionis & repugnantiæ faciunt, a communione & consortio Catholicorum, veram pacem amantium, submovendos, & nisi per pœnitentiam, & emendationem paci se Ecclesiasticæ incorporaverint, ab omnibus filiis pacis sancimus extorres. Binius Tom. 3. Con. p. 633. Adhibuere iteratis vicibus hoc remedium ad componendos motus domesticos Primates nostri; visum tamen est, exempla quæ habemus, reticere potius, quam refricare.

CAPUT IV. alias IX.

De privatione Bigamorum Presbyterorum & eorum beneficiis.

UT clerici bigami, & viduarum, aut repudiatarum mariti, temporalibus Ecclesiæ beneficiis, & cunctis dignitatibus Ecclesiasticis priventur. Nullus Episcopus aliquem promoveat clericorum ad Diaconatum, & ultra, nisi prius continentiam voverit, & si uxorem habuerit, ex ejus fiat consensu, idem promittentis.

NOTÆ.

COnfer hic lucis causa ea, quæ habet Alexander III. in Concil. Lateran. ann. Domini 1180. celebrato, Part. 5. cap. 6. & 7. ex epist. ejusdem ad Archi-Episc. Strigon. & Colocen (non Coloniens. ut vulgo habetur) collat. Decretal. lib. 3. Tit. 32. de conv. conjugat. cap. 5. & 6. Ex varia autem vetustiorum lectione observatur, seculis antiquioribus, & pietate fœcundioribus, consensum uxoris cum promissione continentiæ ad hoc, ut maritus ad majores sacros ordines promoveri posset, non fuisse aliqua lege scripta requisitum, sed ut plurimum, ultro eam, & sponte talem dedisse consensum cum voto continentiæ junctum [qualis erat etiam Terasia S. Paulini Episcopi Nolani conjux] alioquin, si quando repertæ sunt aliquæ, ea in re vocationi, & proposito virorum suorum contrariæ, & refractariæ, h. e. quæ noluerunt a thoro, & carnali commercio maritorum suorum se se separare, censuræ Ecclesiasticæ fuerunt subjectæ, ut colligere possumus ex tertio Canone Concilii Arelatensis II. in quo hæc verba leguntur: *si quis Clericus a gradu Diaconatus* (h. e inde a Diaconatu inclusive in majoribus sacri Mysterii gradibus constitutus) *in solatio suo mulierem, præter aviam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conversam uxorem, secum habere præsumpserit, a communione alienus habeatur. Par quoque & mulierem (si se separare noluerit) pœna percellat.*

Per conversam uxorem, quæ, & qualis hic intelligatur, norunt eruditi: conversi enim conjugati speciali quadam ratione illi (& illæ) dicebantur: qui promissione, & professione continentiæ ab actu venereo, testabantur jam se se plenius mundo renunciasse, & arctius Divino servitio addixisse, ac per hoc statum priorem mutasse. Vidimus in allato Canone, quod mulier præter hic exceptas quasdam propinquas, etiamsi esset uxor non conversa (sensu explicato) penitus arcetur a clerici jam Diaconi, vel supra Diaconatum constituti contubernio, ac solatio, & quidem sub pœna exclusionis a sacra communione, si se a tali clerico non separaret. Certe verba illa, *si se separare noluerit*, non minus tangunt non conversam (seu non promittentem continentiam) quam aliam mulierem, non exceptam. Hinc sunt illa etiam veterum SS. Patrum, Ecclesiæ Africanæ & Occidentalis statuta, quibus absque ulla insinuatione consensus uxoris) simpliciter injungitur Episcopis, Presbyteris, & Diaconis, ut se se ab uxoribus etiam legitimis abstineant: salva tamen provisione de iisdem. Et Sanctus Leo I. Papa diserte scribit de altaris Ministris, seu Diaconis, deque Episcopis, & Presbyteris: quod *cum essent laici, sive lectores, licite & uxores ducere & filios procreare potuerunt, sed cum ad prædictos pervenerunt gradus, cœpit illis non licere quod licuit.* Unde, inquit: *ut de carnali fiat spirituale conjugium, oportet eos suas dimittere uxores, & qui si non habeant, sic habere; quo & salva sit charitas, & cessent opera nuptiarum.* Hæc & similia veterum dicta, satis docent virum ad majores sacri ordinis gradus vocatum, non dependisse olim a consensu mulieris, num velit se continere; sed mulierem debuisse ex vi canonum vocationi & muneri sui mariti se accommodare: alioqui non effugit censuram Ecclesiasticam. Ad objectionem autem, quæ hic necti posset, facile responderetur, si collectionis scopus digressum pateretur.

CAPUT V. alias X.

De servitio conjugatorum Presbyterorum.

NUllus conjugatus Presbyter, aut Diaconus altari deserviat, nisi prius uxori concedenti, & continentiam voventi, locum separatim, & necessaria vitæ temporalis provideat, ut secundum Apostolum habentem, quasi non habentem se esse intelligat.

NOTÆ.

OBservemus tamen tum ex hoc, tum ex præcedenti statuto, Sub-Diaconis nondum adhuc tempore Colomani interdictum fuisse conjugium, vel usum conjugii in Hungaria; utrobique enim Sub-Diaconi non minus, quam alii minoris gradus clerici a prohibitione illa excluduntur: idque ob frequentiores migrationes ad Hungariam clericorum ex orientali Ecclesia. Tametsi in Ecclesia latina jam dudum antea, præsertim inde a tempore Sancti Gregorii Magni, Sub-Diaconi, hac in re, eadem lege cum aliis clericis altioris gradus tenebantur. Notare etiam possumus, ex proximo statuto, Presbyteros, & Diaconos aliquos dicto tempore in Hungaria, & in ipso etiam conjugio sacrum habuisse ordinem, sive ante ordinem duxerint uxores, sive post acceptum. Conjugato etiam Presbytero, & conjugato Diacono hic interdicitur, ne sine dicta conditione altari deserviant. Qua occasione uxores etiam ipsorum legitimæ esse agnoscuntur, sive ante, sive post acceptum ordinem sacrum fuerint ductæ. Id enim indicatur per hoc, quod non abjici, sed consensu earum de continentia accepto, sustentari jubentur.

CA-

ANNO CHRISTI 1103.

CAPUT VI. alias XII.

De clericis concubinariis.

SI Presbyter altari deserviens concubinam habuerit, illa auferatur; ipse vero juxta præceptum Episcopi, fructu peracto pœnitentiæ, ad administrandum altari restituatur, & Ecclesiæ: ut a villa, in qua est Ecclesia, ab Ecclesia longius non recedat: quod si recesserit, decem pensas persolvat & redeat.

NOTÆ.

PRæter pœnas, contra Clericos concubinarios in plurimis conciliis constitutas, statuitur, ut Parochi a loco Parochiæ negotiorum causa non abeant sine scitu Episcopi, aut constituti ab eo Superioris; idque ideo, ne occurrente necessitate infantes, aut infirmi periculum animarum adeant.

CAPUT VII. alias XIII.

De venditionibus in diebus festis.

SI quis festo vendiderit, pretium acceptum quadruplo restituat, ipse vero pœnitentiæ subjaceat.

NOTÆ.

EXtra hunc Canonem plura jam de observatione festorum statuta meminimus: restitutio in quadruplum ad ærarium publicum confertur, cujus duæ partes assignatæ erant Ecclesiæ.

CAPUT VIII. alia XIV.

De non celebrantibus festivitates.

SI quis descriptas festivitates non celebraverit, sic judicetur in eum; ut si liber est, tribus diebus pœniteat, si servus, septem plagis mulctetur.

NOTÆ.

EXistimo, quod lex eas festivitates celebrari jubeat, quas Synodus Szabolchensis sub S. Ladislao recitat.

CAPUT IX.

De dispensatione conjugali in facie Ecclesiæ fienda.

DE desponsatione conjugali in facie Ecclesiæ, placuit sanctæ Synodo, ut omnis conjugalis desponsatio, in conspectu Ecclesiæ præsente sacerdote, coram idoneis testibus, aliquo signo sub arrhationis, & consensu utriusque fieret, aliter non conjugium, sed opus fornicationis reputetur.

NOTÆ.

MUlti ex hoc capite conjiciunt, matrimonia clandestina in Hungaria, jam ante SS. Concil. Trident. prohibita fuisse: alii ea de causa canonem insertum dicunt, ut conjugia Christianorum cum paganis, quorum non pauci in Hungaria, vivente Colomano, supererant, rescinderentur.

AD ROMANUM CONCILIUM

In quo de causa Grossulani Mediolanensis sedis antistitis cognitum est,

Anno 1103. *celebratum,*

ADNOTATIO CRITICA.

1103. ROmanam hujus anni 1103. synodum ex historia controversiæ inter Liprandum presbyterum, & Grossulanum archiepiscopum a Landulpho a S. Paulo descriptam elicit Labbeus to. II. pag. 1107. Venet. edit. Qui tamen supremam causæ huic manum in concilio Romano 1105. impositam fatetur. Unde tamen id deduxerit, quod certum constituit, de causa in duplici synodo agitata, penitus ignoro; nuspiam enim id asserit Landulphus, cujus tota series hæc omnia una eodemque in synodo gesta designat. Certum alioqui ratumque est restitutionem Grossulani synodo anni 1105. tribuendam, ut non obscure innuit Landulphus, cap. XXII. his verbis: *Durante lite Grossulani, scilicet* 1105. *VII. id maji &c.* Abjicienda est igitur synodus anni 1103. totaque hæc controversia ad synodum anni 1105. referenda. Quam vero synodum Romanam anno 1104. assignat Labbeus, illam in sequentem annum revocandam demonstravit Pagius, cujus sententiam novissimus conciliorum Labbeanorum editor adoptavit.

PICTAVENSE CONCILIUM

Anno 1104. habitum.

CONcilii hujus Pictavensis parum ultra nomen superest in veteri charta vulgata Galliæ Christ. to. II. nov. edit. pag. 344. apend. ex qua hæc ad rem præsentem. *Post Pictavense concilium celebratum anno MCIV. VVillelmus prior S. Johannis Angeriacensis, & Goffredus Monachus de Neriaco & Ramnulphus archipresbyter in capitulo S. Maxentii concessionem placiti in præfato concilio facti pro Marestasio acceperunt ab abbate Garnerio &c.*

RATISPONENSE CONCILIUM

Quo advocatorum ecclesiæ rapacitas, certo illis proventu constituto, coercetur,

Anno 1104. celebratum.

VEterum monumentorum divitem illam suppellectilem, qua pater Meichelbek historiam suam Frisigensem ornavit, dum consulo, incidi in veterem quandam chartam inter instrumenta prioris tomi num. MCCLXXII. legendam, ex qua concilii Ratisponensis non tantummodo nomen annumque, sed & acta pariter, aliunde ignota, disco: Incipiunt acta illa ex canone concilii Africani, quem forte in rem C *præsentem aptissimum rati ejus concilii patres attulerunt in medium. Cum vero Henricus III. imperator anni 1103. natalis Domini festum, unde Germani ejus ætatis scriptores novum annum exordiri solebant, Ratisponæ egerit, teste annalista Saxone Eccardi, hinc facile conjicimus concilium istud eo tempore convenisse, nec fallere chartam, quæ annum 1104. signat. Ita ergo in charta:*

EX CONCILIO AFRICANO.

Visum est universis ab imperatoribus postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur ecclesia, ut defensores eis adversus potentias divitum cum episcoporum provisione delegarentur.

EX CONCILIO RATISPONENSI,

Cui interfuit Henricus III. imperator cum plurimis regni Optimatibus ista laudantibus & confirmantibus. D

Satutum est, ut ad placitum cujuslibet advocati pertinentes semel in anno, quando præceptum fuerit, omnes cunctis in locis conveniant, ibique in servitium suum plus non exigant nisi II. modios tritici, & II. porcos, tres cados vini & medonis, X. cados cervisiæ, & V. modios avenæ. Ut autem ea quæ in usus fratrum pertinent minus distrahantur, hæc subscripta in usus advocatiæ sunt deputata; videlicet III. pars bannorum, & satisfactio temeritatum; ita tamen, ut si qua dispendia res fratrum patiuntur, primo eis restituantur sua VVerigelda (*a*) fratrum, sicut & mancipium pro mancipio. Præterea si prælati ecclesiæ aliqua necessitate cogente damnum sibi vel rebus suis illatum salvo ordine suo recuperare non valuerint, ipsos advocatos in competentem locum advocent, ubi causas querimoniæ diligenter discutiant, nihilque ab eis, vel ab eorum colonis quasi sub justitia exigant; sed cum caritate hoc, quod eis impensum fuerit, accipiant. Hæc acta sunt anno Incarnationis MCIV. indict. XII. præsidente papa Paschali II. regnante autem Henrico imperatore III. hæc tam ecclesiæ, quam regni principibus conlaudantibus & confirmantibus, quorum nomina in libro traditionum continentur.

(a) i. e. præstatio... in comm... nes fra... trum usu... Vide Ca... V. Gilda...

SENONENSIS PROVINCIÆ CONCILIUM

Anno circiter 1105. a Daiberto Senonensi archiepiscopo celebratum.

An. 1105. VEtustus author chronici S. Petri Vivi, qui anno XI. Daiberti Senonensis archiepiscopi nempe anno 1109. opus suum absolvit, & scriptor alius usque ad annum 1184. continuavit, ad annum 1098. tradit eundem Daibertum undecim illis annis nihil habuisse negocii cum monachis ejusdem cœnobii. Id vero nescio quomodo cohærere possit cum iis, quæ narrantur in epistola Ernaldi, seu Arnaldi abbatis S. Petri vivi a E Baluz. Miscel. to. VI. pag. 438. vulgata, qua exprobrat Daiberto injurias sibi, suique cœnobii ecclesiis illatas, narratque ea de causa Romam se perrexisse. Forte tamen dissidium brevi adeo tempore compositum est, ut pax non coaluisse, sed perseverasse videri potuerit. Utcumque res habeat sese, continuator ejusdem chronici Romanam Arnaldi profectionem cum anno 1104. componit; nec nisi exeunte anno rediit: nam Romæ agens ille

ANNO CHRISTI 1105.

ille pro cœnobio suo privilegium signatum *die IV. idus novembris* eodem teste scriptore retulit. Redux vero in patriam literas inferius recitandas dedit ad Daibertum *& episcopos, & abbates ei assidentes*, quos facit certiores de iis, quæ a pontifice primum, dein ab archiepiscopo Lugdunensi A. S. L. (Hugone scilicet) ea in causa impetraverat. Excusat vero factum suum, quod ad eorum conventum invitatus, morbo impediente, minime interfuerit. Ex his patere arbitror Suessionensis provinciæ patres tunc in concilium ignoto quodam in loco convenisse. Concilio demum huic annum 1105. assigno, cum post reditum Arnaldi, & ante Hugonis Lugdunensis obitum qui anno 1106. decessit, collocandum sit. Arnaldi epistolam ad concilium istud datam hic subjicio ex Baluzio ibidem.

EPISTOLA ERNALDI ABBATIS

Sancti Petri vivi ad archiepiscopum Senonensem.

Baluz. Miscellan. VI. pag. ...

DOmino suo pastori D. Senonensi Dei gratia archiepiscopo E. monasterii sancti Petri Vivi indignus abbas cum episcopis & abbatibus ei assidentibus, quæ pacis sunt, & obedientiæ.

A Si ex arbitrio nostro res processisset, volenti animo huic sancto conventui vestro interfuissem, utpote quæsiturus, ut sub tantis intercessoribus in favorem & gratiam vestram quoquo modo redirem. Propter hanc enim recuperandam, & quia præter prædecessorum vestrorum, & nostrorum (morem) in nos & in nostra manum extendebatis, Dominum papam adii; cujus accepta epistola ut ecclesias vestras & nostras in pace laxaretis, precibus & interminationi ejus hactenus acquiescere distulistis; insuper & homines causæ nostræ implicitos, & justitiam reclamantes excommunicastis. Ad evitandum itaque tantæ oppressionis periculum Dominum Lugdunensem Romanæ sedis legatum B consultum misi, qui eos, quos anathemate ligaveritis, debere solvi mandavit, & de reliquis inter vos & nos non diffinitis, si quis nodus inesset in concilio differendum. Utraque vero mandata æque vos ponderastis. De cætero de episcopo Lingonensi nobis ecclesiam auferente querelam coram papa faciens Dominum legatum judicem inde acceperam, cujus vocatu his diebus adire Lingonas debueram; sed infirmitate intercedente, nec ejus, nec vestræ vocationi interesse potui. Valete.

CONCILIUM NORTHUSENSE

Pro reformandis moribus ecclesiæ anno 1105. celebratum.

COncilii hujus acta nemo integrius recitavit præ Annalista Saxone Eccardi, ex quo sua omnia desumpsisse & pessime tamen detruncata suffuratum credo insignem illum alienorum scriptorum expilatorem Conradum Urspergensem abbatem. Juvat igitur ad plenam conciliorum notitiam totam rei narrationem ex annalista illo repetere. Prius tamen recitanda est sequens Rothardi Moguntini epistola, qua Halberstadensem clerum ad præcedens aliquod concilium, quod huic præluserit, invitat

EPISTOLA ROTHARDI

Archiepiscopi Moguntini ad clerum ecclesiæ Halberstadensis.

Hortatur clerum Halberstadensem, ut sui exemplo ad gremium ecclesiæ redeant.

Exstat apud Martene Ampl. Collect. Mon. tom. I. pag. 604.

ROthardus (*a*) Dei gratia Moguntinæ ecclesiæ archiepiscopus, omnibus in clero Halberstadensi unitatem sanctæ ecclesiæ amplectentibus fraternam dilectionem.

Qui veræ dilectionis dona a Deo pacis consequi merentur, excellentius cæteris cognoscunt quantum pondus sollicitudinis sustineat vigilantia ordinatæ dilectionis. Hoc tamen ex quo debui semper pro vobis vigilanter debita devotione portavi. Neque enim si ad horam intermissa fuit nostræ paternitatis commonitio, minus pro vobis vigilavit devotæ sollicitudinis intentio. Proinde nunc quoque vos apostolica exhortatione contestor, obsecrans in Christo, reconciliamini Deo. Nulla vobis erit confusio, immo gloria & honor redire ad viam justitiæ, a qua vos deduxit tortuosa semita sinistri. Scimus equidem spiritualis intelligentiæ vestræ oculos nequaquam effugisse, quod Dominus ipse, qui æterno illo providentiæ D ictu omnia simul comprehenditur, pro meritorum qualitate sententiam suam legitur mutasse, simulque cum voluntate voluntatis actionem præcidisse, cum eum aut oratio suorum impotentem reddidit, aut ira ejus miserorum gemitu victa succubuit. Ipse princeps Apostolorum a minimo collegii illius consorte correptus, correctus est, nec veritus est cedere admonitioni junioris, cujus zelum vidit in studio divini amoris. Hoc cælesti oraculo nos quoque admoniti, nobis ipsis renunciavimus (*b*) & priorem nostram vitam, si tamen vita est ad mortem ducens, jam pridem condemnantes, in ecclesiæ unitate renati, novam vitam in Christo E ducimus ob maledicta & detractiones in ecclesia Dei lepra perfusi extra castra seorsum a populo mansimus; nunc ante hysopo humilitatis, & sanctificante pœnitentiæ aqua, per manum magni sacerdotis mundati, in castris Domini militamus, immundis spiritibus expoliti & immunditia hæreticæ fornicationis profanati. Jam cum Maria Jesum videmus, vi-

(*a*) Rothardus, sive, ut ajunt, Ruthardus ex abbate Herefordiensi electus archiepiscopus Moguntinus anno 1089. obiit 1109. MARTENE

(*b*) Ex his patet Rothardum Henricianis aliquando adhæsisse, a quibus aversus, & ad legitimum pontificem conversus, mirum quanta passus sit a schismaticis, per octo minimum annos actus in exilium. MARTENE

ANNO CHRISTI 1105.

videndo appropinquamus, appropinquando sedibus ejus non sine officio inhæremus. Nemo nobis insultet de sepultura quatriduani. Ecce miseratio altissimi, qui fœtebat in monumento resurrexit, vivificante Domino, ac soluta per apostolos mortis fascia, absque sepulturæ indicio exultans de salute discumbit in convivio Dominico. Fuit, fuit aliquando persecutor & blasphemus impugnans viam Domini, qui postea factus est dux Verbi, qui mox apostolus pro se agens dixit: *sed hæc olim fuimus, sed abluti, sed sanctificati sumus*. Certe si magnus ille apostolus non mutasset sententiam negationis, non paulo post consecutus esset culmen apostolicæ dignitatis, sed nec evasisset pœnam æternæ damnationis. Non est enim remissa aut inefficax divina miseratio, ut cum culpas gravissimas remittit ex superabundanti gratia largissima, etiamsi conferat pietatis munera. Ipsa illa columba, licet serò, vesperi licet, ad arcam sit reversa, signum pacis, signum dilectionis ex ore ferens, per ostium introgressa est. Præses enim arcæ antiquus ostio aperto manum extendit, & per diversitatem donorum spiritualium receptam in superioribus arcæ collocavit. Fel, & acetum Dominus bibit, quia in Maria & latrone peccatores diversos sibi incorporavit. Spineam coronam portavit, quia regnum nobilissimum in gentilitate vitiorum aculeis asperrima sibi præparavit. *A diebus*, inquit, *Johannis regnum cælorum vim patitur, & violenti diripiunt illud*. Si meretrices & publicani nos in regnum Dei præcesserunt; quæ jam diffidentia nobis erit de salute? Ostium in cœlo apertum est, cœna diu instructa, tauri & altilia Dei jam dudum occisa, vocamur debiles, cæci & claudi, immo tot præconum clamoribus ad cœleste convivium compellimur. Quapropter, in Christo fratres carissimi, non erubesco me immutatum, sed gratias ago dextræ altissimi, cujus hæc est mutatio. Fateor, fateor, & gratanter fateor, me cum omni mentis integritate in gremio sanctæ matris ecclesiæ familiariter consedisse, sæpius illud revolvendo: *unam petii a Domino, hanc requiram*. Et item: *Lavabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine*. Hæc est enim illa dilecta speciosa & decora, non habens schismatis, nec maculam falsitatis. Tota enim pulchra est, cujus speciem concupivit rex: quam qui noluerit habere matrem, Deum non poterit habere patrem. Hæc sententia Spiritus sancti auctoritate & antiquorum patrum sanguine conscripta & confirmata, cœlo & terra permanentior in sæculum durabit. Verum quia non filii patribus, sed patres filiis thesaurizant, hanc plenariam ecclesiæ matris gratiam, non mihi soli, sed vobis, filiis charissimis, gaudeo collatam, & nunc omnes spiritales merces, ac dominicum talentum, & perversam (*a*) pacis margaritam, quam negotiando lucratus sum, vobis filiis expono, ut vos quoque divites sitis in omni verbo, & in omni scientia. Opto autem omnes vos esse, sicut me, exceptis privatis peccatorum meorum vinculis. Decætero precamur & obsecramus, ut de collegio vestro, quos nostis idoneos in calendis decembris dirigere velitis, qui possint interesse conventui ecclesiæ, qui se in villa nostra ad honorem ecclesiæ colligere decrevit. Illic namque matris ecclesiæ facie exhilarati, colloquio informati, consilio roborati, plenissime cognoscetis, qualiter unius moris & cum consensu habitare possitis in domo Domini. Obsecramus vos in Domino Jesu, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, memores quia vindex gladius idololatras prostravit, schismaticos vero hiatus terræ absorbuit. Deus pacis & dilectionis conservet vos in unitate spiritus, & vinculo pacis, dilectissimi filii. Amen.

(*a*) f. preciosam.

ACTA CONCILII EX ANNALISTA SAXONE ECCARDI

Ad Ann. 1105.

Visum est igitur eidem Gebehardo & Rothardo Mogontino pontifici in hebdomada ante penthecosten habere concilium in loco, qui Northusen dicitur, ibique ecclesiam pro posse ad pristinum revocare statum, & antiquam patrum regulam recitare, invasores episcopos, & qui tunc temporis simoniace intraverant, vivos deponere, sepultos effodere, ab his ordinatos manus impositionem a catholicis recipere, & uxoratos clericos ab officio divino removere. In quo concilio super sententiis instantibus patrum decretis primum relectis, quæque poterant ad præsens laudabiliter corrigebantur, quædam vero graviora ad apostolicam audientiam differebantur; præter illa, quæ prædicta sunt, jejunium mensis martii prima hebdomada quadragesimæ, jejunium vero mensis junii in ipsa hebdomada pentecostes Romano more celebrandum a præscriptis præsulibus apostolica auctoritate indicitur, & pax Dei confirmatur. Ordinatis autem a pseudoepiscopis per catholicam manus impositionem proximo jejunio reconciliatio danda fore promittitur; Chrisma eorumdem, quod contra edictum archiepiscopi in cœna Domini confecerant, adnihilatum est; rex autem cum servorum Dei conventui nonnisi vocatus interesse vellet: Ingens enim cum episcopis & clericis abbatum etiam & monachorum, ecclesiæ unitatem sitiens, turba confluxerat, tandem in abjecto productus habitu, stansque in editiori loco juxta principum decreta omnibus suas leges & jura innovavit; si qua vero irrationabiliter rogabatur, prudenti responso, & avita magnanimitate confutavit. Interea obortis lacrimis Deum testabatur, nulla se cupiditate regnum invasisse, nec patrem & dominum suum deponi ab imperio exoptare; immo pertinaciæ & inobedientiæ ejus debitam compassionem exhibere; quod si sancto Petro, & ejus vicario lege christiana velit subjici, se illi aut regno cedere aut serviliter spondebat subesse: quæ verba omnis multitudo collaudans tam pro patris conversione, quam pro filii prosperitate lacrimas & preces effudit, voce magna Kyrie eleison declamans. Eadem hora Udo Hildinisheimensis & Fridericus Halberstadensis, & Heinricus Patherbrunensis episcopi vestigiis Metropolitani prostrati apostolicæ se dedunt obedientiæ, quorum commissa apostolico nihilomi-

minus judicio reservantur, sub officii sui tantum suspensione, & si ab ecclesiis quibus quocumque modo præerant bonum testimo- A nium vivendo mereri studerent, locus veniæ non denegatur.

CONCILIUM REMENSE

In quo Oddo abbas S. Martini Tornacensis episcopus renunciatur,

A Manasse Remensi anno 1105. celebratum.

1105. CONcilii hujus omnia ferme ignota sunt, præter nomen, quod servavit nobis vetustus author narrationis historicæ de restauratione abbatiæ sancti Martini Tornacensis in spicileg. Dacherii to. 2. pag. 913. nov. edit. Hæc igitur author ille: *Dominus Manasses Remorum archiepiscopus ad concilium generaliter mandans alios abbates, inter alios nominatim evocavit Odonem abbatem S. Martini Tornacensis. Cumque exinde admirantes, quid de concilio nobis referretur attoniti & suspensi expectaremus, ecce audivimus ad Cameracensis sedis episcopatum eum fuisse electum, & sine mora ab archiepiscopo, & comprovincialibus episcopis consecratum.* Hæc tantum de concilio B alias minime cognito.

AD CONCILIUM FLORENTINUM

In quo Florentini episcopi opinio de orto jam Antichristo reprobatur,

Anno 1105. *celebratum*

ADDITIO.

COncilii hujus meminit quidem Labbeus, sed cum historiæ testes minus idoneos, utpote recentissimos, afferat; ideo ex antiquis scriptoribus res tota hic tradenda est. Ita ergo narrationem hanc instituit Pandulphus Pisanus in vita Paschalis II. *Dominus* C *papa in Tusciam apud Florentiam concilium celebravit, in quo cum episcopo loci de Antichristo, quia eum natum dicebat, satis disputatum est; sed frequentia populi qui ob audiendam rei novitatem hinc inde confestim* (forte confertim) *tumultuatimque confluxerat, nec concilium finem, nec disputatio deliberationem suscepit.*

CONVENTUS MOGUNTINUS

Quo Henricus III. imperator imperio & regno privatur,

Anno 1105. & 1106. *habitus.*

1105. 1106. C*Onventus hujus acta pro suo more in multis detruncata ab Uspergensi exhibet Labbeus. Repetere illa juvat e suo fonte Annalista Saxone Eccardi, qui ad annum 1106. ita scribit.*

In natali Domini apud Mogontiam tantus factus est conventus totius regni Teutonici, quantus per multa annorum curricula D nunquam est visus. Nam LII. optimates ibi tunc vel amplius ferebantur, adeo ut magnus dux Saxoniæ, quem gravior ætas impediebat, solus notaretur defuisse. Igitur per tot annos obnubilata cœpit oriri nostris in partibus lux orthodoxa. Depublicatur, respuitur, anathematizatur hæresis Wigbertina, vel Heinriciana. Supervenerant illuc apostolicæ sedis legati, Albanensis scilicet, & Constantiensis episcopi, sententiam anathematis in Heinricum seniorem, dictum imperatorem, a tot succedentibus sibi apostolicis sæpius sæpiusque promulgatam scriptis & dictis testificantes, toto orbe diffusam ecclesiam ab ejus communione, Christi & B. Petri auctoritate, multis jam annis sequestratam, confirmabant. Jam enim exaltatis sibi divinitus Romana ecclesia cornibus ad incutiendum timorem cunctis usquequaque schismatum membris etiam ipsius capitis ossa, Wicberti scilicet dicti papæ, de sepulchro suo, quod per VI. annos in ecclesia Ravennensi possederat, projici fecerat, universaque ejus instituta adnullari decreverat. Unde in tantum subito divinæ legis zelus efferbuit, ut pseudoepiscoporum cadavera ab ecclesiis eliminarentur, eorumque ordinati usque ad generalem audientiam ab officiis suspenderentur. Imperator interea cœpit lacrimari & mœstus esse, & de peccatis suis dicebat sibi talia evenisse, timensque sibi multo pejora a principibus futura, rogabat episcopum Spirensem se de castello, quo manebat, Mogontiam præsentari, seque consilio ejus, & magnatuum regni cuncta facturum promisit, regalia, & castella, quæ optima, & munitissima habebat, filio tradere, ut saltem sibi prædia ad usus necessaria impenderet. Episcopus vero in Natali sancti Joannis Evangelistæ Mogontiam venit, ibique ipse, & Rotbertus Wirceburgen- E sis episcopus sacræ unctionis ordinem a Rothardo archiepiscopo acceperunt, & post missarum solemnia cuncta quæ audierat, regi & cunctis principibus enarravit. Sed principes propter cavendum tumultum vulgi, patris potius,

ANNO CHRISTI 1105. 1106.

tius, quam filii parti favere solentis, in Gilenheim ei II. Kal. jan. occurrunt, ibique præsentatum imp. generali circumeuntes concilio ad reatus confessionem, & satisfactionis possessionem perducunt; qui filio regnum tradens, atque omnium pedibus provolutus, præcipue legato sedis apost. veniam & absolutionem banni precabatur, confitens se multo tempore anathematizatum esse a papa Hildebrando, & injuste super eum Wicbertum constituisse, & suis temporibus rempublicam nimis esse turbatam, & cuncta quæ sibi objecerant confessus est, excepto, quod idola non adoraret. Cardinalis autem qui inopinate ad hæc facta convenerat, ait se nullo modo tam magnam personam, propter quem tanta mala in regno sint perpetrata, absente apostolico nullo modo suscipere. Rex autem deposito patre cum principibus Mogontiam revertitur, & propter regalia Werinherum comitem & nequissimum Volcmarum, qui fuit consiliarius patris, & omnium scelerum conscius, Hamerstein misit; quibus in vigilia Epiphaniæ allatis a Rothardo archiepiscopo, & omni clero & populo honorifice suscipiuntur. Quæ coram principibus archiepiscopus regi tradit imprecans, ut si non justus regni gubernator, & ecclesiarum Dei defensator existeret, ut ei, sicut patri suo eveniret. Hoc ordine Heinricus illius nominis V. primum a patre, deinde ab universis Germaniæ principibus, in regem jam secundo electus, ab apostolicis quoque legatis per manus impositionem catholice confirmatus, acceptis tam ab episcopis, quam laicis, juxta morem patriæ sacramentis regnare cœpit LXXXII. loco ab Augusto, L. regni patris sui anno, ab urbe condita anno MDCCCLIIX. ab origine mundi VMLVIII. Dominicæ vero Incarnationis MCVI. anno. Delatis igitur coram rege, cunctisque totius Germaniæ optimatibus & præsulibus, omnique clero, & populo legationibus Romanæ sedis super ecclesiarum Teutonici regni commaculatione diversa, & inveterata, & e contra emendatione ab universis unanimiter promissa, placuit tam regi, quam primoribus ad sanctam Romanam Ecclesiam tantos ac tales a partibus istis legatos transmitti, qui & de objectis rite rationem reddere, & de incertis sagaciter investigare, ac per omnia utilitatibus ecclesiasticis sapienter consulere sint idonei. Separantur in hoc opus nulla secundum Deum & sæculum veneratione indigni a Lotharingia Bruno Trevirensis, a Saxonia Heinricus Magedburgensis archiepiscopi, ab Orientali Francia Otto Bambergensis, a Bavaria Eberhardus Eistatensis, uterque designatus pontifex, ab Alamannia Gebehardus Constantiensis episcopus, aliique nonnulli præsules, plerique etiam nobiles de latere regis laicæ professionis, idque præcipuum inter cætera suscipiunt mandata, ut si fieri possit per illos impetrata Domni apostolici cisalpinis partibus exhibeatur præsentia.

Addere his juvat tres sequentes Henrici imperatoris literas, quarum priorem misit ad filium paulo ante Moguntinum conventum, ut illum ad concordiam invitaret, alteram legavit ad Paschalem, qua cum illo de filii perfidia conqueritur; tertiam destinavit ad Ludovicum Francorum regem, cui totam historiam depositionis suæ & evasionis e manu filii, a quo detinebatur, instituta pro se narratione exponit. Hæ vero literæ, quanquam & alibi extant, desumptæ sunt ex codice Udalrici Bambergensis numer. CCXIV. CCXV. CCXVI.

EPISTOLA HENRICI IMPERATORIS AD FILIUM.

Paratum se ad obsequium S. R. E. profitetur, filiumque monet, ut injurias patri factas reparet.

Henricus Dei gratia Rom. imperator filio suo.

SI nos debita & paterna affectione tractasses, qualiter deberes, libentissime tecum paterne loqueremur, & paterna tibi mandaremus. Verum quod longe alius, quam paternæ affectionis & humanitatis circa nos tuus animus fuit, & est, nequaquam aliter tecum loqui vel aliud mandare, (volui) quam quod ipsa manifestissima rei veritas habet. Tu itaque ipse scis, sicut facti tui conscius es, qualiter data fide, & securitate personæ, & honoris nostri omni affectione devotionis promisisti nos ducere Moguntiam coram principibus, & interim nos securissime reducere quocumque vellemus. Hac fiducia cum tecum caritative & indubitanter ascenderemus, contra datam fidem apud Bingam nos cepisti, ubi nec paternæ lacrimæ, nec patris mœror & tristitia, cum ad pedes tuos, aliorumque provolvebatur, te movit, quin nos caperes, & captum mortalibus inimicis ad illudendum & custodiendum traderes: ubi omni genere contumeliæ & terroris afflicti, compulsi sumus ferme venire ad ipsum articulum mortis. Ante captivitatem etiam abstulisti nobis episcopatus, & quicquid de honore regni potuisti, & prædia nostra, & ipsam familiam. In captione vero quicquid residuum erat etiam lanceam & chlamydem, & omnia regalia insignia, ubi & timor mortis, ut bene scis, & omne ferme christianitatis a nobis jam votum extorsisti, vix relicta ipsa vita. Cum hoc tibi de nobis non sufficeret, postea semper & ubicumque fuimus omnibus modis, quibus nos potuisti, persequi non cessasti, ut vel perderes vel de regno expelleres. Verum non satis mirari possumus qua ratione, vel occasione hoc tam obstinate facis, cum de papa, & de Romana ecclesia tibi nulla residua sit occasio. Nunc itaque nuncio domino papæ, & Romanæ ecclesiæ, te præsente obedire parati sumus, omnem debitam reverentiam, & obedientiam ei præsentialiter, & semper exhibere, & consilio principum & spiritualis patris nostri Cluniacensis abbatis, aliorumque religiosorum virorum de statu ecclesiæ, & honore regni libentissime agere. Rogamus te ergo pro honore regni & tuo, & paterna devotione, & per auctoritatem Romani pontificis, & Romanæ ecclesiæ, ut de injuria nobis illata, & de his, quæ nobis vi & injuste abstulisti justitiam facias; nec non etiam rogamus, ut cum

ANNO CHRISTI 1105. 1106.

cum nihil rationis tibi sit quare nos persequaris, nos & fideles nostros cesses infestare; immo permittas nos pacifice & quiete vivere, ut integre & cum tranquillitate possimus omnia supradicta peragere. Recognosce etiam & tecum cogita, quod Deus judex justus est, cui commisimus causam nostram, & ejus vindicta & judicia sunt velut abyssus multa; quod quantumcumque super afflictione & infortunio nostro glorieris, & super humilitatem nostram te extollas, forsitan de sede sancta sua inter me, & te, sua gratuita misericordia aliud jam definivit, intercedente justitia, quam tu ipse cogites & disponas; quod si nulla alia causa vel reverentia seu intercessio nobis valet, uti apud te justitiam consequi possimus, vel persecutionis impetus cesset, Romanum pontificem, sanctam & universalem sedem Romanam & ecclesiam appellamus.

EPISTOLA HENRICI IMPERATORIS AD PASCHALEM PONTIFICEM.

SI illa inter nos pax esset & concordia, quæ inter nostros olim & tuos fuit antecessores, quæ inter nos & Alexandrum, & Nicolaum, viros catholicos & religiosos, Romanos pontifices, plena caritate & integra viguit devotione, mandaremus tibi quidquid filius patri: sed distulimus, expectantes, & cognoscere desiderantes, si in beneplacito Dei sit nos caritative & amicabiliter posse convenire, & ecclesiam suam nostris temporibus nostro labore, ipso cooperante, in statum redire unitatis pristinæ. Hoc quoque jam dudum, teste Deo, desideravimus, si cognita eorum nimia austeritate, qui in Romana erant ecclesia, non utile visum esset nobis vel competens, eos de hac causa convenire, quod magis videbantur nos persequi odio & indignatione, quam zelo justitiæ, vel etiam quam vellent nos amplecti, dulcedine caritatis ad profectum ecclesiæ. Effectus itaque probat, quod cum ipsi regnum hereditario jure nobis collatum, tempore religiosorum virorum Romanorum pontificum pacifice diu a nobis possessum contra nos studerent commovere, & armare, inter multa est orta strages populorum, tam corporum, quam etiam, quod magis dolendum est, animarum. Hic quoque filius noster, quem adeo affectuose dileximus, ut eum usque ad solium regni nostri exaltaremus, eodem veneno infectus, consilio quorundam perfidissimorum & perjuratorum sibi adhærentium, insurgit in nos, postpositis omnibus sacramentis, quibus se nobis obligaverat, posthabita omni fide & justitia, tantum ut bona ecclesiarum, & regni libere valeant perdere, rapere, & inter se dividere.

EPISTOLA HENRICI IMPERATORIS AD LUDOVICUM REGEM FRANCORUM,

Quando a filio suo Henrico rege depositus est.

ÆNricus Rom. Imp. Augustus Ludovico regi Francorum coronam fidei & propinquitatis inviolabilem constantiam.

A Princeps clarissime, & omnium, in quibus post Deum operamus, amicorum nostrorum fidelissime, primum & præcipuum vos inter omnes excepi cui conqueri, & deplorare calamitates, & omnes miserias meas necessarium duxi, & etiam genibus vestris advolvi, si liceret salva majestate imperii; primum quidem quod non solum nobis, sed etiam totius christianæ professionis hominibus gravissimum & intolerabile arbitror, quod de illa apostolica sede, unde usque ad memoriam nostri temporis salutifer fructus consolationis, dulcedinis, & salvationis animarum oriebatur, modo persecutionis & excommunicationis, & omne perditionis flagellum in nos emittitur. B Nec ponunt illum modum sævitiæ, tamen ut satisfiat voluntati, indiscretæ hujus voluntatis suæ intemperantia adeo usque nunc abusi sunt in me, ut nec Deum, nec quid aut quantum mali mihi proveniat pensantes, per se & per suos omnimodis invehantur in me, cum omnem obedientiam, & omnem debitam subjectionem semper contulimus apostolicæ sedi, si tamen reverentia & honor debitus, sicut antecessoribus meis ab apostolica sede exhiberetur & mihi. Quid autem intenderat opportunius significabo vobis, si quando optati colloquii copiam Deus dederit nobis. In hac igitur persecutionis & odii C sui inflammatione, cum parum viderent se proficere, contra ipsum jus naturæ laborantes, quod sine maximo cordis dolore sine multis lachrymis non valeo, &, quod dicitur, vehementer contremisco, filium meum, inquam, Absalon dilectissimum, non solum contra me animaverunt, sed etiam tanto furore armaverunt, ut in primis contra fidem, & sacramentum, quod ut miles Domino juraverat, regnum meum invaderet, & episcopos, & abbates meos deponeret, inimicos & persecutores meos substitueret, ad ultimum, quod maxime vellem taceri, aut si taceri non potest, vellem non credi, omnem naturæ affectum abjici- D ens, in salutem & animam intenderet, nec pensi quicquam haberet, quocumque modo vi vel fraude ad hanc periculi, & ignominiæ suæ summam aspiraret. In hac tanti mali sui machinatione cum essem in pace, & in aliqua salutis meæ securitate, in ipsius Dominici adventus sanctissimis diebus, in locum, qui Confluentia dicitur, ad colloquium evocavit me, quasi de communi salute & honore filius tractaturus cum patre. Quæ ut vidi illico ex paterno affectu tactus intrinsecus dolore cordis mei ad pedes suos procidi, admonens, & obtestans per Deum, per fidem, per salutem animæ suæ, ut si pro peccatis meis flagellandus eram a Deo, E de me ipse nullam maculam conquireret, animæ, honori, & nomini suo, quod culpæ patris vindicem filium esse nulla Divinæ legis unquam constituit sanctio. At ille jam pulchre, imo miserrime institutus ad malitiam, quam abominabile & execrabile scelus cœpit detestari, procidens & ipse ad pedes meos, de præteritis cœpit veniam precari in reliquum, ut Domino, ut patri filius, cum fide & veritate per omnia se mi-

ANNO CHRISTI 1105. 1106.

mihi obediturum cum lachrymis promittere, si solummodo sedi apostolicæ vellem reconciliari; quod cum promptissime annuissem, & deliberationi suæ & consilio principum in hoc totum me mancipandum promisissem, me in præsenti Nativitate se perducturum Moguntiam, & ibi de honore, & reconciliatione mea, quam fidelius posset, se acturum, & interim in pace, & securitate me reducendum promisit, in ea veritate & fide, quo patrem a filio honorari, & filium a patre præcipit Deus diligi. Hac promissione, quæ etiam gentili observanda est, securus illorsus ibam, & filius meus aliquantulum præcesserat me; cum ecce quidam fideles mei occurrentes mihi verissime affirmabant, me deceptum & perditum sub falsa pacis, & fidei sponsione. Revocatus iterum filius meus, & iterum instantissime admonitus sub ejusdem fidei, & sacramenti obtestatione, animam suam pro anima mea fore promisit jam secunda vice. Cum igitur ad locum, qui Binga dicitur, pervenissemus, jam existente die Veneris ante Nativitatem numerus armatorum suorum jam satis augebatur, jam fraus ipsa se detegere videbatur; & filius ad me: Pater, inquit, vobis secedendum est in vicinum castellum, quod nec episcopus Moguntinus in civitatem suam admittet vos, quamdiu fueritis in banno; nec vos impacatum, & inreconciliatum audeo ingerere inimicis nostris: illic Nativitatem Domini cum omni honore, & pace agatis, quoscumque placuerit vobis, vobiscum habeatis; ego interim quanto instantius, quanto fidelius potero, pro nobis utrisque laborabo, quod causam nostram esse meam existimo. At ego, mi, inquam, fili, testis & judex sermonum & fidei inter nos Deus, qui modo te in virum, & hæredem meum perduxi, quantis tribulationibus meis tuo honori inservierim, quot & quantas inimicitias pro te habuerim, & habeam solus es conscius. Ille autem iterum jam tertio sub ejusdem fidei & sacramenti obtestatione, si ingrueret occasio periculi, caput suum pro capite meo fore promisit mihi. Sic priusquam clausit me in eodem castello, quod omnia alia in corde locutus erat manifeste ostendit rei eventus. Ex omnibus meis quartus ego sum inclusus, nec admitti potuit quilibet alius. Custodes deputati, qui vitæ meæ atrociores inimici. Benedictus per omnia Deus exaltandi & humiliandi quemcumque voluerit rex potentissimus. Cum igitur ipso sacratissimo die Nativitatis suæ omnibus redemptis suis ille sanctus sanctorum puer fuisset natus, mihi soli filius ille non est natus. Nam, ut taceam opprobria, injurias, minas, gladios in cervicem meam exertos, nisi omnia imperata facerem, famem etiam & sitim, quam perferebam, & ab illis, quos injuria erat videre & audire; ut etiam taceam, quod est gravius, me olim satis felicem fuisse, illud nunquam oblivis-car, quod illis sanctissimis diebus sine omni christiana communione in carcere fui. In illis pœnitentiæ & tribulationis meæ diebus a filio meo missus venit quidam principum Wipertus, dicens nullum vitæ meæ esse consilium, nisi sine ulla contradictione omnia

A regni insignia redderem, ex voluntate, & imperio principum. At ego etsi omnis terra, quantum inhabitatur, regni mei terminus esset, nolens vitam regno commutare, quod, vellem nollem, sic agendum, & sic definitum intelligebam coronam, sceptrum, chlamydem, lanceam, & gladium misi Moguntiam. Tunc communicato consilio cum inimicis meis egrediens filius meus, relictis ibidem fidelibus & amicis nostris, quasi me eo adducturus sub multa frequentia & custodia armatorum ductum ad villam, quæ Ingelheim vocatur, me fecit ad se adduci, ubi maximam inimicorum meorum turbam collectam inveni, nec ipsum filium meliorem cæteris reperi. Et quod firmius & sta-

B bilius videbatur eis esse, si propria manu cogeret me regnum, & omnia regalia exfestucare, simili modo & ipsi omnes minabantur, nisi omnia imperata facerem, nullum vitæ meæ consultum posse fieri. Tunc ego, inquam, quod de sola vita mea agitur, qua nihil pretiosius habeo, ut saltem vivens pœnitentiam meam exhibeam Deo quicquid imperatis ecce facio. Cumque inquirerem, si saltem sic de vita mea certus & securus esse deberem, ejusdem apostolicæ sedis legatus, qui ibidem aderat, non dico qui hæc omnia ordinaverat, respondit: me nullo modo eripi posse, nisi publice confiterer, me injuste Hildebrandum persecu-

C tum fuisse, Wicpertum ei injuste superposuisse, & injustam persecutionem in apostolicam sedem & omnem ecclesiam hactenus exercuisse. Tunc cum maxima animi contritione humi prostratus, cœpi per Deum, per ipsam justitiam orare, ut locus & tempus mihi daretur, ubi in præsentia omnium principum, unde innocens essem, ex judicio omnium me expurgarem; & in quo culpabilem me esse recognoscerem, ex consilio omnium sanioris sententiæ pœnitentiam, & satisfactionem, quo ordine juberent quærere, & inde de principibus regni & fidelibus nostris, quoscumque vellent, obsides darem. At ille idem legatus diem & locum mihi

D abnegavit, dicens, aut ibi debere totum determinari, aut nulla spes esset mihi evadendi. In tantæ tribulationis articulo cum interrogarem si confiterer omnia quæ imperabantur, an confessio mea, ut justum est, veniam & absolutionem consequeretur: idem legatus respondit non esse juris sui me absolvere. Et cum ego adhuc dicerem; quicumque confitentem audet recipere, confitentem debet absolvere. Si vellem, inquit, absolvi, Romam irem, satisfacerem apostolicæ sedi. Sic spoliatum & desolatum, nam & castella, & patrimonia, & quicquid in regno conquisieram, eadem vi & arte sua extorserunt a me, in eadem villa reliquè-

E runt me. In qua cum aliquo tempore commoratus essem, & ex eodem consilio fraudis suæ filius meus demandasset, ut ibidem eum expectarem, superveniens quorumdam filiorum meorum legatio præmonuit, ut siquidem ad momentum ibi remanerem, aut etiam in perpetuam captivitatem raperer, aut in eodem loco decollarer; quo nuncio etiam tunc satis vitæ diffisus sum, & illico aufugiens, fugiendo veni Coloniam,

[ANNO CHRISTI 1106. 1107.] am, & ibi aliquot diebus commoratus, postea Leodium veni, in quibus locis viros fideles & in fide regni semper constantes inveni. Horum cæterorumque regni fidelium consilio usus vobis fiducialius & honestius habeo deplorare, has omnes miserias: fiducialius quidem propter mutuæ consanguinitatis, & antiquæ amicitiæ debitum; honestius autem propter tanti regni nomen glo- A riosum. Vos igitur per fidem, per amicitiam rogamus, in tantis tribulationibus meis, ac si nobis propinquo & amico, consulatis. Quæ fidei & amicitiæ vincula etiamsi inter nos non essent, vestrum tamen, & omnium terræ est injuriam & contemptum nostrum vindicare, & tam nefariæ proditionis & violentiæ exemplum de superficie terrarum extirpare. [ANNO CHRISTI 1106. 1107.]

NOTA COLLECTORIS.

NON dubitò quin Henricus multa hic confinxerit de apostolici Legati sævitia, quo majorem sui miserationem commoveret; nihil enim ejusmodi habet Annalista Saxo, & reliqui omnes Scriptores.

MUTINENSE CONCILIUM

Occasione solemnis translationis reliquiarum S. Geminiani Mutinensis episcopi,

Anno 1106. celebratum.

1106. CONventum episcoporum ad solemnem translationem reliquiarum S. Geminiani olim Mutinensis episcopi, ideo concilium appello, quod vetustus, & coævus scriptor historiæ translationis illius vulgatæ a Muratorio Rer. Ital. to. VI. pag. 90. concilium reipsa nuncupat his verbis: *Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo sexto datur hujus translationis certissimus calendarum majarum terminus.* Et post pauca: *Cogitur maximum episcoporum concilium, clericorum, abbatum, & monachorum.* Nec sane novum est per ea sæcula, ut qua occasione ad solemnem aliquam templorum dedicationem vel SS. Lypsanum translationem ecclesiarum præsules invitabantur, concilia pariter celebrarentur. Nihil tamen in commune decretum a patribus illis quod perpetua lege maneret opinor, sed ea deliberasse credo, quæ ad translationis illius ritum & religionem pertinerent. Convenisse etiam patres arbitror, ut sacris concionibus populum ad pietatem disponerent, eorum confessiones exciperent, & alia id generis præstarent. En verba scriptoris illius paulo post ea quæ superius descripsi: *Quæritur spatiosus camporum locus, ubi turba conveniat, quatenus tantorum præsulum monitis & doctrinis refecta, inde unusquisque cum gaudio & lætitia redeat. Pergunt itaque pontifices, pergit & populus ad divinæ propitiationis pocula suscipiendum devotissimus. Disseminatur deinde inter adstantes devotissima episcoporum prædicatio, fitque ad laudem & honorem tanti patris nostri Geminiani peccatorum remissio, fit & criminum absolutio.* Et paulo inferius: C *De altaris quoque prælibati sanctissimi corporis consecratione inter episcopos siquidem & Mutinensium cives, non modica fit altercatio: quia præsules ejus reliquias revelare cupiunt; cives autem, & omnis populus hoc ex toto renuunt. Quæritur ergo principis Mathildis sententia, quæ quidem, sicut decuit, & ut prædestinatum fuerat, ipso quoque, ut credimus, jam disponente Deo, sedem pronuntiavit expectandam apostolicam, denuntians hoc in anno venturam esse in Italiam.*

AD CONCILIUM TRECENSE

A Paschali II. papa anno 1107. celebratum

ADDITIO.

1107. CUm *Trecensi huic concilio addenda multa succurrant, ut recto ordine res procedat, primo ea recitamus quæ de canonibus, rebusque in eo gestis narrat Annalista Saxo Eccardi ad annum 1107. apud quem licet multa occurrunt partim ab Urspergensi, partim a Chronista Hildesheimensi jam tradita, & apud Labbeum legenda, juvat tamen ea simul collecta ibi legere, unde forte illi suam quisque portionem decerpserunt; cum præsertim nonnulla etiam tradat ab utroque prætermissa, quæ nosse lectores rei conciliaris amantes non pigebit. Ita ergo ille.*

Paschalis papa circa ascensionem Domini concilium non modicum apud Trecas habuit, ubi inter multa quæ pro tempore & necessitate corrigenda correxit, sententiam de libera pastorum electione, & de coercen- D da pastorum (*a*) in ecclesiasticas dignitates præsumptione juxta prædecessorum suorum decreta promulgavit (*b*). Ex ejusdem synodi scientia (*c*) Rothardum (*d*) Mogontinum archiepiscopum ab officio suspendit, eo quod Udonem Hildinisheimensis ecclesiæ episcopum (*e*) restituit, & quia Reinardum a laica manu investitum, contra jura canonum Halberstadensi ecclesiæ episcopum ordinavit. Similis sententia de Gebehardo (*f*) Constantiensi datur, quia his consensit, qui Godescalcum Mindensi ecclesiæ loco episcopi intruserunt, & quia Heinricum Magedaburgensem ordinavit. (*g*) Omnibus ibi ecclesiis ex præcepto canonum apostolicus, ut prælatos sibi eligant, quos dignos viderint, libertatem restituit. Heinricus rex inducias totum anni sequentis spatium Romam venien-

(*a*) Ursp. *laicorum.*
(*b*) Hucusque Ursp. sequentia leguntur in Chron. Hildeshei.
(*c*) Chron. Hildesheim. *Sententia.*
(*d*) Chron. *Rhotardum*
(*e*) Hildesheim. addit: *sine consensu ecclesia restituit.*
(*f*) Hildes. *Guicbardo.*
(*g*) Hucusque Chron. Sequentia resumit Ursperg.

ANNO CHRISTI 1107.

niendi, & eandem causam generali concilio ventilandi accepit. (a) Rursum necdum humilitatem, quam quæsivit, Germanicis in cordibus invenire se conquestus, nos nequaquam ut proposuerat, visitare; sed finibus Italicis se comitatumque suum disponit inferre.

(a) Desunt sequentia in Ursper. & in Chr. Hildesh.

Martenius in præfatione ad tomum I. collectionis Veter. monum. censet non vera tradere historicos de vibrata in Moguntinum & Gebehardum Constantiensem suspensionis sententia, eo quod, ait, in epistolis suis (quas producit, & ex eo inferius recitabimus) Paschalis reatum Moguntino condonat, & Gebehardus tam longe abest quin reus fuerit apud pontificem, ut intercessorem se apud illum pro Moguntino constituerit. Addit nec Mindenses Godescalchum habuisse inter intrusos, nec eo anno Magdeburgensem archiepiscopum Henricum aliquem, sed Adelgotum ordinatum fuisse. Verum ut ab hoc postremo exordiar, Gebehardum multavit pontifex, non quod eo anno, sed quod ante hac, nempe ante biennium, Henricum archiepiscopum Magdeburgensem ab imperatore investitum ordinaverit; & forte non diu post concilium restituendum illum Pontifex duxit. Ita vero restitutus & de crimine non recenti venia impetrata pro Moguntino precator admissus fuit. De Mindensi præsule viderint Mindenses quomodo inter legitimos Godescalchum agnoscant; nobis satis est ad tuendam historiæ hujus veritatem episcopum hunc in locum depositi a Gebehardo Widelonis substitutum fuisse, ut scribit idem annalista Saxo ad annum 1105. Denique literæ Paschalis post concilium Trecense scriptæ, hanc de Moguntini suspensione ab officio, sententiam in concilio latam indicant; cum in pristinum illum restituat pontifex, precibus Constantiensis (quem forte antea absolverat) permotus. Tu, licet huc usque horum præceptorum transgressor extiteris, tamen misericorditer, personæ meæ (s. tuæ) officia agenda indulgemus. *Porro literas istas Paschalis, utpote ad concilium Trecense utcumque spectantes, hic dare constitui, cui & adjeci ea de causa alias Paschalis literas ad episcopum Halberstadensem, subjecta pariter epistola ejusdem episcopi Halberstadensis, qua factum suum excusans restitui postulat, & alias ad Adelgotum Magdeburgensem.*

EPISTOLA PASCHALIS PAPÆ II.

Ad Rothardum archiepiscopum Moguntinum.

Arguit eum de quibusdam excessibus ab eo commissis, utque in posterum ex ignorantia non erret, mittit ei quædam ex sacris canonibus excerpta, atque ad preces quorundam prælatorum ipsi benigne indulget.

Extat apud Marten. Vet. Mon. to. I. pag. 616.

Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Rothardo Moguntino archiepisc. salutem & apostolicam benedictionem.

Quanto magis erga Romanam ecclesiam te hactenus obedientem fuisse, & pro ea multa asseris sustinuisse, tanto in eam nunc gravius deliquisse comprobaris. Postquam enim sancta Romana ecclesia materna super te viscera laxavit, & in suo te gremio misericorditer suscepit, vocatus ad concilium nec venisti, nec canonicas excusationes prætendisti. Hildinisheimensem publice criminosum post synodicam prohibitionem officio restituisti, in quibus magis homines, quam Deum offendere metuisti, cum & apostolorum canones & plurimorum SS. præcepta contemnens ad inobedientiam te transtulisti, quæ primum hominem de paradiso expulit, & Saulem irrecuperabiliter regno privavit. Ne igitur in impositione manuum ulterius locum excusandi per ignorantiam habere possis, ... & illum apostoli dicentis: nemini cito manus imposueris, ne communices peccatis alienis; ex multis SS. Patrum constitutionibus quædam tibi scribere necessarium duximus

EX CANONIBUS APOSTOLORUM.

Si quis episcopus sæcularibus potestatibus usus, ecclesiam per ipsas obtineat, deponatur & segregetur, omnesque qui illi communicant.

ITEM EX CONCILIO ANTIOCHENO.

Si quis presbyter vel diaconus per sæcularem dignitatem ecclesiam Domini obtinuerit, & ipse & ordinator ejus a communione modis omnibus segregentur, & sub anathemate sint, sicut Simon magus de Petro apostolo.

ITEM STEPHANUS MARTYR PONTIFEX.

Laicis quamvis religiosis nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur usquam attributa facultas.

ITEM SYMMACHUS.

Provida sententia enervari convenit & in irritum deduci, ne in exemplum remaneat præsumendi, ne quibuslibet laicis quamvis religiosis vel potentibus, in quacumque civitate quolibet modo liceat aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus, quas solis sacerdotibus disponendi a Deo cura commissa docetur.

Nos quoque sanctorum canonum constitutiones sequentes cum fratribus nostris in Trecensi concilio statuimus, ut quicumque clericorum de hac hora investituram ecclesiæ, vel ecclesiasticæ dignitatis de manu laici acceperit, & qui ei manum imposuerit, gradus sui periculo subjaceat & communione privetur. Tu vero, frater venerande, licet nunc usque horum præceptorum transgressor extiteris, tamen venerabilium fratrum nostrorum Trevirensis, Constantiensis, Bambergensis episcoporum, Hirsaugiensis abbatis precibus inclinati, misericorditer personæ meæ officia agenda indulgemus, si præterita corrigens horum præceptorum custos, & observator extiteris. Alioquin nec in officiis tibi participabimus, nec precibus pro te fusis aurem accommodamus.

EPI-

ANNO CHRISTI 1107.

EPISTOLA PASCHALIS PAPÆ II.

Ad Reinhardum episcopum Halberstadensem.

Arguit eum quod investituram à manu laica acceperit, & petita ab eo interim negat.

Ibid. pag. 618.

Paschalis episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Reinhardo Halberstadensi episcopo, salutem & apostolicam benedictionem.

Ad hoc in ecclesia Domini constituti sumus, ut ecclesiæ ordinem, & patrum debeamus præcepta servare: tu vero ecclesiæ ordinem adeo excessisti, ut ecclesiæ regimen per investituram manus laicæ contra patrum decreta susceperis. Quæ causa est, cur nos petitioni vestræ satisfacere nequiverimus. Unde nos caritatem tuam monemus, ut tam grave delictum emendare festines. Statutum est in Trecensi concilio, ut si quis ex manu laica ecclesiæ investituram acceperit, tam ipse quam ordinator ejus deponatur, & a communione removeatur. Nos siquidem te ut fratrem habere volumus, atque desideramus.

EPISTOLA REINHARDI

Episcopi Halberstadensis ad Paschalem papam II.

Suspensus ab officio absolutionem a summo pontifice humiliter petit, eo quod ipsius ignorans decretum, a laico investituram illicite acceperit, excusatque se quod propter temporum improbitatem ad eum nequeat accedere.

Ibid. pag. 619.

Paschali Dei gratia papæ Reinhardus episcopus Halberstadensis ecclesiæ quidquid est, tam voluntariam, quam debitam in omnibus obedientiam.

Sanctitatis vestræ literas nobis directas cum gratia & benedictione suscipientes, non modicum gavisi sumus, quod me non meis meritis fratrem, & familiarem vestrum vocare voluistis, in quibus etiam superabundantiorem erga me vestræ paternitatis affectum cognovi, quod ignorantiæ meæ delictum me scire fecistis, & quod injustitias meas non abscondistis. Boni enim patris est corripere filium quem diligit, & flagellare omnem quem recipit. Huic tantæ lætitiæ nostræ serenitati nebula tristitiæ per quosdam obducta est, dicentes a vestra mihi beatitudine prohibitas esse clericorum ordinationes. Pro quibus verbis cum ad desiderabilem vestri præsentiam fratres dirigeremus, & in reditu ipsorum me non destitutum audissem, obedientiæ manus dedi, quia melior est obedientia, quam victima, & quia pastoris sententia gregi timenda est; ita me pedibus vestris subjicio, quasi vocatus ad concilium non venerim, & ideo suspensus ab officio sim, cum nec, ut vestræ literæ testantur, evocatus fuerim, & quando vel ubi suspensus fuerim, penitus ignoraverim. Ordinationem vero nostram, teste & postulante eadem quæ præsens erat ecclesia nostra, a metropolitano in sede sua factam manifestum est; sed innocentia plerumque non liberat, cum sententiam judicis ignorantia, vel dilatio, vel aliqua suggestio errare coegerit. Porro de investitura quam ante decreti vestri sententiam ignorans, & illicite suscepi, quia secundo jam veniam petii, & non accepi; quæsivi & non inveni; tertio nunc pulsabo, ut quod necesse habeo saltem improbitate mea obtineam. Certus sum enim, quod nunquam obliviscetur misereri qui in B. Petro discit qualiter aliis ignoscere debeat. Nusquam enim, ut ait Beatus Augustinus ita vigere debent viscera misericordiæ, quam in catholica ecclesia, ut tanquam vera mater, nec peccantibus filiis superbe insultet, nec difficile correctis ignoscat; cum ipsum beatum Petrum post negationem & pravam simulationem correptum materno sinu receperit. Quod autem modo sicut voluimus & disposuimus aspectui vestro præsentari non possumus, causa est instantis nequitiæ, & perturbatio temporis, quæ maxime nostris grassatur in partibus.

EPISTOLA PASCHALIS II.

ad Adelgotum Magedaburgensem archiepiscopum.

Citat eum ad sedem apostolicam de excessu commisso rationem redditurum.

Paschalis episcopus servus servorum Dei Adelgoto (*a*) Magedaburgensi archiepiscopo salutem & apostolicam benedictionem. Ibid. pag. 620.

Quanto te amplius diligimus, tanto de tuo excessu vehementius miramur, quod post synodalis mandati celebrationem, primus prævaricationem incurrisse conspiceris, cujus prævaricationis correptio alias non posse fieri credimus, nisi per te ipsum ad præsentiam apostolicæ sedis accesseris. Tuam ergo dilectionem literis præsentibus præmonemus, ut opportuno, quod tibi visum fuerit, tempore nostro te statuas conspectui præsentare, quatenus quod in te vulneratum est, per omnipotentis Dei misericordiam apostolicæ sedis sanetur antidoto.

CON-

(*a*) Hunc genere comitem de Lop tradunt annales Paderbonenses, virum magna in pauperes liberalitate, & in Deum religione, decus Saxoniæ, ob constantiam erga sedem apostolicam; mortem obiit anno 1119. MARTENE.

ANNO CHRISTI 1107.

CONCILII TRECENSIS CANONES.

Dedit Martene t. VII. Vet. Mon. pag. 670. ex MSS. Germani a Pratis.

I. QUI ab hac hora investituram episcopalem, seu aliquam spiritalem dignitatem a laicali manu susceperit, si ordinatus fuerit, deponatur, simul & ordinator ejus.

II. Decani quos nos vocamus archipresbyteros, nisi adepto presbyteratus ordine, non sint: si autem fuerint beneficio, & dignitate priventur, quousque ordinem adipiscantur, & tunc, si digni sunt, restituantur.

III. Archidiaconi, nisi adepto diaconatus ordine, non sint; si autem non fuerint, secundum sententiam de Archipresbyteris datam judicentur.

IV. De uxoratis, sacerdotibus, sive concubinariis, nisi cessaverint; ut ab altari moveantur, simul & de choro segregentur, præcipiendo mandamus. Quod si nec tunc cessaverint, procul a liminibus ecclesiæ arceantur, nec ipsa laicali communione fruantur. Idem quoque de diaconibus statuimus.

Canonem alium exhibet Paschalis in epistola XLIX. ad abbatem S. Pontii.

Nos vero in concilio quod apud Trecas celebravimus, sanctorum Patrum decreta sequentes tam episcopis, quam abbatibus & clericis cæteris interdiximus, nec ulterius excommunicatos vel interdictos ab alio in sua parochia reciperent.

In hoc pariter concilio agitata lis est de cella S. Dionysii de Nongento, quam a Cluniacensibus sibi usurpatam contendebant S. Petri Carnotensis monachi. Causam vicerunt Cluniacenses, ut Paschalis in epistola LXXI. ad Hugonem Cluniacensem testatur. Huc etiam pertinet quæ anonymus in historia brevi episcoporum Virdunensium in Dacher. Spicileg. to. II. pag. 247. nov. edit. tradit, his verbis: *Interim Paschalis papa Trecas Franciæ synodum tenuit, ubi inter alia cum ageret de Guibertinis, fertur dixisse: Richardum Virdunensem, qui se tradidit regiæ curiæ, & nos tradimus eum Satanæ; inde archiepiscopo Treverorum, aliisque denuntiavit eum excommunicatum.*

Denique de concilio hoc Trecensi sermonem fecisse credo Lambertum Atrebatensem episcopum in epistola ad Paschalem papam legenda in codice epistolarum ejus num. 135. vulgato a Baluzio Miscellan. to. V. pag. 366. In ea etenim hæc leguntur de concilio Trecensi. *De Parochianis nostris* (ecclesiæ Atrebatensi subjectis) *circa cellam Sancti Martini commanentibus causa habita fuit in Trecensi concilio præcepto vestro coram cardinalibus, & episcopis Morinensi, Ambianensi, Parisiensi, aliisque religiosis & synodalibus personis, & ibi ab eis judicatum fuit ut presbyter S. Martini in die sancto Paschæ, Pentecostes, & Natale Domini, quia nullam curam per episcopum gerit in populo, prædictis parochianis sacramenta corporis & sanguinis Domini nequaquam dare præsumat, nec oblationem eorum suscipiat. Per ceteros autem dies anni, si quis, spontaneas oblationes ei conferre voluerit, non contradicimus, si tamen excommunicatus non fuerit. Sed & judicatum est, ut presbyter S. Mariæ matricis ecclesiæ, qui curam eorum per episcopum gerit, & confessionem suscipit, & omnem parochialem solicitudinem gerit, sacramenta etiam corporis & sanguinis Domini in diebus prædictis eisdem parochianis traderet, &c.*

LINGONENSIS SYNODUS DIOECESANA

In qua lis quædam de ecclesiæ possessione æquo jure absolvitur,

Anno 1107. *habita.*

IN *efferendis synodis Diœcesanis quanquam adeo diligentem me non præsto, cur tamen hanc prætereundam non duxerim, ratio suasit. Fit enim in illa Trecensis concilii a Paschali papa habiti mentio, latumque in eo judicium retinetur.*

PLACITUM DE ECCLESIA S. COLUMBÆ INTER MILIDUNENSES CANONICOS ET S. MICHAELIS MONACHOS.

Gall. t. IV. 153.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Rerum præteritarum notitia plerumque dilabitur ab hominum memoria, ubi deest scriptorum copia. Res equidem gestæ, ubi scribentis reperiunt manum, non obnubilantur per temporum vetustatem, imo renovantur per legentium mentionem. Unde posteris nostris scribere curamus, qualiter canonici S. Mariæ Milidunensis ecclesiæ calumniam fecerint ecclesiæ S. Michaelis monachis tunc temporis abbate carentibus super ecclesiam S. Columbæ, quam monachi ipsi habebant a bonæ memoriæ Rainardo Lingoniensi episcopo; siquidem ecclesiam illam S. Columbæ reverendus ipse pontifex Rainardus ad supplementum victus fratrum in ecclesia S. Michaelis degentium contulerat, & in synodo sua laudantibus archidiaconibus suis & decanis scriptum exinde monachis ipsis fecerat. Canonici porro illi Milidunenses videntes ecclesiam S. Michaelis pastore vacantem, tempore domni Roberti præsulis, multisque persecutionibus oppressam, nacta occasione, de ecclesia S. Columbæ se investierunt. Quam injuriam domnus Guido abbas noster jam in ecclesiam nostram reversus, non ferens, præsentiam domni Roberti pontificis adiit, de ecclesia illa male sublata clamavit: at venerabilis ille pontifex diem super hoc negotio utrisque denominavit in synodo sua. Venerunt itaque tam monachi B quam canonici; monachis tricenariam possessionem scripto monstrantibus absque synodali proclamatione, & canonicis in hac re deficientibus, judicavit synodus debere ecclesiam illam S. Columbæ abbati reddi. Itaque propitiante Deo domnus abbas Guido ecclesiam suam recepit, & ne subterfugisse judicium videretur, ex hoc in Trecassino concilio, quod in eodem anno domnus Paschalis papa celebravit, se præsentavit, & quiete ecclesiam suam reportavit. Judicium de tricenaria possessione, per quod ipsam ecclesiam recepimus, fecerunt hi, Guilencus archidiaconus, Gamerius archidiaconus, Jocerannus archidiaconus, Theodericus C canonicus, Rotdulfus canonicus, abbas Jarauto Divionensis cum priore suo Gotfrido, abbas Rothertus Molismensis, abbas Bernardus S. Johannis. Amalricus decanus non interfuit, quia abbati Guidoni testimonium perhibuit de dono, & de tricenaria possessione. Joscelinus archidiaconus non interfuit, quia chartam donationis monachis scripserat, & de possessione testis erat. Actum est Lingonis in synodo domni Rotherti præsulis anno Domini MCVI. regnante Philippo Rege & filio ejus Ludovico designato rege, & Guillelmo Rainardi filio comite existente nostro.

LESTATENSIS SYNODUS

A Paschali II. Papa anno 1107. *celebrata.*

LEstatæ, alio nomine Liptinæ locus est in diœcesi Cameracensi, quo Paschalem II. papam in suo ad Gallias itinere venisse, ibidemque synodum celebrasse plane ignoraremus, nisi rem nobis prodidisset author vetustus historiæ episcoporum Virdunensium, narrans Richerum Virdunensem *allodia* quædam soluta pecunia Godefrido Gibboso Mathildæ comitissæ conjugi ecclesiæ suæ acquisivisse, quæ cum post viri obitum Mathildis sibi reposceret, ille nova collata pecunia *primo, ait a Lestatensi synodo per legatos suos* E *Gerberium abbatem & Azelinum cantorem redemit, & ab omni extractionis nodo libera Paschalis papa in eadem synodo sub anathemate; itemque Richerius pontifex in sua sede iterata simili excommunicatione in eum quicumque auferre tentaret, ea Virdunensi ecclesiæ in perpetuum confirmavit.* Nec plura de isto concilio.

PLA-

ANNO CHRISTI 1107.

PLACENTINA SYNODUS

In qua Augustanus episcopus in gratiam ecclesiæ admissus est

Anno forte 1107. *celebrata*.

HErmannum episcopum suum multorum criminum reum ante Paschalem papam in Guastallensi anni 1106. concilio Augustani cives postulaverant. Quibus a pontifice auditis, suspensum illum ab officio pronunciavit, termino interim præstituto kalendarum novembris, ut se coram pontifice purgaret. Has novembris kalendas non quidem anni A illius designatas arbitror, sed anni sequentis, nam ex literis Paschalis in appendice ad acta concilii Guastallensis, ubi & superiora omnia extant, legendis, constat, pontificem anno sequenti die VIII. idus februarii, quo literæ illæ signantur, constitutum terminum adhuc expectasse: *nos tamen constitutum terminum expectamus*: Quem exitum causa habuerit adhuc ignoraremus, nisi Udalricus Bambergensis in suo codice num. CCCXXIII. servasset nobis epistolam Callisti II. pontificis, ex qua discere licet Herimannum in gratiam ecclesiæ, *in conventu Placentiæ*, a Paschali habito, rediisse. Scimus equidem Paschalem novembri mense anno B 1106. in ea urbe egisse, ubi bullam signavit apud Labbeum to. XII. pag. 1041. sed ex literis supra laudatis discimus, ne anno quidem 1107. ineunte Hermanni causam desiisse. Quare conventus iste in alium Paschalis adventum Placentiam referendus est, ac sequenti forte anno in suo ex Gallia reditu eo excurrit. Utut res sese habeat, Placentinum conventum, seu concilium habemus ex epistola sequenti Callisti Papæ.

CALLISTI II. PAPÆ EPISTOLA

Ad E. (a) Saltzburgensem archiepiscopum

C. Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri E. Saltzburgensi archiepiscopo salutem & apostolicam benedictionem.

FRater iste præsentium lator, A. presbyter, apostolicæ sedis clementiam adiens, se ab Augustensi episcopo retulit ordinatum, cum idem episcopus prædecessore nostro sanctæ memoriæ Paschale papa Romanæ fuisset ecclesiæ gratiam in conventu celebrato Placentiæ consecutus. Quia ergo misericordiam juste petentibus indulgentiam negare non convenit, si postulatio ejus veritatis nititur ratione, ipsum in ordine suo & recipias & sacerdotalis officii ministerio sine inquietudine fungi concedas. Datum Laterani VIII. kalend. Februarii.

(a) dum C. C dum

CONCILIUM AD PONTEM DE SORGA

In quo Berengarius Arausicensis episcopus constituitur,

Anno 1107. *habitum*.

D*ecreverat Urban. II. constitutione sua edita an.* 1095. *ut moriente Guillelmo episcopo Arausicano ecclesia illa ad Tricastinam rediret; veteri jure id contendentibus Tricastinis. Obeunte igitur eodem Guillelmo Paschalis papa exequutionem decreti prædecessoris sui urgebat, & aliquandiu eadem in re institit. Tandem exorari se permisit a clericis Arausicanis, concessitque ut habito ad pontem Sorgæ a Richardo Albanensi episcopo A. S. L. cum Gibelino Arelatensi Metropolitano, alisque episcopis concilio electio illa Arausicensis episcopi perficeretur. En decretum ejusdem concilii, quo Berengarius S. Rufi canonicus in eam sedem adscitus fuit. Extat vero illud in Gallia Christian. nov. edit. tom. 1. pag. 131. appen.*

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Notum sit omnibus tam futuris, quam præsentibus, quod Arausicenses clerici præsentiam Domini papæ Paschalis humiliter D adierunt, & ut ecclesiam Arausicensem a conjunctione Tricastinæ, cui pro necessitate temporum fuerat conjuncta, liberaret, & cessante tandem necessitate, & gratia divina superveniente, eis proprium episcopum donaret, eum rogaverunt. Quorum precibus Dominus papa Paschalis motus, Richardo Albanensi episcopo, atque suo vicario præcepit, quatenus quando conventum episcoporum apud pontem de Sorga haberet, A- C relatensem metropolitam cum suis suffraganeis, & Vivariensem episcopum de hac re consuleret; & quicquid ipsi de hac re laudarent, ipse faceret. Secundum igitur Domini papæ præceptum, atque metropolitani Arelatensis, & suorum suffraganeorum, Vivariensisque episcopi consilium, prædictus Albanensis episcopus Arausicensis ecclesiæ causam definivit, & Arausicensibus clericis eligendi proprii episcopi libertatem tradidit. Hac itaque auctoritate suffulti, & canonica ratione muniti elegerunt Berengarium virum scientia, moribus, genere, & ætate satis ornatum, S. Ruffi canonicum, in præsentia Albanensis episcopi, & Gibelini Arelatensis archiepiscopi, & Leodegarii Vivariensis episcopi, & Leberti abbatis S. Rufi, omniumque episcoporum & clericorum, & laicorum, qui ibidem aderant, assentiente Geraldo Adhemario Arausicæ principe, cum totius populi Arausicensis concione. Ego Richardus Albanensis episcopus signavi. Ego Gibelinus Arelatensis archiepiscopus signavi. Au-

Aubertus Avenionensis episcopus laudavi. Le- Abertus abbas S. Rufi laudavi.

AD LAUSDUNENSE CONCILIUM

A Girardo Engolismensi anno 1109. habitum

ADDITIO.

PRæter duo illa decreta, alterum pro monachis Ternorciensibus, aliud vero pro monachis Majoris monasterii, quæ in Lausdunensi hoc concilio statuta exhibet Labbeus, confirmata est etiam in hac ipsa synodo donatio quædam facta monachis S. Nicolai Andegavensis ecclesiæ S. Medardi de Dolon prope mœnia Namnetensis urbis, quam canonici quidam regulam S. Augustini professi tenebant. En donationis instrumentum, quod in eodem concilio lectum & confirmatum accepimus ex Martene Anecdot. to. I. pag. 318. Antequam vero illud proferam, animadvertisse juvat, apud eumdem Martene ibidem aliud succedere ejus rei instrumentum, quo ecclesiæ illius canonici non ecclesiam tantummodo, sed & se pariter abbati ejusdem monasterii gubernandos dirigendosque tradunt; quo ex instrumento discimus Lausdunense concilium die XV. Kal. novembris anni 1109. convenisse.

PRÆCEPTUM BENEDICTI EPISCOPI

Namnetensis de ecclesia S. Medardi de Dolon, quam donat Majori-monasterio.

1109. IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Benedictus Namnetensium episcopus constitui in ecclesia S. Medardi de Dolon, quæ est prope mœnia urbis Namneticæ, quosdam canonicos, ad serviendum ibi Deo secundum regulam S. Augustini. Sed heu! contra spem & voluntatem nostram in parvo tempore canonicalis ibidem cœpit religio miserabiliter destitui. Quod cum ego vidissem, in capitulum eorum aliquotiens veni; sæpe eos de correctione sui commonui: & cum nec sic proficerem, ad ultimum etiam comminatus sum eis, nisi se corrigerent, me eos ab ecclesia emissurum, & alios ferventiores ad Dei servitium immissurum. Illi autem nec sic corrigentes, & res loci per se posse detineri diffidentes, & hoc etiam affirmantes, tandem accesserunt ad abbatem S. Nicolai Andegavensis, dicentes se velle fieri monachos, & locum S. Medardi ei & ejus monachis subdituros. Quod cum ad me perlatum esset, & advocatis eis requisissem si sic fecissent, & respondissent rem ita se habere. Ego autem, inquam, illi ecclesiæ providebo. Misi itaque ad venerabilem abbatem Majoris monasterii, nomine Willelmum, & mandavi ei, quod illam ecclesiam decrevissem beato Martino, & ejus monasterio condonare. Unde ille accepto consilio, transmisit ad me duos ex monachis suis, domnum Willelmum priorem, & domnum Milonem. Præsentibus igitur, & concedentibus archidiaconis nostris Rivallonio, & Gaufrido, & Harcodio de sancto Petro, de quo illa ecclesia movebat secundum sæcularem potestatem, qui eam in manu nostra reliquerat, dedi beato Martino & monachis ejus, in manu domni Willelmi prioris, ecclesiam illam cum omnibus ad eam pertinentibus, salva justitiæ & auctoritatis nostræ canonica reverentia. Huic dono interfuerunt Rivallonius, & Gaufredus archidiaconi Namnetenses, & Petrus cantor. De monachis Willelmus prior, Milo, Guarinus de Fundeta, Gilduinus filius Gilonis. Parvo post tempore, domnus Girardus legatus apostolicæ sedis celebravit concilium Losduni, ubi & ego interfui; & in ejus præsentia confirmavi præfatum donum, ipso mihi inde magnas gratias referente. Hanc autem confirmationem feci ipsi abbati Willelmo, ubi interfuerunt præsentes, & videntes de monachis ejus, Willelmus prior, Andreas, Gommes, Milo, Gilo, Frotmundus prior Taventi.

Actum anno Dominicæ Incarnat. MCIX. indict. III. & regnante in Francia rege Ludovico.

AD FLORIACENSE CONCILIUM

Anno 1110. celebratum

ADDITIO.

1110. *EX die & mense, quo Floriacense concilium est habitum, discimus sequentes literas, quas ex Baluzii Miscellan. t. V. pag. 351. accepimus, occasione invitandi abbates diœcesis Atrebatensis ad id concilium datas fuisse. Qua de causa, ut ad acta ejusdem concilii spectantes hic recito.*

Lambertus Dei miseratione Atrebatensis episcopus dilecto in Christo fratri F. Abbati, spiritu ambulare, & desideria carnis non perficere, sed quæ illi præcepit Deus cogitare semper & facere.

Cum literas nostras nuper tibi miserimus, & per obedientiam tibi præceperimus, quatenus in quinta præterita feria ad nos venires, & necdum venisti, nec quare non veneris mandasti, non sicut hactenus æque portamus. Mandamus ergo tibi, & ea qua tibi auctoritate præsumus constanter præcipimus, quatenus, remota omni occasione in instanti quin-

ANNO CHRISTI 1110.

quinta feria, five prima fequenti fexta feria ante horam fextam te nobis præfentare non differas. Habemus enim tecum de religione tua, & de converfatione monafterii tui collationem facere, quia cardinalis domnus Richardus epifcopus apoftolicæ fedis legatus concilium celebrare ante feftivitatem fancti Remigii difpofuit, & abbates Remenfis provinciæ adeffe mandavit. Quoniam ergo melior eft obedientia quam victima, & juxta beatum Gregorium ufus rectæ converfationis eft, ut obedientiam non imperet qui eam prælatis exhibere non novit, & vera obedientia moram non habet, interdicimus tibi & locum & fedem abbatis, nifi quod mandamus, adimplere cum diligentia ftudueris.

AD CONCILIUM LATERANENSE

Anno 1110. *celebratum*

ADDITIO.

ANnalifta Saxo Eccardi ad annum 1110. concilii hujus non meminit tantummodo, fed & ejus canones omnes refert uno illo excepto, in quo coercentur illi, qui non permittunt *ecclefias regulariter ordinari*. Quo prætermiffo canone exhibet fcriptor ille præfens decretum de bonis naufragantium, quod & apud Labbeum noviffimum exhibetur. Dein annalifta addit & fanctionem hanc aliam, quæ in Labbeo non legitur. *Illud etiam repetitum & confirmatum eft, quod in Trecenfi concilio de inveftituris confirmatum eft, quod ita fe habet: Conftitutiones patrum fequentes &c.*

AD CONSTANTINOPOLITANA CONCILIA

In qua Bogomilorum hærefis damnata eft, in annum 1110. *in collectione Veneto-Labbeana relata*

ADDITIO.

QUanquam nefcio quam potiffimum ad fynodum fub Alexio Comneno imperatore Orientali celebratam, Novella quædam, feu oratio ejufdem imperatoris referenda fit; omittendam tamen minime duxi, quod difciplinæ ecclefiafticæ capita fingularia contineat, fimulque conftet ad fynodum quandam, cui patriarcha præfuerit dirigi. Petita eft ex Cotelerio Monument. Græc. to. II. pag. 178. qui & adnotationes fuas adjecit. Eas vero hic omifi, quod magis verfentur in afferendis probationibus, ut recte a fe emendatum textum demonftret, quam ut obfcuris vocibus, & difciplinæ capitibus quibufdam lucem afferat. Eo tamen admonente in eifdem notis poft illa verba num. XX. *ἐκπροσωποῦντες τῷ μεγάλῳ ἀρχιερεῖ pontificis perfonam repræfentantes*, addenda funt ex Balfamone hæc: *ἔξω καὶ αὕτη τοῖς διδασκάλοις ἀπονεμημένη ἡ τιμὴ τὸ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ παρισαμένους εὐθὺς ἐφεξῆς τοὺς ἄρχοντας τῷ ὡς ἐκπροσωποῦνται αὐτῷ. Sit autem & hic doctoribus honor tributus, ut ftatim poft officiales proximi patriarchæ fanctiffimo adfiftant, tanquam ejus perfonam repræfentantes*. Hic pariter, notante Cotelerio, *catholicæ ecclefiæ* nomine parochialis indicatur.

ΝΕΑΡΑ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑ

A

τοῦ βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, διατυπώσα τὰ περὶ τῶν ψήφων, καὶ ὁποίους δεῖ εἶναι τοὺς πανταχοῦ ἀρχιερεῖς, πρὸς δὲ καὶ τοὺς ἱερεῖς, ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, καὶ ταῖς μητροπόλεσι καὶ ταῖς ἐπισκοπαῖς

Ἁγιώτατέ μου δέσποτα, καὶ ἡ θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος· εἰ καὶ ἀφρονέστερός εἰμι πάντων, ἀλλά γε ἐπὶ τῇ ὑποθέσει τῆς ἐκκλησίας μὴ ὡς ἄφρονά με λογίσησθε. ἥψατο γὰρ τῆς καρδίας μου ὁ τῆς ἐκκλησίας ἤδη ὑφορώμενος κίνδυνος· ἰδοὺ γὰρ κινδυνεύουσιν αἱ ψυχαὶ τῶν ὀρθοδόξων, καὶ μᾶλλον τῶν ἁπλουστέρων· ἐπεὶ κεφαλή ἐστι τῶν ὀρθοδόξων ὁ ἱερατικὸς σύλλογος· καὶ καλῶς μὲν ἔχοντος αὐτοῦ, ὅλον τὸ σῶμα καὶ πάντα τὰ μέλη αὐτοῦ πρὸς ἀξίαν ἄγονται· τούτου δὲ πάλιν νοσήσαντος, καὶ τὸ σῶμα πᾶν, πρὸς παντελῆ ὄλεθρον ἀφορᾷ. ἰδοῦ τοίνυν κινδυνεύει ὁ χριστιανισμὸς, τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως ἐπὶ τὸ ἔλαττον καθεκάστην ὑποχωρούσης, καὶ θεὸς παροργίζεται, χαίρει δὲ ὁ παμπόνηρος καὶ μισόκαλος δαίμων, ὁ τοῖς ἀγαθοῖς ἀεὶ βασκαίνων.

Αἴτιον δὲ τῆς τοιαύτης ἀτοπίας οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ χρονία ῥαθυμία καὶ ἀμέλεια, ἐκ μακροῦ μὲν ἀρξαμένη, προϊοῦσα δὲ μέχρι καὶ νῦν. αὕτη γὰρ παρεσκεύασε τὸ κακὸν τοῦτο ἤδη καὶ ὡς νόμον εἶναί τινα καὶ πράττεται οὐκ ὡς κακὸν, ἀλλ' ὡς ἀγαθὸν καὶ σωτήριον, εἰ καὶ ὀλέθριον οὐχὶ σώμασιν οὔτε εἰς χρηματικὴν ζημίαν ἀφορῶν, ἀλλὰ ψυχικὴν, καὶ εἰς ἀπώλειαν χριστιανῶν καταντῶν. ποίαν οὖν ἀπολογίαν ποιήσομεν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τῷ δημιουργῷ καὶ πλάστῃ θεῷ οἵτε βασιλεῖς καὶ ἀρχιερεῖς, εἴπερ Χριστιανοὺς ἀνθρώπους παραλαβόντες, παραδιδόαμεν τούτους τῷ σατανᾷ, διὰ θελήματα πάντως ἀνθρώπινα, πρόσκαιρον ἔχοντα, καὶ οὐδὲ πρόσκαιρον, ἀλλ' ἐπὶ βραχύτατον πάνυ χρόνον διαρκοῦσαν, τὴν θεραπείαν τῶν τε τὰς ψήφους καὶ τὰς χειροτονίας ποιούντων, καὶ τῶν προχειριζομένων παρ' αὐτῶν, οὐ μόνον εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν ἄλλον τῆς ἱερωσύνης κατάλογον;

Οὐχ ἕξομεν πάντως ἀπολογίαν τινὰ, εἰ μὴ διεγερθῶμεν πάντες, καὶ διόρθωσιν τοῦ κακοῦ ποιησόμεθα, ἀνακαινίζοντες τὸ καταφρονηθὲν καλὸν, τὸ ἀσυγκρίτως μεῖζον πάντων τῶν καλῶν· τὸ οἰκειοῦν ἡμᾶς δηλονότι τῷ θεῷ, τὸ διὰ χρονίας ἤδη ἀμαυρούμενον ἀμελείας. θεοῦ γὰρ χάριτι πάντες Χριστιανοί ἐσμεν, οἵτε βασιλεῖς, οἱ ἀρχιερεῖς, ὁ ἱερατικὸς ἅπας σύλλογος, καὶ ὁ λαός· ἔτι συνεχόμενοι καὶ συνδεδεμένοι ἐν τῇ πίστει διὰ τῶν μακαρίων ἐκείνων ἀρχιερέων καὶ διδασκάλων, καὶ τῶν λοιπῶν θεοφόρων πατέρων, καὶ τῆς τε σῆς ἁγιότητος, καὶ τινων ἐκ τῆς νῦν ἀρχιερατικῆς ὁμηγύρεως, τῷ λόγῳ καὶ ἀρετῇ τοῖς ἄλλοις ὑπερβαλλόντων.

Λοιπὸν οὖν δεῖ ἡμᾶς ὡς Χριστιανοὺς θεοῦ χάριτι τὴν ἀναζήτησιν τοῦ καλοῦ ποιῆσαι. τὸ γὰρ ἐμποδίζον οὐκ ἔστιν. ὡς εἰ μὴ οὕτω γένηται, καὶ τὸ πρᾶγμα διόρθωσιν δέξηται. συμφέρει καὶ ἡμῖν πάντως τὸ δεθῆναι περὶ τὸν τράχηλον ἑκάστου μύλον ὀνικὸν, καὶ ῥιφῆναι εἰς τὴν θάλασσαν. ἁρμόσοι δὲ ἂν ἐφ' ἡμῖν καὶ τὸ, καλὸν ἦν εἰ οὐκ ἐγεννήθημεν. καὶ θρήνου γενήσεται ἄξιον τοῦτο,

NOVELLA LEX

Imperatoris Domini Alexii Comneni, sanciens de electionibus, qualesque esse oporteat qui per orbem sunt pontifices, itemque sacerdotes in provinciis, metropolibus & episcopatibus.

Sanctissime Domine mi, divina sacraque synodus; quamvis omnibus insipientior sim, attamen in ecclesiæ argumento nolite me tanquam insipientem reputare. Nam tetigit cor meum ecclesiæ periculum, quod jam despicitur. Ecce enim periclitantur animæ orthodoxorum, maxime simpliciorum: B quandoquidem recte sentientium caput est sacerdotale collegium: quo bene habente, totum corpus, omniaque membra ejus prout par est ducuntur; quo contra ægrotante, universum corpus ad omnimodum interitum vergit. Ecce igitur in periculum venit Christianismus, quia ecclesiasticus ordo quotidie declinat in pejus: Deus provocatur ad iram, gaudet omni malitia plenus, bonique osor Dæmon, qui bonis semper invidet.

Hujus autem absurditatis nulla alia causa est præter diuturnam segnitiem, ac negligentiam; quæ jampridem initio accepto, ad præsens tempus processit. Illa effecit, ut e- C jusmodi malum modo instar legis sit. Et perpetratur, non tanquam malum, sed tanquam bonum, atque salutare, licet exitiosum penitus existat. Exitiosum non corporibus, neque respectu damni pecuniarii, verum damni animarum; nec non in christianorum perditionem desinens. Qualem ergo excusationem in die judicii proferemus Creatori opificique Deo, cum imperatores, tum pontifices, si christianos homines, quos regendos suscepimus, Satanæ tradiderimus propter voluntates plane humanas, quæ temporarium; immo nec temporarium, sed quambrevissimo temporis spatio durans; habent solatium, tam eorum qui eligunt, & ordinant, quam D eorum qui per illos promoventur, non sollummodo ad pontificium, sed etiam ad alium sacerdotii gradum?

Omni sane carebimus defensione, nisi excitemur cuncti & malum corrigamus, atque neglectum instauremus bonum, bonum citra comparationem omnibus bonis præstantius, utpote Deo nos concilians; quod per longum neglectum jam obliteratum est. Dei quippe gratia omnes christiani sumus, sive imperatores, sive pontifices, sacerdotalis omnis congregatio & plebs; adhuc contenti colligatique in fide, per beatos illos pontifices ac doctores, reliquosque Deiferos patres, nec non per sanctitatem tuam, item nonnullos e E pontificali cœtu, qui cæteros doctrina virtuteque antecellunt.

De reliquo oportet nos, ut christianos, per Dei gratiam disquisitionem boni instituere. Quid enim vetat? quod si non factum fuerit, nec res ad rectitudinem fuerit reducta, omnino expedit etiam nobis, ut circa cujusque collum ligetur mola asinaria & projiciamur in mare. Conveniet etiam nobis illud; bonum erat si nati non fuissemus. Idque erit lamen-

ANNO CHRISTI 1110.

mentatione dignum, lamentatione non fontibus lacrymarum sed rivis sanguinis compleri digna, quod eam ob rem vel solum non lamentemur: quemadmodum qui navigio vehuntur, & in medio mari tempestate agitantur, nec habent clavum, aliterque non valent effugere imminens periculum, ad solum vero Deum respiciunt miserabiliter, a quo salutem suam postulant.

Si hoc ad eum modum agnoverimus, hominum amans Deus plane viam corrigendi mali pontificibus ostendet cunctisque, qui forsan hactenus quod præclarum erat ignoraverunt: ut quod ante aliquod tempus præ indiligentia abolitum est bonum, renovetur nunc absque ulla dilatione; quo Deo satisfiat, ad rectum revocata ecclesiastica, & christiana disciplina, secundum divinorum, summorumque apostolorum, quique illos consecuti sunt sanctorum ac numine afflatorum patrum traditiones, quam disciplinam longa nostra corrupit ignavia.

Nec mirum videri debet, si bonum hoc, & salutare opus, quod ipsi discipuli Domini, postque illos reliqui sancti patres tradiderunt ecclesiæ fidelium, corruperit tempus. Cum enim homines corruptioni obnoxii simus, rebusque materialibus per singulos dies occupemur, ad has præcipites ferimur. Siquidem sensibilia ista, nec non ad ea affectus, turbant cogitationes hominum, raroque invenitur qui divinis rebus vacet perpetuo, illas solas quærat, interiorem hominem quotidie retractet, ac expurget. Ideo præstantissimum istud divinumque opus, quod animabus hominum ex Deo præbet pietatem, plene contemptum fuit, & singulis diebus diminutionem accipit: adeo ut tantum non ad universalem pervenerit destructionem atque pro nihilo reputetur.

Scilicet periit orthodoxæ prædicationis disquisitio, non extat amplius desiderium illius comprehendendæ; sed velut in tenebris omnes fere incedimus. Cuncti simul in discrimen adducimur, qui in numero censemur pontificum, vel monachorum, vel laicorum, atque præcipitamur in chaos obscurum & immensum. Veri autem Christi Deique nostri ad patrem suum exhortatio circa apostolos, nec solum circa apostolos, sed etiam circa omnes, qui ex sermone illorum crediderunt in eum, cassa manet. Qua enim ratione per apostolorum sermonem credant in illum animæ hominum, quæ erga pietatis mysterium relinquuntur absque doctrina & initiatione? Quippe instar absconditi evangelici illius talenti, ita fere nunc orthodoxum dogma absconditur; absconditum vero non requiritur; sed hoc quod cæteris omnibus incomparabiliter majus est, secundum a cunctis prope modum esse existimatur.

Etenim si quis vilius nonnihil ac postremum eorum quæ possidet perdiderit, multam indagationem facit & scrutationem, amicos convocat in auxilium, quo amissum recuperet; cumque invenerit, lætatur. Hanc vero maximam rem, pietatis videlicet mysterium, quod ipse verus Christus & Deus noster suis tradidit apostolis dicens ad eos; *euntes docete omnes gentes*, & reliqua; postquam perdidimus, quare non investigamus

A καὶ θρήνου οὐ πηγαῖς δακρύων, ἀλλὰ κρουνοῖς αἱμάτων συμπληρουμένου, περὶ τούτου καὶ * μακρὸν οὐ τὸν θρῆνον ποιήσασθαι· ὥσπερ οἱ ἐν σκάφεσιν ὄντες, καὶ ἐν μέσῳ πελάγους χειμαζόμενοι, καὶ πηδάλια μὴ ἔχοντες, καὶ ἄλλως φυγεῖν τὸν ἐπηρτημένον κίνδυνον μὴ δυνάμενοι, πρὸς μόνον δὲ θεὸν ἀφορῶντες ἐλεεινῶς, καὶ παρὰ τούτου τὴν ἑαυτῶν ἐξαιτούμενοι σωτηρίαν.

* μόνον

Εἰ τοῦτο οὕτως ἐπιγνωσόμεθα, πάντως ὁ φιλάνθρωπος θεὸς τὴν ὁδηγίαν πρὸς τὴν διόρθωσιν τοῦ κακοῦ παρέξει τοῖς τε ἀρχιερεῦσι καὶ πᾶσι τοῖς ἕως τοῦ νῦν ἴσως ἀγνοήσασι τὸ καλόν· ὡς ἂν τὸ πρὸ χρόνων τινῶν ἐξ ἀμελείας ἀμαυρωθὲν ἀγαθὸν, ἀνακαινισθῇ νῦν ἄνευ ὑπερθέσεώς τινος· ὅπως θεραπευθῇ ὁ θεὸς, διορθουμένης τῆς B ἐκκλησιαστικῆς καὶ Χριστιανικῆς καταστάσεως, κατὰ τὰς παραδόσεις τῶν θείων καὶ κορυφαίων ἀποστόλων, καὶ τῶν μετ' αὐτοὺς ἁγίων καὶ θεοφόρων πατέρων, ἣν ἡ χρονία ἡμῶν ῥαθυμία διέφθειρε.

Καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν ἂν, εἰ καὶ τὸ ἀγαθὸν τοῦτο καὶ σωτήριον ἔργον, ὅπερ αὐτοὶ οἱ μαθηταὶ τοῦ κυρίου τῇ τῶν πιστῶν ἐκκλησίᾳ παρέδωκαν, καὶ μετ' ἐκείνοις οἱ λοιποὶ ἅγιοι πατέρες, ὁ χρόνος διέφθειρεν· ἄνθρωποι γὰρ φθαρτοὶ ὄντες, καὶ τοῖς ὑλικοῖς πράγμασι καθ' ἑκάστην ἐνασχολούμενοι, πρὸς ταῦτα καὶ κρημνιζόμεθα. θολοῦσι γὰρ τὰ αἰσθητὰ ταῦτα καὶ ἡ περὶ αὐτὰ σχέσις, τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ σπανίως εὑρίσκεται C ὁ τοῖς θείοις ἀεὶ ἐνασχολούμενος πράγμασι, καὶ ταῦτα μόνα ζητῶν, καὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον καθ' ἑκάστην ἀναφηλαφῶν καὶ ἀνακαθαίρων. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ κάλλιστον τοῦτο ἔργον καὶ θεῖον, ὃ τὴν εὐσέβειαν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων ἐκ θεοῦ παρέχει, τελείως κατεφρονήθη, καὶ καθ' ἑκάστην ἐλάττωσιν δέχεται ὡς μικροῦ δεῖν καὶ εἰς παντελῆ φθορὰν καταντῆσαι, καὶ ὡς οὐδὲν λογισθῆναι.

Οὐκ ἔστι γὰρ ἀναζήτησις τοῦ ὀρθοδόξου κηρύγματος, οὐκ ἔστιν ἔφεσις τῆς καταλήψεως τούτου, ἀλλ' ὡς ἐν σκότει πάντες σχεδὸν διαπορευόμεθα. κινδυνεύομεν πάντες ὁμοῦ οἵτε τοῦ ἀρχιερατικοῦ D καταλόγου, τοῦ μοναχικοῦ καὶ τοῦ λαϊκοῦ, καὶ εἰς χάος ἐζοφωμένον καὶ ἀχανὲς κατακρημνιζόμεθα· ἡ δὲ τοῦ ἀληθινοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν πρὸς τὸν αὐτοῦ πατέρα παράκλησις περὶ τῶν ἀποστόλων, καὶ οὐ μόνον περὶ τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντων τῶν πιστευόντων εἰς ἐκεῖνον διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν, ἀπρακτεῖ. πῶς γὰρ πιστεύουσι διὰ τοῦ λόγου τῶν ἀποστόλων εἰς ἐκεῖνον αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ ἀδίδακτοι καὶ ἀμύητοι τοῦ τῆς εὐσεβείας μυστηρίου καταλιμπανόμεναι, ὡς γὰρ τὸ κρυβὲν ἐν εὐαγγελίοις τάλαντον, οὕτω σχεδὸν τὸ ὀρθόδοξον δόγμα κρύπτεται νῦν, καὶ κρυπτόμενον οὐκ ἀναζητεῖται, ἀλλὰ τὸ μεῖζον τοῦτο τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀσυγκρίτως, δεύτερον παρὰ πᾶσι σχεδὸν λογίζεται.

E

Καὶ γὰρ ἐάν τις ἀτιμότερόν τι καὶ ἔσχατον ὧν ἔχει ἀπολέσῃ, πολλὴν τὴν ἀναζήτησιν ποιεῖται καὶ τὴν ἔρευναν, καὶ φίλοις συγκαλεῖ πρὸς βοήθειαν, ἵνα τὸ ἀπολλόμενον εὕρῃ, καὶ εὑρὼν αὐτὸ χαίρει. τοῦτο δὲ τὸ μέγιστον χρῆμα, τὸ τῆς εὐσεβείας δηλονότι μυστήριον, ὃ αὐτὸς ὁ ἀληθινὸς Χριστὸς καὶ θεὸς ἡμῶν τοῖς ἰδίοις παρέδωκε μαθηταῖς, λέγων αὐτοῖς· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀπολλόμενον, τί οὐκ ἀναζητοῦμεν μετὰ σπουδῆς ὑπερβαλλούσης καὶ

cum

ζεούσης καρδίας; αὐτοῦ γὰρ τοῦ ἀληθινοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ὑστερούμεθα, εἰ τοῦ τῆς εὐσεβείας μυστηρίου καταφρονήσομεν· καὶ οὐχὶ πάντες ὁμοῦ σπουδῇ μεγίστῃ τὴν ἀναζήτησιν αὐτοῦ ποιησόμεθα, δάκρυα χέοντες ἐξ ὀδυνηρᾶς καρδίας, καὶ τὸν Θεὸν ἐξαιτούμενοι, ἵνα ἐκεῖνος πάλιν φανερωθῇ τοῖς νοητοῖς ἡμῶν ὀφθαλμοῖς. ἅμα γὰρ τῷ θελῆσαι ἡμᾶς γενήσεται τοῦτο. οὕτως ἐστὶ φιλάνθρωπος καὶ ἐλεήμων καὶ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν διψῶν, ὥστε οὐ μακρὰν ἡμῶν ἐστιν, ἀλλ' ἐγγύς. πάρεστι γὰρ, καὶ ἀναζητεῖ ἡμᾶς, καθὼς αὐτὸς εἶπεν, ὅτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν καὶ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν, ἐὰν καὶ ἡμεῖς βουλώμεθα.

Πῶς δὲ γενήσεται ἡ διόρθωσις τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως; οἱ ἔμβαθμοι κληρικοὶ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας εἰσὶν εὐαρίθμητοι, οἵτινες καὶ ῥόγας λαμβάνουσιν. οἱ δὲ περισσοὶ, ἀπογεγραμμένοι μὲν ὑπάρχουσι, καὶ δουλεύουσι τῇ ἐκκλησίᾳ, οὐ λαμβάνουσι δέ τι, ἀλλ' ἐλπίδι καὶ μόνῃ τρέφονται προκοπῆς. καὶ εἰ καὶ πάντες ἄξιοι πάσης ἱερωσύνης ἐμαρτυρήθησαν, ἀλλ' ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ τινὲς τῶν τε ἐμβάθμων, καὶ τῶν περισσῶν ἴσως τοιοῦτοι οὐκ εἰσίν· ἀλλὰ τὸν μὲν ἐνάρετον βίον ἴσως ἵνα ἔχωσιν, ὡς ὀφειλόμενον πᾶσι τοῖς Χριστιανοῖς φυλάττειν τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ μᾶλλον τοῖς ἱερωμένοις, ἀλλά γε ὁ διδασκαλικὸς λόγος οὐκ ἔστι παρὰ τοῖς πολλοῖς. καὶ ἴσως τοῦτο καὶ ἐπὶ τισὶ τῶν ἱερωμένων εὑρεθήσεται.

Οἱ μὲν οὖν ἔχοντες καὶ τὸν ἐπαινετὸν βίον καὶ τὸν διδασκαλικὸν λόγον, ἔμβαθμοί τε ὁμοίως καὶ περισσοὶ, ἐπεὶ καὶ οὗτοι κἀκεῖνοι τὴν ἐκκλησιαστικὴν ὑπηρεσίαν πληροῦσι, καὶ προκοπτέτωσαν εἴς τε τὴν ἀρχιερωσύνην καὶ τὰ ἀρχοντίκια, καθὼς εἰρήσεται, ἀκωλύτως· οἱ δέγε λοιποὶ, ἀγωνιζέσθωσαν μετ' ἐπιμελείας ὅτι πολλῆς, ἵνα καὶ τὸν βίον ἐπὶ τὸ κρεῖττον ῥυθμίζωσι, καὶ τὸν διδασκαλικὸν λόγον καρπίζωνται. τότε δὲ τῆς ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ τάξει προκοπῆς τυγχανέτωσαν ἕκαστος τούτων, ὅτε ἄξιον κατ' ἀμφότερα ἑαυτὸν ἀπεργάσεται. εἰ γὰρ καὶ ἐμαρτυρήθη ἄξιος πάσης ἱερωσύνης, καὶ διὰ τοῦτο τῇ ἐκκλησίᾳ προσιερώθη, ἀλλὰ τῷ μὲν ψευδῶς μαρτυρήσαντι μέμψις προστριβήσεται. ἡ δὲ τοιαύτη μαρτυρία τῷ μὴ ἔχοντι τὸν διδασκαλικὸν λόγον σὺν τῷ ἀνεπιλήπτῳ, οὐ βοηθήσει ὅσον τέως εἰς τὴν ἐπὶ τοὺς μείζονας βαθμοὺς πρόοδον. οὔτε γὰρ τὸν διδασκαλίας δεόμενον ὠφελήσει πάντως ἡ μαρτυρία τοῦ προσμαρτυρήσαντος τὴν τοῦ διδακτικοῦ δύναμιν τῷ ταύτης ἀμετόχῳ, οὔτε τῷ μαρτυρηθέντι ἀρκέσει πρὸς τὸ ἀναδέξασθαι βαθμὸν διδασκαλικόν.

Τί οὖν οἰκονομήσει ἐπὶ τούτοις ἡ ἱερὰ καὶ ἁγία σύνοδος; τοὺς μὴ καλῶς μαρτυρηθέντας ἐξώσει οὗ ἔτυχεν ἕκαστος βαθμοῦ; ἀλλὰ τοῦτο λύπην ἐντίθησι ταῖς ψυχαῖς τῶν ἤδη ἀφιερωθέντων τῇ ἁγιωτάτῃ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ. ἀποδεξάσθω οὖν ἡ ἱερὰ καὶ ἁγία σύνοδος, καὶ πρὸ πάντων ἡ ἁγιωσύνη σου τοῦ ἁγιωτάτου μου δεσπότου καὶ κοινοῦ πατρὸς καὶ διδασκάλου τῆς οἰκουμένης, τὸ πρόθυμον τῶν ἤδη καθιερωθέντων, καὶ τὸ θέλειν αὐτοὺς ὁλοψύχως ὑπηρετεῖν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, καὶ τὸ ἐλλεῖπον τούτοις ἀναπληρωθήτω παρὰ τῆς σῆς ἁγιότητος, σπουδὴν ὑπερβάλλουσαν ἐνδεικνυμένης. ἡ δὲ σπουδὴ ἔστω τοιαύτη καλῶς ἐχούσης τῆς ἁγιωσύνης σου ὡς τὸ καλὸν κρεῖττον πάντων βουλομένης.

Πρὸ μὲν παντὸς ἄλλου ἀδνούμιον κοινὸν γενέσθω τῶν ὅλων, τῶν τε ἤδη κατηρτισμένων, ἀξίων κατ' ἄμφω, λόγον τε δηλονότι καὶ βίον,

A cum ſummo ſtudio, cum corde ferventi? Namque vero Chriſto Deoque noſtro privabimur, ſi contempſerimus myſterium pietatis; ſi non omnes ſimul maxima cura illud conquiſierimus, fuſis lacrymis e corde dolenti, nec non deprecati Deum, ut ille iterum appareat mentis noſtræ oculis. Simul enim ac voluerimus efficietur hoc. Adeo benignus & miſericors eſt, adeo ſitit noſtram ſalutem, ut non procul a nobis ſit, ſed prope nos. Adeſt quippe & quærit nos, ſicut ipſemet dixit: *regnum cœlorum intra vos eſt*; modo nos etiam velimus.

B Cæterum quo pacto inſtituetur eccleſiaſtici ſtatus correctio? Ordinarii clerici magnæ eccleſiæ certo numero ſunt, qui & accipiunt rogas. Redundantes vero conſcripti quidem fuerunt, ſerviuntque eccleſiæ, nihil tamen accipiunt, verum ſolum aluntur ſpe progreſſionis. Ac licet univerſi teſtimonium retulerint quod digni eſſent quolibet ſacerdotio; revera tamen nonnulli tam ordinariorum, quam redundantium forte tales non ſunt: ſed ut forſan vita ornentur proba; quemadmodum tenentur chriſtiani omnes, ſervare mandata Dei, multo magis ſacri ordinis homines; ſermo tamen doctrinæ a multis abeſt. Ac neſcio an in ſacratorum quibuſdam hoc quoque non deprehendetur.

C Qui ergo præditi ſunt laudabili vita, nec non docendi peritiam habent ordinarii pariter ac redundantes; quandoquidem & hi, & illi eccleſiaſticum miniſterium complent; etiam provehantur ad pontificatum, ad officia, ac dignitates, abſque impedimento, ut dicetur. Reliqui vero cum quamplurima cura connitantur ad vitam in melius dirigendam & ad acquirendam docendi facultatem. Tuncque in eccleſiaſtico ordine illorum quiſque progreſſum faciat, quando ipſum ſe in utroque dignum reddiderit. Quamvis enim per teſtificationem dictus fuerit dignus quovis ſacerdotio, ideoque eccleſiæ fuerit conſecratus; verumtamen falſo D quidem teſti culpa aſpergetur; hujuſmodi vero teſtimonium, carenti ſermone doctrinæ, vitaque irreprehenſa nullatenus proderit, ut ad majorem gradum promoveatur. Nam doctrina deſtitutum nequaquam juvabit teſtatio illius, qui de doctrinæ vi ignaro atteſtatus eſt, neque teſtimonium adepto ſufficiet ad ſuſcipiendum doctoris gradum.

Quid ergo de his diſponet ſacroſancta ſynodus? Eoſne quibus non bene teſtimonium datum fuit expellet unumquemque e gradu quem obtinuit? ſed hoc dolorem allaturum eſt eorum animis, qui jam conſecrati ſunt ſanctiſſimæ Dei eccleſiæ. Admittat igitur ſacra & ſancta ſynodus, ac præ cunctis ſan- E ctitas tua, mi domine ſanctiſſime, communis pater, doctorque orbis, promptum animum eorum, qui jam ſacrati ſunt, & voluntatem, quam habent, ex tota anima miniſtrandi ſanctæ eccleſiæ; atque quod ipſis deeſt ſuppleatur per tuam ſanctitatem, quæ ſtudium exſuperans oſtendat. Hujuſmodi autem ſit ſtudium & cura præclare diſpoſitæ ſanctitatis tuæ boni ſupra cæteros cupidæ.

Ante omne aliud communis fiat cunctorum deſcriptio tam eorum, qui jam perfecti ſunt, digni in utroque, doctrina nempe & vita; quam

quam eorum, quibus fortaſſis ex alterutro aliquid deeſt. Hæc autem deſcriptio non ſimpliciter ac temere fiat, ſed cum ſcrutatione maxima, ſcrutatione prævia eruditi in unoquoque ſermonis, bonorumque morum. Et eum qui probos mores doctumque ſermonem exhibuerit, adnotet ſanctitas tua, veluti aliis præſtantiorem. Hoc quippe modo, & qui nondum perfectus eſt æmulatione jam denotati, cæteriſque prælati perficietur.

Quia vero ſupra diximus, acceptam haberi debere alacritatem eorum, qui ejuſmodi non ſunt, quoniam alacri animo cupiunt permanere in eccleſiæ ſervitio; admoneantur illi, ut deinceps doctrinæ, virtutiſque curam gerant. Sic enim notitia futuri emolumenti accepta per benignum tuum colloquium inclamatoriumque hortamen, totam alacritatem ſuam ſinguli impendent tum in accurate diſcendis divinis documentis, tum in vita ad meliorem ſtatum redigenda, utque unuſquiſque dignum ſe reddat quolibet ſacerdotio, eumque in modum ipſis operibus firmum oſtendat teſtimonium, quod in gratiam ipſius latum fuit.

Nec ſemel tantum acclamatoria homilia & exhortatio fiat; ſed ſæpius: item poſtuletur quiſque per tuam ſanctimoniam, quem poſt vocales adhortationes fructum perceperit. Qui vero fructum uberiorem cæteris offeret, ſuſcipiendus a tua ſanctitate cenſeatur, comprobetur, majori ſupra reliquos donetur honore; quia obtemperavit is Dominico monito. Ipſe namque dixit Dominus: *Petite, & dabitur vobis; quærite & invenietis; pulſate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit; & qui quærit invenit; & pulſanti aperietur.* Ille quoniam quæſivit, invenit; petiit & accepit; pulſavit & apertum eſt ei. Eum ergo qui per diligentiam propriam hunc a Deo accepit honorem, oportet ut ſanctitas tua convenienti honore dignetur; magiſque majeſtati meæ cognitum faciat, quo ipſa etiam competentem erga illum, ut fieri poterit, reverentiam præbeat. Iſtiuſmodi homo toti eccleſiæ notus fiet ad utilitatem non ſolum ipſius, ſed aliorum quoque plurium. Diffunditur enim bonum; qualia ſunt opus & ſermo, ſine quibus nemo videbit Dominum.

Sin vero quis; quod non videtur imperio meo; ſegnis adeo fuerit, ut neque poſt admonitionem, neque poſt tempus, aliquid bonæ frugis exhibeat; maneat ipſe culpatus. Magiſque iterum exacto quodam tempore inclametur; quo ſi vel adhuc in negligentia ſua perſtiterit, a ſacerdotali laterculo penitus excidat. Id porro non dicit majeſtas mea de capularibus ſenibus, jamque ſenſuum infirmitate laborantibus. Ejuſmodi quippe tempus concedit veniam, quantum ad non excidendum proprio gradu ob imperfectum doctrinæ ſermonem. Attamen ipſi quoque proficient, ſi adipiſcendæ ſcientiæ capaces ſunt. Interim non expellentur a ſuis gradibus. At qui poſſunt neque adhibent diligentiam, ipſos ſe ejicient poſt tempus congruum, ſi incorrecti manſerint. Unde ex tunc ſe ipſos accuſent, non vero imperium meum, nec ſanctitatem tuam, nec ſacram ſanctamque ſy-

A καὶ τῶν ἴσως κατά τι τούτων λειπομένων. Τὸ δὲ τοιοῦτον ἀδνούμιον, μὴ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε γένηται, ἀλλὰ μετὰ ἐρεύνης μεγίστης, ἐρεύνης προηγοουμένως τοῦ ἐν ἑκάστῳ διδασκαλικοῦ λόγου καὶ τοῦ χρηστοῦ ἤθους. καὶ τὸν μὲν ἔχοντα καὶ ἦθος χρηστὸν, καὶ λόγον διδασκαλικὸν, σημειωθήτω ἡ ἁγιωσύνη σου, ὡς ἐξῃρημένον τῶν ἄλλων. τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ καὶ ὁ μήπω καταρτισθεὶς καταρτισθήσεται, ζήλῳ τοῦ ἤδη σημειωθέντος καὶ τῶν ἄλλων προκριθέντος.

Επεὶ δὲ ἤδη ἄνωθεν εἴπομεν δεῖν ἀποδεκτέαν λογισθῆναι τὴν προθυμίαν τῶν μὴ τοιούτων, ὅτι προθύμως ἔχουσι προσκαρτερεῖν τῇ δουλείᾳ τῆς ἐκκλησίας, παραγγελθήτωσαν οὗτοι ὡς ἂν τοῦ λοιποῦ ἐπιμελῶνται καὶ λόγου καὶ ἀρετῆς. καὶ οὕτως ἐν γνώσει γινόμενοι τοῦ συνοίσοντος διὰ
B τῆς σῆς χρηστῆς ὁμιλίας καὶ ἐπιφωνητικῆς παραγγελίας, τὸ πρόθυμον αὐτῶν ἅπαν κατακενώσουσιν εἰς τὸ μαθεῖν ἀκριβῶς καὶ τὰ θεῖα διδάγματα ἕκαστον, καὶ πρὸς τὸ χρηστότερον τὸν βίον ἑαυτῶν καταστήσασθαι, καὶ ἄξιον ἑαυτὸν ἀπαρτίσαι πάσης ἱερωσύνης, καὶ οὕτος ἀποδεῖξαι τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ μαρτυρίαν ἔργοις αὐτοῖς βεβαίαν.

Καὶ μὴ ἅπαξ ἡ ἐπιφωνητικὴ αὕτη ὁμιλία τε καὶ παραγγελία γένηται, ἀλλὰ καὶ πολλάκις γινέσθω· καὶ ἀπαιτείσθω ἕκαστος παρὰ τῆς σῆς ἁγιότητος, τί μετὰ τὰς ἐπιφωνητικὰς παραγγελίας ἐκαρπώσατο. καὶ ὁ καρπὸν διαφορώτερον τῶν ἄλλων προσενεγκὼν, ἀποδεκτὸς παρὰ τῆς σῆς
C ἁγιότητος λογιζέσθω, καὶ ἐγκρινέσθω, καὶ μείζονος παρὰ τοὺς ἄλλους τιμῆς ἀξιούσθω, ὅτι ἠπείθησεν οὗτος τῷ κυριακῷ παραγγέλματι. αὐτὸς γὰρ εἶπεν ὁ κύριος· αἰτεῖτε, (καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζητεῖτε,) καὶ εὑρήσετε· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται. καὶ ὁ τοιοῦτος ἐπεὶ ἐζήτησεν εὗρεν, ᾔτησε καὶ ἔλαβεν, ἔκρουσε καὶ ἠνοίγη αὐτῷ. τὸν οὖν ἐκ Θεοῦ λαβόντα τοιαύτην τιμὴν διὰ τῆς οἰκείας σπουδῆς, δεῖ καὶ τὴν ἁγιωσύνην σου τῆς προσηκούσης τιμῆς ἀξιοῦν καὶ τῇ βασιλείᾳ μου γνωρίσαι μᾶλλον αὐτὸν, ἵνα καὶ αὕτη πρὸς αὐτὸν τὴν προσήκουσαν κατὰ τὸ δυνατὸν τιμὴν ἐπιδείξηται. καὶ ὁ τοιοῦτος γνώριμος γενήσε-
D ται πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ εἰς ὠφέλειαν οὐχ ἑαυτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλων πολλῶν. μεταδίδοται γὰρ τὸ ἀγαθὸν, ποῖον πρᾶξις καὶ λόγος, ὧν χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν κύριον.

Ει δέ τις, ὅπερ οὐ δοκεῖ τῇ βασιλείᾳ μου, τοσοῦτον γέγονε ῥαθυμος, ὥστε μὴ δὲ μετὰ παραγγελίαν, μὴ δὲ μετὰ χρόνον καρπώσασθαι τι καλὸν, μενέτω καὶ αὐτὸς αἰτιώμενος. καὶ μᾶλλον αὖθις μετὰ χρόνον τινὰ ἐπιφωνηθήτω, ὡς εἰ καὶ ἔτι τῇ αὐτοῦ ῥαθυμίᾳ ἐμμείνοι, καὶ τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου παντελῶς ἐκπεσεῖται. τοῦτο δὲ οὐ περὶ τῶν ἐσχάτως γεγηρακότων καὶ τὰς αἰσθήσεις ἤδη ἀσθενησάντων λέγει ἡ βασιλεία μου. τοὺς τοιούτους γὰρ ὁ χρόνος ἀξιοῖ συγγνώμης, ὅσον ἐπὶ τῷ μὴ ἐκπεσεῖν τοῦ οἰκείου βαθμοῦ, διὰ τὸ μὴ ἀπαρτισθῆναι κατὰ τὸν διδασκαλικὸν
E λόγον. ὅμως μέντοι καὶ αὐτοὶ βελτίους γενήσονται εἰ δυνατῶς ἔχουσι γνῶναι. τέως γοῦν οὐκ ἐκδιωχθήσονται τῶν οἰκείων βαθμῶν· οἱ δὲ δυνάμενοι καὶ μὴ ἐπιμελόμενοι, ἑαυτοὺς ἐκδιώξουσι μετὰ τὸν προσήκοντα χρόνον εἰ ἀδιόρθωτοι μείνωσι. καὶ ἔκτοτε ἑαυτοὺς αἰτιάσθωσαν, καὶ μήτε τὴν βασιλείαν μου, μήτε τὴν σὴν ἁγιότητα, μήτε τὴν ἱερὰν καὶ ἁγίαν σύνοδον. καιρὸς γὰρ ὑπο-

φαπλούσθω αὐτοῖς ὁ προσήκων, καὶ πρόφασιν εἰ βούλοιντο βελτιωθῆναι οὐκ ἔχουσι.

Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ νῦν ὄντος πληρώματος τῆς ἐκκλησίας. ἡ δὲ ἐκ τῶν ἔξωθεν εἰς τὸν κλῆρον εἰσαγωγὴ, ἀπό γε τοῦ νῦν σχολασάτω, ἕως ἂν ὁ κλῆρος εἰς τὸν ὡρισμένον ἀριθμὸν περιστῇ. εἰσὶ δὲ ὀφφίκια ἕτερα ἐκκλησιαστικὴν τινα ὑπουργίαν ἔχοντα· καὶ εἰ κελεύει ἡ (ὑμετέρα) ἁγιωσύνη, τασσέσθωσαν εἰς αὐτὰ οἱ παρὰ τινῶν προσαγόμενοι. καὶ εἰ βούλονται ἱερωθῆναι, ἀγωνιζέσθωσαν πεῖράν τε λαμβάνειν τῶν θείων διδαγμάτων πάντων, ὡς οἱ θεῖοι κανόνες διαγορεύουσι, καὶ βίου ἐπιμελεῖσθαι χρηστοῦ καὶ ἀνεπιλήπτου. καὶ ὅταν τις τούτων ἄξιος σὺν θεῷ γένηται πάσης ἱερωσύνης, τότε καὶ μαρτυρείσθω, καὶ εἰσαγέσθω εἰς τὸν κλῆρον τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς προκοπῆς ἀξιούσθω κατὰ τάξιν.

Πλὴν εἰ καὶ σχολάσαι τὴν ἔξωθεν εἰς τὸν κλῆρον εἰσαγωγὴν ἄχρις ἂν εἰς τὸν ὡρισμένον περιστῇ ἀριθμὸν ἡ βασιλεία μου προετρέψατο ἀνωτέρω, ἀλλ᾽ εἴ τις ἐγνωσμένος καὶ μεμαρτυρημένος ἀνὴρ ἐπί τε τῇ κατὰ λόγον καὶ ἀρετὴν δοκιμότητι βούλεται καθιερωθῆναι, ἢ καὶ σπουδάζων τις περὶ τὸ καλὸν, καὶ ἀμφοτέρων τῶν εἰρημένων λόγου καὶ βίου ἐναρέτου ἐπιμελόμενος, τοὺς τοιούτους οὐκ ἀπαγορεύει καὶ παραδέχεσθαι καὶ καθιεροῦσθαι τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ.

Τί οὖν βούλεται ἡ ὑμετέρα ἁγιότης καὶ περὶ τῶν λειπόντων ἐμβάθμων κληρικῶν, καὶ περὶ τῆς εἰς τοὺς οὓς τόπους ἐκείνων προκοπῆς τῶν περισσῶν; ἔστι γάρ τις καθ᾽ ὑπόθεσιν ἔσχατος μὲν τῷ βαθμῷ, ἄξιος δὲ πάσης ἱερωσύνης κατά τε λόγον καὶ βίον· ἔλειψεν ἔμβαθμός τις τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου· τίς ἀντ᾽ ἐκείνου ταχθήσεται; ὁ μήπω ἄξιος πάσης ἱερωσύνης γενόμενος, τὸν δὲ πρῶτον ἔχων βαθμὸν, ἢ ὁ ἔσχατος τῷ βαθμῷ, ἄξιος δὲ τῷ λόγῳ καὶ τῇ πράξει, εἰς τὸν τοῦ λείψαντος ἐμβάθμου τόπον ταχθήσεται; ὁ ἀπὸ τοῦ βαθμοῦ βοηθούμενος, ὑστερεῖται τὰς ῥόγας ἧς ὁ βαθμὸς αὐτὸν ἀξιοῖ, καὶ λυπηθήσεται. πῶς οὖν παραφυλαξόμεθα καὶ τούτων τὸ ἄλυπον, καὶ τοῦ ἀξίου μὴ καταφρονήσομεν; ἀμφότερα γὰρ ἀναγκαῖα, καὶ τὸν κοπιάσαντα μὴ στερηθῆναι τὰς ῥόγας αὐτοῦ, καὶ τὸν ἄξιον μὴ παροραθῆναι· ἀτιμάζεται γὰρ τὸ καλὸν, καὶ γίνεται τὰ ἀτιμώτερα τιμιώτερα, κἀντεῦθεν καταφρονεῖται τὸ καλόν.

Ἡ μὲν οὖν εἰς τὴν ῥόγαν προκοπὴ γινέσθω κατὰ τὸν ἑκάστου βαθμόν. οἱ δὲ ἀξιόλογοι κατά τε λόγον καὶ πρᾶξιν, εἰσαγέσθωσαν εἰς τὴν τῆς διδασκαλίας διακονίαν, καὶ διὰ τῶν διδασκάλων προβαινέσθωσαν εἰς τὰ ἀρχοντίκια· ἀφοριζέσθω δὲ τοῖς διδασκάλοις καὶ τὸ προσῆκον σιτηρέσιον. ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ, καθὼς γέγραπται. ἐργάτης δὲ μὴ τυγχάνων μισθοῦ τοῦ προσήκοντος, δοκεῖ ἀδικεῖσθαι, καί δοκῶν ἀδικεῖσθαι, παθαίνηται ἴσως τὸν λογισμὸν ὡς ἄνθρωπος, κἀντεῦθεν καὶ περὶ τὴν γνῶσιν ῥαθυμότερος γίνεται. καὶ ἐμποδιζόμενος, πῶς μετ᾽ ἐπιμελείας τὴν διδασκαλίαν ποιήσεται; μὴ μετ᾽ ἐπιμελείας δὲ τὴν διδασκαλίαν ποιούμενος, πῶς μεταδώσει τῆς ἐκ ταύτης ὠφελείας τῷ λαῷ; καὶ λοιπὸν ἀπομένει ἡ διδασκαλία τοῦ ὀρθοῦ δόγματος καὶ τοῦ χρηστοῦ ἤθους ἀμετάδοτος ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς. καὶ τὸ ἐκ τούτου κακὸν ὑμεῖς οἱ ἀρχιερεῖς κρειττόνως γινώσκετε.

nodum. Tempus certe conveniens protendatur eis; & prætextum ſi voluerint meliores fieri, non habeant.

Atque hæc quidem de præſenti eccleſiæ plenitudine. Ad clerum vero introductio externorum ab hoc tempore ceſſet, donec clerus ad definitum numerum revolvatur. Porro alia ſunt officia, quæ eccleſiaſticum aliquod munus habent: in quibus ſi jubet ſanctitudo veſtra, collocentur qui a nonnullis offeruntur. Atque ſi volunt ſacro ordine donari, contendant peritiam conſequi omnium documentorum divinorum, ſicut ſacri canones ſanciunt, nec non obſervare vitam probam & irreprehenſibilem. Cumque ex iis aliquis Deo juvante dignus exſtiterit quovis ſacerdotio, tunc teſtimonium accipiat, inducatur in eccleſiæ clerum, juxtaque ordinem dignus habeatur progreſſu.

Verum licet majeſtas mea ſuperius monuerit, ut externorum in clerum inductio ceſſet, quouſque ad definitum numerum ille revolvatur; tamen ſi quis agnitus, teſtimonioque reputatus pro viro doctrina & virtute probato, voluerit ordinari, aut aliquis boni ſtudioſus, amborumque dictorum, doctrinæ, ac præclaræ vitæ curam habens; tales non prohibet admitti, ſanctæque Dei eccleſiæ conſecrari.

Quid porro cenſet veſtra ſanctitas de vacantibus ordinariis clericis deque redundantium promotione ad illorum loca? Eſt enim aliquis verbi gratia poſtremus quidem gradu, ſed dignus quolibet ſacerdotio, ratione ſermonis ac vitæ: deſiit eſſe in ſacerdotali catalogo ordinarius aliquis; quis pro eo collocabitur? Qui nondum dignus eſt quovis ſacerdotio, primum autem habet gradum, aut ultimus gradu, dignus vero ob doctrinam, & actionem, in ejus qui ceſſit ordinarii loco reponetur? Qui gradum ſibi faventem habet privatur roga, qua eum donat gradus, & mœſtitia afficietur. Quo pacto igitur cavebimus, ne illi triſtes ſint, ſimulque dignum non contemnemus? Ambo quippe neceſſaria ſunt, tum eum qui laboravit, non fraudari roga ſua; tum eum qui dignus eſt non deſpici: quia ſic bonum innoneſtabitur, & precioſiora viliora habebuntur, hincque nihili pendetur virtus.

Quocirca ad rogam progreſſus fiat ſecundum cujuſque gradum. Qui autem laudabiles ſunt in ſermone ac opere, ad doctrinæ miniſterium inducantur, perque docendi munera provehantur ad dignitates & officia. Aſſignetur vero doctoribus conveniens annona. *Dignus eſt enim operarius mercede ſua*; ſicut ſcriptum eſt. Operarius ſane congruam mercedem non conſecutus, injuria affici videtur, injuria affici viſus, cogitatione forſan commoveatur tanquam homo, indeque circa ſcientiam ſegnior evadit. Atque impeditus, quomodo cum diligentia munere doctoris fungetur? Cum diligentia vero non docens, qua ratione utilitatem inde provenientem populo afferet? De cætero doctrina recti dogmatis proborumque morum non communicatur cum animabus hominum. Quodque hinc oritur malum, vos pontifices rectius intelligitis.

De-

Anno Christi IIIO.

Decernit autem meum imperium doctoribus, tanquam supra cunctos laborem subeuntibus, annonam, seu eorum cuique solidorum (libras tres & frumenti modios quinquaginta) in abundantius ipsorum solatium, ut recte populo tradant tum orthodoxam doctrinam, tum bene vivendi rationem. Et quotquot ex hujusmodi doctoribus, decorati videlicet vita virtutibus instructa, cum sermone doctorem decente, desideraverint fieri sacerdotes, fiant, habeantque illi honorem in introitibus, in sedibus; si ordinarii sint, juxta gradus suos, si redundantes, statim post ordinarios; nimirum præ cæteris redundantibus honorati, tanquam magni pontificis repræsentantes personam. Audimus enim, quod qui illius locum supplet, maximum semper habeat honorem; nec poterit quispiam ad hoc contradicere.

Circumspiciant quoque vicinas regiones; nec modo populum doceant, cunctisque suggerant bonum, sed etiam coerceant eos, si qui sunt, quorum vita accusationi obnoxia invenietur; interdum per consilium ut efficaci sermone præditi; interdum referendo ad sanctissimum patriarcham, qui imperio meo significabit, aut ad eos qui magistratus in magna urbe gerunt, quando videlicet negotium manum potestatemque civilem requiret. Debent etiam visitando populum omnino notos habere patres illorum spiritales; ut ne pro pastoribus lupi reperiantur quidam ex iis qui confessiones hominum excipiunt. Ad hæc iidem doctores, ut fide digni habiti, non laicis dumtaxat utilitatem præbebunt, verum etiam monachis; apud hos enim pari modo quædam indigent correctione.

Cæterum nullus ita condignorum doctorum tardus sit ad sacerdotalem gradum suscipiendum, quo sic plebi sermonem doctrinæ impertiat, ex monito magni pontificis; sed potius alacriter ad id feratur, tanquam ad rem quæ ex ordine ecclesiasticæ disciplinæ fit. Nam licet humano respectu videatur nunc nonnullam submissionem continere sacerdotium, attamen non ita veritas habet; sed irrationabilem penitus consuetudinem secutus quis, honorem pro dehonestamento ducit. Quis enim recte sentiens, non agnoscat excelsiorem sacrati coetus gradum? Quod sicut pontifex sacerdote major est, ita sacerdos Diacono. Tametsi protodiaconus aliquis existat, primus quidem diaconorum est, at posterior postremo sacerdotum. Sacerdos una cum pontifice sedet: Diaconus adstat & ministrat. Proinde qui dignus est diaconus, prompto animo ad presbyteratum accedet.

Tribuit autem majestas mea hisce doctoribus, qui sacerdotes ordinati fuerint, majorem annonam, nimirum singulis solidorum. Qui vero adhuc recusaverint excelsam sacerdotii suscipere dignitatem, & diaconi extiterint, admittant doctrinæ ministerium, modo scilicet idonei sint in sermone ac virtute. Accipient porro isti dictum supra solatium laboris sui, in stationibus, atque in ingressibus proprios gradus suaque loca retinentes. Cæterum qui cooptandi sunt in doctores, per delectum promoveri debent, ut sincerum doctrinæ sermonem vitamque irre-

Τυποῖ δὲ τοῖς διδασκάλοις καὶ ἡ βασιλεία μου ὡς ὑπὲρ πάντων τὸν ἀγῶνα ὑποδυομένοις σιτηρέσιον ἤγουν ἑκάστῳ αὐτῶν ἀνὰ νομισμάτων (λίτρας τρεῖς, καὶ ἀνὰ σίτου μοδίοις πεντήκοντα,) εἰς περισσοτέραν παρηγορίαν αὐτῶν, ὥστε καλῶς μεταδιδόναι τούτοις τῷ λαῷ τοῦ ὀρθοδόξου δόγματος καὶ τῆς χρηστῆς πολιτείας. καὶ ὅσοι μὲν τῶν τοιούτων διδασκάλων, ἔχοντες δηλονότι βίον ἐνάρετον, καὶ τὴν τοῦ διδασκαλικοῦ λόγου δύναμιν, προθυμοῦνται γενέσθαι ἱερεῖς, γενέσθωσαν· καὶ ἐχέτωσαν μὲν οὗτοι τιμὴν ἔν τε ταῖς εἰσόδοις καὶ ἐν ταῖς καθέδραις· ἔμβαθμοι μὲν ὄντες, κατὰ τοὺς οἰκείους βαθμούς· περισσοὶ δὲ, εὐθὺς μετὰ τοὺς ἐμβάθμους, τῶν ἄλλων δηλονότι περισσῶν προτιμώμενοι, ὡς ἐκπροσωποῦντες τῷ μεγάλῳ ἀρχιερεῖ· ἀκούομεν γὰρ τὸν πληροῦντα τὸν τόπον τούτου μεγίστην ἀεὶ ἔχειν τιμὴν, καὶ οὐδεὶς πρὸς τοῦτο δυνήσεται ἀντειπεῖν.

Ἐπιβλεπέτωσαν δὲ καὶ τὰς γειτονίας, μὴ μόνον διδάσκοντες τὸν λαὸν καὶ ὑποτιθέντες ἅπασι τὸ καλὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἴσως διαβεβλημένου βίου εὑρισκομένους ἀναστέλλοντες, ποτὲ μὲν διὰ συμβουλῆς ὡς τὴν τοῦ λόγου δύναμιν ἔχοντες, ποτὲ δὲ δι' ἀναφορᾶς αὐτῶν εἰς τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην, ἐκείνου δὲ εἰς τὴν βασιλείαν μου, ἢ καὶ τοὺς τὰς ἐν τῇ μεγαλοπόλει διοικοῦντας ἀρχὰς, ὅτε καὶ χειρὸς δηλονότι καὶ ἐξουσίας δεῖται τὸ πρᾶγμα πολιτικῆς. δεῖ δὲ αὐτοὺς ἐπισκεπτομένους τὸν λαὸν, καὶ ἵνα * πάντες γνωρίμους ἔχωσι τοὺς πνευματικοὺς πατέρας αὐτῶν, ἵνα μὴ ἀντὶ ποιμένων λύκοι εὑρεθῶσί τινες τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων ἀναδεχόμενοι. οἱ δὲ αὐτοὶ διδάσκαλοι οὐ μόνον ὡς τὸ ἀξιόπιστον ἔχοντες, τοῖς λαϊκοῖς τὴν ὠφέλειαν παρέξουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς μοναχοῖς δεῖται. γὰρ καὶ τὸ κατ' αὐτοὺς ἔνια διορθώσεως.

Μηδεὶς δὲ τῶν οὕτως ἀξίων διδασκάλων ἀπρόθυμος ἔστω εἰς τὸ γενέσθαι ἱερεὺς, καὶ οὕτως μεταδιδόναι τῷ λαῷ τοῦ διδασκαλικοῦ λόγου κατὰ προτροπὴν τοῦ μεγίστου ἀρχιερέως, ἀλλὰ μᾶλλον προθυμείσθω εἰς τοῦτο ὡς κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας γινόμενον. εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἔδοξε νῦν ἔχειν ὑπόπτωσίν τινα ἡ ἱερωσύνη, πλὴν οὐχ οὕτως ἔχει καὶ ἡ ἀλήθεια· τῇ δὲ παραλόγῳ συνηθείᾳ πάντως ἀκολουθῶν τις, κρίνει τὴν τιμὴν ἀτιμίαν. τίς γὰρ τῶν εὖ φρονούντων οὐκ ἐπιγινώσκει τὸν ὑψηλότερον βαθμὸν τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου; ὅτι ὥσπερ ὁ ἀρχιερεὺς μείζων ἐστὶ τοῦ ἱερέως, οὕτω καὶ ὁ ἱερεὺς τοῦ διακόνου. κἂν πρωτοδιάκονος τις εἴη, πρῶτος μὲν τῶν διακόνων ἐστὶν, ἔσχατος δὲ τοῦ ἐσχάτου τῶν ἱερέων. ὁ μὲν γὰρ ἱερεὺς συνεδράζει τῷ ἀρχιερεῖ· ὁ δὲ παρέστηκε καὶ ὑπηρετεῖ. λοιπὸν προθύμως καὶ ἄξιος διάκονος εἰς τὸ πρεσβυτερεῖον εἰσελεύσεται.

Ἀπονέμει δὲ τοῖς τοιούτοις διδασκάλοις τοῖς γενομένοις ἱερεῦσιν ἡ βασιλεία μου καὶ μεῖζον τὸ σιτηρέσιον, ἤγουν ἑκάστῳ νομισμάτων. οἱ δὲ μὴ προθυμούμενοι ἔτι τὸ τῆς ἱερωσύνης ὑψηλὸν ἀξίωμα δέξασθαι, καὶ ἐν διακόνοις ὄντες, ἀναδεχέσθωσαν τὴν τῆς διδασκαλίας διακονίαν, ἱκανοὶ δηλονότι κατά τε λόγον ὄντες καὶ ἀρετήν. λήψονται δὲ οὗτοι τὴν ἀνωτέρω εἰρημένην παραμυθίαν τοῦ κόπου αὐτῶν ἐν ταῖς στάσεσι καὶ ἐν ταῖς εἰσόδοις τοὺς οἰκείους βαθμοὺς καὶ τόπους ἔχοντες. οἱ ὀφείλοντες δὲ προχειρίζεσθαι διδάσκαλοι, κατ' ἐπιλογὴν ὀφείλουσι προχειρίζεσθαι, ἵνα καὶ τὸν διδασκαλικὸν λόγον ἀκέραιον, καὶ

pre-

τὸν βίον ἔχωσιν ἀνεπίληπτον. εἰ γὰρ ὁ ἄξιος παροράται, καὶ ὁ ἀνάξιος προβιβάζεται, κρίμα προξενεῖ τοῦτο τῷ προκρίναντι μὲν τὸν ἀνάξιον, παρορῶντι δὲ τὸν ἄξιον, καὶ ζημίαν ψυχικὴν ἀφόρητον οἷς ὁ μὴ ἄξιος διδάσκαλος ἐφίσταται. διδάσκαλον γὰρ ἡ βασιλεία μου τὸν ἄξιον ὡς ἄνωθεν εἴρηται, ὀνομάζει τε καὶ τυποῖ, τὸν κρείττονα δηλονότι τῶν ἄλλων, οὐ μὴν τὸν μὴ τοιοῦτον.

Ἵνα δὲ εἴη εὐπορία τῶν ἀξίων, καὶ ἀπὸ τῶν λαϊκῶν, καὶ ἀπὸ τῶν μοναχῶν ἐὰν εὑρεθῇ τις ἔχων καὶ τὸν διδασκαλικὸν λόγον καὶ τὸν ἀνεπίληπτον βίον, ὥστε μὴ κωλύεσθαι εἰς ἱερωσύνην, καλείσθω καὶ προχειριζέσθω, ὅτε ἀξιολογώτερος δηλονότι ἐστὶ τῆς ἐκκλησίας. τῷ γε μὴν μοναχῷ οὐδὲν οὔτε περὶ καθέδρας οὔτε περὶ στάσεως ἢ εἰσόδου διοίσει. εἴποι δὲ ἄν τις ἴσως περὶ τῶν κεκληρωμένων ἤδη μήπω δὲ κατηρτισμένων κατά τε λόγον καὶ πρᾶξιν, ὡς παρὰ τοὺς θείους κανόνας ἡ ἐκκλησία τούτους ἔτι νῦν παραδέχεται. ἀλλὰ σκοπησάτω ὅτι τὸ ἐκ μακρῶν χρόνων γινόμενον, κἀντεῦθεν ὡς ἔθος κρατῆσαν, εἰ καὶ παράλογον ὡς ἀπεναντίας τοῖς θείοις κανόσι γινόμενον, εἰσδέξεται τὴν διόρθωσιν δι᾽ οἰκονομίας ἀρίστης τὸ ἄλυπον πᾶσι περιποιουμένης. οὐκ ἄρα τοῦ εἰκότος ἀπᾴδουσα δόξειεν ἂν ἡ οἰκονομία. οὐ γὰρ τὸ παράλογον δεχόμεθα, οὔτε μὴν τοῦτο προτρεπόμεθα γίνεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ μὴ καλῶς γινόμενον ἐπιτρέπει διορθωθῆναι ἡ βασιλεία μου. ἐθέλει γὰρ εἰ καὶ μὴ ἐν τοῖς ἄλλοις καλοῖς, ἀλλ᾽ ἐν τούτῳ γοῦν τῷ ἀναγκαιοτάτῳ, ὡς εἰς τὴν εὐσέβειαν ἀφορῶντι, σύμβουλος καὶ συνεργὸς ὑμῖν γενέσθαι εἰς ἐκπλήρωσιν τοῦ ἀγαθοῦ.

Ἐπὶ τούτοις ἀναγνωσθήτω καὶ τὸ τοῦ νομοκανόνος βιβλίον ἅπαν ἐνώπιον τῆς ἱερᾶς καὶ ἁγίας συνόδου καὶ ἀπὸ τῶν παραθεωρουμένων νῦν θείων κανόνων οἱ μὲν πρὸς εὐσέβειαν ὁρῶντες, καὶ τι συστατικὸν τοῦ ὀρθοῦ δόγματος παραδιδόντες ἡμῖν, παντὶ τρόπῳ ἀνανεωθέντες, τηρείσθωσαν. οἱ δὲ λοιποὶ παρεκβληθέντες δοθήτωσαν καὶ τῇ βασιλείᾳ μου, ἵνα κοινῇ τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιότητι περὶ τούτων συνδιασκεψαμένη, τὸ δέον οἰκονομήσῃ. πρὸς τοῖς ἄλλοις δὲ καὶ τὸν περὶ τῶν μοναχῶν τῶν ἐν ταῖς ῥύμαις καὶ ταῖς τριόδοις περινοστούντων ἀνακαινισθέντα δεῖ συντηρεῖσθαι.

Ταῦτα οὐκ εἰκῇ καὶ μάτην ἡ βασιλεία μου ἔγραψεν· οὐδὲ ὥστε μένειν ἐν λόγοις καὶ γράμμασιν, ἀλλὰ πρὸς ἔργον τέλειον· ἔργον δὲ τέλειόν ἐστιν, ὅταν τὸ παραλόγως γινόμενον διόρθωσιν δέξηται. δοκεῖ δὲ τῇ βασιλείᾳ μου, μᾶλλον δὲ εἰ καὶ τολμηρὸς ὁ λόγος, κατάληψιν ἔχει αὕτη τελείαν, ὅτι θεὸς διανέστη ἐπὶ ταύτῃ τῇ ὑποθέσει, καὶ γενέσθαι τὴν διόρθωσιν ηὐδόκησε τοῦ κακοῦ, καὶ τοσοῦτον ἑαυτὸν δι᾽ ἡμᾶς καὶ νῦν ἐταπείνωσεν, ὥστε καὶ παρακαλεῖν ἡμᾶς ὑπὲρ τῆς ἰδίας ποίμνης, δι᾽ ἣν καὶ ἐνηνθρώπησε, καὶ σαρκὶ ἔπαθε, καὶ τὸ ἴδιον αἷμα ἐξέχεε, καὶ θάνατον ὑπέστη τὸν ἐπονείδιστον, καὶ μὴ διανισταμένοις πρὸς τὸ καλὸν, ἀλλὰ τῇ αὐτῶν ῥαθυμίᾳ ἐμμένουσι, καὶ τὰ φρικωδέστατα ἀπειλεῖν.

Οὐκ οὖν οὐδὲ ἡ βασιλεία μου ἀνέξεται ὅλως ἔτι παρεκταθῆναι τὴν διόρθωσιν τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως· ἀλλὰ τοῖς ἐμποδίζουσι τοῦ λοιποῦ πρὸς τὸ ταύτην κατορθωθῆναι, κανονικὴ εὐθύνη ἐπενεχθήσεται καὶ μηδεὶς ὑπολάβῃ κατὰ πάθος λέγειν τὴν βασιλείαν μου ταῦτα οὐκ ἔχει γὰρ θεοῦ χάριτι πρὸς τινὰ ἔχθραν, οὐδένα μισεῖ, οὐδένα κατακρίνει· ἀλλὰ πρὸς τοῦτο μόνον παθαίνεται τὸ γινόμενον· καὶ οὐκ ἀνέχε-

A prehensam obtineant. Dum enim dignus præteritur, indignus provehitur, hoc conciliat tum condemnationem ei qui prætulit indignum, dignum despexit, tum animæ intolerabile damnum iis, quibus indignus doctor præest. Doctorem quippe imperium meum, ut superius dictum est, dignum nominat & decernit, nempe cæteris præstantiorem, non vero qui talis non est.

Ut autem dignis abundemus, si inter laicos vel monachos inventus fuerit aliquis præceptoris doctrina, vitaque inculpata instructus, ut nihil ei desit ad sacerdotium, vocetur ac promoveatur, quando nimirum ecclesiasticis erit commendatior. Et vero monachi nihil interfuerit, nec de sede, nec de B statione, aut introitu. Cæterum forsan nonnemo dicet de iis, qui jam clero adscripti, nondum perfecti sunt in verbo & opere, quod contra divinos canones etiam nunc ab ecclesia recipiantur. Verum consideret, quia quod a longo tempore fit, indeque instar consuetudinis obtinuit, quamvis citra rationem sit, ut nempe contrarium sacris canonibus admittet correctionem per optimam dispensationem, quæ cunctos a tristitia eximit. Neque videatur oeconomia a jure discrepare. Non enim quod a ratione alienum est recipimus, aut fieri hortamur, quinimo quod male geritur, corrigi demandat mea majestas. Quia cupio, si non in aliis bonis, sal- C tem in hoc maxime necessario, ut ad pietatem spectante, vobiscum consulere & operari ad boni complementum.

Insuper his, Nomocanonis totus liber legatur coram sacrosancta synodo: atque e neglectis nunc canonibus divinis, qui ad pietatem respiciunt, aut nonnihil ad stabilimentum recti dogmatis tradunt nobis, omni modo renovati, observentur; reliqui selecti offerantur imperio meo, ut una cum sanctitate vestra de iis facto examine, quod par est disponat. Cum aliis vero etiam ille ad monachos in vicis, ac triviis vagantes pertinens renovari debet, ac servari.

D Hæc non temere & frustra scripsit imperium meum; neque ut dumtaxat in verbis, literisque maneant, sed ut perveniant ad opus perfectum. Perfectum autem opus erit, quando quod perperam fit, admittet emendationem. Videtur porro imperatoriæ meæ potestati, immo quamvis audax sit oratio, certus omnino sum quod Deus in hoc proposito excitatus est, ac peragi mali correctionem comprobavit; tantumque se propter nos nunc etiam demisit, ut exhortetur nos pro ovili suo, cujus gratia incarnatus est, carne passus, proprium sanguinem fudit, ignominiosam pertulit mortem; utque non exsur- E gentibus ad bonum, sed in nostra segnitie permanentibus minetur horrenda maxime.

Itaque nec majestas mea prorsus patietur prorogari adhuc ecclesiastici status emendationem; sed in eos, qui post hac impedimento futuri sunt, quominus corrigatur, canonica censura proferetur. Nec suspicetur ullus, ex affectu loqui hæc meam majestatem. Dei gratia non fovet adversus quemquam inimicitiam, neminem odio prosequitur, neminem condemnat; sed solummodo adver-

ANNO CHRISTI 1110.

sus hoc indignatur facinus; nec sustinet eversam videre ecclesiasticam, christianamque disciplinam.

Et vero beatus es sanctissime domine mi, adhucque redderis beatior, si cum aliis quæ præclare gessisti, hæc etiam superius scripta perfeceris. Vosque Deo carissimi pontifices, pari modo beati eritis, si hac in parte una cum sanctissimo patriarcha, & principe pastorum vestro, uti decet, fueritis operati, vestrum officium firmiter in electionibus adimplentes, atque si hæc omnia in vestris provinciis instauraveritis. Non enim in magna urbe dumtaxat, verum etiam in cunctis Romanæ ditioni subjectis regionibus, vult imperium meum ista obtinere, ac habere vim, atque hanc scripturam exponit pro communi B lege, & sanctione: non aliquid novi circa ecclesiasticas sacrasque res introducens, sed a divinis apostolis & sacris Patribus definita, atque canonice decreta, per negligentiam vero despecta, jamque fere omnino ignorata, renovans atque confirmans.

Et noverint cuncti deinceps, quod quicumque amplius hisce contrarium aliquid per provinciam sibi subjacentem, in electione, aut ordinatione, aut alia consignatione cujuslibet ecclesiastici gradus, perpetraverit, citra veniam censuræ per sacros canones latæ submittetur. Oportet præterea ut laude digni sacerdotes collocentur in vicorum catholicis ecclesiis, quo ipsi adhuc sacerdotes C populum illuminent, cunctisque tradant orthodoxum præconium. Ac forte initio non suppetent vobis ejusmodi homines. Verum cura supra modum adhibita, cito constituetis homines dignos, qui aliis bonum communicent, elucidentque orthodoxam prædicationem. Considerandum enim quam ob causam apostoli orbem percurrerint. Propter nihil aliud certe, quam ut omnem populum participem facerent rectæ doctrinæ.

Quare debent pontifices, qui eorum honorem exceperunt, in sua quisque regione idem facere. Siquidem non ad contumeliam vergit pontificis, quinimo ad maximum honorem, quando in pauperis tugurium intra- D verit, res ejus fuerit scrutatus, eum adduxerit ad pietatem. Nam evadit hujusmodi pontifex imitator discipulorum Christi, Christique ipsius, nec non in iis præcipue complet pontificiæ dignitatis munus. Sed & canonicum propter ea assignatum est pontificibus, ut peragrantes, ac docentes, ex illo nutriantur. Cognoscat ergo omnis pontifex, quod laboris gratia hanc spiritualem susceperit dignitatem, debeatque sic eam implere, quemadmodum beati illi patres, ipsique divini apostoli, dum viverent, fecerunt.

Nam si bene attenderitis o pontifices, & cogitaveritis propter trangressionem unius mandati, quod transgressi sunt formati pri- E mo homines, nos una cum iis traditos esse morti & corruptioni, ac nisi per factam in carne dispensationem, seu per Incarnationem servatoris nostri Jesu Christi consecuti essemus redemptionem peccatorum nostrorum & resurrectionem, cunctos simul fuisse perituros; præterea ideo necesse fuisse ipsum Dominum, beneplacito Patris, & cooperatione Spiritus Sancti incarnari, gestare carnem,

A ται ὁρᾶν τὴν ἐκκλησιαστικὴν καὶ Χριστιανικὴν κατάστασιν καταλυομένην.

Μακάριος δὲ εἶ ἁγιώτατέ μου δέσποτα, καὶ ἔτι μακαριώτερος ἀναδειχθήσῃ, εἰ μετὰ τῶν ἄλλων ὧν κατώρθωσας, καὶ ταῦτα ἃ ἀνωτέρω γέγραφα ἀποτελέσεις. καὶ ὑμεῖς θεοφιλέστατοι ἀρχιερεῖς, ὁμοίως μακάριοί ἐστε, εἰ κἀνταῦθα τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ καὶ ἀρχιποίμενι ὑμῶν ὡς εἰκὸς συνεργήσετε, τὸ ὑμέτερον ἀνεπισφαλῶς ἐν ταῖς ψήφοις πληροῦντες, καὶ πάντα ταῦτα καὶ ἐν ταῖς ὑμετέραις ἐπαρχίαις κατορθώσετε. οὐ γάρ ἐν τῇ μεγαλοπόλει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν πάσαις ταῖς ὑπὸ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν χώραις βούλεται ἡ βασιλεία μου ταῦτα κρατεῖν τε καὶ ἐνεργεῖν, καὶ νόμον κοινὸν καὶ θέσπισ- B μα τὴν παροῦσαν γραφὴν ἐκτίθεται. οὐ καινόν τι ἐπὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς καὶ ἱεροῖς παρεισάγουσα πράγμασιν, ἀλλὰ τὰ τοῖς θείοις ἀποστόλοις καὶ τοῖς ἱεροῖς πατράσιν ὁρισθέντα τε καὶ κανονισθέντα, ἀμελείᾳ δὲ παραθεωρηθέντα, καὶ ἤδη σχεδὸν τελείως ἀγνοηθέντα, ἀνανεουσά τε καὶ κρατύνουσα.

Καὶ ἴστω πᾶς τοῦ λοιποῦ, ὡς ὅστις ἂν ἔτι ἐναντίον τι τούτοις ἐν τῇ ὑπ᾽ αὐτον ἐνορίᾳ ἐν ψήφῳ ἢ χειροτονίᾳ ἢ ἑτέρᾳ σφραγίδι ἐκκλησιαστικοῦ βαθμοῦ οἱουδήτινος διαπράξηται, ἀσυμπαθῶς τῇ ἐκ τῶν θείων κανόνων εὐθύνῃ ὑποπεσεῖται. δεῖ δὲ καὶ ἀξιολόγους ἱερεῖς ἐγκαθιδρυνθῆναι ταῖς τῶν χωρίων καθολικαῖς ἐκκλησίαις, ὡς ἂν αὐτοὶ πάλιν οἱ ἱερεῖς φωτίζωσι τὸν λα- C ὸν, καὶ τοῦ ὀρθοδόξου κηρύγματος πᾶσι μεταδιδόασιν. ἴσως δὲ οὐκ εὐπορήσετε τοιούτων ἀνθρώπων ἐξ ἀρχῆς. ἀλλ᾽ ἐπιμμεληθέντες καθ᾽ ὑπερβολὴν, τάχιον καταστήσετε ἀνθρώπους ἀξίους τοῦ μεταδιδόναι καὶ ἑτέροις τοῦ ἀγαθοῦ καὶ διαφωτίζειν τὸ ὀρθόδοξον κήρυγμα. σκοπητέον γάρ δι᾽ ἣν αἰτίαν οἱ ἀπόστολοι τὴν οἰκουμένην περιέτρεχον· δι᾽ οὐδὲν ἕτερον πάντως, ἢ διὰ τὸ μεταδιδόναι τοῦ ὀρθοῦ κηρύγματος παντὶ τῷ λαῷ.

Δεῖ τοίνυν καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς τὴν ἐκείνων τιμὴν διαδεξαμένοις, ἕκαστον ἐν τῇ ὑπ᾽ αὐτὸν ἐνορίᾳ ὁμοίως ποιεῖν. ἐπεὶ οὐδὲ πρὸς ὕβριν τοῦτό ἐστι τοῦ ἀρχιερέως, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ εἰς μεγί- D στην τιμὴν, ὅταν καὶ εἰς κατάλυμα πένητος εἰσέλθῃ, καὶ τὰ κατ᾽ αὐτὸν ἐρευνήσῃ καὶ πρὸς θεοσέβειαν αὐτὸν ἀναγάγῃ. μιμητὴς γάρ γίνεται ὁ τοιοῦτος ἀρχιερεὺς τῶν μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τούτοις μᾶλλον πληροῖ τὰ τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος. ἀλλὰ καὶ τὸ κανονικὸν διὰ τοῦτο ἀφωρίσθη τοῖς ἀρχιερεῦσιν, ἵνα διερχόμενος ἕκαστος καὶ διδάσκων, ἐξ αὐτοῦ διατρέφηται. γνωριζέτω οὖν πᾶς ἀρχιερεὺς, ὅτι πρὸς κόπον ἀπεδύσατο τὸ τοιοῦτον πνευματικὸν, καὶ ὀφείλει τοῦτο ἐκπληροῦν, καθὼς καὶ οἱ μακαριστοὶ ἐκεῖνοι πατέρες, καὶ αὐτοὶ οἱ θεῖοι ἀπόστολοι διὰ βίου ἐποίουν.

Εἰ γάρ σκοπήσετε καλῶς οἱ ἀρχιερεῖς καὶ ἐννοήσετε, ὅτι διὰ παράβασιν μιᾶς ἐντολῆς ἣν παρ- E έβησαν οἱ πρωτόπλαστοι, * παρεδόθησαν ἅμα ἐκείνοις τῷ θανάτῳ καὶ τῇ φθορᾷ, καὶ εἰ μὴ διὰ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἀπολυτρώσεως τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐτόχομεν, πάντες ὁμοῦ ἀπολλόμεθα· καὶ ὅτι διὰ τοῦτο ἐδέησεν αὐτὸν τὸν κύριον εὐδοκίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνανθρωπῆσαι καὶ σάρκα φορέσαι καὶ σαρκὶ παθεῖν

car-

καὶ ἀποθανεῖν, ἵνα ἐξέληται ἡμᾶς τῆς φθορᾶς ἣν κατεκρίθημεν.

Εἰ ταῦτα οὖν ἐπιγνῶτε, καὶ εἰς οἷον κακὸν συνελαύνεται ὁ ἀρχιερεὺς μὴ διαδιδοὺς τὸ ὀρθόδοξον κήρυγμα τῇ ὑπ᾽ αὐτὸν ποίμνῃ, οὐδέποτε κόπον ἡγίσεταί τις ὑμῶν τὸ, αὐτὸς δι᾽ ἑαυτοῦ διέρχεσθαι πᾶσαν τὴν ὑπ᾽ αὐτὸν ἐνορίαν συνεχέστερον καὶ διδάσκειν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν καθαρὰν πίστιν καὶ τὸν σεμνὸν βίον, ἀλλ᾽ ὁ κάπος οὗτος μᾶλλον ἀνάπαυσις αὐτῷ λογισθήσεται, ὡς καὶ ἀνάπαυσιν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ καὶ τοῦ οἰκείου λαοῦ προξενῶν. τὸ γάρ ὀφειλόμενον πληροῖ. ἐπειδὴ καὶ λόγους διδόναι μέλλει πάντως ἐν τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως ὑπὲρ τοῦ ὑπ᾽ αὐτὸν λογικοῦ ποιμνίου.

Τί δὲ ὁ ἴσως μὴ βουληθεὶς ἐπιμελήσεσθαι ἀρχιερεὺς τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως διανοήσεται, ἢ ποίαν πρόφασιν ἕξει εἰς τὸ ἀναβολῇ δοῦναι τὸ πρᾶγμα καὶ ὑπερθέσει; ἑτέραν πάλιν ἐνανθρώπησιν τοῦ υἱοῦ καὶ λόγου τοῦ Θεοῦ προσδοκήσει γενέσθαι. τοῦτο οὐδὲ ἐπὶ λογισμὸν ἀνθρώπου ἀναβήσεται· ἀλλ᾽ ἐλεύσεται πάντως ὁ ἀληθινὸς Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν ἀποδώσων ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. λοιπὸν οὐ δεῖται ἀναβολῆς οὐδὲ ὑπερθέσεως ἡ παροῦσα ὑπόθεσις.

A carne pati & mori, ut liberaret nos ab interitu, ad quem fueramus damnati.

Si hæc inquam agnoveritis; nec non in cujusmodi malum compellatur pontifex, qui rectam prædicationem non transfundit in gregem sibi subjectum, nunquam laborem censebit quisquam vestrum, ipse per se totam sub se positam regionem peragrare frequentius, & puram in Deum fidem, sanctamque vitam docere: sed labor ille potius ipsi censebitur requies, ut qui animæ suæ, suoque populo quietem conciliet. Nam officio satisfacit. Siquidem penitus rationem redditurus est in tremendo judicii die, pro rationali ovili suo.

Quid vero, qui forte pontifex noluerit B hujusce rei curam gerere, excogitabit, aut quam excusationem habebit, ut rem protrahat, & differat? An iterum aliam fieri expectabit Filii Verbique Dei incarnationem? Hoc neque in cogitationem hominis ascendet: sed veniet omnino verus Christus & Deus noster, redditurus unicuique secundum opera sua. Itaque non admittit moram, neque procrastinationem præsens causa.

LATERANENSE CONCILIUM

In quo Henrico IV. regi de remissione regalium privilegium a Paschali II. conceditur,

Anno IIII. *celebratum.*

Lateranense concilium in causa privilegii Henrico V. Germaniæ regi, dein IV. imperat. concessi unicum Labbeus cæterique cum ipso omnes agnoscunt. Ego duo distinguerem, aliud scilicet, in quo deliberatum est de permittendis regi ab ecclesia regalibus, seu, quæ de regno tenebat, feudis, dummodo rex ipse investituras redderet, quod anno IIII. celebratum facile omnes concessuros opinor. Aliud vero Laterani habitum est, in quo Paschalis extortum a se privilegium de investituris regi concedendis abrogavit, quod sane concilium ex Labbeo repetendum est. Cur vero in concilio cusum prius illud privilegium dixerim, faciunt verba illa ejusdem privilegii inferius recitanda: Postquam enim ibi retulisset Gregorii VII. & Urbani II. contra investituras decreta, addit pontifex: *Quorum vestigia subsequentes, & nos eorum sententiam episcopali concilio confirmamus.* Hujus igitur concilii brevem hanc historiam accipe. Conventum erat inter pontificis ministros & regem, ut pontifex & ecclesiastici regalia quæ de regno tenebant regi ipsi remitterent; rex vicissim spoponderat, se investituras omnes & eligendorum præsulum libertatem ecclesiæ dimissurum. His præmissis accessit Henricus Romam, successum est ad Lateranensem Basilicam, in qua cessio jurium suorum utrinque facienda, quemadmodum convenerant, executioni mandaretur, eaque dein completa, Henricus imperator renunciaretur. Eo redacta res erat, ut nihil superesset nisi ut scripta utrinque diplomata vicissim traderentur, & mutuo sacramento confirmarentur; cum ex improviso orta dissensio est, sive industria, sive C casu excitata, quæ omnia abrupit, urbem movit ad arma, nec turbæ cessarunt, quin prius pontifex cum cardinalibus in Germanorum potestatem capti venirent. Tunc priores conventiones abruptæ, nova privilegia a pontifice vi extorta sunt, ut nempe pontifex regalia quæ remiserat Henrico, sibi iterum resumeret; vicissim autem illi investituras ecclesiarum regni sui per annulum & virgam liberas permitteret. Hæc quanquam alias nota, & ex Labbeo comperta, præmittenda censui, ut quas statim exhibeo publicas pactorum illorum tabulas, quæ in Labbeo desunt, facilius lectores intelligant. Ex actis vero illis primo sese offerunt pacta, quæ pontificis ministri Henrico regi nondum Romam D ingresso jurarunt. Succedit dein bulla pontificis, qua Henrico jam imperatori designato & mox coronando regalia remittit. Supremum tandem privilegium vi extortum a pontifice subjungitur. Quæ omnia ex Udalrici codice num. CCLXII. CCLXIII. CCLXIV. CCLXV. repetita sunt.

„ Dominus papa præcipiet episcopis præsentibus in die coronationis regis, ut dimittant regalia regi, & reginæ, quæ ad regnum pertinebant tempore Caroli, Ludovici, Ottonis, Heinrici, & aliorum prædecessorum ejus, & scripto firmabit sub anathemate, auctoritate & justitia, ne quis eorum præsentium & absentium, vel E successores eorum intromittant se ullo modo, vel invadant eadem regalia, & civitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, theloneum, mercatum, advocatias, omnia jura centurionum & villicorum, curtes, & villas, quæ regni erant cum omni-

ANNO CHRISTI IIII.

„ nibus pertinentiis ſuis, militiam, & caſtra; nec ipſe regem, & regnum ſuper his inquietabit ulterius, & privilegium ſub anathemate confirmabit, nec poſteri inquietare præſumant. Regem benigne & honorifice ſuſcipiet, & more prædeceſſorum ipſius catholicorum coronabit, & ad tenendum regnum cum his omnibus officii ſui auxilio adjuvabit. Si dominus papa hæc regi non adimpleverit, ego Petrus Leonis juro, quod cum tota potentia mea tenebo me ad dominum regem, obſides autem, niſi effugerint, reddemus altero die poſt coronationem regis. Si per papam remanſerit, ut non coronetur, ſimiliter reddemus. Die dominico cum rex ad proceſſionem venerit, obſides dabo Gracianum filium meum, & filium Wizonis filii mei, vel filium ſororis meæ, ſi eum habere potero. Hæc ſunt ſacramenta. Ego Petrus Leonis juro vobis, quia dominus papa proximo die dominico adimplebit regi quod in charta conventionis ſcriptum eſt. Hæc ſunt ſacramenta ex noſtra parte. Ego comes Hermannus, ego comes Gothfridus, ego Fridericus, ego Volckmarus, ego Adelbertus juro vobis, quoniam dominus rex proxima IV. vel V. feria ita principes jurare faciet, & obſides dabit, ſicut in charta conventionis ſcriptum eſt, & ſic obſervabunt principes domino papæ, ſi dominus papa proximo die dominico ſic adimpleverit regi per omnia, ſicut in charta conventionis ſcriptum eſt. Cum ergo ſupradictæ poſtulationi inſiſterem, ſcilicet ut cum juſtitia, & auctoritate promiſſam mihi conventionem firmaret, univerſis ei in faciem reſiſtentibus, & decreto ſuo plenam hæreſim inclamantibus, ſcilicet epiſcopis, abbatibus tam ſuis, quam noſtris, & omnibus eccleſiæ filiis hoc, ſi ſalva pace eccleſiæ dici poteſt, privilegium proferre voluit. Ubi, ut oſtenderemus nullam eccleſiarum Dei diſturbationem ex noſtro velle procedere, in cunctorum aſtantium oculis & auribus hoc decretum promulgavi.

Ego Heinricus Dei gratia Rom. imp. Auguſtus affirmo Deo & ſancto Petro, omnibus epiſcopis, abbatibus, & omnibus eccleſiis omnia, quæ anteceſſores mei reges vel imperatores eis conceſſerunt vel tradiderunt, & quæ illi pro ſpe æternæ retributionis obtulerunt Deo, ego peccator pro timore terribilis judicii ullo modo ſubtrahere recuſo. Hoc decreto a me lecto, & ſubſcripto petii ab eo, ut ſicut in charta conventionis ejus ſcriptum eſt mihi adimpleret. Hæc eſt charta conventionis ejus ad me.

PRIVILEGIUM PASCHALIS PAPÆ

Quod dedit Henrico IV.

PAſchalis epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Heinrico regi, ejuſque ſucceſſoribus. Et divinæ legis inſtitutione ſancitum & ſacris canonibus interdictum eſt, ne ſacerdotes curis ſæcularibus occupentur, neve ad comitatum, niſi aut pro damnatis eruendis, aut pro aliis, qui injuriam patiun-

A tur, accedant. Nunc & apoſtolus Paulus: *ſæcularia*, inquit, *judicia ſi habueris*, *contemptibiles*, *qui ſunt inter vos*, *illos conſtituite ad judicandum*. In regni autem veſtri partibus epiſcopi, vel abbates adeo divitiis ſæcularibus occupantur, ut comitatum aſſidue frequentare, & militiam exercere cogantur. Quæ nimirum aut raro, aut nunquam ſine rapinis, ſacrilegiis, incendiis aut homicidiis exhibentur. Miniſtri altaris miniſtri curiæ facti ſunt, quoniam civitates, ducatus, marchias, monetas, curtes & cætera a regibus acceperunt; nunc & mos eccleſiæ intolerabilis inolevit, ut electi epiſcopi nullo modo conſecrationem acciperent, niſi prius per manum regiam inveſtirentur. Qua ex cauſa & B ſimoniacæ hæreſis pravitas, & ambitio nonnunquam prævaluit tanta, ut nulla electione præmiſſa, epiſcopales cathedræ invaderentur, aliquando & vivis epiſcopis inveſtiti ſunt. His & aliis plurimis malis, quæ per inveſtituram plerumque contigerant, prædeceſſores noſtri Gregorius VII. & Urbanus II. felicis memoriæ pontifices, excitati, collectis frequenter epiſcopalibus conſiliis, inveſtituras illas manus laicæ damnaverunt, & ſi qui clericorum per eam obtinuiſſent eccleſias, deponendos, datores quoque communione privandos eſſe cenſuerunt, juxta illud apoſtolicorum canonum capitulum, quod ita ſe habet: *Si quis epiſcopus ſæcularibus poteſtati*C *bus uſus*, *per ipſos eccleſiam habeat vel obtineat*, *deponatur & ſegregetur*, *omniſque*, *qui illi communicatur*. Porro eccleſias cum oblationibus, & hæreditariis poſſeſſionibus, quæ ad regnum manifeſte non pertinebant, liberas manifeſte decernimus, ſicut in die coronationis tuæ omnipotenti Domino in conſpectu totius eccleſiæ promiſiſti. Oportet epiſcopos curis ſæcularibus expeditos, curam ſuorum agere populorum, nec eccleſiis ſuis abeſſe diutius. Ipſi, juxta Paulum apoſtolum, provigilant, tanquam rationem reddituri pro animabus eorum. Quorum veſtigia ſubſequentes, & nos eorum ſententiam epiſcopali concilio confirmamus. Tibi itaque, fili chariſ-D ſime Henrice rex, & nunc per officium noſtrum Dei gratia Romanorum imperator, & regno regalia illa dimittenda præcipimus, quæ ad regnum tempore Caroli, Ludovici, Heinrici, & cæterorum prædeceſſorum tuorum manifeſte pertinebant. Interdicimus enim, & ſub diſtrictione anathematis prohibemus, nequi epiſcoporum, ſeu abbatum, vel præſentium vel futurorum eadem regalia invadant, & civitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, theloneum, mercatum, advocatias regni, jura centurionum, & curtes, quæ manifeſte regni erant, cum pertinentiis ſuis, militiam & caſtra regni, nec ſe deinceps niſi per gratiam E regis de ipſis regalibus intromittant. Sed nec poſteris noſtris liceat, qui poſt nos in apoſtolica ſede ſucceſſerint, aut te, aut regnum ſuper hoc inquietare negotio.

„ Hæc eſt conventio inter dominum papam Paſchalem, & imperatorem Henricum de conſervatione conſervandæ pacis & amicitiæ: Dominus papa Paſchalis concedit domino regi Henrico & regno ejus, & privilegio ſuo ſub anathemate confirmabit

ANNO CHRISTI IIII.

ANNO CHRISTI IIII.

„ bit, & corroborabit, episc. vel abbate „ libere electo sine simonia assensu regis, quod „ dominus rex annulo,& virga illum investiat. „ Episc. autem vel abbas a rege investitus „ libere accipiat consecrationem ab episc. „ ad quem pertinuerit. Si quis vero a clero & „ populo eligatur, nisi a rege investiatur, a ne- „ mine consecretur, & archiepisc. & episc. „ libertatem habeant consecrandi episco- „ pos a rege investitos. Super his dominus „ papa non inquietabit regem Henric. neque „ ejus regnum & imperium.

„ Istud est sacramentum, per quod confir- „ mata est inter papam Paschalem & impe- „ ratorem superius præscripta conventio.

Dominus papa Paschalis non inquietabit dominum regem Henricum, neque ejus regnum de investitura episcopatuum, & abbatiarum, neque de injuria sibi illata & suis in persona, & bonis, neque aliquod malum reddet sibi vel alicui personæ pro hac causa, & penitus in personam Heinrici regis nunquam anathema ponat, nec remanebit in domino papa, quin coronet eum, sicut in ordine continetur, & regnum & imperium officii sui auxilio eum tenere adjuvabit pro posse suo, & hæc omnia adimplebit dominus papa sine fraude & malo ingenio.

„ Ista sunt nomina episcoporum & cardi- „ nalium, qui ex præcepto domini aposto- „ lici Paschalis sacramento, quod superius „ scriptum est, confirmaverunt amicitiam & „ privilegium domino imperatori Heinrico.

Petrus Portuensis episcopus, Centius Sabinensis episcopus, Rodebertus cardinalis S. Eusebii, Bonifacius cardinalis sancti Marci, Anastasius cardinalis S. Clementis, Gregorius cardinalis sanctorum apostolorum. Item Gregorius cardinalis sancti Chrisogoni, Johannes cardinalis sanctæ Potentianæ, Rysus cardinalis sanctæ Balbinæ. Diiuco cardinalis sancti Martini, Dietpaldus cardinalis Johannis & Pauli, Johannes diaconus sanctæ Mariæ in schola græca, Leo diaconus sancti Vitalis, Alto diaconus sanctorum Sergii & Bacchi.

„ Hac conventione completa, & prædi- „ ctorum episcoporum, & cardinalium sacra- „ mento confirmata & osculo utrimque da- „ to, dominus papa Paschalis in sequenti „ die, scilicet II. idus aprilis, missam domi- „ nicam *Quasimodo geniti* celebravit, in qua „ post communionem suam & ministrorum „ altaris domino Henrico imperatori: Cor- „ pus, quod sacrosancta tenet ecclesia na- „ tum ex Maria Virgine, elevatum in cruce „ pro redemptione generis humani, damus „ tibi, fili carissime, in remissionem peccato- „ rum tuorum, & in conservationem con- „ firmandæ pacis, & veræ amicitiæ inter „ me & te, & regnum & sacerdotium, ut „ Dominus noster Jesus Christus, cujus hoc „ corpus & sanguis est, sit inter me, & te, & „ regnum, & sacerdotium conservator, & „ confirmator veræ concordiæ & pacis, & „ in hæc verba, papa exigente, in ipsa com- „ munione invicem se obsculati sunt. His „ feliciter, & gaudio diu expectato exple- „ tis, Romam exultantes pervenerunt, & „ in argentea porta rex a domino aposto- „ lico, & a toto clero cum oratione, quæ „ in Ordine continetur, receptus & ad me- „ diam Romam deductus, & ibi expleta ora- „ tione secunda usque ad confessionem apo- „ stolorum Petri & Pauli cum lætaniis per- „ ductus & unctus est. Post hæc a domino „ papa ad altare eorumdem apostolorum „ cum immenso tripudio deducitur, & ibi- „ dem corona sibi ab apostolico imposita in „ imperatorem consecratur. Demum missa „ incipitur de resurrectione Domini, & so- „ lemniter celebratur, in qua ante commu- „ nionem sub testimonio astantis ecclesiæ, tam „ clericorum, quam laicorum, dominus apo- „ stolicus domino Henrico privilegium pro- „ pria manu dedit, in quo sibi & regno suo, „ quod scriptum est, concessit, & ibidem a- „ nathemate confirmavit.

ITEM ALIUD PRIVILEGIUM PASCHALIS PAPÆ,

quod dedit Henrico IV. imperatori, mutato proprio imperatore.

Paschalis &c.

Regnum vestrum &c.

Nec abs re puto si ad Paschalis excusationem, qui coactus, & pejorum metu juri investiturarum cessit, epistolam Hildeberti Cenomanensis hic recitaverim, quam de hoc argumento ad refutandas obtrectantium in pontificem criminationes scripsit ad anonymum, legiturque in codice epistolarum ejus lib. II. epist. XXII. nov. edit. a P. Beaugendre adornata.

HILDEBERTI CENOMANENSIS EPISCOPI EPISTOLA.

NUmquam felicius ad desiderium meum sortis adversæ respondit asperitas, quam cum mihi de papa, de rege, & Romanis lamenta quædam conscripsisti. Adeo namque me, care meus, pagina tua nodis cujusdam necessitatis adstrinxerat, ut si ad ejus primum vellem impetum respondere, apud te est quod non vellem regem Saxonum accusare, aut contra te, quod non deberem illam domi forisque gratiam lædere charitatis. Inter has ergo jactatus angustias, cum nec dominum tuum ducerem assentari, nec propter amicum honestum, refellere quod dicebas, longius mecum quid agerem pertractavi. Ex imminentis tandem occasione tristitiæ materiam nactus, ita domesticis angariatus injuriis, ut de criminibus conqueri non vacaret, interim obtuli tibi pro responsione silentium. Sed ecce cum veritas aperitur, & erumpit in lucem canonum vigor, disciplina justitiæ, schola virtutum: & iniquitatis est, si non respondeo, & livoris si non collaudo. Cum ergo fatorum vel paulisper injuriæ siluerunt, & inter angustias licuit respirare, & veritas ipsa suam quoque peragit actionem, & justitiæ simul morem gerimus, & Deo, & te quoque, quem forsitan exacerbavimus, complacemus. Quis fecerit strages, quis sancta polluerit, quis prophanaverit testamentum, & cum superbia sanctuarium sit ingressus, aut si hæc quispiam fecerit, hoc obsecro loco mihi liceat præterire. Quæ singula sane tam copiose & tam luculenter explanas, & tam solemnibus vocis tuæ lacrymis comploraști, ut earum me quoque rivulis irrorares, & invitum tecum raperes in querelas.

ANNO CHRISTI IIII.

las. Licet profecto, licet simul papæ Paschalis tecum præconia non tacere, & non accusare quos amo. Quam felicem, sicut ais, papam Paschalem, qui gradus ac nominis sui sic obtinuit sanctitatem, ut quod & nominis ratio designaret, & ex officii canone mandaretur, usque ad sanguinem & docere, & facere non timeret. Benedictus Jesus Christus, qui sic nondum christianæ castra militiæ inter hostium cuneos dereliquit, ut non eis fortem athletam, & ducem optimum provideret. Non scortabitur in Israel amor ejus, & de fortis electæ spoliis pars inimica non gaudebit; Dum Josue nostri pervigilabit instantia, stabit ad ejus nobis fixus in æthere sol indefessus imperium, & nocturnæ caliginis abiget fœditatem, donec de vitiis nobilem referat victrix turma tropheum. Sed quoniam mundus positus est in maligno, & amaritudinis multum est & livoris in plebe, puto non deerit qui audeat in hæc verba prorumpere: Ecce quomodo gloria & honore prosequeris, & ad sydera laudibus effers, & virtutibus insignibus amplias, quem nunc vidimus ante congressum in acie trepidantem, tubæ clangorem perferre non posse, deditionem moliri, non sanguinem; fœdus cum hostibus contra legem & jura ferire, & ad extremum signa relinquere, detrectare militiam, arma projicere, fugere & latere. Fortis athleta, qui neque in acie stare, congredi, vincere consuevit. Et hunc vocas ad præmium & coronam? Hoc persuadere poteras ignoranti mihi, quem viri fortiter facta non fugiunt. De Acab nunquam efficies Machabæum. Angariis talibus, aut longe majoribus Christum Domini non ambigimus impetendum, & ipse, qui mundo spectaculum factus est & angelis ejus, fortiter omnia sustinebit. Nos vero, qui nos filios ejus profitemur (in contumeliam siquidem, sicut ais, respicis filiorum, si qua patribus irrogetur injuria) in adjutorium ejus & nos ipsos pro illo periculis exponentes festinemus assurgere. Et tanquam Herculi clavam de manibus extorquentes, assertionibus suis inimicos justitiæ retundamus, ut propriis scilicet emolumentis elisi gravius confundantur, & reverentius erubescant. Utinam autem sic patienter ad audiendum aures nobis patulas præbeant, sicut ardenter ad pungendum linguæ stimulos exacuerunt. Si papa Paschalis pro jure, pro patria, pro testamento sanctorum, pro republica Jesu Christi, sponte se manibus obtulit impiorum; si cervicem præbuit ad securim, quid sanctius, quid melius potuit, debuit? Quid utilius proximo? Quid honestius sibi? Nonne sic oderat animam suam in hoc mundo, ut ad vitam servaret æternam? Nunquid ex canone Legislatoris attenderat, majoris ad proximum locum gratiæ non haberi, quam si pro fratribus animam quis donaret? Quis unquam tribunum accusavit ignaviæ, qui se primum conjecit in vincula, & pro milite postmodum obtulit feriendum? Quod si postmodum cessit injuriæ, & tanquam fugiens, ut a Sanctorum sanguine, & civium strage jam jamque vibrantis aciem dexteræ revocaret, vel ad horam, his quæ rogabantur, asseruit, & tanquam datis induciis, & foedere collocato, donec urbis muros restitueret, machinas collocaret, convocaret exercitum, anticiparet angustias, acies ordinaret, ictus suspendit in aere ferientis, quid prudentius, quid cautius ducis industria facere posset? Quis imprudentiæ condemnabit, qui sic hostium cuneos exarmavit; sic revocavit ad propria, ut ab his quos ceperat, vel minimus non periret? Nunquid non rex David ille sanctissimus & robustissimus præliator, ne urbis sanctæ moenia civium sanguine profanaret, persequentis filii rabiem fugit, exprobrantium injurias æquanimiter ferens, domo Juda & fortibus Israel postmodum convocatis, ipsum simul & complices ejus acerbius fudit? Impetus sane properat, at non statim pervenit ad coronam. Impatientia mox prorumpit, at more torrentis repente siccatur. Tormenta balistæ quo amplius retrahis, fortius feriunt. Quod si, ut ajunt, quod ad horam licuit tolerare, cum voluit permutavit; si auditum fecit in plebe, & testamentum filiis dereliquit, & quoniam illud, nisi in morte testatoris non confirmatur, renuncians domo, patriæ, rebus, officio, mortificandus in carne Pontianam insulam commigravit? Quid obsecro, quid habet in hac parte vel improbus livor, ut obloquatur, ut rodat? Si vero inter exempla nobiscum novus infrequens rumor obtinuit, populi vocibus, & cardinalium lacrymis revocatus in cathedram, apostolici culminis iterum moderatur habenas, vices exercet; si sanctorum synodum cogit, ecclesiam convocat, cœtum facit, & a domo Dei omnium vult assensu falce judicii scandala resecare; quod bonum & æquum est ex justitia confirmare; quod differens ex misericordia tolerare, vel mutare; quod confractum est, discretionis fasciis alligare; si se cleri, plebisque judicio sic commisit, ut ex eorum sententia pendeat, an nova capitula cudat, an vetera destruat, aut quæ constituit, roboret, aut temporum ratione sic inconvulsa pertranseat; in cathedra commoretur aut deportetur exilio, nunquam hoc quoque lingua pravorum, sermonis aculeis non formidabit incessere, persequi, condemnare? Noli, noli obsecro quisquis es, irrumpere temulenter, patrum instituta discutere, carpere mores, accusare doctrinam. Argue, sed cum primum rei exitum comprobaveris; accusa, sed cum perpenderis aberrasse. Sed & tunc in spiritu lenitatis, multa ex loco, multa ex tempore, multa ex personis differentius fiunt. Rector ecclesiæ nonnunquam aut dissimulabit, aut faciet quod accusat. Cum viderit malum schismatis imminere, canonum scita mutabit. Debet cessare censura, cum dissolvitur unitas, charitas læditur, pax vacillat. Audisti quod legitur: *Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius*? Delibutus unguentis cruentum militem formidinis non accuses. Nescit plerumque quid prohibere, aut dissimulare, quid præcipere, quid indulgere debeat dispensator. Servus fidelis & prudens in tempore tritici mensuram conservis præcipitur erogare. Ad mensuram triticum datur, cum eadem charitas, quod rudibus an-

annuit, fortibus negat; cum pios exercet, & tolerat malos, cum quod nunc ex rigore præceperat, post paululum ex indulgentia relaxabit. Paulus apostolus, evacuator legis, & gratiæ prædicator libere proclamabit; *si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit*. Idem postmodum quod vetat, fecit; comam nutriebat, ex voto caput totondit in Chencris. Nescis, frater, nescis quam diligenter, quam sollicite patres faciunt, quod mireris, quod arguas, quod condemnes. Desine, inquam, spiritualium persequi sanctiones, secreta rimari, decreta damnare. In canonibus legitur: oves pastorem arguere non præsumant; quæcumque nescimus quo animo fiant, interpretemur in melius. Universalis episcopus omnium habet leges, & jura rescindere. Ad ipsos venio qui audeant aspirare judicium. Et tu homo, tu cinis, secundum Deum formica, leonem sollicitare non metuis? Differ, differ in tempus opprobria. Sententia Cain damnantur, qui patribus injurias irrogarunt. Confitere commissum, pœnitentiam age, concute pectus, offensas luctu & lacrymis lava, & recantatis opprobriis, juxta quod dicitur, palinodiam canta. Tu ipse argue, tu ipse sententiam judicis anticipare festina. Sed ecce quid feci? Dum epistolam ordior, historiam texui. Libet igitur, libet hoc loco rei summam paucis & brevibus verbis annotare, ut quod legentis excursus, seu festinans, seu fastiditus pertransiit, tanquam sub verbis duobus arctatum facili valeat etiam mens occupata lectione complecti. Captus est dux exercitus christiani dum armatus hostibus occurrisset. Quisquis es æmulus veritatis, fortunam argue, non Tribunum; legem quam tulerat alligatus, absolvit liber factus; quod ante resciderat, resarcivit. Fortis athleta post vulnera, post cruores surgit acerbior, & cautius postmodum ictus excipere, & fortius reddere consuescit. Præformatas leges, & jura & scripta, renuntians omnibus ad secreta migravit. Hæc justitia perfectorum. Reportatur in cathedram vocibus subditorum. Viri, quæso, mansuetudinem advertamus; humilitatis & obedientiæ, quod docebat, primus in se proponebat exemplum. Egregius prædicator gestabat in manibus gratiam, quam vocis officio filiis erogabat universalis ecclesiæ, vel commeandi, vel commorandi, seu rescindendi quod fecerat, seu confirmandi publicam monet, certamque sententiam, æqui bonique consuluit. Satis igitur erit tibi, lingua dolosa, jugi silentio contorpere, quam viri sancti conscientiam, quam nescis, accusare. Tu autem cor (*a*) meum & gloria mea, deliciæ regum, principum gratia, decus in clero, amor in populis, exemplar honesti, speculum gratiæ, fidei forma, & nostrorum Orphæus sæculorum, persona fidibus, & modulos dulces vocis adjunge. Age quod agis, prædica virum constantem, discretum, qui sic fugit, ut vinceret; sic vicit, ut victos absolveret. Ita pro subditis se proturbavit in vincula, ut reges traheret vinculatos ad palmam. Posce secretum, coge Pierides, resultantibus organ is per varios vocis anfractus ad titulos ejus dulcia laudum cantica moderare. Inter fistulas concrepantes, raucas tibias, liceat quæso, & calamos quassatos obstrepere. Deliciosa varietas in unam conveniat symphoniam. Tu esto David, & me de numero facito succentorum. Si te per singula sequi non valeo, vel dum respiras in clausulis, interim plausibus potero personare.

AD CONCILIUM CAPUANUM

In quo Paschalis papa concessum Henrico IV. Imperatori privilegium abrogasse fertur,

Anno MCXII. *celebratum*

ADNOTATIO CRITICA.

CONcilium istud, quod ex unica Friderici Leodiensis epistola notum est, rejiciendum inter apochrypha in meis ad Pagium adnotationibus ad A. MCXII. contendi, ita differens: In amplissima conciliorum collectione Veneto-Labbeana to. XII. col. 1153. anno huic assignatur concilium quoddam generale Capuæ habitum a Paschali, in quo celebre illud privilegium de investituris ab Henrico extortum, ab eodem Paschali revocatur. Synodus ista exculpta est ex literis Friderici Leodiensis episcopi ad ecclesiam Mechliniensem datis, vulgatisque in collectione Monum. Martenii to. I. col. 653. in quibus sacramentum vi extortum, nulla religione obligare demonstratur exemplo Paschalis, qui *nostris temporibus*, ait, coactus investituras jurato concedere, privilegium hac de re concessum in *generali concilio Capuæ habito solvit, nec jam privilegium, sed pravilegium id vocari decrevit*. Verum licet id asserit Fridericus in epistola non longe post hæc tempora data, nullum tamen concilium Capuæ a Paschali ea occasione celebratum credo. Id autem eruo I. ex eo quod asserit Frideric. in eo conc. *privilegium Henric. datum pravilegium* habitum & reputatum fuisse, quæ verba desumpta sunt ex actis concilii Romani, ut constat ex eorum excerptis a Cardinali Aragonio datis, & ex altero eorumdem fragmento, quod concilio Guastallensi subjectum in MS. codice reperit, vulgavitque Martenius in Anecdotis to. IV. pag. 127. II. colligo ex silentio scriptorum omnium non coævo-

(*a*) Hic forte Marbodum intelligit, & ad laudes Paschalis urget, quippe quem, & carissimum & poetices, ut ipse peritissimum (quod plurima ejus carmina testantur) habebat. BEAUGENDRE

ANNO CHRISTI 1112. vorum tantummodo, sed & qui Campaniæ vicina loca incolentes res illarum regionum diligentissime adnotarunt. Silet enim de illo præter anonymum Casinensem, & Lupum Protospatam, qui postremus ad exordium usque sequentis sæculi chronicon suum prosequutus fuit; ille vero chronologiam suam ad hæc usque tempora deduxit, eamdemque succedens alius chronista usque ad sæculum sequentem continuavit; silet, inquam, Romualdus Salernitanus eorum temporum & locorum scriptor, silet Petrus diaconus in continuatione chronici Casinensis, ac denique nihil de illo memorat Anonymus auctor chronici Beneventani apud Murator. Antiq. Ital. to. I. col. 262. legendus, qui opus suum cum anno 1113. claudit. Tres hi scriptores per hæc tempora vixisse creduntur, & controversiam Paschalis cum Henrico diligentissime prosequuti sunt; afferunt vero communi testimonio fœdus a Paschali cum imperatore initum in Romana synodo anni sequentis dissolutum fuisse: nihilque de synodo Capuana, quæ Romanam præcesserit, & de synodo præsertim A generali, in qua revocatio ista primum decreta fuerit, commemorant. Quis tantam oscitantiam non uni vel alteri, sed tribus scriptoribus diligentissimis circa res sui temporis & locorum propinquitate cognitas obtruserit? Insuper si revocatio ista investiturarum decreto concilii generalis Capuani stabilita fuit, cur postea in Romana synodo, ex iisdem, qui concilio Capuano assedisse debuerant, patribus constante, nempe archiepiscopis Capuano, Beneventano, Amalfitano, Regino, Ydruntino, quorum nomina extant in duplici fragmento ejusdem Romanæ synodi supra a nobis laudato; cur inquam Patres illi ambigui hærebant, num pactum illud sacramento a Paschali firmatum dissolvendum esset, B nec antea fluctuantes animi quieverunt, quam Gerardus Engolismensis consilium illud suggessit, apud Pagium ad A. 1112. num. 2. legendum? His igitur mature discussis censemus nullum esse concilium Capuanum, de quo Fridericus, vel forte in ejus textum *Capuæ* pro *Romæ* amanuensium oscitantia irrepsisse.

AD CONCILIUM LATERANENSE II.

In quo concessum Henrico IV. imperatori privilegium de investituris abrogatur,

Anno 1112. habitum

ADDITIO.

An. 1112. „ Concilii hujus Lateranensis acta ab editis nonnihil discrepantia, maxime in subscriptionibus, olim dum Paduæ agerem, offendi in MS. codice Burchardi sæculi XII. quem servat celebris bibliot. S. Justinæ, quod cœnobium est insigne Patrum ord. S. Benedicti. Cum vero P. D. Athanasium Bibliothecarium ut mihi transcriberet rogassem, qua est humanitate & doctrina, benigne annuens Lucam ad me transmisit apographum, quod cum eruditis ut hic communicarem plura suaserunt. Quod scilicet hic acta concilii, non quidem ex excerptis cardinalis Aragonii, ex quibus dedit Labbeus, sed ex ipsis tabulis traduntur. In his vero habes collecta ea omnia quæ ex actis concilii hujus accepta Urspergensis, D & Malmesburiensis sparsim tradiderunt. Insuper subscriptiones concilii dantur integriores & saniores, quam quæ repræsentantur ab aliis. Denique Paschalis pontifex tenere se profitetur quatuor priora concilia, & *Concilium Antiochenum*. Quæ sane lectio de concilio Antiocheno deest in codice Labbeano, quanquam in aliis nonnullis deprehendisse se Labbeus in adnotatione ad marginem testatur, & reipsa legitur in Urspergensi. Porro ex vetustate nostri codicis, ipsi plane concilio æqualis, lectionis ejusdem sinceritas demonstratur. Cur vero quatuor tantummodo oecumenica concilia pontifex commemo- E rarit, facile divinaremus; usurpat enim in hac professione sua verba S. Gregorii papæ I. qui ad patriarchas scribens profitetur. *Sicut sancti Evangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & ve-* C *nerari me fateor*. Antiochenum concilium addit Paschalis, quod esse Antiochenum dedicationis non dubito. Licet enim ab Arianis episcopis habitum illud constat, ejus tamen canones ab ecclesia catholica acceptos scimus, qua de re consule Schelstratem in opere de concilio Antiocheno. Cur vero illud post oecumenica concilia adjecerit pontifex, non facile dixerim, nisi forte id ei venerit in mentem, quod ejus canones de electionibus episcoporum multa præscriberent, de quibus electionibus tunc diffidia agitabantur. „

ACTA CONCILII ECCLESIÆ . . . .

Anno ab Incarnatione Domini MCXII. indictione quinta, anno pontificatus D. PP. Paschalis sedi XIII. mense Martii, XV. (a) calendas aprilis. Celebratum est concilium Romæ Lateranis in basilica Constantiniana. In quo cum D. PP. Paschalis præsedisset cum archiepiscopis, & episcopis, & cardinalibus, & abbatibus, & varia multitudo clericorum & Laicorum (b) ultima die concilii facta coram omnibus professione catholicæ fidei, ne quis de fide ipsius dubitaret, dixit: *Amplector omnem divinam scripturam, scilicet veteris, & novi testamenti, legem a Moyse scriptam, & a sanctis prophetis. Amplector IV. evangelia, VII. canonicas epistolas, Epistolas gloriosi doctoris beati Pauli Apostoli, sanctos canones apostolorum, IV. universalia concilia sicut IV. Evangelia, Nicænum, Ephesinum, Constantinopolitanum, Chalcedonense, & Antiochenum*

(a) In editis V. sed melius noster codex, cui dies XV. Kal. apr. in feriam secundam tunc inciderit.

(b) Multa hic omissa sunt, ex editis supplenda.

ANNO CHRISTI 1112.

num concilium, & decreta sanctorum Patrum, Romanorum Pontificum, & præcipue decreta domni mei Gregorii & beatæ memoriæ PP. Urbani. Quæ ipsi laudaverunt laudo, quæ ipsi tenuerunt teneo, quæ confirmaverunt, confirmo, quæ dapnaverunt dapno, quæ repulerunt repello, quæ interdixerunt interdico, quæ probibuerunt probibeo, in omnibus & per omnia, & in his semper perseverabo.

Quibus expletis (*a*) surrexit pro omnibus Girardus Engolismensis episcopus legatus in Aquitania, & communi assensu domini papæ Paschalis, totiusque concilii coram omnibus legit hanc scripturam. *Privilegium illud, quod non est privilegium, sed vere debet dici pravilegium pro liberatione captivorum & Ecclesiæ a domno P. Paschali per violentiam Henrici regis extortum, nos omnes in hoc sancto concilio cum domno PP. congregati canonica censura & ecclesiastica autoritate judicio Sancti Spiritus dapnamus, & irritum esse judicamus, atque omnino cassamus, & ne quid auctoritatis & efficacitatis habeat penitus excommunicamus; & hoc ideo dapnatum est, quia in eo privilegio continetur quod electus canonice a clero & populo ..... (b) ..... Quod est contra Spiritum Sanctum & canonicam institutionem.* Peracta vero hac charta acclamatum est ab universo populo. Amen, amen, fiat, fiat. Archiepiscopi cum suis suffraganeis interfuerunt hii sunt. Patriarcha Veneticus Senensis (*c*), Capuanus, Landulfus Beneventanus, Amalfitanus, Regitanus, Hydrontinus, Brunduinus, Caopsanus, Girondinus, & Græci Ronsanensis archiepiscopi sanctæ Severinæ. Episcopi vero, Cencius Sabinensis, Petrus Portuensis, Leo Hostiensis, Cono A Prænestinus, Gyrardus Engolismensis, Gualo Leonensis legatus pro Bituricensi, & Viennensi archiepiscopis, Rogerius Vulturnensis, Gualfredus Senensis, Rolandus Papuloniensis, Gregorius Teracinensis, Gilgelnus Siracusanus legatus pro omnibus Siculis. Gilgelmus Trojanus, (*d*) & alii fere C. episcopi, Bruno Signius, & Johannes Tusculanus episcopi (*e*) cum essent Romæ, illa die concilio non interfuerunt. Qui postea lecta dapnatione privilegii consenserunt, & laudaverunt. Cardinales vero, Bonifacius tit. S. Marci, Robertus tit. S. Eusebii. Romanus tit. S. Priscæ. Gregorius tit. SS. Apostolorum. Benedictus tit. S. Petri ad vincula, Anastasius (*f*) tit. S. Clementis, Riso B (*g*) tit. S. Laurentii in Damaso. Johannes tit. S. Ceciliæ. Divizo (*h*) tit. S. Martini. Thebaldus (*i*) tit. S. Johannis & Pauli. Gregorius (*k*) tit. S. Grisogoni. Raginerius tit. S. Petri & Marcellini. Vitalis tit. Sanctæ Balbinæ (*l*). Petrus tit. (*m*) S. Sixti, & Albericus S. Savinæ Cardinales cum essent Romæ illa die concilio non interfuerunt. Postea lecta dapnatione nefandi privilegii consenserunt, & laudaverunt. Diaconi vero abbas Sublacensis, Joannes Guitanus, abbas S. Andreæ, Leo, Gregorius, Aldo, Teobaldus, Roscemannus (*n*) omnes in dapnatione prædicti privilegii consenserunt cum abbatibus innumerabili multitudine, C tam clericorum, quam laicorum. Hæc charta dictata est a Gyrardo Engolismensi, Leone Ostiensi, Gregorio Teracinensi, Gualone Leonensi episcopis a Roberto cardinali tit. S. Eusebii, Gregorio tit. S. Apostolorum cum communi aliorum consilio.

(d) Edita *male Vorrianus*.
(e Desunt hæc in editis, supplentur a Malmesburiensi, sed pro *Brunone Signino* male habet *Suvinus*.
(f) In editis male R.
(g In editis male R. quod male reddit Labbeus Bo.
(h) In editis B.
(i) Deest in editis.
(k) In editis F.
(l) In editis *S. Sixti*
(m) Desunt hæc in editis.
(n, Edita *Rosimanus*

REMENSE CONCILIUM,

In quo causa capellarum quarumdam inter monachos S. Vedasti & canonicos Atrebatenses agitata est,

A Radulfo Remensi archiepiscopo circa annum 1112. celebratum.

1112. *Quanquam de anno, cui concilium istud convenit, nihil certi affirmare ausim, vix tamen procul ab anno 1112. arbitror removendum. Eo enim delata est lis inter canonicos Atrebatensis ecclesiæ, & monachos Sancti Vedasti longa contentione agitata, quam ad Kal. usque novembris patres comperendinarunt. Tum ad sedem apostolicam a Monachis appellatum, & quidem sequenti anno quantum assequor ex conjectura literarum Paschalis, quæ Laterani VI. kal. aprilis datæ sunt. Non comparentibus canonicis, post variam literarum ultro citroque missitationem, tandem pro monachis, certa tamen addita limitatione, decisum est; cui judicio, quod forte canonici reclamarint, insisti jussit Paschalis literis suis die XV. kal. januarii indict. VII. idest E exeunte anno 1113. Tota hæc historiæ series ad annum 1112. Remense illud concilium deducit. In eo vero auditi sunt monachi pro jure in capellas quasdam contra canonicos reclamantes. Qua de causa ad eosdem patres literas statim subjiciendas Lambertus Atrebatensis episcopus misit. Literæ vero illæ cum D superioribus omnibus, quarum memini, ex codice epistolarum ejusdem Lamberti in miscellan. Baluzii to. V. pag. 359. acceptæ sunt.*

LAMBERTI ATREBATENSIS EPISTOLA

Ad patres concilii Remensis.

Reverendo patri & Domino Radulfo Dei miseratione Remorum archiepiscopo, omnibusque honorandis episcopis & abbatibus Remis in nomine Jesu congregatis, Lambertus sanctæ Atrebatensis ecclesiæ qualiscunque minister, disciplinam & sapientiam in Spiritu Sancto.

Quoniam complacuit vobis, reverende pater, pro querela canonicorum nostrorum & domni Henrici sancti Vedasti abbatis, & monachorum nobis mandare, ut invitatio abbatis usque in Kalendas novembris differetur; sicut mandastis factum est, & ex utraque parte collaudatum. Bene valete, Reverende pater, & honorabiles episcopi Domini mei cum omnibus in concilio congrega-

ANNO CHRISTI 1112.

gatis, & orate pro me peccatore, & instanter elaborate, ut ecclesiis nostris non illam quam mundus dare potest, sed illam quæ exsuperat omnem sensum, videlicet A Angelorum & hominum, Deo miserante, & Spiritu Sancto cooperante, pacem per vos nos gaudeamus consecutos.

CONCILIUM HIEROSOLYMITANUM

Quo decisa lis est inter episcopum Nazarenum & abbatem montis Thabor a Gibilino A. S. L.

Anno 1112. *celebratum.*

Concilium quoddam Hierosolymitanum ex charta, quam mox proferam, acceptum dedit in codice Melitensi vir doctissimus P. Sebastianus Pauli, quem instituti, & studiorum meorum socium me olim habuisse glorior. Antequam vero diploma illud proferam, animadvertere juvat Gibilinum illum, qui concilio præsedit, ipsum esse archiepiscopum Arelatensem, qui per hos annos Hierosolymam missus priorem episcopatum cum Hierosolymitano commutavit. Mirari tamen subit, cur in hoc documento non patriarcham se, sed episcopum tantummodo appellet; quod forte ab illo humilis & demissi animi gratia factum accipiendum est. Neque enim eam admitterem conjecturam, quam vir doctissimus codicis illius editor, proponit, Gibilinum Arelatensem alium plane esse a Gibilino Hierosolymitano Patriarcha, nam unum eumdemque demonstrant literæ Paschalis num. XV. a Labbeo prolatæ, quibus jubentur Arelatenses alium sibi episcopum eligere, cum priorem illum suum antistitem Gibilinum Hierosolymitani sibi patriarcham postularint.

INSTRUMENTUM CONCORDIÆ INTER EPISCOPUM NAZARENUM ET ABBATEM MONTIS THABOR.

In nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis. Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Ego Gibilinus episcopus ad Orientales ecclesias ab apostolica sede directus, Dei inspirante clementia ipsas ordinare, & in meliorem statum erigere desiderans, quæ jamdiu in eis ordinata fuerant reformare disposui consilio episcoporum, abbatum, & Arnulfi Hierosolymitani archidiaconi, assensuque & petitione domini gloriosissimi regis Balduini, Procerumque suorum. Dissensionem, quæ inter ecclesias longo tempore manserat pace interposita mitigavi. Inter cætera igitur Dei beneficia, quæ nobis honeste agenda misericorditer concessit, contentionem quæ inter episcopum de Nazareth & abbatem de monte Thabor de dignitatibus ecclesiarum B suarum orta fuerat, utrisque partibus assentientibus sedavi, ea scilicet constitutione, ut ordinationem abbatis & monachorum, consecrationemque majoris ecclesiæ locus de monte Thabor ab Hierosolymitano patriarcha in sempiternum absque ulla contradictione susciperet. Cætera vero, quæ ad jus episcopi pertinent, a prædicto episcopo de Nazareth, chrisma videlicet & oleum, & parochialem vicarium semper habebunt. Tertiam præterea partem totius decimæ Tiberiadis, & ad ipsam pertinentium, tam de militia, quam de terræ cultura, & nutrimento pecorum a prælibato episcopo ecclesiam de monte Thabor in perpetuum possidere, C atque ad victum Monachorum illic Deo servientium statuimus; episcopis, & clericis omnibus in communi concilio residentibus, hoc ipsum laudantibus glorioso rege B. & optimatibus ejus cunctis unanimiter assentientibus. Hoc autem ita factum est, ut si fratres sæpe dicti loci de decima peregrinorum militum, qui nondum terræ possessiones habuerunt, habere contigerit, duæ partes erunt episcopi, tertia fratrum denominati loci. Si quis itaque hujus nostræ confirmationis paginam violare, & ad nihilum redigere temptaverit, a totius christianitatis consortio segregatus maneat, usquequo ad satisfactionem & emendationem veniat. Qui D vero observaverint, sit eis pax perpetua, & salus continua in sæcula. Amen. Factum est hoc anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo duodecimo. Indictione quinta, regni vero gloriosi regis B. anno XI.

Signum G. episcopi A. S. L.
Signum D. regis Balduini.
Signum Arnulfi archidiaconi.
Signum Ebremari Cæsariensis archiepiscopi.
Signum Rogerii Ramathensis episcopi.
Signum Bernardi Nazareni episcopi.
Signum Balduini electi Baruti.

CON-

ANNO CHRISTI 1112. 1113.

CONCILIUM VINEACHENSE IN HIBERNIA

Anno 1112. celebratum.

ANno MCXII. vel (secundum annales Ultonienses IV.) synodus habita est in loco dicto Fiad-mac Aengusa (aliis Usneach) cui interfuerunt Cellachus Comorbanus Patricii, & Maelmurrius O Dunam, archisenior Hiberniæ (forte idem qui in annalibus Conatiensibus dictus est Mirelus O Dunan, archiepis. Casselienfis) una cum L. episcopis CCC. presbyteris, & 3000. ordinis ecclesiastici, ad regulas vitæ & morum clero & populo præscribendas. Eidem pro synodo interfuisse dicitur Moriertachus O Brien, rex Hiberniæ, cum proceribus Leghmoæ, sive partis australis Hiberniæ. Meminit ad eundem annum concilii magni episcoporum, & omnium magnatum Hiberniæ Henricus Marleburgensis, vicarius de Ballifcadan in diœcesi Dublinienfi, sed perperam a Mauritio Mac Loughlin, rege Hiberniæ, convocatum asserit. Siquidem Mauritius ille regnum non iniit ante annum MCLVII.

ENGOLISMENSIS & VASATENSIS SYNODI

A Gerardo forte Engolismensi habitæ

Anno circiter 1112.

PRæcipimus scribi quod notitiæ omnium volumus commendare, videlicet quod ego *B.* Vasatensis episcopus dedi ecclesiam Sancti Stephani de *Rus* juste & canonice, remota omni querimonia, abbati, & fratribus sanctæ Mariæ de Silva-majore. Huic tam canonico dono Blavimetenses monachi injuste conabantur obsistere, mendaciter astruentes, me sibi supradictam ecclesiam contulisse. Verum ego mendacibus eorum verbis irritatus indixi eis inducias, & diem respondendi in capite jejuniorum Vasatis, si quid justitiæ viderentur habere. Iterum invitavi eos Engolismæ, ut de hoc, sicut de cæteris negotiis, ibi tractaretur. Ipsi vero nec Vasatim voluerunt venire, nec in concilio Engolismæ, cum adessent respondere: sed me nesciente, ante finem concilii discessere. Ad ultimum invitavi eos Vasatis ad synodum, ut ibi essent parati agere, seu respondere super hoc negotio. Affuit quidem unus ex illis, jussu aliorum, qui cum agere, vel respondere nollet, me nesciente, subterfugit. Nos vero justitiæ zelo succensi, ex auctoritate B. Petri apostolorum principis, & nostra prohibemus, ne ulterius præsumant inquietare fratres Silvæmajoris super hanc ecclesiam. Quod si fecerint, a liminibus sanctæ matris ecclesiæ cum complicibus suis arceantur.

REMENSE CONCILIUM

In causa monachorum S. Vedasti cum Atrebatensibus Canonicis,

Anno 1113. *celebratum.*

IN concilio Remensi præcedentis anni 1112. *comperendinata fuit in Kalendas novembris lis quæ inter monachos S. Vedasti, & canonicos Atrebatenses disceptabatur. Inter hæc appellatum fuisse a monachis ad sedem apostolicam in historia ejus concilii narravimus. Pontifex sententiam tulit, ut Gerardi Cameracensis episcopi lato in ea re judicio staretur. Summa sententiæ ea fuit, ut divisio inter ecclesias novi & veteris burgi fieret, sua utrisque portione assignata. Sed quota portio singulæ parti adscribenda? Novæ inde lites, quas componendas pontifex Lamberti Atrebatensis episcopi prudentiæ commisit; ille, ne solus invidiam subiret, in Remensi concilio rem totam peragendam censuit. Quid præstitum a concilio docet Lambertus ipse in literis, quibus Paschalem de omnibus certiorem facit; quas literas hic exhibeo. Huic respondit Paschalis literis e Laterano XV. Kal. januarii indictione VII. ideſt anno* 1113. *datis. Unde annum concilii eruas. Has omnes epistolas habes in codice epistolarum Lamberti apud Baluzium Miscellan. t. V. pag.* 364. *sed literæ, quibus concilium hoc innotescit, proferendæ.*

Reverendo patri, & Domino Paschali papæ Lambertus sanctæ Atrebat. eccl. servus inutilis, debitam cum orationibus reverentiam.

Placuit reverende pater, vestræ celsitudini divisionem veteris & novi burgi inter canonicos & monachos Atrebatenses nostræ infirmitati injungere: quam vestræ obedientiæ satisfacere cupiens, utraque parte absente, ne contentio inter eos oriretur, vel divisores aliquo modo corrumperentur, per vetustiores & veraciores, & quos neutri parti suspectos esse credidimus, sicut mandastis, diligenter exquisivimus, exquisitam canonicis & monachis renuntiavimus. Abbas autem, quia huic divisioni non interfuit, eam suscipere noluit. Et quia Remis conventus coepiscoporum in proximo habendus erat, utra-

ANNO CHRISTI 1113.

utraque parte assentiente illuc direximus, ut consilio eorum quid super hoc agendum esset die statuta exequeremur. Ad diem vero statutam convenientes, & ipsam divisionem, sicut abbas expetierat, consilio episcoporum in præsentia virorum religiosorum tam abbatum, quam prælatorum perficere volentes, divisores illos sub nomine obedientiæ ex parte omnipotentis Dei & Beati Petri, & vestra & nostra, ut vetus, & novum burgum in veritate dividerent, commonuimus. Cumque ne veritas reticeretur, causa excommunicationis collo nostro stolam imponeremus, Guillelmus monachus nulla oppressione, nullo præjudicio gravatus ex parte abbatis ad injuriam vestram & nostram, non de illa causa, quæ agebatur, sed de novem denariis, canonicos nostros in Kalendis octobris futuris ante vos invitavit, & ita perturbando abbatem a præsentia nostra, & a causa recedere fecit. Canonici vero causa dilationis, & sui negotii auferendi hoc esse factum intelligentes, hac oppressione, & aliis compulsi, Romanam appellaverunt audientiam, ipsum abbatem in proxima festivitate S. Andreæ in præsentia vestra invitantes. Sic igitur Reverende pater, Atrebatenses canonici coacti sunt, sicut pupilli ad vestræ consolationis pietatem, quasi ad sinum matris refovendi confugientes humiliter rogant, & nos pro eis, & cum eis rogamus, quatenus Atrebatensem ecclesiam defendatis de manu fortiorum ejus, & in pace constituatis, & parrochialia jura, quæ ei canonice conveniunt, auctoritate vestra restituatis. Quia vero in diebus nostris Atrebatensis ecclesia, quasi de domo carceris educta, & a vinculis absoluta per vestra & prædecessoris vestri dignæ memoriæ domni Urbani papæ privilegia, & scripta in libertatem, & ad antiquitatem suam reducta jam cœpit aliquantulum respirare, & convalescere, ita eam sustinere quatenus a Domino Jesu Christo bonam mercedem mereamini accipere. Nunc vero quia manus Domini die ac nocte gravata est super me, benigne pater, & in mari laborans parum profeci, & proficio, rogate Deum patrem misericordiarum, & totius consolationis, ut me peccatorem vestris sanctis precibus per unigenitum & dilectum filium suum salvatorem nostrum, ne in mare demergar, salvare, & de tenebris hujus vitæ misericorditer educere dignetur.

CONCILIUM BENEVENTANUM

A Paschali II. papa anno 1113. celebratum.

Gesta hujus concilii quædam ex Anonymo Cassinensi accepta Labbeus exhibuit. Non dubito, quin ad ea ipsa acta pertineat bulla Paschalis eodem tempore data Beneventi, quo concilium habebatur, subscribiturque a nonnullis ejusdem concilii patribus. Dirigitur vero ad Melitenses equites; quorum Xenodochium & templum in apostolicæ sedis clientelam suscipit. Accepta est ex codice Melitensi to. I. pag. 268.

PASCHALIS II. BULLA,

Qua apostolicæ sedis tuitionem concedit Xenodochio S. Joannis Hierosolymitani.

Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabili filio Geraudo institutori ac præposito Hierosolymitani Xenodochii, ejusque legitimis successoribus in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effecta debet prosequente compleri. Postulavit siquidem dilectio tua Xenodochium, quod in civitate Jerusalem juxta Beati Joannis Baptistæ ecclesiam instituisti, apostolicæ sedis auctoritate muniri, & B. Petri apostoli patrocinio confoveri. Nos itaque piis Hospitalitatis tuæ studiis delectati petitionem tuam paterna benignitate suscipimus, & illam Dei domum, illum Xenodochium, & sub apostolicæ sedis tutela, & B. Petri protectione persistere, decreti præsentis auctoritate sancimus. Omnia ergo, quæ ad sustentandas peregrinorum, & pauperum necessitates, vel in Hierosolymitanæ ecclesiæ, vel aliarum ecclesiarum Parrochiis & civitatum territoriis per tuæ sollicitudinis instantiam eidem Xenodochio acquisita, vel a quibuslibet fidelibus viris oblata sunt, aut in futurum largiente Deo offerri, vel aliis justis modis acquiri contigerit, quæque a venerabilibus fratribus Hierosolymitanæ ecclesiæ episcopis concessa sunt tam tibi quam successoribus tuis, & fratribus peregrinorum illic curam gerentibus, quieta semper, & integra conservari præcipimus. Sane fructuum vestrorum decimas, quos ubilibet vestris sumptibus, laboribusque colligitis præter episcoporum vel episcopalium ministrorum contradictionem Xenodochio deliberaverunt, ratas haberi decernimus. Obeunte te nunc ejus loci provisore atque præposito, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres ibidem professi secundum Deum providerint eligendum. Præterea honores sive possessiones, quas idem Xenodochium ultra, seu citra mare in Asia videlicet vel in Europa, aut in præsenti habet, aut in futurum largiente Domino poterit adipisci, tam tibi, quam successoribus tuis hospitalitatis pio studio imminentibus, & per vos eidem Xenodochio in perpetuum confirmamus. Ad hæc adjicientes decernimus, ut nulli omnino hominum liceat idem Xenodochium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Sane Xenodochia, sive Ptochia in occidentis partibus penes burgum S. Ægidii Asten, Pisani Barum, Ydrontum, Tarentum, Messanam, Hierosolymitani nominis titulo celebrata in tua & successorum tuo-

tuorum subjectione ac dispositione, sicut hodie sunt, in perpetuum manere statuimus. A Si qua igitur in futurum ecclesiastica quælibet, sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere ..... tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hi fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia B æternæ pacis inveniant. Amen. amen.

Ego Paschalis catholicæ ecclesiæ episcopus ss.

Ego Richardus Albanensis epis. ss.

Ego Landulfus Beneventanus archiepisc. legi, & ss.

Ego Cono Prenestinæ eccl. episc. legi, & ss.

Ego Anastasius Card. presbyt. tituli beati Clementis ss.

Ego Gregorius Terracin. episc. legi & ss.

Ego Joannes Melitensis episc. legi & ss.

Ego Romoaldus Diac. card. Rom. eccl. ss.

Ego Gregorius Card. presbyt. tituli S. Grisogoni legi, & ss.

Datum Beneventi per manum Johannis Sanctæ R. ecclesiæ cardinalis ac Bibliothecarii XV. Kal. martii, indictione VI. Incarnationis Dominicæ anno MCXIII. pontificatus autem Domini Paschalis PP. II. anno XIV.

CATALAUNENSIS SYNODUS VEL CONVENTUS

Anno 1113. coram Ludovico VI. Francorum rege.

Sive concilium, sive conventus ille fuerit, qui Catalauni anno 1113. coivit, exprimiturque in diplomate Ludovici VI. pro insigni abbatia S. Victoris Parisiensis Ord. S. Augustini; profecto exhibendus erat, cum plane ecclesiasticus fuerit, & duarum provinciarum archiepiscopos eo convenisse noverimus. Quid in eo actum sit, plane ignoratur; unum superest Ludovici regis diploma apud auctores Galliæ christianæ to. VII. pag. 46. append. nov. edit.

DIPLOMA LUDOVICI VI. REGIS FRANCORUM PRO S. VICTORE.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Quoniam Deo disponente, bona quæ temporaliter agimus, & contra adversarium nostrum arma sunt inexpugnabilia, & æternæ hæreditatis indubitanter nobis acquirunt præmia, ratio consulit, necessitas cogit, ut dum tempus habemus, bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei, opere- D mur, ut pauperes spiritu nostræ largitatis munificentia necessitatis suæ obtineant remedium, & nostra fragilitas eorum orationibus adjuta in districto examine judicem sibi misericordem inveniat ac propitium. Eleemosina enim, teste scriptura, & oratio justi assidua, vitiorum incentiva extinguit; & Dominus, cujus imaginem portamus, valet inoffensum reddere, in cujus manum durum; & horrendum est incidere. Illustris vero memoriæ antecessores nostri, quorum excellentia, & quorum virtute regnum Francorum usque in hodiernam diem floruit ad laudem & gloriam Dei, cui servire regnare est, multas in regno nostro ecclesias E fundaverunt, & immensis eas donariis honorare decreverunt, eleemosinis quidem peccata redimentes, & amicos in æterna tabernacula facientes. Ego igitur Ludovicus Dei gratia Francorum rex, antecessorum nostrorum exemplis informatus, & accusante conscientia diem extremi examinis ante oculos reducens, ob remedium animæ nostræ, pro salute etiam patris nostri Philippi regis, & antecessorum nostrorum in ecclesia beati Victoris, quæ juxta Parisiorum civitatem sita est, consultu quidem archiepiscoporum, & episcoporum & optimatum regni nostri, canonicos regulariter viventes ordinari volui, qui videlicet tam pro nobis, quam pro C salute regni nostri Dei misericordiam implorarent, & memoriam nostri & nostrorum antecessorum in suis orationibus haberent. Et ne cura temporalis sollicitudinis fratrum spirituale propositum ad exteriorum sollicitudinem inclinaret, eamdem præfatam ecclesiam nostræ largitatis beneficio dotavi, & ditavi. Convenientibus vero in unum Catalauni archiepiscopis, episcopis, comitibus, & ceteris regni nostri optimatibus, communi assensu definivimus, quatinus prædicti canonici de grege suo, vel de alia ecclesia, quem vellent si abbatem eligerent: ita tamen quod in illa abbatis electione, nec regis assensum quærerent, nec regis auctoritatem ullatenus expectarent, nullisque alterius personæ voluntatem vel laudem attenderent, sed quem Deus eis concederet inconsulto, ut diximus, rege, vel qualibet alia persona canonice eligerent, & Parisiensi episcopo irrefragabiliter consecrandum offerrent. Promulgavimus etiam in eodem conventu villas, prædia & cætera beneficia, quæ ad usum canonicorum præfatæ contulimus ecclesiæ, & hæc omnia perpetuo jure, perpetua libertate eis habenda concessimus; nihil potestatis, nihil nostri juris reservantes nobis, sed omnia quæ ad nos pertinere videbantur, eis omnino emancipantes: Hæc scilicet Puteolis villam, quæ est in territorio Nantonensi cum servis & ancillis, cum feodis militum, cum terris cultis & incultis, cum vineis & sylvis, cum omnibus ad eam pertinentibus; mercatum etiam in eadem villa per singulas hebdomadas regia potestate in perpetuum annuimus; aqua etiam quæ proxima est eidem villæ, quæ scilicet aqua Esonia vocatur; omnia inquam ista, quemadmodum possidebam

ANNO CHRISTI 1113.

bam in perpetuo possidenda concessimus; Orgeniacum etiam, quod in territorio Milidunensi situm est, cum servis, & ancillis, & cæteris omnibus, quæ ibi possidebam, huic dono adjunximus: unum etiam ex Molendinis nostris, quæ sunt apud veteres stampas, prædictis canonicis perpetuo possidendum tradidimus. Apud Corbellas etiam juxta castrum Nantonis viginti arpennos pratorum, & viaturam de Bussiaco, quam a Tescelino Bunocensi comparavimus, & quidquid apud idem Bussiacum, quod juxta Liricantum situm est, habebam. Bulliacum insuper villam, quæ in territorio Aurelianensi sita est, cum servis & ancillis, cum omnibus appendiciis suis. Hæc omnia, inquam, iisdem canonicis plena libertate perpetuo obtinenda annuimus. Apud Fontanetum etiam in territorio Parisiensi terram duabus carrucis sufficientem, & quinque hospites, & decem solidos census in eadem villa partim a supradictis hospitibus, partim ab alia terra, & ibidem torcular unum, & dimidium cum pressuris ad ea pertinentibus, & apud Musteriolum, quod est juxta idem Fontanetum, terram unius carrucæ, cum uno hospite, præfatæ contulimus ecclesiæ. Præterea sciendum est, quod canonici sancti Severini de castro Nantonis apud Uriacum villam, terram, servos & ancillas antiquitus possidebant, medietatem cujus possessionis prædecessori nostro regi videlicet Philippo sano usi consilio concessere: hac scilicet commutatione, quod idem Philippus noster prædecessor pro hac cessione eisdem canonicis sancti Severini, omnes consuetudines, quas apud Brolium eorumdem canonicorum villam juxta Puteolis sitam juste vel injuste pertinere videbatur, præter corvatas ter in anno omnino remisit. Præter hæc etiam apud prædictum Uriacum terram ad fiscum nostrum pertinentem possidebamus, quam scilicet terram cum medietate supradictæ possessionis, cum prædictis etiam corvatis præfatæ sancti Victoris ecclesiæ plena libertate habenda tradidimus. Notum etiam omnibus fieri volumus, quia ecclesiam B. Mariæ de Puteolis, & altare de Ampomvilla cum toto atrio, cum medietate magnæ decimæ, cum terra insuper nostri juris in eadem Amponvilla existente: panes etiam ad altare de Estragosa pertinentes: omnia quidem ista sicut obtinebamus, præmemoratis canonicis regularibus de integro possidenda concessimus. Ut autem præfata sancti Victoris ecclesia præscriptæ nostræ largitatis beneficia legitimo haberet dono, legitimo obtineret ordine, ea quæ regis juris, quæ nostræ erant proculdubio potestatis, eidem ecclesiæ inviolabiliter obtinenda, nostra manu tradidimus. Ecclesias vero, & quæ ecclesiastici juris sunt, in manu Daimberti Senonensis archiepiscopi reddidimus. Ipse autem utilitati fratrum providens prætaxatis regularibus eadem omnino concessit. Confirmatum est etiam in supradicto episcoporum ac procerum nostrorum conventu, quod quicumque alodia sua, quæ sub nostra tutela sunt, vel quidquid quod ad fiscum, vel feodum nostrum attinet, eisdem regularibus impertiri voluerit, diligenter annuimus, & regia auctoritate firmamus. Annuimus etiam, quod si aliquos ex servis vel ancillis suis præfati canonici manumittere voluerint, nostro super hoc assensu minime requisito, quos vel quot voluerint, servos vel ancillas jugo servitutis absolvant; perpetuæ libertati tradant, remota scilicet omnium calumnia, & sopita totius retractationis molestia. Illud insuper summopere determinavimus, & determinando definivimus, quod omnia quæ superior continet pagina, eo jure, ea libertate qua tenuimus, prædicta sancti Victoris ecclesia in æternum possideat: & hoc præceptum nostrum, quod nostri nominis charactere signavimus, in signum & argumentum perpetuæ firmitatis obtineat, in supradictis tamen omnibus, salva auctoritate, salvo jure, salva debita obedientia Senonensis archiepiscopi & Parisiensis episcopi. Signum Rodulphi Remorum archiepiscopi. Signum Ludovici regis. Signum Liziardi Suessionensis episcopi. Signum Ivonis Carnotensis episcopi. Signum Galonis Parisiensis episcopi. S. Manasse Meldensis episcopi. S. Joannis Aurelianensis episcopi. S. Godefridi Ambianensis episcopi. S. Autissiodorensis episcopi Humbaudi. S. Philippi Trecensis episcopi. S. Humberti Silvanectensis episcopi. Actum Catalauni in palatio publice. Anno Incarnationis Dominicæ MCXIII. anno vero regni nostri V. Data per manum domni Stephani cancellarii. Sig. Anselli tunc temporis dapiferi nostri. S. Hugonis constabularii. S. Guidonis camerarii. S. Gilliberti buticullarii.

AD CYPERANENSE CONCILIUM

A Paschali II. papa anno 1114. celebratum

ADDITIO.

EA, *quæ apud varios scriptores narrantur de Cyperanensi concilio, Labbeus collegit; juvat tamen his ab eo congestis addere Romualdum Salernitanum in chronico legendo rer. Ital. to. VII. col. 180. cui tamen asserenti de Landulpho Beneventano archiepiscopo in synodo illa deposito, ac non multo post, muneribus delinito Pontifice, restituto, fidem detrahit Falco Beneventanus, qui restitutionem ejus commemorans, nihil habet de munere collato. Tot sane conciliis simoniacam hæresim damnans Paschalis, hoc se argumento adversus Romualdi calumnias tuetur; nisi forte munus non Paschali quidem, sed intercessoribus pro episcopo apud eumdem pontificem datum significaverit. Utcunque sit, en verba Romualdi.*

Anno MCXV. (*pro anno 1114. post septembrim, nam annus ab exordio indictionis forte incipit*) indict. VIII. apud Cyperanum in ecclesia S. Paterni Guilielmus dux devenit ligius homo papæ Paschalis, qui tunc synodum celebrabat; & ipse papa statim per vexillum tradidit eidem duci totam terram cum honore ducatus, quemadmodum Gregorius papa concessit, & tradidit eam duci Roberto Guiscardo apud ipsum Cyperanum, & B quemadmodum Urbanus papa concessit Rogerio duci in civitate Melfia, & sicut idem Paschalis papa concessit & tradidit eidem duci Rogerio apud sanctum Trophimenem per illud idem donum, atque consensum. In prædicta quidem synodo Landulphus Beneventanus archiepiscopus ab ordine pontificali dejectus est, eo quod inobediens papæ fuit, quique non multum post temporis largito munere in sede sua ab eodem papa restitutus est.

CONCILIUM TICINENSE,

Quo indulgentiæ quædam decretæ iis, qui stipem pro struendo Xenodochio quodam ad peregrinos excipiendos conferrent,

A Guidone episcopo anno 1114. coactum.

UNus, quem norim, Campius in Historia Ecclesiastica Placentina to. I. pag. 384. meminit Ticinensis hujus concilii, seu ut ille habet conventus archiepiscoporum, episcoporum, & abbatum, quo indulgentiæ decretæ sunt iis, qui collata pecunia juvissent Xenodochium in commodum pauperum peregrinorum ad portam civitatis, quam vocabant Alberam, constructum. Id vero se tenere scriptor ille affirmat ex documento in archivio Ticinensi servato, cui subscripta episcoporum nomina, inter quos & Aldi Placentini, leguntur.

SYNODUS STRIGONIENSIS NATIONALIS

habita sub Colomanno rege, & Laurentio archiepiscopo Strigoniensi circa annum MCXIV.

NARRATIO PRÆVIA P. PETERFFY.

Conc. Hungar. Peterffy p. 52.

„ SÆviente in fratrem Almum Colomanno rege, Laurentius Metropolita, relictis perturbatæ aulæ negotiis, dum nihil in concordiam domesticam supremi cancellarii munere adferre posset, ad res ecclesiæ concreditæ instaurandas, indicto Strigonium concilio, se contulit. Multa pro reipublicæ commodo in comitiis a Colomano, principe alias non undequaque laudabili, publicis patriæ legibus asserta novimus. *Nos autem synodalium capitula decretorum Laurentii archiepiscopi, & decem suffraganeorum suorum occupabunt.* Quæ mirabar incognita fuisse iis, quibusdum mihi de clero nostro differendi copia facta est. Leges nempe sunt, ætate sua divites, quæ splendorem recens conditarum non supprimunt, sed exaggerant: nosse itaque illas, si non usus, observantia certe suadeat, quam majoribus nostris debemus. E

„ Sed ad duo evolvenda, hac concilii inscriptione provocamur: ut de anni calculo, qui authorum calamos ubique subterfugit, e conjectura potius, quam testimonio aliquid constituatur. Nos concilium nationale Laurentii ad principium anni 1114. reducimus; ductis inde rationibus: quod nuptiæ Colomani cum Russa Borichii Nothi matre anno 1112. initæ, inauguratio subinde Stephani filii, & exercitus

ANNO CHRISTI 1114.

„ tus in almum fratrem, ejusque filium, facinus crudele, anno 1113. currente, quietem publicam, animosque cleri nimium quantum lacessiverit. Quam ob rem rebus undique in ruinam confusis, ægre admodum ad synodum habendam se patres collegerint. Accedit, Colomanum anno 1115. morte sua, populi lachrymis & votis jam satisfecisse. Diu in requirenda concilii epocha nutarat P. Timon, e S. I.; coactus demum in anno 1114. eidem locum assignare his verbis: Laurentius quocumque demum anno, cum suis decem suffraganeis celebravit synodum. Dederit horas complures, ut novi virum, familiari amicitia, chronologiæ patriæ præprimis studiosum, quo fili hujus intorti texturam enodaret; sed tædio & labore victus, *cuicumque demum anno* me nihil repugnante, synodum cessit. Cæterum si quis certiora docuerit, sicut non inviti subscribemus, ita magnam illi chronologia nostra gratiam debebit.

„ Altera nunc machina impellenda venit; cui versandæ, an nervorum mihi satis, prorsus ambigo. In eo pugnamus quot & quos episcopos suffraganeos anno 1114. Laurentius archiepiscopus habuerit? cum *decem* ad synodum, congregatos titulus præseferat; nec plures senis, Agriensi scilicet, Vaciensi, Quinqueecclesiensi, Vesprimiensi, Jaurinensi, ac Nitriensi episcopis, metropolitæ Strigoniensi obnoxios esse, nemo sit, qui in dubium revocet. Ad origines episcopatuum Hungariæ quæstio isthæc remittenda foret, ne tamen subduxisse nos studium arguant alii, opinionem nostram, claris. demum Otrokoczii in M. S. verba adponemus. Quisquis igitur decretis synodalibus inscriptionem adstruxit, primatis, & archiepiscopi jura non discrevit; quo factum, ut præsidi synodi Nationalis, Laurentio nempe archiepiscopo Strigoniensi, episcopos decem, qui aderant, velut suffraganeos, ideſt suffragium ferentes addicere voluerit: Bachiensis ecclesiæ rebus partim firmatis, partim dubiis; donec sub annum 1156. Colocensi uniretur, & ad archiepiscopen in Mikone, seu Michaele (*a*) a præpositura Budensi ad honorem pallii accersito assurgeret. Cl. Otrokoczy jam deferamus. *Mansit*, ait ille, *hæc prærogativa*, (convocandi nempe episcopos omnium ecclesiarum Hungariæ) *aliquandiu penes archiepiscopum Strigoniensem, ut etiam ipse Colocensis, quasi suffraganeus aliquis, in rebus magni momenti, præsertim synodicis, definiendis & firmandis, archiepiscopo Strigoniensi, ad ejus intimationem cum suis adesset*.

„ Conflata nunc utraque sententia, dicendum: quod Laurentius archiepiscopus Strigoniensis, synodum nationalem agens, unicus Hungariæ ecclesiarum curas transegerit, Baachiensi sede cum suis suffraganeis, Laurentio præsidi honorem Metropolitæ precario deferente, aut certe vacante. Hæc ceu guttam ex arena. Levatis proinde controversiis, Lectoris erit, ut canones de episcopis, aut presbyteris uxoratis, ex synodi Szabolchensis adnotationibus suffulciat; quod tædium, si erudita meditatione interrumpere voluerit, seriem decem episcoporum suffraganeorum, concilio præsentium, eorumque nomina, novis curis examinet. Et, cum illa e nullo hactenus ad annum 1114. illustri charta vindicari potuerint, sed e proxime accedentibus petendi erant, ecclesiarum titulos percurrat. Aderant synodo nationali: Laurentius archiepiscopus Strigoniensis, præses: Agriensis N. Quinque - ecclesiensis Simon, Vesprimiensis Matthæus, Jaurinensis Georgius, Vaciensis Marcellus. *Nitriensis præpositus pro Colocensi adstiterit*, quod Otrokoczio libuit afferere. Cum vero inter enumeratos apud Lucium ad an. MCXI. Tulbertum Colocensem legam, eundem suffraganeis adpono. Baachiensis vacabat. Cujus suffraganei: Zagrabiensis Francita, an. 1119. Transilvaniensis N. Varadiensis Sixtus. Csnadiensis Bezkeus anno 1118. Sirmiensis N. Gratus accipiam, quidquid in præsenti sententia amici, seu illustrare, seu emendare voluerint.

IN-

(a) Perperam illi, quibus idem Niko, & Miko. Niko Nicolaum indicat; alter Michaelem.

ANNO CHRISTI 1114.

INCIPIUNT CAPITULA DE SYNODALIBUS DECRETIS

Domini archiepiscopi Laurentii Strigoniensis Metropolitani & decem suffraganeorum suorum.

CAP. I.

De causis ecclesiarum & clericorum.

IN primis interpellandus est rex, ut causæ clericorum, vel ecclesiasticarum rerum *canonice* finiantur.

CAP. II.

De Sermone ad populum.

IN omni dominico die, in majoribus ecclesiis evangelium & epistola exponantur populo, in minoribus vero fides, & oratio dominica.

NOTÆ P. MELCHIORIS INCHOFFER S. J.

PRima pars hujus statuti, de sermone ad populum jam adultum, altera de institutione juventutis in principiis fidei, seu catechesi habendo, loquitur. Repetitur canon iste in pluribus synodis; qui si curatoribus animarum familiarior esset, pauciores ab orthodoxa religione ad Lutheri & Calvini castra transirent. Videatur etiam severissimum edictum de catechismo catholico solo tradendo, Ferdinandi I. Cæs. & R. H. Viennæ 14. augusti anno 1554. publicatum.

CAP. III.

De ecclesiasticis ordinibus.

UT omnes ecclesiastici ordines in majoribus ecclesiis habeant, & officium suum exhibeant.

CAP. IV.

De communione cleri & populi.

UT omnis populus in Pascha & Pentecoste, & Natali Domini pœnitentiam agat, & communicet; clerici vero in omnibus majoribus festis communicent.

NOTÆ.

PRæcipitur S. Confessio & sancta communio in dictis festis diebus.

CAP. V.

De locutione clericorum.

UT canonici in claustro, & Capellani in curia literatorie loquantur.

NOTÆ.

COlligitur hinc, canonicos a populo remotos, & intra septa quædam, in Hungaria habitasse; quemadmodum etiamnum pluribus in locis, urbibus præcipue episcopalibus, canonicorum domus, continuato ordine sibi succedentes & ecclesiæ proximas esse videmus. *literatorie*, seu latino idiomate loquantur.

CAP. VI.

De idiotis presbyteris.

IDiotæ presbyteri ne ordinentur, qui nec ordinandi sunt; ordinati discant, aut deponantur.

NOTÆ.

DEponantur, idem est ac ab officio removeantur, indigni, ut ex altari vivant, qui nullo, aut exiguo studio exculti, ad ministerium altaris accessere. Plura de hoc in sequentibus conciliis.

CAP. VII.

De ritu gentilitatis.

NUllus aliquid de ritu gentilitatis observet: qui vero fecerit, si de majoribus est, quadraginta dies districte pœniteat; si autem de minoribus septem dies cum plagis luat.

CAP. VIII.

De annuis festis.

SI quis descriptas festivitates non servaverit, eadem lege, sicut in præcedenti capitulo, judicetur.

ANNO CHRISTI 1114.

N O T Æ.

PRæscriptas ad S. Ladislaum in synodo Szabolchensi cap. 38.

C A P. IX.

De negligentibus pœnitentiam

SI quis pro facinore commisso injunctam pœnitentiam negligens, ab episcopo excommunicatus, in eadem perversitate objerit, in cœmeterio ecclesiæ non sepeliatur a presbyteris.

N O T Æ.

POEnitentiam nempe publicam, quæ tum adhuc in parte vigebat.

C A P. X.

De mortuis sine confessione.

SI quis infirmatus presbyterum non vocaverit, nisi subitanea causa fuerit, eodem modo fiat de illo. Parentes vero ejus, aut uxor XL. dierum pœnitentia mulctentur. Si autem parentes non habuerit, villicus cum duobus senioribus villæ, idem judicium subeat.

C A P. XI.

De uxoratis in episcopum promovendis.

SI qui ad episcopum promovendi, legitimo matrimonio juncti sunt, nisi ex consensu uxorum non assumantur.

N O T Æ.

REdeat lector ad constitutiones Colomani.

C A P. XII.

De portationibus ecclesiæ quomodo debent fieri.

EPiscopus si tres partes de acquisitis ad utilitatem ecclesiæ fideliter intulisse videatur, licet ei agere de quarta, quod voluerit.

N O T Æ.

POrtatio vel portagium est telonium publicum ad portas urbis, vel portum fluvii exigi solitum, & ecclesiæ, dotis loco a piis regibus concessum Canon iste illustrari potest ex verbis S. Gregorii M. P. in respon. ad prim. interrog. Augustini Angli episcop. & apud. Gratia. caus. 12. quæst. 2. cap. 20. Mos est apostolicæ sedis ordinatis episcopis præceptum tradere, ut de omni stipendio, quod acceperint, quatuor fieri debeant portiones; una videlicet episcopo & familiæ ejus, propter hospitalitatem ejus, & susceptionem, alia clero, tertia vero pauperibus, quarta ecclesiis reparandis.

C A P. XIII.

De monasteriis episcoporum qui objerunt.

EPiscopis, qui objerunt jam, neque ecclesiæ suæ providerunt, sed tantum filios suos ditaverunt, placuit medietatem auferre, & ecclesiæ reddere. Monasteria vero talium, in potestatem succedentis episcopi transeant, quod ei melius fuerit visum.

C A P. XIV.

De his qui res ecclesiæ dissipaverunt.

SI qui eorum, qui ecclesiis præsunt, res earum dissipaverunt, duplo restituant; si non habent, deponantur, donec emendentur.

C A P. XV.

De famulis ecclesiæ.

NUllus episcopus, aut presbyter in propriis locis servos teneat.

C A P. XVI.

De parrochis ecclesiarum.

UNaquæque ecclesia circa se in proximo habeat parochiam suam.

C A P. XVII.

De ecclesia sine dote non consecranda.

ECclesia non consecretur, si dos & terra prius non datur.

C A P. XVIII.

De presbyteris ad titulum consecrandis.

Nul-

ANNO CHRISTI 1114.

NUllus presbyter sine titulo ordinetur, de eodem nullus habeatur in clero, qui non est titulatus alicui ecclesiæ.

NOTÆ.

PRohibetur ne clericus, nullius ecclesiæ ministerio destinatus, vel sine literis a communitate, vel privato homine datis, ordinetur; quibus eidem honesta substentatio promittitur, si beneficio, aut viribus pro ministerio necessariis privaretur. Optandum esset, ut in eorum titulum mensæ majori cura inquireretur, qui nulli seminario, aut fundationi episcopali adscripti, & lacernis induti, mendicando dignitatem Sacerdotum pessumdant. Vide Sino. Olahi an. 1560.

CAP. XIX.

De clericis sine literis non suscipiendis

NUllus clericus de alio episcopatu, vel provincia sine commendatitiis literis suscipiatur.

NOTÆ.

VIdetur S. Synodus præcavisse hac lege, ne episcopi & horum Vicarii clericos per diœcesim, aut ab una in aliam, cum scandalo heterodoxorum vagari sinant; qui vagabundi clerici ante hæc tempora in Hungaria rarius visi sunt. Commendatitiæ literæ, vocantur alias *dimissoriales*.

CAP. XX.

De legationibus episcoporum.

EPiscopus ad episcopum sine literis, & sigillis legationem non mittat.

CAP. XXI.

De advenis clericis & infamatis.

HOspites clerici, qui de alienis partibus venerint, aut legitimos testes producant, aut vadant, aut redeant, nisi cum formata.

CAP. XXII.

Ne quis in alterius ecclesia celebret sine licentia.

NUllus episcopus, aut presbyter, aut abbas missam celebrare audeat contra voluntatem presbyteri, parochi, aut superioris illius loci vel ecclesiæ.

CAP. XXIII.

De professis clericis ad titulum ordinatis.

QUicumque ad titulum ordinatus est, vel cum professione susceptus, non privetur ordine vel honore, nisi super certis criminibus, judicio canonico; sed ipse neque recedere audeat, nisi forte ad majorem promoveatur gradum, quod etiam episcopus suus benigne debet consentire

CAP. XXIV.

De oppressis Clericis, vel injuria affectis.

SI quis se oppressum existimat, liceat sibi Concilium Episcopale appellare.

NOTÆ.

COnferatur hic ex jure can. Grat. D.2. cau. 11. qu.2. c.26.

CAP. XXV.

De Clericis, vel Abbatibus sæculare judicium quærentibus.

SI quis vero Clericorum, vel Abbatum, in causis Ecclesiasticis, relicto Episcopali judicio, Regalem curiam, aut seculare judicium adierit, causam perdat, aut se pœnitentia emendet.

CAP. XXVI.

De concordantia Divinorum Officiorum.

DIvinorum Officiorum, vel jejuniorum, secundum Libellum, quem collaudavimus, ab omnibus teneatur.

NOTÆ.

SUpple ratio, & ordo. Libellus collaudatus, videtur fuisse rituale, vel agenda alias dictus, aut certe indiculus, in quo tam missarum, quam cæterorum, in qualibet diœcesi, rituum sacrorum methodus adscripta continebatur. Possidemus similes libellos ecclesiæ Strigoniensis, Agriensis, & Nitriensis, annorum 1416. & 1419. & 1568. &c.

ANNO CHRISTI 1114.

CAP. XXVII.

De vita, & victu Canonicorum.

VIctus Canonicorum, & vita, secundum regulam ipsorum, ab Episcopo disponantur.

CAP. XXVIII.

De libertate hospitum Canonicorum.

SI quis hospitum, civium, vel PatrumFamilias Canonicæ regulæ se sponte subdiderit, Canonicus fuerit factus, nihil ad filium ejus pertineat de proventibus, nisi forte & ipse, id est, pater idem voluerit.

CAP. XXIX.

De libertate Canonicorum, & filiis eorum.

SI quis Clericus servus Ecclesiæ fuerit, filii ejus ad pristinam (*servitutem*) non redeant, sed inter Liberos Ecclesiæ habeantur.

NOTÆ.

HAnc libertatem pro filiis suis obtinuerunt Rutheni sacerdotes a Cæsare Leopoldo anno 1697. Sperabatur hoc beneficio unio cum Romana ecclesia. Nec enim adducebat, ut aratro, & ligoni jurarent filii Sacerdotum.

CAP. XXX.

De Servis non ordinandis.

NUllus servus Clericus ordinetur, nisi antea Dominus ejus plenam sibi dederit libertatem.

CAP. XXXI.

De Sacerdotibus ante Presbyteratum uxoratis.

PResbyteris, uxores, quas legitimis ordinibus acceperint, moderatius habendas, prævisa fragilitate, indulsimus.

CAP. XXXII.

De Clericis non uxorandis.

QUi Diaconatum, vel Presbyteratum sine matrimonio adepti sunt, uxorem ducere non liceat.

NOTÆ.

DUo hi canones in synodo Szabolchensi satis superque elucidati sunt.

CAP. XXXIII.

De uxoribus Episcoporum.

UXores Episcoporum Episcopalia prædia non inhabitent.

NOTÆ.

HOnestus scilicet locus eis assignabatur, ubi cum proposito continentiæ sub provisione episcoporum suorum maritorum vivere debebant. Vide Synod. Szabol.

CAP. XXXIV.

De excommunicatis.

SI quem Episcopus excommunicaverit, hoc & Regi, & fratribus suis datis literis, indicet.

CAP. XXXV.

Ubi debeant Missam celebrare.

NUllus extra Ecclesiam in tentorio, vel in aliquo loco, vel domo missam celebrare, aut audire audeat, nisi Rex, aut Episcopi, Comites, & Abbates illi, qui tentorium, aut aliquod hujusmodi Divino solummodo cultui præparatum habere possunt. Et hoc tantummodo, quando sunt in via.

CAP. XXXVI.

Item de Abbatibus.

ABbates, provisa facultate, monasteria cum Episcopo, ad duo aratra unum monachum regulariter vestitum, & instructum teneant, & regulam Beati Benedicti omnes Monachi sciant, & intelligant.

Assi-

ANNO CHRISTI 1114.

NOTÆ.

Assignatur hic numerus personarum pro ratione facultatis cujusque monasterii: Sic: si monasterium possessionem, seu villas 60. aratrorum habeat, tum triginta monachi ali, & sustentari debeant. Aratrum autem ampliori quodam sensu accipiendum est; terra enim duorum aratrorum constituit mediocrem pagum & vocatur mensura regalis, quod ex variis Regum literis didicimus. Tum & illud nota; hoc tempore, nempe circa annum 1113. solos fere monachos ordinis sancti Benedicti fuisse in Hungaria; quare de hujus S. ordinis regula omnibus monachis familiari, constitutio loquitur, nisi ad episcopatum, quod saepe contigit, assumpti fuissent. Eruitur praeterea, fuisse episcopos primos Hungariae ad eum modum institutos, quo per plura saecula episcopi Germaniae floruerunt, cum nempe ex monachis S. Benedicti membra capituli assumerentur; ii eorum domibus habitarent; abbatem tamen, disciplinae religiosae judicem, & rei oeconomicae custodem paterentur. Vide Germaniam sacram P. Marci Hansizy to. I. & II. sub initium.

CAP. XXXVII.

De iisdem Abbatibus.

Abbates raro de Monasteriis suis egrediantur, neque ad Regem, neque ad remotas possessiones sine conscientia Episcopi, ubi, tum diutius immorari non debent.

CAP. XXXVIII.

De eisdem Abbatibus.

Abbates, mitram, sandalia, nodum ante cappam non habeant, vel caetera insignia, neque baptizent, neque poenitentiam dent, neque ad populum sermonem faciant. Abbates non plus parentibus, quam caeteris pauperibus solatium faciant. Quod si Abbas inventus fuerit bona Monasterii dissipare, ipse deponatur, & substantia illa reddatur.

NOTÆ.

Sciendum est abbates olim in Hungaria monasteriis praefectos fuisse, non autem ecclesiis; in quibus praedictos actus exercere sine consensu episcopi eisdem non licuit: aeque enim in simili ministerio ab ordinario, abbates cum suis monachis dependebant, ac populus. Occasio autem hoc statutum condendi fuerat, quod aliqui abbatum munia parochialia sine indultu episcopi, vel parochi exercuerint, in possessionibus & fundis monasterio subjectis.

CAP. XXXIX.

De ordinandis Monachis.

Nullus Episcopus, aut Presbyter Monachum ordinet.

NOTÆ.

Sensus hujus canonis iste est: Nullus episcopus aut presbyter monachum ordinet, qua simpliciter monachum vitae privatae, & solitudini destinatum; postquam autem, certi loci, etiam si ecclesiae sui conventus titulum habet, ubi sacro possit ministerio fungi ex indultu pontificis, monachi, & solitarii stricte sumpti rationem posuit, adeoque ordinari potest.

De potestate autem presbyterorum ordinandi monachum, ita intelligendum est; quod presbyteri non propria auctoritate, sed ex speciali commissione episcopi, consentiente papa ss. ordines, si non majores, saltem minores conferre potuerint, quod colligitur ex Pirhing. in l. I. decret. tit. II.

CAP. XL.

De his, qui Monachi habitum accipiunt.

Si quis Monachi habitum habet, aut Monasterium intret, aut habitum perdat, aut poenitentiae subjaceat.

NOTÆ.

Loquitur canon de vagis: simile quid sub finem in synodo anni 1560. statuitur.

CAP. XLI.

De conventione oblationis pro Missa ne fiat.

Nullus Presbyter conventionem de Missa, pro oblatione faciat.

CAP. XLII.

De non emendis, vel vendendis Ecclesiis.

Nullus Ecclesiam emere, vel vendere praesumat. Si quis Ecclesiam vendiderit, aut librum suum sine culpa abjecerit, delator illius culpae, partem magistri illius eo modo accipiat.

NOTÆ.

Emere vel vendere ecclesiam: videtur prohiberi emptio, vel venditio vasorum sacrorum, vel rerum ad ecclesiam pertinentium. Alii orationem & preces mercede conductas; alii officia & munia in ecclesia praestanda a clerico &c. interpretantur.

CAP.

ANNO CHRISTI 1114.

CAP. XLIII.

De Baptismo, & Sepultura.

NUllus de Baptismo, & sepultura pretium exigat.

NOTÆ.

UTerque iste canon saluberrime scribitur; cum ex publico & honesto stipendio, imo episcoporum ærario, labor, & fatigium (stolam dicimus) curatoribus refusus, & de convenienti alimonia illis provisum fuerit. Huc pertinet prohibitio facta de conventione, per modum contractus, aut venditionis, de missa cap.41. Accedit edictum Caroli I. R. a Mathia I. confirmatum: archidiaconorum, & plebanorum nemo præter usitata funeralia ultro quicquam exigere pro sepulturis præsumat, si exegerit sacris ex templo beneficiis abdicatur. Bonfi. Dec. 4. l. 7. p. 629.

CAP. XLIV.

De Festivitatibus.

NUllus Festivitates vendere præsumat.

CAP. XLV.

De judicio, quomodo, vel quando dari debeat.

UT judicium ferri in Quadragesima, sicut in aliis diebus, excepta causa effusionis sanguinis, detur, ut ferrum accipiat, & in designato loco ponat.

NOTÆ.

DE judicio ferri dictum est in synodo Szabolchensi.

CAP. XLVI.

Quid in Ecclesia legi vel cantari debeat.

NIhil legatur, vel cantetur in Ecclesia, nisi quod fuerit in Synodo collaudatum.

CAP. XLVII.

Quomodo in Kalendis, & conviviis convivari debent.

SI quis Presbyter in canonico convivio, vel Kalendis cogendis potos viderit, arguet eos: & si eum non audierint, ipse exeat, & Archi-Diacono eos accuset, qui eis pœnitentiam septem diebus injungat: Quod si ipse Presbyter non exierit, ab officio suspendatur, & 40. diebus pœniteat.

CAP. XLVIII.

De eodem.

SI Presbyter coegerit, vel coactus fuerit inebriatus, deponatur; si quis Presbyterum inebriatum invenerit, ante Episcopum, vel Diaconum, tres pensas ab eo accipiat, & si jam Presbyter secundo inebriatus fuerit, deponatur.

CAP. XLIX.

De eodem.

SI quis de Nobilibus ad potum coegerit, vel coactus fuerit inebriatus, 40. dies pœniteat; si vero in hoc perseveraverit, excommunicetur.

NOTÆ.

DUo hæc capita prælatorum, & Urbici magistratus vigilantiam expetunt.

CAP. L.

De domibus pœnitentialibus.

EPiscopi in unaquaque civitate duas domos ad coercendos pœnitentes faciant.

NOTÆ.

VIdentur fuisse domus correctionis, aut loca, in quibus violatores ecclesiasticæ disciplinæ certis pœnis afficiebantur. Apparet hinc, executioni non fuisse datam legem, a sancto Ladislao in synodo Szabolchensi latam.

CAP. LI.

De maleficis.

SI quis de maleficio accusatus fuerit, convictus secundum canones pœniteat.

CAP.

CAP. LII.

De accusatione, & accusatis.

SI accusator quæ injecit probare non poterit, eadem pœnitentia subjaceat.

CAP. LIII.

De mulieribus a maritis fugientibus.

SI quæ mulier a viro fugerit suo, reddatur marito suo semel, & bis, tertia vice, si nobilis est, adiiciatur pœnitentiæ sine spe conjugii: si de plebe venumdetur sine spe libertatis. Si quis ultro uxorem suam adulteram proclamarit, si nobilis est, canonicæ pœnitentiæ compositioni subjaceat. Qui vero hoc persolvere noluerit, vel non potuerit, tonso capite, secundum judicium regis Ladislai, venumdetur in mancipium.

Si quis sponsam rapuerit alterius, si illa non consenserit, reddatur proprio sponso; raptor vero si nobilis est, compositionem canonicam faciat, & sine spe conjugii pœniteat. Si non potuit compositionem dare sine spe libertatis venumdetur. Si quis uxorem fugiens se sponte debitorem fecerit, unde se expedire noluerit, propter odium, quod in uxorem habet, semper in servitute permaneat. Et si unquam liber videatur, iterum venumdetur, uxor vero ejus, cui velit nubat.

CAP. LIV.

De bigamis & viduarum vel repudiatarum viris.

SI quis de clero secundam uxorem vel viduam, vel repudiatam duxerit, deponatur.

CAP. LV.

Si presbyteri bigami recipiant ordines.

BIgami presbyteri, qui ad ordines suos redire noluerint, ex consensu uxorum suarum recipiantur.

CAP. LVI.

De presbyteris, qui concubinas habent.

SI presbyter concubinam habuerit, deponatur.

CAP. LVII.

Ut canonici regulam suam sciant.

CAnonici regulam suam sciant, & intelligant.

CAP. LVIII.

De clericis pro furto accusatis.

SI quis clericorum furti arguitur ab episcopo, vel archidiacono judicetur, si reus inventus fuerit, deponatur, & bona sua perdat; si nihili fuerit venumdetur.

NOTÆ.

JUbet hic canon clericos in furto deprehensos a sola potestate ecclesiastica judicari. Si rei sint, ex sacro ordine, & suis possessionibus ejici, imo venalibus servis rusticis, & mancipiis adnumerari. Erroneum est illud *si nihili fuerit*, cujus loco pone *si nihil ei fuerit*, seu si nihil bonorum & facultatum habeat, quas in pœnam ei judex auferat, ipse more mancipiorum venumdetur.

CAP. LIX.

De tabernariis clericis & foeneratoribus.

CLerici tabernarii, vel foeneratores non sint, quicumque vero in taberna domo biberit, si clericus est, deponatur; si laicus in testimonium non recipiatur.

NOTÆ.

SCilicet indignus censebatur, qui testem agat in judicio, utpote ob dubium sani intellectus, & defectum famæ bonæ, quæ in compotantium societate facile amittuntur. Non prohibetur tamen accessus tabernarum, viatoribus, etiam clericis, qui prandii, cœnæve causa ad has se recipiunt.

CAP. LX.

De testimoniis clericorum.

UT testes clerici non sint, nisi in testamento morientis, vel sacramento vel pro judicio.

CAP. LXI.

De Judæis qui christianos habent famulos.

JUdæi servos vel ancillas, neque proprios, vel venales, neque mercenarios christianos habere audeant.

NOTÆ.

LUx aliqua huic legi additur ex sequentibus Paschalis II. PP. verbis (qui Laurentio archiepiscopo coævus fuit) apud Grati. caus. 16. q. I. cap. 47. *a monachis, sive clericis communiter viventibus nulla ratio sinit, ut milites, aut episcopi aut persona qualibet decimas de laboribus, seu nutrimentis suis propriis extorquere debeant.* Idem Alexander papa III. in Extra l. 3. tit. 30. cap. 10. innuit. *Prædecessores nostri fere omnibus religiosis decimas laborum suorum concesserant.* Quis porro modo usus sit in Hungaria experientia docebit.

CAP. LXII.

De decimis clericorum.

DEcretum est & sancti concilii sancitum est authoritate, ut de propriis horreis, seu cellariis, aut quolibet monasteriorum, & ecclesiarum, & omnium, qui in clero sunt, decimæ non exigantur, excepta quarta parte parochiani presbyteri.

CAP. LXIII.

De archidiaconis.

OMnes archidiaconi Breviturium canonum habeant.

NOTÆ.

NOn intelligitur hoc loco breviarium, e quo preces suas canonicas archidiaconi persolvant; sed synopsis, vel compendium eorum canonum, quos eos exigente officio nosse oportebat, ut in judiciis ecclesiasticis tuto, ad exigentiam legis procedant.

CAP. LXIV.

De presbyteris, & servis ecclesiarum.

PResbyteri quoque ecclesiarum juxta ecclesiam domum habeant suarum ecclesiarum. Si boves proprios habuerint, magistri sui de his, qui araverint, dimidiam partem accipiant; si autem cum bobus magistrorum suorum araverint, duas partes inde magistri ecclesiarum habeant.

CAP. LXV.

De congregandis clericis ad sanctam synodum.

QUicunque de his, qui in clero sunt, ad synodum episcopi sui non venerint, usque ad laicum deponantur.

NOTÆ.

POEna ista (utpote clerici nolentes venire ad synodum episcopi ad laicum usque deponantur, seu ut laici deinceps habeantur) in eos statuta est, qui vocati, & invitati, sine legitima causa synodo interesse recusabant. Habentur in aliis synodis exempla plura; ubi in absentes fulmine ecclesiastico animadversum est, quod suo loco adferemus. Constat item, quantam vim & fructum in celebrandis synodis patres nostri posuerint.

AD

ANNO CHRISTI 1115.

AD VIENNENSEM SYNODUM

Qua anathema in Henricum IV. imperatorem dictum est,

Anno 1115. *celebratam*

ADDITIO.

SYnodi hujus subscriptiones e MS. codice Atrebatensi erutas vulgavit Martenius, quæ cum desiderentur in actis concilii a Labbeo vulgatis, opportune hic a me supplendæ sunt, postquam insigne quoddam sphalma quod in indice conciliorum præfixo to. XII. editionis Veneto-Labbeanæ emendaverim. Ita enim ibi: *Viennense in Germania concilium.* Mendose utique, nam Guido archiepiscopus, qui concilio præfuit, Viennæ in Gallia, non vero in Germania præerat. Nec Vienna Germaniæ in archiepiscopatum per illa adhuc tempora erecta erat. Adde subscriptiones episcoporum, qui Galliæ omnes sunt & Viennensis in Gallia provinciæ.

CONCILII VIENNENSIS SUBSCRIPTIONES.

EGo Guido Viennensis archiepiscopus & S. R. E. legatus.
Benedictus Ebredunensis archiepiscopus subscripsit. Et subscripserunt.
Galo Leonensis episcopus.
Godefridus Ambianensis episcopus.
Aimericus Arvernorum episcopus.
Hugo Gratianopolitanus episcopus
Gualterus Magalonensis episcopus.
Berengarius Frandiensis (*a*) episcopus
Augerius Regensis episcopus
Leodegarius Vivariensis episcopus
Pontius Tricastrinus episcopus.
Petrus Senecensis episcopus
Berengarius Aurasicensis episcopus
Leodegarius Antensis (*b*) episcopus
Geraldus Istaricensis (*c*) episcopus
Mainfridus Antinopolitanus episcopus
Atiminus Tolonensis episcopus
Leodegarius Vapincensis episcopus
Raimundus Massiliensis episcopus
Boso S. Romanæ ecclesiæ cardinalis diaconus subscripsi.

(a) *Forojuliensis*, qui præfuit ab an. 1094. ad 1121. MART.
(b) *Aptensis* Nam præerat tum ecclesiæ Aptensi Leodegarius, seu Laugerius MART.
(c) *Sistaricensis.* MART.

AD CONCILIUM REMENSE

A Conone Prænestino A. S. L. habitum

Anno 1115.

ADDITIO.

REmensi concilio hi sine dubio præsules interfuere, scilicet tres Metropolitani cum suis coepiscopis, Remensis videlicet, Senonensis, & Bituricensis. Remensis metropolis episcoporum nomina habemus in literis Cononis cardinalis, quibus permutatio quorumdam prædiorum inter Balduinum Flandriæ comitem, & Bovonem juniorem sancti Amandi abbatem facta, in illo concilio confirmatur. His literis post Cononem dantur signa Radulfi Remorum archiepiscopi, tum Lisiardi Suessionensis, Bartholomæi Laudunensis, Guillelmi Catalaunensis, Godefridi Ambianensis, Lamberti Novomensis, ac Tornacensis, Clarembaldi Silvanectensis, & Johannis Morinensis episcoporum. *Actum, recitatum & confirmatum in concilio Remis a domno Conone Romanæ ecclesiæ legato, celebriter habito, anno incarnati Verbi MCXV. indictione VIII. regnante Ludovico Francorum rege glorioso anno octavo.*

In eadem synodo Gervasius Regitestensis comes, qui advocationis prætextu, quam in villis sui comitatus sancto Remigio subjectis habebat, quoddam præstationis genus, quod *salvamentum* vocant, ab illis exigebat; in illa inquam synodo culpam suam agnovit, & injustam ejusmodi consuetudinem relaxavit, præsentibus Radulfo archiepiscopo, Lisiardo Suessionensi, & Godefrido Ambianensi episcopis, & quibusdam laicis.

Mabill. An. ... S. ... ed. t. ... p. 565.

AD CONCILIUM CATALAUNENSE

A Conone Cardinali A. S. L. anno 1115. celebratum

ADDITIO.

De concilio Catalaunensi a Conone cardinali A. S. L. ita agit Labbeus, ut parum aliquid ultra nomen ex eo innotescat. Epistolam ejusdem Cononis ex eo concilio datum profert Mabillonius Annal. ord. S. Benedicti to. V. num. LXXXIX. appendicis. En illam.

B

CONONIS CARDINALIS SYNODICA

Pro monasterio S. Quintini de Monte prope Perronam.

Ex Mabil. An. Ord. S. Ben. t. V. pag. 658. Append. Edit. Luc.

Cono divina gratia Prænestinus episcopus apostolicæ sedis legatus, omnibus fidelibus tam præsentibus quam futuris. Cum legatione in Francia fungeremur, adversus Henricum abbatem S. Quintini de Monte de quadam terra de Botencurt, scilicet quam cyrographo sibi defendebat a quibusdam monachis sancti Vedasti, calumnia exorta est. Abbas tamen S. Vedasti, & plures ex fratribus ejus illi cyrographo testimonium perhibebant, & assensum non negabant. C Cum igitur causa ista ad nos usque perlata fuisset, ad illos monachos literas nostras direximus, ut vel ab injusta calumnia quiescerent, aut si quid contra cyrographum se habere confiderent, in concilio, quod Catalaunis futurum indixeramus, calumniam suam ad diffinitionem præsentarent. In indicto igitur termino cum concilium celebraremus, neminem illorum qui adversus abbatem S. Quintini, vel cyrographum ejus dicerent, adesse cognovimus. Sic itaque judicio concilii cyrographum illud ratum probavimus, & ut deinceps stabile, & inconvulsum permaneat, auctoritate apostolicæ sedis in hujus paginæ D patrocinio confirmavimus. Actum Catalaunis anno Incarnationis Dominicæ MCXV. indictione VIII. Huic confirmationi testes interfuerunt S. Radulphi archiepiscopi, S. Gualonis Parisiensis episcopi, S. Guillelmi Catalaunensis episcopi, S. Johannis Morinensis episcopi, S. Johannis Aurelianensis episcopi, S. Philippi Trecensis episcopi, S. Roberti Atrebatensis.

Ad hoc pariter concilium referendas judico epistolas geminas Ivonis Carnotensis, quas ex ipsa epistolæ serie datas constat anno episcopatus ejus XXV. qui sane ab anno 1090. cœptus in annum 1115. deducit; scriptas vero illas constat ad patres concilii alicujus, E *cui Cono Prænestinus episcopus A. S. L. præsedit, aderantque episcopus Belvacensis, Silvanectensis, Catalaunensis, Ambianensis &c. Has ergo utrasque epistolas, utpote partem actorum hujus concilii, hic dare opportunum duxi; historiam vero controversiæ hujus, de qua in his ipsis epistolis, habes apud Labbeum ad concilium Exoldunense anno 1081. habitum.*

CONONI DEI GRATIA PRÆNESTINO EPISCOPO

Ivo eadem gratia Carnotensis ecclesiæ minister,

Devotam & debitam legatis apostolicis obedientiam.

Ivo ep. 268 ed. Juret.

Invitavit me sollicitudo vestra ad agendam causam vel per me, vel per vicarios meos de ecclesia sancti Nicolai adversus monachos Majoris monasterii, quæ sita est in municipio, quod Curvavilla dicitur: quam aliquando contra jura ecclesiastica occupare præsumpserunt; sed secundum legum tramitem, quod ab eis contra leges præsumptum est, præcipiente legato apostolico Domino Hugone Diensi episcopo per leges dissolutum est. Hanc igitur causam idcirco tractandam suscepi, quia in propria persona me eam posse tractare putavi. Nunc vero quia equitare, vel vehiculum aliquod sustinere non valeo, supplico sanctitati vestræ, quatinus ita sincere tractari faciatis causam istam, ut propter insufficientiam vicariorum nullum præjudicium patiatur absentia mea; sed potius si necessarium fuerit, secundum tenorem canonum congruo loco, vel tempore expectetur præsentia mea. Quidquid enim monachi dicant, si præsens essem, probarem irrefragabiliter, nihil monachos illos in prædicta ecclesia habuisse, nisi per invasionem partim clericis de illo loco expulsis, partim comminationibus territis, partim graviter percussis; nec firmamenta chartarum habere, sive apostolica manu, sive de episcopali, nisi extorta per subreptionem. Vale.

Episcopis Vualoni Belvacensi, Gullielmo Catalaunensi, Gaudefrido Ambianensi, Clarebaldo Silvanectensi

Ivo humilis ecclesiæ Carnotensis minister, spiritu scientiæ & pietatis, & zelo justitiæ abundare.

Cum secundum decretales paginas, & scita canonum omnes controversiæ ecclesiasticæ in locis, in quibus ortæ sunt, primo sint discutiendæ, & nisi appellatum fuerit, terminandæ; abbas Majoris monasterii postposito ordine judiciario, contempta fraterna charitate, & injustum & inordinatum clamorem de me detulit ad sedem apostolicam, qui nullam feceram ei injuriam, immo judicio ecclesiæ mihi commissæ, præsente Gualterio archidiacono, & Hugone subdiacono cum pluribus aliis omnem obtuleram justitiam. Unde in auribus Domini cardinalis, & vestri & totius hujus conventus hanc primitus expostulo injuriam. Qua de re si dilata vel denegata mihi fuerit justitia, ut res non ad ordinem redigantur, longe lateque cla- ep. 269

ANNO CHRISTI 1115. 1116.

clamabo dictis & scriptis, quia ægrotanti & impetum monachorum ferre non valenti infertur violentia. Hæc enim causa præcepto Domini Hugonis Diensis episcopi quondam sedis apostolicæ legati, in concilio Exolidunensi me præsente, & audiente cum quibusdam aliis Carnotensibus clericis præcisa est; & ideo si in causa non essemus, cum cæteris episcopis canonice judicaremus, quia ulterius repetenda non est. Quod autem dico honestarum personarum testimonio comprobari potest, quæ clamorem canonicorum ecclesiæ, de qua agitur, in pluribus conciliis audierunt, & judicium de removendis ab ecclesia monachis certissime cognoverunt. Hujus remotionis testis est etiam tricennalis quieta possessio, in qua toto hoc tempore canonici canonicis in prædicta ecclesia successerunt, nec recedentes, nec accedentes A aliquam canonicam calumniam a monachis audierunt. Ego quoque toto hoc tricennario nullum clamorem canonicum apud antecessorem meum, de cujus concessione confidunt, super hoc factum cognovi, & in viginti quinque annis, quibus in episcopatu moratus sum, calumniam canonicam vel apud me, vel ad concilia provinciarum vel generalia aliquando factam audivi. Quidquid ergo monachi dicant, hæc sicut a me dicuntur, si necesse sit, probabuntur. Quibus possem multa addere, sed ista credo ad defendendam justitiam meam prudentiæ vestræ posse sufficere. Ordo autem rerum gestarum diffusius in literis cardinali missis continetur, B quarum exemplar vestræ sollicitudini transmisi, ut ex eis veritas certius possit agnosci.

AD CONCILIUM COLONIENSE

Ad promulgandam in Henricum IV. imperatorem anathematis sententiam

Anno 1115. & 1116. celebratum

ADDITIO.

U*Rspergensis, unde concilii hujus historiam desumpsit Labbeus, pro suo more plura detruncans, rem totam expedit. Juvat igitur e fonte ipso, unde vetustus ille scriptor hausit, rem totam haurire, ex annalista scilicet Saxone Eccardi, cujus verba, sed mutilata Urspergensis decerpsit: Ita ergo ille ex anno 1115. rem totam assumit:*

Quendam cardinalem Romanum nomine Diedericum, legatione in Pannonias functum per nuncios adsciscunt (Saxones) quo etiam præscripti concilii actionem, & per ipsam imperatoris excommunicationem prædicante, tam Adelgotus Magedaburgensis archiepiscopus, quam cæterarum ecclesiarum præsules reconciliationem recipiunt, sicque iterum scisso regno undeque novæ res exoriuntur, & contraria quælibet invicem utræque partes moliuntur: *Et post pauca.* Adalbertus Moguntinus non multo post sedis apostolicæ legato Dieterico se nuntiis, & D literis subiiciens, ipsum sibi cæterisque non paucis præsulibus Coloniam occurrere postulavit, uti & mandata papæ, quæ ipse detulerat, communiter perciperet, ille suam consecrationem diu interclusam tanta authoritate consequi posset. Qui conventus instante festo Natalis Domini factus est, non absque indignatione imperatoris, qui nedum plene voluntarius erat in consensu ejusdem consecrationis. *Dein anni sequentis 1116. historiam prosequens annalista sic habet.*

Anno Dom. Incarn. 1116. imperator Heinricus natale Domini Spiræ cum paucis episcopis & principibus celebrans, ea quæ interim Coloniæ gerebantur, graviter tulit. E Audivit enim quamplurimos ibi convenisse, non solum metropolitanos, sed etiam alios episcopos, vel optimates regni, causa præcipua verbum excommunicationis in se manifestandi, quamvis Dietericus cardinalis, cujus hæc injiciebantur authoritate, in itinere jam defunctus, illo ad sepulturam potius quam ad actionem concilii delatus esset. Sepultus est Coloniæ, adstantibus episcopis XIV. cum Luidero duce, aliisque C nonnullis principibus. In Natali S. Stephani Adalbertus Mogontinus archiepiscopus ab Ottone venerabili Bambergensi episcopo ordinatur. Missus autem ab imperatore illuc Erluvinus Wirceburgensis episcopus audientiam vel communionem nonnisi reconciliatus habere meruit. Reversus vero post redditam legationem imperatori communicare renuit, sed vitæ periculo coactus missam coram imperatore celebravit; indeque usque ad mortem contristatus latenter discessit, sicque rursum communioni pristinæ multis lacrimis reconciliatus ultra imperatoris aspectu simul & gratia caruit. Hac commotione succensus imperator ducatum orientalis Franciæ, qui Wirceburgensi episcopio antiqua regum concessione competebat, Conrado sororis suæ filio, qui postea regnavit, commisit, ipseque scandala principum declinans, in Italiam se una cum regina totaque domo sua contulit, ac circa Padum regni negotiis insistens, legatos ad apostolicum pro componendis causis pacifice, quæ iterum regnum & sacerdotium disturbare cœperunt, suppliciter destinavit, cujus legationis primatum abbas Cluniacensis, cognatus, ut putabatur, domni papæ, tenuit, qui & inter utramque partem pro componendis pacifice rebus fidelis, & impiger apocrisiarius invigilare studuit.

Ad ea illustranda quæ hic narrat Annalista, juvat afferre literas Paschalis, quibus Diederico cardinali facultatem præbet legati apostolici munere fungendi inter Saxones, & rem ibi conciliarem agendi. Suppeditat has literas Udalricus Bambergensis in codice num. CCLXXIV. apud Eccardum tom. 2. pag. 277.

ANNO CHRISTI 1116.

PAschalis episcopus servus servorum Dei, T. presbytero cardinali apostolicæ sedis legato sanctam & apostolicam benedictionem.

Ex antiqua relatione comperimus Saxones a principio conversionis suæ ad Deum fideles atque obedientes beato pontifici & apostolicæ sedi extitisse. Quia igitur ad partes illas per Dei gratiam, ut audivimus, accessisti, & in eis super ecclesiis, aliisque quibusdam negotiis scandala emerserint, si quid ibi aut etiam alibi juste atque canonice operari potueris, authoritatis nostræ favore, cooperante Domino, opereris. Si quod & consolationis auxilium nostro Halberstadiensi episcopo conferre potueris conferat, ut apostolicæ sedis visitatione gaudeat. Data Feretini VI. idus octobr.

AD CONCILIUM LATERANENSE IV.

Quo iterum abrogatum est privilegium Henrico concessum,

Anno 1116. celebratum

ADDITIO.

HUjus concilii acta ita refert ex Urspergensi Labbeus, ut non ipsa eorum verba, at sensum tantummodo reddiderit. Actorum illorum genuinum fragmentum servavit nobis Gerhous præpositus Reicherspergensis, ætatis hujus scriptor, in libro de ædificio Dei, quem Pezius Anecdot. tom. II. par. II. pag. 111. vulgavit. Ita vero ibi legas:

Anno Dominicæ Incarnationis MCX. (*mendose, legendum enim MCXVI.*) facta est in Lateranensi ecclesia synodus præsidente Paschali papa II. indict...... III. nonas martii. Idem Paschalis suam sententiam damnans, & retractans ita dixisse legitur, & scriptum Romæ servatur:

Audite fratres dilectissimi; confiteor Deo patri omnipotenti & vobis, quod pœnitet illud privilegium, potius pravilegium in tentoriis a nobis extortum, unquam alicui datum esse. Contra decreta antecessorum nostrorum consensimus; & in hac synodo, sicut in priori, illud & omnes, qui pro privilegio habere volunt, excommunicamus. Deo & vobis promittimus, donec ista misera anima in indigno corpore habitat, quod numquam aliquid contra decreta patrum nostrorum volumus consentiri, si placet majestati suæ. Ideo precor vos, ut oretis pro me misero peccatore, ut istud scelus, & omnia peccata mea dignetur mihi dimittere. Statim Dominus Bruno episcopus dixit: Deum laudemus, & gratias sibi agamus; quod Dominum nostrum, & caput nostrum illam hæresim dedisse pœnitet. Tunc Joannes rogitans iratus reclamavit; dicis nos hæresim dedisse? nullus amodo te debet audire. Bruno dixit: probare volo hæresim esse: Vulternensis episcopus dixit: Tali animo fieri potest, quod est hæresis; sed fecit invitus & coactus. Non est hæresis dicenda. Si voluntarie fecisset, hæresis probari posset.

Ad idem concilium referendum arbitror fragmentum aliud ex conciliis Paschalis, quod legitur apud eundem Gerohum in dialogo de differentia clerici regularis & sæcularis:

De talibus, *ait idem scriptor*, in synodo beatæ recordationis Paschalis papæ non dubitavit Bruno Segnensis episcopus inter cætera dicere: Nos clerici & monachi primitivæ ecclesiæ normam tenentes, Christum & apostolos, ac sanctos patres sequamur, & omnes Simoniacos cum illis perpetuo anathemate damnemus. Imitemur plenum Spiritu S. Stephanum, & impium Nicolaum cum universis sequacibus suis excommunicemus, ne illorum errori tacendo consensisse in adventu judicis accusemur.

Denique eidem synodo adscribo decretum aliquod ejusdem pontificis, quod legitur in codice Udalrici num. III.

DECRETUM PAPÆ PASCHALIS II.

QUoniam ecclesia in multis locis, & maxime in Teutonicis partibus diu laboravit sub hæresi & schismate, & si omnia illa, quæ ab illis hæreticis & schismaticis ordinata sunt, annullari deberent, quædam ecclesiæ omnino nudari viderentur suis clericis; nos, sequentes decreta sanctorum patrum, de his qui sub Acacio, & Bonoso & Donatistis ordinati sunt, statuentes decrevimus, ut episcopi, qui sub isto schismate ordinati sunt, omnes in suis honoribus permaneant, nisi sint invasores aut criminosi. De cæteris vero ordinibus penes episcopos potestas sit, ut quorum vita probabilis videatur, in suo gradu consistant.

CONVENTUS SERBERIENSIS

Ab episcopis totius Angliæ qui Guillelmum Henrici regis filium futurum regni hæredem agnoverunt,

Anno MCXVI. celebratus.

VAlterius Conventrensis in chron. ad annum 1116. ita de concilio isto loquitur: conventio optimatum & Baronum totius Angliæ apud Salesber. XIV. Kal. aprilis facta est,.... Habita est ibi causa de querela, quæ inter archiepiscopum Cantuariæ Radulphum, & electum pontificem Eborum per integrum annum versata fuerat. Hic potius archiepiscopatui renunciavit, quam obedientiam sedi Cantuariensi profiteretur.

De postrema hac controversia ita loquitur Eadmerus: habita quoque est his diebus causa de querela, quæ inter archiepiscopum Cantuariorum, & electum pontificem Eboracensem per integrum pene annum versata fuerat. Defuncto siquidem Thoma electus erat ad regimen prædicti pontificatus quidam de clericis regis, vocabulo Thurstanus, connivente Radulpho archiepiscopo, & aliam, quam rei exitus probavit, de C eo habente opinionem. Hic itaque electus cum ab ipso pontifice moneretur, ut ecclesiæ Cantuariensi faceret quod debebat, & benedictionem suam ecclesiastico more susciperet, respondit benedictionem quidem se libenter velle suscipere, sed professionem, quam exigebat, & antecessores suos fecisse sciebat, nulla ratione facturum. Cujus verbis quia Radulphus nec auditum præbere æquanimiter voluit, negotium ipsum eousque indeterminatum remansit. Ipse quoque B Thurstanus legatos suos Romam direxerat, modis, quibus apud Romanos agi oportere sciebat, a papa cupiens absolutionem debitæ professionis obtinere; sed nihil effecerat. Rex autem Henricus, uti advertit Thurstanum in sua pervicacia stare, & eamdem pervicaciam ex tuitionis suæ fiducia fulcire ac manutenere, rupit ei ipsius fiduciæ nodos, & aperte protestatus est, illum aut morem antecessorum suorum tam in professione facienda, quam & in aliis dignitati ecclesiæ Cantuariensis ex antiquo jure competentibus, executurum, aut episcopatu Eboracensi, cum benedictione funditus cariturum. Ad quæ ille, clericorum, quasi dignitatis suæ libertati ficta reverentia acclamantium, suique cordis consilio impræmeditatius credens, renunciavit pontificatui; spondens regi, & archiepiscopo, se, dum viveret, illum non reclamaturum, nec aliquam calumniam inde moturum, quicumque substitutus fuisset.

LEGES ECCLESIASTICÆ SUB REGE ANGLIÆ HENRICO I.

Continentes chartam regis Henrici primi de libertatibus Angliæ: & habuit quilibet comitatus talem.

HEnricus rex Anglorum, Sansoni episcopo, & Ursoni de Abetot, & omnibus baronibus & fidelibus suis, tam Francigenis, quam Angligenis, de Wirecestrescira, salutem.

Sciatis me Dei misericordia, & communi consilio baronum regni Angliæ, regem coronatum esse. Et quia regnum oppressum erat injustis exactionibus, ego respectu Dei, & amore, quem erga vos habeo, sanctam Dei ecclesiam in primis liberam facio; ita quod nec vendam, nec ad firmam ponam, nec mortuo archiepiscopo seu episcopo, sive abbate, D aliquid accipiam de dominio ecclesiæ, vel de hominibus ejus donec successor in eam ingrediatur.

Et si quis baronum vel hominum meorum infirmabitur, sicut ipse dabit, vel dare disposuerit pecuniam suam, ita datam esse concedo. Quod si ipse morte præventus vel armis vel infirmitate, pecuniam suam nec dederit, nec dare disposuerit, uxor sua, sive liberi, aut parentes, aut legitimi homines ejus eam pro anima ejus dividant, sicut eis melius visum fuerit.

CONVENTUS EPISCOPORUM IN ITALIA

Ab Henrico IV. imperatore coactus, ut de ratione conveniendi cum ecclesia Romana consultarent,

Anno 1116.

HEnricus IV. imperator provocasse in se Romanum pontificem intelligens, armisque Saxonum rebellantium in arctum redactus, cum nihil sibi superesset quo salvus fieret, nisi ut pacem cum Romana ecclesia componeret, vasa colligens profectus est in Italiam; quo ut pervenit nihil habuit antiquius, quam ut convocatis undique ex tota Italia episcopis insignioribus voluntatem suam totam ad Romanæ ecclesiæ obsequium versam, palam omnibus profiteretur, paratum se exhibens, crimen, si quod in eam admisisset, ut ex lege judicaretur. Id a se præstitum idem imperator in literis, quas ad Harduicum Ratisponensem episcopum misit, testatus est. Has literas, quod eumdem episcoporum conventum nullis notum historicis proferant, quodque velut acta prævia ad concilium IV. Lateranense exhibeant, huc ex codice Udalrici Bambergensis num. CCCXVIII. transferimus, quibus ex affinitate argumenti addimus alias literas ejusdem imperatoris ad eumdem episcopum ibidem num. CCCXVII. recitatas. Vadem tamen me non præsto, ea omnia quæ affirmat hic Henricus, veritati cohærere; neque enim credo Paschalem hæc loquutum adversus legatos suos Theodericum, Cononem, & Guidonem, quæ hic dixisse perhibetur. Quamquam vero per insignem calumniam id asseruit imperator, hinc tamen deducimus, cur Cono & Guido in concilio Lateranensi residentes pontificem Romanum exquisierint, ut legationum suarum acta rata haberet, panderetque cunctis, nihil egisse illos non jussos a pontifice.

EPISTOLA HENRICI IMPERATORIS

Ad Harduicum Ratisponensem episcopum.

Ex Cod. Udalr. n. CCCXVIII.

HEnricus Dei gratia imp. augustus H. venerabili Ratisponensium episcopo, gratiam, dilectionem, & omne bonum.

Gratias agimus patri spirituum, quoniam erga nos & imperii statum salubriter tuæ fidei conservasti constantiam, credentes, imo luce clarius adtendentes, quod neque mores, neque vita surripere possint, quam inchoasti, & demonstrasti nobis benevolentiam. Ut autem piæ sollicitudinis scrupulum, quo sæpissime turbantur corda amicorum absentium, tibi pleniter auferamus, negocium quod pro communi utilitate totius imperii suscepimus, ad quid perduxerimus, paucis tibi scribere curavimus. In primis memorem te esse volumus, qualiter inimicorum nostrorum acephalica præsumptio fideles nostros inquietaverit, quod communicantes nobis quasi excommunicatos ex sententia & legatione Domini apostolici judicaverunt, & maledictiones satis impudenter super innocentes aggravaverint. Nos autem arcum, quem in nos latenter intenderant, & sagittas quas exacuerant, propitiante Domino, declinantes, in Italiam transalpinavimus, & ibi religiosos episcopos atque abbates, qui videbantur esse columnæ matris ecclesiæ, convocantes de pace vel concordia regni, & sacerdotii subtilissima inquisitione tractavimus. Demum communicato consilio tres ex illis omnibus eligentes, scilicet Placentinum, Astensem, Aquensem, magni nominis episcopos ad Dominum apostolicum, & ad omnem ecclesiam illos misimus, proferentes in publicum, quod si quis personam nostram pulsaret, vel pulsare vellet, de pace, quam in corpore & sanguine Domini nos cum pontifice Romano composuimus, & conscripsimus secundum judicium legum vel canonum, nos porrigere plenariam expurgationem, vel, quod absit, culpabiles inveniremur, omnimodam satisfactionem. Igitur Dominus apostolicus unanimes sibi ad hoc conjungens cardinales in testimonium, in præsentiam principis apostolorum negavit, quod Chuononem in Coloniam, vel Saxoniam miserit; irritum esse judicavit, si quid in nos maledictionis effuderit; affirmavit quod ipse nunquam nos excommunicaverit; filio suo quem consecravit, quem benedixit, quod nunquam maledixerit. Damnavit Theodoricum, eo quod in regno nostro legatum se ejus Domini apostolici mentitus fuerit; nihil optavit quidquid excommunicationis in aliquem fecerit; in præsentia cleri & populi testificatus est, quod non præcepit vel consensit, vel ratum fecit vel habet, quod Viennensis episcopus excommunicationis gradum super nos erexit; sed potius quod sub typo boni zeli peccaverit, veniam postulavit. De litteris bullatis, quas in opprobrium nostrum incusabat Moguntinus, Coloniensis, Saltzburgensis, & Halberstadiensis inimicis nostris misisse, Deum duxit in testimonium, se malum illud nunquam commisisse, inter cætera subjungens, quisquis nobis fidelitatem jurando promiserit, & werram nobis quisquis modo fecerit, pro perjuro & sacrilego in membris ecclesiæ numerandum esse. Nos autem consilium principum nostrorum exequentes, ut omnem ambiguitatem resecaremus, & seditionem gravissimam, quæ inter Romanos & apostolicum geritur, compesceremus, & Deo gratias, non est inventus, qui clam, vel palam nobis notam criminis imponeret; sed vox laudis & lætitiæ audita est, quæ nos & imperium nostrum Deo, & beatis apostolis Petro & Paulo committeret. Postero die capitolium cum universis ordinibus conscendimus, & magnificantibus nos magna impendimus. Denique cardinales tres cæterorum legationem agentes nos audierunt, & pacem plenariam eo tenore nobis exhibuerunt; si in-

ANNO CHRISTI 1116.

investituram per virgam & annulum deinceps dare desineremus, quod in eo ecclesiæ scandalum dixerunt. E contrario nos respondentes regalia nostra cuivis per baculum & annulum concedere juris nostri esse probavimus. Hæc est summa dissensionis, qua concutitur & periclitatur ecclesia, & investitura cessante, affirmant statum ecclesiæ redintegrare posse per omnia. Ergo, miles Christi considera, quod Christus in Evangelio liquantes culicem, & camelum deglucientes in ejusmodi animadversione reprehendat, & apostolus minus tolerandum, ut majus vitetur, factis, & dictis ostentat. Hæc ideo tuæ transmisimus caritati, ut pernoscas nullum periculum excommunicationis imminere nostræ dignitati, & ut liberius, quod ratio postulat, obviare possis adversus nos insurgenti fatuorum temeritati. Nuntium tuum ideo tamdiu retinuimus, ut per se certum te de his omnibus reddat, utpote qui visu vel auditu rei ordinem perfecte cognosceret. Vale.

ALIA EJUSDEM IMPERATORIS AD EUMDEM

HEnricus Dei gratia imperator augustus H. Radisponensium episcopo gratiam suam & omne bonum, ut fideli dilectissimo.

Quod legatos tuos tanto tempore retinuimus, nulla alia de causa fecimus, nisi quod nec itineris nostri, nec à Roma aliquam certitudinem tibi mandare potuimus. Nunc dilectioni tuæ intimare decrevimus, episcopos quosdam, videlicet Astensem, Aquensem, Placentinum inde venisse, non nostra quasi legatione, sed eorum propria voluntate ivisse, qui tamen veram pacis concordiam inter nos & papam omni dubietate remota retulerunt, qui etiam nos omnes, Monasteriensem nominatim, Tridentinum, Augustensem, Brixinorensem, Constantiensem, abbatemque Witensem Arnoldum in adventu eorum benedixerunt ore, & osculo ex ejus parte salutaverunt. Ajunt etiam Dominum papam nunquam aliquem adversarium nostrum Coloniensem vel Saltzburgensem, vel Wurtzburgensem, vel Halberstadiensem, vel aliquem inimicum nostrum viva voce vel literis salutasse. Moguntinum nec ipse, nec tota Romana ecclesia aliter quam traditorem Dei & Domini sui & totius christianitatis appellant. Quicquid itaque Viennensis Wido, & Chuono contra imperium, & nos aliquo modo moliti sunt detestatur, ita quod fraternitatem & gratiam suam idem Chuono etiam apparet amisisse. Hoc totum promittit non per nuncium, sed per se ipsum verum esse probaturum. His aliisque verbis auditis ac pertractatis, cognovimus te, ut mandavimus, congruo tempore venire ad nos non posse, quod cum maxima festinatione ad præsens ire oportet; sed tamen ubicumque erimus pro te & vice tua erimus, & tu ubi fueris pro nobis in persona nostra eis, juvando ac sustinendo ac defendendo honorem nostrum, & specialiter nepotem nostrum F. aliosque fideles nostros, ut bene appareat te esse inimicum inimicorum nostrorum, & amicum amicorum nostrorum.

AD CONCILIUM LINGONENSE

Pro liberandis Ecclesiis a prædonum direptionibus anno 1116. celebratum

ADDITIO.

DE *Lingonensi concilio, cujus pauca tradit Vignerius in chronico Lingonensi, nemo fusius disserit supra veterem scriptorem libri tertii miraculorum S. Prudentii martyris apud Labbeum in Biblioth. MSS. tom. 2. pag. 619. Ita enim ille:*

Turbabatur jam passim pax dudum quiete degentium, & undique oriebantur prædonum copiæ, quæ devote Deo famulantium vexabant monasteria; proinde angebantur sacri præsules ecclesiarum pro pulsa quiete ovium suarum. Quapropter communi deliberarunt tractatu, ut multa conglobata synodo communiter paci ecclesiarum consulerent. Anno itaque a conceptu celeberrimo Virginis intemeratæ millesimo centesimo sextodecimo lingonica promota cathedra religiosi nominis viro Joceranno, ejusdem præsulis late pervolat edictum, omnes invitans ad concilium sexto idus Junii.

Huic vero placito Dei (sic quippe vulgari dicitur consuetudine) præstitus fuerat locus a Besuano distans burga ter quaternis fere stadiis juxta villulam scilicet, quam lucum nuncupavit antiquitas. Est enim ibi admodum grata planicies; eà satis congrua tali censetur negotio. Facto conventu, præsidentibus venerabilibus viris Guidone scilicet archipræsule Viennensi, & præfato Joceranno, imperato silentio, surgens prædictus Archipontifex: Jamdudum, ait, dilectissimi satis compertum fuerat ab initio Christianismi Mosaicum illud obsolevisse præceptum: *Oculum pro oculo, & dentem pro dente:* cum Christicolis magis gloriosum esset non solum non rependere talionem, verum etiam percutienti maxillam præbere & alteram, & auferenti tunicam dimittere & pallium; nunc vero diverso nimium more Christiani non patiuntur, sed inferunt fratribus mala. Proh pudor! ecce sui ecclesiam persequuntur, & quam tueri proprio cruore ab exortibus sacræ fidei debuerant, miserabiliter invadunt, & affligant. Lacerant plane filii matrem vipereo more, quam præducem ad syderea deberent comitari palatia: ecce, inquam, milites non Christi, sed Diaboli religiosorum incursant conventicula, diripiunt spolia, auferunt cibaria, totosque pauperis pro Deo conversationis violenter extorquent sumptus: Hæccine opera Deus Jesus docuit? His ne factis paradisi patebit aditus? absit: hæc enim non ad cœleste, cui suspiramus regnum, sed ad tartaream, quam devitamus

ANNO CHRISTI 1117.

mus pertinent, abyssum. His & hujuscemodi declamatis a viro facundissimo cœpere audientium mitescere pectora, & in pacis modestiæque velle concurrere sacramenta. Illo vero in tempore S. Stephanus abbas noster imaginem clavigeri cœli, & corpus almiflui Prudentii, quod ab eo mirifice argento & auro lapidibusque pretiosis exornatum fuerat, ad idem concilium ferri fecit, nec non & sanctorum aliorum pignora, quæ longum est referre, quæ a conventu totius synodi devotissime suscepta cum hymnisono concentu in præparatis decenter collocantur tentoriis. Aderat autem, sicut prædixi, ineffabilis hominum multitudo, nec non & illustrium virorum diversæ dignitatis non exigua copia. Fusa itaque sacri eloquii exhortatione, quam pacis constat habuisse exordium, & procursum devoti populi millia sanctorum suppliciter sollicitatura suffragia, ut moris est, progressu tumultuose perlustrant oratoria. *Narrat subinde ægrotorum permultos S. Prudentium pro recuperanda sanitate supplicasse, qua occasione addit*: Nonnulli sacri cleri (quod etiam me pudet propalam dicere) aliqui monasticæ professionis falso jactari talia de Prudentio beatissimo, ac potius sub obtentu lucri a Besuanis callide commentata, quaqua versum poterant invidia stimulante divulgabant. Quorum oblocutorum eousque processit vecordia, ut ad aures etiam illustrissimi ducis Burgundiæ personaret, qui diu factum tantæ novitatis in puerulo cum cæteris proceribus sagaciter eventilans, & in dubium veniens directo satellite parentes pueri jubet accersiri, percuntaturus tam admirabilem rei ordinem. Quibus accitis & facti, ut digestum est superius (*supra enim puerum sanitati restitutum narraverat*) referentibus seriem cum jejurando, reverendissimus dux cum abscindentibus obtrectatoribus nimium indignatus in laudem prorupit benignissimi conditoris, qui tot tantisque sanctos suos consuevit extollere præconiis.

Alia etiam signa narrat ibi in conspectu concilii sacrorum lypsanum contactu patrata, quæ, utpote ad rem præsentem minus necessaria, libens prætereo. Demum sic auctor narrationem de concilio suam claudit. His aliisque patratis virtutibus, compositoque ecclesiæ statu, jurata pace ad imperium præsulum finitur placitum.

AD CONCILIUM ENGOLISMENSE

Anno MCXVII celebratum

ADDITIO.

Acta Engolismensis Concilii referunt, quas inferius dabo, literæ; relata prius ex t. VI. Annalium Ordinis S. Benedicti L. LXXII. num. XX. historia controversiæ illius, quæ concilium istud occupavit.

Grandis hoc tempore controversia Rothonenses inter & Kemperlegienses monachos exorta est super Bella-insula, quam Leo IX. & Gregorius VII. Rothonensibus olim asseruerant contra donationem ab Alano Cornugalliæ comite Kemperlegiensi monasterio ab ipsa ejus origine factam. Non obstante horum pontificum auctoritate, Kemperlegientes hanc insulam pacifice possederant usque ad hoc tempus, quo Herveus Bothonensis abbas, Cononi comitis fultus præsidio, illam insulam occupavit. Querelas hac de re detulit Gurhandus abbas Kemperlegiens. ad Girardum Engolism. ep. & apost. sedis legatum. Is primum Conano comiti hac de causa „ scripsit, eumque hortatus est, ut abbatem „ Kemperlegiensem ac monasterium illud, „ quod ejus antecessores in honorem Sanctæ crucis fundaverant, tueretur; seque „ mirari dicit, quod personis terræ suæ interdicat ne ad justitiam sanctæ Romanæ „ ecclesiæ veniant, quod nec reges, nec cæteri principes facere ausint; multo minus „ id facere debeat comes, qui *a vicario S. Petri*, idest a summo pontifice, principatum suum teneat. Cæterum, si id facere „ pergat, gladium beati Petri ipsi ejusque „ principatui imminere. Sub hæc, idem Girardus episcopus, vocatis partibus, induciisque semel & iterum Rothonensi abbati datis, cum Herveus abbas Rothonensis ecclesiastica censura posthabita, per violentiam Conani comitis Bellam-insulam armata manu invasisset, in eum sententiam tulit una cum Petro Santonensi electo, Hugone S. Eparchii abbate, Iterio magistro scholarum Santonensi, aliisque; eandemque insulam Kemperlegiensibus restitui sancivit. *Actum Engolismæ anno incarnationis Dominicæ MCXVII. indictione X.* quod judicium Briccio Namnetensi, Marbodo Redonensi, Morvano Venetensi, Rivallono Aletensi, cæterisque Brittanniæ episcopis literis significavit. Ad hæc Morvano Venetensi, in cujus parochia Rhotonense monasterium situm est, alias literas scripsit, quibus eum monebat, se in secunda hebdomada imminentis quadragesimæ concilium celebrare statuisse, cui præcipit Morvanum episcopum cum Rothonensi abbate adesse; alias si abbas non comparuerit, canonicæ districtionis sententiam in eum proferendam. Cum vero nec sic a cœptis desisteret abbas, Girardus Ermengardi comitissæ, Conani comitis matri, scripsit, ut inter illos monachos pacem & concordiam re„ formaret. Respondit Ermengardis, se id „ libenter facturam, si modo Rothonensibus „ interdicti, & excommunicationis sententia „ relaxaretur, qua in re Conanus filius suus „ injuriam sibi factam querebatur, quippe „ qui nihil injussu Papæ ipsiusque legati fe„ cisset. Cæterum eum paratum esse emen„ dare si quid erravisset. In fine legato sua„ det, ut inducias usque ad ipsius concilium „ comiti, & monachis concedat. De eodem „ quoque negotio Gislebertus Turonum ar„ chiepiscopus Conano literas misit, ad quas re-

ANNO CHRISTI 1118.

„ respondit comes, se, si erraverit, jussu „ papæ erravisse, & ad emendandum, si „ quid peccavisset, paratum esse. Tandem cum Rothonensis abbas concilio defuisset, interdicti & excommunicationis sententia in eum, ejusque monasterium asserta est, quam Jocerannus Lugdunensis episcopus probavit, & Paschalis papa confirmavit.

LITERÆ GERARDI ENGOLISMENSIS EPISCOPI

A S. L. ad Herveum Rotonensem abbatem, quem ad concilium invitat.

Gerardus Engolismensis episcopus & sanctæ Romanæ ecclesiæ legatus Herveo Rotonensi abbati. In exordio epistolæ te salutarem, nisi quia interdictum nostrum contemnis, & cum monachis tuis schismaticis factis scienter participas. Apostolicæ siquidem sedis auctoritate te invitamus, ut concilio quod in secunda hebdomada imminentis quadragesimæ Engolismæ celebraturi sumus, remota omni occasione, intersis, de invasione Bellæ-insulæ & de inobedientia quod justitia dictaverit suscepturus.

EJUSDEM AD MORVANUM VENETENSEM EPISCOPUM.

Gerardus Engolisinensis episcopus, & sanctæ Romanæ ecclesiæ legatus Morvano venerabili Venetensi episcopo salutem & benedictionem. Adversus pullulantia vitia & enormitates in ecclesia & populo Dei emergentes, ex præcepto domini nostri papæ concilium in secunda hebdomada imminentis quadragesimæ Engolismæ celebrare disposuimus; ad quod fraternitatem vestram invitamus, atque apostolicæ sedis auctoritate vobis præcipimus, ut Herveum Rotonensem abbatem ex nostra & vestra parte, quod remotis occasionibus eidem concilio intersit, invitetis. Quod si a tanto conventu se subtraxerit, procul dubio canonicæ districtionis sententiam suscipiet.

Ad hoc pariter concilium utcumque pertinet sequens Hildeberti Cenomanensis epistola XXVIII. lib. 2. nov. edit. quam omissam ab aliis conciliorum collectoribus, hic supplendam duxi.

GIRARDO (Engolismensi) EPISCOPO.

Hildeb. & Marbod. opuscula l. 2. p. 125.

Potestati cedit ad gloriam, injurias ulcisci nolle cum possit. Quod fraternitas vestra satis episcopaliter attendens, Guillelmo de Longejo indulsit, qui pro Hugone, vestro scilicet excommunicato, in Engolimensi concilio agens, dum ejus quæreret gratiam, amisit vestram. In quam scilicet intercessione nostra redierit, tamen quia semper suspecta est offensa potestas, adhuc per nos deprecatur sibi in integrum ignosci. Quod eum constabit adeptum, si provectui ejus persona quam offendit non obstat. Absit autem ut sic ad ultionem remissæ revoletis injuriæ, cujus est, in remittenda ex animo injuria, solem prævenire occidentem. Bis Deo sacrificat offensus & clemens præsul. A tyranno parum differt sacerdos illatæ memor injuriæ. Præterea immeritum persequitur, puniens, quam remisit, offensam. Remisistis autem; & hoc nobis signum. Guillelmum nobis in præfatum commisistis e concilio, præcipientes, ut ex deliberatione nostra super hoc satisfaceret Deo, quod excommunicato vestro communicare præsumpserat. Si quid igitur apud amicum preces amici possunt, sentiat Guillelmus ab animo vestro omnem omnino propulsatum rancorem, quoniam qui potuit offendere, potest & vult offensam devotis redimere obsequiis. Vale.

GELASIUS PAPA II.

Sedit ab anno MCXVIII. ad MCXIX.

APPENDIX AD EPISTOLAS GELASII II.

EPISTOLA GELASII PAPÆ CONTRA G. G.

(*Gregorium seu Burdinum*) *æmulum suum.*

Gelasius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri C. Prænestino episcopo apostolicæ sedis legato salutem & apostolicam benedictionem.

Jamdudum nostras tibi literas misimus, sed utrum ad te pervenerint, ignoramus. Quæ ita se habent. Post electionem nostram diaconus imperatoris furtive & inopinata velocitate Romam veniens, nos egredi compulit. Pacem postea minis & territionibus postulavit, dicens, se facturum quæ posset, nisi nos ei juramento pacis certitudinem faceremus. Nos ei fratrum nostrorum consilio pacem obtulimus. Ille statim, die videlicet post electionem nostram quarta, Baracensem episcopum, qui Burdinus a Normannis dicitur, anno præterito, sicut nosti, a domino prædecessore nostro Paschali papa in concilio Beneventi excommunicatum, in matris ecclesiæ invasionem ingessit. De quo etiam tibi notum est, quod cum per nostras olim manus pallium accepisset, prædicto domino nostro & ejus catholicis successoribus, quorum primus ego sum, fidelitatem juraverit. In hoc autem tanto facinore nullum de Romano clero imperator, Deo gratias, socium habuit. Sed Wibertini quidam, Romanus de sancto Marcello, Centius, qui dicebatur sancti Grysogoni, & Teuto, qui tanto per Italiam tempore debacchatus est, tam infamem gloriam celebrarunt. Sane nos cum fratribus nostris & episcoporum collegio in præterito palmarum die Capuæ regem ipsum cum idolo suo excommunicavimus. Tuæ igitur experientiæ præcipimus, ut omnia hæc per commissæ tibi legationis partes fratribus constitutis nota facere studeas, & ad matris ecclesiæ ultionem, sicut oportere cognoscis, præstante Deo, accingaris. Data Capuæ Idibus April.

ANNO CHRISTI 1118.

AD CANONICOS LUCENSES.

Eorum consuetudines approbat & innovat.

Gelasius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Benedicto Archidiacono, Uberto archipresbytero, Rainerio primicerio, Mauro cantori Lucanæ ecclesiæ, eorumque fratribus tam præsentibus, quam futuris in perpetuum.

Ex Commentar. Cajetani ad vitam Gelasii Rer. Ital. t. 3. p. I. pag. 405.

CHaritatis bonum est proprium, aliena damna propria deputare, & alienis tanquam propriis gaudere profectibus. Ea propter petitiones vestras clementer admittimus, & vobis antiquas ecclesiæ matricis consuetudines confirmamus. Ut videlicet unctiones infirmorum, & sepulturæ civitatis propriæ ad matricem ecclesiam pertinentes, & officium, & participatio beneficii funerum ad alias ecclesias pertinentium vobis nulla clericorum calliditate aut laicorum quorumlibet, subtrahantur. Electiones priorum, & collocationes clericorum in aliena ecclesia infra urbem, vel extra in suburbiis sine consensu episcopi, & priorum, qui loco positi nominantur, matricis ecclesiæ non fiant. Nec laicorum violentia in aliqua ecclesiarum ulla priorum, aut clericorum fiat electio. Et nulla ecclesiarum episcopatus vestri præter eorum consensum alicui subjiciatur ecclesiæ. Neque publica & majora negotia aliqua sibi ecclesiarum ipsis invitis arripiat, aut publicas pœnitentias tribuat. Nec sententias, & interdictum matricis ecclesiæ temptet infringere. Nulla etiam vestri episcopatus persona sine consensu episcopi, vel priorum, qui loco positi nominantur, matricis ecclesiæ excommunicetur; & quod ab episcopo ligatum fuerit, a nemine irritum duci temptetur. Sane civitatis vestræ clerici, & qui in suburbiis sunt, solitas obedientias, videlicet in letaniis, in processionibus communibus, in festivitatibus & stationibus majoris ecclesiæ eidem impendant ecclesiæ, ut vobiscum adsint. Porro in quintæ feriæ nocte ante pascha, nulla ecclesia secundum morem vestræ ecclesiæ campanas sonet: neque, in sabbato sancto cereum benedicat; sed ad baptismum prædicti clerici, prout consuetum est, veniant. Nulla præterea ecclesiarum missas solemnes celebret in festivitate B. Martini, & S. Reguli, & in secunda feria paschæ, & in processionibus quadragesimæ, donec stationis solvantur conventus. Nullus etiam clericorum officium vivorum, aut mortuorum ad matricem ecclesiam pertinens facere, vel celebrare præsumat. Ad hæc adjicientes statuimus: ut decimæ matricis ecclesiæ ab his, qui tribuunt, non fraudentur. Et ulla eas clericalis persona subripiat, aut diminuat. Nulli etiam episcopo liceat aliquem matricis ecclesiæ canonicum officio, seu beneficio, sine canonico privare judicio. Sane charitativa illa ciborum beneficia, quæ ab episcopis vestris (sive præsentes, sive absentes fuerint) in solemnioribus festis consuevistis accipere, vobis, vestrisque posteris rata præcipimus, & illibata servari. In his omnibus prædecessoris nostri sanctæ memoriæ Paschalis papæ privilegium confirmamus, & stabilitate perpetua corroboramus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, sæcularisque persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisve sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Domini nostri Jesu Christi alienafiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem justa Conventui ista servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi; Quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

† Ego Gelasius Catholicæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Signum † manus meæ: Deus in loco sancto tuo.

† Ego Deusdedit Card. Presbyter Tit. S. Laurentii in Damaso subscripsi.

† Ego Petrus Card. Tit. S. Susannæ subscripsi.

† Ego Guido Card. Presbyter Tit. S. Balbinæ subscripsi.

† Ego Petrus diaconus Card. SS. Cosmæ & Damiani subscripsi.

† Ego Petrus diaconus Card. S. Adriani subscripsi.

Datum Pisis per manum Grisogoni S. R. E. Diaconi Card. idibus septembris indict. XII. anno Dominicæ Incarnat. MCXVIII. Pontificatus autem Domini Gelasii II. PP. anno I.

AD

ANNO CHRISTI 1118.

AD CANONICOS REGULARES S. FRIGIDIANI LUCENSIS.

Jura eorum & libertates confirmat.

Gelasius episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiis, Attoni præposito, & ejus fratribus in B. Frigidiani ecclesia regularem vitam professis, ejusque successoribus in eadem religione permansuris in perpetuum.

Docente nos apostolo Paulo cognoscimus, quia ubi spiritus Domini, ibi libertas. Quia igitur Domini spiritum in vobis habitare credimus, & ex ipsorum operum exhibitione confidimus, libertatem vobis, quæ a prædecessore nostro sanctæ memoriæ Paschali papa collata est, nos auxiliante Domino confirmamus. Et quæ ab eo vobis per privilegii paginam concessa sunt, nos quoque præsentis decreti auctoritate concedimus, & rata, atque stabilia permanere censemus: salva, sicut ab eo constitutum est, Lucani episcopi reverentia. Præterea canonicas consuetudines observandi vobis auctoritatem tribuimus, ad susceptæ religionis augmentum. Neque ullum gravamen vobis inferri permittimus ex privilegio, quod a nobis B. Martini canonici pro antiquis ecclesiæ suæ consuetudinibus acceperunt. Regularibus enim congregationibus nihil illa præjudicant. Nulla quietem vestram processionum, aut litaniarum perturbet indictio. Nisi quæ ante Ascensionem Domini, totius concursu civitatis, publice fiunt. Parochianos vestros, nisi forte publico crimine teneantur, nullus invitis vobis excommunicare, aut ad pœnitentiam præsumat admittere. Sicut in suprafati prædecessoris nostri epistola continetur. Neque ulli capellanorum liceat sine consensu vestro, mortuos vestræ parochiæ sepelire. Sed vos eos infirmos, sicut consuevistis, ungatis, & mortuos præter alicujus infestationem sepeliatis. Chrisma, oleum infirmorum, quæ vestra ex antiqua consuetudine suscipit ecclesia, majoris ecclesiæ clerici, hac urbis occasione non auferant. Neque clericos vestros ordinari prohibeant, ut per Dei gratiam quiete & pacifice conversantes, professionis vestræ propositum plenius observare possitis. Si qua sane ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi. Quatenus & hic fructum bonæ rationis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

† Ego Gelasius ecclesiæ Catholicæ episcopus.

Signum manus meæ: Deus in loco sancto suo.

† Ego Lambertus Ostiensis episcopus.

† Ego Deusdedit presbyter Card. S. Laurentii in Damaso.

† Ego Guido presbyter Card. Tit. S. Balbinæ.

† Ego Petrus diac. Card. SS. Cosmæ & Damiani.

† Ego Petrus diac. Card. S. Adriani.

† Ego Amicus subdiaconus Card. & abbas S. Laurentii foris muros.

Datum Pisis per manus Chrysogoni S. R. E. diac. card. VI. Kal. Octob. Indict. XII. anno Dominicæ Incarnationis MCXIX. Pontificatus autem domini Gelasii II. papæ an. I.

AD COLONIENSE CONCILIUM,

In quo diris devotus est Henricus IV. imperator, anno 1118. celebratum,

ADDITIO ET ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

1118. De anno quo utrumque concilium a Conone S. A. L. celebratum est ita disserui in meis ad Pagium adnotationibus ad annum 1118. 21.

Concilia Coloniense, & Frideslariense ad hunc potius annum 1118. cum Baronio, quam ad annum sequentem consignari oportere perspicuum jam fore eruditis arbitror, ex quo in codice Udalrici Bambergensis vulgata est epistola Adalberti Moguntini ad (Attonem) Bambergensem episcopum, in qua illum redarguit, quod concilio Coloniensi invitatus venire neglexerit, iterumque ad Concilium Frideslariense V. Kal. Augusti, a legato papæ (Conone) celebrandum, ut veniat, denunciat. Cum igitur concilia in diem dominicam indici mos fuerit, diesque V. Kal. Augusti hoc anno, non vero sequenti, in dominicam inciderit, huic anno ambo illa concilia assignanda esse arbitror. Frideslariense concilium ab hoc anno 1118. removendum non esse deduco pariter ex authore coævo vitæ S. Norberti cap. 4. narrat enim virum sanctum post peroratam causam suam in concilio Frideslariensi, rebus & muneribus suis omnibus abdicatis una cum sociis duobus pauperem nudumque itineri sese dedisse, & cum aliquandiu pererrasset, pervenisse tandem ad S. Ægidium, ibique pontificem Gelasium nactum vitam suam illi adprobasse. Cum igitur pontifex ad portum S. Ægidii hoc anno 1118. appulerit, ut notat Pagius hic num. 14. & ante anni finem inde discesserit, ut iter suum prosequeretur, nec eo iterum redierit; hinc Frideslariense concilium hoc anno celebratum conjicitur. Insu-

ANNO CHRISTI 1118. super utrumque hoc concilium anno 1118. assignat vetustus author chronici Sampetrini Erfurtensis legendus inter scriptores Rer. German. Menk. to. III. pag. 20.

Ad acta vero hujus concilii utcumque pertinet epistola sequens ex Udalrici Bambergensis codice accepta n. 291.

Reverentissimo Bambergensium episcopo A. Moguntinæ sedis minister indignus, fraternæ dilectionis & orationis inviolabile pignus.

QUod proxime dominus Prænestinus Romanæ ecclesiæ legatus nobis apostolica auctoritate denuntiaverat, nostra quoque diligentia, per omnia Romanæ autoritati subdita, solertim impleverat, denuntians & vobis sub eadem autoritate & nostra, uti ad concilium Coloniæ celebrandum vestra veniret præsentia. Sed quia hoc nescio qua prætermissum fuerit negligentia eadem quidem quæ & cæteris eisdem concilii neglectoribus, vobis quoque injuncta esset sententia, scilicet vel divini officii suspensio, vel a communione corporis & sanguinis A Dominici formidanda interdictio, nisi nostræ petitionis diligentia hoc prævenisset, & eximia sanctitatis vestræ reverentia, ne id fieret, apud ecclesiam promeruisset. Quibus simul concurrentibus causis & cooperantibus, hoc tandem obtinuimus, ne quid severitatis vestra subiret dilectio, cujus hactenus in ecclesia valuisset devotio. Dignum nimirum arbitratus sum in omnibus honori vestro & reverentiæ parcendum, & pro posse, loco & tempori providere & consulere, cum sanctitatis vestræ dilectio beato Magno se devotæ caritatis nobis obligaverit munere. De cætero, sicut in mandatum accepimus, denuntiamus, ut ad concilium V. Kalendarum Augusti, Fridislariæ a prædicto B legato celebrandum, indubitanter veniatis, ne hujus & mandati neglector effectus, austerioris sententiæ decretum, mea petitione nil amplius prævalente, vobis indicatis. Præterea ducem F. & confratrem ejus & G. Palatinum & reliquos complices eorum in prædicto concilio excommunicatos noveritis. Literas etiam nostras rogamus, ut fratribus nostris, Pragensi scilicet & Moraviensi episcopis, dirigatis.

(a) f. be & mag

AD FRIDESLARIENSE CONCILIUM

Contra Henricum imperatorem, anno 1118. celebratum

ADDITIO.

An. 1118. PRimo omnium cedo mihi verba anonymi Scriptoris chronici S. Trudonis apud Dacherium Spicileg. tom. 2. pag. 697. qui concilium hoc in Frisebart collectum scribit, eo enim nomine designari ab authore illo credo urbem Frideslariam in Turingia.

Missus ad eam (*ecclesiam Germanorum*) Cono episcopus Prænestinus, Romanæ ecclesiæ legatus, congregatumque est concilium magnum in loco qui vocatur Frisebart, tam de abbatibus & episcopis, quam de multitudine clericorum & monachorum, cui propter obedientiam, qua vocabatur, non ausus fuit deesse D. abbas hujus nostri cœnobii videlicet S. Trudonis Rodulfus, ne ab officio & communione ecclesiæ suspenderetur. Excommunicatur in eodem concilio imperator Henricus, sicut & in Gallicana ecclesia, cum propter prædictam culpam, tum propter tyrannidem quam exercebat in ecclesiam. Propter fideles imperatoris cum multa sollicitudine & timore actum & peractum concilium fuit; sed & domnus abbas Rodulfus non sine minori sollicitudine, atque timore domum rediit, utpote per medium fidelium imperatoris: sicque in turbato regno facta est satis major perturbatio.

Dein afferenda est epistola Adalberti Moguntini Archiepiscopi ad Virzburgenses canonicos, in qua de rebus in eodem concilio tractatis sermo fit, cui pariter & aliam adjungo ejusdem argumenti ab eodem archiepiscopo scriptam. Utramque vero suppeditat Udalricus Bambergensis num. 289. & 290.

D

EPISTOLA MOGUNTINI ARCHIEPISCOPI

Ad VVirzburgenses canonicos.

Dilectis in Christo VVirzburgensis ecclesiæ fratribus, & decano, & camerario, magistro scholarum & cæteris ejusdem ecclesiæ canonicis, A. Moguntinus Dei gratia id quod est, debitam in Christo servitutem & orationem.

ECclesia, cui qualiscumque, Deo jubente, deservio, hanc vestram ecclesiam, tanquam mater specialem filiam suam, semper fovens & diligens, quantum de profectu suo in Domino ampliori exultat lætitia, tantum, si quid sinistri de ea fama resperlit, abundantiori absorbetur tristitia; & merito. Nos enim unum in Christo sentire, unum esse debemus, videlicet capiti membra concordare; quod caput Christi est, a quo qui se dimenbrat aliquo schismatis & hæresis sacrilegio, profecto in æternum peribit. Deus enim noster non Deus dissensionis est, sed E Deus pacis & unitatis, a quo dissentit, qui a Romana discordat ecclesia, cui in his, quæ præcipit roborat sanctorum patrum autoritas; non obedire ariolari est: quod totum quisque tanto sibi perniciosius contemnit quanto scientius. Si autem contemnens periclitatur, quid ergo dicemus de aliquo obstinata mente contradicente & impugnante evidentissimam veritatem? De quo comminan-

NO STI 8.

nantis voce prophetæ dicitur: Væ, qui ponit lucem tenebras & tenebras lucem & amarum dulce & dulce amarum, & cætera quæ terribiliter sequuntur. Quæ & similia vestræ fraternitatis prudentiæ nos recitare idem esset ac si laboremus solis claritatem facibus accensis adjuvare. Proinde, chariſſimi, jam moneo & rogo fraternitatem vestram, ut viciniora saluti sentientes, sanctæ matris nostræ ecclesiæ catholicæ unitatem diligatis, & solicitius totam summam & intentionem veteris ac novi Testamenti in hoc constare perpendatis, quod genus humanum Deo per obedientiam reconciliatur, a quo in primo parente per inobedientiam recessit; & ut destruatur regnum cupiditatis & ædificetur regnum charitatis. Ad hæc, quoniam aliqui vestrum proniores esse detecti sunt, quam suæ conveniat professioni, communicare excommunicatis, & defendere eos, quod dolens dico, pene incidistis in grave & intolerabile periculum. Nam ut testificari potest, dominus Henricus frater vester, qui interfuit concilio Fridislariæ domini cardinalis C. -- nisi noster pro vobis interventus intercessisset, sententiam excommunicationis incurrissetis. Quam ne coram inspectore cordium incurratis, tam moneo vos, quam diligo vos, qui ex professione laicis debetis esse speculum & fenestræ, per quas solis veri radii immitti debent ecclesiæ sanctæ. Ad summam, nullus vestrum, Deo teste, sincerius & ardentius diligit & inquirit ea, quæ pacis sunt, quam ego & sequentes quod expedit eis erga Deum & hominem, veneror & amplector. Alioquin nec ego nec quilibet sane sapiens, contemto rege regum, obsequium & dilectionem cuiquam debemus impendere. Denique commonitorias has inpræsentiarum charitati vestræ direximus literas, multum confidentes de vestræ correctionis melioratione: sin autem, quod absit, cor & aures obduraveritis, ut nihil in vos durius dicam, cavebo ulterius per dissimulationem non bonam communicare peccatis alienis. Deus pacis & charitatis omnium corda vestrum in sui amoris affectum accendat.

ITEM EPISTOLA, CUJUS SUPRA, AD BAMBERGENSES CANONICOS.

Sanctæ Bambergensis ecclesiæ clero, primoribus & subditis, A. Dei repropiciante clementia, Moguntinæ minister ecclesiæ, recta sapere & unum esse in spiritu Christi & ecclesiæ Catholicæ.

INtuentes religiosi cleri hujus honestatem & prudentiam semper ubique prædicabilem, non facile persuaderi potuit, vos in aliquo exorbitare ab ecclesiasticæ communionis tramite: maxime cum habeatis episcopum E animarum vestrarum, & oportuerit vos obedire Deo magis quam hominibus; quia melius est confidere in Domino, quam confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus. Sed nunc, quod tamen dolentes audivimus, ubique a laicis blasphematur, quomodo Romana & Catholica communione postposita, episcopi quoque vestri exemplo obedientia postposita, aliqui vestrum excom-

A municatis personis indifferenter communicetis & promiscue, quæ Dei sunt reddatis obsequio Cæsaris. Profecto meminisse debetis, quanta privilegia habeatis a Romana ecclesia matre vestra & magistra, quæ si vias vestras gradiens, pro inobedientia perderet vester episcopus, sero pœniteret, episcopali jam officio suspensus. Sufficere autem vobis poterat, nobis quoque satis est & cuilibet discipulo, si sit sicut magister ejus; & evidens est exemplum omnibus, quod Clemens nemini loquitur, cui non loquitur Petrus. Proinde cum hæc Deo volente semper nobilis ecclesia inter consortes filias elegantiori & speciali excellat prærogativa, nos, qui, licet indigni, metropolitana fungimur cura vice B beati Petri, nec non potuimus hoc factum vestrum dissimulare & pro loco isto non esse solliciti. Tangit etenim nos mutuum debitum, quod majore obligatione inter nos & locum istum est, a die ordinationis meæ contractum. Si enim inter XV. Moguntini privilegii suffraganeos, oleo benedictionis tanquam filios Aaron in sacerdotium suscitandos cæterorum, primogenitis postpositis, solum vestrum in meam benedictionem præelegi episcopum, quomodo illi non compatiar, ut filius patri? quomodo denique non commonefaciam vos fratres ut frater primogenitus? Quod si ille vias vestras vobis ostendit, & de salute & cautela communionis observan- C dæ ab excommunicatis, ut debuit commonuit, atque, ut Sara filium suum Isaac cum Ismaele ludere non permisit, & altero in diversas culturas separato hæredem filium infra domum, quæ est ecclesia, reservavit, officium suum, inquam, fecit & vos secum pastor vester conservavit. Nos quoque in partem apostolicæ solicitudinis vocati, fungentes tenore vocis nobis delegatæ, quia scimus anathema excommunicatæ communionis inter vos esse; interdicimus in omni loco hoc divini officii verbo Domini & judicio Spiritus Sancti usque ad satisfactionem vestri episcopi.

„ Denique idem Adalbertus scriptis literis D „ ad hoc concil. invitavit Eginonem abba- „ tem S. Udalrici Augustanum. Has literas „ profero ex Udalscalco in Narratione de con- „ troversia inter Hermannum Augustensem e- „ piscopum (quem in concilio Coloniensi sa- „ cra communione privatum literæ illæ innu- „ unt) & Eginonem vulgata a Canisio in le- „ ction. Antiq. to. III. par. II. pag. 14. novæ „ editionis.

*Sanctæ Augustensis ecclesiæ filiis & fratribus, cum E. abbate sancti Udalrici, Arnoldus * Moguntinæ sedis minister indignus, fraternam dilectionem cum oratione.*

QUod proxime a domino Prænestino Romanæ sedis legato apostolica auctoritate denuntiatum fuit vobis, nos quoque eandem denunciamus vobis. Sed quia hæc neglexistis, nec vos nec ille quem dicitis episcopum vestrum, sancto concilio interfuistis, ipsum quidem, quia jam diu a domno papa episcopali & sacerdotali suspensus est officio, communione corporis & sanguinis Domi-

ANNO CHRISTI 1118.

* I. Adalbertus.

mi-

ANNO CHRISTI 1118. 1119. mini usque ad satisfactionem privatum esse sciatis: vos autem adhuc nostra intercessione dilatos, idem tamen subituros nisi sancto concilio Fridesflariæ V. Kal. Augusti celebrando, abbates & prælatos ecclesiæ vestræ interesse faciatis. Quod quidem sicut in mandato accepimus, apostolica autoritate & nostra præcipimus. Præterea super querela illius A vestri Adalberti nos eadem firmasse, quæ apostolicam sedem fecisse cognovimus, fraternitati vestræ notificamus. Adulterum enim & adulteram & omnes consentientes excommunicavimus. In qua damnatione vester dictus episcopus non excipitur, quia non faciendo justitiam patienti injuriam, consensum crimini adhibere probatur.

CONCILIUM VVORMATIENSE

A Conone A S. L. Anno 1118. *celebratum.*

An. 1118. PRæter duo illa concilia Coloniense & Frideslariense, quæ a Conone A. S. L. celebrata historici plures agnoscunt, tertium aliud ab eo collectum memorat author Chronici Regii S. Pantaleonis Coloniensis, qui tamen duorum illorum non meminit. Quare dubius hæreo num Wormatiense scripterit pro Frideslariense. En ejus verba. *Kuno Prænestinus episcopus a domino Paschali missus, & eo mortuo a successore suo Gelasio ad officium sanctum per episcopum VVivariensem ordinatus, literis adprime auctoritate patrum roboratus veniens Coloniam multis clericis eo convenientibus VVormatiæ synodum celebravit.*

Hujus sive alterius concilii a Conone habiti occasione datam arbitror epistolam Cononis ad Fridericum Coloniensem archiepiscopum, quam hic ex Martene Vet. Mon. t. I. pag. 664. subjicio.

Cono Prænestinus Dei gratia episcopus & apostolicæ sedis vicarius venerabili fratri Friderico Coloniensi archiepiscopo, animæ suæ dimidio, gaudium & lætitiam in Spiritu Sancto.

DEnuntiamus vobis in nomine Domini, ut non cito moveamini a vestro sensu tam dictis pseudofratrum nostrorum, quam aliorum dicentium non pertinere ad vos excommunicare regem: B quia nec rex nobis commissus, nec de parochia nostra esse videtur, quibus ex ore domni papæ efficaciter respondemus, quia etsi nobis parrochiali jure commissus non fuerit, auctoritate tamen Spiritus Sancti & sanctorum patrum pro tanto scelere merito excommunicare debuimus: attendentes quod B. Ambrosius Theodosium imperatorem Romanum non sibi commissum, licet non papa, non patriarcha, non ecclesiæ Romanæ legatus, excommunicavit pro scelere, quod non in parochia sua, sed Thessalonice commiserat. Quidam falsi fratres mandaverunt nobis, quod pax esset inter vos & regem, sed domnus papa nec nos credere C voluimus quousque vos videremus.

CALLISTUS II. PAPA

Sedit ab anno 1119. *usque ad* 1124.

AD EPISTOLAS CALLISTI II. PAPÆ

APPENDIX

ADMONITIO EDITORIS.

An. 1119. QUamquam illæ, quas subjicimus, epistolæ non quidem omnes a Callisto datæ sunt, juvat tamen eas in collectione conciliorum exhibere quæ ad canonicam pontificis electionem afferendam pertinent. Suppetunt illæ ex duplici editione, nempe ex Udalrici codice, & ex Martene Veter. Monum. to. I. pag. 644. ex quo hic damus eodem quo E apud illos ordine servato.

EPISTOLA PETRI EPISCOPI PORTUENSIS AD CARDINALES,

Qui cum Gelasio obeunte fuerunt.

Laudat eorum in providendo ecclesiæ necessitatibus prudentiam.

Dilectis in Christo fratribus, episcopis, cardinalibus & cæteris clericis sive laicis qui cum papa Gel. fuerunt, P. Portuensis. salutem in Domino.

Ex Martene Vet. Mon. t. I. pag. 64[4] cum seq.

SCriptum est: *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.* Proinde benedictus Deus, qui simplicitatem cor-

ANNO CHRISTI 1119.

cordis veſtri tanta prudentia illuſtravit, ut magnis eccleſiæ neceſſitatibus ſalubri & maturo conſilio provideretis. Licet enim me obitus domini noſtri papæ Gelaſii contriſtaverit, petitioni tamen veſtræ promto & alacri animo diligentiam dedi, atque ut cæteri fratres vobiſcum in unum ſaperent ſollicitus laboravi. Quod honeſte ſatis per Dei gratiam factum eſt, ſicut per nuncios noſtros, qui auxiliante Deo, in proximo ad vos venturi ſunt, plenius cognoſcetis.

EPISTOLA CRESCENTII SABINENSIS ET VITALIS ALBENENSIS EPISCOPORUM AD CARDINALES

Electioni ſummi pontificis per eos factæ aſſenſum præbent, rogantque concilium a papa celebrari pro bono pacis.

Cariſſimis in Chriſto fratribus, epiſcopis, cardinalibus, epiſcopi qui Romæ ſunt C. Sabinenſis, V. Albanus in Domino ſalutem.

LIteras a veſtra fraternitate communes & proprias lætanter ſuſcepimus, & petitioni veſtræ cum devotione aſſenſum præbuimus, ſicut venerabilis frater noſter O. archipresbyter Salvatoris cum ſocio ſuo vobis narrare poterit, quos ad dominum papam & ad vos direximus cum literis confirmationis & noſtris ſubſcriptionibus. Ipſi enim viderunt & audierunt, quomodo nos in calendis Martii omnes pariter congregati ſumus, epiſcopi, cardinales, presbyteri, diaconi, ſubdiaconi cum reliqua multitudine Romanæ urbis, cleri & populi, & electionem pontificis a vobis factam ſinguli ore proprio laudavimus & confirmavimus. Reſtat igitur ut ſicut petitioni veſtræ feſtinum præbuimus aſſenſum, ita & vos neceſſitatibus noſtris, largiente Domino, præbere feſtinetis auxilium (*a*). Ex concilio autem noſtro, ſi vobis placet, domino papæ ſuggerite concilium celebrare, de pace ſi fieri poteſt & eccleſiæ liberatione tractare.

EPISTOLA CARDINALIUM ROMÆ EXISTENTIUM AD CARDINALES

Qui ultra montes erant.

Approbant electionem papæ per eos factam.

CArdinales Romæ degentes Bonefacius tituli ſancti Marci, Johannes tituli Sanctæ Ceciliæ, Anaſtaſius S. Clementis, Benedictus tituli Eudoxiæ, Diviſo tituli ſancti Equitii, Tibaldus tituli Pammachii, Reinerius tituli SS. Marcellini & Petri, Deſiderius tituli S. Praxedis, Gregorius S. Lucinæ tituli, Hugo tituli Apoſtolorum, cariſſimis fratribus & cardinalibus qui ultra montes ſunt, ſalutem.

Dilectionem veſtram latere non credimus, quod ex Romanæ eccleſiæ filiis, presbyteris & diaconibus, & infra urbem, ſi poſſibile fuerit, vel extra in locis finitimis poſt deceſſum ſummi pontificis, perſona ad papale officium idonea decretis ſanctorum pontificum teſtibus, ad culmen apoſtolicum debeat exaltari. Sane quidem noſtris exigentibus meritis, quia nos ſumus in quos fines ſæculorum devenerunt, cum ex Romano more electionem facere impediamur, electionem quam vos de domino Gu. olim archiepiſcopo Viennenſi, nunc vero domino noſtro feciſtis, charitate debita conſentimus, & conſentiendo nos, Spiritu divino afflante, laudamus, unanimitate vinciente corroboramus.

EPISTOLA CARDINALIUM ROMÆ EXISTENTIUM

Ad cardinales qui ultra montes erant.

Ejuſdem argumenti.

VEnerabilibus in domino fratribus, diaconibus cardinalibus, qui ultra montes ſunt, diacones cardinales qui Romæ ſunt, ſalutem.

Quemadmodum, cariſſimi nobis, ſcripſiſtis, in dilectione noſtra tum pro eodem ordine, tum pro ejuſdem officii æqualitate plene confidere poteſtis. Quocirca dilectioni veſtræ notum ſit, eodem nos vobiſcum charitatis vinculo connexos, ad totius eccleſiæ utilitatem ac ſtatum de tanti viri electione idem ſentire, laudare, confirmare, ac per omnia unanimiter tenere. Quidquid igitur proſperi vobis divina gratia favente provenerit, nobis fratribus veſtris ſignificare curate.

EPISTOLA CARDINALIUM ROMÆ EXISTENTIUM AD EPISCOPOS GALLIÆ.

Confirmata Calixti papæ electione, orant pro eo obedientiam & orationes.

EPiſcopi cardinales qui Romæ ſunt, dilectis fratribus in Chriſto univerſis Galliarum & aliarum partium epiſcopis, abbatibus, & ceteris Chriſti fidelibus, ſalutem.

Fraternæ dilectioni veſtræ notum eſſe volumus, quia nos qui communi voto & deſiderio electionem a fratribus noſtris, qui ultra montes ſunt, factam de domino Gu. Viennenſi archiepiſcopo, in Romanæ eccleſiæ pontificem Calixtum, omnes pariter laudavimus & confirmavimus. Veſtram itaque fraternitatem rogamus, obſecramus in Domino in idipſum nobiſcum ſentire, laudare, & tenere, eique vice beati Petri ſicut Romano pontifici obedire. Precibus etiam aſſiduis pro eo Dominum exorare, quatenus ei virtutis ſuæ præbeat incrementa, eumque cum grege ſibi credito perducat ad gaudia ſempiterna.

EPISTOLA CARDINALIUM QUI SUNT ROMÆ AD CARDINALES ULTRA MONTES EXISTENTES.

Mittunt nuntios cum decreto electionis, ſeu cum decreti confirmatione.

FRatribus in Chriſto cariſſimis epiſcopis, & cardinalibus, & reliquis B. Petri fidelibus, qui ultra montes ſunt, fratres qui Romæ ſunt ſalutem dicunt. Aliis

ANNO CHRISTI 1119.

Aliis jam literis vobis significavimus, quia quod a vobis de pontificis electione factum est (Supple ex Cod. Udalric. *a nobis quoque pariter*) cum magna cleri & populi multitudine laudatum est & confirmatum. Et quia terreni itineris securitatem non habemus, nuncios cum literis & subscriptionibus nostris per mare ad vos, Deo auxiliante, mittemus. Dominum papam Calixtum tota ecclesia prædicat, nomen ejus in missarum celebrationibus celebratur, & a scrinariis, sicut consuetudo est, in cartis quas faciunt ponitur. Vos itaque constanter & viriliter agite, & nobis laborantibus fratribus, modis quibus potestis succurrite, quia & nos pro viribus operamur, ut dominum papam & vos cum gaudio & honore suscipiamus. (a)

CONFIRMATIO ELECTIONIS CALIXTI PAPÆ II.

Cardinalium Romæ existentium subscriptionibus roborata.

Venerabilibus episcopis & cardinalibus & clericis, ac laicis, qui cum domino Gelasio fuerunt, episcopi & cardinales & ceteri clerici sive laici fideles B. Petri, salutem in Domino.

De obitu domini nostri beatæ memoriæ papæ Gelasii tanto amplius contristamur, quanto majora per eum subsidia sperabamus. Verum quia sic placuit ei, qui nutu suo regit & disponit omnia, sit nomen ejus benedictum in sæcula. Post ipsius autem obitum non dubitamus eam vobis incubuisse necessitudinem, ut esset vobis opus & saluti vestræ providere, & de statu ecclesiæ ac pontificis electione tractare, atque ideo quod vos summa, sicut ipsi novimus, necessitate cogente fecistis, nos quoque ratum habemus & stabile, & fratribus nostris qui alibi sunt idipsum nobiscum sentire mandamus. Acceptis siquidem literis quas misistis, in altero die apud ecclesiam sancti Johannis de insula congregati sumus, episcopi, cardinales, presbyteri, diaconi & subdiaconi, ac reliqui clerici, judices quoque & scrinarii, ac ceteri palatii ordines, & plures Romani nobiles; Præfectus etiam per nuncios suos & cum multa frequentia cleri & populi electionem a vobis factam secundum Romanam consuetudinem laudavimus & confirmavimus; & clerici quidem post confirmationem *Te Deum laudamus* cantabant. Laici vero, ut moris est, magnis vocibus acclamabant, Calixtum papam sanctus Petrus elegit. Multi etiam qui tunc nobiscum adesse potuerunt, audito quod a nobis confirmatum fuerat, laudaverunt. Ut autem de unanimitatis nostræ concordia vos certiores efficiamus, nomina eorum, non tamen omnium qui huic confirmationi interfuerunt, ad vos scripta dreximus.

Electionem per Dei gratiam a fratribus nostris episcopis & cardinalibus factam de domino Guidone Viennensi episcopo ego Crescentius Sabinensis episcopus laudo & confirmo.

Ego Petrus Portuensis episcopus laudo & confirmo.

Ego Vitalis Albanus episcopus laudo & confirmo.

Ego Bonefacius tituli S. Marci laudo & confirmo.

Ego Manfredus Tiburtinus episcopus laudo & confirmo.

Ego Comes diaconus cardinalis S. Mariæ in Aquiro laudo & confirmo.

Ego Nicolaus primicerius scholæ cantorum laudo & confirmo.

Ego Rainerius prior subdiaconus scholæ basilicæ laudo & confirmo.

Ego Gregorius scholæ basilicæ subdiaconus laudo & confirmo.

Ego Vincentius exorcista laudo & confirmo.

Ego Johannes exorcista laudo & confirmo.

Ego Paulus lector laudo & confirmo.

Ego Nicolaus hostiarius laudo & confirmo.

Ego Benedictus presbyter prior S. Mariæ Majoris cum omnibus clericis catholicis ejusdem ecclesiæ laudo & confirmo.

Ego Johannes archipresbyter sancti Petri apostoli cum omnibus catholicis ejusdem ecclesiæ laudo & confirmo.

Ego Alexis hostiarius laudo & confirmo.

Ego Nicolaus archipresbyter S. Anastasiæ cum tota parocnia nostra laudo & confirmo.

Ego Dodo archipresbyter S. Mariæ in Aquira cum omnibus clericis ejusdem laudo & confirmo.

Ego Johannes archipresbyter sancti Laurentii in Lucina cum omnibus clericis ejusdem ecclesiæ laudo & confirmo.

Ego Senebaldus archipresbyter S. Mariæ secundi cerei laudo & confirmo.

Clerici in Insula laudamus & confirmamus.

Clerici S. Adelberti omnes laudamus & confirmamus.

Ego Petrus presbyter S. Mariæ de Maxima laudo & confirmo.

Ego R. archipresbyter ecclesiæ B. Mariæ trans Tyberim de titulo Calixti, cum omnibus canonicis, & capellanis ejusdem ecclesiæ laudo & confirmo.

Ego Benedictus archipresbyter S. Mariæ in Monticello cum clericis nostris laudo & confirmo.

Ego Anastasius S. Pauli abbas cum omni congregatione nostra laudo & confirmo.

Ego Petrus abbas S. Silvestri cum fratribus nostris omnibus laudo & confirmo.

Ego Robertus abbas S. Andreæ de Clivo Scauri cum omni congregatione nostra, laudo & confirmo.

Ego Rainerus S. Basilii laudo & confirmo.

Ego Petrus prior & rector monasterii sanctorum Cosmæ & Damiani cum tota congregatione nostra laudo & confirmo.

Ego

(a) In cod. Udal. additur: *Restat igitur ut sicut petitioni vestræ festivum* (f. festinum) *præbuimus assensum, ita & vos in necessitatibus nostris, largiente Domino, nobis præbere festinetis auxilium. Ex consilio autem nostro, si vobis placet, domino papæ suggerite concilium celebrare, de pace, si fieri potest, & de ecclesiæ liberatione tractare.*

ANNO CHRISTI 1119.

Ego Heinricus abbas sancti Laurentii Paripарnæ cum omnibus fratribus nostris laudo & confirmo.

Ego Otto archipresbyter sancti Salvatoris, quæ vocatur Aquila-felix, laudo & confirmo.

Ego Gregorius archipresbyter S. Gregorii cum clericis nostris laudo & confirmo.

Ego Gratianus archipresbyter sancti Stephani in Cœlio monte laudo & confirmo.

Ego Centius presbyter ecclesiæ S. Simeonis laudo & confirmo.

Ego Johannes Yconomus S. Johannis ante Portam Latinam laudo & confirmo.

Ego Azo archipresbyter in Via-lata sanctæ Mariæ cum omnibus clericis ejusdem ecclesiæ laudo & confirmo.

Ego Johannes archipresbyter S. Mariæ in Minerva cum clericis nostris laudo & confirmo.

Ego Nicolaus archipresbyter S. Sixti cum clericis nostris laudo & confirmo.

LITERÆ HÆRETICORUM AD CALISTUM II. PAPAM

Ipsius electioni assensum præbent.

Calixto Dei gratia universali pontifici R. S. Eusebii cardinalis, & G. SS. apostolorum, & M. S. Pancratii abbas obedientiam in Domino.

ETsi literæ electionis vestræ ad nos non pervenerint, ea tamen nobis manifestata, gavisi sumus, orantes Deum, ut si quid minus in ea est, gratia ipsius benigna vobis & nobis impleat. Nos quod jam per septennium plurimum faticati pro catholicæ veritatis confessione vix jam valentes sufficere, postulamus per Dei misericordiam respirare. Verum quia id in vobis obtinere posse Deum credimus, electionem vestram, quam neque lepra symonis, neque tumor ambitionis infecit, tanquam a Deo datam amplexi sumus. Intelleximus enim a vobis completum fuisse capitulum electionis, quam Apostolus in epistola ad Hebræos interierit: *Nec quisquam*, inquit, *sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron.* Pontificato igitur vestro a Deo vocato, nullam maculam secundum conscientiam nostram in probando electionem vestram secundum votum quod semper habuimus collaudantes amplectimur, sperantes omnem maculam hæresis per sanctum studium vestrum ab ecclesia Romana propelli. Unde nostra suscitata diligentia electioni vestræ, eam confirmantes, subscribimus, tanto quidem devotius, quanto puriorem esse per Dei gratiam confidimus.

Similiter presbyter Bonus-homo, presbyter Berardus, presbyter Angelus S. Andreæ, presbyter Angelus, Johannes archipresbyter S. Mariæ Rotundæ, Dodo presbyter S. Mariæ in Aquiro, Desiderius archipresbyter sanctorum Apostolorum, cum omnibus clericis ejusdem ecclesiæ, presbyter Benedictus S. Stephani, presbyter Johannes S. Nicolai, Angelus sanctæ Mariæ in Via, Beraldus S. Basilii, Astaldus & Johannes abbas sancti Apollinaris, presbyter Mannus S. Petri ad vincula, presbyter Leo, & Nicolaus S. Laurentii in Lucino, cum pluribus aliis.

CONVENTUS AD RENUM

Pro pace & rerum ablatarum restitutione, ac Calisti II. admissione

Anno 1119. celebratus.

1119. CRescebant hoc tempore in Germania turbæ, nihilque sanctum habebatur, adeout tregua illa Dei, cujus tanta erat tunc apud omnes religio, passim violaretur, *nec ipsa sacramenta pro observatione divinæ pacis professa custodirentur*. Rebus igitur componendis Henricus imperator, ait Annalista Saxo Eccardi, *totius regni sacerdotum ac procerum nunciis compulsus generalem fieri apud Triburium conventum consensit in festo Sancti Johannis Baptistæ; ubi de omnibus quæ sibimet imponerentur, juxta Senatus consultum se satisfacturum spopondit, quo conventu, circa novembris initium in Rhenanis partibus habito, tam adversariorum quam amicorum usus imperator consilio, per omne regnum unicuique suis rebus spoliato propria concedi præcepit, cunctaque regum antiquorum fiscalia suam in ditionem interim recepit, paxque universalis per provincias ab omnibus haberi collaudatur; sed parum profecisse reipsa comprobatur. Aderant etiam legati tam Romanorum, quam Viennensium, immo diversarum ecclesiarum, confirmantes electionem Domini Calixti, cui omnes nostrates episcopi obedientiam professi, synodum, quæ circa festum S. Lucæ indicebatur, collaudassent, imperator pollicebatur se ipsum ibi ob reconciliationem universalis ecclesiæ præsentandum iri. Id enim Catalaunensis episcopus & Cluniacensis abbas apud Argentinam ipsum convenientes multis ratiocinationibus obtinuerant.*

AD REMENSE CONCILIUM

A Callisto II. papa anno 1119. celebratum

ADDITIO.

AD hoc Remense concilium pertinet decretum illud seu privilegium in gratiam monasterii Chaldenbrunnensis in dioecesi Halberstadensi siti, quod dein anno sequenti 1120. die XVI. Kal. Maji Reinhardus Halberstadensis episcopus in sua dioecesana synodo publicavit; suoque sigillo munivit. Affert illud Ludevvig Reliquiar. to. X. pag. 134. ex quo huc transfertur.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS.

Reinhardus episcopus Halberstadensis confirmat monasterio in Chaldenbrunen bona atque prædia, quibus a fundatore suo VVichmanno comite ecclesia fuit dotata an. 1120.

REinhardus divina favente clementia antistes Halberstadensis.

Noverint omnes fideles tam futuri quam presentes, virum nobilem Wihemannum cognatum meum predia sua, pro remedio anime sue necnon dilecte conjugis omniumque parentum suorum, cum omnibus utilitatibus que modo vel amodo inde provenire poterint ecclesie nostre principali ad altare protomartiris Stephani contulisse, eo videlicet tenore, ut de eodem predio, in loco qui dicitur Chaldenbrunen, apostolicam scilicet communem & canonicam vitam, Deo opitulante instituerem. Hec autem tam suo quam earum provinciarum jure in quibus hec sita sunt, Saxonie, scilicet & Thuringie: ipsemet stabilivit, in legitimo placito, se comite pro tribunali sedente; in Botelstede me presente & comitibus Lodhevvico & Wicberto, & utrorumque filiis, comitibus & Sizzone & Berengario, ceterisque suis compatriotis. Similiter autem consummata, bannoque Adelberti Moguntini archiepiscopi, indissolubiliter firmata sunt, in Erphesphorde, me presente, & episcopo Spirense Brunone, omnibusque supradictis, presentibus quoque suis heredibus & devote laudantibus Ecberto clerico, Heremanno, ac Guncelino laicis. Hec sunt predia in Hivvenbuke & Crhavenestorp. X. mansi. & dimidius. & vinea. in Holdenstede. VIII. mansi, & vinea. in Helpede. V. mansi & vinea. & Eradesthorp. XI. mansi. in Sutthardesthorp. II. in Rovekesthorp. I. in Paneckendorp. III. in Seburch. dimidius. in Roldesthorp. I. in Asleve I. & dimidius. in Luttekendorp. dimidius. in Liefdegesdrop. dimidius. in Dielnice. dimidius. in Asendhorp. I. in Dulne. XXXVII. in Ludesleve. XXXIII. mansi. exceptis aliis jugeribus, que super sunt. & I. molendinum in Storquice: VII. mansi. in Zoulice. XIV. in Namelikesdhorp. XXX. in Esekendorp. dimidius. in Querenvorde. dimidius. Hec sita sunt in episcopatu Halberstadensi. & comitatu Palatini comitis Friderici. in Cosceboche. VIII. mansi: in Modhelvvice. V. in nova villa juxta illam. VI. in Dhretis. I. in Dhroganice. IV. in Butine. XIV. in Ruceschesece. XII. Hi L. mansi siti sunt in pago Orlan. In Lengevelt. VII. in Dhurnevelt. IX. in alio Dhurnevelt. I. in Rotthorph. VIII. in Vurthern. I. in Thovbeche. X. & I. molendinum in Suegerstede. V. in Urankenhusen. II. Panstadhes. Hec predia sita sunt in episcopatu Moguntino in B Thuringia. His igitur predictis prediis ecclesia sancti Johannis Evangeliste in Chaldenbrunnen primum est dotata. Reliquorum vero bonorum suorum cum clientibus Moguntine & nostre Halberstadensi ecclesie contradidit ad eam justiciam, qua meliores earundem ecclesiarum fruuntur, necnon cognatis & amicis quibus voluit. Prefate igitur ecclesie omnimoda statuimus libertate & quiete, quatenus inibi Deo famulantes a quibuslibet nulla prorsus gravamina patiantur. Decernimus etiam Dei famulis ibidem regulariter viventibus, liberam electionem, quatenus quemcunque sanioris consilii fratres. de eodem sive de alio monasterio ejusdem C ordinis sedem eam elegerint, episcopi consensu statuatur. Super hunc ergo locum & omnia eidem pertinentia neminem episcopus advocatum constituat, nisi quem præpositus petierit, nec idem preter statutum ab eadem ecclesia quicquam exigat nec advocatiam diutius obtineat, quam utilitas ecclesie postulaverit, & preposito placuerit. His omnibus ut dictum est oblatis, idem vir nobilis dignius adhuc. immo holocaustum. domino dulcissimum, semetipsum obtulit, relictis que possedit omnibus, factus est egenus egeni discipulus. Si quis igitur contra hoc decretum, quod absit, temere venire temptaverit. & secundo terciove commonitus non resipuerit, ipsum perpetuo anathemati de- D putamus. Ceterum prefato loco justa servantibus beneficiisque ac defensione adstipulantibus divina retributio recompenset, ac celestis benedictio in presenti & futuro multiplicet. Amen. Hoc statutum auctoritate beati Petri Apostolorum principis, & domini pape, & sicut ipse ante nos suo banno & privilegio in Remensi stabilivit concilio, & nos stabilimus, ac nullo modo mutandum sub anathemate obligamus. Hanc vero cartam jam conscriptam Ego Reinhardus manu propria corroboravi meoque sigillo insigniri jussi. Data XVI. Kal. Maij. anno Dominice incarnationis. M. C. XX. indictione XIII. anno autem ordinationis domini episcopi Re- E inhardi. XIV. Actum in Halberstat. pleno concilio in cena Domini. Papa Calixto II. Mogontino archiepiscopo. & Romanæ Sedis Legato Adelberto, Halberstadensi episcopo Reinhardo, primo preposito Thidmaro, & primo advocato Wichberto. Feliciter. Amen.

In

In tergo literarum hæc leguntur.

Privilegium Reinhardi episcopi Halberstad. super advocatiam Kaldenbrunn. ad nutum prepositi eligendum. Et confirmatio bonorum ecclesie predicte. Et quod eadem libertate litones possidere debeamus, quatenus eos Wicmannus comes fundator presate ecclesie possedit.

Et paulo infra.

Si attente legeris in hoc privilegio. XIII. testes scriptos habes ydoneos, in diversis locis, ideo quod nemo recalcitret.

AD CONCILIUM TOLOSANUM

ADDITIO.

Ecclesia S. Polycarpi confirmatur monasterio Electi in concilio Tolosano anni 1120.

Calixtus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Raimundo Electensi abbati salutem & apostolicam benedictionem.

SUper ecclesia S. Policarpi jam diu a prædecessore nostro sanctæ memoriæ Paschale papa inter vestrum & Crassiense monasterium definitio facta est: nuper autem in concilio, quod per Dei gratiam Tolosæ celebravimus, Crassensis abbas Berengarius querelam deposuit, quod in definitione illa Crassense fuerit monasterium aggravatum, pro eo quod in unius tantum Crassensis fratris præsentia judicium fuerit promulgatum. Ne igitur aliqua ei conquerendi relinqueretur occasio, ex abundanti querimoniam ejus audivimus. Causa tamen diligentius indagata, nihil aliud in ea invenire potuimus quam quod prædicti domini nostri sententia definivit. Ea propter nos auctore Deo quod a sede apostolica de ipsa beati Policarpi ecclesia constitutum est, ejusdem sedis apostolicæ auctoritate firmamus, & ratum in perpetuum manere decernimus, præcipientes ut nulli omnino hominum liceat locum illum ab Electensis monasterii subjectione subtrahere, aut temerariis vos inde vexationibus fatigare. Si quis ergo decreti hujus tenore cognito, temere, quod absit, contraire temptaverit, honoris & officii sui periculum patiatur, aut excommunicationis ultione plectatur, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit. Fratres qui nostræ huic retractationi & decisioni interfuerunt hi sunt: Cono Prænestinus & Lambertus Hostiensis episcopi, Boso, Deusdedit presbyteri, Petrus & Gregorius diaconi cardinales, Ricardus Narbonensis, Ato Arelatensis, Bernardus Auxiensis archiepiscopi: Raimundus Barbastrensis, Gualterius Magalonensis, Arnaldus Carcasiensis, Amelius Tolosanus, Berengarius Gerundensis, Gregorius Bigorritanus episcopi, Bernardus Atonis vicecomes Biterrensis, Centullus comes Bigorritanus. Datum Tolosæ II. idus Julii. Ego Calixtus catholicæ ecclesiæ episcopus. Datum Tolosæ per manum Griscgoni S. R. E. diaconi cardinalis, ac bibliothecarii II. idus Julii, indictione XII. Dominicæ incarnationis anno MCXX. pontificatus autem domni Callixti secundi papæ anno priori.

CONCILIUM REMENSE

In causa restitutionis episcopatus Tornacensis inter annum 1119. & 1120. celebratum.

BAldrico Noviomensi episcopo, qui anno 1119. adhuc in vivis agebat, fatis functo ante annum 1120. quo Lambertus Noviomensis episcopum jam agebat; Tornacenses a Paschali papa literas impetrarunt, quibus copia sibi dabatur peculiarem sibi episcopum eligendi, cum antehac, qui Noviomensibus idem & Tornacensibus episcopus præfuisset. Re comperta Noviomenses alias pro se literas procurarunt, ut electus ab illis Lambertus geminos illos episcopatus pristino more teneret. Nihilo tamen secius Tornacenses episcopum suum renunciarunt Herbertum; cui sedando schismati addictus pontifex rem totam Rodulfo Remensi archiepiscopo commisit. Ille sibi subditos episcopos convocat, diemque statuit, *qua Lambertum consecrare debebat*, verba sunt Herimanni abbatis in narratione Abbatiæ S. Martini Tornacensis, Dacher. Spicileg. to. 2. pag. 920. *Ipso vero die rex Ludovicus Remis adveniens omnes episcopos advocat, & ut diligenter de eodem negotio inter se tractarent, admonet. Si enim, inquit, videritis magis ad Dei honorem & animarum salutem competere, ut Tornacensis ecclesia proprium episcopum habeat, ego libenter concedo, quia nihil me in hoc perdere video, nec voluntati Dei, vel animarum saluti in aliquo resistere volo: neque volo ut aliquis per me dicat hoc bonum remansisse, vel se sub mea palliatione coram Deo paret excusare. Cui domnus Joannes Moriensis episcopus vir religiosus respondens; Vere, inquit, domine rex hoc dicto animam vestram liberastis: nunc videant domini nostri episcopi quid agere debeant. Archiepiscopus tamen in eo quod cœperat perseverans, prædictum Lambertum super utramque ecclesiam consecravit episcopum; multis mirantibus quod magis diligeret pecuniam reponere, quam Remensi ecclesiæ antiquam dignitatem reddere, quod utique facere potuisset facile, & regis permissu, & auctoritate domini papæ.*

ANNO CHRISTI 1120. 1121.

CONCILIUM ROMANUM

Quo de ordine sessionis inter Ravennatensem & Mediolanenses archiepiscopos disceptatum, a Callisto II. post annum 1120. celebratum.

Post an. 1120.

Ex iis quæ ad Lateranense concilium generale anni 1123. disputavi, plane demonstrasse confido, Romanum illud concilium, in quo de ordine sedendi inter Olricum Mediolanensem & Gualterium Ravennatensem disceptatum est teste Landulpho a S. Paulo Histor. Mediolan. cap. XXXVII. diversum plane esse a concilio Lateranensi generali. Quæ si veritati constiterint, aliud profecto Romanum concilium sub Callisto B II. statuere oportet post annum 1120. quo Olricus in Mediolanensem cathedram ascendit. Quæ vero de hoc concilio nota sunt, accipe ex eodem Landulpho: *Olrico Mediolanensi sedente in Roma, tunc cum papa Callistus synodum Romæ celebravit: ego ab ecclesia mea exturbatus, & propriis meis rebus & allodiis expoliatus, coram domino papa Callisto, ejusque curia consedente in Lateranensi palatio, causam meam notavi, & ut eam explicarem in synodo, synodum intravi. In qua synodo, gratia antiquæ honestatis Mediolanensis ecclesiæ, & condiscipulatus Olrici, valde condolui de perturbatione, quam Ravennas archiepiscopus faciebat sibi. Poscebat enim Ravennas locum sedendi in synodo ad dexteram apostolici, nullo mediante: quem locum Grosulanus possedit, quando restitutus fuit; Jordanusque qui Grossulano successit, eundem locum habuit tunc quando idem Grosulanus eundem Jordanum deponere studuit.* (a) *Hac itaque ratione, & multis aliis, quæ tunc in memoria non habebantur, domnus Olricus Mediolanensis archiepiscopus, locum illum obtinere non dubitavit. Sed tamen ipse Mediolanensis Olricus, in secunda feria, qua incœpta & celebrata fuit synodus, loco vacante, neque in palatio, neque in synodo apparuit. Synodus vero tunc in tertia feria non fuit, & idem Mediolanensis palatium non intravit. Sed in quarta feria dum synodus celebrata fuit, Olricus idem Mediolanensis archiepiscopus, ad dexteram Apostolici Callisti nullo mediante sedit.* Et infra: *Ego expectans alteram diem convenientem meæ causæ, meæque querelæ, ex improviso vidi & audivi, quod domnus papa gratia consecrandi altare dissolvit synodum in ipsa die Mercurii, nec ultra ab eo synodum celebrari audivi, nec vidi.*

(a) Amb... hi fueru... Mediola... nenses ... chiep.

CONVENTUS HERBIPOLENSIS

Pro pace ecclesiæ Germanicæ restituenda anno 1121. habitus.

An. 1121.

Conventus hujus historiam ex Anselmo Gemblacensi authore coævo describit Labbeus; forte ratus conventum Quintilineburgensem, quem ibi describit Anselmus, eundem esse cum Herbipolensi, de quo Urspergensis. Sed quidquid sit de Urspergensi, quem modo consulere non vacat; profecto constat Annalistam Saxonem Eccardi, quem Urspergensis expilavit, Herbipolensis hujus conventus circa *festum sancti Michaelis* collecti D historiam plane ab Anselmo diversam narrare, ex quo duos hosce conventus confundi nequaquam posse intelligas. Anselmus enim discessum e consessu re infecta narrat; Annalista vero conventum fuisse inter partes affirmat. En rei gestæ seriem ex eodem. *Evolutis post hæc tribus fere mensibus Heinricus imperator venit cum ingenti comitatu in civitatem VVirceburth; juxta condictum vero Saxonum principes una cum Mogontino præside, cæterisque castrametati sunt juxta rivum, qui VVerna dicitur, unius diei iter habentes a rege intersticium. Ibi securitate per internuncios utrobique composita, post triduum loco prænominato imperatorem* E *conveniunt, a quo pacifice extra muros, propter nimiam utrius partis turbam recepti, exinde per continuam septimanam uni se quotidie curiæ colligunt, ibique semper super præsenti schismate regni & sacerdotii solerter tractare non cessaverunt; sed licet nonnulli pacem odientes scandala nova veteribus superseminare tentaverint, tamen quia ordinationis divinæ proposito, unde tot capita reipublicæ convenerant, resistere nemo potest; tamdem imperator, sponsionis suæ non immemor, universas quæstiones, quæ ventilabantur, non sui met arbitrio, nec suorum quorumlibet contentione, sed juxta senatusconsultum concludi per omnia in omnibus concessit. Unde quia multa, quæ ibi tunc magnanimiter disposita sunt, enarrare longissimum est, ea tantum, quæ etiam maxima causa ejusdem conventus fuerunt, hic annotare sufficiat, utque pacem firmissimam & ab omnibus universalem sub vitæ periculo legaliter institutam, regalia vel fiscalia regno, ecclesiastica ecclesiis, prædia deprædatis, hæreditates hæredibus, omnique personæ vel conditioni propriam adjudicatam esse justiciam; ad hæc prædones furesque edictis imperialibus persequendos, sive legibus antiquitus constitutis coercendos, unanimi conjuratione confirmatum est; & quicquid scandali ac perturbationis per regna Germaniæ succurrerat, omnimodo eradicari decretum est. De verbo autem excommunicationis, unde scandala pene cunctæ pullulaverant, nihil est definitum; tamen ad apostolicam audientiam concorditer in divino timore dilatum, denominatis in præsenti legatis, qui Romam hæc omnia deferrent, quatenus indicto per auctoritatem apostolicam generali concilio, quæcumque humano non possent, spiritus Dei judicio terminarentur. His ita reverenter pro honestate simul & utilitate regni dispositis, designati sunt in præsenti do-*

Ex Annal. Sax. Eccar. t. I. pag. 646.

domnus Otto Babenbergenſis præſul, dux Heinricus, comes Beringerus, qui hæc omnia Noricis principibus, qui tunc forte aliis occupati Reipublicæ cauſis prædicto conventui deerant, apud Ratiſponam Kal. Nov. convocari intimarent, quos & ad omnia hæc voluntarios invenerunt.

Conventionis ſeu fœderis hujus leges in publicas tabulas redacti ex MS. codice S. Germani de Pratis Pariſienſis vulgavit P. Martene Vet. Monum. tom. I. pag. 672. qui tamen illis hunc titulum inepte præfixit: *Formula pacis inter papam & imperatorem;* ſcribendum enim fuerat: *Inter eccleſiaſticos imperii & imperatorem;* neque enim tunc quidquam adhuc cum papa tractatum fuerat; ſed erant velut induciæ, ut pax interim tractaretur.

FORMULA PACIS

In Conventu Herbipolenſi compoſitæ.

HOc eſt conſilium in quod convenerunt principes de controverſia inter domnum imperatorem & regnum. Domnus imperator apoſtolicæ ſedi obediat, & de calumnia, quam adverſus eum habet eccleſia, ex auxilio & conſilio principum inter ipſum & domnum papam componatur, & ſit firma & A ſtabilis pax, ita quod domnus imperator quæ ſua & quæ regni ſunt habeat, eccleſiæ & unuſquiſque ſua quiete & pacifice poſſideant. Epiſcopi quoque in eccleſia canonice electi & conſecrati pacifice ſedeant uſque ad collaudatam in præſentia domni papæ audientiam. Spirenſis epiſcopus eccleſiam ſuam libere habeat. Wormatienſis ſimiliter præter ipſam civitatem uſque ad præſentiam domni papæ. Captivi & obſides ex utraque parte ſolvantur. De hæreditate palatini comitis Sigefridi, ſicut Metis inter ipſum & domnum imperatorem definitum fuit, ita permaneat, ſed etiam quod eccleſia adverſus imperatorem & regnum de inveſtituris cauſatur, principes ſine dolo & ſine diſſimulatione B elaborare intendunt, ut in hoc regnum honorem ſuum retineat. Interim donec id fiat, epiſcopi, & omnes catholici ſine ulla injuria & periculo communionem ſuam cuſtodiant. Et ſi in poſterum domnus imperator conſilio, ſive ſuggeſtione alicujus ullam in quemque vindictam pro hac inimicitia exſuſcitaverit, conſenſu & licentia ipſius, hoc inter ſe principes confirment, ut ipſi inſimul permaneant, & cum omni charitate & reverentia, ne aliquid horum facere velit, eum commoneant. Si autem domnus imperator hoc conſilium præterierit, principes ſicut ad invicem fidem dederunt, ita eam obſervent.

AD VVORMATIENSEM CONVENTUM

In quo inter ſacerdotium & imperium pax coaluit,

Anno 1122. *habitum*

ADDITIO.

1122. PRocurata a Germanis Romana legatio in Germaniam venerat, atque ad pacem omnibus diſpoſitis ſolemnis eccleſiaſticorum & laicorum conventus Moguntiam primum, dein Wormatiam indictus eſt, quo concedentes imperator, legati apoſtolici, & cum epiſcopis principes, in eam convenerunt pacem quam boni omnes per tot annos fruſtra pro- D curaverant. Hujus conventus hiſtoriam ex Anſelmo Gemblacenſi deſcribit Labbeus, cui nihil ſupra addit Annaliſta Eccardianus, a quo ſuperſedeo. Duo tamen addenda ſuperſunt, quæ omiſiſſe pœniteret. Primo enim afferam epiſtolam legatorum S. R. E. qua S. Othonem Bambergenſem ad conventum hunc Moguntiam primum indictum invitant. Tum ſubjiciam epiſtolam veluti Synodicam Adalberti archiepiſcopi Moguntini ad pontificem, quem de rebus in eo conventu geſtis reddit certiorem. Priores literas ſervavit nobis Udalricus Bambergenſis in codice num. 304. alteras vero habemus paratas apud Martene Veter. Monum. to. I. pag. 671. E

Lambertus Oſtienſis epiſcopus, Simon presbyter, Gregorius diaconus, cardinales & legati, venerabili fratri Othoni Babenbergenſi epiſcopo, ſalutem in Chriſto.

Ex domini noſtri papæ totiuſque Romanæ eccleſiæ auctoritate pro ejuſdem eccleſiæ & regni pace componenda cum regis ac principum nunciis deſtinati ad partes iſtas acceſſimus. Verum quod vos pro eccleſiæ libertate tuenda ſollicitari ac laborare cognovimus, imo ſi pacis ac tranquillitatis intuitu nos clementia divina reſpicere voluerit, vos tanquam ſpecialem ipſius matris filium ac dilectum in Chriſto fratrem, ipſius pacis & conſolationis participem eſſe deſideramus. Quapropter fraternitati veſtræ per præſentia ſcripta mandamus, ut omni occaſione remota in beatæ Mariæ nativitate Moguntiæ nobis occurrere ſtudeatis.

EPISTOLA ADALBERTI ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI AD CALIXTUM PAPAM SECUNDUM.

CAlixto beatiſſimo domino ſuo & patri, univerſalis eccleſiæ pontifici A. Dei gratia & ſui miſericordia quidquid eſt, debitam cum omni devotione obedientiam.

In multis & magnis perſecutionibus & anguſtiis hactenus poſiti, quotiens de perſona domini imperatoris ſcripſerimus veſtræ majeſtati quid vobis placeret, quid principes noſtri ſentirent, in qua demum ſententia conveniſſent, non dubitamus recordari veſtræ diſcretionis beatitudinem, & in his omnibus per literas & nuntios veſtros cognovimus circa hæc maxime ſemper verſari veſtræ pietatis deſiderium, ut apoſtolica diſpenſatione veſtris potiſſimum diebus pax & con-

ANNO CHRISTI 1122.

concordia descenderent in universum mundum, si tamen ita eam pacem imperator & daret & susciperet, quod honorem Dei & matris ecclesiæ non obfuscaret, acceptaque dominis ac patribus nostris cardinalibus, qui in idipsum de latere vestro ad nos missi sunt, totius consilii & ingenii nostri vires in hoc contraximus, ut tam generale bonum ad communem ecclesiæ & regni utilitatem non differretur ulterius. Sed quia tam imperium quam imperator tanquam hæreditario quodam jure baculum & annulum possidere volebant, pro quibus universa laicorum multitudo imperii nos destructores inclamabat; nullo modo potuimus his imperatorem exuere, donec communi quique consilio, cum his qui aderant fratribus & dominis cardinalibus huic periculo nostro compatientibus, inde ecclesiæ censuram verentibus, & ob hoc vix nobis assentientibus, omnes pariter sustinuimus, quod in ipsius præsentia ecclesia debeat electionem facere, nihil in hoc statuentes, nec per hoc in aliquo, quod absit, apostolicis institutis & canonicis traditionibus præjudicantes, sed totum vestræ præsentiæ & vestræ deliberationi reservantes; immobilia enim per omnem modum & fixa esse præcepta non dubitamus, quæ ad tuendam & corroborandam libertatem ..... & ecclesiæ æterna lege sancita ..... ipse tamen imperator parum attendens quanti periculi laqueum per vestram misericordiam evaserit, & quod utcumque concessa sibi potestas adhuc impediat. Igitur judicia vestræ discussionis in legatorum vestrorum præsentia, quantum ea abusus sit ex eis expeditius cognoscere poteritis. Quocirca si per hujus ..... eandem ...... sive graviorem ecclesia Dei debet sustinere, seu virtutem solum hoc restat, ut pro palma victoriæ de cetero subjecta sit ad .... despectiones ignominiæ. Hæc non ideo dixerimus quod per nos vestra excellentia circumspecta in omnibus præmuniri possit. Sed quia sine .... sub vestra auctoritate libertatem ecclesiæ desideramus. Itaque majestatis vestræ genibus provoluti, tam suppliciter, quam juste deposcimus, ut in fratre .... episcopo Rokkero opus ecclesiæ agnoscere dignemini, & quam ipsa libere & canonice ad hunc apicem promovit, misericordia vestra confirmet & prohibeat. .... expulsione ita soffocatur libertas

A ecclesiæ, quod laicus quidam adhuc occupat ipsius sedem; & dissipando episcopatum persequitur & destruit, qui fideles .... qui ultimus omnium anulo & baculo investire non abhorruit, sub ipso articulo exterminandæ excommunicationis. Propterea memorem esse decet clementiam vestram...... ... in servitio & fidelitate sanctæ Romanæ ecclesiæ patrimoniis & beneficiis suis adhuc proscribuntur omni cartulæ perferenda commisimus, & alia complurima desiderantur in hoc sancto concilio, quæ ad vos ipsi pertulissemus nisi ægritudine, ut noverunt cardinales, præpediremur, & nisi alpium asperitas & tot locorum angustiæ ante periculum his præcipue diebus malis nobis incussissent.
B Desiderio enim faciem vestram videre desideramus antequam ab alterutrum viam universæ carnis ingrediamur.

Nec improbabile est in hoc pariter conventu approbatam fuisse sacramenti formulam, quam episcopi investituram per sceptrum recepturi nuncupabant. Hanc vero exhibet Udalricus num. CCCIX. in hæc verba.

JURAMENTUM SEU PROMISSIO

Vel imperatori debita fides.

AB hac hora in antea fidelis ero N. imperatori per rectam fidem secundum
C meum scire & posse; Non ero in consilio ut vitam aut membra perdat, Italicum regnum, & suam rectam potestatem. Infra regnum adjutor ero ei secundum meum scire & posse ad tenendum & defendendum contra omnes homines, qui sibi tollere voluerint. Si ea quæ suprascripta sunt jurasti aut juraveris, & per rectam fidem adimpleveris, senior meus neque per se, neque per subjectam personam tollet tibi vitam aut membra, nec te capiet propter hoc, quod usque modo contra eum fecisti, nisi in antea sis contra eum & convictus fueris. Prædia & proprietates quæ juste & legaliter habes, & eas terras, quas per scriptum juste habes, non
D tibi tollet, nisi justo judicio per veram legem sit judicatum. Si beneficium de regno aut de ecclesiis non habueris, & legem & justitiam ante missum mei senioris feceris, non te distringet ad curtem venire senior meus, nisi tu sponte volueris.

ANNO CHRISTI 1122. 1123.

SYNODUS GLOCESTRENSIS

In quo Monachorum jura quædam ab episcopis adempta sunt,

Anno 1122. *celebrata. Ex Gervasii Act. Pontif. Cantuar. p.* 1662.

SEcundo non. Februarii factus est conventus episcoporum, abbatum ac procerum ex præcepto Regis apud Glocestriam pro substituendo pontifice in locum defuncti. Jussu quoque Regis quidam ex monachis Cantuariensibus venerunt illuc patrem sibi electuri, sive suscepturi. Verum dum sui ordinis personam, juxta morem a tempore B. Augustini ecclesiæ Cantuariensi servatum, monachi expeterent, & episcopos omnes eo quod clerici erant, in hoc sibi penitus infestos haberent, regis pedibus prostrati petierunt lachrymosa voce, ne insuetæ professionis hominem contra morem antiquum sibi sineret præponi, cum tot in Anglia monachos haberet & abbates. Ad hæc episcopi conturbati, nulla ratione præbere potuerunt assensum. Petierunt inducias monachi, ut super iis conventum Cant. & episcopum Roffensem, qui ibidem non erat, propter suam, quam habebat, infirmitatem (consulerent). Repulsi sunt etiam ab hac petitione. Dixerunt enim episcopi eos ab ecclesia perpetuo eliminandos, B utpote transgressores & contemptores. Rex, inquiunt episcopi, dominus est, nec vestrum est in aliquo suæ contradicere voluntati.

AD CONCILIUM LATERANENSE I. GENERALE

A Callisto II. papa anno 1123. *celebratum*

ADNOTATIO ET ADDITIO.

ACta hujus concilii ex variis authoribus ac præsertim ex Urspergensi accepta Binius apud Labbeum ita describit, ut in anachronismos plane multos, rerumque inversiones incurrat. Juvat igitur in ordinem suum omnia redigere, eaque distinguere quæ ibi C confusa traduntur, quibus digerendis Annalistam Saxonem Eccardianum adhibeo. Anno 1116. Henricus sibi metuens ab iis, quæ principes & episcopos in Coloniensi concilio collectos molituros timebat, venit in Italiam, nec procul ab Urbe confidens cum Italis episcopis de pace cum Paschali pontifice componenda consultavit. Decreta est ad pontificem legatio, a quo vicissim ad imperatorem non procul ab Urbe confidentem remissa cum mandatis, ut imperatori renunciaret, nolle pontificem de investituris quidquam remittere. Hæc omnia eo tempore gesta, quo Paschalis papa Romæ concilium habebat, ex Annalista Saxone Eccardi, & ex literis ex D codice Udalrici a nobis supra ad annum 1116. productis intelligimus; quare immerito Binius hæc ipsa ad concilium Lateranense generale sub Callisto II. refert. Ita rebus infectis Henricus rediit in Germaniam, ubi omnia in pristino confusionis statu usque ad Callistum II. pontificem manserunt. Sub eo pontifice Saxones ab imperatore desciverunt, causam prætendentes schisma in Romanum pontificem. Tunc eorundem Saxonum concilium Herbipolim convenit, quo sese reddens Henricus, consensit tandem ut inducias ecclesiæ Germanicæ concederet, mitterenturque ad pontificem legati, ut impetrata ab eo ex cardinalibus legatio veniret in Germaniam. Acta E hæc sunt anno 1121. quibus successit sequenti anno 1122. missio cardinalium in Germaniam. Venientes illuc episcopos invitarunt primo Moguntiam, dein Wormatiam, ut productis ex codice Udalrici literis, & ex Annalista Saxone supra ad conventum Wormatiensem demonstravi. Ex quibus falli revincitur Binius, qui accidisse hæc post concilium generale Romanum Callisti scribit. In hoc Wormatiensi concilio Henricus cessit investituris, & pontifex vicissim investituras per sceptrum illi permisit, cujus utriusque privilegii tabulæ die IX. Kal. Octobris anni MCXXII. signantur. Rebus ita compositis sequenti anno 1123. die XV. Kal. aprilis generale concilium Romæ in Laterano convenit. Ex his inferas mendose plane scripsisse Binium, Romanam illam legationem anni 1122. in oecumenico Romano concilio decretam, Romam eo peracto rediisse. His ad historiam concilii hujus reformandam animadversis, nunc promenda quædam sunt, quibus omissiones quædam actorum ejusdem concilii supplentur. Habes illa ex Annalista Saxone ad annum 1123. his verbis: *Adalbero Bremensis archiepiscopus post Fridericum, qui* III. *Kal. Februarii obierat, canonice electus pro reposcenda pallii dignitate Romam vadit. Ibi a domino apostolico Calixto honorifice excipitur, in archiepiscopum ab eo consecratur, habitaque synodo, canonico & judiciario ordine pallium obtinuit, negligentia duorum antecessorum suorum amissum, & in Danos translatum. Addidit quoque domnus apostolicus hanc auctoritatem, ut prædictæ ecclesiæ pontifex liberam prædicandi licentiam habeat quousque terra ad Oceanum versus partes illas extenditur. His ita actis in hoc quoque domnus Papa honorem sibi adauxit, quod quemdam bonæ conversationis clericum, qui secum Romam venerat, Suevis episcopum ordinavit. Post ad patriam remeat addito sibi cardinale viro religioso, qui ex decreto domni apostolici omnibus Daniæ episcopis, ut ei sicut metropolitano obedirent, ediceret. Ab imperatore gloriose exceptus Bremam venit, frequentissimis totius provinciæ illius conventibus solemniter eum excipientibus.*

Venetus Labbei editor inter acta concilii hujus accenset bullam Callisti, qua ex definitio-

ANNO CHRISTI 1123.

tione concilii jus adimit Pisano archiepiscopo consecrandi episcopos Corsicæ. Nec immerito ille quidem, cum id reipsa discussum & definitum sit in concilio hujus anni. Præsens Romæ aderat dum hæc tractarentur Caffarus, qui dein rerum Genuensium historiam scripsit vulgatam a Muratorio Rer. Ital. to. VI. pag. 225. ex illo vero totam rei in concilio discussionem repetere juvat. Ita ergo scribit: *In isto anno* (nempe MCXXIII. ut ipse in fine hujus narrationis adnotat) *Callistus papa II. Romæ in Lateranensi ecclesia S. Johannis synodum fecit, & Januenses & Pisanos ad synodum propter discordiam eorum, vocavit, ibique pluribus diebus lite Corsicæ consecrationis a cardinalibus, & ab episcopis, & archiepiscopis diu inter eos rationata, & non concordata. Tamdem domnus Papa postquam vidit cardinales, & episcopos discordare, litis hujus consecrationis judices inde, qui litem juste definirent, posuit duodecim archiepiscopos & duodecim episcopos, nomina quorum in privilegio Januensium scripta sunt, qui ab aliis se separantes, & in quadam parte palatii semoti stantes, & multum inter se de Corsicanis consecrationibus certando, antiquum registrum Romanæ ecclesiæ legere fecerunt, & ibi invenerunt, quod Pisani archiepiscopatum Corsicæ injuste tenebant; & sic omnibus viginti quatuor concordatis coram papa in basilica palatii, præsentibus episcopis, & abbatibus, & archiepiscopis numero CCC. venerunt, & ibi Gualterius Ravennatensis ecclesiæ archiepiscopus, qui sententiam consilio ceterorum taliter dixit: Domine, nos non sumus ausi dare sententiam coram te, sed dabimus tibi consilium obtinens vim sententiæ. Consilium meum, & sociorum tale est, ut archiepiscopus Pisanus dein eis Corsicanas consecrationes dimittat, & ulterius de illis non se intromittat. Papa vero audito consilio surrexit, & dixit: Archiepiscopi, episcopi abbates, cardinales, placet omnibus vobis hoc consilium? Qui surrexerunt, & tribus vicibus dixerunt: Placet: Placet: Placet. Et papa dixit: Et ego ex parte Dei, & B. Petri, & mea laudo, & confirmo, & mane pleno concilio cum omnibus vobis laudabo, & confirmabo. Archiepiscopus vero Pisanus, inter alios episcopos sedens, hoc audito, mithram, & anulum ad pedes domni Papæ projecit, & irato animo dixit: Ulterius tuus archiepiscopus, & episcopus non ero. Papa illico anulum & mithram cum pede longe projecit, & dixit: Frater male fecisti, & deinde pœnitentiam procul dubio facies. Mane autem veniente Papa in pleno concilio Corsicanæ consecrationis sententiam dare præcepit, & Gregorius diaconus S. Angeli, qui postea fuit papa Innocentius, sententiam dedit, sicut scripta est in privilegiis Januensium. Sententia lata, statim Pisani a Romana curia sine licentia recesserunt. Januenses vero cum licentia Romanæ curiæ, & cum triumpho & gloria Januam venerunt, & parlamento pleno privilegia & omnia quæ in synodo gesta fuerant per ordinem a Caffaro narrata fuerunt, sicut vidit, & audivit in synodo; & ante synodum & post synodum pro servitio civitatis suæ moratus fuit, & quæ gesta sunt honeste & sapienter tractavit.*

Hæc Caffari, qui præsens concilio aderat, narratio vix cohærere potest cum iis quæ de concilio quodam Romano sub Callisto II. scribit Landulphus e S. Paulo, rerum Mediolanensium scriptor, qui & ipse præsens aderat, dum concilium Romæ ageretur. Ille enim affirmat histor. cap. XXXVII. concilium feria secunda cœpisse, & post unam intermediam diem tertia tandem, feria scilicet quarta, secundo patres consedisse, nec deinceps ultra. Quomodo congruant hæc *concilio ubi pluribus diebus disceptatum est inter cardinales, episcopos & archiepiscopos*; nec convenientibus illis, totius rei ventilatio commissa est judicibus a pontifice delectis, qui post diligentem discussionem sententiam suam retulerunt pontifici, qui probandam patribus exposuit, a quibus admissa, *mane veniente papa in pleno concilio sententiam dedit sicut scripta est in privilegio Januensium*, in ea scilicet bulla, quæ ex Ughellio a Veneto Labbei editore inter acta Lateranensis hujus concilii recitatur, signaturque die VIII. idus Aprilis anni 1123.? Porro concilium cœpit die XV. Kal. Aprilis, ut Pagius in critica Baronii ex veterum testimonio demonstrat; seu potius VI. Kal. aprilis ut infra, quare cum sententia *novissima concilii die* prodierit, ut ipse pontifex in eadem bulla, vel sententia sua affirmat; hinc consequitur concilium illud dies XIX. vel saltem XI. perseverasse. Quod sane melius congruit cum idea quam de illo Caffarus exhibet. Est igitur concilium illud, cujus meminit Landulphus, alterum Romanum sub Callisto II. quod post annum 1120. actum oportet, ut cum Olrico Mediolanensi archiepiscopo, qui illi assedit, convenire possit. Non enim nisi anno 1120. Olricus cœpit.

His refectis, locus superest, ut inter acta concilii hujus Lateranensis generalis ea inserantur, quæ de concilio Romæ celebrato quo tempore Oderisius II. novus Casinensis abbas Romam venit consecrandus, narrat Chronicon Casinense lib. IV. cap. LXX. VIII. Repræsentat illa Labbeus ad annum 1122. novamque synodum Romanam, a Lateranensi generali diversam, constituit. Una tamen est eademque, ut demonstrat Girardi, cui Oderisius successit, obitus, quem ex vetustis documentis anno 1123. januario mense consignat P. Angelus a Nuce in notis ad illud Chronicon. Ex quo fit ut electus in locum defuncti Oderisius mense martio venire Romam, concilio œcumenico mense martio habito interesse potuerit. Tria ergo Romana concilia, quæ Labbeus intra biennii spatium inter annum nempe 1122. & 1123. distinguit, ad unum idemque concilium referenda sunt. Quod sane alii ante me intellexerunt de concilio oecumenico anni, ut Labbeus male statuit, 1122. & de illo quod anno 1123. ab oecumenico, ut ille putat, diverso; nemo vero huc usque de concilio cui Casinensis abbas interfuit subodoratus est. Cum vero in eo concilio, cujus meminit Chronicon Casinense, querelæ plures in monachos ab episcopis jactatæ fuerint, hinc opportunum visum est patribus, ut canon ederetur, quo monachis erga episcopos observantia injungitur. Hunc canonem concilii Lateranensis sub Callisto II. cum aliis ab editis nonnihil discrepantibus in MS. codi-

ANNO CHRISTI 1123.

dice marchionis de Laubes nactus Martenius dedit Veter. Monum. to. VII. pag. 68. ex quo illum cum cæteris ejus codicis a Labbeanis discrepantibus hic subjicio appositis e regione canonibus vulgatis, ut discrimen utrorumque lectores melius intelligant. Quanquam vero scriptor ille ex suo codice quatuor repræsentat canones, ego tamen tres tantummodo referendos duxi, cum prioris canonis additamentum integrum totidemque verbis repræsentetur in canone, quem ego inferius ex M. S. codice Pistoriensi una cum cæteris concilii hujus canonibus proferam.

ANNO CHRISTI 1123.

CONCILII LATERANENSIS GENERALIS CANONES.

Labbei	*Martenii*
XIV.	II.
SAnctorum patrum canonibus consona sentientes, oblationes de sacratissimo, & reverendissimo altari B. Petri, & Salvatoris, S. Mariæ Rotundæ, ac de aliis omnium ecclesiarum altaribus, sive crucibus a laicis auferri penitus interdicimus, & sub anathematis districtione firmamus. Ecclesias a laicis incastellari, aut in servitutem redigi, auctoritate apostolica prohibemus.	SAnctorum patrum canonibus consona sentientes, oblationes de sacratissimo & reverendissimo altari B. Petri, & Salvatoris, & S. Mariæ Rotundæ, & S. Nicolai Barensis, S. Ægidii, aut de aliis omnium ecclesiarum altaribus sive crucibus, a laicis auferri penitus interdicimus, & sub anathematis districtione prohibemus.
XIII.	III.
SI quis treguam diffregerit, usque tertio, ad satisfactionem ab episcopo admoneatur. Quod si tertio admonitus satisfacere contempserit, episcopus, vel cum Metropolitani consilio, aut cum duobus, aut uno viciniorum episcoporum, in rebellem anathematis sententiam dictet, & per scripturam episcopis circumquaque denuntiet.	QUidquid vero de pace & trevia Dei, de incendio, seu de publicis stratis ab antecessoribus nostris Romanis pontificibus constitutum est, nos sancti spiritus auctoritate confirmamus.
	IV.
	SAnctorum etiam patrum vestigiis inhærentes, generali decreto sancimus, ut monachi propriis episcopis cum omni humilitate subiecti existant, & eis uti magistris, & ecclesiæ Dei pastoribus, debitam obedientiam, & devotam in omnibus subjectionem exhibeant, publicas missarum solemnitates nusquam celebrent, a publicis etiam infirmorum visitationibus, inunctionibus, seu etiam pœnitentiis, quod ad illorum nullatenus officium pertinet, sese omnino abstineant. In ecclesiis vero, quibus ministrare noscuntur, presbyter nonnisi per manum sui episcopi habeant, qui ei de suscepta animarum cura respondeant. *l. presbyteros.

Totam hanc monachos inter & episcopos in concilio disceptationem ex Petro Diacono cap. 78. descriptam habes apud Gattolam Hist. Casin. t. I. pag. 343. his verbis.

IN qua etiam synodo episcopi & archiepiscopi adversus monachos proclamationem fecerunt, dicentes, nil aliud superesse, nisi ut sublatis virgis, & anulis deservirent Monachis: Illi enim ecclesias, villas, castra, decimationes virorum, & mortuorum oblationes retinent: & rursum hæc sæpius ante pontificem conquerentes: decidit pudor canonicorum, honestas obliterata est clericorum, religio cecidit, dum monachi contempto cœlesti desiderio jura episcoporum insatiabiliter concupiscunt, & omnes, quæ sua sunt quærunt, & qui mundum cum suis concupiscentiis reliquerunt, his quæ in mundo sunt inhiare non desinunt. Et quibus per beatum Benedictum a curis mundialibus, ultro quiescendi locus offertur, ad tollenda ea, quæ episcoporum sunt, opportune fatigantur. Cumque super hujus rei ne-

ANNO CHRISTI 1123.

gocium diversi diversa sentirent, tandem ex commissione nostri abbatis surgens in medium quidam ex nostris dixit. Congregati sunt inimici nostri, & gloriantur in virtute sua, sed tu domine noster contere virtutem illorum, ut agnoscant quia non est alius, qui pugnet pro nobis nisi tu domine noster; nam quid acturi sunt fratres Casini degentes, qui die ac nocte omnipotentis Dei clementiam pro totius orbis salute supplicare non cessant? Quid acturi sunt si concessiones Romanorum pontificum violantur? Non enim ita Casinentes abbates Romanæ ecclesiæ obsecuti sunt, ut ea, quæ S. Benedicto imperatores, reges, duces, ac principes, atque Romani pontifices obtulerunt, nos, vestri apostolatus tempore perdere, & exereditari mereamur, &c. Ad hæc papa Calistus, imperato silentio, dixit: Casinensis ecclesia non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum fundata est, cujus imperio pater Benedictus ad eundem locum deveniens, illumque ab idolorum sordibus emundans, sanctæ regulæ descriptione, & miraculorum prodigiis, & sui corporis sepultura toto orbi spectabilem reddidit, & totius monastici ordinis caput effecit. Accedit ad hoc quod idem venerabilis locus a Romanis pontificibus restauratus, & Romanæ ecclesiæ filiorum unicum in adversis solacium, & in prosperis infatigata requies perseverat. Et nos ergo sanctorum nostrorum Romanorum pontificum vestigiis insistentes, Casinense Cœnobium cum omnibus attinentiis suis ab omnium mortalium jugo quietum semper & liberum manere, & sub solius S. Romanæ ecclesiæ jure defensioneque perpetua manere decrevimus.

EJUSDEM CONCILII LATERANENSIS I. OECUMENICI

Sub Callisto papa II. anno 1123. habiti

Acta genuina.

Concilii Lateranensis I. Oecumenici acta integra nactus in Pistoriensi codice canonum collectionem illam continente, quæ Panormia inscribitur, cur illa mihi describerem non unica ratio suasit. Ac ea potissima mihi visa est, quod cum codex ille scripturam referat concilio ipsi coævam, maximam inde sibi capere ad fidem adstruendam auctoritatem arbitrabar. Hinc qui fuerint genuini concilii hujus canones discimus; ex quo sit ut canon in editis XIX. Paternam *cum e codice illo absit, non immerito suspicari quis posset in acta edita ex aliis sub Callisto papa conciliis in hoc nostrum irrepsisse. Præfatio etiam actorum nostrorum nova est, in editis frustra quærenda; ex qua certum mensem, & diem initi concilii hucusque ignoratos discimus. Denique variantia offert non spernenda, quæ ut lectores commodius noscant, editorum actorum lectionem discrepantem ad marginem adnotandam curavi, eodemque consilio canones ipsos, licet ea serie digessi quam in codice tenent, numeris tamen appositis qualem habeant in editis ordinem indicavi.*

Anno Dominicæ Nativitatis MCXXIII. indict. I. VI. Kal. Aprilis.

Celebratum est secundum, & generale concilium in Lateranensi ecclesia a Dno Calixto PP. secundo, conveniente maximo cœtu archiepiscoporum, episcoporum, abbatum & religiosorum clericorum, atque laicorum, in quo inter regnum, & sacerdotium pax redintegrata est, & capitula vel decreta inferius annotata ore omnium firmata fuere.

Sanctorum patrum exempla sequentes, & officii nostri debito innovantes ordinari quemquam per pecuniam in ecclesia Dei, vel promoveri auctoritate sedis apostolicæ modis omnibus prohibemus. Si quis vero in ecclesia ordinationem vel promotionem taliter acquisierit, acquisita prorsus careat dignitate.

10. Nullus in episcopum consecret, nisi canonice electum (*a*), quod si præsumptum fuerit, & consequens & consecutor absque recuperationis spe depontatur.

9. A suis episcopis excommunicatus, ab aliis episcopis, abbatibus, & clericis in communionem recipi procul dubio prohibemus.

2. Nullus etiam in præpositum, nullus in archipresbyterum, nullus in decanum, nisi presbyter, (*b*) *vel diaconus*; nullus in archidiaconum nisi diaconus ordinetur.

7. Nullus omnino archidiaconus, (*c*) *aut presbyter*, sive præpositus, vel diaconus animarum curam, vel præbendas ecclesiæ sine judicio vel consensu episcopi alicui tribuat, immo sicut sacris canonibus constitutum est. (*d*) Animarum cura, & rerum ecclesiasticarum dispensatio in episcopi judicio & potestate permaneant. Si quis vero contra hoc facere, aut potestatem, quæ ad episcopum pertinet, sibi vendicare præsumpserit, ab ecclesiæ liminibus arceatur.

4. Præterea, juxta beatissimi papæ Stephani sanctionem, statuimus, ut laici, quamvis religiosi sint, nullam tamen de ecclesiasticis rebus aliquid disponendi habeant facultatem. Sed secundum Apostolorum canones omnium negotiorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat, & ea velut Deo contemplante dispenset. Si quis ergo principum, vel aliorum laicorum dispositionem, seu donationem rerum sive possessionem ecclesiarum sibi vendicaverit, ut sacrilegus judicetur.

3. Presbyteris, diaconis, & subdiaconis concubinarum, & uxorum contubernia penitus interdicimus, & aliarum mulierum cohabitationes, præter quas synodus Nicæna propter solam necessitudinem curam habitare permisit, videlicet matrem, sororem, amitam, vel materteram aut alias hujusmodi de quibus (*e*) jure nulla valeat oriri suspicio.

5. Conjunctionem consanguineorum fieri prohibemus, quoniam eas & divinæ & sæcu-

(*a*) Edi[t.] *ad conse[...] crandu[m] manus [...] mittat.*

(*b*) Dee[st] in edit.

(*c*) Dee[st] in edit.

(*d*) Dee[st] in edit.

(*e*) Deest in edit.

li prohibent leges. Leges autem divinæ hæc agentes, & eos qui ex eis prodeunt, non solum ejiciunt, sed maledictos appellant; leges vero sæculi infames tales vocant, & ab hæreditate repellunt. Nos itaque patres nostros sequentes (*a*) *infamia* eos notamus, & infames esse censemus.

6. Ordinationes quæ a Burdino hæresiarcha (*b*) *per quos* a Romana ecclesia es damnatus, quæque & a pseudoepiscopis per eum postea ordinationes factæ sunt, nos esse irritas judicamus.

8. Ad hæc sanctæ Romanæ ecclesiæ possessiones quietas servare per Dei gratiam cupientes, præcipimus & sub districtione anathematis interdicimus, ne aliqua militaris persona Beneventanam beati Petri civitatem B præsumat invadere, aut violenter tenere. Si quis aliter præsumpserit, anathematis vinculo teneatur.

12. Illam vero *pravam* defunctorum Porticanorum consuetudinem, quæ hactenus ibi fuit, ex fratrum nostrorum, & totius curiæ consilio, necnon ex voluntate, atque consensu Præfecti removendam censemus, ut Porticanorum habitatorum sine hæredibus morientium bona contra deliberationem morientis minime pervadantur. Ita tamen ut Porticani in Romanæ ecclesiæ & nostra, nostrorumque successorum obedientia, & fidelitate permaneant.

11. Eis qui ad Jerosolymam proficiscuntur C & ad Christianam gentem defendendam & tyrannidem infidelium debellandam efficaciter auxilium suum præbuerint, suorum peccatorum remissionem concedimus, & domos, familias, atque omnia bona eorum in beati Petri, & Romanæ ecclesiæ protectione, sicut a Domino nostro papa Urbano statutum fuit, suscipimus. Quicumque ergo ea distrahere, vel auferre, quandiu *in via* illi morantur, præsumpserit, excommunicationis ultione plectantur.

Eos autem qui vel pro Jerosolymitano, vel pro Hispanico itinere cruces sibi in vestibus posuisse noscuntur & (*c*) *viam* postea dimisisse, cruces iterato assumere, & viam ab D instanti Pascha usque ad proximum sequens Pascha perficere apostolica auctoritate præcipimus. Alioquin ex tunc eos ab introitu ecclesiæ sequestramus, & in omnibus terris eorum divina officia, præter infantibus baptismum, morientibus pœnitentiam, interdi- A cimus.

13. Si quis treguam diffregerit usque tertio ad satisfactionem ab episcopo admoneatur; quod si tertio satisfacere contempserit, episcopus vel cum metropolitani consilio, vel cum duobus aut uno viciniorum episcoporum in rebellem anathematis sententiam dicat, & per scripturam episcopis circumquaque denuntiet.

14. Sanctorum patrum canonibus consona sentientes, oblationes de sacratissimo reverendissimo altari beati Petri, & Salvatoris, & Sanctæ Mariæ Rotundæ, aut de aliis ecclesiarum omnium altaribus, sive crucibus a laicis auferri penitus interdicimus & sub districtione anathematis (*d*) *prohibemus*, & ecclesias a laicis incastellari, aut in servitutem redigi auctoritate apostolica prohibemus.

(*d*) Deest in edit.

15. Quicumque monetam falsam se sciente fecerit, aut studiose expenderit, tanquam maledictus & pauperum virorum oppressor, necnon & civitatis turbator a fidelium consortio separetur.

16. Si quis Romipetam & peregrinos Apostolorum limina, & aliorum sanctorum oratoria visitantes capere, seu rebus quas ferent expoliare (*e*) *& mercatores* novis teloneorum & pedaticorum exactionibus molestare tentaverit, donec satisfecerit communione *careat* christiana.

(*e*) Deest in edit.

17. Interdicimus etiam abbatibus & monachis missas publicas cantare, pœnitentias publicas dare, infirmos visitare, & unctionem facere. (*f*) Crisma & oleum, consecrationes altarium, ordinationes clericorum ab episcopis accipiant, in quorum parochiis manent. In parochialibus vero eorum ecclesiis presbyteri per episcopos constituantur, qui eis respondeant de animarum cura, & de his quæ ad episcopum pertinent. Decimas autem & ecclesias a laicis non suscipiant absque consensu & voluntate episcoporum. (*g*) Servitium quod monasteria, aut eorum ecclesiæ a tempore S. Gregorii papæ VII. usque ad hoc tempus episcopis *fecerunt & nos con-* cedimus. Possessiones ecclesiarum & episcoporum triennales, abbates vel monachos habere omnimode prohibemus. Quod si aliter præsumptum fuerit, canonicæ ultioni subjaceant.

(*f*) edita addunt *Missas publicas cantare.* Can. 18.

(*g*) Edita addunt. *Et si aliter præsumptum fuerit canonicæ ultioni subjaceant.* Can. XIX. Can. *Patrnarum* qui est in editis deest.

AD CARNOTENSE CONCILIUM

In causa forte asyli ecclesiastici violati anno 1124. celebratum

ADDITIO.

Concilium quidem Carnotense habet Labbeus ad annum 1124. ex testimonio authoris chronici Malleacensis notum; sed gesta ejus nulla prodit. Ego ex epistola XXXVI. lib. II. Hildeberti Cenomanensis episcopi, dein Turonensis archiepiscopi hanc ejus definitionem exhibeo: *Carnotense Concilium authoritate Calixti papæ judicium de Cenomanensi Vicecomite & Lisiardo promulgavit; quo judicatum est ipsum Vicecomitem proclamantem quod homines Lisiardi de maceria cujusdam ecclesiæ, cui ipse Vicecomes egressus de captione, consurgens ad ecclesiam inhæserat,* E *debere contactu calidi ferri probare se violentia hominum Lisiardi a maceria abstractum.* Hæc Hildebertus de concilio Carnotensi sub Callisto papa. Cum vero Callistus ultra annum 1124. vitam non prorogarit; insigni profecto sphalmate novissimus Operum S. Hildeberti editor P. Beaugendre concilium hoc in annum 1128. refert, putans anno illi Carnotense quoddam Concilium in tabulis Labbeanis

ANNO CHRISTI 1124.

nis adnotari, quod pariter æque fictum est ac decipitur in anno quo Concilium convenit. Optime igitur definitio hæc ad concilium præsens referatur. Monitos tamen Lectores meos volo sententiam illam concilii de veritate accusationis contactu igniti ferri probanda, nequaquam confirmasse Callistum pontificem, cum Romani pontifices nunquam id in se vel in aliis admiserint; sed Callisti authoritas, de qua Hildebertus, concilio cogendo, non vero sententiæ ejus confirmandæ intercessit. In hoc pariter concilio pronunciatam arbitror ab eodem Hildeberto orationem, quam dein ipse amicorum rogatu in scriptis redegit & Muratorius ex MS. Ambrosiano vulgavit Anecdot. to. III. pag. 223. ex eo vero huc transfero.

SERMO IN CARNOTENSI CONCILIO.

SErmonem quem in Carnotensi scriptum concilio terminari superveniens prohibuit causa, ut ad minorem eruditionem exarare non gravarer, nonnullos præsidentium postulasse recordor. Quod & vos fratres carissimi, flagitantes adjecistis plurima, quibus styli nostri somnolentiam excitari posse credidistis. Scilicet sic oportet episcopum vivere, ut etiam sepultus exemplo vivat omnibus aut verbo; esse apud Deum inferiorem populo sacerdotem, cujus nec doctrina in benedictione est, nec vita. Ex abundanti, fratres, hoc addidistis, scientes quod pepegerim mecum vos honorare, vos diligere in Christo, vobis in his omnibus morigerari, quæ vel amicum postulare conveniat, vel facere possim postulatus. Unde & votis vestris affuturum me promisi, quod utinam minime promisissem, siquidem mendacii arguar, nisi solvam quod spopondi; si stylo indulgeam, ridiculus scriptor inveniar. In silentio itaque delictum est, in pagina confusio. Malui tamen ingenium defectu, quam sacerdotem mendacio accusari. Hinc est, quod operi manum apposui, rogans ipsum fieri procul ab oculis hominum, si senseritis ipsum linguas hominum formidare. In quo si forte reperiar addidisse aliquid, aut dempsisse, si non eundem tenuisse ordinem: scitote, quod scribere decreverim, non prædicare, & corrigere scripto, si quid fuit in sermone peccatum.

Nisi fallor, præsens capitulum sermonis initium fuit. *Oculi sapientis in capite ejus, stultus autem in tenebris ambulat.* In superficie hujus literæ nihil, quod ad finem erudiat, nihil quod moribus prosit, invenitur: sive enim sapiens homo sit, sive insipiens, oculi ejus nusquam nisi in capite ejus. Necesse ergo est intellectum quæri altiorem. Latet fructus in foliis, os putei clausum est. Tollite folia, & invenietis fructum pretiosiorem cunctis operibus, & omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari. Eruderate puteum, & occurret vobis fons aquæ salientis in vitam æternam. Apostolus dicit: *Caput mulieris vir, caput autem viri Christus.* Caput istud, caput, de quo descendit unguentum in barbam, barbam Aaron. Ex isto capite totum corpus ecclesiæ subsistit, totum sentit, totum vegetatur, totum regitur. Caput ergo ecclesiæ Christus. In hujusmodi capite scriptura sapientis oculos esse commemorat. Verum non sapientis sapientia hujus mundi, quæ stultitia est apud Deum; quia sapientes sunt homines ut faciant mala, bene autem facere nescierunt. Alia vere & longe alia est sapientia, ea scilicet, qua thesaurizamus thesauros in cœlo, qua miserentes pauperi Deum foeneramus, qua facimus nobis amicos de mammona iniquitatis, cum defecerimus, in æterna nos tabernacula recepturos. Hujusmodi sapientiam sapiens in Christo capite suo intentis oculis figat, is in ipso legat, quod a nullo salus absque ipso. Is ipsum sequitur propter ipsum, is arduam & arctam metitur viam, cum Psalmista dicens: *Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.* Vobis etiam, quorum professio est sacerdotium, vobis, inquam, præ cæteris idipsum incumbit, nam & vestrum caput ipse Christus est. A Christo autem mentis lumina avertere, in tenebris ambulare est. Ne ergo vos tenebræ comprehendant, in eo sint lumina cordis vestri. Lux enim de luce Christus, Christus liber vitæ est, sed liber scriptus foris, & intus; si dirigantur in hanc lucem lumina vestra, bonæ fient viæ vestræ, & studia vestra. Si libro huic innæserint oculi vestri, foris in eo temporalia videbitis, intus autem spiritualia. Foris enim cum Maria cernetis Christum in muneribus a Magis adoratum, cum Anna susceptum in templo, cum discipulis a discipulo traditum Judæis, cum Johanne clavis & lancea perforatum. Foris, inquam, aspicietis obsequio Joseph eundem exhibitum sepulcro, custoditum a militibus in sepulcro, testibus angelis suscitatum de sepulcro. Intus autem adorabitis unigenitum Dei Filium, quotidie audientem a Patre: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Intus contemplabimini sapientiam, qua erupere abyssi, & nubes rore concrescunt. Intus amplectemini reformationem vestram. *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Præterea cum his omnibus docebimini, sacerdotem debere gloriam Deo, sibi censuram, vitiis odium, confœderationem moribus, doctrinam populo, reverentiam sacramentis, quorum scilicet sacramentorum contemptus judicium * de his ergo rogatus scribere, quia sacerdotibus obsequor; oratione sacerdotum inde precor subveniri. Pulsantibus ad ostium misericordiæ fortassis aperietur, & ex eorum potero suffragiis, quod me nec ingenio, nec meritis posse confido.

Tria itaque sunt in civitate Dei nostri sacramenta, quæ & tempora cetera præcesserunt, & in reparatione filiorum Dei principatum obtinere noscuntur. Eorum primum est conjugium, secundum baptismus, tertium Dominicæ mensæ sacra libatio. His in juventute mundi forma est divinitus impressa, certi fines assignati, quos excedere quia non expedit, auctoritas non permittit. Quippe Christiani formam conjugii primæ parentis nuptiæ prætenderunt. Baptismum diluvii ablutio expressit. In sacrificio Melchisedech præfixum est altaris Christi sacramentum. De quibus nos amplius aliquid auxiliante Domino locuturi, singula necesse est percurramus. In illo igitur primorum parentum conjugio ma-

masculum, & fœminam communis assensus A astrinxit. Ætas amborum suscitandæ proli conveniens. Conjux una sub uno marito. Secretiore thori licentia vir uxorem cognovit. Indivisum usque ad mortem matrimonium. Ecce formam, ecce primi terminos conjugii. Nos tamen excedere, atque uti carne carnalius necessitas, & proles, & duritia docuerunt. Constat enim necessitate factum, ut ad negotium nuptiale frater sorori cohæreret, & propinquitatum nomina nominibus matrimonii jungerentur. Dehinc amore prolis vir unus ad plures intravit uxores. Divortium autem contractum est duritia maritorum. Quid de Jacob Dominus dixerit audiamus: *Jacob dilexi, Esau autem odio habui*. Ille tamen ante partum electus, dile- B ctus ante meritum, Patriarcha ex patriarchis, ex Jacob Israel, ex pecudum custode cœlestis militiæ contemplator, inter Liam, & Rachelem discurrit, utique conjugium debitum persolvens. Helcana cum ei Phenenna filios generaret, Samuelem ex Anna suscepit. Fuerunt & alii viri sancti, qui non ad liberas tantum, sed simul ad ancillas etiam ingressi, benedictionem filiorum, ex carne præter carnem quæsierunt. Quorum tales cum talibus commixtiones si divinam traherent indignationem, Augustinus nuptias Abrahæ non his commendaret verbis: *Sicut non est impar meritum patientiæ in Petro, qui passus est, & in Johanne, qui passus non est*, C *sic non est impar meritum continentiæ in Johanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham, qui duos filios generavit. Illius enim cælibatus & hujus conjugium Domino pro tempore militaverunt*. Porro quod virorum duritia repudii libellum dictaverit, Salvator sic ad Judæos loquens ostendit: *Moyses ad duritiam cordis vestri uxores vestras dimittere permisit. Ab initio autem non fuit sic*. Intra terminos itaque primi conjugii necessitate suscepta est consanguinitas, prolis affectu multiplex uxor, virorum duritia diffidium. *At ubi venit plenitudo temporis, misit filium suum in mundum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant* D *redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus*; adventus ejus sub priore forma sacramentum restrinxit nuptiarum. Ex tunc a matrimonio exclusa est cum affinitate consanguinitas, remotus uxorum numerus, evangelii inhibitum lege divortium. Etenim, quia *novus homo venit in mundum, nova præcepta dedit mundo. Mandatum*, inquit, *novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos*. Et illud: *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei eritis, si dilectionem habueritis ad invicem*. Sancta & sine exemplo hujus novi hominis, & vita simul & doctrina. Qui enim caritate venit ad homines, doctrina simul, & vita dilatavit inter homines caritatem. Si qui- E dem sub eo discitur inimicos etiam diligendos, ut caritas dilatetur. Discitur bonum pro malo reddendum, ut caritas dilatetur. Discitur inter extraneos tantum contrahendas esse nuptias, ut caritas dilatetur. Magnum in hoc etiam & celebre conjugii bonum: amici fiunt inde, qui nascuntur inimici. Inde est, ut carne quidem maritus & uxor uniantur, animo autem universa eorum parentela. A Christianis autem nuptiis ideo multa uxor exclusa est sub gratia, quia Salvatore nato quærendi potius erant spirituales filii, quam carnales. Nec tam Jacob imitandus generans, qui generarent Christum, quam Johannes generare renuens propter Christum. Unde & sic Apostolus ait. *Volo omnes homines esse, sicut & ego sum*. Ne igitur homo fieret *sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus*, licentia coutendi conjugibus obliterata est. Ne fornicationis ureretur incendio, una uni indulta est. De quo etiam Apostolus his loquitur verbis: *Unusquisque suam habeat propter fornicationem, & unaquæque suum. Hoc autem dico non secundum imperium, sed secundum indulgentiam*. Præterea quidem Deus erat, qui ad procreandum genus humanum, mulieri uni conjugavit unam carnem: Lamec autem homo, & peccator; qui primus in duas uxores divisit unam carnem. In quo jam tunc evacuatum est quoddam conjugii bonum, scilicet fides, qua sicut uxor ad alterum vivente viro, sic & vir ad alteram, dum superstes est conjux, ingredi prohibetur. Ne igitur vel hujusmodi boni Christianum defraudaretur matrimonium, unitati pluralitas cessit. Cessit etiam stabilitati divortium, in qua sacramentum esse conjugii sic Augustinus ostendit: *Omne nuptiarum bonum impletum est in parentibus Christi, proles, fides, sacramentum. Plene cognoscimus ipsum Dominum; fidem, quia nullum adulterium; sacramentum, quia nullum divortium*. Porro nullum divortium esse nihil aliud est, quam usque ad alterius mortem conjugium stabile, & firmum perdurare. sane quod aliis omnibus omissis, quæ in legitimo exiguntur matrimonio, ipsius stabilitati sacramentum Augustinus adscribit, prærogativæ potius, quam singulariter dictum, quidam non imprudens, sicut opinor, dixerit; Sacramentum enim sacræ rei signum esse, non contemnenda tradidit auctoritas. Quod autem sub nubilibus annis celebrandæ sunt nuptiæ, sacræ rei signum est. Quod assensu viri simul & mulieris, sacræ rei signum est. Quod unus uni tantum conjungatur, sacræ rei signum est. Quod indulgetur invicem genitivo usui, & honesto, sacræ rei signum est. Quod separari non possint in Domino conjuncti, sacræ rei signum est. Idcirco cum Apostolus de conjugio loqueretur, *Magnum*, inquit, *hoc sacramentum; dico autem in Christo & in ecclesia*. Nimirum sponsus ecclesiæ Christus, sponsa Christi ecclesia. Hora, qua fons super fontem sedit, tempus fuit nuptiarum; hora autem illa hora quasi sexta. Ostendit hoc evangelista, cum dicit: *Jesus fatigatus ex itinere sedebat super fontem, hora erat quasi sexta*. Si fides præstatur auctoritati, sexta hora, sexta ætas. In hac ætate celebrari nuptias oportuit; ætas enim illa plenitudo temporis est, in qua nubilis facta est ecclesia, & viro paratior. Ante hoc tempus parvula fuit, & ubera nondum habebat. Ubi ad hoc temporis ventum est, in uberibus inventa est, & viro paratior. Quod Augustinus in lib. de tempore Christianæ religionis his ostendit verbis: *Dicimus tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari do-*

ctri-

ANNO CHRISTI 1124.

ctrinam suam, quando sciebat; & ubi sciebat esse, qui in eum fuerant credituri. His enim temporibus, & his locis quibus Evangelium non est prædicatum, tales omnes in ejus prædicatione futuros esse præsciebat, quales, non quidem omnes, sed tamen multi in ejus præsentia corporali fuerunt, qui in eum nec suscitatis ab eo mortuis voluerunt credere. Quales etiam nunc multos videmus, cum tanta manifestatione de illo compleantur præconia prophetarum, nolle adhuc credere, & malle humana astutia resistere, quam tam claræ atque perspicuæ, tamque sublimi, & sublimiter diffamatæ divinæ credere auctoritati, quandiu parvus & infirmus est intellectus hominis divinæ credere veritati. Quid ergo mirum, si tam infidelibus plenum orbem terrarum Christus in prioribus sæculis noverat, ut eis apparere, vel prædicari merito nollet, quos nec verbis nec miraculis suis credituros esse præsciebat? His itaque præmissis, consultum est infirmitati mortalium, & medicamine congruo, & tempore opportuno. Hora ideo sexta sedit supra puteum Jesus, sciens hora sexta venturam ad fontem Samaritanam; unde & ipsa ad fontem venit, & vivum fontem invenit. Sitiebat fons & sibi dare bibere postulavit; adquievit Samaritana, dedit de fonte fonti, ipsa susceptura fontem aquæ salientis in vitam æternam. Sexta igitur hora Christus potum petit, sexta hora sitienti Samaritana ministravit. Tempus hoc tempus opportunum, in quo nuptias filio suo pater familias faceret, in quo Christus ecclesiam oscularetur osculo oris sui, in quo inter ubera virginis sponsæ sponsus virgo commorari & quiescere lætaretur. Tempus, inquam, opportunum, in quo generaret filios adoptionis, in quo lacte quidem parvulos aleret, robustos autem pane confirmaret doctrinæ. Hanc itaque temporis plenitudinem, quæ ad celebrandas spirituales nuptias desuper ordinata est, & expectata diutius, ille concursus annorum mystice signat, qui in contractu carnalium expetitur nuptiarum. Unde & ipse Sacramentum est, quia sacræ rei signum est.

De communi consensu.

QUod animum ipsum, & ecclesiam spontaneus & communis consensus adstruxerit, operæ pretium est non tacere. Ecclesiam Christus elegit; electam dilexit usque in finem, cum dilecta permansurus etiam post finem. De hac electione sic ipse discipulis loquens ait: *Ego vos elegi de mundo, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Elegit*, inquit, *Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi.* Eisdem quoque discipulis dilectionem suam ipse insinuans dicit: *Jam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat Dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcumque a Patre meo audivi, nota feci vobis.* Hujus dilectionis magnitudinem Evangelista perstringens: *Cum dilexisset*, inquit, *suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Scilicet in tantum dilexit eos, ut temporalem vitam finiret propter eos. O vere beatam, atque imitandam dilectionem! cœpit hæc ante crucem, deduxit ad crucem; permansura est post crucem. Mittens enim discipulos Dominus ad prædicandum, sicut agnos inter lupos, dicit: *Nolite timere; ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi.* Qui sic ergo ecclesiam elegit, qui electam dilexit usque ad mortem, dubium non est ipsum nuptiis ejus dedisse assensum. Quod autem sponsa hæc eligenti, ac diligenti sponso consenserit, sapientibus testimoniis declaratur. *Ambulans Jesus juxta Mare Galilææ vidit duos fratres, Simonem, qui dicitur Petrus, & Andream fratrem ejus mittentes retia in mare; erant enim piscatores.* Quare ait illis: *Venite post me, faciam vos piscatores hominum. Qui statim relictis retibus, & navi, secuti sunt eum. Et progressus inde vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus cum Zebedeo patre eorum reficientes retia sua, & ait illis: Venite post me. Qui statim relictis retibus & patre secuti sunt eum.* Vidit & Matthæum sedentem in telonio, cui & dixit: *Sequere me, qui statim sequutus est eum.* Secuti sunt & alii, quos etiam Scriptura dixisse commemorat: *Domine ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis?* Vocantur isti, & in modica supellectile totum mundum pro Christo derelinquunt; ad nuptias veniunt, de conviviis in sponsam transituri. Deponunt retia, fructuosius homines piscaturi, quam pisces. Fastidiunt carnales illecebras conjugii, felicius cœlo generaturi, quam sepulcro. Forensibus negotiis abrenunciant, veras divitias fallacibus præponentes. Dubitari non potest has ecclesiæ primitias assensum præstitisse vocanti, quæ statim vocantem secutæ sunt. Vocatur etiam quotidie Diaboli concubina, cujus menstrua dum lavantur fonte Christi, fit & ipsa sponsa Christi. Quotidie filia Cananeæ fide matris a Dæmonio liberatur. Quotidie regina Austri venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Quotidie noster Osee meretricem ducit uxorem. Quanto autem amore sponsa hujusmodi ferveat, audiamus. Flagellantur in actibus Apostolorum discipuli, cæsisque denunciatur, ne loquantur in nomine Jesu. Ipsi tamen gratias agunt, & gaudent, *quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.* Idem faciunt extra synagogam, dum confitentur Christum. Ponuntur in custodia publica, dicentes, *quia non est in alio aliquo salus.* Ipsi tamen gratias agunt, & gaudent, *quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.* Ducitur extra civitatem lapidandus a Judæis Stephanus. Mittit Herodes, qui quosdam de ecclesia affligerent, tradit & Petrum carceri, volens post Pascha producere eum populo. Ipsi tamen gratias agunt, & gaudent, *quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.* Ter virgis cæditur pro Christo Paulus, semel lapidatur pro Christo, ter pro Christo naufragium facit. Ipse tamen in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum clamat: *Quis nos separabit a Caritate Christi?* Alii ludibria experiuntur, & verbera, nullam suscipiunt redemptionem, a communibus

nibus excluduntur beneficiis, circumeunt in melotis, in pellibus caprinis, hominibus spectaculum, & quasi peripsema fiunt. Ipsi tamen inter flammas, & furentium dentes bestiarum cum Paulo dicunt: *Quis nos separabit a caritate Christi?* Denique propter Christum mortificatur tota die ecclesia, propter Christum æstimatur quasi ovis occisionis, id experta quod suis Dominus dicit: *Venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.* Ipsa tamen inter mille mortes cum Paulo exultat, cum Paulo clamat: *Quis nos separabit a caritate Christi?* Hujus amore calebat, quæ per Salomonem dicebat: *Filiæ Hierusalem nunciate dilecto, quia amore langueo.* Ecce sacer, & plenus gratiæ consensus. Hoc inter Christum & ecclesiam contractæ sunt nuptiæ, quibus parit, non perit, virginitas. Generantur filii, quibus sepulcrum non pollicetur hæreditaria mortalitas. Hoc itaque mysticus ille signat consensus, qui in contactu carnalium expetitur nuptiarum; unde & ipse sacramentum est, quia sacræ rei signum est. Sed nec illud a mysterio vacat, quod diximus unam uni conjungendam; una enim est sponsa Christi, quoniam una est ecclesia Jesu Christi. De differentibus membris unum corpus est sub capite Christo. De duobus gregibus unum ovile sub pastore Christo. Unde & per Salomonem Dominus ipse sic loquitur: *Una columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, una genitrici suæ.* De eodem Cyprianus adversus Novatianum: *Ecclesia,* inquit, *una est, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur, quomodo solis multi radii sunt, lumen unum, & rami arboris multi sunt, robur unum tenaci radice fundatum.* Idem: *Hoc unitatis sacramentum, hoc vinculum concordiæ inseparabiliter cohærentis ostenditur, quando in evangelio tunica Domini non dividitur omnino, nec scinditur, sed sortientibus de veste Christi, qui Christum potius indueret, integra vestis accipitur.* Ideo loquitur ad Moysen Deus dicens: *In domo una comedetur, non ejicietis de domo carnem foras.* Caro Christi, & semen Domini ejici foras non potest, nec alia ulla credentibus præter unam ecclesiam domus est. Descivit ab hac unitate Synagoga, quæ perventa sponsalibus Christi degeneravit in adulteram Antichristi. Jam tunc ea legitimum sponsum aversata est, quando in excelsis cum lapide, & cum ligno fornicata est. Misit ad eam vir suus, qui dicerent: *Revertere, & non est reversa.* Novissime venit & ipse, venit, inquam, venit ad eam, & in menstruis invenit eam. Obtulit annulum in manu ejus, murenulas aureas, & vermiculatas argento faciens auribus ejus. Denique gratiam suam revertenti promittens, ait: *Revertere; & non est reversa.* Proh dolor! ea tunc in suis sordibus derelicta est, quia dereliquit fontem David patentem in ablutionem ignominiæ suæ. Tunc in lecto prostitutionis dimissa est, quia non cognovit tempus visitationis suæ. Tunc repudii libellum promeruit, quia verum abdicavit sponsum, maledicens cœco nato, & dicens: *Ex discipulis illius es, nos autem Moysi discipuli sumus.* Tunc accepit, quia rejecit suave ju-

A gum ejus, & onus ejus leve, quando clamavit: *Non habemus regem, nisi Cæsarem.* Erit tamen, erit, inquam, tempus, in quo illa de contemptu in gratiam redeat, in dilectam de repudiata convertatur, de meretrice proficiat in Virginem. Tunc & ipsa fiet sponsa Christi, non quidem altera, sed una, & ipsa, & columba Jesu Christi. Sicut autem sponsa Christi sponsa una, sic & sponsus ecclesiæ sponsus unus. Unum habet ea sponsum, unum diligit, unum cognoscit, uni generat, uni lactat, unus ille Sanctus sanctorum est. Idem Deus & homo est. Sanctum hunc sanctorum multi præcesserunt electi, multi etiam secuti sunt. Sicut sacra refert historia; præmissa est manus & brachium, cum Jacob ex B Rebecca nasceretur. Deinde edito capite cetera membra in lucem novissime prodierunt. Tenebat autem manus præmissa plantam pedis Esau præegressi, sic ea caput antecessit nasciturum, sed ipsa membrum capitis nascituri: reliquæ partes natum caput secutæ sunt; sed partes ipsæ membra capitis jam nati. Sicut autem illa, & ista membra corpus unum, ita caput corporis hujus caput unum. Sic & Christum prophetæ præcesserunt, sic Helias, & Helisæus, sic plerique veteris æmulatores testamenti. Qui scilicet, ne populus duræ cervicis, & incircumcisus corde post Deos alienos ambularet, aut sequeretur viam latam & spatiosam, quæ du- C cit ad mortem, Pentateucho Moysi, tanquam vinculis quinque digitorum pedes ejus ligasse, ac tenuisse noscuntur. Ubi autem veritas de terra orta est, secuti sunt apostoli veritatem, secuti sunt martyres, secuti sunt ii, quos undecima hora in vineam Patris familias venisse Matthæus commemorat. Illi quidem sub lege Christum in tempore præcessere, sed fide facti sunt membra nati Christi. Sicut autem illa, & ista membra corpus unum, & ecclesia una; sic unius corporis caput unum Christus, & unius ecclesiæ sponsus unus Christus. Attende Moysen; præco sponsi non sponsus fuit. Considera plusquam Prophetam, indignum se esse confitetur, qui D solvat corrigiam calceamentorum sponsi. Paulum respice. Dictum est a sponso, quia oportet eum pati multa pro nomine sponsi. Intuere Petrum & Andream, percurre discipulos; domestici quidem sponsi fuerunt, nullus autem sponsus. Vides igitur sponsam Christi unam esse ecclesiam, & sponsum ecclesiæ unum esse Christum? Utriusque autem unitatis signum est earum unitas personarum, quæ in contactu carnalis conjugii singulæ requiruntur: unde & ipsa sacramentum est, quia sacræ rei signum est.

Nuptialis autem, & contemplatione prolis indulta commixtio cum sit necessaria suscitando semini, magnum etiam in ea est sa- E cramentum. Esse namque duas generationes veritas his declarat verbis: *Quod natum est ex carne, caro est*; quare quod natum est ex spiritu, spiritus est. Porro carnalis generatio tota carnaliter agitur; spiritualis autem tota spiritualiter impletur. Aquam vides, vides catechumenum, vides ministrum; id autem quod in aqua fit, non vides, quod apud catechumenum, quod per ministrum. * Purum vides elementum, sed signo

ANNO CHRISTI 1124.

gno crucis, atque virtute verborum vim secretam acquirit. Obligatus Diabolo puer in fontem descendit; sed suus, & Christi liber egreditur. Profert verba minister, sed agnus baptizat, qui tollit peccata mundi. Generatio hæc ex veteri materia novam progeniem creat, non mutans substantiam, sed tollens culpam. Purgat enim ab antiquo personam contagio, inserens eam corpori Christi, & cœlestem de terrena efficiens. Generatur illa generatione prima primus Adam, secundus in ista renascitur. Generatur ex illa Diabolus, quod per istam dispendium redintegrat angelorum. Unde & ea, quæ in carne generat, sacramentum est, quia istius, quæ generat in spiritu, sacrum signum est.

Legimus autem Dominum super his, quibus invicem de conjugio complacuit, sic dicentem: *Quod Deus conjunxit, homo non separet*. Hinc est, quod nisi in morte alterius dirimi non potest copula conjugalis. De quo sic Apostolus ad Corinthios scribens ait: *Mulier alligata est, quanto tempore vir ejus vivit. Quod si dormierit vir ejus, liberata est a lege viri. Cui vult nubat, tantum in Domino*. Utroque igitur superstite, superstes & inconvulsa matrimonii lex existit. Sic & spirituale conjugium Christi, & Ecclesiæ nunquam dirimitur, numquam solvitur, quia nunquam Christus, nunquam sponsa Christi moritur. *Christus* enim *resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur*. Et Apostolus: *si terrestris*, inquit, *domus nostra dissolvitur, habemus domum non manufactam, sed æternam in cœlis*. In cœlis igitur uterque vivit, in cœlis alter alteri congaudet. Vivit sponsus in cœlis, anima simul & corpore consummatus. Vivit sponsa in cœlis, nequaquam felicior de glorificato spiritu, quia de glorificanda carne securior. Congaudet sponsus sponsæ, quia abstersit Deus omnem lacrymam ab oculis ejus, & introduxit eam in cubiculum suum. Congaudet sponsa sponso, quoniam sedet ad dexteram majestatis in excelsis, & regnum ejus regnum omnium seculorum. Hanc profecto congaudendi vicissitudinem caritas docuit, caritas movit, caritas, ea caritas inexstinguibilis, & transire nesciens cum tempore. De caritate ista sic Isaias ait: *Dixit Dominus, cujus ignis est in Sion, & caminus in Hierusalem*. Nostis, fratres carissimi, Sion speculam, Hierusalem vero visionem pacis interpretari. Quare quidem Sanctorum animæ, dum mortalitatis hujus circumferunt corpus, in Sion esse dicuntur, scilicet a longe speculantes, qui sperant, & præstolantur mercedem. Erunt autem eædem in Hierusalem, quando duplici stola suscepta, facie ad faciem Deum videbunt, mutantes imperfectum plenitudine, spem munere, imaginem veritate. In illa Sion erat Apostolus cum dicebat: *Videmus nunc per speculam in ænigmate*. Hanc sibi Hierusalem promittebat, cum subinittebat: *Tunc autem facie ad faciem*. item idem: *Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum*. Est igitur ignis in Sion, & caminus in Hierusalem, quia charitatis fervor modicus est in hac vita, plurimus in futura. In hac igniculus, in futura caminus. Hic portio, ibi plenitudo. *Veniet enim quod perfectum est, & evacuabitur quod ex parte est*. Porro sicut nunquam Christus, nunquam Ecclesia moritur, ita nunquam tam beata inter eos extinguitur, aut extinguetur caritas; nunquam solvitur, aut solvetur eorum beatissimum, & spirituale conjugium. Hujus tamen sacratæ perennitatem copulæ ea stabilitas carnalis conjugii designat, quam viventi viro & uxori, non homo, sed Deus, non fori lex assignavit, sed poli. Unde & stabilitas hæc Sacramentum est, quia sacræ rei signum est.

CL. MURATORII IN EUNDEM SERMONEM ADNOTATIO

In Præfat. ad epistolas quasdam Hildeberti a se vulgatas.

NON deerunt, qui cogitabundi, & anxia consideratione intuebuntur in hoc eodem sermone tria tantum enumerari *sacramenta, quorum primum est Conjugium, secundum Baptismus, tertium Dominicæ mensæ sacra libatio*. Quum de reliquis ecclesiæ sacramentis ibi taceatur, continuo ingeretur suspicio, ne sermonis auctor nostrorum temporum Novatoribus arma ministret, eaque tria tantummodo sacramenta probet. At animadvertendum, non adeo sollicitos fuisse veteres ecclesiasticos scriptores, ut quum de sacramentis agebatur, septem semper commemorarent. Profecto neque plura, neque pauciora quam septem, semper habuit, agnovitque ecclesia Catholica. Singillatim de iis egere Patres, ut ex Theologiæ dogmaticæ illustratoribus constat; rarum vero aut neminem fortasse apud illos reperias, qui de omnibus, hoc est de septem, ecclesiæ sacramentis, sermonem ex professo instituerit. Petro præsertim Lombardo, magistro, ut ajunt, sententiarum, debemus præter alia Theologica argumenta in unum congesta Tractatum de septem Sacramentis plenum, & ea methodo digestum, quam tenuere postea successores scholæ Theologi. Et revera sermonis hujus author ita de tribus sacramentis loquitur, ut reliqua non excludat; imo satis prodit, alia sacramenta in ecclesia haberi, quum scribit: *Tria sunt in civitate Dei nostri sacramenta, quæ & tempore cætera præcesserunt, & in reparatione filiorum Dei principatum obtinere noscuntur*. Quibus ex verbis intelligimus, ipsum de iis tribus dumtaxat agere, quod & præcipua ab ipso putarentur, & institutione sacramentis *ceteris* essent priora.

Ad ea confirmanda, quæ hic tradit Muratorius, de septem sacramentis Hildeberti ætate ab ecclesia admissis, quamquam Hildebertus trium tantummodo meminit, juvat hic exhibere integrum sermonem S. Ottonis Bambergensis episcopi qui per hæc tempora florebat, quo sermone Pomeranos a se conversos ad fidem erudiebat, habeturque integer apud authorem coævum vitæ ejusdem præsulis a Canisio vulgatæ. Illum vero eo libentius hic trado, quod dogmaticus sit, & ab episcopo prolatus, ac forte etiam scriptus, ut populis illis traderetur;

ANNO CHRISTI 1124.

tur; atque inter concilia & decreta publica auctoritate stabilita, suum interdum locum obtinuisse constat sermones vel dogmaticos, vel canonicos, quos episcopi pronunciarunt, vel scriptis mandarunt.

Fratres, æmulor vos Dei æmulatione; vos enim omnes qui in præsentiarum ad me audiendum convenistis, & me docente, Christo credidistis & Christiani facti estis, una in Domino ecclesia, estis desponsari per fidem Domino meo Jesu Christo; una, inquam, vos omnes ecclesia estis, una & unica sponsa Domini mei Jesu Christi, quia unicæ universali ecclesiæ per fidem incorporati estis. Sed quia ego per ejus gratiam hujus veræ desponsionis auctor esse videor, (nam ego ei uni viro despondi vos virginem castam exhibere) hinc est quod æmulor vos, non tamen qualibet, sed Dei æmulatione. Nam & mala æmulatio esse potest juxta illud Apostoli: *Sunt quidam qui æmulantur vos non bene*; æmulari autem est, velle indignari, & paratus vobis sum indignari quod pridem dixi; æmulor vos, quia sine tristitia & indignatione ferre non possum, nec potero, si, quod absit, injuriam Domini mei Jesu Christi, cui per fidem vos despondi, cum Diis alienis vos denuo contaminari volueritis; hoc enim est fornicationis genus, quod maxime separat a Deo. Fratres, attendite, ecce omnes in Christo baptizati estis, & omnes Christum induistis, originalium & actualium peccatorum indulgentiam accepistis ab ipso, mundi estis & sancti, non per nos, sed per eum sanctificati & mundati: quia ipse in sanguine suo lavit peccata mundi: nolite ergo iterum inquinare vos cultura idolorum, nam hæc est immundicia, qua omnino Deus offenditur, & penitus separat a gratia Dei; nolite vos prostituere corruptionibus, & immundis spiritibus: soli creatori vero, nulli autem creaturæ divinum honorem exhibeatis, ne indignatio ejus & furor veniat super vos: sed magis in fide, spe, & caritate perficite, ut benedictio ejus veniat super vos & super filios vestros, & ut ei credentes, & fidem operibus exornantes, vitam habeatis in nomine ipsius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum; certi enim esse & nullatenus dubitare debetis, quia si hanc, in qua hodie positi estis, innocentiam servaveritis, & istam sanctificationem ipsius adjutorio servare usque ad finem vitæ vestræ studueritis, non solum mortem evadetis æternam, sed etiam gaudium regni cœlestis possidebitis in æternum. Sed quia vita præsens sine peccatis duci non potest: luctamen enim & temptatio est vita hominis super terram: discessurus a vobis, trado vobis quæ tradita sunt nobis a Domino. Arram fidei.... inter vos & Domini fidelis septem sacramenta ecclesiæ, quasi septem significativa dona Spiritus Sancti, quibus intendendo in laboribus & certamine hujus vitæ non deficere, ut sciatis diligenter enumerare quæ tradimus vobis, discedentes a vobis.

Primum ergo Sacramentum est quo jam imbuti estis, sacrosanctus Baptismus. Hoc sacramentum, fratres mei, abhinc & semper tenere, venerari debetis, & parvulis vestris opportuno tempore, scilicet in sabbato sancto Paschæ ac Pentecostes per manus sacerdotum tradere debetis; certissime scientes, quod quicumque sine illo de hac vita emigraverit, regno Dei carebit; & insuper maledicti originalis pœnas luet æternas.

Secundum sacramentum est Confirmatio, idest, unctio Chrismatis in fronte. Hoc Sacramentum victuris est necessarium: videlicet, ut Spiritus Sancti corroboratione muniantur & armentur contra omnes tentationes & nequitias vitæ præsentis pugnaturi. Non autem usque in senectam differendum est, ut quidam putant, sed in ipsius adolescentiæ fervore percipiendum: quia illa ætas magis obnoxia est temptationibus.

Tertium Sacramentum est unctio infirmorum, quod ideo morituris est necessarium, quia in illa unctione per virtutem Spiritus Sancti remissio datur peccatorum, & ipse qui moriturus est, contra spirituales nequitias, idest, contra malignos spiritus in exitu vitæ animabus insidiantes eadem Spiritus Sancti virtute pugnaturus armatur. Hoc omni Christiano in agone mortis ardentissime desiderandum, & devotissime percipiendum est, utpote remedium animæ certissimum.

Quartum Sacramentum est Eucharistia, idest corpus & sanguis Domini. Hoc Sacramentum victuris, & morituris est necessarium. Sive enim vivimus, sive enim morimur, hoc viaticum semper utendum est. Est enim cibus animæ verus, vitam in se habens æternam. Unde frequenter Missæ celebrandæ sunt, & vos ad easdem devote convenire debetis, ut sæpius huic viatico communicetis. Quod si non potestis, quia carnales estis, huic tam sanctissimæ rei per vos ad omnes missas participari, saltem per mediatorem vestrum, scilicet sacerdotem, qui pro vobis communicat, fideliter, reverenter, ac devote missas audiendo communicate. Oportet tamen & vos ipsos ter vel quater in anno, si amplius fieri non potest, & confessionem facere, atque ipsi sacramento communicare.

Quintum Sacramentum est per pœnitentiam reconciliatio lapsorum, idest, eorum qui post Baptismum propter graviores culpas ab Ecclesia projecti, per satisfactionem pœnitentiæ iterum ei conformantur. Et hoc Sacramentum quasi malagma & recuperatio est cadentium in pugna & vulneratorum.

Sextum Sacramentum est conjugium, idest, copula matrimonialis. Quinque autem superiora Sacramenta, quasi generalia sunt, & omni Christiano necessaria: istud autem quasi particulare est; quia non omnibus necessarium, sed eis tantum qui se continere non possunt; & sicut ad superiora Sacramenta omnes homines trahendi sunt & invitandi, ita nullus ad hoc trahendus est, & invitandus: nisi qui, ut dictum est, se non continent, sed vago & illicito concubitu sese polluunt & commaculant: his enim suadendum est, ut infirmitati suæ honestiori subveniant remedio.

Vos autem, qui usque ad hæc tempora non Christiani sed pagani fuistis, Sacramentum Conjugii non habuistis: quia fidem uni thoro non servastis. Sed qui voluistis, plures habuistis uxores; quod deinceps vobis non lice-

ANNO CHRISTI 1124.

licebit. Sed unus vir unam tantum habere debet uxorem, & una unum. Quod amplius, a malo est. Si quis ergo in vobis est, qui plures habuerunt uxores ante Baptismum, nunc unam de illis, quæ sibi magis placet, eligat, dimissisque aliis, hanc solam habeat, ritu Christiano. Et partus foemineos, audio, quia vos o mulieres, necare consuevistis. Quod quantum abominationis habeat, exprimi sermone non potest. Videte si hoc vel bruta animalia faciant fœtibus suis. Parricidium hoc non fiat amodo in vobis: quia sine gravissima poenitentia dimitti non potest. Sive igitur sit masculus, sive foemina, diligenter enutrite partus vestros: Dei enim est & marem procreare & foeminam.

Septimum itaque Sacramentum est ordinatio, sive consecratio clericorum, quod & ipsum particulare est, & non generale, quia non omni homini necessarium est; quamvis enim omnes homines indigeant clericis, non tamen est necessarium omnes homines fieri clericos. Ad ipsum tamen Sacramentum, qui moribus ac scientia magis idonei sunt, invitandi potius quam trahendi. Unde adhortor vos & invito, quia cogere non debeo, ut de liberis vestris ad clericatum tradatis, liberalibus studiis prius diligenter instructis, ut ipsi per vos, sicut aliæ gentes, de lingua vestra, latinitatis conscios possitis habere clericos & sacerdotes. Ita ergo septem Sacramenta, quæ iterum vestri causa enumerare libet, & baptismum, confirmationem, infirmorum unctionem, eucharistiam, lapsorum reconciliationem, conjugium, & ordines, per nos humiles suos paranymphos sponsus coelestis in arram vestræ dilectionis vobis, ecclesiæ ac sponsæ suæ transmittere dignatus est. Quapropter omni honore, ac reverentia eadem Sacramenta servate diligenter, & veneramini; docete ea filios vestros, ut memoriter teneant, & diligenter observent in omnes generationes. Ecce habetis ecclesiam, habetis sacerdotem, de his omnibus, & quæcumque sunt necessaria vobis abundantius vos instruere scientem. Ipsum ergo sicut me audietis, honorantes & amantes eum, & quæcumque vobis dixerit facientes. Et nunc ego vado, iterum cito reversurus ad vos. Valete in Domino dilectissimi.

Denique ad Carnotensis ejusdem Concilii acta pertinet confirmatio sequentis largitionis factæ monachis Majoris monasterii, cujus instrumenti tabulas ex annalibus Ordin. S. Benedicti Append. num. XV. profero.

In Nomine summi Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi.

Ex Annal. Ord. S. Bened. t. Append. XV. p. 598.

Ego Gaufridus Rotomagensium Dei gratia humilis archiepiscopus, notum fieri volo omnibus sanctæ & Catholicæ fidei cultoribus, quoniam adiit nostram præsentiam vir quidam secundum caducos hujus sæculi honores nobilis satis ac potentissimus, Amalricus scilicet Monfortensis comes Ebroicensis, nosterque parochianus, deprecans parvitatem nostram & multa prece deposcens, ut ecclesiam quandam B. Martini, quæ dicitur de Nogento, super fluvium Andelum, quam sibi jure quasi hæreditario a progenitoribus, qui eam construxerant, dimissam, homo licet sæcularis antiquorum more possidebat, Deo & B. Martino & monachis Majoris monasterii, quibus eam ad emendandum & in melius reformandum devote donabat & concedebat, nostra potius auctoritate & concessione monachis eisdem confirmarem. Cujus ego justis in hac parte petitionibus, tum propter ecclesiæ ipsorum ubique religionem, tum quia ecclesiam illam, quam prius monachi alii, minus, ut videtur, regulares inhabitaverant, per eos in ampliorem credidi proficere religionem, assensum benigne tribuens, prætaxatam S. Martini ecclesiam cum omnibus ad eam pertinentibus jam dictæ Majoris-monasterii ecclesiæ & ejus monachis in perpetuum possidendam libere concessi. Et ut concessio hæc nostra apud omnes successores nostros firma & illibata permaneat, proprii sigilli impressione cartulam hanc jussu nostro inde conscriptam muniri præcepi. Facta est autem hæc nostra concessio prius apud Rotomagum anno ab incarnatione Domini MCXXIII. præsentibus atque laudantibus Tetbaldo venerabili Blesensium comite, Amalrico eodem, Evano Majoris-monasterii sacrista, & Radulfo Mordente. Dehinc anno ipso necdum transacto (*a*) apud Carnotum IV. idus Martii in ecclesia B. Mariæ tempore concilii ibidem a Romanæ ecclesiæ cardinalibus & legatis Petro presbytero & Gregorio diacono sollemniter celebrati, ubi interfuere de monachis eorum domnus Willelmus abbas, Laurentius prior, Evanus sacrista, Radulfus Mordens, Rainaldus de Castro-Gunterii notarius. De clericis quoque nostris concesserunt hoc qui nobiscum tunc erant Gaufredus Decanus nepos meus, & domnus Guido de Stampis archidiaconus.

(a) Ve[...] stylo q[...] nostro [...] an. 112[...]

HO-

ANNO CHRISTI 1124.

HONORIUS II. PAPA

sedit ab anno 1124. usque ad 1130.

APPENDIX AD EPISTOLAS ET DECRETA HONORII II.

EX GERHO LIB. DE ÆDIF. DEI CAP. XXVII.

Papa Honorius Domino Salzburgensi archiepiscopo de rebus quibusdam certis etiam definitis per legatum suum sedem Apostolicam consulenti inquit:

SUnt scripta jam olim super his causis promulgata penes ipsum Dominum archiepiscopum. Non illi est necesse de his quærere, aut expectare novum ex nostri parte aliquod scriptum. Scriptis antiquis utatur; quia sedem Dei habens, nostrum habebit auxilium, in quibuscumque illi favent antiquæ traditiones Patrum. (*a*)

Idem Gerhous hanc narrat traditam ab eodem Honorio fidei definitionem:

PRimus adstitit mihi beatæ memoriæ Honorius, cum in ejus curia fuisset magister Luitolfus inter magistros Franciæ. Hic dum adstruere conaretur, Christum, secundum quod homo est, hominis quidem filium esse naturalem, sed Dei Patris filium adoptivum: & ego e contrario adstruerem, non ad hominem assumptum pertinere adoptionem, quod filius Dei esset, prædictus papa Honorius adstitit mihi concitatus ad hoc ipsum per quemdam libellum a quodam canonico Lateranensi, valenter literato, ipsi porrectum, & a me perlectum, in quo diligenter fuit investigatum, quæ differentia esset inter filios optatos, quos etiam proprios & naturales dici constat, & filios adoptatos filiis naturalibus minime coæquandos. Tunc ergo refutato adoptionis vocabulo in Christo Dei & hominis proprio & naturali filio, ego in petra exaltatus, & in fide Petri per successorem Petri firmatus, ab urbe redii cum lætitia, certum tenens, verum esse, quod Petrus de filio hominis hominibus errantibus ipse non erraverit, dicens: *Tu es Christus filius Dei vivi.*

DECRETUM HONORII.

Habet S. Thomas Cantuariensis Epist. LXXXXVII. pag. 118.

CUræ sit omnibus episcopis excommunicatorum omnino nomina tam vicinis episcopis, quam suis parochianis pariter indicare, eaque in celebri loco posita præ foribus ecclesiæ cunctis venientibus inculcare, quatenus in utraque diligentia excommunicatis utique ecclesiasticus aditus denegetur, & excusationis causa omnibus auferatur.

BISUNTINUM CONCILIUM

Seu placitum Dei pro ecclesiis a prædonum violentia liberandis

Ab Ansirico Archiepiscopo anno 1124. habitum.

BIsuntini concilii anno 1124. sub Anserico Archiepiscopo Bisuntino celebrati annus est in anonymo authore miraculorum S. Prudentii martyris, cujus opus vulgavit Labbeus Biblioth. MSS. tom. 2. pag. 628. his verbis: *Anno millesimo centesimo vigesimo quarto venerabilis Ansiricus archiepiscopus Chrysopolitanus immensum decrevit conflare consilium* (concilium) *quod placitum Dei vocitant in diebus festis* (*ni fallor Pentecostes*) *quibus feriati populi aliquantulumque solito raptorum timore nudati sanctorum devotius student adire limina. Locus autem tali negotio aptissimus denunciatur penes eandem civitatem plus minus ab ipsa distans mille quingentis passibus. Est enim ibi planicies distensi soli, quam Thisiam vocant incolæ, Duvio flumine præterfluente a latere. Hoc itaque archiantistitis intonante decreto fama ciet populos eo confluere. Credi vero non potest quot millia promiscui sexus ætatis ac conditionis accurrerint. Præterea quamplurimum sanctorum illuc gloriosa perlata sunt pignora, quos longum est nominatim recensere. Inter quos & janitores Cœli Petri nostri pulcherrima ycona & capsa multorum reliquiarum cum brachio B. Remigii a nostris decretæ sunt ac in papilione ad hoc facto honorifice deposita.* Huc usque author de concilio, addens dein miracula ibidem præstita intercessione S. Prudentii, cujus vulgo opinabantur esse brachium illud argenteum, quamquam reipsa B. Remigii lipsana contineret. Hæc autem omnia cum gestis in concilio nullatenus cohærentia hic prætereo.

AD CONCILIUM LONDINENSE

In causa disciplinæ, adsistente Joanne de Crema A. S. L.

Anno 1125. celebratum

ADDITIO.

An. 1125. *Concilii hujus canones ex Simeone Dunelmensi exhibet Labbeus, eademque ex eodem scriptore repetit VVilkins concil. Britan. t. I. pag. 407. qui & de MS. codice Cantuariensi variantes adnotavit. Nihil tamen in iis præter vocularum tantummodo immutationem occurrit; quare me illas omisisse, haud grave laturos eruditos judico. Unum moneo, deesse in codice illo præfatiunculam, in qua annus habiti concilii adnotatur, ex quo non inaniter conjicerem additamentum illud esse Dunelmensis, cui imperitiæ adscribendus est anachronismus ille, statim in limine occurrens, ubi annus 1126. cum primo Honorii illigatur; quem optime corrigit Labbeus, legendum anno 1125. admonens.*

Addit insuper idem Anglus collector tertiam aliam Honorii bullam de controversia inter Eboracensem & Cantuariensem episcopos, quam cognoscendam Joanni de Crema legato suo in Britanniam commisisse se scribit in literis, quas Labbeus actis concilii Londinensis præmittit. Hanc ergo bullam repræsento ne quid desit, quamquam diu post Londinense concilium datam credo, tunc scilicet, cum pontifex auditis Eboracensi, & Cantuariensi episcopis, qui cum Joanne ad urbem remeante Romam venerant, ea de re definitivam sententiam pronunciavit.

BULLA HONORII PAPÆ II.

Thurstano Ebor. archiep. privilegia nonnulla concedens ecclesiæ Eboracensi.

Honorius episcopus, servus servorum Dei venerabili fratri Thurstano, Eboracensi archiepiscopo, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum. In eminenti apostolicæ sedis specula, disponente Domino, constituti, ex injuncto nobis apostolatus officio fratres nostros episcopos intima charitate diligere, & ecclesiis sibi a Deo commissis suam debemus justitiam conservare, pro ipsarum quoque volumus statu satagere, atque earum quieti & utilitati, salubriter, auxiliante Domino, providere. Ideoque charissime frater Thurstane, archiepiscope, tibi tuisque successoribus, & per vos Ebor. ecclesiæ, cui authore Deo præsides, Eboracensis ecclesiæ metropol. suffraganeos, & quicquid parochiarum vel episcopali vel metropolitico jure ad eamdem cognoscitur ecclesiam pertinere, in perpetuum confirmamus. Antiquam sane Ebor. ecclesiæ dignitatem integram conservari authore Deo cupientes, auctoritate apostolica prohibemus, ne ulterius, aut Cantuar. archiepiscopus Eboracen. professionem quamlibet exigat, aut Eboracen. Cantuariensi exhibeat; neque quod penitus a beato Gregorio prohibitum est, ullo modo Ebor. Cantuar. ditioni subjaceat, sed juxta ejusdem patris constitutionem, ista inter eos honoris distinctio in perpetuum conservetur, ut prior habeatur, qui prior fuerit ordinatus. Ad hæc si Cantuar. archiepiscopus Ebor. electum gratis, & sine subjectionis exactione consecrare noluerit, electus Ebor. a suffraganeis suis, aut a Romano pontifice libere consecretur. Porro antiquas libertatis consuetudines, & possessiones quas vel in præsenti legitime obtinetis, vel in futuro, largiente Deo, juste poteritis adipisci, ecclesiæ Ebor. præsentis privilegii auctoritate firmamus, statuentes, ut nullus eas auferre, imminuere, vel temerariis audeat vexationibus infestare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis pro futuro. Illud quoque capitulo præsenti subjungimus, ut ecclesiæ S. Andreæ Hagulstadens. S. Joh. Beverlac. S. Wilfridi de Rippon, S. Mariæ de Suthewel. S. Oswaldi de Gloucestr. in omnibus possessionibus & libertatibus, & consuetudinibus vobis vestrisque successoribus, nec non & Ebor. ecclesiæ integre semper & quiete permaneant. Si quæ igitur ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sanctissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

LUGDUNENSE CONCILIUM

Quo Pontius Cluniacensis abbas deponitur & anathemate punitur,

A Petro A. S. L. anno 1126. celebratum.

1126. Pontius olim Cluniacensis abbas de multis postulatus criminibus coram Callisto II. pontifice, reusque agnitus, abbatis dignitatem in pontificis manu deposuerat, seque voti religione obstrinxit proficiscendi in Palæstinam, totumque se servitiis christianorum militum devovendi. Ibi ergo aliquandiu substitit, vitamque adeo ad recti normam B direxit, ut non exiguam sanctimoniæ famam sibi comparaverit. Tum rediit in Italiam, ubi non diu post, quam intus in corde celabat nequitiam produxit; nam valida militum manu parata Cluniacum petiit, monasterium invasit, factiosisque nonnullis monachis sibi adjunctis reliquos cum abbate expulit. Re comperta Humbaldus Lugdunensis archiepiscopus sententiam excommunicationis in Pontium dixit. Nec Honorius II. pontifex segnius grassanti malo sese opposuit; nam misit actutum in Galliam Petrum diaconum suum ex latere legatum cum literis ad episcopos, & primores Galliæ, ad Cluniacenses, & ad episcopum Lugdunensem, quo junctis simul C omnes viribus invasorem ejicerent, corruentemque Cluniacensem rem restituerent, & confirmarent. Strenue id præstitum a Petro, adnitentibus episcopis & Galliæ proceribus. Quare collecto Lugduni concilio anathema in Pontium præeunte Petro ab ecclesia Gallicana dictum est; tum coactus Pontius ut Romæ se sisteret ad judicium pontificis. Venit ille ad urbem, non tamen causam suam tueri coram pontifice sustinuit, a quo iterum abbatia, quam per injuriam invaserat, expoliatus, & novo anathemate damnatus est; nec diu post hoc judicium supervixit. Hæc omnia fusius legas in to. VI. annalium ordinis S. Benedicti, quem Mabillonii annalibus ex obitu authoris sui intermissis adjecit P. Edmundus Martene scriptor ejusdem ordinis clarissimus. Ex illo vero hic dandas censeo epistolas tres Honorii in causa Pontii datas, cum sententia excommunicationis a Petro A. S. L. in concilio Lugdunensi pronunciata, ac denique bullam Honorii, qua Petri in Lugdunensi concilio sententia confirmatur, totique huic controversiæ finis imponitur.

HONORII PAPÆ II.

Breve ad omnes episcopos & proceres Galliæ, ut Pontium olim abbatem Cluniacensem coerceant.

Annal. ... VI. Honorius episcopus servus servorum Dei venerabilibus patribus archiepiscopis, episcopis, baronibus & aliis fidelibus per Franciam, Aquitaniam, & Burgundiam constitutis salutem & apostolicam benedictionem.

Universæ bonitatis inimicus Diabolus ut religionem fratrum Cluniacensium cribraret sicut triticum, expetivit. Pontium namque ad perturbandos fratres divino famulatui mancipatos arrogantiæ spiritu tumidum de ultra marinis partibus unco ambitionis adduxit, & ut ab eo monasterium Cluniacense occuparetur efficit. Quamobrem dilectum filium nostrum Petrum Diaconum cardinalem ad vos ex gremio sanctæ Romanæ ecclesiæ dirigentes, caritati vestræ mandando præcipimus, ut ipsius consilio invasorem Pontium a Cluniacensi monasterio & obedientiis, atque omnibus pertinentiis ejus eliminare summopere procuretis; idem enim filius noster Petrus vice nostra in Pontium & in omnes fautores ejus anathematis confirmabit sententiam. Dilectum vero filium nostrum Petrum Cluniacensem abbatem manu tenere & honorare curetis. Data Lateranis VIII. Kal. maii.

EJUSDEM LITERÆ AD MONACHOS CLUNIACENSES

Ut Pontium abbatem rejiciant.

Honorius episcopus servus servorum Dei, universis monachis & conversis ad Cluniacense monasterium pertinentibus salutem & apostolicam benedictionem.

Gravamur admodum quoniam, sicut accepimus, sacri collegii unitatem & statum religionis Pontius diabolico agitatus spiritu visus est ausu temerario perturbare. Quamvis ergo væ sit homini illi per quem scandalum venit; ad probationem tamen, & purgationem bonorum necesse est scandala provenire: vis enim & audacia militis in bello cognoscitur, & fidei religiosæ constantia D in adversis comprobatur. Quo circa dilectum filium nostrum Petrum cardinalem ad vos e gremio sanctæ Romanæ ecclesiæ dirigentes mandando præcipimus, ut in charitatis unitate firmiter persistentes, eidem Pontio nullum omnino consilium vel auxilium præbeatis, sed potius ab ipso tanquam a schismatico & invasore vos omnimodis abstinete. Idem namque filius noster Petrus vice nostra in Pontium, & in omnes fautores ejus anathematis confirmabit sententiam. Præcipimus autem, ut dilecto filio nostro Cluniacensi abbati, tanquam pastori vestro, & animarum vestrarum rectori, humiliter obedientiam, & reverentiam exhibeatis. Datum E Laterani VIII. Kal. maji.

EJUSDEM AD HUMBALDUM ARCHIEPISCOPUM LUGDUNENSEM

Ejusdem argumenti.

Honorius episcopus servus servorum Dei venerabili Hu.... Lugdunensi archiepiscopo apostolicæ sedis legato salutem, & apostolicam benedictionem.

Dolemus quoniam, sicut accepimus, religio-

ANNO CHRISTI 1126.

gione Cluniacensem Pontius temere perturbavit. Gratias ergo tuæ referimus fraternitati, quod tanquam religionis amator ei viriliter restitisti. Instanti igitur vigilantia tam per ecclesiæ ministros, quam per exteras potestates illum de monasterio trahere, & in carcerem ponere omnibus modis elabores. Nos autem de latere nostro legatum e vestigio transmittimus, qui tibi ad hoc explendum consilium & auxilium præbeat. Data Lateranis VIII. Kalend. maji.

FORMULA EXCOMMUNICATIONIS IN PONTIUM ET PONTIANOS.

HÆc est excommunicatio, quam fecit Petrus cardinalis sanctæ Romanæ ecclesiæ legatus in virtute Spiritus Sancti, & in auctoritate domni papæ Honorii, cujus vice fungitur, in Pontium invasorem, & schismaticum, & in burgenses Cluniacenses, & in omnes eorum fautores in Lugdunensi synodo VII. Kal. junii in præsentia episcoporum consentientium, & abbatum, & presbyterorum multorum, & clericorum.

Quoniam contra voluntatem Dei, & domni papæ Honorii, totiusque Romanæ ecclesiæ Pontius Cluniacense monasterium irrationabilis laicorum violentia invasit, Romanæ ecclesiæ misericordiam magis quam justitiæ severitatem sequentes, tertio tam literis, quam nuntiis eum ad nos vocavimus, ut voluntatem domni papæ Honorii ex ore nostro super hoc audiret, eique veluti totius orbis universali patri in omnibus obediret. Verum quia domno papæ Honorio, cujus vice fungimur, obedire, & de perpetrato invasionis ecclesiæ scelere noluit pœnitere, hanc injuriam Deo, & apostolicæ sedi illatam ulterius inultam non ferentes, auctoritate apostolorum Petri, & Pauli, & domni papæ Honorii, qui nobis plenam, & in hoc negotio sua vice tradidit potestatem, excommunicationis sententiam domni Humberti archiepiscopi Lugdunensis S. R. E. & domni papæ Honorii legati, & ejus suffraganeorum in eumdem Pontium, & in omnes fautores ejus juste iterum prolatam in præsenti confirmamus synodo, quam iterum renovantes, prædictum Pontium, ac monachos ei cohærentes, nec non & burgenses Cluniacenses anathematis vinculo innodamus, quousque resipiscant, & ad condignam redeant satisfactionem. Præcipimus etiam sub anathemate ut nullus in ecclesiis vel in officinis infra ambitum muri Cluniaci, aut deforis infra claustra, vel pertinentiam totius burgi constitutis campanas pulsare, vel officia celebrare divina, vel capitulum facere præsumat quousque Pontius inde exeat, & ab hac infestatione quiescat. Ejusdem anathematis vinculo insuper eos innectimus, qui de thesauro ecclesiæ Cluniacensis quidquid causa donationis vel venditionis seu pignorationis acceperunt, ac deinceps acceperint, vel dederint. Præterea obedientias, in quibus Pontius suos priores intrusit, scilicet Silviniacum cum Eustorgio priore & suis fautoribus, Massiliam cum priore, Laziacum & ejus priorem, Parrona cum priore, ne divina officia ibi celebrentur, interdicimus. Denique omne christianitatis officium supradictis locis interdicimus, excepto baptismate puerorum, & pœnitentia morientium, volentium ab hac nequitia converti, data securitate in manibus Lesaldi Vincentii, & aliorum, qui obedientiam Romanæ ecclesiæ & Petri abbatis fidelitatem servant. Eodem vinculo ligamus eos, qui victualia vel arma burgensibus Cluniaci pretio, vel dono, vel in defensione hujus sceleris portant.

HONORII PAPÆ BULLA

Ejusdem argumenti.

HOnorius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Petro Cluniacensi abbati salutem & apostolicam benedictionem.

Universalis ecclesiæ sollicitudo nobis a dispensatore omnium bonorum Deo commissa, mentis intentionem incessanter urgere non desinit, religionis statum inconvulsum servare, & religiosis locis libertatem debitam custodire. Sancta tamen mater ecclesia, quæ ad tempus ex parte peregrinatur in terris, multarum oppressionum purgatur turbine, & validæ persecutionis examinatur fornace, cælumque inspiciens, gemebunda suspirat, donec illi coelesti præsentialiter uniatur, quæ de immarcescibilis coronæ remunerata præmio, sui creatoris contemplatione lætatur. Cæterum navis B. Petri cælorum clavigeri, cui Christus præsidet gubernator, quamvis multis collidatur procellis, & horrendis ventorum flatibus agitetur, nunquam tamen naufragii damnum incurret; sed ad portum tranquillitatis cum eis qui ei adhærent, secura perveniet. Pontius siquidem Beati Benedicti inimicus, præceptionibus & monastici ordinis malleus, qui Cluniacensem abbatiam in manu prædecessoris nostri felicis memoriæ papæ Callisti sine spe recuperationis refutaverat, & se perpetuo Jerosolymis victurum voto adstrinxerat, contra voluntatem Dei & nostram, Cluniacense monasterium superba obstinatione & præsumptione sacrilega occupavit: nitorem vero Religionis Cluniacensium fratrum, quæ per totam Galliam claruerat, perturbans, corda simplicium veneno suæ pravitatis infecit. Præterea sacrilegium & rapacitatis flagitium præteritis superaddens peccatis, vasa sacra, & thesaurum monasterii, qui ex voto fidelium ad pauperum usus, cum foret opportunum, fuerat destinatus, diripuit, & ejus maximam portionem pro retinendis militibus, sagittariis, & balistariis dissipavit. Quia igitur in tanta pertinacia induratus, nequaquam resipiscere voluit, venerabilis frater noster Humbaldus Lugdunensis archiepiscopus apostolicæ sedis legatus, in eum excommunicationis sententiam promulgavit. Cæterum postquam tantum periculum, tantamque religionis stragem Cluniacensi monasterio imminere veridica relatione cognovimus, dilectum filium nostrum Petrum diaconum cardinalem de gremio sanctæ Romanæ ecclesiæ ad partes illas mittendum duximus, qui præcepto, & auctoritate

ctoritate nostra Pontium invasorem, & fautores ejus vinculo anathematis innodavit. A Post hæc autem tu dilecte fili Petre Cluniacensis abbas, & idem Pontius proximis B. Michaelis octavis, ad nostram venire præsentiam, & de prædicta controversia, & excessu, nostro & Romanæ ecclesiæ obedire judicio statuistis, & ne super hoc vestrum aliquis falleretur, utrinque obsides in præsentia prænominati dilecti filii Petri cardinalis diaconi præbuistis. Statuto itaque termino, nostro te conspectui præsentasti. Pontius vero cum monachis, & burgensibus, nondum tamen cum suis ab excommunicationis vinculo absolutus ad urbem venit. Ut autem secundum usum ecclesiasticum de excessu, pro quo excommunicatus fuerat, satisfaceret, & postmodum juxta rationis ordinem, ad causam suam permitteretur agendam, a nostris fratribus est sæpenumero requisitus: ipse vero spiritu elationis tumidus in inficiationes & verborum involucra assueto more linguam extendens, satisfacere nobis & ecclesiæ Romanæ contemsit: nos siquidem quosdam monachos, qui cum eo venerant, post acceptam satisfactionem recepimus, & ad causam suam agendam admisimus. Tunc ergo te in Cluniacensem abbatem canonice, & secundum beati Benedicti regulam electum, ac per prædecessorem nostrum felicis memoriæ papam Callistum, & per nos ipsos confirmatum, modo vero per Pontium invasorem, & complices suos infideles burgenses fuisse expulsum, bona etiam monasterii, & thesaurum fuisse distractum, per carissimum filium nostrum Matthæum priorem S. Martini de Campis, quem advocatum & causæ tuæ patronum statueras, supplicem allegasti, & ut tibi de ablatis restitutio, & de irrogata injuria justitia fieret postulasti. Cæterum monachi, qui cum Pontio venerant, ex adverso pastorem suum Pontio sibi fraudulenter ablatum, nec umquam eum Cluniacensis monasterii regimen dimisisse acclamabant. Qui statim productis apostolici viri regestorum papæ Callisti voluminibus, & assertione testium, qui tunc præsentes fuerunt, convicti sunt. Ut igitur verba ipsius ad Pontium directa ponamus, hæc sunt: Tibi præcipimus ut ab hujusmodi levitate desistas, & quam in manu nostra sine recuperationis spe refutasti Cluniacensem abbatiam nullatenus molestare præsumas. Si vero nostri præcepti transgressor extiteris, gratiam beati Petri, & nostram amittes; & si quando ad nos clamaveris, non exaudieris. Item ad conventum Cluniacensem inter cætera, zelum inter vos & contentiones agitari multorum relatione comperimus, & vehementius aggravamur. Pontius enim qui olim vestro monasterio præfuit, concordem unitatem vestram dividere, & simplicitatem mentium vestrarum sollicitare non desinit: unde universitati vestræ præcipimus, ut sicut per obedientiam beati Petri salvare animas vestras cupitis, protinus abjectis omnino schismatibus, carissimo filio nostro Petro Cluniacensi abbati unanimiter & devote humilitatis subjectionem & obedientiam deferatis, & in Pontio illo, qui in nostris manibus sine spe recuperationis abbatiam Cluniacensem penitus refutavit, nullam de cætero spem habeatis; cum quod de eo in causa hac constituimus, nulla prorsus ratione mutabimus. Si quis autem vestrum hujus præcepti temerator extiterit, si abbatiæ vel alicujus prælationis nomine insignitus fuerit, vel ordinis promotionem habuerit, dignitatis, & ordinis sui detrimentum sustinebit, & anathematis sententiæ subjacebit. Idem de eodem ad te Petre fili carissime. Quod autem de Pontio illo, qui olim abbatiæ Cluniacensi præfuit, quam omnino sine recuperationis spe in manibus nostris refutavit constituimus, nulla volumus ratione mutare. Quocirca quemadmodum judicis postulabat officium, diligentius indagato negotio, habito consilio, & communi assensu fratrum nostrorum episcoporum & cardinalium, Petro præfecto urbis, & aliis nobilibus Romanis, & legis peritis collaudantibus, ex sententia de Cluniacensi abbatia, de monachorum obedientia, de omnibus tam exterius, quam interius ad eamdem abbatiam pertinentibus, plenarie te per abundantem justitiam investivimus: obsides vero quos pro exequtione justitiæ dederas absolventes, illos quos Pontius & burgenses pro parte sua obligaverant, alligavimus. Burgenses etiam de thesauro Cluniacensi monasterio restituendo, & alio damno restaurando in manu tua, ad quem cura spectare cognoscimus, damnavimus, pœna legali adhibita: verum ipsius pœnæ relaxatio est tuæ discretioni commissa. Præterea Pontium excommunicatum, invasorem, deprædatorem, sacrilegum, & schismaticum condemnantes, sententiam beatæ recordationis prædecessoris nostri domni papæ Callisti in ipsum Pontium datam, ut videlicet nullo tempore Cluniacensem abbatiam recuperet, apostolica auctoritate firmavimus. Si quis autem in posterum hanc nostræ diffinitionis sententiam violare tentaverit, laicus anathematis gladio feriatur, clericus honoris & officii privatione multetur.

Ego Honorius catholicæ ecclesiæ episcopus.

Ego Portuensis interfui.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconi cardinalis cancellarii XIII. Kal. novembris, indictione III. anno Dominicæ Incarnationis MCXXVI. pontificatus autem domini Honorii II. papæ secundo.

CON-

ANNO CHRISTI 1126. 1127.

CONCILIUM MOGUNTINUM

In causa Gebhardi VVirceburgensis vitiose electi

Anno 1125. circiter celebratum.

An. 1125. circiter.

Rogero Wirceburgensi seu Herbipolensi episcopo defuncto anno 1125. Gebhardus quidam Bambergensis ecclesiæ canonicus a factiosis quibusdam assentiente Henrico imperatore jam olim electus, sed Callisti authoritate Rogero æmulo suo cedere coactus, iterum sedem illam ambivit. Eum quidem ab initio admittendum censuerat Adalbertus Moguntinus archiepiscopus, satius ducens vitiosam electionem tolerare, quam alterum substituendo, periculoso schismate ecclesiam illam dilacerandam tradere. Actum est ea de re in concilio Moguntino, quod tunc habitum discimus ex literis Gebhardi in codice Udalrici num. CCCXXXV. in quibus ita de hoc concilio: *Archiepiscopum adii ipsius consilio, Concilio quod in Moguntia ecclesia tunc temporis habuit, me una cum Eistetensi electo præsentavi, petens misericordiam vel justitiam, & omnem obedientiam me et & Moguntinæ ecclesiæ semper exhibuisse ipsius testimonio in synodo comprobavi. Omnium igitur suffragiis pro me pulsantibus me de episcopali consecratione certum fecit, & diem consecrationis & locum mihi constituit, ad quem veni & nihil profeci.*

Ex hoc concilio datas credo ab eodem Adalberto literas ad Ottonem Bambergensem, quibus illum invitat, ut ad festum S. Lucæ in certum locum veniat, ubi iterum ea de causa tractaretur, & consecraretur electus. Has literas, quas concilii hujus synodicas puto, hic exhibeo ex codice Udalrici num. CCCXXII.

A. sanctæ Moguntinæ ecclesiæ humilis servus, & apostolicæ sedis legatus, venerabili, & in Christo dilecto fratri, & coepiscopo Domino O. salutem & apostolicam benedictionem.

Tribulationes & destructiones Herbipolensis ecclesiæ, quæ, & quantæ sint, quamdiu duraverint, jam dudum discretioni vestræ innotuit, quæ usque adeo multiplicatæ sunt, nisi eis in brevi provideat omnipotens Deus & misericors Dominus, quod in proximo ecclesia illa omnimodis adnihilabitur. Unde si facultas supeteret, vestræ fraternitatis præsentiam & consilium potissimum desideraremus convenire, & de ipsius reformanda pace & religione, quantum divina misericordia concederet sollicitius pertractare. Siquidem fratrum, qui nobiscum sunt, & quos præsentialiter vel per literas nostras convenire potuimus, tale est consilium, quum venerabilis frater, & coepiscopus noster Rogerus viam universæ carnis ingressus est, in hoc ecclesiæ illi provideamus ut promovendo fratrem illum Gebhardum, dispersa illius ecclesiæ dispensatorie potius recolligamus, quam alium super imponendo graviter quidem dispersa funditus extirpari permittamus. Quo circa fraterna vos commonemus caritate, ut præsentiam vestram conventui fratrum nostrorum, quos in idipsum convocavimus, in proximo Festo beati Lucæ velitis præsentare, vel si id minime valueritis adimplere, consilio, quod Spiritus Sanctus vobis dictaverit, consensus vestri literas non differatis transmittere. Valete & in orationibus vestris nostri memoriam facite.

CONVENTUS ARGENTINENSIS

In causa Gebhardi Herbipolensis electi

Intra annum 1126. & 1127. initium coram Lothario rege habitus.

Intra an. 1126. & initium an. 1127.

Ut intra anni 1126. & initium anni 1127. conventum hunc Argentinensem assignem cogit S. Norbertus Magdeburgensis archiepiscopus, qui anno 1126. die festa Paschæ renunciatus fuit episcopus, & Theodoricus Monasteriensis, qui anno 1127. die pridie Kal. martii obiit. In eo vero quid actum sit in causa Godehardi Wirceburgensis intrusi ipse suis verbis Godehardus in epistola relata in codice Udalrici num. CCCXXXV. narrat: *Rex* (Lotharius) *cognita causa mea Argentinam me vocabat. Veni, & aspectui suo me debita devotione præsentavi. Ipse vero me benigne suscipiens, & querimoniæ meæ clementer adtendens, jussit ut omnis causa mea a principibus, qui tum aderant, audiretur, & eorum judicio canonice terminaretur. Factum est igitur, ut tam ego, quam adversarii mei, quorum magna pars ibi aderat, libere admitteremur audientiæ, & utrinque cognita causa, sic Deo gratias oratio mea invaluit, ut veritas, quæ semper iniquitati dominatur, adversariorum figmenta oppresserit. Aderat autem ibi Gerardus Romanus cardinalis, Moguntinus archiepiscopus, Adalbero Bremensis archiepiscopus, Norpertus Magdeburgensis archiepiscopus, Sigevvardus Mindensis, Theodericus Monasteriensis, Diethardus Osneburgensis, Otto Halberstadiensis, Megingatus Merseburgensis, qui & hujus rei judices sunt, & Romanæ, vel Moguntinæ sedi nunquam inobedientem me extitisse, ex cognita causa mea & ex ipsius Moguntini archiepiscopi testimonio cognoverunt. Dum vero per diversa consilia finis causæ meæ quæritur, ab ipso Moguntino archiepiscopo hoc consilium mihi tribuitur, ut omni remota occasione Romam procedam, & ex ipsius nutu apostolici & gratia finem negotii mei efficiam.* Quid Romæ egerit Godehardus inferius, cum de concilio Romano agetur, exponam.

TORCELLENSE CONCILIUM

ANNO CHRISTI 1127.

In causa canonicorum Torcellensium in episcopum suum perduellium, præsente Stephano A. S. L.

Anno 1127. *celebratum.*

Ughell. Sac. p. nov. IN nomine Domini Salvatoris nostri Jesu Christi millesimo centesimo vigesimo septimo mense septembri indictione sexta Torcelli.

Quoniam controversiarum inter partes determinatio, nisi fuerit literarum notata titulo, in oblivione mortalium majoris dissensionis esse facillime poterit occasio: Ea propter nos quidem Joannes Dei gratia Gradensis patriarcha, & Stephanus sanctæ Romanæ ecclesiæ Diaconus cardinalis una cum inclyto duce Venetiarum Dominicus Michael determinata inter Stephanum Silverium Venerabilem Torcellanum episcopum, & canonicos suos discordia in nostra præsentia, literarum harum in posteris denotamus pro removenda dubitatione scriptura. Conquestus fuit siquidem præfatus Stephanus Torcellanus episcopus in nostra, cunctorumque Venetiæ episcoporum astantia, quod majoris ecclesiæ canonici sibi subtraxerant obedientiam, & multas contulissent contumelias. Vocavimus itaque communiter cum episcopis clericos, & eos de tali temeritate corripientes statuimus communiter, ut vel culpam profitentes de perpetrato facinore dicerent, vel canonice se non fecisse defenderent. Itaque canonici eorum, quæ fuerant objecta, quædam commisisse confessi, quædam etiam præsentibus testibus sunt convicti. Ad hoc requisita dictorum, perlectaque diligenter auctoritate eos damnandos ac deponendos esse communi sententia convenimus omnes. Ne igitur in majori scandali prorumperetur occasione, præfatum Stephanum episcopum convenimus, & ad misericordiam de tali judicio exoravimus. Nostris ergo precibus inclinatus Venerab. episcopus eos benignissime suscepit & ...... perpetratas culpas indulsit, eo tamen tenore, ut si forte deinceps suis non obtemperarent mandatis, eidem subjacerent definitioni & ...... incurrerent ...... ut præfatæ nostræ damnationi & episcoporum subjacerent.

Ego J. Dei gratia Gradensis patriarcha huic constitut.

Ego Stephanus Dei gratia S. R. E. diac. card. ss.

Ego Petrus Dei gratia Capurlarum episcopus ss.

Ego Jo. Dei gratia Equilensis episcopus.

Ego Huricus Dei gratia civitatis Novæ episc.

Ego Stephanus Methamaucensis episcopus laudo & confirmo

Ego Dominicus Gausoni Archipresbyter Torcellanæ ecclesiæ manu mea subsc.

Ego P. Dondi clericus eccl. S. &c .... cum plebano manu mea subsc.

CONCILIUM ROMANUM

In causa Gebhardi VVirceburgensis electi

Ab Honorio II. papa anno 1127. *celebratum.*

1127. ROmam profectus Gebhardus multa in in Adalbertum Moguntinum coram pontifice commentus est, querens se neque testibus legitimis convictum, nec sponte confessum, sed sola episcopi iniquitate oppressum gravari, & episcopatu immeritum privari. Cui aures credulas præbens pontifex literas dedit ad archiepiscopum, objurgans quod iniquius in episcopum egisset. Reposuit continuo Adalbertus dolos callidi hominis detegens & gestorum a se justitiam pandens; secundum hæc pontifex coactis cardinalibus & episcopis causam Gebhardi tractare diligenter coepit; eaque sedulo excussa, tandem de sententia concilii pronunciavit, quod *Gebhardus episcopatus apicem ulterius non debeat obtinere*; qua de re synodicas ad Adalbertum Moguntinum scripsit. Has omnes literas, utpote quæ concilii hujus alias ignoti, historiam explicant & illustrant, ex codice Udalrici num. CCCXXX. CCCXXIX. CCCXXIV. & CCCXXV. huc transfero.

H. servus Dei, A. venerabili fratri Moguntino archiepiscopo & apostolicæ sedis legato salutem & apostolicam benedictionem.

Scimus quidem zelum Dei vos habere, quem tamen, salva caritate condire debetis, ut nihil indiscrete, sed omnia rationabiliter, & secundum Deum agere valeatis. Wurtzeburgensis quippe ecclesiæ designatus episcopus, se a vobis contra justitiam gravari, & præjudicium sustinere querelas nobis deposuit, quod ipsum neque accusatoribus, neque testibus legitimis convictum, neque sponte confessum, neque canonice examinatum, tanquam ecclesiæ invasorem, in qua se electum asseverat, & simoniacum pronuntiatum, communione ecclesiastica privaveritis. Quod si ita est, fraternitatem vestram a canonicis regulis divinitus inspiratis liquido constat deviasse. Ait igitur sacra canonum auctoritas adimi episcopo episcopatum non debere, antequam causæ ejus exitus appareat. Item ex epistola Papæ scripta Anastasio, & cæteris episcopis in Alexandrina synodo congregatis: *De judiciis episcoporum, unde nos consuluistis, diversas a patribus regulas invenimus constitutas. Quidam igitur ad repellenda impetitorum machinamenta, & suas præparandas responsiones, & testes confirmandos, & concilia episcoporum quærenda,* an-

ANNO CHRISTI 1127.

annum & 6. menses mandaverunt concedi: quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus vero quam 6. menses non reperi, quoniam hæc laicis indulta sunt, quanto magis sacerdotibus? Induciæ namque non sub angusto tempore, sed sub longo spatio concedendæ sunt, ut accusati se præparare atque contra insidiatores pleniter se munire valeant. Judices autem & accusatores tales esse debent, qui omni careant suspicione, & ex caritatis radice suam desiderent sententiam promere.

Ex eod. n. CCCXX. IX.

H. sanctissimo & universali papæ A. Dei gratia sanctæ Moguntinæ ecclesiæ humilis minister & apostolicæ sedis legatus, debitam, ut tanto apostolico, obedientiam, & devotissimam, ut tanto patri reverentiam.

Acceptis sanctitatis vestræ literis super causa fratris illius, si tamen frater dici debet, qui sanctæ Wirtzeburgensis ecclesiæ episcopatum usurpat, intelleximus totius causæ ordinem longe aliter, quam se veritas habet, summo apostolatui vestro innotuisse, quoniam multa solent per surreptionem fieri. Idem namque sanctitati vestræ contra nos querelas deposuit, dicens se a nobis præjudicium sustinere, & contra justitiam prægravari. Nos vero in hac causa, Deo teste, & conscientia nostra, nihil egimus, quod canonicis regulis possit obviare, nihil unde sanctitati vestræ suspecti esse debeamus, nihil unde aliquis, qui causam ipsam plenius tractaverit, possit reprehendere; sed quicquid in hac causa egimus, non zelo amaritudinis, sed zelo justitiæ; non aliquo odio permoti, sed officii nostri intuitu; non contra sanctorum patrum canones, sed secundum canones egimus. Scimus quidem, juxta Sanctorum Patrum regulas divinitus inspiratas, episcopo episcopatum non adimi debere, antequam causæ ejus exitus appareat. Sed optime novit sanctissimus apostolatus vester, hanc sanctorum patrum sententiam de dubiis episcoporum causis, non de manifestis debere intelligi. Ejus vero, quo de agitur, impudentissima causa, & certum crimen nullum legitimæ defensionis, nullum justæ excusationis colorem recipit. Luce igitur clarius patet omnibus, quod nullis meritorum privilegiis, nulla præeunte electione ad tanti sacerdotii gradum est assecutus; sed tyrannica violentia intrusus in ovile Domini, cum non per ostium intravit, sed aliunde per ambitionem & simoniacam hæresim tanquam fur & latro impudentissime irrupit; & quod sine magno dolore & cordis compunctione dicere non possumus, locum legitimi pastoris sibi usurpavit, quem sibi sancta Wirtzeburgensis ecclesia de filiis suis communi voto & consensu cleri, & plebis, nobisque laudantibus, & consentientibus canonice intronizandum elegerat, utpote natalibus, & moribus nobilem, ecclesiastica disciplina adprime eruditum, fide catholicum, natura prudentem, vita castum, sobrium, humilem, affabilem, litteratum, in lege Dei instructum, in sensibus scripturarum cautum, & per omnia sacerdotali nomine & honore dignissimum.

Ex eod. CCCXX IV.

Honorius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri A. Moguntino archiepiscopo salutem & apostolicam benedictionem.

Super causa Gebhardi, de quo nos rogavit tua fraternitas, fratrum nostrorum episcoporum, & cardinalium consilium requisivimus. Ex eorum ergo deliberatione provisum est, quod in Herbipolensi ecclesia idem Gebhardus episcopatus apicem non ulterius debeat obtinere. Datum Lateran. IV. non. martii.

Ex eod. CCCXX

Frater G. (Gerardus) sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis, & apostolicæ sedis legatus. Dilectis in Christo fratribus O præposito & aliis VVirzeburgensis ecclesiæ clericis salutem, & omne bonum.

Quantis & quam diuturnis calamitatibus ecclesia vestra jam diu sit afflicta, & attrita, non solum Theotonicæ, verum & Italicæ constat esse notissimum. Super quibus in religiosis & Deum timentibus viris compatitur & condolet vobis Theotonica ecclesia & compassa est, & condoluit vobis jamdiu mater vestra sancta Romana ecclesia. Unde ad se venientem bonæ memoriæ Dominum R. episcopum vestrum benigne recepit, & benigne dimisit, sperans quod per eum Deus vellet finem imponere afflictioni vestræ. Post obitum vero ejus cum Dominus meus Papa H. audiret Dominum G. eidem ecclesiæ incubare, Domino Moguntino, tanquam vestro metropolitano, & apostolicæ sedis legato per me literis, & viva voce ex communi episcoporum, & cardinalium deliberatione mandavit, quod prædictus frater G. in Herbipolensi ecclesia episcopatus apicem ulterius obtinere non debeat. Ex parte itaque Dei & beati Petri, & Domini mei papæ Honorii vobis præcipiendo mandamus, ut idipsum sentiatis, idipsum sapiatis omnes, ut non sint in vobis schismata, sed ab eodem viro vos separando, & nullam ei reverentiam tanquam vestro episcopo vel electo exhibendo in unum conveniatis, & quantotius poteritis episcopum vobis, secundum Deum canonice eligatis. Alioquin vobis, & ecclesiæ vestræ divinum officium interdicemus. Ad hæc bene agenda cooperetur vobis divina gratia.

WIR-

VVIRCEBURGENSE CONCILIUM SEU CONVENTUS

In quo Conradus regni Germanici invasor anathemate damnatur,

Anno 1127. *celebratus.*

QUanquam concilii nomen conventui huic nullibi tribuitur, merito tamen inter concilia accensendum judico, cum ex ecclesiasticis, & pro decernenda ecclesiastica pœna in Conradum fratrem Friderici ducis Alsatiæ, (qui dein regnum & imperium obtinuit) regni Germanici contra Lotharium regem invasorem, constiterit. En verba Annalistæ Saxonis Eccardiani. *Anno Dominicæ Incarnationis millesimo CXXVIII.* (a Natali anni 1127. cœpto) *Rex natale Domini VVirceburh celebrat, ibique sinistro rumore percellitur, Conradum fratrem Friderici ducis Alsatiæ regium nomen usurpasse. Hac de causa Magedaburgensis, & Moguntinus, & Salseburgensis archiepiscopi, aliique plures, qui tunc aderant episcopi Conradum excommunicaverunt.* Concilii hujus synodicam epistolam ab Adalberto Moguntino ad S. Ottonem Bambergensem, nobis Udalricus in suo codice num. CCCXXXVII. servavit.

A. Dei gratia Moguntinus archiepiscopus, & apostolicæ sedis legatus venerabili fratri O. Bambergensi episcopo salutem in Domino.

Excommunicationem, quam communicato fratrum & principum consilio in invasorem regni fecimus, jamdudum fraternitati vestræ per literas nostras significavimus. Sed quoniam dubitamus, utrum ad vos pervenerint literæ, audivimus enim quod ecclesia vestra velit eas ignorare; mittimus iterum præsentes apices, monentes, ut quod fecimus nos, & vos faciatis, & per omnes ecclesias vestras ipsum iniquitatis auctorem cum fautoribus suis a communione christiana, & omni divino officio arceri præcipiatis.

CONVENTUS APUD LUFEN

Pro Orthodoxia Ellenhardi Frisingensis episcopi diu antea defuncti

Anno 1129. *habitus.*

ANno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo vigesimo nono primo Kalend. Augusti collectis apud Lufen quampluribus Saltzburgensis, Frisingensis, Ratisponensis, Pataviensis, Aistensis ecclesiarum clericis, religiosis, & literatis, insuper abbatibus & monachis, & non modico Principum, ac populorum collegio, coram archiepiscopo Saltzburgensi, Conrado, & Reginberto, Brixiensi episcopo, inter cætera causa Ellinhardi Frisingensis episcopi, jamdudum ante annos quinquaginta duos feliciter viam universæ carnis, (ingressi) ventilata est. Quia hoc ipso tempore Gregorii VII. qui & Hildebrandus, sub hæresi Wicbertina quibusdam defunctus esse putabatur, a præfato Metropolitanæ sedis archiepiscopo, plus annos quinquaginta duos, quibus sine reclamatione canonica, tam mortuis quam vivis, vere catholicus est adhibitus, irrationabiliter est impetitus. Cum utique duobus annis prius ipse de mundo excesserit, quam Wicbertus hæresiarcha Rom. sedis cathedram invaserit; sed beati viri meritis exigentibus, probabili septem probabilium virorum testimonio canonice excusatus, imo meritorum prærogativa & miraculorum attestatione, venerabilis semper inventus; reverentiam, quam apud Dominum & homines dudum vivens emeruit, etiam mortuus, Domino propitiante irrefragabiliter obtinuit. Probatum est itaque legitimo, ac canonico Rudolfi abbatis Aistettensis testimonio, Diethmari S. Andreæ decani, Hannonis presbyteri, Cunonis parochiani, Richeri presbyteri de Glane, ceterarumque venerabilium personarum, quod venerabilis idem episcopus in gratia sedis apostolicæ, & communione matris ecclesiæ indubitanter obierit. Ne ergo digna tantæ rei memoria ulla posterorum oblivione deleatur, placuit ut hujus comprobationis notitia, per literarum indicia posteris nostris transmittatur. Acta sunt hæc præsentibus subscriptis testibus & aliis quampluribus. Abbas Salzburgensis Baldricus, abbas Scitensis Guntherus, Præpositus Salzburgensis Hermannus, Præpositus Chimeseensis Hartmannus, Præpositus de Perchteres Kademan Tibernuinus, Præpositus de Garze Hugo, Præpositus de cella Burchardus, Vernherus canonicus Ratisponensis, Frisingenses canonici, Adalpero præpositus, Adalpertus decanus, Wichmannus præpositus S. Castuli, Hoholdus præpositus S. Zenonis, Waltherus Tridentinus præpositus.

ANNO CHRISTI 1129.

AD CATALAUNENSE CONCILIUM

In causa Henrici Virdunensis episcopi Anno 1129. celebratum

ADDITIO.

C*Atalaunense concilium a Labbeo omissum, & a Pagio indicatum, Venetus Labbei editor supplevit; sed totam de exauctoratione Henrici Virdunensis episcopi historiam, quam repetere poterat ex authore additamenti ad historiam episcoporum Virdunensium apud Dacherium Spicileg. to. II. pag. 251. omisit. Meum est totam huc transferre. Ita vero ille:* Calisto defuncto Honorius successit, apud quem Clerus (Virdunensis) accusationem (*in Henricum episcopum suum*) & Laurentius (*abbas S. Vitoni*) proclamationem suam (*pro fundis quibusdam abbatiæ suæ per injuriam occupatis*) iteravit. Honorius eum missis literis evocat, & ut ablata restituat abbati mandat, suspendens interim eum a divino officio: ille suspensus quidem extitit, sed neutrum mandatum complevit. Papa eum secundo jam gravius evocante, ille sibi timuit; fultus muneribus & excusationibus Romam venit, cardinales sibi concilians, ante papam in jus stetit: in quem cum accusatores præsentes capitula criminalia etiam scripto protulissent, excusatores episcopi, ut eos repellerent, quasi indignos audientia, impingebant eis quædam crimina. Cumque utræque partes in contumeliosa verba prorumperent, & lis in infinitum protenderetur, Honorius a venerabili Laurentio, qui & ipse præsens aderat, requisivit: *Tu pater quid dicis de criminibus episcopo illatis?* & ille: *Domine*, ait, *ego non vidi, sed populus clamat*. Rapuit papa verbum ex ore ejus, & quia faventibus episcopo cardinalibus, & lite nihil certi finente, nullam poterat determinare sententiam, causam ipsam discutiendam Matthæo Albanensi episcopo, legato suo in Galliis posito mandavit. Matthæus ipsum episcopum, & accusatores Catalaunum ad sui præsentiam evocavit, ubi tam ipse, quam episcopus & accusatores, Remensem, multosque alios episcopos, abbates quoque ac sapientes, & religiosos viros ad suffragia suæ causæ adsciverunt. Henricus primo capit consilium a Bernardo sanctæ memoriæ abbate Clarevallensi, cujus consiliis regna & ecclesiæ Galliarum hodieque innituntur. Ille consulit gravissimum esse invitis violenter præesse; ideoque priusquam ignominiosa in eum accusatio ad publicam tantorum virorum audientiam veniat, solus omnibus cedat, episcopatui abrenuntiet, ne publicam contumeliam incurreret. Credidit se consilio ejus ille, & eo proloquutore adstans concilio dicit: quoniam clerus & populus suus communibus odiis ei insurrexissent, & maxime hi, quos exaltasset, & ecclesiasticis honoribus accumulasset, in opprobrium & depositionem ejus conspirassent, se nolle eis invitis præesse, sed ne amplius ecclesiæ scandalo esset, longos contentionis funes jam se solvere: inde baculum reddidit, & abrenuntiavit episcopatui, ac recedit anno XIII. ex quo susceperat eum de manu Cæsaris. Qui ne tristis abiret, prædictus abbas satis curialem pro eo a majoribus concilii collationem decem marcarum exegit; quibus & vadimonia ejus in eadem urbe redemit: Extant multæ literæ tam papæ quam Virdunensis ecclesiæ super ejus accusatione vel depositione.

AD CONCILIUM TOLOSANUM

Pro inquirendis hæreticis

Anno 1129. (ut inscribitur) *celebratum*

ADNOTATIO CRITICA.

Acta concilii Tolosani apud Labbeum ad annum 1129. dum lego, statim anachronismum suspicatus sum. Quæ enim in eo decernuntur de inquirendis sedulo hæreticis per Tolosanam & Narbonensem provinciam, cui inquisitioni delectus aliquis ex clero præsit, ea perspicue designant disciplinam sæculi XIII. quo regiones illæ ab infestatione hæreticorum his piaculis repurgatæ sunt. Accedebat Romanus diaconus cardinalis S. Angeli A. S. L. qui concilii hujus præses statuebatur, quod plane non congruebat cum historia ejus anni, quo diaconum cardinalem S. Angeli egisse scimus Gregorium, qui sequenti anno 1130. Romanam cathedram, nomine in Innocentium II. mutato, ascendit. Hæc mecum dum cogito, Labbei volumen evolvo, & ad annum 1229. pervenienti mihi occurrit concilium Tolosanum a Romano diacono cardinali S. Angeli A. S. L. eo anno celebratum, cui concilio iidem canones, qui nostro huic, tribuuntur. Ex quo tandem intellexi concilium hoc bis per incuriam in collectionem irrepsisse, cum revera semel tantummodo anno 1229. convenerit. Nullum est igitur anni 1129. Tolosanum concilium.

IN-

ANNO CHRISTI 1130.

INNOCENTIUS II.

sedit ab anno 1130. ad annum 1143.

EPISTOLARUM INNOCENTII II.

APPENDIX.

AD CONRADUM SALZBURGENSEM EPISCOPUM

Post laudes vitæ canonicæ, vetat ne fratres Bercherſgadonenſes inſtitutum mutent.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Conrado Salzburgenſi archiepiſcopo ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

De dignitate, & excellentia vitæ canonicorum multa nos docet divina ſcriptura, & multa poſſemus dicere, quod vita canonicorum vita eſt apoſtolica, quoniam apoſtoli contemptis omnibus hac vita cum Domino vixerunt, & poſt aſcenſionem cum multitudine credentium, cujus erat anima una & cor unum, hac vita viventes, eam poſteris ſuo exemplo tenendam reliquerunt. Quod martyr & pontifex Urbanus ad informationem fidelium in ſuis decretis memorare curavit, dicens: *Scimus vos non ignorare quia vita communis hactenus inter bonos Chriſtianos viguit, & adhuc gratia Dei viget, & maxime inter eos, qui in ſorte Domini electi ſunt; ideſt, clericos, ſicut in actibus apoſtolorum legitur: Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.* Hanc beati Auguſtini regulis ordinatam ſanctus Hieronymus ſuis epiſtolis informavit. Horum itaque & aliorum muniti auctoritatibus, non minoris meriti æſtimamus vitam canonicam aſpirante, ac proſequente Domini ſpiritu obſervare, quam religionem monaſticam ejuſdem ſpiritus perſeverantia cuſtodire. Unde anteceſſorum noſtrorum decretis ſtatutum eſſe meminimus, ne profeſſionis canonicæ quiſpiam poſtquam Dei vice ſuper caput ſibi hominem impoſuerit, alicujus levitatis inſtinctu, vel diſtrictioris religionis obtentu de clauſtro audeat ſine prælati & congregationis permiſſione diſcedere. Quorum veſtigiis inhærentes, quod quidam fratres in clauſtro Berthersgadonenſi de mutatione ordinis ſui vana præſumptione attentare voluerunt, apoſtolica auctoritate ne fiat interdicimus; præcipientes, ut quod Deo voverunt reddere, & regulam beati Auguſtini, quam profeſſi ſunt, Domino juvante fideliter obſervare ſtudeant; in cujus obſervantia ſi eos fortaſſe remiſſos, & minus ferventes repereris, monemus fraternitatem tuam, ut ſecundum datam tibi a Deo ſapientiam, profeſſionem, & ordinem ſuum ſervare, & mandatis regulæ obedire, ſicut tua intereſt, diſtricte commoneas. Data Laterani XVII. Kalendas aprilis.

Gerhoo ... LXIV. ... Mi... V. ...

AD LOTHARIUM REGEM

Electionem ſuam canonicam, & illegitimam Anacleti narrat. Archiepiſcopum Ravennatem mittere ſe ad illum ſignificat.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio L. illuſtri & glorioſo Romanorum regi ſalutem, & Apoſtolicam bened.

Quod excellentia nobilitatis tuæ ſtudioſa & fervens in fidelitate beati Petri ſemper extitit & devota divinæ bonitatis gratia perſonam tuam honoribus decoravit, atque ad defenſionem ſuæ eccleſiæ, & ſtatum imperii reformandum ad regni faſtigia ſublimavit. Prædeceſſorque noſter felicis memoriæ papa H. quod te per multam utilitatem credidit eccleſiæ profuturam, electionem de te ab archiepiſcopis, epiſcopis, ac regni principibus factam pro unitate eccleſiæ & regni inviolabiliter conſervanda auctoritate apoſtolica confirmavit, & pro imperialis dignitatis plenitudine ſuſcipienda per dilectum filium noſtrum G. (a) ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyterum cardinalem te ad ſedem apoſtolicam evocavit. Quo nimirum humanæ conditionis exempto, quod ego dignus non fui, epiſcopi & catholici cardinales me licet invitum, & renitentem in Romanum pontificem unanimiter elegerunt. Quibus, ut ante Deum loquar, nullo ambitionis honore, nulla omnino præſumptione aſſenſum præbens; ſed ſola tot tantorumque religioſorum virorum, non abſque gravi periculo contemnenda, compulſus obedientia, confiſus inſuper de omnipotentis Dei miſericordia injunctum mihi officium ad honorem Dei & eccleſiæ Romanæ ſuſcepi. Poſtmodo vero Petrus Leonis, qui papatum a longis retro temporibus affectaverat, parentum violentia, ſanguinis effuſione, decroſtatione ſanctarum imaginum beati P. cathedram occupavit. & peregrinos, ac religioſos quoſque, ad Apoſtolorum limina devotionis cauſa venientes, captos & tetris carcerum ſqualoribus ac ferreis vinculis mancipatos, fame, ſiti, diverſiſque tormentorum generibus cruciare non deſinit. Sanguinem quoque noſtrum, & eorum, qui nobiſcum ſunt, ſitibundo pectore concupiſcens, gladiis, veneno, ac multimodis prodicionibus vitæ noſtræ inſidiatur. Pro cujus ſævitia comprimenda, & ſtatu tam eccleſiæ, quam imperii in melius reformando, per præſentia ſcripta, & venerabilem fra-

Ex Cod. Udalric. n. CCCLIII.

(a) Gerardum

ANNO CHRISTI 1130.

fratrem nostrum G. * Ravennatem archiepiscopum, virum utique religiosum, prudentem, omniumque morum honestate conspicuum, excellentiæ tuæ iterato mandamus, quatinus proxima hyeme cum archiepiscopis, ac regni principibus ad nostram præsentiam venias, imperialis dignitatis plenitudinem, cooperante Domino, suscepturus. Sit itaque, fili karissime, regnum tuum adjutorium regni cœlestis, ut post temporale regnum, quod longævum tibi Dominus faciat, cum ipso sine fine possis regnare; temporibus tuis habeat ecclesia honorem suum, & in rege suo lætetur, & in gloria tua floreat & glorietur. Exaltentur in diebus tuis catholici, & opprimantur hæretici, ut regnum tuum Deus exaltet, & inimicos tuos sub pedibus tuis humiliet. Ad hæc venerabilem fratrem nostrum præfatum G. archiepiscopum tuæ gloriæ attentius commendamus, rogantes, ut pro sedis apostolicæ reverentia eum benigne recipias, & honeste pertractes. Omnipotens Dominus incolumem te, fili karissime, custodiat, & ecclesiæ suæ curis fideliter invigilare concedat. Gloriosam filiam nostram R. (a) reginam ex nostra parte devote salutes, eamque pro suscipienda imperialis benedictionis plenitudine una tecum ad nos venire invitamus. Dat. trans Tiberim V. id. maji.

* Gualterium

(a) Richezam

AD GERMANOS.

Gerardo cardinali legationem apostolicam per Germaniam confirmat.

G. (Gregorius) quondam diaconus cardinalis, nunc autem disponente Domino Romanus electus universis archiepiscopis, abbatibus, clero, & aliis fidelibus Deo per regnum Teutonicum constitutis, apostolicam salutem & benedictionem.

Ex eod. n. CCCXLI.

Dilectissimus pater noster felicis memoriæ Honorius papa, vices suas dilecto filio suo fratri nostro G. cardinali presbytero, religioso siquidem, & prudenti viro, in Teutonico regno commisit. Nos autem, divina suffragante clementia, ipsius inhærentes vestigiis, ut opus sibi injunctum, Deo duce, perficiat, beati Petri auctoritate mandavimus. Ipsum ergo apostolicæ sedis legatum pro reverentia beati Petri & sanctæ Romanæ ecclesiæ benigne suscipite: ad hæc fraternitati vestræ mandamus, quatenus illustri viro regi Lothario, quem elegistis, & de sua prudentia & honestate confisi, in regem assumpsistis, opem & consilium unanimiter præbeatis: & quoniam, quod de eo a nobis factum est, a prædecessore nostro felicis memoriæ papa Honorio, & sancta Romana ecclesia confirmatum est, mandamus vobis, quatinus ipsum imperii dignitatem, & honoris plenitudinem suscepturum, ad apostolorum limina proxima futura hyeme transmittatis, & ut honorifice & potestative veniat, & pacem constituere valeat, & ecclesiam defensare per vestrarum personarum, sicut oportuerit, exhibitionem, eumdem viriliter adjuvetis. Datum apud Palatium XII. Calend. martii.

AD LOTHARIUM REGEM

Ejusdem argumenti.

Ex eod. n. CCCXLII.

G. quondam sancti Angeli cardinalis diaconus, nunc autem, Deo disponente, in pontificem Romanum electus. Guill. Prænestinus, M. Albanensis & Hostiensis, Chuno Sabinensis, episcopi & catholici, cardinales qui Romæ sunt, Lothario illustri & glorioso regi, & sanctæ ecclesiæ catholicæ defensori ac speciali filio, salutem, & apostolicam benedictionem.

Dilectissimus pater noster felicis memoriæ papa Honorius, cum tota sancta catholica Romana ecclesia, quoniam maximum fructum de persona tua speravit sanctæ ecclesiæ venturum, quod de te factum est auctoritate apostolica confirmavit, & in Cunradum regni invasorem excommunicationis sententiam promulgavit. Nos autem ipsius inhærentes vestigiis, quoniam de tuæ fidei firmitate & justitia valde confidimus, per dilectissimum fratrem nostrum Gerhardum, cardinalem presbyterum, apostolicæ sedis legatum, prudentiæ tuæ mandamus, quatinus proxima ventura hyeme ad sedem apostolicam venias, honoris & dignitatis plenitudinem, operante Domino, suscepturus. Sicut ergo tantum virum decet, ita munitus accedas, ut & pacem statuere, & hostes ecclesiæ, & imperii suffragante divina gratia valeas subjugare. Causam Halverstadensis episcopi præfato fratri nostro G. commisimus, Coloniensi vero archiepiscopo, pro quo rogasti, ut tibi fidelior sit, episcopale officium indulgemus. Datum apud Palladium * XII. Calend. Martii.

* f. Palatium

EJUSDEM AD QUOSDAM ABBATES.

Laudat eorum congregationes pro stabilienda ordinis disciplina.

Affert Marten. Anecd. t. 1. p. 389. Ex MS. Elnonensi

INnocentius episcopus, servus servorum Dei dilectis filiis, H. Resbacensi, R. Latiniacensi, S. Cassiacensi, H. S. Theoderici, A. S. Amandi, Jo. Aquicingensi, W. Letiensi, Se. Lobiensi, Pa. S. Sepulchri Cameracensis, S. Luciani Belvacensis, S. Eligii Noviomensis, B. S. Nicolai de saltu, in unum in nomine Domini convenientibus, & ceteris abbatibus in eodem spiritu congregatis, salutem & apostolicam benedictionem.

Evangelicæ institutionis testatur auctoritas, quod ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sit ipse in medio eorum. Accedit quoque quod psalmista cecinit, dicens: *Ecce quam bonum, & quam jucundum, habitare fratres in unum: sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.* Jocundamur itaque pro vobis in Domino, & debita exultatione replemur, quoniam tanquam beati Benedicti discipuli, monasticæ disciplinæ observantiis inhæretis, & de die in diem in eodem proficere cupientes, omnipotenti Deo magis ac magis pla-

ce-

ANNO CHRISTI 1130.

cere contenditis. (a) Placet equidem nobis, A & hoc ipsum apostolica auctoritate firmamus, quod videlicet singulis annis in uno monasteriorum vestrorum celebrare conventum communiter decrevistis. Unde etiam desiderium nostrum est, ut unguentum suavitatis, quod de capite descendit in barbam, penetralia vestri cordis infundat. & tam in sacro conventu dicendi & exequendi quæ recta sunt, vobis tribuat facultatem. Nec dubium, quin etiam hoc ipso eorum vos imitatores fore monstretis, quibus fuisse cor unum & animam unam in primitiva ecclesia legimus. Proinde quod vestro communi decreto de ordine monastico conservando, & correctione fratrum secundum regulam beati Benedicti & aliorum sanctorum Patrum regulas, vestra discretio constituet, nos, auctore Domino, ratum habebimus. Adjicimus ut nullus fratrum vestrorum, post factam in suo monasterio professionem, absque prælati & aliorum fratrum licentia, ad alium locum audeat convolare, nec alicui liceat eum suscipere vel tenere. De cetero universitati vestræ debitæ salutationis & apostolicæ benedictionis alloquium persolventes, hortamur in Domino, fraternitatem diligite, & caritatem mutuam inter vos ad honorem Dei irrefragabiliter conservate. Omnipotens Dominus actiones vestras aspirando præveniat, & adjuvando misericorditer prosequatur. Amen. Data Pisis XV. Calendas Decembris.

(a) Hujus approbationis meminere abbates provinciæ Remensis in epist. ad Adrianum papam IV. inter epistolas S. Bernardi his verbis: *Collectionem nostram, quam beatæ memoriæ Innocentius papa privilegio apostolicæ auctoritatis confirmavit; & vos per apostolicam benedictionem confirmate.* Hinc Mabillonius colligit Capitulorum generalium Ordinis S. Benedicti originem ad Innocentium papam referendam esse. Tametsi Capitula generalia in Majori monasterio tempore Alberici abbatis, annis fere 200. ante hanc epistolam, celebrata fuisse reperio. Verum his in capitulis soli superiores Majori monasterio subditi intererant. MARTENE.

PRO CANONICA INNOCENTII ELECTIONE ASSERENDA EPISTOLÆ TRES.

EDITORIS MONITUM.

Tres sequentes epistolas nactus sum in codice Udalrici, num. 352. 345. 346. quas cum instituto meo haud vehementer abhorrentes agnoverim, ideo dandas hic censui. Cum enim sacrosancta Ecclesiæ Dei concilia hic edere dispo- C *suerim, juvat ea documenta afferre, quæ legitimum Ecclesiæ caput, sub quo non rara convenerunt concilia, asserunt, & confirmant.*

EPISTOLA CARDINALIUM ET EPISCOPORUM S. R. E. AD LOTHARIUM REGEM.

L. divina inspirante clementia Romanorum clarissimo regi, justitiæ rigore fulgenti, Episcopi N. & N. & Cardinales Romani cum cæteris fratribus salutem & perpetuam de hostibus suis victoriam. Nullus Christianorum ignorat, optime Rex, quod Romana ecclesia Dei institutione & sanctorum patrum D imitatione & relligiosorum virorum devotione Domina sit non urbis, sed orbis; & ea consistente cuncta prospere consistunt, eaque deficiente cuncta invalescunt. Et sicut altius excellit, sic ventorum ac tempestatum tyrannidem facilius a se repellit, & quanto rerum mundanarum turbine conquassatur, tanto lucidius purificatur. Beatæ igitur memoriæ Papa H. migrante, & viam universæ terræ ingrediente, nos Episcopi & Cardinales G. Cardinalem Diaconum sancti Angeli virum honestum, moribus compositum, Deo Deumque timentibus carum, in summum pontificem elegimus, in ecclesiam Lateranensem constipatum catervis fidelium deduximus, E & in sede summa positum nos & infinita relligiosorum turba honoravimus. Post hoc in Pallatium ascendimus, & quæ ex more geri solent, complevimus, & omnia insignia pontificalia H. Papæ, Calixti Papæ, Paschalis Papæ, suorumque prædecessorum ei tribuimus. His vero circa horam tertiam rite peractis, Petrus Leonis hora sexta, qua Juda Christum crucifixit & tenebrarum caligo mundum involvit, cum suis conspiratoribus atque consanguineis aliisque manifesto pretio conductis, ecclesiam Sancti Martii turribus fratrum propinquam, festinanter adiit, cappam rubeam indecenter induit, fictitiaque pontificatus insignia arripuit. Sequenti autem die ecclesiam beati Petri armis petiit, machinis circumdedit, tecta murosque fregit, homicidiis peractis & nimia humani sanguinis effusione, sic cum improbis, Apostolorum principis intravit januas. Altera autem die armata manu ad Lateranensem ecclesiam perrexit, fumo, igne, sanguine eam violenter invasit, Palatium conscendit, pontes confregit, sedes Pontificum contervit, sacrarium beati Laurentii aperuit, quæ optima sibi visa sunt diripuit, ad propria se recollegit. Posthac Palladium, in quo Dominus noster Papa Innocentius cum catholica ecclesia residebat, aggreditur. Verum equitibus & equis plurimis amissis in confusione suæ ignominiæ domum turpiter recessit. Deprædationes vero ecclesiarum & præcipue beati Petri thesaurum, quem pontifices Romani & sacratissimi Imperatores Deo beatoque Petro dedicaverunt in lampadibus aureis, calicibus, turibulis, candelabreis, imaginibus, crucibus, gemmis, aliisque vasis pretiosis, nec non & palliis & vestibus sericis auro gemmisque contextis, directiones necnon & prædiorum ecclesiasticorum ignorationes, & peregrinorum expoliationes quantæ sint qui Romam vel Jerusalem properant euntes & redeuntes utique diffamant. Quæ vero alia turpia ipse suique complices gerant regalibus auribus non sunt referenda. Sed per Dei gratiam infra paterni muri caveas jam latitat: abbates, marchiones, principes, aliique barones in auxilium catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ properant. Orientales & Occidentales Ecclesiæ prædictum invasorem pari voto parique consensu unoque spiritu anathemate condemnant. Dominum vero Innocentium Papam a catholicis catholice lectum, catholice con-

ANNO CHRISTI 1130.

consecratum, sicut universalem patrem & Beati Petri vicarium amplectuntur, venerantur, suisque nuntiis frequentant. Quod igitur super his celsitudo vestra, o gloriosissime Rex, agere debeat, regalis providentia Spiritu sancto succensa provideat. Accingere igitur, & archiepiscopis, & episcopis, abbatibus religiosisque viris, nec non & regni principibus solito more in auxilium principis Apostolorum properanter occurre: quatenus Ecclesia Dei lætetur, religio Christiana sublimetur, schismaticorum perfidia comprimatur, corona capitis tui a rege cælesti benedicatur. Quæ vero hic desunt venerabilis frater noster G. (a) & Deo dilectus Ravennatis Ecclesiæ archiepiscopus viva vobis voce clarificabit, quem attentius serenenitati vestræ commendamus, & ut eum pro reverentia beati Petri & totius Catholicæ Ecclesiæ honorifice tractetis, rogamus.

(a) Gualterus

EPISTOLA GUALTERI RAVENNATENSIS ARCHIEPISCOPI AD N. PARTHENOPOLITANUM SEU MAGDEHARGENSEM ARCHIEPISCOPUM.

Venerabili Domino N. Sanctæ Parthenopolitanæ Ecclesiæ archi-episcopo G. sanctæ Ravennatis Ecclesiæ minister, licet indignus, salutem & perpetuam in Christo dilectionem.

Visis sanctissimæ paternitatis vestræ literis quibus me, quamquam invisum & facie ignotum visitare voluistis, plurimum in Domino gavisi sumus & congratulati, quem etsi longa terrarum spatia a nobis separent corporaliter, tamen, quæ divisa connectit, separata conjungit spiritualiter vos amplectimur, & pro posse nostro vobis servire parati sumus. Super quo vero unum nostrum consilium desideratis, taliter respondemus. Decedente SS. Romanæ sedis Episcopo beatæ memoriæ patre nostro Honorio, sicut audivimus & in veritate comperimus, Innocentius, qui quondam Gregorius dicebatur, Sancti Angeli Diaconus Cardinalis, bonorum omnium, Deo quemadmodum ab æterno providerat disponente, per electionem venerabilium fratrum & dominorum nostrorum unanimiter in unum convenientium, Guillelmi Prænestini, M. Albanensis & Joannis Hostiensis, D. Sabiniensis Episcoporum, & reliquorum Catholicorum Cardinalium ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ regimen assumptus est canonice. Postmodum vero Petrus Leonis, qui papatum a longis retro temporibus affectaverat, parentum violentia, sanguinis effusione, decrustatione sanctarum imaginum, facta & conspiratione inverecunda facie (rubeam sibi cappam assumens) universalem matrem nostram sanctam Romanam Ecclesiam turpiter usurpare & simoniace occupare contendit. Hac itaque veritate comperta, cum universitate totius Italicæ Ecclesiæ prædictum Innocentium virum sobrium, prudentem, castum, mansuetum, humilem, omnique morum honestate conditum pro more ecclesiæ per supradictos venerabiles fratres divinitus consecratum, nostrum universalem patrem, papam, & apostolicum indubitanter amplectimur, devote colimus, & veneramur. Prædictum vero Petrum, vere Leonis rugientis filium quærentem quem devoret, tanquam non electum, sed contra Deum & sanctam Ecclesiam erectum, non assumptum sed intrusum, non apostolicum sed apostaticum, non catholicum sed hæreticum, non consecratum sed execratum, divina ei in omnibus & per omnia contradicente auctoritate, condemnantes abdicamus. Vestræ igitur sanctitatis prudentiam suppliciter exoramus & vicaria charitate constantiam vestræ fidei velut columnam immobilem in Domino confortamus, quatenus in fide beati Petri & in obedientia ejus vicarii dilectissimi patris nostri Innocentii, per gratiam S. Spiritus electi, sanctæque Romanæ ecclesiæ dilectione firmiter persistatis. Præterea ne vestis Christi inconsutilis a perfidis & infidelibus sortem mittentibus, quod Divina avertat clementia, dividatur, & navis Petri fluctibus marinis hinc inde concussa periclitetur, devotissime suggerimus, ut dominum Lotharium invictissimum Romanorum regem ad urbem sine dilatione venire viriliter & instanter exhortari dignemini, & tam vestræ diœceseos fratres & episcopos, quam etiam reliquos vestros comprovinciales, velut alter Petrus aliquando conversus, in prædicta fide indubitanter confirmetis, quatenus tam per dominum regem, quam & per vos pax ecclesiæ reformetur, & Judaicæ perfidiæ hæresis, quæ nuper in eadem ecclesia exorta est, præstante Domino, funditus extirpetur, & contra omnia quæ se extollunt contra unitatem & veritatem, vos tamquam murum ferreum pro domo Domini firmiter opponatis. De cetero in vestris sanctissimis orationibus in omnibus nos & per omnia humiliter commendantes, obnixe rogamus, ut hoc, quod ante homines vel ab hominibus dicimur aut exstimamur, ante Deum vestris suffragantibus nobis meritis, esse quandoque mereamur. Orantem pro nobis vestram sanctitatem divina pietas ad multorum proficium & ad sanctæ ecclesiæ honorem & utilitatem incolumem in longum conservare dignetur.

EPISTOLA HENRICI LUCENSIS EPISCOPI AD EUNDEM.

Venerabili Domino N. sanctæ Parthenopolitanæ Ecclesiæ digno archi-episcopo H. Dei gratia Lucensium servus & episcopus, spiritum consilii & fortitudinis. De ordine electionis Romani pontificis, si vobis placuisset a viris relligiosis ac me sapientioribus ut vobis notificaretur, expetere non erat incongruum. Sed quoniam vobis, ut patri & domino meo, non satisfacere non debeo, de multis pauca perstringam. Convenientibus cardinalibus in Ecclesia S. Andreæ apostoli statutum est ab eis; octo personis, duobus episcopis, G. Prænestino, & C. Sabinensi, tribus Cardinalibus presbyteris P. Pisano, P. Rufo, & Petro Leonis, tribus Cardinalibus diaconibus, Gregorio scilicet Angeli Jonate, Americo cancellario, electionem Pontificis committi, ita ut si committeret dominum papam Honorium, qui tunc in articulo mortis positus erat, ab hac vita transire, persona quæ ab eis communiter elige-re-

retur, vel a parte sanioris consilii, ab omnibus pro domino & Romano Pontifice susciperetur. Præneſtinus etiam cum cæteris decrevit, ut si quis electioni taliter factæ contradiceret, anathemati subjaceret; & si quis alium adtemptaret eligere, factum pro infacto haberetur, nec ipse ulterius in ecclesia locum consequeretur, quod & ipse Petrus Leonis ore proprio confirmavit, adiiciens; non oportere eos dubitare, quod occasione sua in ecclesia scandalum oriretur, quoniam mallet in abyssum submergi, quam propter se scandalum nasci. Deinceps statutum est, ut electores altera die simul convenirent. Cæterum Petrus Leonis cum Jonathan ab eis recedens, ut corvus ille vel submersus vel carnium ingluvie detentus, ad fratres postea redire contempsit, & conventicula seorsum colligens, altare maledictionis eligere satagebat. Quod nisi dominus papa Honorius, quem credebant jam mortuum, se ad fenestram populo ostendisset, cum fratrum & propinquorum, ac muneribus & obsequiis conductorum turba ministrorum, præco Antichristi, supra quod dicitur Deus, ante tempus se extulisset. Itaque cum hæc talia præsensissent ii, quorum corda Deus tetigerat, ecclesiæ periculum expavescentes, & tempestatis procellas jam intumescentes, cum Papa Honorius in VI. fr. de initio quadragesimæ ad patres suos appositus esset, celebratis exequiis pro necessitate loci & temporis, non tamen ex more sicut oportebat, cum calamitatis tempestas instaret, de octo personis ad electionem electis, Præneſtinus, Sabinensis, B. Rufus, A. Cancellarius, quintum Gregorium Cardinalem Diaconum sancti Angeli, invitum & omnibus modis renitentem, cum relligiosis viris episcopis, cardinalibus presbyteris, diaconibus, & subdiaconibus, in summum pontificem elegerunt, cum Petro Leonis, qui erat octavus, P. Pisano sexto & Jonatha septimo remanentibus. Quod vero compertum est ab his, qui dolum in corde conceperunt, ut iniquitatem parerent, nam & ipse Petrus Leonis a longis retro temporibus ad id pervenire, ut avarus & ambitiosus, affectaverat, sicut multis

A probatur indiciis, tribus generibus munerum nunc hos, nunc illos sibi alliciens, congregatis, quos potuerunt, proh dolor! cum episcopo Portuensi rubea cappa illum vestierunt. Quod factum multæ sanguinis effusiones, multæ locorum urbis destructiones, terribiles sacrarum imaginum decrustationes; heu facinus! pro stipendio militum suorum sibique obsequentium, consecutæ sunt: quamvis Leo ejusdem Petri Leonis frater, & alter Leo frangentis-panem, cum utrique striderent dentibus, alter in alterum, antequam papa obiisset juraverunt coram cardinalibus, quod neuter eorum de electione pontificis scandalum faceret, sed quem ecclesia eligeret, pro domino venerarentur, & colerent.

B Nos autem sententiam & consilium relligiosorum virorum catholicorum & orthodoxorum, de Tuscia, de Longobardià, & de Ultramontanis partibus amplexantes, approbantes, & imitantes, Petrum Leonis in hoc facinore ut schismaticum, & quoniam suum schisma defendit, hæreticum omnimodis abdicamus. Dominum vero Innocentium pro patre & summo pontifice tenemus, recipimus, veneramur, & colimus. Paternitatem vestram pro nobis orantem Dominus omnium conservare dignetur. Me ad servitium vestræ sanctitatis inconcussa fide, quasi unum de famulis vestris, deprecor ut existimetis.

C

DECRETA INNOCENTII PAPÆ II.

Ex dictis Innocentii papæ.

SAne de presbyteris, qui Parochias ad Monasteria pertinentes in Ecclesiis, constituuntur, prædecessorum nostrorum sac. mem. Urbani, atque Calixti sententiam confirmamus, statuentes, ne abbates in Parochialibus Ecclesiis, quas tenent, absque episcoporum consilio presbyteros collocent: sed episcopi parocchiæ curam cum abbatum consensu sacerdoti committant, ut ejusmodi sacerdotes de plebis quidem cura episcopis rationem reddant; abbati vero pro rebus temporalibus ad mo- D nasterium pertinentibus debitam subjectionem exhibeant, & sic sua cuique jura serventur.

Extat in addit. ad Panorm. in MS. Cod. Pistoriens. Cap.

AD CONCILIUM HERBIPOLENSE

In quo Innocentii electio confirmatur anno 1130. celebratum

ADDITIO.

ANnalista Saxo Eccardi ad annum 1130. *eadem habet de hoc concilio, quæ annalista Magdeburgensis ad eundem annum adnotavit, cujus verba recitat collector Venetus concilior. to. 12. p. 1450. sed cum aliquid præterea addat, quæ Magdeburgensis omittit, ideo totum ejus testimonium hic referendum censeo.*

Concilium XVI. episcoporum mense octobri a rege Wirceburh congregatur, cui adfuit archiepiscopus Ravennæ, apostolicæ sedis legatus, ubi Gregorius, qui & Innocentius, qui Petro Leoni in electione prævaluit a Lothario rege, & omnibus ibi congregatis eligitur & confirmatur. Ibi excommunicati sunt Petrus Leonis, Conradus (*Henrici imperatoris consobrinus, qui regnum invaserat contra Lotharium*) & frater suus Fridericus (*dux Suevorum*) cum omnibus eis faventibus.

Ad hoc pariter concilium pertinent sequentes literæ, quas Udalrici codex suppeditat. Ex Cod. Udalric. n. CCC. LVIII.

E In Christo plurimum dilecto fratri Ottoni Bambergensis ecclesiæ venerabili episcopo frater G. Ravennatis ecclesiæ cardinalis, apostolicæ sedis legatus, salutem, & omne bonum.

Fraternitati vestræ notum esse credimus, quod dominus noster papa Innocentius cum literis suis misit nos ad regem, & ad regni prin-

ANNO CHRISTI 1130.

principes, qui cum amore & honore nos recepit; sed responsionem suam ad consilium principum distulit, inter quos fraternitatem vestram primam, aut inter primos pro servitio ecclesiæ ad curiam festinasse credimus, quippe quem inter reliquos episcopos regni Teutonici mater nostra Romana ecclesia quadam prærogativa dilexit, & tanquam specialem filium creans propriis manibus benedixit. Rogamus itaque dilectionem vestram, & in ea fide & devotione, quam matri vestræ Romanæ ecclesiæ debetis, mandamus, ut omni occasione, & excusatione remota, quantocius ad nos veniatis, & in causa ecclesiæ, tanquam fidelis catholicus nobis assistendo, legationem domini papæ cum literis suis, una cum aliis fratribus recipiatis, & obaudiatis.

Ex cod. n. CCCLIX. *L. Dei gratia Romanorum rex Ottoni dilecto, fidelique suo Babenbergensi episcopo, gratiam suam & omne bonum.*

Propter instans, & valde necessarium ecclesiæ & regni negotium Wurtzburch gratia Spiritus sancti tractandum de infirmitate tua, quæ adventum tuum ad nos tardavit, dolemus, quoniam prudentiæ tuæ discretione, ac consilio ad opus ecclesiæ & regni potissimum nunc indigemus. Verum quoniam virtus in infirmitate perficitur, in ea caritate, quam ecclesiæ, pro qua Dei gratia semper devote laborasti, debes, commonemus te & quam intime rogamus, ut si alio vehiculo non possis, navigio saltem ad nos, & ad conventum venerabilium confratrum, & coepiscoporum tuorum Wirtzburch una nobiscum adventum tuum desiderabilem præstolantium venire properes. Vale

Ex cod. n. CCCL. *G. Dei gratia sanctæ Ravennis ecclesiæ minister licet indignus, nunc vero apostolicæ sedis legatus, & I. Faventinus episcopus, venerabili fratri Ottoni Babenbergensi episcopo, orationem, & fraternam in Christo dilectionem.*

Vestræ paternitati notificamus, quod per gratiam Dei sospites & alacres sumus Wurtzeburch, & ibidem indictam curiam expectamus. Sed cum in præfato loco essemus, de castro Nurinberc sinistra quædam audivimus, unde miramur, & satis dolemus. Quapropter vobis rogando mandamus, ut vera nova, quæ audistis, vel quicquid exinde ad præsens scire potestis, nobis insinuare dignemini. Præterea de puero nostro infirmo suppliciter exoramus, ut eum, quam citius potestis, si convaluit, ad nos mittere procuretis.

Huc pariter refert Hansizius Ger. Sacr. t. II. pag. 229. sequentes literas ad S. Ottonem Babenbergensem datas.

Ex Hansiz. Germ. Sacr. t. II. pag. 229.

Venerabili fratri, & coepiscopo Ottoni Babenbergensi episcopo, Dei gratia qualiscumque Conradus Salzburgensis, Ecbertus Monasteriensis episcopi, cum orationibus devotum, & intimum servitium.

Convenientibus ad curiam pro destruenda, quæ regnum evasit, calamitate ejusdem regni principibus; miramur, & satis dolemus vestram non adesse præsentiam, cum in hoc negotio nemo posset nobis esse magis necessarius. Unde personam vestram nulla deberetis occasione subtrahere; quoniam eo magis pro pace, & tranquillitate ecclesiæ, & regni collaborare nobis deberetis. Obnixe itaque debita dilectione dignitatem vestram monemus & rogamus, ut remota penitus omni occasione vel excusatione adhuc tentetis venire, scientes omnes principes desiderare præsentiam vestram & expectare.

MELPHITANUM CONCILIUM IN APULIA

Ab Anacleto II. antipapa

Anno 1130. *celebratum.*

Concilii Melphitani anno 1130. ab Anacleto II. antipapa celebrati mentio nulla apud veteres scriptores superest, si unum excipias Romualdum Salernitanum archiepiscopum in Chronic. a Muratorio to. VII. Rer. Ital. vulgato, qui tamen nihil præter nomen memorat. Ita enim scribit de Anacleto: *A quo* (Rogerio scilicet Siciliæ rege) *receptus est; cujus auctoritate Apuliam intravit, & apud Melphiam concilium celebravit*: Nec plura de hoc concilio alias nemini comperto.

CONCILIUM AD S. AEGIDIUM

Ab Innocentio II.

Anno 1130. *celebratum.*

De concilio ad S. Ægidium nihil supra nomen scimus; nomen vero servavit nobis Sichardus Cremonensis episcopus in chronico vulgato a Muratorio Rer. Italic. to. 7. pag. 596. Hæc vero ille de Innocentio II. agens: *Pisis proficiscens, apud S. Ægidium concilium celebravit.*

AD

AD CONCILIUM STAMPENSE

In causa schismatis celebratum anno 1130.

ADDITIO.

S*Tampensis hujus concilii sermonem habens Labbeus ea affert, quae in vita S. Bernardi ab auctore coaevo traduntur; ego vero plus aliquod nactus sum de hoc ipso concilio in tractatu Arnulfi Sagiensis archidiaconi, dein episcopi Lexoviensis apud Muratorium Rer. Italic. to. III. pag. 423. Est autem lucubratio illa perpetua invectiva in Girardum Engolismensem episcopum, qui Anacleti antipapae partes secutus est. Ita ergo ille cap. V.* Nunciato in Galliis schismate, dum pro partibus vario favore multi multa loquuntur, fidelisque populus ancipiti raptatur errore, primus regum catholicus princeps rex Francorum Ludovicus occurrit. Is vocatis episcopis, & omnibus, qui probatae religionis in Galliis habebantur, convocato etiam clero, regnique majoribus, concilium statuit generale, cumque se Petro Leonis ob sua & patri obsequia fateretur obnoxium, nihil tamen super hoc celsitudini regiae voluit arrogare; episcopis & patribus, qui ex monastica religione convenerant, omni tradita potestate, ut eis & in eos omnis diffinitio conferretur, eo quod penes sanctos episcopos ecclesiae dispensatio tota consistit, & abbates, quos divinitatis contemplatio recreat, divina latere consilia non creditur. Cui concilio quondam (quoniam) interesse Girarde non poteras, cum literis tuae deformitatis imagine consignatis nuncium destinasti. Utramque te novisse personam, & electionis ordinem plenius exquisisse, proculdubio cum Innocentio papa stare justitiam, eo quod plane vir esset honestatis egregiae, & ipsius electio prima tempore, & a praecipuis Romanae ecclesiae fuerat celebrata personis. Porro Petrum per opulentam manum cathedram posterius usurpasse, virum adeo vita reprobatum, & nomine, ut si ipsum etiam quaelibet electionis forma defenderet, promoveri tamen vitae qualitas, & infamia minime sustineret. Id tibi, & tuae largitioni (a) subjectis ratum fore; idque cum Lugdunensem, tum Viennensem ecclesiam, tum totam fere Italiam ab ipsius Urbis moenibus excepisse. Aderant autem ibi venerabiles, quae Romae fuerant sub eadem tempestate personae, quae rerum seriem plane cognoverant, praesertim quae oculata fide singula percepissent. Habebantur quoque super hoc ipso & aliarum, quae non aderant, ultro delegata testimonia, simul & persuasiones personarum, quas spiritum Dei habere certa fides esset, cum tot hominum sensus in eamdem ferme confluerent voluntatem; sicut enim una bonorum fides est, sic & spiritus unus: malorum vero spiritus multiplex, & voluntas ambigua. *Huc usque ille de Concilio hoc, in quo pro Innocentio decisum est.*

(c) f. legationi

REMENSE CONCILIUM

In quo Hugo comes Roccienfis anathemate punitur

Anno circiter 1130. *celebratum.*

1130. iter.

P Aulo antequam Innocentius II. Remense concilium celebraret, Raynaldus Remensis archiepiscopus provinciale concilium in urbe metropoli habuit, quo dies dicta est Hugoni comiti Rocciensi, & Levoldo vicecomiti reis illatae injuriae in ecclesiam, seu monasterium S. Theodorici Laudunensis, cujus villam Triniacum (Trigni) iniquis exactionibus vexabant. Patres cognita causa utrumque anathemate punierunt. En verba Bartholomaei episcopi Laudunensis in charta vulgata in tom. VI. n. XXVI. appendicis annalium Ord. S. Benedicti: *Quapropter cum Remis conventus episcoporum ageretur; judicio eorum uterque excommunicatus est.* Haec tantum de hoc Remensi concilio ad posteros venerunt.

CONCILIUM APUD LUPIANUM

In quo ecclesia de Beciano monachis S. Tiberii Agatensibus datur,

Anno 1131. *vel* 1132. *celebratum.*

Petro Rai-do

C Oncilii, seu placiti hujus, cui interfuit Arnaldus archiepiscopus Narbonensis A. S. L. cum P. (*a*) Luteven. R. (*b*) Magalonensi, Augerio abbate Lutevensi, aliisque, mentio fit in discussione testium facta in concilio Monspeliensi anni 1134. ubi de dissidio hac ipsa de causa inter monachos Casae Dei & Tiberienses actum est. In hoc igitur ad Lupianum concilio ecclesia de Beciano in Agatensi dioecesi monachis S. Tiberii Agatensis dioecesis adjudicata est, nequidquam pro jure in eam suo monachis Casae Dei contendentibus. Vide inferius ad concilium Monspeliense anni 1134.

AD CONCILIUM REMENSE

Ab Innocentio II. Papa celebratum anno 1131.

ADDITIO.

REmenſis concilii canones Sirmondus prior, & poſt eum collectores omnes dederunt, nec alios unquam in eo editos vulgo eruditi ſeu vulgarunt, ſeu vulgari poſſe ſuſpicati ſunt. Id ego pariter cum illis ſentiebam, donec Udalrici Bambergenſis codicem ſors obtulit. Hunc ego nactus, in ipſo ſtatim limine concilii hujus canones offendi, quos cum editis conferens in multis ab illis diſcrepare comperi. Nam & canones nonnullos exhibet, quos inter vulgatos fruſtra B quæras, & in iis, qui cum editis congruunt, addita ſunt nonnulla, quæ in his deſiderantur. Deſunt viciſſim apud Udalricum quædam in editis legenda. Diſcriminis hujus non alia ratio ſuppetit, niſi quod in alterutro collecta ſunt ſub uno concilii Remenſis titulo quædam, ab eodem pontifice in aliis conciliis, puta in Claramontano & forte etiam in Lateranenſi II. generali definita. In ea vero codicum diſcrepantia quinam Remenſis concilii canones genuini cenſendi ſint, qui vero aliunde adſciti, non facile quis definiret; quamquam exhibitos ab Udalrico genuinos Remenſes ea forte conjectura perſuaſerit, quod ille codicem ſuum circa illos annos, quibus concilium habitum eſt, abſolverit.

CONCILIUM INNOCENTII PAPÆ II.

Hæc ſunt exemplaria eorum quæ a Domino Innocentio, eccleſiæ catholicæ apoſtolico, decreta, & a tota ſynodo Rhemenſi unanimiter ſunt recepta.

I. PRimum ergo ſtatutum eſt, ne qua emtio, aut venditio fiat doni eccleſiaſtici, & qui emerit, eodem privatur quo acceperat, emtorque, & venditor, & interventor emtionis ſententia excommunicationis damnati ſunt.

II. Placuit etiam domno apoſtolico, & C toti concilio, ne quis audiat miſſam presbyteri habentis concubinam vel uxorem.

III. Aſſenſu etiam omnium firmatum eſt, ut clerici omnes a ſubdiacono & ſupra continentes ſint, & qui non fuerint continentes deponantur.

IV. Acclamantibus etiam omnibus præceptum eſt, ne quis in archidiaconum vel decanum, ſive epiſcopum, niſi qui diaconus vel presbyter eſt ordinetur.

V. Sancitum eſt etiam auctoritate apoſtolica, & totius concilii, ne admittan- D tur ad lectionem divinitatis, niſi literati, ubi ſecreta divini myſterii pertractanda ſunt. Atque hæc medicina eſt inventa contra morbum, qui multum invaluit. Nam inliterati lectionem divinæ paginæ audientes, & non intelligentes, in plateis coram mulierculis diſputant, & in errorem inducuntur, & in verba profana prorumpunt.

VI. Data eſt etiam ſententia, ut clerici ordinati, & eccleſiaſtica beneficia poſſidentes, ubicumque ſive domi ſuæ, ſive in ſtudio, in habitu E clericali ſint, & capillos tonſos, & barbam raſam habeant, veſtes quoque rotundas. Et hoc remedium illi vitio repertum eſt, quo divites quidam donis eccleſiaſticis prælatorum fugiunt præſentiam, ut liberius ad libitum ſuum vivant, & eleemoſinas pauperum in ſuperfluitatibus ſuis expendant.

VII. Juſſit etiam domnus apoſtolicus, omnium voce conſentiente, ut mortuo ſacerdote, vel epiſcopo, bona ejus in libera poteſtate oeconomi ſint, quoaduſque catholicus ejus ſucceſſor ex integro illa recipiat.

VIII. Conſenſit quoque in hoc venerabilis omnium fratrum conventus, ut quælibet etiam eccleſia, cujus dotes ad ſuſtentationem clericis ſufficiunt, proprium habeant ſacerdotem, nec recipiatur mercenarius & conductus.

IX. In verbo Domini dictum & edictum eſt, ne quis manum imponat, aut clerico, aut monacho cujuſlibet ordinis. Quod qui violaverit, a divini officii participatione & omni eccleſiaſtica communione longe fiat.

X. Eccleſias, ex quo conſecratæ fuerint, liberas & abſolutas a manu laicorum eſſe, diſpoſitum eſt.

XI. Banno confirmatum eſt, ruſticos habere pacem quotidie in corpore, & in rebus ſuis, dum eunt, vel redeunt, vel commorantur in agricultura, vel in aliquo opere manuum.

XII. Lex poſita eſt generalis obſervandæ pacis omni loco & omni tempore anni, ab adveſperante feria IIII. uſque ad matutinum feriæ V. (a) Ubi eam vero, quæ in vulgari noſtro pax diei nuncupatur, inviolabiliter cuſtodiri decretum eſt temporibus ab antiquo inſtitutis. Clericis & monachis, & mulieribus pax perpetua, banni confirmatione, data eſt.

(a) f. fer. 1. sic leg. in edit.

XIII.

ANNO CHRISTI 1131.

XIII. De conjugiis diſſolvendis caute determinatum eſt, quod poſt manifeſtam nuptiarum celebrationem nec marito, nec uxori licet quærere occaſionem ſpontaneam diſſolvendi conjugii, nec juramentum eorum recipiendum, qui inducti familiaritate privata jurant cognationem conjugatorum. Sed ſi quis fidelis pro charitate Chriſti aliquam lineam conſanguinitatis præpedientem conjugium monſtraverit, cæteriſque indiciis, & teſtimoniis comprobaverit, ei fidem habendam eſſe cenſet ſedis apoſtolicæ venerabilis auctoritas.

A XIV. Nec vero illa occaſio recipienda eſt ex decreto apoſtolicæ ſedis & totius concilii, ſi quis poſtquam uxorem duxerit, ſe ipſum accuſabit inceſtus occulte cum cognata uxoris admiſſi.

In fine damnati ſunt ſententia excommunicationis invaſores regni & eccleſiæ, Petrus Leonis & Conradus cum omnibus ſuis fautoribus, inclinatis cereis ardentibus, ad extinguendam memoriam illorum, ab archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus totius concilii; depoſiti ſunt etiam cardinales, qui diſceſſerunt ab unitate ſanctæ matris eccleſiæ.

IN PRÆCEDENTES CANONES ADNOTATIONES COLLECTORIS.

CAnon I. eſt canon I. Remenſis, ſed pro illo *nota infamiæ*, Udalricus ponit *excommunicationis ſententia damnati ſunt*. Nec aliam quam excommunicationis pœnam in eos canones infligunt Remenſ. anni 1119. can. I. Gerundenſe anni 1078. can. 2. eſt etiam contra ſanctionem Chalcedonenſis concilii can. 2.

Canon. II. eſt Remenſis vulgati can. V.

Canon III. eſt vulgatus can. IV.

Can. IV. eſt vulgatus can. VIII. ſed in vulgato nihil legitur de epiſcopo niſi ſaltem ex diacono eligendo. Hæc tamen de epiſcopo ſancivit Urbanus II. in concilio Claramontano anno 1095. cap. 5.

Can. V. non legitur in editis.

Can. VI. reſpondet Remenſi II. ſed plus aliquid explicat de veſtium forma.

Can. VII. reſpondet canoni III. vulgato.

Can. VIII. reſpondet edito IX.

Can. IX. reſpondet edito XIII. nam *imponere manum clerico* perinde hic eſt ac inferre manus violentas.

Can. X. reſpondet vulgato VII.

Can. XI. reſpondet canoni vulgato X. & XI. ſed inter eos, qui pace perpetua donantur, mulieres pariter expreſſæ ſunt, quod in editis deſideratur; ſed & veteres canones expreſſerunt, Audomarenſe anni 1099. can. III. Narbonenſe anni 1054. can. XV. Claramontanum anni 1095. can. I.

Can. XII. eſt in editis canon XI. ſed aliis verbis exprimitur, & paulo ab editis in eo diſcrepat, quod pax ſeu tregua Dei uſque ad ſolis ortum feriæ II. in editis præſcribitur; hic vero uſque ad veſperas feriæ I. Ita enim legendum in adnotatione ibidem monui.

Can. XIII. omnino deeſt in editis, ſed non diſſimilem ſanctionem habes in concilio Londonienſi can. XVI.

Canon poſtremus idem fere nihil habet cum edito XVI. ſed præcedentium, & ſubſequentium conciliorum canones habet adſimiles.

EX ADNOTATIONIBUS MEIS

In Pagium A. 1131. II.

ANimadvertere hic juvat canones illos XVII. quos concilio huic adſcribunt duo MSS. codices, unde a Sirmondo, qui omnium primus illos dedit, deprompti fuerunt, omnes vel fere omnes, ad alterum concilium, quod illud præceſſit, Claramontanum ab Innocentio anno præcedenti celebratum, pertinere; id autem conſtat I. quod canon XIII. *Si quis ſuadente Diabolo &c.* & recenſetur inter canones Claramontanos a Baluzio vulgatos Can. X. & Claramontano pariter aſcribitur a Bernardo Guidonis in libel. de conciliis, & a Ptolemæo Lucenſi apud Baluz. in nota ad hoc concilium, legenda in collect. Veneto-Labbeana to. XIII. col. 1448. Secundo quod fere omnes ii canones, qui Remenſi concilio tribuuntur, totidem verbis inter Claramontanos leguntur; id vero in omnibus canonibus, exceptis V. IX. XIV. animadvertas. Viciſſim autem plura ſancita fuiſſe ſcimus in concilio Remenſi, quæ in canonibus hiſce, vel aliter, vel nuſpiam leguntur, ut patet ex ſumma canonum Remenſium, quam ex codice Udalrici ſupra dedimus; ſicut & conſtat ex epiſtola LV. Innocentii relata in eadem collect. col. 1442. in qua pontifex aſſerit mandatum a ſe fuiſſe in concilio Remenſi, ut abbatum *obedientiam, & profeſſionem* epiſcopi ſuſciperent, quam ſanctionem in canonibus XVII. fruſtra quæras. Cenſeo igitur canones illos XVII. collectionem eſſe canonum ex duplici concilio ab Innocentio in Galliis celebrato Claramontano & Remenſi, & forte etiam Leodienſi compactam.

AD LEODIENSE CONCILIUM

In cauſa Halberſtadenſis epiſcopi, aliiſque eccleſiæ negociis

Anno 1131. celebratum

ADDITIO.

De *hoc concilio ea utique prætereunda non duco quæ annaliſta Saxo Eccardi narrat his verbis*: Dominica ante mediam quadragesimam XI. Cal. aprilis celeberrimus conventus XXXVI. epiſcoporum & principum fit Leodii domno apoſtolico Innocentio & B rege Lothario, ac regina præſentibus, ubi multa tam de eccleſiaſticis, quam de regni utilitatibus provide ordinata ſunt. Ibi excommunicati ſunt Petrus Leonis, Conradus & frater ſuus Fridericus cum omnibus eis faventibus. Ibi Halberſtadenſis epiſcopus Otto ab Honorio papa triennio epiſcopatu privatus interventu regis & principum officii ſui reſtitutionem promeruit.

Juvat etiam ea adnotare quæ ſcribit Albericus in chronico ad hunc annum 1131. Dominica in medio quadrageſimæ Gregorius cum curribus & rhedis ab eccleſia ſancti Martini in publico monte, quaſi Romæ via triumphali, uſque ad capitolium ſancti Lamberti aſ- C cendit, miſſam celebrat, regem, & reginam coronat; conjugatos presbyteros excommunicat: æſtimati ſunt a quibuſdam triginta duo epiſcopi affuiſſe, & abbates tres & quinquaginta, inter quos fuiſſe dignoſcitur ſanctus Bernardus abbas Clarevallenſis, epiſcopus Otto. Papa Innocentius profectus apud Leodium Belgiæ urbem ſynodum epiſcoporum convocans, regem Lotharium ad defenſionem ſanctæ Romanæ eccleſiæ convocavit. Qui nihil cunctatus, expoſito tamen prius modeſte in quantum regnum amore eccleſiæ attenuatum, inveſtituram earum, quanto ſui diſpendio remiſerit, auxilium Romanæ eccleſiæ promittit. D

Audiendus eſt & author annalium Boſovienſium vulgatus ab Eccardo to. I. Corporis Hiſtoric. qui hæc de Leodienſi concilio ſcribit: Synodus apud Leodium ſub papa Innocentio congregatur, ubi præſente rege Lothario, reſidentibus L. epiſcopis, cum innumeris diverſorum ordinum perſonis, Otto Halberſtadenſis epiſcopus, a papa Honorio dudum depoſitus, cunctis annuentibus, a papa Innocentio denuó infula epiſcopali inveſtitur, & ſedes ei redonatur ejuſdem eccleſiæ; ſtatuitur & hoc ſemper memorabile, ſecundum decreta canonum presbyteros parochianos caſtos, & ſine uxoribus eſſe debere; uxorati vero presbyteri miſſam a nemine audiendam E eſſe. Ibi etiam Adelbertus marchio de Saxonia, gratia regis carens, deponitur, & Henricus filius Marchionis Wicberti, hactenus ab eodem Adelberto violenter expulſus, pro eo marchio conſtituitur in Luſiz.

Denique ad illuſtranda ea, quæ ad Ottonis Halberſtadenſis epiſcopi cauſam in hoc ipſo concilio diſcuſſam pertinent, juvat ſequentes literas ex Udalrici cod. num. CCCXXXIV. CCCXXXVI. CCCLXII. depromptas addere

OTTONIS HARBESTADENSIS EPISCOPI AD OTTONEM BAMBERGENSEM EPISTOLA

Ex cod. Udalr. CCCXXXIV.

O. Domino ſuo venerabili ſanctæ Babenbergenſis eccleſiæ pontifici N. per Dei miſericordiam Halverſtadenſis eccleſiæ ſi quid eſt, quotidianum laudabilis vitæ incrementum

Si rerum veſtrarum ſtatus proſperitate fruitur, ſi condigne morum & vitæ compoſitioni concordat, vobis, ut decet, congaudemus; ſi non, condolemus, quoniam id ipſum de fidelitatis veſtræ excellentia ſperamus, imo certum habemus. Si ergo rerum noſtrarum ſtatum ſcire cupitis, ut amico ſic maxime confidimus, cui fluituantis navis noſtræ anchoram, ingruente tempeſtate infigimus; ut amico, inquam, quem poſt dominum, unicum, ac certiſſimum imbecillitatis noſtræ ſuſtentaculum eſſe non diffidimus, dilectioni veſtræ intimamus. De proxima iſta, quam noſtis, expeditione, in qua ob honorem regni & eccleſiæ diligentius cæteris laboravimus, reverti domi, ubi pacem & concordiam, ubi tranquillitatem & recreationem invenire debuimus, odium & diſcordiam, ſciſmata & inteſtina bella, peccato heu noſtro exigente, invenimus. Adverſarii enim noſtri N. & N. eccleſiæ noſtræ canonici, qui & prius nobis adverſabantur, quibuſdam ſolitæ fraudis induſtria collectis, inter quos N. nominatiſſimus, & quaſi primicerius eſt, in nos inſurrexerunt, cleroque convocato lacrimabilia, & inaudita crimina, quæ, Deo teſte, nunquam commiſimus, in faciem nobis objecerunt, inter quæ electionem noſtram aſſerunt eſſe irritam. Inſuper quoque & ſimoniam neſcimus, quam N. nobis imponit, quam ſe canonica auctoritate ſtatuto tempore probaturum aſſerit. Nos ergo tanta tamque inaudita infamatione perculſi, Moguntinæ ſedis archiepiſcopo rem omnem aperuimus ſcriptis, hujuſque rei conſilium & auxilium quæſivimus. Qui literis ad eccleſiam noſtram directis, omnimodis nos excuſavit, electionemque noſtram juſtam & canonicam fuiſſe comprobans, criminatores noſtros reconciliari nobis condigna ſatisfactione præcepit. Illi vero obſtinationi ſuæ juſſa archiepiſcopi poſtponentes, nec non & Magdeburgenſis archiepiſcopi, qui ad ſedandam hanc motionem regio juſſu advenit, monita ſpernentes, adhuc in conſpirationis ſuæ vecordia perſiſtunt. Quapropter aram miſericordiæ veſtræ amplectentes, ad vos confugimus, debitumque clementiæ veſtræ auxilium humiliter imploramus. Quicquid igitur alii faciant, veſtrum eſt, ex gemino charitatis vinculo nobis aſſiſtere, labenteſque brachio vir-

virtutis vestræ sustentare. Proin rogamus, quatinus literas vestras ad metropolitanum dirigatis, & ut in causa nostra diligens esse velit causa vestri efflagitetis. Rogamus quoque, ut ubicumque concilium pro hujus rei discussione convocetur, vos adesse velitis.

HONORII II. PAPÆ

Ad Ottonem Halberstadensem episcopum epistola.

HOnorius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Ottoni Halberstadiensium episcopo salutem & apostolicam benedictionem.

Gravis ad nos de persona tua querela pervenit. Accepimus igitur quod Halverstadensem episcopatum per violentiam laicalem, & quod detestabilius est, per simoniacam hæresim occupasti: quantum autem flagitiosam istam pestem simoniacæ hæreseos sancta Dei ecclesia abhorreat, Petrus apostolus in principio nascentis ecclesiæ manifestat, qui Simonem Spiritum sanctum vendere volentem cum sua pecunia condemnavit. Si ergo hujus sceleris te reum esse cognoscis, satius est ut cedas, & delictum tuum punias in hac vita per pœnitentiam, quam ante oculos districti judicis judicandus appareas. Datum B. decimo cal. novemb.

ADALBERTI MOGUNTINI AD S. OTTONEM BAMBERGENSEM

epistola.

A Dei gratia Moguntinus archiepiscopus, & apostolicæ sedis legatus venerabili confratri suo O Babenbergensi episcopo salutem cum oratione & obsequium.

Controversia magna inter fratrem nostrum dominum Halverstatensem, & quosdam fratres suos regulares est habita. Vocatis autem utrisque in audientiam, quod terminare eam, & ad concordiam eos revocare nulla ratione cum fratre nostro domino Hildenheimensi potuimus, pluribus fratribus nostris, ad hoc nobiscum pertractandum destinatis, secundo in audientiam veniendi diem & locum ei statuimus. Sed quia prudentia vestra in negotio hoc nullo modo possumus carere, rogamus vos, & rogando auctoritate nostra injungimus, quatinus proxima dominica post ascensionem N. nobiscum ad diffiniendam hanc discordiam velitis adesse.

Appendicis etiam loco addendum est diploma Lotharii regis in hoc ipso concilio approbatum, cujus meminit quidem Venetus Labbei editor, sed non exscribit. Vulgatum est a P. Martene Vet. Mon. tom. I. pag. 704.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Lotarius tertius divina favente clementia Romanorum rex.

Notum sit tam futuris, quam præsentibus, quod ecclesia beati Johannis, quæ est in insula Leodii, anniversarium teloneum de foro Visati, per regiam traditionem Ottonis videlicet imperatoris augusti felicis memoriæ, usque ad nostra tempora sine omni calumnia totum, & ad integrum tenuerat: cujus traditionis privilegium signo prædicti imperatoris munitum coram me, cum Leodii tunc essem, & coram regni principibus, archiepiscopis & episcopis quam pluribus, cæterisque primatibus publice est recitatum. Sed erat super quo gravem satis apud nos ejusdem sancti Johannis ecclesiæ fratres querelam deponerent: ajebant enim nondum tunc transacto anno, Hojenses judicio tantum scabinorum Leodiensium jurasse, de pellibus silvestrium animalium se nullum in foro isto debere teloneum, sicque & istorum gravatos præjudicio, & illorum se affectos querebantur spolio. Hanc querelam satis clementer, ut dignum erat, suscipientes, tam præsumptivam audaciam referire dignum duximus, & regni primates qui in præsentiarum aderant, & privilegium jam dicti imperatoris super hac traditione nobiscum audierant, ut secundum testimonium privilegii, & tam diuturnam ecclesiæ possessionem super hac re judicium darent, commonuimus. Communicato illi inter se consilio, scabinorum illorum abjudicaverunt judicium, addentes, per hujusmodi regiæ traditionis tam indignum, quam injustum posse infirmari privilegium. Nos autem regiæ potestatis utentes censura prædictis fratribus jam dicti mercati teloneum judicio primatum nostroque edicto & banno totum restituimus, & ad integrum, quidquid videlicet ex coemtione animalium, vel ex omni genere tam vestium, quam ferri & metallorum, vel ex reditu navium, vel ex omnium commercio vectigalium, vel ex jure forali, vel ex districto judiciali possit provenire, privilegio quod recitatum fuerat sic atteſtante. Et ut hæc ecclesiasticæ possessionis per nos facta reformatio per curricula annorum inviolabilem, atque inconvulsam obtineat firmitatem, manu propria subterfirmavimus, & sigilli nostri impressione signari jussimus. Nomina autem eorum qui interfuerunt, & judicaverunt subnotari fecimus.

Albertus Moguntinus archiepiscopus fere cum omnibus suis conprovincialibus.
Fredericus Coloniensis cum suis
Norbertus Madeburgensis cum suis
Cunradus Salzeburgensis cum suis
Alexander Leodiens episcopus
Dux Lotharingiæ Walerannus
Dux Alsatiæ Simon
Comes Withikinus
Comes Namucensis Godefridus
Reinaldus de Monceon
Arnulphus de Los
Gozinus de Falconmont
Willelmus advocatus ipsius villæ Visati.

Actum est Leodii anno Incarnati Domini MCXXXI. indict. VIIII. feliciter.

CO-

ANNO CHRISTI 1132. 1134.

COLONIENSE CONCILIUM

In quo de duobus ad sedem Coloniensem electis causa tractata est A tribus apostolicæ sedis legatis, Lothario rege præsente, Anno 1132. celebratum.

An. 1132. FRiderico *Coloniensi archiepiscopo anno 1131. defuncto, successoris electio facta est in discordia, quæ causam præbuit cur Coloniense istud concilium haberetur, de quo hæc leguntur in chronico regio S. Pantaleonis Coloniensis apud Eccardum in corpor. Historic. tom. I. pag. 929. Anno 1132. (Annalista hic annum incipit a Natali Domini)* Rex natalem Domini Coloniæ celebrat, in cujus præsentia gravissimæ partes fiunt utriusque ordinis, cleri scilicet & populi, in electione domini Godefridi Santensis Præpositi, præsidentibus tribus cardinalibus sanctæ Romanæ ecclesiæ legatis, Willelmo scilicet Prænestino episcopo, Widone qui Innocentio Romæ successit, & Johanne Cremonensi episcopo. Tandem judicio regis, & principum, & ipsorum cardinalium ad unanimitatem ecclesia perducitur, atque saniori consilio, Godefrido cessante, dominus Bruno præpositus sancti Gereonis Coloniensi cathedræ intronizatur. Interim dum hæc agenda tractantur, Ekbertus Monasteriensis episcopus, primum decanus majoris ecclesiæ beati Petri Coloniæ, qui huic concilio intererat, ibidem infirmatus moritur, reportatusque ad sedem suam tumulatur, cui Wernerus successit.

AD PISANUM CONCILIUM

Contra antipapam anno 1134. celebratum

ADDITIO.

INNOCENTII PAPÆ II. EPISTOLA AD GAUFRIDUM ARCHIEPISCOPUM

Et Dolensis ecclesiæ suffraganeos episcopos atque abbates per eamdem provinciam constitutos.

Invitat eos ad concilium Pisense.

An. 1134. Ex Marrene inter acta in causa Dolensi Anecdot. t. III. pag. 885.

NAvis ecclesiæ, cui rector Christus præsidet, licet undarum propulsatione sæpius agitetur, remigante tamen sæpe in ea Domino, numquam submergitur. De profunditate siquidem sui consilii cœlestis nautæ providentia ventos concitat, mare turbat, navem agitat, ut ministros dormientes excitet, pigros animet, & cautos industriores efficiat. Gloria igitur sit in altissimis Deo, quoniam fides vestra nunquam defecit, sed emergente in ecclesia schismate probati inventi estis, & manifeste tanquam veri Christi discipuli domum Domini illustratis. Ut autem de statu ecclesiæ vobiscum tutius tractare possimus, & levior vobis ad nos pateret accessus, ordinato in urbe vicario, & dispositis iis, quæ fidelibus nostris opportuna esse cognovimus, cum fratribus nostris sani, Deo gratias, & incolumes Pisis moramur, & ut novis morbis nova medicamenta possint commodius adhiberi, ordinante Domino, proxima Pentecosten solemnitate generale ibidem consilium celebrare decrevimus: quo circa universitati vestræ præsentium auctoritate præcipimus, ut eodem termino, omni occasione summota, vestram nobis exhibeatis præsentiam; quatenus, administrante Spiritus sancti gratia, vestri freti consilio & auxilio, ea constituere valeamus, unde modo & in posterum ecclesia collætetur. Dilectum autem filium Jo. monachum capellanum nostrum fraternitati vestræ attentius commendamus, rogantes, ut pro beati Petri reverentia, eum benigne suscipiatis, & honeste tractetis. Datum Pisis VI. idus novembris.

Ad Pisani vero hujus concilii gesta quod attinet ea promenda judico, quæ ex Vaticanis monumentis dedit cardinalis Aragonius in vita Innocentii, Rer. Ital. to. III. par. I. pag. 435.

Eo autem anno in majori ecclesia Pisana convocatis omnibus ecclesiarum prælatis de Hispania, Guasconia, Anglia, Francia, Burgundia, Alamannia, Hungaria, Lombardia & Tuscia quartum concilium celebravit. In quo inter cætera isti episcopi qui inferius adnotantur, fuerunt depositi. Eustachius, Valentinus Arausicensis, Petrus Terdonensis, Hubertus Lucanus, Bergomensis, & Bojanus Aretinus.

Quæ tamen hic narrantur de depositione Huberti Lucani episcopi veritati cohærere non possunt, cum & sequentibus post concilium annis ecclesiam suam rexerit, ut ex Ughellio constat, & pro Innocentio steterit contra Anacletum, ut ex hujus epistola superius producta discimus. Hujus quoque Pisani concilii canones, quorum nullos exhibet Labbeus, hos habeo, quos proferam, desumptos ex additionibus ad Pannormiam in M. S. codice Pistoniensi, de quo in præfatione Collectionis hujus dis-

ANNO CHRISTI 1134.

disserui. Respondent autem fere omnes canonibus in Concilio Remensi ab Innocentio conditis, quod scilicet ea quæ in prioribus conciliis ille statuerat, in reliquis deinceps habitis confirmaverit.

ANNO CHRISTI 1134.

CANONES.

Innocentius Papa II. in Pisano Concilio residens statuit.

pars VII. ...n. ...I.conc. ...ran. gener.

UT autem lex continentiæ, & Deo placens munditia in ecclesiasticis personis, & sacris ordinibus dilatetur, statuimus quatenus Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Regulares canonici, & Monachi, qui sacrum transgredientes propositum, uxores sibi copulare præsumpserint, separentur. Hujusmodi namque copulationem, quoniam contra ecclesiasticam regulam constat esse contractam, matrimonium non esse sancimus. Qui & ab invicem separati pro tantis excessibus condignam pœnitentiam agant. Idipsum quoque de sanctimonialibus feminis, si (quod absit) nubere aptentaverint, observari decrevimus.

Innocentius Papa II. generali Concilio Pisis residens statuit.

...can. I. ...em. *ut*

SI quis simoniace ordinatus fuerit, ab officio ordinis cadat quod illicite usurpavit; vel (*a*) si quis præbendam, aut honorem vel promotionem aliquam ecclesiasticam, interveniente execrabili ardore avaritiæ, per pecuniam acquisivit; honore male acquisito careat, & emptor, ac venditor, & interventor nota infamiæ percellatur.

CANON VII.

... can. ... Rem. *man-* ...

INnovamus autem & præcipimus ac mandamus (*b*) ut nullus in archidiaconum, vel decanum, nisi diaconus vel Presbyter ordinetur. Archidiaconi vero decani vel præpositi, qui infra ordines prænotatos existunt; si sine benedictione ordinari contenserint, honore suscepto priventur.

CANON IX.

... can.

PRohibemus autem ne adolescentibus vel infra sacros ordines constitutis; sed qui prudentia & merito vitæ clarescant, prædicti ecclesiæ concedantur honores.

CANON XII.

PRæcipimus ut (si) quis suadente diabolo hujus sacrilegii reatum incurrerit, quod in clericum vel monachum violentas manus injecerit, anathemati subjaceat; & nullus episcoporum illum absolvere præsumat, nisi mortis urgente periculo, donec apostolico conspectui præsentetur. Rem. can. XIII.

(c) Deest in Rem. *nisi in mortis articulo* sed est in can. XV. Lateran.

CANON XIV.

PRæcipimus etiam ut (in) eos qui ad ecclesiam, vel cimiterium confugiunt nullus omnino manus mittere audeat. Quod si fecerit, excommunicetur. Rem. XIV.

Demum præterire hic minime sustineo literas S. Leopoldi marchionis Austriæ de fundatione canonicæ Claustroneoburgensis in Austria, ex quibus concilii hujus quædam discimus. Promendæ sunt vero ex Pezii codice diplomatico parte I. pag. 316.

In nomine summe & individue Trinitatis, Leupaldus nobilis marchio orientalis, fundator ecclesie Neuburgensis.

Quoniam negotiis secularibus impediti, Deo per nos ad summa placere nequimus, eos, quos ipsi placitos & maxime mundialibus studiis exemptos probamus, diligere, congregare, consovere, ac modis omnibus eorum quieti providere, debemus operam dare: hoc enim modo fit ut & præsentis nobis vitæ incolumitas, temporum tranquillitas, pacis ac omnimodæ salutis prosperitas arrideat nobis, & quæ ipsis in futuro sunt in cælis reposita, non usquequaque privabimur bonis. Igitur ego Liupoldus marchio orientalis cum nobilissima conjuge Agnete, cum unanimi omnium filiorum & filiarum mearum consensione, omni quorumque mortalium sopita contradictione, Sigefridum & Prunricum, qui tunc presentes erant cum omni familia & possessionibus, quas vel ipse, vel alii fideles tradiderunt, cum Davidica devotione in simplicitate cordis mei lætus universa Deo, & ecclesiæ Nivveburgensi (quam ipse in honorem sancte Dei genitricis semperque virginis Mariæ fundavi) obtuli, ut fratribus sub regula S. Augustini Christo servientibus in perpetuum deserviant. In qua tradicione semel, bis, terque omnibus libera data facultas est requirendi, si quid sui quisque juris recognosceret, in omnibus his, quæ oblata sunt. Sed nec vir, nec mulier, qui quid

ANNO CHRISTI 1134.

quid contradiceret, inveniri potuerunt.

Proinde in consecratione ejusdem basilicæ domino Chunrado Salezeburgensi archiepiscopo & Reginmaro Pataviensi, nostro diœcesano, & Romano Gurcensi episcopo, cum clero & populo, qui ea die in infinitum confluxerant, notificavi, quod locum prædictum cum possessionibus suis sancto Petro, & beato Innocentio apostolico ipse obtuleram per manum Volframi nobilis viri de Pubenkirchen, quo legato in Pisensem synodum veniente, & coram episcopis quinquaginta sex delegata delegante, beatus apostolicus in liberam defensionem prædictam ecclesiam suscepit, & omnium unanimi episcoporum, qui aderant, banno & subscriptione confirmatum, pro libertate loci ejusdem nobis remisit privilegium, quod etiam coram frequentia totius populi recitari feci.

Huic rei testificantur comites, & quique nobiliores orientalis regionis, Ottakarus marchio Stiriensis, Dietericus Grifanstaine, Chunradus de Pilsteine, Gebehardus de Piugen cum fratre Adalberto, & filio Herimanno, Liutoldus de Plegen, & filius ejus, Liutoldus, Egkebertus de Putenen, Sigehardus & Gebehardus de Purchusin comites, Adalrammus cum fratre Adalberto de Pergen, Otto de Legenpach, & Hartvicus, Haidenricus quoque fratres ejus, Walterus de sancto Andrea cum fratribus suis, Adelramo de Epinperge, Hertnico de Rudniche, Ernesto de Treismo, Otto & frater ejus Walthun de Machlande, Henricus de Simanningen, Rudolfus de Pekæ.

His itaque gestis in talem sententiam prædicti pontifices assurgunt: possessiones huic traditæ ecclesiæ apostolico privilegio communitæ sunt. Dominus enim noster apostolicus omnem invasorem & raptorem hujus substantiæ anathemate damnavit. Vos quoque pauperes Christi, regulam S. Augustini absque proprietate sequentes, quietos ad Dei laudes esse volumus. Et idcirco domini apostolici sententiam sectantes, & quod cepit perficientes, omnem invasorem & raptorem domo Dei, que est ecclesia ejus, perpetuo anathemate separamus, qui de vita eorum temere quicquam, vel mutare, aut substantias ipsorum invadere vel diripere presumpserit, a die, qua ordo illorum a generali synodo apostolico privilegio munitus, & possessio auctoritate summi pontificis est defensata. Ad confirmationem omnium, quæ vel dicta, vel gesta sunt in hoc solemni negotio, hanc cartam proprio placuit insigniri sigillo, anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MCXXXIV. indict. XV. III. Kal. octob. in Christo feliciter acta sunt.

MONSPELIENSE CONCILIUM

In quo ecclesia de Beciano S. Tiberio adjudicatur,

Anno 1134. *celebratum.*

An. 1134. BEcianum (Bessan) oppidum est in diœcesi Agathensi monasterio S. Tiberii proximum, cui proinde monasterio largitione Berengarii Agathensis episcopi ante annos XXXIII. ecclesia ejus oppidi cesserat. Hanc dein ecclesiam monachi Casæ Dei occupaverant; sua repetentibus Tiberiensibus monachis synodus jussu Innocentii papæ indicta est, cui Guido diaconus cardinalis A. S. L. archiepiscopi tres, Hugo Rotomagensis, Bernardus Arelatensis, Arnaldus Narbonensis apostolicæ sedis legati, episcopi duo, abbates & alii interfuerunt. Quid statuerint, docent geminæ illæ literæ, quas ex to. VI. annalium ordinis S. Benedicti profero. Animadvertisse tamen juvat controversiæ huic definiendæ convenisse concilium aliud Uticæ, (Uzes) de quo ad annum 1139. agemus.

Ex t. VI. An. Ord. S. Ben. p. 617. ap. edit. Luc.

Hugo Dei gratia Rotomagensis archiepiscopus, sedis apostolicæ legatus, dilecto filio Ademaro abbati S. Tiberii, tuisque successoribus in perpetuum.

Religiosis & Deo servientibus providere, eorumque possessiones & jura ecclesiastica conservare omnibus, qui in regimine positi sunt, sanctorum patrum mandat auctoritas; ea propter causam illam super ecclesia de Beciano multo tempore ventilatam, auctoritate apostolica suscepimus terminandam.

Considentibus itaque nobiscum apud Montem-pessulanum venerabilibus archiepiscopis B. (*a*) Arelatensi, & A. (*b*) Narbonensi sedis Apostolicæ Legatis, & episcopis; R. (*c*) Agathensi, & G. (*d*) Arausicensi; & P. (*e*) abbate S. Ægidii, & aliis quampluribus religiosis personis, tu ad diem in supradicto loco tibi auctoritate apostolica præstitutam paratus ad justitiam ante nos venisti; abbas vero Casæ Dei, qui ad eamdem diem, & eundem locum auctoritate apostolica a nobis vocatus fuerat, nec ipse venit, nec pro se responsales misit, nec aliquam excusationem canonicam inibi prætendit. Eo itaque sic deficiente, nos præcepto domini nostri papæ Innocentii justitiam exsequentes, quæsivimus ab ecclesia Agathensi, in cujus parochia sita est ecclesia de Beciano, ut coram Deo, & nobis omnibus ibidem consistentibus, veraciter protestarentur, ad quod jure canonico vel tuum vel Casæ Dei monasterium pertineret præfata ista ecclesia de Beciano. Illi siquidem quia vere, prout ab antecessoribus acceperant, ad jus & possessionem S. Tiberii, cui monasterio Deo auctore præsides, pertinere responderunt. Ad hæc, tu Ademare abbas protulisti instrumenta donationis factæ de ecclesia de Beciano ecclesiæ S. Tyberii, & prædecessori tuo Deodato, quod instrumentum a Berengario bonæ memoriæ Agathensi episcopo factum, & annis Dominicæ incarnationis, & testibus idoneis roboratum existit. Consequenter & tu produxisti quatuor testes, viros antiquos, asserentes se vidisse, quia ecclesia S. Tiberii possedit quiete per multos annos ecclesiam de Beciano, antequam monachi

(a) Bernardo
(b) Arnaldo
(c) Raimundo
(d) Guilelmo
(e) Po[...]

chi de Caſa Dei intraſſent in eam. Tunc illi canonice examinati, juraverunt ſuper evangelia Dei hoc ſe vidiſſe, & hoc verum eſſe. Prodierunt & alii quatuor teſtes qui dixerunt ſe interfuiſſe placito illi quod habitum eſt apud Corbianum inter monachos S. Tyberii & monachos Caſæ Dei in præſentia Adelberti Agathenſis epiſcopi, præſentibus A. Narbonenſi archiepiſcopo, & L. Nemauſenſi epiſcopo, dicentes ſe vidiſſe & audiſſe quoſdam teſtes idoneos ibidem juraſſe, quod Bernardus Agathenſis epiſcopus, qui induxerat monachos Caſæ Dei in eccleſiam de Beciano, cum accepiſſet teſtimonia perſonarum authenticarum eccleſiæ ſuæ ſuper donatione facta a Berengario anteceſſore ſuo Deodato abbati, & monaſterio S. Tyberii de eccleſia de Beciano, ipſe autem Bernardus coram Bertranno Narbonenſi archiepiſcopo in placito de eadem cauſa habito apud Cabrils, præſentibus monachis Caſæ Dei, & S. Tyberii factum correxit, & adjudicavit reddi eccleſiam de Beciano monachis S. Tyberii, quod prædicti Aldebertus Agathenſis & P. Narbonenſis & L. (*a*) Nemauſenſis audientes, ſententiam reſtitutionis ipſius ratam eſſe & tenendam judicaverunt: & ſicut præfati quatuor teſtes hoc ſe vidiſſe & audiviſſe proteſtati ſunt, ita nobis præſentibus examinati ſuper evangelium Dei juraverunt, hoc ipſum. A. Narbonenſis archiepiſcopus, & Ermengaldus Agathenſis archidiaconus, & R. ſacriſta & magiſter Dulcianus, qui interfuit præfato placito de Corbiano, coram nobis ſe vidiſſe, & audiſſe viva voce proteſtati ſunt. Hi omnes, qui hoc teſtimonium nobis perhibuerunt, eamdem de præfata reſtitutione ſententiam atteſtati ſunt fuiſſe confirmatam apud Lupianum a ſupra nominato A. Agatenſi & A. Narbonenſi & P. Lutevenſi, & R. Magalonenſi epiſcopis, & R. tunc archidiacono, nunc epiſcopo Agatenſi, præſentibus abbatibus de Caſa Dei, & S. Tyberii. His omnibus de cauſis, & inſuper admonitione & præcepto Guidonis diaconi cardinalis, & apoſtolicæ ſedis legati, præfatus R. Agathenſis te, & eccleſiam S. Tyberii de eccleſia de Beciano reveſtivit. Hanc reveſtitionem, eodem R. epiſcopo atteſtante ſic factam, nos & nobiſcum ſic aſſidentes ſupra nominati archiepiſcopi, & apoſtolicæ ſedis legati epiſcopi & quamplures autentici & religioſi viri approbamus, & approbatam vice apoſtolica, quam ſuper hoc negotio gerimus, confirmamus, & pro canonica donatione a Berengario Agathenſi epiſcopo facta, & legitima profeſſione ſubſecuta tibi tuiſque ſucceſſoribus, & monaſterio S. Tyberii, cui præſides, præfatam eccleſiam de Beciano cum decimis & omnibus jure ad eam pertinentibus, omni deinceps quæſtione ſopita, perpetuo poſſidendam adjudicamus. Actum eſt hoc anno Verbi incarnati MCXXXIV. apud Montempeſſulanum, univerſali papa Innocentio, rege Francorum Ludovico. Ego Hugo Rotomagenſis archiepiſcopus & apoſtolicæ ſedis legatus.

ANNO CHRISTI 1134.

HUGONIS ARCHIEPISCOPI ROTOMAGENSIS ET A. S. L.

Epiſtola ad Innocentium papam de geſtis a ſe ſuper eccleſia de Beciano.

Ex eodem p. 618. ap.

UNiverſali papæ Innocentio domino & patri ſuo, Hugo Rotomagenſis ſacerdos devotam & debitam reverentiam.

Præcepto veſtro diem dedimus, & locum ſtatuimus abbati Caſæ Dei, & abbati S. Tyberii pro controverſia inter eos dirimenda ſuper eccleſia de Beciano, videlicet III. nonas Novembris apud Montem-peſſulanum; abbas vero Caſæ Dei miſit nobis nuntios, & literam ſuam apud Taraſchonam, ſignificans ſe non poſſe venire ad diem datam, quia habebat celebrare quædam conſueta cum fratribus ſuis capitula, nec ad locum ſibi præſtitutum ſecure poterat venire pro Petro de Ribalta, quem inimicari ſibi dicebat. Quibus nos reſpondimus, quia nos pro obedientia veſtra habebamus tranſire per hoſtes & inſidias manifeſtas, quæ nobis Adefonſus aperte per multa loca parari fecerat. Poſt aliquot denique dies, veſtra protecti benedictione, ad Montem-peſſulanum pervenimus, multis utique mirantibus. Ibi nobiſcum habuimus venerabiles archiepiſcopos B. Arelatenſem, A. Narbonenſem ſedis apoſtolicæ legatos, & plures epiſcopos & religioſos viros. Præſentavit ſe ante nos ad juſtitiam abbas S. Tyberii; ſed abbas Caſæ Dei, nec ipſe venit, nec pro ſe reſponſalem miſit, nec excuſationem vel aliquam... prætendit. Eo itaque ſic deficiente, quæſivimus ab epiſcopo Agathenſi, in cujus parochia ſita eſt eccleſia de Beciano, ut coram Deo & patribus ibidem conſidentibus nobis oſtenderet, ad quod, vel Caſæ Dei, vel S. Tyberii monaſterium præfata eccleſia jure canonico pertineret. Inquiſiti epiſcopus, & clerici ejus reſponderunt, quia vere, prout acceperant, ab anteceſſoribus ſuis, ad jus & poſſeſſionem pertinebat S. Tyberii. Tunc inſtrumenta Berengarii bonæ memoriæ Agatenſis epiſcopi ſuper hæc facta prolata ſunt, & teſtes prodierunt viri bonæ famæ & antiqui, qui examinati probaverunt ſe vidiſſe, quod monaſterium S. Tyberii poſſedit eccleſiam de Beciano quiete, & multis annis, antequam monachi de Caſa Dei in ea veniſſent. Invenimus etiam per atteſtationem domini A. Narbonenſis epiſcopi, & authenticorum teſtium, quia Bernardus ſucceſſor Berengarii Agathenſis epiſcopi, qui monachos Caſæ Dei in eccleſiam de Beciano induxit, cognita veritate factum correxit, & eccleſiam de Beciano reddi S. Tyberio adjudicavit. Hoc A. Narbonenſis, & ante ſe die data inter abbates S. Tyberii & Caſæ Dei probatum fuiſſe per legitimos teſtes aſſeruit, ibique reveſtiri monachos S. Tyberii de eccleſia de Beciano adjudicavit, quam reveſtitionem dominus Guido diaconus cardinalis & legatus apoſtolicæ ſedis fieri præcepit. Hanc reveſtitionem canonice ſæpius adjudicatam, nos & qui nobiſcum erant patres, ratam habuimus, & teneri mandavimus pro donatione canonica olim a Beren-

ANNO CHRISTI 1134. 1135.

rengario Agathensi episcopo facta & legitima possessione subsecuta fere XXXIII. annorum, ut asserunt, post instrumentum Berengarii episcopi, quod anno Dominicæ Incarnationis, & testibus idoneis roboratum existit.

TESTIMONIA EPISCOPORUM MAGALONENSIS, AGATENSIS ET LUTEVENSIS

De eadem ecclesia.

Ex eod. p. 620. ap. (a) Deest f. aliquid.

NOtum sit omnibus præsentibus, & futuris, quod ego R. Agathensis episcopus fui in quod(a) placito tunc temporis archidiaconus Biterrensis, quod fuit agitatum apud Lupianum inter Ademarum abbatem S. Tyberii & Stephanum abbatem Casæ Dei; & in ipso placito utroque abbate præsente, patronisque causarum bene munitis, utrobique allegationibus diligenter examinatis, adhibitis P. (b) Lutevensi, & R. (c) Magalonensi episcopis, & Augerio abbate Lutevensi, & multis aliis religiosis personis, ecclesiam de Beciano Aldebertus Agathensis episcopus cum Arn. archiepiscopo Narbonensi A. S. L. nobis omnibus consentientibus, ecclesiæ S. Tyberii, & A. abbati reddi adjudicavit. Vidi etiam & audivi in placito, quod fuit apud Nemausum ante venerabilem Bernardum Arelatensem archiepiscopum Romanæ sedis legatum, & Petrum tunc temporis Vivariensem episcopum, quibus controversiam prædictæ ecclesiæ dominus papa Innocentius mandaverat terminandam, quodque A. Sancti Tyberii abbate justitiam accipere parato, abbas de Casa-Dei sententiam audire & recipere noluit. Hoc totum testificor ego R. Agathensis episcopus sic verum esse coram te Hugone Rotomagensi archiepiscopo A. S. L. & coram B. Arelatensi & Ar. Narbonensi archiepiscopis & G. Arausicensi episcopo & P. P. abbate S. Ægidii, & aliis assistentibus.

(b) Petro (c) Raimundo

Ego R. Magalonensis episcopus sic verum esse testificor coram dictis Hugone Rotomagensi archiepiscopo, & aliis.

Ego P. Lutrensis episcopus dum eram clericus Agathensis ecclesiæ audivi recognosci a clericis ejusdem ecclesiæ, quod Berengarius Agathensis episcopus ecclesiam S. Petri de Beciano S. Tyberio & Deodato abbati dederat; postea vero interfui placito, quod fuit agitatum apud Lupianum, & ea, sicut superius sunt scripta, vera esse recognosco, & testificor.

CONSTITUTIO THURSTANI

ARCHIEPISCOPI EBORACENSIS

De debitis clericorum defunctorum anno 1134. lata.

An. 1134. Ex Wilkins t. I. conc. Brit. pag. 412.

THurstanus Dei gratia Ebor. archiepiscopus successoribus suis substituendis in perpetuum.

Solet plerumque contingere quod clerici, sicut & cæteri homines, pro aliqua necessitate vel humana fragilitate, aliquibus debitis & delictis obligati, de mundo transeant. Considerantes igitur humanitatis & charitatis esse officium utrique impedimento aliquod præbere suffragium, vel remedium, statuimus in ecclesia beati Petri, & perpetuo jure tenendum firmamus, quod, defuncto canonico, reditus præbendæ illius sequenti anno pro anima ejus, & ad, si quid debeat, persolvendum distribuantur, totum quidem secundum capituli consilium & dispositionem. Id quoque in cæteris ecclesiis nostris S. Jo. de Beverlaco, S. Wilfridi de Rippon, S. Mariæ de Suthwel, S. Oswaldi de Gloc. præsentium attestatione firmum esse concedimus. Si quis vero hoc violare præsumpserit; judicet inde Deus secundum justitiam, & bonitatem suam. Amen.

MEDIOLANENSE CONCILIUM

Quo Robaldus Albensis episcopus Mediolanensi ecclesiæ præficitur

Anno 1135. celebratum.

An. 1135.

REstituti opera S. Bernardi abbatis ad obsequium Innocentii II. Mediolanenses de archiepiscopo sibi præficiendo agere cœperunt. Eo consilio synodum ex Mediolanensis ecclesiæ suffraganeis convocarunt, in quo Robaldus Albensis episcopus, qui & ipse cum S. Bernardo plurimum in restituendis ecclesiæ Mediolanensibus laboraverat, archiepiscopus renunciatus fuit. Rem narrat Ludulphus junior hist. Mediol. cap. XLI. his verbis: *Mediolanenses vero ordinarii & decumani, qui papæ Innocentio fidelitatem juraverant, confortati de hac Mediolanensium conversione, fecerunt Litifredum Novariensem, VVidonem Iporiensem, & alios suffraganeos venire Mediolanum, qui in consilio (concilio) suo sublimaverunt Robaldum Albanensem (Albensem) episcopum in Mediolanensem archiepiscopum, habita securitate retinendi, prout dicitur, Albanensem episcopatum.*

CON-

ANNO CHRISTI 1135.

CONCILIUM APUD ARDEAM

In quo sopita controversia inter clericos ecclesiæ S. Gavini & monachos pro quibusdam ecclesiis in Sardinia positis,

Anno 1135. *celebratum.*

Gattol. ft. Caf- . t. I. p. 3.

EGo Aubertus S. Pisanæ ecclesiæ archiepiscopus, Romanæ sedis legatus in perpetuum.

Quia in ecclesiarum negotia magnæ dispensationi sollicitudinem quisque speculator studiose habere hortatur &c. Ideoque ante nostram præsentiam querela, quæ fuerat inter ecclesiam S. Gavini, & monasterium S. Petri de Nurcki deposita fuit. Idcirco quod archiepiscopus Petrus ecclesiam sancti Georgii de Barai, & ecclesiam S. Mariæ de Gennor monasterio S. Benedicti Cassinensi sine assensu clericorum S. Gavini, & absque consilio episcoporum latenter obtulerat. Monachi præterea, cartam dationis a Judice factam habentes, prædictas ecclesias præcipitanter susceperunt. Unde clerici S. Gavini adversus monachos de occulta datione agentes, nullo modo, sine illorum assensu, ratam posse fieri rationem ostendebant. Causa itaque utriusque partis satis in nostra præsentia examinata, comperuimus, quod monachi præfatas ecclesias injuste acquisissent. Sed ne aliqua partium gravaretur, placuit nobis concordiam æqua lance pensare. Quatenus monachi Sancti Benedicti jam dictas cappellas tenerent, salva tamen S. Gavini reverentia. Censum namque vel servitium, quod ecclesia S. Nicolai detbatbar, vel ecclasia Sancti Gregorii de Oriastreto fecerit ecclesiæ S. simile faciet capella S. Georgii de Barai. Quando archiepiscopus Romam iverit, vel nuntium suum ibi miserit cardinalem, vel nuntium Romanum susceperit, adjutorium, ut prædictæ capellæ, faciet de alia ecclesia S. Mariæ de Gennor pro posse, & qualitate divitiarum suarum, Prior S. Petri de Nurki reverentiam S. Gavino exhibebit. Ad synodum & ordinationem sicut mos exigit, veniet. Hoc ergo ratum & firmum esse volumus ut monachi de S. Benedicto habeant & teneant præfatas Ecclesias, salva S. Gavini reverentia. De quibus decernimus & nostro sigillo munimus, ut nullus archiepiscopus vel S. Gavini canonicus litigare vel molestare præfatas ecclesias audeat, donec prædictam reverentiam Monachi exhibuerint. Facta sunt hæc consilio & assensu archiepiscoporum, & episcoporum, atque abbatum, nec non clericorum in concilio apud Ardeam habito præsidentium, anno Domini millesimo centesimo tricesimo quinto, indictione sexta.

locus corruptus

Ego Auberius Pisanæ ecclesiæ archiepiscopus A. S. L. fieri jussi, & subscripsi.

SYNODUS HEREFORDENSIS

Anno 1137. *celebrata.*

1137. Wil- Conc. pag.

H*Ujus synodi meminit episcopus Herefordiensis in epistola ad archidiaconum, clerumque diœcesis hujus.*

Robertus Dei gratia Hereford. episcopus archidiacono, & omni clero Hereford. ecclesiæ salutem. Sciatis quod abbas de Castaillons reddit singulis annis ad festum S. Michaelis XII. denar. ecclesiæ Leomenstre pro tertia parte decimæ de Monekesleona, unde habent corpora. Hoc autem statutum est coram me in synodo Hereford. præsente ipso abbate de Cast. anno Domini MCXXXVII.

AD CONCILIUM LONDINENSE

Anno 1138. *habitum*

A D D I T I O.

1138. C*Oncilii Londinensis canones ex Spelmanno to. II. concil. Angliæ effert Labbeus, eosque repræsentat VVilkins to. I. pag.* 415. *qui dein pag.* 417. *alios plane ab iis diversos canones sub ejus Londinensis concilii anni* 1138. *titulo ex MS. codice collegii S. Jo. Baptistæ Oxfordiensis exhibet. An revera utraque canonum sylloge ad unum idemque concilium pertineat, affirmare non ausim; cum enim Londinensia concilia duo per succedentes hos annos convenerint, quorum alterum est anni* 1137. *quod ex Pagio profert Venetus Labbei editor, & VVilkins per incuriam omittit; alterum vero coivit anno* 1138. *fieri utique potuit, ut suam singula canonum illorum collectionem vindicent. Utcumque res habeat sese, en canones codicis Oxoniensis.*

CON-

ANNO CHRISTI 1138.

CONCILII LONDINENSIS CANONES

Juxta MS. Cod. in colleg. S. Jo. Bapt. Oxon.

SAnctorum Patrum veſtigiis inhærentes, novis moribus nova remedia procuramus. Statuimus igitur, ut ſi quis poſſeſſiones eccleſiaſticas invaſerit, diripuerit, vel depopulatus fuerit, vel quoquo modo diſtraxerit, anathema ſit.

Si quis clerico, vel aliis eccleſiaſticis perſonis manum injecerit, vel in carcerem, vel in vincula miſerit, vel redemerit, anathema ſit, nec ſolutionem mereatur (niſi mortis articulo inſtante) priuſquam a domino proprio ſolvatur. Locus vero, in quo clericus, vel alia eccleſiaſtica perſona tenta fuerit, vel vinculis mancipata, & omnia circumjacentia caſtella & rura, civitates etiam vicinæ, quæ capientis, vel tenentis fuerint, a divino officio ceſſent, & cum lugente lugeant.

Prohibemus etiam ne ſacrum oleum vel chriſma contemptoribus, vel excommunicatis tradatur. Tradetur autem cum hac obſervatione archidiaconis, ut & epiſcopi de ipſis ſecuri ſint, & archidiaconi de presbyteris, quod ipſi prælatorum mandatis & eccleſiaſticis præceptis per omnia ſint parituri.

Clerici, qui excommunicatorum conſiliis & negotiis communicant, vel in domibus & familia eorum verſantur, quamlibet nobiles fuerint, tam ordinis ſui, quam beneficiorum eccleſiaſticorum periculo ſubjaceant, niſi a ſummo pontifice veniam mereantur.

Prohibemus nihilominus, ne divinum officium celebretur, ſc. nec campana pulſetur in urbe, vel in caſtro, vel in rure, ſi aliquis excommunicatorum præſens fuerit.

Statuimus etiam, ut excommunicatorum corpora inſepulta maneant; qui vero ea infra cœmeterium, vel in lapide, vel in ligno, vel extra, in aqua vel in domibus clericorum poſuerit, a ſacerdote ejuſdem loci excommunicetur, nec niſi ab epiſcopo ejuſdem provinciæ ſolvatur, unius anni pœnitentia corrigendus.

Si quis epiſcoporum, vel ſacerdotum aliquem vinculo anathematis innodaverit, & ille metu mortis vel imminentis periculi, vel animo fraudandi ſatisfactionem infra certum terminum promiſerit, & ob hoc ſolutionem meruerit, niſi infra terminum ſolvat, quod promiſit, morte præventus, maneat inſepultus; ſi vero ſine termino hoc promiſerit, & infra tres menſes non ſolverit, ſimili pœna teneatur.

Decernimus ut ſacerdotes, qui divina officia celebrare inhibiti, nihilominus celebraverunt, & ob hoc anathemate vincti ſunt, degradentur, & bonis eccleſiaſticis priventur, niſi a domino proprio veniam conſequantur. Qui vero eandem ſententiam nondum paſſi ſunt, niſi infra XL. dies reſipuerint, eadem pœna plectantur.

Prohibemus omnibus presbyteris, ne capellariam potentum ſuſcipiant, vel in curiis eorum adminiſtrent, niſi per manum epiſcopi ejuſdem diœceſis ad hoc ingrediantur ſacramento adſtricti, quod epiſcopalibus mandatis (ſemper) atque per omnia obedient, quod excommunicatos ad divina officia non admittent. Qui vero contra fecerint, ab ordine pariter & beneficiis eccleſiaſticis cadant.

Clerici, qui ab alienis eccleſiis dominorum vel parentum ſuorum, vel aliquo modo ſine auctoritate epiſcopi ejuſdem loci reditus perceperint, pariter ipſi & fautores ſui tandiu anathemati ſubjaceant, donec eccleſias, & omnia quæ inde perceperint, in integrum ſpoliatis reſtituant. Sacerdotes vero qui interim per ipſos in eiſdem eccleſiis adminiſtraverint, memorata pœna feriantur, & inſuper degradentur.

Qui ſciens communicaverit excommunicato, tanquam ex nomine excommunicatus habeatur. Si vero rex communicaverit, in quemcumque locum venerit, præſente excommunicato, nec divinum officium celebretur, nec campana pulſetur. Quod ſi capellam curiæ vel ſacerdotes loci celebrare præſumpſerint, illico ab epiſcopo ejuſdem loci excommunicentur, & ab ordine cadentes eccleſiaſticis beneficiis careant.

Qui ob rapinam vel invaſionem rerum eccleſiaſticarum anathematis gladio percuſſus ad ſatisfactionem venerit, nec damnum reſarcire poterit, antequam abſolvi mereatur, ſacramento adſtringatur, ſe annuatim, ſicut tunc ei injunctum fuerit, ſoluturum, donec totum perſolverit.

Præcipimus ut quoties aliquis epiſcoporum alii confratri, vel coepiſcopo denunciaverit, ſe canonicam juſtitiam in poſſeſſionem, vel in perſonam alicujus exercuiſſe, poſtulans, ut & ille coepiſcopus

pus eamdem justitiam denunciet, aut faciat, illico sine dilatione obtemperet, aut periculum ordinis incurrat.

Prohibemus & modis omnibus interdicimus, omnes exactiones, & indebitas castellorum operationes fieri. Si quis de redemptione clericorum sciens aliquid perceperit, vel obsides eorum tenuerit, vel ipsos anathema sit.

Prohibemus & modis omnibus interdicimus, ne sacerdotes, diaconi, subdiaconi, exactores vel præpositi laicorum existant. Quod si existere præsumpserint, anathematis gladio percellantur, & deinceps a beneficiis ecclesiasticis cadant.

Prohibemus omnibus modis sacerdotibus capellanis, ne divinum officium in munitionibus & turribus celebrare præsumant, postquam in ecclesia alia ejusdem loci prohibitum fuerit; quod si præsumpserint, ab ordine pariter & bonis ecclesiasticis cadant.

Præcipimus ut ante proximum Pascha corpora nominatim excommunicatorum in cœmeteriis sepulta, inde exportentur, provideantque universi episcopi, ut hoc sine fraude effectui mancipetur, ne forte alia pro aliis exportentur. Deus unus est. In quo nisi unde fuerint pastores ecclesiæ, nec poterunt subditis justitiam recte exhibere. Hinc est quod & nos episcopi ad invicem colligati sumus, compromittentes, quod justitiam recte exhibebimus. Sciat itaque unusquisque, quia quod quis dicit veritati debet, & quod promittit fidei.

NOTÆ DAVIDIS WILKINS.

IN hoc concilio charta regis Stephani, privilegia ecclesiæ Westmonasteriensis confirmans, (quæ in bibl. Cotton. Faustina A. III. f. 60. adservatur) subscripta fuisse dicitur a rege, regina Matilde, archiepiscopo Theobaldo 14. episcopis, & 8. abbatibus. Cum autem supra ex Rich. Hagustaldensi metropoliticam sedem Cantuar. sub initium concilii vacare dixerimus, brevi codicis hujus & Mathei Parisii assertiones de Theobaldi electione, & consecratione discutiemus. Tempus electionis Theobaldi in archiepiscopum Gervasius, Dorobernensis monachus, sub finem hujus concilii incidisse ait apud X. scriptores col. MCCCXLVIII. *Soluto prædicto concilio, & quibusque in sua redeuntibus, Jeremias prior Cant. ecclesiæ cum aliquibus ex conventu a rege vocatus, præsente legato simul & rege, nonnullis primoribus & episcopis Angliæ, elegit Theobaldum Beccensem ad regimen sanctæ Cant. ecclesiæ proximo sabbato ante Natale.* Addens, *archiepiscopum a legato 6. idus januarii anno MCXXXIX. Cantuariæ fuisse consecratum.* Illi assensum præbent Simeon Dunelm. prior Hagustald Birchington. in vit. archiep. Cant. Chronicon Mailros, & Radulphus de Diceto. Hoc tempus autem cum contrarietur diei & mensi subscriptionis chartæ Westmonaster. utpote quæ primo concilii die decembris 13. facta fuisse dicitur, chartam hanc falsitatis arguere haud dubitamus. Accedit quod rex Stephanus non sigillo suo, sed signo Dominicæ crucis chartam hanc confirmaverit, quod notorium indicium est, spuriam eam esse, cum chartæ post tempora Gulielmi I. non signis crucis, sed sigillis munitæ ac corroboratæ fuerint. Mattheum Parisium quod attinet, historiam regis Johannis, & Henrici III. ab ipso concinnatam maximi facimus, in reliquis autem ætatem ejus longe antecedentibus nævis abundare scriptores coævi uno ore testantur. Hallucinatus est igitur in hujus concilii historia assignans ecclesiam S. Pauli London. locum concilii, quæ ordinationis Richardi de Belmis & ordinum celebratorum fuit; cum hoc omnes, illud nemo alius ex historicis asserat. Deinde electum fuisse Theobaldum Beccensem abbatem in archiepiscopum Cant. tempore h. e. sub finem concilii cuncti fatentur; & ab episcopo Wintoniensi ibi consecratum fuisse, omnes, ut supra diximus, negant. Si conjecturæ hic locus esset, Matthæum incuriæ absolveremus, eam in scribam ipsius conjiciendo, qui pro *ab episcopo*, legere debuisset *in archiepiscopum*.

KARLEOLENSE CONCILIUM IN SCOTIA

Anno 1138. celebratum.

1138. ... il- ... Conc. ... t. I. ... ex ... Ha- ... d. ad ... 38.

„ CONcilium hoc ab Alberico, Hostiensi „ episcopo, papæ in Angliam & Sco- „ tiam legato, apud Karlel celebratum est; „ ad corrigenda ea, quæ in ecclesiis Scotiæ, „ ob disciplinæ & regiminis neglectum cor- „ rectione indigebant. De eo ita loquitur „ Joh. prior Hagustaldensis apud X. script. „ pag. 264.

Albericus Hostiensis profectus ad regem Scotiæ, reverenter receptus est a fratribus Hagustaldensis ecclesiæ, & Aldulfus episcopus cum eo. Ante triduum autem adventus ejus ad locum illius Eadgarus, filius Cospatrici comitis, cum satellitiis suis eruperat e castris regis Scotiæ, prædam agens de quadam villa territorii Hagustaldensis. Irruerunt etiam in quandam villam fratrum Hagustaldensis, interfectisque tribus hominibus fratrum, & capta præda ejusdem vici, priorem Hagustaldensem, quem contigit eadem nocte ibi adesse, contumeliis & ludibrio dehonestaverunt. Super injuria hac satis compatienti animo legatus regem expostulavit apud Karlel, & ad correctionem violentiæ hujus animos regios adduxit. Per triduum vero cum episcopis & principibus regni Scotiæ, qui ei ex regio præcepto ibi occurrerant, quæ corrigenda erant correxit, & quæ statuenda erant statuit. Aldulfum episcopum in gratiam ejusdem regis, & in sedem suam de Karlel recipi impetravit. Johannem Glasguensem episcopum, qui omisso episcopali officio apud Tironas monachatui se contradiderat, ex apostolica auctoritate revocavit. Scottos quoque & Pictos in hoc sibi acquiescentes habuit, ut infra festum Sancti Martini omnem captivitatem ad Karlel reducerent, & libertati donarent, nullusque eorum

ANNO CHRISTI 1139.

rum ecclesias violare, fœmineo sexui, vel pueris, vel senibus cædem inferre ulterius præsumeret.

VETICENSIS, SEU UZETENSIS SYNODUS

In causa ecclesiæ de Beciano inter monachos Casæ Dei & Tyberinenses

A Guidone cardinali A. S. L. Anno 1139.

An. 1139. ANno 1134. Guido cardinalis A. S. L. cum tribus archiepiscopis litem inter monachos Casæ Dei & S. Tiberii Agathensis definierat; sed cum nihilo secius dissidia perseverarent, ventum est post quinquennium ad concilium Uzetense, in quo pactionibus quibusdam utrinque firmatis lites cessarunt. In to. VI. annalium ord. S. Benedicti appendicis pag. 619. num. XXIII. leguntur ejus conventionis leges in ea synodo confirmatæ, quas hic profero.

GUIDONIS CARDINALIS ET A. S. L. EPISTOLA AD ADEMARUM ABBATEM S. TYBERII

De ecclesia de Beciano.

Ex t. VI. An. Ord. S. Ben. p. 619. ap. edit. Luc.

GUido diaconus apostolicæ sedis legatus & cardinalis, carissimo in Domino fratri Ademaro abbati S. Tyberii salutem.

Inter monasterium S. Tyberii, cui Deo auctore præesse dignosceris, & monasterium Casæ Dei super ecclesia de Beciano controversia est a longis retro temporibus ventilata, unde nimirum utrumque coenobium multas & difficiles fatigationes sustinuit, & plurimum occasione tuendæ justitiæ quasi in vacuum laboravit. Cæterum sicut a domino nostro papa Innocentio in mandatis accepimus, termino ad Uticensem ecclesiam constituto, vestras & alterius partis allegationes diligenter audivimus, perspeximus instrumenta, & testibus, qui ab utraque parte producebantur, examinatis, secundum quod dictaret justitia consilio sapientum & discretorum virorum, qui convenerant, ferre sententiam parati eramus. Cum autem placuit ei, qui multorum & diversorum hominum gentes unius efficit voluntatis, ut super hac causa finem laboribus vestris imponeret, & monachos S. Tyberii atque fratres Casæ Dei ad concordiam revocaret, favorem supernæ clementiæ imitantes pro pace inter vos & illos, præstante Domino, componenda cum domino Guillielmo Arelatensi archiepiscopo, sedis apostolicæ legato, cum venerabilibus viris P. (*a*) Nicensi, R. (*b*) Agathensi, G. (*c*) Nemausensi, Johanne Vivariensi, & G. (*d*) Uticensi episcopis P. S. Ægidii, & Johanne S. Elidii Claramontensis abbatibus, diligenti efficacia laboravimus, & assensu nostro, & abbatis ac fratrum Casæ Dei, concordiam sic per Dei gratiam composuimus, ut videlicet tu, dilecte in Domino frater A. abbas, atque successores tui, & per vos præfatum beati Tyberii monasterium ecclesiam beati Petri de Beciano cum decimis & omnibus aliis, quæ ad eam pertinere noscuntur, libere & quiete de cætero jure habeatis, & abbas & monachi Casæ Dei tam præsentes, quam futuri ecclesiam beati Martini de Valentiniacis, cum omnibus, quæ ad eam pertinent, quæ utique juris erat monasterii S. Tyberii, concessione venerabilis viri R. episcopi, & canonicorum Agathensium, & tua, ac monachorum tuorum, deinceps libere, & quiete omnino possideant. Per singulos autem annos in solemnitate pentecostes XV. solidos Malgoriensis monetæ de bonis ecclesiæ beati Petri de Beciano vos & successores vestri abbati & monachis Casæ Dei, & eorum successoribus: ita tamen quod in eadem ecclesia de Beciano monasterium Casæ Dei, neque jus proprietatis, neque jus possessionis deinceps habeat, nec vos ipsam ecclesiam, vel quæ ad illum pertinent, ejusdem monasterii nomine possideatis. Si qua vero vel donatione aliquorum, qui habitum religionis, vel in vita, vel in morte, ut in monasterio Casæ Dei sub eodem habitu vivere proponerent, susceperunt ad ecclesiam de Beciano non pertinentia monachis Casæ Dei collata sunt, vel emtionis titulo aliqua quæ non sunt de jure Becianensis ecclesiæ adepti fuerint, in posterum absque contradictione possideant, in ferragine quoque, quæ viridarium dicitur, illam habeant tascham quam emerunt a laicis, & vos terræ culturam. Portio illa, quam laici morientes, quorum corpora in ecclesia de Beciano, vel in monasterio vestro sepulta sunt, ibidem pro animarum suarum salute reliquerunt, nihilominus habeatis. Hanc igitur concordiam inter vos, & prædictum abbatem & monachos Casæ Dei, favente divina clementia stabilitam ex auctoritate S. R. E. & domini nostri papæ Innocentii confirmamus, & ratam perpetuis temporibus permanere decernimus. Acta sunt hæc apud sedem Uticensem anno Incarnationis Domini MCXXXIX. indict. II. pontificatus domini Innocentii papæ II. anno X.

Ego Guido Diaconus cardinalis A. S. L.

Ego Guillelmus Arelatensis ecclesiæ archiepiscopus A. S. L.

ALIA EJUSDEM CARDINALIS EPISTOLA

Ejusdem argumenti.

VEnerabilibus & prudentibus viris A. Narbonensi archiepiscopo, ecclesiæ Romanæ legato, & R. Agathensi episcopo, Guido sanctæ apostolicæ sedis cardinalis diaconus & legatus, salutem.

Veniens ad nostram præsentiam vir boni testimonii Ademarus S. Tyberii abbas, tam viva voce, quam per instrumenta, quæ attulit nobis, liquido intimavit, quia tuæ sollicitudinis studium, atque discretio; domne archiepiscope; religiosorum virorum A. bo-

(a) Petro (b) Raimundo (c) Guillelmo (d) Corrige E. Evexardo.

ANNO CHRISTI 1139.

næ memoriæ Agathensis, Johannis Nemausensis. P. Lutevensis, & R. Magalonensis A episcoporum consilio restitutionem ecclesiæ de Beciano beati Tyberii monasterio adjudicaverit, quod utique dominus papa Innocentius, tam per querimoniam bonæ recordationis A abbatis contra ejusdem ecclesiæ monachos sibi expositam, quam per tuam ei postmodum nuntiatam, sicut ex literis ejus apparet, ratum habuisse cognoscitur. Et nihilominus venerabilis frater R. episcopus, antequam consecrationem susciperes per apostolica tibi scripta mandavit, ut datam super hac causa sententiam faceres observari, & monachi ad eum accederent de contemtu satisfacturi; hæc autem in nullo fuisse servata, & præfatus abbas cum fratribus suis valde conqueritur, & nos miramur nimium, ac dolemus. Ut ergo & domini papæ mandata, & factum a nobis judicium firmitatis vigorem, & robur obtineat, prudentiam vestram rogamus, quatenus pro beati Petri reverentia, sub cujus utique tutela præfatum monasterium, & protectione consistit, ipsum caritatis intuitu diligatis, manuteneatis, & a pravorum hominum deffendatis incursibus, & juste prolatam de negotio isto sententiam absque dilatione faciatis mancipari effectui, & firmiter observari.

AD CONCILIUM LATERANENSE II. GENERALE

Ab Innocentio II. anno 1139. celebratum

ADDITIO.

1139. AD *pleniorem concilii hujus historiam, inter multa quæ a Binio, & alia, quæ a Labbeo collecta sunt, juvat etiam hæc afferre ex Joanne Iperio seu alio scriptore Chronici monasterii S. Bertini in Belgio cap. XLVIII. apud Mart. Anecd. to. III. pag. 638.* Vix annus transiit, & ecce novus noster Leo per Cluniacenses in causam evocatus, cum domno C Alvisio Atrebatensi episcopo Romam tendit. Die statuta se papæ conspectui præsentavit; sed Cluniacensis abbas nec venit, nec responsalem pro se misit. Leo tamen eum a festo beati Martini hyemalis usque ad mediam quadragesimam, quando generale concilium celebrandum erat, licet cum magnis expensis & magno dispendio indefessus expectans, in curia se multoties tam in palatio, quam in synodo ad justitiam præsentavit. Quo toto tempore tam affabilitate, quam sui servitii liberalitate apostolicam & totius curiæ gratiam acquisivit. Tandem adveniente tempore concilii, Petrus abbas Cluniacensis ad concilium bene venit, sed de D querela inter illum & nos agere supersedit; sed noster Leo fortis in prælio causam suam proponere non neglexit, jus utrinque conferitur, rationes rationibus, privilegia privilegiis opponuntur, & nostra quidem antiquiora primum, deinde Cluniacensium juniora prioribus porriguntur; postque iterum nostra succedunt correctiora, quæ illorum literas annullarent. Cluniacensis obtinere voluit privilegium ostentione sola; Leo noster Bertinensis non solum cartis & privilegiis, verum etiam judicio, & sententia latis dudum per Paschalem papam in hoc eodem casu. Papa igitur Innocentius utrinque auditis rationibus, privilegiis quoque penes se retentis, cum cardinalibus tractans quæ privilegia præponderare debeant, perpendens nostra privilegia prævalere, ipse cum tota curia judicium ex actis nostris informans, hanc Sythiensem sancti Bertini ecclesiam cum suo abbate perpetuo liberam a Cluniacensium subjectione publico judicio definivit. Sed ne viri religiosi malo discordiæ notarentur, papa discedentes abbates ad pacis osculum reconciliavit.

Leo vero noster indultum sibi privilegium a papa super hac sententia secum afferens, prospere gaudensque repatriavit; quod privilegium sic incipit: *Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Leoni S. Bertini abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Quæ ad perpetuam ecclesiarum &c. Datum Laterani anno Domini MCXXXVIII.* (a) Item attulit literas, quibus papa mandat Theoderico comiti Flandriæ, Sibillæ ejus comitissæ, & baronibus per Flandriam constitutis, judicium prædictum, mandans ut hoc monasterium & abbatem ejus in hac sua justitia manuteneant, defendereque curent. Itemque consimiles Willelmo castellano, & tam majoribus, quam minoribus villæ S. Audomari; similes quoque Miloni, archidiaconis & toti capitulo Morinorum. Et hæc tria sunt ejusdem datæ cum originali sententia prædicta. Datum Laterani anno Domini MCXXXIX.

(a) 1. XX-XIX.

ANNO CHRISTI 1139. 1140.

SYNODUS FLORENTINA DIOECESANA

A Gotifredo Florentino episcopo

Anno 1139. celebrata.

An. 1139. Ex Ughel. Ital. Sac. t. III. p. 92.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Gotifredus divina favente clementia Florentinæ ecclesiæ episcopus, charissimis ac dilectissimis in Christo fratribus & filiis plebanis omnibus Florentini episcopatus suis contemporaneis, & eorum successoribus, in perpetuum & cum mundo mansuris privilegium, sincerum & sanctum privilegium, B piæque postulatio voluntatis ex intimis visceribus effectu debet prosequente impleri. Ac ideo ego Gotifredus, Florentinæ ecclesiæ episcopus, vobis in Christo charissimis fratribus Plebanis omnibus nostri episcopatus, vestrisque successoribus per hujus chartæ privilegium id quod petiistis a nobis in synodo cum toto nostro clericatu residentibus, confirmamus, & stabilimus, & ut inviolabiliter in perpetuum maneat jure, & rationabiliter ordinantes episcopali auctoritate præcipimus, secundum quod a domno nostro archidiacono, & octo Plebanis, ac nostris vicedominis inventum & constitutum, & confirmatum est; videlicet, ut nec nos, nec no- C stri successores vos amplius aggravare valeant, vel in aliquo plus a vobis exigant, præter quam quod ab antiquis per unumquemque constitutum est. Non enim volumus, sicut nec justum est, ad consequentiam vel ad exemplum trahi id quod pro raro accidit, & id quod ex dispensatione inevitabili necessitate coarctante aliquando, & ad momentum temporis solummodo factum est, maxime cum..... mores consensu utentium, comprobati legis vigoris obtineant, & consuetudinis, usuque longævi firmissima habeatur auctoritas. Secundum itaque quod nostri antiquiores, juris strenui & præclari ad memoriam ex antiqua consuetudine re- D ducunt, ita vobis jam supra nominatis plebanis, vestrisque successoribus confirmamus, & stabiliter ordinamus, & sub anathematis vinculo constringimus, & coarctamus tam nos ipsos, si aliquando frangere ausi fuerimus, quam omnes nostros successores, si inviolabiliter non custodierint, & non observaverint, ne erit fas, vel licentia in aliquo tempore hoc non observari. Cum absit, & ab omni sacerdote abesse debeat, ut statuta suorum sacerdotum in qualibet ecclesia .... infringere, &c. audeat

Ego Gotifredus, Dei gratia, Florentinus episcopus tibi pleb. T. S. Stephani in campo Pauli, tuisque successoribus hoc privilegium confirmo, salvo omni usu, quem ecclesia S. Joannis tempore beatæ memoriæ R. episcopi habuit, & circa viginti.... tertio anno.

Ego Joannes sacerdos, & canonicus interfui, & subscripsi.

Ego Ugiccio sacerdos, & canonicus interfui, & subscripsi.

Ego Gualfridus canonicus interfui & subscripsi.

Ego Ugo judex, qui dicitur Ehabella interfui & subscripsi.

Ego Vox vicedominus interfui, & subscripsi.

Ego Rogerius judex interfui & idem subscripsi.

Ego Julius canonicus & diaconus interfui, & subscripsi.

Ego Raynaldus judex interfui & subscripsi

Ego Petrus vicedominus interfui, & subscripsi.

Datum Florentiæ per manus Petri sanctæ Florentinæ ecclesiæ archidiaconi XVII. Kal. julii anno millesimo centesimo trigesimo nono, Indictione II.

CONCILIUM TREVIRENSE

Ab Adalberto Trevirensi archiepiscopo circa annum 1140. habitum.

An. 1140.

ADalbero Trevirensis archiepiscopus juri suo a Conrado tunc rege dein imperatore restitui abbatiam S. Maximini Trevirensis obtinuerat. Quod, cum eo tempore abbatiæ vacaret monasterium, electus est monachus quidam Leodiensis; hunc vero cum respueret archiepiscopus, monachi a pontifice admittendum & consecrandum curarunt. Ita plane & præpositus Confluentinæ ecclesiæ invito archiepiscopo admissus & confir- E matus fuit. *Cum quo* (præposito jam electo) *Romam magnis expensis pergentes*, ait Gloscherius de gestis archiepiscoporum Trevirens. in Corpor. Hist. Eccardi to. II. p.2200. *literas apostolicas retulerunt domino archiepiscopo suæ voluntati valde contrarias, quas cum domino archiepiscopo in synodo residenti obtulissent, ipse ex animi commotione ipsas in terram dejecit, unde apud dominum papam Innocentium accusatus, ab ipso est vocatus ad diem præscriptum; & cum ad diem non venisset, episcopali est officio suspensus. Hæc omnia mala venerunt simul super illum, & de omnibus his liberavit eum Dominus; Romam enim veniens effecit, quod abbas Sancti Maximini obedientiam ei promisit, & juramento fidelitatem ei fecit, & electionem Confluentinorum cassavit.*

Eccard. Corp. Hist. t. II. p. 2200.

AD

AD CONCILIUM SENONENSE

Anno 1140. celebratum

ADDITIO.

Pagius vir doctissimus in critica Baronii ad annum 1140. 6. 7. admonuit, in hoc Senonensi concilio discussa fuisse ea, quæ per visum ostensa sibi affirmabat Henricus Tornacensis canonicus, de restituendo Tornacensis urbis episcopatu. Integram visionem, utpote ad acta concilii hujus spectantem, hic dandam suscipio ex Herimanno abbate in narratione restaurationis abbatiæ S. Martini Tornacensis Dach. Spic. to. II. pag. 925. ed. in fol.

Quidam, *ait*, adolescens canonicus beatæ Mariæ nomine Henricus paschali tempore feria secunda XI. Kal. maji vespertina hora, jam incumbente nocte, cum solus forte per novam fabricam ecclesiæ sanctæ Mariæ sine aliquo timore transiret, & ecce subito voces quasdam velut cum impetu terribili advenientis magnæ multitudinis audivit: torrem etiam flammeum super se venientem vidit; ita ut particulam tunicæ suæ, ac carnis sub ea de brachio juxta pugnum combusserit: statimque perterritus in terram cecidit, & continuo quasi in extasi raptus vidit quamplures ad se venientes, sibique colloquentes, quos jam defunctos esse sciebat, quosque viventes cognoverat. Postea ei visum est, quod esset in campo rosarum, & liliorum floribus totiusque dulcedinis amœnitate repleto; in quo consistens, & præ nimia suavitate prioris terroris horrore effugato, exhilaratus, & velut totus recreatus & renovatus, vidit quatuor albis vestibus indutos cum candelabris, ac thuribulis ad se venientes: hos sequebantur tres honorabiles viri episcopalibus indumentis decorati, baculos pontificales in manibus tenentes, mitras aureas etiam in capitibus portantes, in quibus cujusque nomen scriptum continebatur: nam in ejus mitra, qui medius incedebat, scriptum erat, *S. Eleuterius episcopus*: in ejus qui ad dexteram gradiebatur, *S. Eligius episcopus*: in ejus qui ad sinistram stabat, *S. Acharius episcopus*: post eos vero sequebatur domnus Gerardus presbyter vir religiosus veste sacerdotali indutus, qui fidelis procurator eleemosinariæ sanctæ Mariæ extiterat. Beatus itaque Eleutherius juveni propinquans, quasi blandiendo manipulum suum super eum projecit; deinde librum vitæ suæ, quem in manu sua gestabat, ei ostendit, & coram se legere præcepit; perlectumque ab eo recipiens in sinu suo reposuit, & ad locum in quo prius steterat rediit. Postea beatus Eligius juveni appropinquans librum vitæ suæ ei obtulit, & juvenis eum sibi satis notum esse dicens legere noluit. Sanctus quoque Acharius ei in dextera sua scriptum ostendit: *In nomine Domini Jesu per me mortuus resuscitatus est.* Et post hæc, ii eo ordine, quo venerunt, discesserunt. His ergo visis adolescens de ecstasi ad se ipsum reversus de terra surrexit, & ad patris sui domum rediens tota nocte lectulo infirmus decubuit; mane facto aqua benedicta se aspergi rogavit, sicque recreatus particulam vestis suæ combustam, & carnem sub ea liquefactam ostendit, & ex his quæ viderat nonnulla retulit. Sequenti feria VI. accersito secreto Guillelmo canonicorum decano, qui postea abbas in ordine Clarevallensi claruit, peccata sua confessus est, acceptaque ab eo absolutione, & pœnitentia injuncta, proxima Dominica corpus Domini suscepit, quo percepto; mirum dictu! vitam B. Eleutherii, quam ante sex dies in extasim legerat, memoriæ revocatam cunctis audientibus, ac si orationem Dominicam, cursim legere cœpit: obstupefacti, rei novitate percussi convenimus, & multa ad invicem super tam mirabili visione conferre, & conjicere cœpimus. Licet enim quidam adolescentem dictandi & versificandi peritum dicerent, hanc vitam potuisse componere, nos tamen scientiæ ejus non ignari, certi eramus hujusmodi dictaminis nunquam eum assuetum fuisse; quamquam, etsi eam composuisset, nullo modo tamen eam sine libro tam cursim memoriter & corde tenus totam legere valuisset. Consilio itaque cum religiosis viris habito, domino nostro Samsoni Remorum archiepiscopo, domnoque Bernardo Clarevallensi abbati, nec non & aliis episcopis atque abbatibus pro audiendis & discutiendis libris magistri Petri Abailardi in octavis Pentecostes cum rege Francorum in Senonensi urbe congregatis, visionem istam scriptam transmisimus, & quid eis exinde agendum videatur consulimus. Illi nobis mandaverunt, ut divinæ voluntatis effectum deinceps expectaremus.

REGIENSIS SYNODUS

In causa pacis inter Regienses cives & capitaneos componendæ Anno 1141. a Gualtero Ravennatensi archiepiscopo habita.

Ex Murat. Antiq. Ital t. V. p. 159.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.

Sicut ad pastoris curam pertinet supra gregem sibi commissum impigre vigilare, &, quæ ad animarum salutem spectant sibi vigilanti studio ministrare; dum pro pace inter Reginos cives, & capitaneos componenda domnus Gualterius sanctæ Ravennatis ecclesiæ venerabilis archiepiscopus Regii esset, & in canonica sanctæ Mariæ Regiensis ecclesiæ, sicut, immo proprius metropolitanus resideret, assidentibus sibi domno Alberio ejusdem ecclesiæ episcopo, Johanne quoque Ravennatis ecclesiæ archipresbytero cardinale & presbytero Fantulino cardinale, atque Andrea presbytero cantore, Henrico diacono cardinale, & Buniolo subdiacono cardinale, astantibus etiam ejus Reginæ ecclesiæ canonicis & capellanis, pluribus quoque de archipresbyteris ejusdem episcopatus coram eo sedentibus: cœpit idem venerabilis archiepiscopus, igne caritatis divinitus accensus, ut erat pio ac decenti eloquio eruditus, ac mira facundia repletus, præfatis fratribus salubria cælestis vitæ monita mirabiliter prædicare, & diversarum scripturarum varia sæcula ad morum conformitatem, & vitæ honestatem, fraternæ quoque dilectionis unitatem ac bonæ conversationis ordines convenientiam prædicando ministrare, ac melliflua celestium eloquiorum celitus Spiritus sancti rore perfusus, dulciter propinare. Tunc Achilles, ejusdem ecclesiæ archidiaconus, tam de officio, quam de beneficio archidiaconatus coram eodem archiepiscopo adversum canonicos cepit contendere. Contra quem Ogerius archipresbyter cum reliquis majoris ecclesiæ canonicis, & donnus Gratianus cum ceteris fratribus ecclesiæ sancti Prosperi de beneficiis canonicarum præbendarum, quas Bernard. quondam archidiac. & Sichelmus S. Prosperi Prepositus, & postea archidiac. non pro beneficio archidiaconatus, sed prebendario modo detinuerant, & de aliis inferius terminandis ceperunt proclamare. Quorum adversum sese tam allegationibus, quam contradictionibus hinc inde diligenter auditis, prefatus archiepiscopus, tam divinis, quam humanis legibus instructus, hujusmodi sententiam promulgavit. Videlicet archidiaconem de omnibus aliis rebus, unde inter eum & canonicos & fratres Sancti Prosperi controversabatur, tacitum esse debere, & eosdem fratres quiete sine molestia possidere. De his vero, que in privilegiis venerabilium episcoporum bone memorie Adelberti & Sigefredi ad beneficium archidiaconatus declarantur pertinere contentum esse. Eo tamen tenore, quod si quando predictus archidiaconus aliquid earum rerum, que a predictis archidiaconibus aliquo titulo possesse fuere veris probationibus & argumentis tam instrumentorum quam etiam testium. quibus fide sit adhibenda, probare poterit ad archidiaconatum pertinere: Fratres tam canonice, quam S. Prosperi nullam sibi exinde inquietudinem faciant, calumniosis intentionibus ab utraque parte remotis. Precepit etiam, terras in usum tugurii canonice largitas per manus archipresbyteri & archidiaconi debere disponi. Terram quoque mansionariorum, quam idem archidiaconus a mansionariis emerat, ecclesie Sancte Marie debere restitui, & secundum tenorem largitoris per manus archipresbyteri & archidiaconi debere disponi; eo tamen tenore, quod si posset probari, easdem terras venditorum fore, nec ad mansionariam pertinere, archidiaconus eas deberet habere; alioquin cum venditoribus aget de evictione. Bona vero ecclesie; que nomine pheodi idem archidiaconus dederat, revocari, & ut omnem suam auctoritatem archidiaconus his quibus dederat auferret precepit. Precium vero planete, anuli, & amularum, quas archidiaconus vendiderat, ecclesiæ restitui debere judicavit: quod precium fuit secundum ejus confessionem sex libre, & quatuordecim solidi, pro quorum restitutione quasdam suas possessiones in pignore, donec debitum solveret, dedit episcopo. Capellam preterea Sancti Jacobi ab archidiacono fundatam, quam sibi proprie vendicabat, que, ut leges divine, & humane censent, in bonis nullius esse, quod est divini juris, ad episcopi solius & canonicorum pro velle episcopi dispositionem proprie judicavit pertinere. Precepit etiam ut idem archidiaconus pro suo speciali servitio preter communes servitores & equos, nullum servitorem vel equum in canonica de communi ad suum singulare servitium retineret; quod si vellet habere de suis propriis expensis regeret. Plebem vero fabrice in deliberatione episcopi dimisit, ut pro beneplacito suo foret, utrum eidem archidiacono eam concedere, vel non concedere vellet. Hanc vero notitiam prefatus archiepiscopus ad futurorum memoriam fieri precepit, & prefato Andree presbytero suo Cancellario scribendam mandavit & proprio sigillo firmari precepit.

Acta Regii per manus Andree presbyteri & cancellarii, anno Dominice Incarnationis Millesimo centesimo quadragesimo primo die XXI. mensis aprilis, Indictione IV. temporibus domni Innocentii papæ II. & Conradi regis anno III. pontificatus domni Gualterii vigesimo tertio.

Ego Gualterius archiepiscopus hanc notitiam confirmans, quia manu propria non potui, subscribi mea vice precepi.

Ego Johannes archipresbiter sancte Ravennatis ecclesie subscripsi

Ego Henricus Cumiaclensis episcopus manu mea subscripsi

Ego Fantulinus presbiter cardinalis sancte Ravennatis ecclesiæ subscripsi

Buniolus subdiaconus cardinalis subscripsit

Ego Divizo Saxenas episcopus manu mea subscripsi

Ego Benno Cesenas episcopus manu mea subscripsi

Ego

Ego Rambertus Faventinus episcopus manu mea subscripsi

VIENNENSE CONCILIUM

pro eligendo Valentinensi episcopo in locum alterius depositi

Anno 1141. *celebratum.*

1141. Mart. cd. t. p. . in Johan. ntini.

IN valentissima Galliarum Valentia inopinata emersit tribulatio. Placuit enim severitati apostolicæ Eustachium illius sedis antistitem degradari, eligendique pastoris liberam, quantum in se erat, potestatem clero delegat ac populo. Erat autem vir ille nobilitatis prosapia clarus, militum millibus, quibus vel enses cinxerat, vel large sua dederat, admodum gratus; qui si paulo attentius intemperantiæ suæ modum ponere potuisset, & perniciosis assentationibus adeo non auscultasset, nulli vel pauci esset probitate secundus. Hic pravis suasoribus fretus, minis ac terroribus electionem differt, summi decreta pontificis, cui jam tunc inobediens esse cœperat, potestative cessare contendit, & annis septem Valentinensis ecclesia, domino papa jubente Innocentio, divino caruit officio. At ubi Deo Israel plebem suam visitare complacuit apud Viennam metropolim Stephanus archiepiscopus suffraganeos vocat, Valentiæ urbis oppressionem, & ecclesiæ desolationem ad mentem ejus revocando, ut pontifex ei canonice eligatur Valentino clero persuadet & præcipit. Tunc pari voto, communi consilio, Johannes Bonevallis abbas eligitur, velit nolit episcopatus sarcinam subire compellitur. Talis quippe fama de eo increbuerat, ut sub ejus pastoratu Valentinæ ecclesiæ libertas recuperari non ambigeretur. Adhuc tamen, ut diximus, vir ille Eustachius urbi cum mancipiis & coloniis, parentum ac familiarium ope tanquam dominus præsidebat. Qui cum nollet populum nisi in manu forti dimittere, infinitus diversarum regionum congregatur exercitus, & sub nomine poenitentiæ tyrannus ille, qui quasi in securi & ascia domum Dei dejecerat, depelli præcipitur. Summo igitur mane secundæ feriæ paschali in tempore anno ab Incarnatione Domini MCXLI. Eustachius in manu potenti & brachio excelso fugatur ab urbe, & post triduum cum ingenti plausu cleri ac populi Johannes pontificali sublimatur in cathedra.

CONCILIA A GAUFRIDO

Carnotensi episcopo

In causa Dolensis ecclesiæ ante annum 1142. *celebrata.*

GAufridus Carnotensis apostolicæ sedis per Aquitaniam legatus, controversiam inter Dolensem, & Turonensem ecclesias de jure metropolitico in ecclesias Britanniæ minoris disceptantes sæpe discussit; nec dubito quin in conciliis. Acta tamen conciliorum illorum omnia interciderunt; locorum ubi sunt habita nomina indicari censeo in subjecta Innocentii II. papæ epistola ad archiepiscopum Turonensem, quam profero ex actis in causa Dolensis episcopatus vulgatis a Martene Anecdot. to. III. pag. 886.

Venerabilis frater noster Dolensis archiepiscopus nostram præsentiam veniens, conquestus est nobis in controversia subjectionis, quam ab eo exigis, se multotiens gravatum esse. In pluribus namque locis, Salmurio videlicet, Veneto, Cenomanis, Parisius, Tur. & Pictavis ad definitionem hujus controversiæ in venerabilis fratris nostri G. Carnotensis episcopi A. S. L. præsentia se paratum fuisse asserit, & etiam multas ob hoc expensas sustinuisse conqueritur, etiam quod Aletensi episcopatu, quem te detinere asserit, sine ratione, & judicio spoliatus sit. Ne igitur Turonensis ecclesia & Dolensis hujusmodi attractationibus amplius fatigentur, per præsentia tibi scripta mandamus atque præcipimus, quod beati Lucæ festivitate sequentis anni nostro te conspectui repræsentes, ecclesiæ tuæ justitiam super hoc ostendere, & de Aletensi episcopatu respondere paratus, ut tunc utriusque partis auditis rationibus, eamdem controversiam dictante justitia terminare possimus.

Cæ-

ANNO CHRISTI 1143.

CÆLESTINUS II.

Sedit ab anno 1143. usque ad annum 1144.

AD EPISTOLAS CÆLESTINI II.

APPENDIX.

AD GERHOUM PRÆPOSITUM REICHERSPERGENSEM

Solatur illum, quod multa sustineat ab adversariis, & ut ad se veniat, invitat.

Ex Gerhoi Comment. in psalm. XXIV. p. 467.

CÆlestinus episcopus servus servorum Dei dilecto filio Gerhoo Richerispergensi præposito salutem & apostolicam benedictionem.

Super tribulationibus & angustiis, quas pro veritatis & justitiæ assertione dilecti filii nostri G. diaconi cardinalis attestatione te sustinere accepimus, paterna tibi affectione compatimur, & in quibus secundum Deum possumus, opem tibi, & consilium libenter impendimus. In quibus tanto majorem patientiam te oportet habere, quanto certius est, tuam industriam easdem persecutiones pro defensione justitiæ sustinere. Scis enim, nec novum esse nec insolitum, quod juxta apostolum, qui volunt pie vivere in Christo, persecutionem patiuntur ab impiis & dissimilibus, quos Dominus in Evangelio consolatur, beatitudinem æternam illis repromittens, *Beati*, (inquit,) *qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* Nos tamen pro debito officii nostri æmulis tuis obviare & censura ecclesiastica eos cohibere volumus. Unde per præsentia tibi scripta mandamus, quatenus proxima Dominica, qua legitur: *ego sum pastor bonus*, nostro te conspectui repræsentes, ut per te ipsum causa plenius cognita, quieti, & tranquillitati tuæ providere, & sicut dilecto filio opportune tibi subvenire valeamus.

AD ALVISUM ATREBATENSEM EPISCOPUM.

Causam matrimonii cujusdam ad se advocat.

Ex Baluz. Miscell. t. V. p. 418.

Cæelestinus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Alviso Atrebatensi episcopo, salutem & apostolicam benedictionem.

Literas a tua fraternitate transmissas recepimus, & quod de consanguinitate inter carissimi filii nostri Stephani illustris Blesensis comitis filium & filiam nobilis viri Theodorici Flandrensis comitis in eis continebatur diligenter expendimus. Verum quoniam episcopos Galliæ in justitia & observatione mandatorum sedis apostolicæ tepidos invenimus, & idem filius noster......... comes in causa matrimonii R. de Perona omnino inordinate & contra justitiam ab ipsis tractatus est, causam ipsam judicio sedis apostolicæ duximus reservandam. Si vero tu ipse, vel quislibet alius in causa canonice procedere volueritis, proxima Dominica, qua cantatur: *isti sunt dies, &c.* vos conspectui nostro præsentetis, ut in utriusque partis præsentia causam ipsam diligenter inquirere, & quod canonica æquitas dictaverit exinde statuere valeamus. Datum Laterani VIII. idus novembris.

MOGUNTINUM CONCILIUM

In causa litis inter fratres monasterii SS. Petri, & Pauli Erfurtenses & Disibodenbergenses

Anno 1143. ab Henrico Moguntino celebratum.

An. 1143.

Concilii hujus acta nulla supersunt, præter tabulas compositæ litis inter monachos Erfurtenses & Disibodenbergenses (Disenberg) in diœcesi Moguntina. Tabulas hasce vulgavit Georgius Christianus Johannis in Spicilegio tabularum & literarum veterum pag. 119. ex quo hic habent lectores.

Ex Georg. Christ. Jo: in Spic. Tabul. p. 119.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus Dei gratia Moguntinensis ecclesiæ archiepiscopus, notum fieri volumus cunctis Christi fidelibus presentibus & futuris, quomodo Sancti Spiritus inspiratione & nostro aliorumque venerabilium, & religiosorum virorum, consilio determinata sit diuturna altercatio fratrum sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in Erphesfurt, & fratrum de sancto Disiboto super injusta predii ablatione in Biscoferode. Multis annis plures synodos prædictorum monasteriorum abbates frequentaverunt, unique privilegia & vivos testes legitime traditionis coram presentare se posse proclamaverunt: sed nec justitiam, nec concordiam obtinere valuerunt. In generali ergo synodo, quam apud Moguntiam habuimus in mense martio, prædictorum cenobiorum abbates in synodo surrexerunt, antiquam querimoniam super depredatione locorum sibi commissorum replicaverant, & justitiam synodi super hoc postulaverunt.

Placuit igitur nobis & venerabilibus abbatibus, religiosisque præpositis utriusque ordinis, aliisque sapientibus viris, tam ecclesiasticis, quam secularibus, ut non justitia, sed consilio duarum partium altercatio terminaretur: quod cum utreque partes lau-

laudassent, in id consilii totus conventus unanimiter concordavit, ut quicquid predii de Biscoferode possessores injusti nostra autoritate cogente sine pretii quantitate, equitate suadente, remitterent, predictorum fratres cenobiorum inter se caritative perpetim dividerent: si aliquid pro redemptione dandum esset, equaliter darent, redemptumque equaliter possiderent; si una congregatio aliquid ex hoc predio reacquireret, redemptum itidem cum alia partiretur.

A

Ergo notum sit unicuique, nos ejusdem prædii partem, curiam videlicet a Giselberto, quondam vicedomino, recepisse, & eam predictis abbatibus equaliter divisisse.

Item notum esse volumus, quod cella S. Martini juxta Falcanaha & predia ad illam pertinentia, non sunt cum hoc predio dividenda, quoniam dominus Ruthardus archiepiscopus, cujus nos vicem gerimus, ante plures annos cum predium in Biscoferode ad Erphesfurt delegaret, suadente fratre suo, domino videlicet Diedone, qui eam sibi specialiter mansionem elegerat, eandem cellam cum prediis ad illam pertinentibus SS. apostolorum principibus delegavit.

B

Et ut hæc omnia, quæ a nobis determinata sunt, & in hac carta prenotata, rata & inconvulsa permaneant, autoritate, & sigilli nostri impressione corroboravimus, ut nulli post hec liceat horum aliquid permutare vel irritum facere.

C

Harum autem rerum testes sunt.

Burchardus Argentinensis episcopus.
Anselmus Havelbergensis episcopus,
Hartmannus majoris ecclesiæ decanus & S. Stephani prepositus.
Henricus majoris ecclesiæ custos, & Erphesfurdiensis prepositus.
Gerlacus S. Victoris prepositus.
Arnoldus prepositus & camerarius.
Goteboldus Frisiariensi prepositus.
Magister Wilehelmus.
Gotzbertus cantor & prepositus.
Adelhardus S. Severi prepositus.

Capellani.

Gotefridus. Conradus. Giselbertus.

Abbates.

Wernherus de S. Albano.
Folmarus Hirsaugiensis.
Cuno S. Diseboti.
Henricus S. Jacobi.

Regulares Prepositi.

Erenfridus de Winckele.
Antonius de Elefestat.
Guntherus de Lupoldesberg.

Comites.

Emicho de Linungen.
Conradus de Chireberch.
Dammo de Hagenovva.
Wigger & frater ejus Gotefridus de Husse.
Reinerus de Werede.
Dudo de Rustenberg, urbis prefectus.

Ministeriales.

Embricho Rinegravius.
Dudo & Meingot frater ejus.
Ruthardus vicedominus.
Conradus de Gesmare.

Acta sunt autem hec anno dominicæ incarnationis MCXLIII. indictione VI. regnante rege Conrado hujus nominis tertio.

CONCILIUM VVINTONIENSE

In controversia inter archiepiscopum Cantuariensem & monachos Cantuariæ

Anno 1143. *coactum.*

Concil. ... I. Ex ... hor. 1143.

ANno Dominicæ Incarnationis MCXLIII. consilio adunato apud Wintoniam, præsidente Henrico, ejusdem civitatis episcopo, & apostolicæ sedis tunc legato, considentibus archiepiscopo Cant. Theobaldo, cum fratribus & coepiscopis Roberto London. Jocelyno Salesburiæ, Alexandro Lincolniæ, Seyfredo Cyceitriæ, Roberto Herefordiæ, Rodberto Bathoniensi, Rogero Cestriæ, Willielmo Dunelmiæ, Ascelino Rofecestriæ, Simone Wigorniæ, Adelulfo Karduliæ, Uthredo Glamorgamiæ una cum abbatibus, & cæteris pluribus religiosis, controversia magna de prænominatis l. s. VII. d. inter Theobaldum archiepiscopum, & monachos ejusdem, & Hugonem abbatem S. Augustini ejusdemque monachos jam diutius habita: quinetiam in consistorio summi pontificis, Innocentii II. sæpius agitata, tandem eodem papa jubente mihi Henrico, Wintoniensi episcopo in hac patria vices suas agenti, & Roberto Herefordensi episcopo, ipso archiepiscopo cum suis, & abbate cum suis eandem jussionem singulis literis deferentibus, quia de illa causa plenior notitia in Anglia haberi poterat, commissa est terminanda. Congruo igitur tempore, utraque parte ad præsignatum concilium evocata, cum didicissemus in privilegiis Romanorum pontificum monasterium S. Augustini, ut jus proprium sedis apostolicæ munientium, nulliusque alterius ditioni subditum, abbatem & monachos prædicti loci, neque subjectionem, neque consuetudinem, neque reditum aliquem, seu in magno, sive in minimo, archiepiscopo, & ecclesiæ sanctæ Trinitatis solvere debere, licet supradictos l. s. VII. d. se jam diutius fateretur dedisse pro oleo & chrismate, nec aliter illa habere potuisse; quod etiam sicut antea, in præsentia domini papæ supradicti, literis ejusdem testantibus, ita & in nostra se probaturos plurimis allegationibus & testibus offerebant; archiepiscopum vero nullam ho-

D

E

ANNO CHRISTI 1144.

honeſtam cauſam, de qua eoſdem denarios habuiſſet, vel exigere potuiſſet, comperiſſemus; conſultum duximus tam anxiam cauſam, tam gravem utriuſque eccleſiæ laborem amicabili modificatione ſedare, & matri eccleſiæ noſtræ Cantuar. cui nos epiſcopi profeſſi ſumus debitum honorem, licet eccleſiæ beati Auguſtini videamur gravamini reſervare. Conſulalmus utique, & quodammodo coegimus abbatem & monachos ut darent archiepiſcopo & eccleſiæ A ſuæ poſſeſſionem aliquam liberam LX. ſ. valentem, quippe ut potenti vicino, & in multis perneceſſario, utpote in datione olei, & chriſmatis, in dedicandis eccleſiis, in ordinibus faciendis, cæteriſque negotiis, prout poſtulatur; iſta videlicet conditione, ut illa poſſeſſione ſemel accepta, ſibi abinde proprium haberet, & eccleſia S. Auguſtini a prædictorum denariorum ſolutione in perpetuum foret libera, & ſecundum privilegia ſua maneret in omnibus quieta.

LUCIUS II.

Sedit ab anno 1144. ad annum 1145.

AD EPISTOLAS LUCII II.

APPENDIX.

AD MONACHOS S. PANCRATII.

Irritas declarat chartas per quas filii patribus ſuis ſucceſſores fiant in eccleſiis.

Ex Rimer. habet Wilkins Conc. Brit. t. I. p. 423.

LUcius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, priori, & monachis ſancti Pancratii ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Cum ſimus ad regimen univerſalis eccleſiæ, Domino diſponente, vocati, ſicut ea ſolvere debemus, quæ ipſius eccleſiæ, nutriunt honeſtatem; ſic ea tenemur evellere, quæ canonicis obviant inſtitutis, & materiam diſſolutionis videntur afferre. Sane relationis veſtræ tenore comperimus pravam apud vos, ſub prædeceſſorum veſtrorum negligentia, conſuetudinem introductam, quod filii eorum, qui veſtras eccl. tenuerunt, ut ... patribus ab ipſis anteceſſoribus noſtris confirmationem de obtinendis eccleſiis, conſecuti, ſub reprehenſibili colluſione volunt ipſas eccleſias jure ſucceſſionis habere, & talium confirmationum obtentu aliqua penſione retenta, patres filios ſibi conſtituere ſucceſſores. Cum igitur ex hoc & canonicæ diſciplinæ vigor infringitur, & temporalia vobis damna proveniunt; prædictas conceſſiones vel confirmationes, taliter ab eorundem locorum priore, vel etiam ab apoſtolica ſede veritate tacita impetratas, irritas eſſe cenſemus; præſentium vobis auctoritate licentiam concedentes, ut in eccleſiis veſtris, non obſtantibus conceſſionibus, aut confirmationibus illis, liceat vobis idoneas perſonas eligere, & electas epiſcopo præſentare; ut animarum cura recepta de ſpiritualibus ei, vobis autem de temporalibus debeant reſpondere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Veller. K. L.

EJUSDEM AD SALZBURGENSEM ARCHIEP. ET AD GURGENSEM EPISC.

LUcius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus Fratribus Chuonrado Salzburgenſi Archiepiſcopo, Romano Gurgenſi Epiſcopo Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex Gerh. Comm. in Pſ. XXIV.

Venientem ad Apoſtolicam ſedem dilectum filium noſtrum Gerhoum Richerispergenſem præpoſitum paterna benignitate ſuſcepimus, & pro religione & honeſtate ſua perſonam ejus honorantes cum gratia ſedis apoſtolicæ ad propria remiſimus. Ipſum itaque veſtræ fraternitati attentius commendantes, per præſentia ſcripta rogamus, quatenus, ſicut hactenus obtentu ſolius religionis & honeſtatis feciſtis, pro beati Petri, & noſtra reverentia C ipſum de cætero honoretis, & diligatis, & in neceſſitatibus ſuis opem ſibi, & conſilium tribuatis.

IDEM CUM ADHUC ESSET PRESBYTER CARDINALIS.

Ibid.

DE abuſivis, & abominationibus, quæ hoc tempore in eccleſia Dei fiunt, multa, reverende frater, in charta notaſti, & plura notare potuiſti: quia peccatis noſtris exigentibus multo plura fiunt in hoc periculoſo tempore, quam in diebus patrum noſtrorum. Quæ tanto liberius, & crebrius fiunt, D quanto nulli, aut pauciſſimi ſunt, qui ex adverſo aſcendant, & murum pro domo Iſrael opponendo ſtent in prælio in die Domini. Unde credimus Antichriſtum vel jam veniſſe, vel in proximo venturum eſſe, cujus faciem, ſicut in Job legitur, præcedit egeſtas: egeſtas ſiquidem virtutum, & virtuoſorum hominum, ut eo liberius voluntatem ſuam faciat, quo fere nullus eſt, qui ei contradicat. Inter hoc autem, bone frater, quid tibi agendum ſit, non ignorat tua religioſitas a cunabulis ſacris litteris erudita. Ego autem, hoc mihi video faciendum, & utinam faciam! & hoc tibi conſulo tanquam chariſſimo fratri, ut abominationes, quæ fiunt, Domini adjutorio vitemus, & ſuper his, qui faciunt, E doleamus; quatenus vir ille veſtibus lineis de quo in Ezechiele legitur, Tau ſuper frontem noſtram ſignet, & non occidamur.

AD

ANNO CHRISTI 1144.

AD ATREBATENSEM, ET MORINENSEM EPISCOPOS

Ut damna illata VValthero de VVerdone dum Hierosolymam profectus erat, reparari curent.

Lucius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Alviso Atrebatensi, & Miloni Moriensi episcopis, salutem & apostolicam benedictionem.

. 419. Nobilis vir Walterius de Werdone per nos ab Hierosolymis rediens questus est quod parocchiani vestri, postquam Hierosolymitanum iter incepit, terram suam deprædati sunt, & plurima damna sibi intulerunt. Ideoque, quoniam possessiones & bona eorum qui devotionis intuitu Hierosolymam proficiscuntur sub sanctæ Dei ecclesiæ protectione consistunt, per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus eosdem parochianos vestros, de quibus nobis conquestus fuerat, studiosius moneatis, ut damna postmodum sibi illata cum integritate restituant; quod si contemptores extiterint, canonica eos censura coerceatis. Datum Ceperani XV. Kal. Julii.

AD ATREBATENSEM, ET CAMERACENSEM EPISCOPOS.

Ut causam matrimonialem cognoscant, & incursam ea de causa excommunicationem relaxent.

Lucius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Alviso Atrebatensi, & Nicolao Cameracensi episcopis, salutem & apostolicam benedictionem.

A Nobilis vir Ebrardus de Britolio per nos ab Hierosolymis rediens significavit nobis, quod quandam suam consanguineam, filiam videlicet Thomæ de Marna, contra prohibitionem episcopi, & ecclesiæ Belvacensis sibi copulare præsumpserit; qua præsumptione & ipse ab eodem episcopo est excommunicationis vinculo innodatus, & terra sua divinis officiis interdicta. Tandem vero & illam dimisit, & aliam, sicut asserit, sibi legitimo matrimonio copulavit. Ad cujus rei assertionem in prædecessoris nostri felicis memoriæ, & nostra etiam præsentia, cum Hierosolymam tenderet, testes producere paratus fuit; quos idem prædecessor noster in alterius partis absentia recipere noluit, sed causam ipsam vestræ B discreptioni cognoscendam & terminandam commisit. Cujus nos vestigiis inhærentes per apostolica scripta vobis mandamus, quatenus infra quadraginta dies postquam præsentia scripta susceperitis, tam ipsum quam eandem mulierem, videlicet filiam Thomæ, ante vestram præsentiam evocetis, & causam ipsam hinc inde studiosius inquiratis. Si vero consanguinitas inter ipsos per idoneos testes probata fuerit, & ipsum contra prohibitionem episcopi, & ecclesiæ Belvacensis eam duxisse, & propter hoc terram suam interdictam & excommunicatam fuisse constiterit, ipsum ab ejusdem mulieris querimonia omnino absolvatis, & matrimonium, C quod cum altera contraxit, propter hoc de cetero nullatenus impediatis. Verum si quis ex vobis necessitate qualibet emergente interesse non poterit, alter, adscitis secum discretis & sapientibus viris, nihilominus causam audiat & supradicto modo diffiniat. Datum XVI. Kal. Julii.

ROMANUM CONCILIUM

In quo Dolensis ecclesia Turonensi subjecta declaratur,

A Lucio II. anno 1144. *celebratum.*

1144. *Agitata diu magna animi contentione quæstio de jure metropolitico in ecclesias minoris Britanniæ, post varias Pontificum Romanorum definitiones nunquam tamen peremptoria sententia decisa, ad Lucii II. tribunal tandem devoluta est. Igitur pontifex convocatis plurimis, quos scilicet judicii dignitas exigebat, episcopis, sententiam, quam definitivam opinatus est, protulit, Turonicæ ecclesiæ fore deinceps subditas minoris Britanniæ ecclesias pronuncians. Judicium hoc, quanquam nullibi concilium appellatum lego, inter concilia tamen reponendum duxi, quod in consensu episcoporum, & abbatum, & clericorum latum sit, & res ipsa concilium vere tale poposcisse videatur. Nec forte ipsum pariter concilii nomen gravis hujus controversiæ judicio defuit; id enim facile exprimunt* E *verba illa epistolæ Lucii inferius recitandæ ad Gaufridum comitem Britanniæ:* Habito fratrum nostrorum consilio, *quod forte positum est pro* concilio. *Cæterum sententiam ipsam Lucii ex Martene in Anecd. to. III. pag. 887. hic exhibeo, additis duabus ejus literis, quibus de judicio hoc suo episcopos Britanniæ minoris, & Britanniæ comitem facit certiores. Exhibet vero hæc omnia collectio actorum in* D *causa Dolensis episcopatus apud eundem Martene, ibid.*

Lucius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Hugoni Turonensi archiepiscopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Quæ judicii veritate decisa sunt, literarum debent memoriæ commendari, ne pravorum hominum valeant in posterum refragatione turbari. Prædecessor siquidem noster felicis memoriæ papa Innocentius controversiam, quæ de prælatione Turonensis ecclesiæ & subjectione Dolensis inter earum pastores jamdiu agitata est, venerabili fratri nostro Gaufrido Carnotensi episcopo, tunc apostolicæ sedis legato, cognoscendam terminandamque commisit: quæ cum in ejus præsentia in pluribus locis Galliæ tractata esset, & necdum fine debito terminata, Dolensis archiepiscopus, nobis præsentibus, ad ejusdem prædecessoris nostri præsentiam venit, conquerens in dilatione ipsius causæ se multoties gravatum esse, & multas ob hoc ex-

ANNO CHRISTI 1144.

pensas sustinuisse. Propter quod suppliciter postulavit, ut idem prædecessor noster eamdem causam ad suam præsentiam revocaret, & debitum finem imponeret. Cujus petitioni acquiescens, apostolicis literis tibi, venerabili in Christo frater Hugo Turonensis archiepiscope, præcipiendo mandavit, ut apostolico te conspectui præsentares; ecclesiæ tuæ justitiam super hoc ostendere præparatus. Quo interim divino judicio viam universæ carnis ingresso, tam tu, frater archiepiscope, quam Dolensis, pro hujus controversiæ decisione nostro vos conspectui præsentastis. Cum autem de ecclesiæ tuæ justitia rationes, scripta, & argumenta plurima produxisses, productum est tandem in medium prædecessoris nostri beatæ memoriæ Urbani papæ privilegium, in quo manifeste continebatur, quod idem papa post multas hujus rei in sua & legatorum etiam sedis apostolicæ præsentia discussiones & retractationes, scriptis Romanorum pontificum, Nicolai videlicet, & Joannis, Leonis quoque IX. & Gregorii VII. diligenter inspectis, & omnibus hinc inde diligenti examinatione pertractatis, ex communi fratrum suorum episcoporum, & multorum Romanæ Ecclesiæ clericorum sententia decrevit, & scripti sui munimine roboravit, ut tam Dolensis episcopus, quam ceteri deinceps Britannorum episcopi Turonensem ecclesiam suam esse metropolim recognoscerent, & debitam ei reverentiam exhiberent, nec ullo ulterius tempore post Rolandi obitum, qui tunc Dolensi eccl. præsidebat, ad pallii usum Dolensis episcopus aspiraret. Ad hæc vero Dolensis nihil, quod ratione subnixum foret, respondebat, nec partem suam alicujus Romani pontificis auctoritate tueri potuit. Communicato itaque consilio, quoniam in sede justitiæ, licet indigni, disponente Domino positi, a via veritatis deviare nec possumus, nec debemus; ejusdem prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, in consessu fratrum nostrorum Conradi Sab. Imeri Tuscul. sedis nostræ episcoporum, Raimundo Toletani archiepiscopi, Henrici Wintoniensis, Ulgerii Andegavensis, Johannis Aletensis, Nigelli Heliensis, & Philippi Bajocensis episcoporum, Gregorii sanctæ Mariæ Transtiberinæ, Petri sanctæ Potentianæ, Thomæ sancti Vitalis, Gilberti sancti Marci, Guidonis sancti Laurentii in Damaso presbyterorum cardinalium, Gregorii sanctorum Sergii & Bacchi, Oddonis sancti Georgii ad velum aureum, Guidonis sanctorum Cosmæ & Damiani, Octaviani sancti Nicolai in carcere diaconorum cardinalium; Petri Cluniacensis, Atmerici sancti Juliani Turonensis, Berneris Nucariensis abbatum; Petri prioris sanctæ Mariæ de Caritate; nobilium quoque Romanorum, Chencii Frangentis-panem, & Chencii nepotis ejus, Leonis Petri Leonis, & Petri Uguitionis, multorumque aliorum tam clericorum quam laicorum, eamdem sententiam sedis apostolicæ auctoritate, nobis a Deo concessa, confirmavimus, & tam te, quam Turonensem ecclesiam de ipsorum episcoporum obedientia propria manu per baculum investivimus. Præcipientes juxta ejusdem sententiæ tenorem, ut tam Dolensis, quam universi deinceps Britanniæ citerioris episcopi, Turonensi ecclesiæ, tanquam metropolii propriæ, subjaceant, & debitam ei obedientiam ac reverentiam humiliter exhibeant. Hoc tamen moderatione habita, ut frater noster Gaufridus Dolensis episcopus, quamdiu eidem ecclesiæ præfuerit, palleum habeat, & Romano pontifici tantum subjaceat: post ipsum vero nullus Dolensis episcopus ad pallii usum aspirare præsumat: sed, sicut jam dictum est, Turonensem ecclesiam propriam metropolim recognoscat, & reverenter ei obediat. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona hujus nostræ diffinitionis sententiam sciens, contra eam venire temere tentaverit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de pepetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore, & sanguine Dei & Domini Redemtoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Observantibus autem sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

S. Petrus. S. Paulus.

Lucius Papa II. *Locus monogrammatis.*

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

† Ego Lucius catholicæ ecclesiæ episcopus ss.

† Ego Conradus Sabinensis episcopus. ss.

† Ego Theodevvinus S. Rufinæ episcopus ss.

† Ego Albericus Hostiensis episcopus ss.

† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.

† Ego Petrus presbyter cardinalis de titulo Pastoris ss.

† Ego Thomas Presbyter cardinalis titulo Vestinæ ss.

† Ego Gilbertus presbyter cardinalis titulo S. Marci ss.

† Ego Ranerius presbyter cardinalis de titulo S. Stephani in Cœlio monte ss.

† Ego Manfredus presbyter cardinalis titulo S. Savinæ ss.

† Ego Aribertus presbyter cardinalis titulo S. Anastasiæ ss.

† Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii & Bacchi ss.

† Ego Octavianus diaconus cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano ss.

† Ego Guido in Romana ecclesia altaris minister indignus ss.

† Ego Johannes diaconus cardinalis S. Adriani ss.

† Ego Gregorius diaconus cardinalis S. Angeli ss.

† Ego Hugo Romanæ ecclesiæ diaconus in S. Lucia in Horphea ss.

Datum Lateranis per manum Baronis capellani & scriptoris, idibus Maji, indictione VII. Incarnationis dominicæ anno MCXLIV. pontificatus vero domni Lucii II. papæ anno primo.

ANNO CHRISTI 1145.

EUGENIUS PAPA III.

Sedit ab anno 1145. ad annum 1153.

AD EPISTOLAS EUGENII III.

APPENDIX

AD FRIDERICUM IMPERATOREM.

Gratulatur ei de ſua electione, ſperans eum inchoata a Conrado pro eccleſiæ exaltatione completurum.

EUgenius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Friderico, illuſtri Romanorum regi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Nuntiis egregiæ tuæ nobilitatis, & literis benigne ac honeſte ſuſceptis, & ipſorum fideli & prudenti narratione, & illarum diligentiſſima inſpectione, perſonam tuam jam pridem nobis dilectam, poſt deceſſum patrui tui recolendæ memoriæ Conradi Romanorum regis, pari voto & unanimi conſenſu principum in regni faſtigium promotam eſſe manifeſte cognovimus. Quod tanto uberiore exultatione ſuſcepimus, quanto per dilecti filii noſtri O. presbyteri cardinalis narrationem, & tuarum litterarum ſuſceptionem, ſpem certiorem de tua induſtria jam antea tenebamus. Deo igitur, a quo eſt omne datum optimum & omne donum perfectum, de corde gratias debitas perſolventes, quod de tua ſtrenuitate, divina clementia diſponente, tam concorditer factum eſſe cognovimus, benigno favore ſedis apoſtolicæ approbamus. Credimus enim quod bonum a jam dicto patruo tuo & prædeceſſore firmiter nobis & eccleſiæ Romanæ promiſſum, per generoſæ devotionis tuæ ſtudium, deſideratum a nobis, auxiliante Domino, ſortietur effectum. Nos ſiquidem ad honoris & exaltationis tuæ augmentum, pro debito commiſſi nobis officii, ſuperna cooperante gratia, attentius intendimus laborare. Ea propter de communicato fratrum noſtrorum conſilio, legatum de latere noſtro ad tuam ſerenitatem diſpoſuimus in proximo deſtinare, per quem intentionem & propoſitum noſtrum tuæ gloriæ diſpoſuimus aperire. Interim autem regiam dignitatem tuam attente monemus, ut profeſſionis regiæ formam perſpicaci lumine mentis ſemper attendas, & eccleſiæ Dei, & eccleſiaſticis perſonis promptam & debitam juſtitiam ac defenſionem infatigabiliter & ſemper exhibeas: viduis, pupillis, orphanis & univerſo populo tuo regimini ſubjecto ſine tarditate pacem & juſtitiam facias, ut ipſi de tua protectione ac defenſione pro regiæ dignitatis excellentia muniti, & tibi devote obedientes lætentur, & tu de regia ſollicitudine apud homines gloriam, & apud illum, per quem reges regnant, cum ſanctis regibus vitam percipere merearis æternam. Datum Signiæ VI. Kal. Junii.

EJUSDEM AD CONRADUM IMPERATOREM.

Ejus intuitu iterum confirmat electionem præpoſiti Xantenſis, & depoſitionem archiepiſcopi Colonienſis differt.

EUgenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei cariſſimo in Chriſto filio Cunrado illuſtri Romanorum regi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quantum affectum erga perſonam tuam & regnum tibi a Deo commiſſum habeamus, plurimis experimentis tuam clementiam credimus agnoviſſe. In quo inflexibiliter permanentes, petitiones excellentiæ tuæ, quantum cum Deo poſſumus, admittimus, & cum eccleſiæ honeſtate regiæ tuæ voluntati gratanter præbemus aſſenſum, ſicut devoti beati Petri filii & ſpecialis ſanctæ Romanæ eccleſiæ defenſoris. Inde eſt, quod magnitudinis tuæ preces in electione Xantenſis præpoſiti paterno recipientes affectu, tibi, tamquam cariſſimo filio noſtro, duximus annuendum, licet quidam poſtmodum penitus diverſa ab his, quæ dilectionis tuæ litteris ſignificaſti, ſuggeſſerint. Cauſa vero fratris noſtri Colonienſis archiepiſcopi gravis ſit, quoniam longum eſt enarrare, ab his, qui circa te ſunt, poteris manifeſte cognoſcere. Si enim quanta circa officium ſuum per negligentiam, & inobedientiam ſuperbiendo commiſerit, magnitudinis tuæ diſcretio cognoviſſet, nec etiam verbum, ut credimus, pro ipſo moviſſet. Unde in concilio, quod Rhemis Deo Domino auctore celebravimus, exciſionis ſententiam pertuliſſet, niſi regiæ parcentes abſentiæ, detrimentum aliquod regno, quod maxime nobis cavendum erat, eventurum exinde putaviſſemus. Et nunc poſt reditum tuum nobiſcum firmiter ſtatueramus, ipſum ſententia digna ſuis exceſſibus feriendum, niſi tuæ legatio majeſtatis præveniſſet. Sed precibus tuis, quantum poſſumus, inclinati manum noſtram in præſentiarum ab ipſius damnatione retraximus, & uſque ad Dominicam, qua cantatur, *Ego ſum paſtor bonus*, inducias ei conceſſimus. Quia ergo excellentiæ tuæ preces abſque gravi ſanctæ eccleſiæ, & diſciplinæ eccleſiaſticæ læſione in hoc ex toto audire nequivimus, regia æquanimiter clementia ferat, & his quæ ſanctæ Romanæ eccleſiæ matri tuæ incumbunt, cujus omnipotens Deus te conſtituit defenſorem, ſicut de benignitate tua ſperamus, tamquam piiſſimus juſtitiæ amator, intendas. Dilectum filium noſtrum Henricum juniorem regem in Domino ſalutamus. Data Laterani iiij. Kal. decemb.

AD PRÆLATOS POLONIÆ

Arguit eos quod latam a G. nuntio ſuo interdicti ſententiam non obſervent, atque ut reſipiſcant eamdem ſententiam confirmat.

EUgenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopis, epiſcopis, & aliis eccleſiarum prælatis per Poloniam conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ib. p. 406.

Quod vos benedictionis alloquio ſalutamus, non ex veſtris meritis fieri, ſed ex apoſtolicæ ſedis benignitate, credatis. Sui enim debet honoris dolore proſterni, quiſquis apoſtolicis contemnit obedire mandatis. Nos ſiquidem pro officii noſtri debito de veſtra & populi vobis commiſſi ſalute ſolliciti, dilectum filium noſtrum G. ſanctæ Romanæ ec-

ANNO CHRISTI 1145.

ecclesiæ diaconum cardinalem ad partes vestras olim direximus, ut & pacem inter VV. ducem & fratres ejus auxiliante Domino reformaret, & ecclesiastica negotia tamquam apostolicæ sedis legatus tractaret. Qui, sicut a nobis mandatum acceperat, partem quæ noluit ejus monitis obedire, & eos qui ejusdem ducis terram detinent, excommunicationis vinculo innodavit, & in terra divina prohibuit officia celebrari. Vos autem, sicut accepimus, quoniam hoc eum ex mandato nostro non fecisse asseritis, sententiam ipsam minime observatis. Quia vero ipse hoc nostro fecit mandato, nos tam excommunicationis quam interdicti sententiam, sicut ab ipso data est, ratam habemus, & ut vos eam observetis & faciatis similiter observari præcipimus. Tu vero, frater archiepiscope, cui hoc ex debito tui officii potissimum imminet, ut inexcusabiles sint, omnibus suffraganeis tuis & aliis ecclesiarum prælatis denunties, & sententiam ipsam firmiter observes & facias observari, sciturus, quia si quis vestrum eamdem sententiam observare noluerit, beati Petri & sanctæ Romanæ ecclesiæ non effugiet ultionem. Datum Lat. X. Kal. Febr.

AD CONRADUM REGEM

Gratam habet ejus legationem, in qua res ecclesiæ & regni firmentur. Morbacensis monasterii negotium commisisse se episcopo Lausanensi; & de Ottone qui clerici nasum amputaverat.

ibid.

EUgenius episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Conrado, illustri & glorioso Romanorum regi, salutem & apostolicam benedictionem.

Quod per sublimes legatos matrem tuam sanctam Romanam ecclesiam, sicut ex primis & secundis litteris excellentiæ tuæ percepimus, ex communi consilio principum regni tua destinavit serenitas visitare, ut cum eis de statu & utilitatibus ecclesiæ Dei ac regni tractare & ordinare possimus, nobis & fratribus nostris gratum est & acceptum. Et quoniam eorumdem legatorum præstolaremur adventum, nostros quoque legatos jam diu, sicut credimus, ad tuæ nobilitatis industriam misissemus; desiderium siquidem nostrum est, ut ea inter ecclesiam & regnum, quæ a prædecessoribus nostris, & tuis statuta sunt, inter nos & majestatem tuam ita Domino auxiliante firmetur, quatenus sponsa Dei universalis ecclesia suo jure quiete fruatur, imperium debitum robur impediat, & christianus populus jucunda pace & grata tranquillitate lætetur. Negotium vero Morbacensis monasterii, unde nos attentius exorare voluisti, antequam ad nos tuæ regales litteræ pervenissent, venerabili fratri nostro Lausannensi episcopo, de cujus utique prudentia & honestate valde confidimus, communicato fratrum nostrorum consilio discutiendum, & terminandum commiseramus. Unde visum est nobis & fratribus nostris æquitati fore contrarium, si in causa ipsa, altera parte absente, in præsentiarum modis aliquibus procederemus; sed ad eundem fratrem nostrum negotium ipsum direximus, qui tamquam vir discretus & prudens, & in regularibus disciplinis per longum temporis spatium eruditus, enormitates monachorum ejusdem loci salubriter corrigeret, & causæ ipsi canonicum finem, Deo auxiliante, imponeret. De cetero autem Ottonem illum, qui postposita Dei reverentia, nasum cujusdam clerici ausu nefario amputare minime formidavit, nisi satisfacturus de tam gravi excessu apostolico conspectui se repræsentet, absolvendi ab excommunicatione consilium habere nequaquam potuimus, in quem nimirum vigor regiæ potestatis prius debuit acrius exarsisse, quam ad aures nostri apostolatus querela tanti facinoris pervenisset.

AD EUNDEM

Legatos ipsius honorifice se suscepisse, ac ipsius votis in omnibus obsecundasse.

DOminus papa Eugenius Romanorum regi Conrado. ibid.

Quanto sæpius de incolumitatis tuæ statu & bona voluntate, quam erga beatum Petrum cœlorum regni clavigerum, atque matrem tuam sacrosanctam Romanam ecclesiam gerere diceris, per literas & nuntios magnificentiæ tuæ instruimur, tanto magis ac magis gaudium & lætitia in nostris mentibus diebus singulis argumentatur, cor nostrum ad amorem tuum vehementius accenditur, & ad exaudiendas postulationes tuas, in quantum cum Deo possumus, aures benevolas commodamus. Inde est quod venientem fratrem nostrum Arnoldum Coloniensem archiepiscopum, & dilectos filios nostros Wibaldum Corbejensem abbatem, & magistrum Henricum notarium tuum, quos ad nostram præsentiam, tua serenitas destinaverat, tamquam prudentes & industrios viros debita benignitate suscepimus, honeste tractavimus, & petitionibus tuis, quas & litteris & eorum viva voce intelleximus, sicut honori Dei & regni utilitati expedire cognovimus, gratum assensum præbuimus. Prædictum namque fratrem nostrum, licet invitum & resistentem atque lacrymarum copiam effundentem, ad pontificalis dignitatis apicem, Domino auctore, promovimus, & venerabilibus fratribus nostris H. Moguntino & A. Brumensi archiepiscopis, præfixos terminos veniendi ad nos prolongavimus, & tam ipsos quam alios archiepiscopos, episcopos, sive principes regni tui ad servitium tuum & expeditionem, quam ad honorem Dei & ecclesiæ suæ sanctæ, atque exaltationem regni facere, divina favente clementia, ordinasti, per apostolica scripta commonere & animare diligenter curavimus. Tua itaque, carissime fili, interest, pro commissi tibi regni & sanctæ Dei ecclesiæ honore & exaltatione, tamquam inter alios orbis christianos reges præcipuus & excellentior princeps, attentam curam & sollicitudinem gerere, ut adventum tuum, quem ad provectum ecclesiæ ac regni & salutem Christiani populi expectamus, cum desiderato fructu, præstante Domino, percipere valeamus. Datum Signiæ V. idus januarii.

EJUS-

ANNO CHRISTI 1145.

EJUSDEM AD SANSONEM REMENSEM ARCHIEPISCOPUM.

Ut Theodoricum Flandriæ comitem retrahat a damnis in episcopatum Atrebatensem inferendis, & non desistentem ipsum & terram ejus puniat.

Baluz. Miscel. t. ... 429. EUgenius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Sansoni Remensi archiepiscopo, salutem & apostolicam benedictionem.

Ratio persuadet & fraternæ debitum charitatis nos compellit omnibus & maxime fratribus nostris episcopis benignum solatium ministrare. Veniens siquidem ad nostram præsentiam venerabilis frater noster Godescalcus Atrebatensis episcopus adversus nobilem virum Theodoricum Flandriæ comitem in auribus nostris querelam deposuit; quod homines suos in villa quæ Mereolum dicitur ipsi contra justitiam auferat, & jam sæpius requisitus, a sua non velit præsumptione desistere. Super quo eidem comiti & literas direximus, & tuam fraternitatem, ut ipsum a prædicti fratris nostri inquietatione cessare commoneas, attentius duximus incitare. Per præsentia itaque scripta fraternitati tuæ mandamus, quatenus, si supradictus comes a te commonitus memorato fratri nostro suos homines reddere noluerit, & ab ipsius infestatione desistere, tam in personam quam in terram ejusdem comitis tantam præsumptionem attentius studeas vindicare. Præterea, quoniam, sicut ex ipsius fratris nostri narratione nobis innotuit, ipsum pro tui officii debito diligas & honores, gratum nobis est, & ut de cetero pro beati Petri & nostra reverentia caritatis affectu eundem fratrem nostrum propensius diligas quam plurimum tuam fraternitatem rogamus.

AD SANCTIMONIALES DYNIACENSES.

Significat earum reformationem Atrebatensi episcopo se demandasse.

430. EUgenius episcopus servus servorum Dei, sanctimonialibus Dyniacensibus, salutem & apostolicam benedictionem.

Quod vos apostolicæ benedictionis alloquio salutamus, non ex vestris meritis fieri, sed ex apostolicæ sedis consueta benignitate credatis. Non enim de conversatione vestra nobis talia referuntur, quæ nostrum animum incitent ut vobis apostolicæ benedictionis gratiam conferamus; quoniam, sicut relatione quorundam audivimus, ita laxis habenis post vestra desideria curritis, ut vestri voti memoria videatur a vobis penitus excidisse, & videamini retrorsum abire, cum ad anteriora deberetis totis viribus anhelare. Sane charitatis igniculus, qui fomes & nutrimentum honestatis esse dignoscitur, peccatis exigentibus, adeo in vobis refriguit, quod monasterium vestrum tam in spiritualibus quam etiam in temporalibus est plurimum imminutum. Nos igitur, quoniam statum vestrum in melius cupimus auxiliante Domino reformari, venerabili fratri nostro Godescalco Atrebatensi episcopo, de cujus utique honestate atque religione confidimus, quoniam in his plenius instructus esse dignoscitur, dedimus in mandatis, ut gratam Deo religionem in vobis studeat reformare, & monasterium vestrum ad frugem melioris vitæ reducere. Ideoque per præsentia vobis scripta mandamus atque præcipimus, quatenus in his quæ ad emendationem vitæ vestræ et correctionem monasticæ disciplinæ spectaverint, supradicto fratri nostro humilitate debita pareatis, et ipsius monita et salubria mandata benigne suscipiatis, et irrefragabiliter observetis; scientes quia si de cætero salubribus monitis ipsius contempseritis obedire, nos sententiam, quam propter hoc in vos ipse dictaverit, auctore Deo ratam habebimus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum nonis Februarii.

AD DUACENSES

Ut obsequium debitum episcopo Atrebatensi præstent.

EUgenius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis hominibus majoribus et minoribus Duacensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Ib. p. 431.

Cum universalis ecclesiæ sit nobis cura commissa, oportet nos omnium sollicitudinem gerere, et filios ipsius, qui a semita rectitudinis deviare noscuntur, ad viam veritatis attentius revocare. Venientis siquidem ad nostram præsentiam venerabilis fratris nostri Godescalci Atrebatensis episcopi narratione accepimus, quod debitam reverentiam sicut patri et episcopo vestro ipsi exhibere non vultis, et cum aliquam culpam committitis, ab eo vocati ad ipsum venire ausu temerario recusatis; immo cujusdam vestræ institutionis occasione, cum vestro debueratis capiti unanimiter adhærere, ipsum caput relinquitis, & ab eo separari nitimini, sine quo nequaquam vivere potestis. Sine capite namque membra vegetari non possunt, etiamsi alicujus capitis membra esse forte ab aliquibus videantur. Membra itaque suo debent capiti adhærere, a quo & vitam recipiunt, & sine quo vivere nullatenus possunt. Ut autem vos doctrinam salutis a capite vestro percipere valeatis, ut etiam vestrum caput de impensa vobis doctrina possit præmium obtinere, universitati vestræ per præsentia scripta mandamus, & mandando injungimus quatenus supradicto fratri nostro sicut patri & animarum vestrarum episcopo debitam reverentiam & obedientiam deferatis; & ad ipsum, cum pro corrigendis excessibus fueritis evocati, accedere nullatenus contemnatis; scientes quia si aliquis vestrum ipsi contumax et rebellis extiterit, et ab eo vocatus ejus præsentiam adire contempserit, sententiam, quam idem frater noster propter hoc dictaverit in eum, nos auctore Deo ratam et firmam habebimus. Datum Romæ apud sanctum Petrum nonis Februarii.

AD

ANNO CHRISTI 1145.

AD CLERUM ET POPULUM ATREBATENSEM.

Sententiam quam episcopus illorum in hæreticos diœcesis suæ feret, se in antecessum probare significat, cui & ipsi ut pareant edicit.

EUgenius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis clero & populo Atrebatensi, salutem & apostolicam benedictionem.

Quando inter prælatos atque subjectos tanta est unio charitatis, quod & prælati subjectis quæ salubria sunt sollicita attentione prospiciunt, & subjecti prælatis se in omni obedientia & humilitate submittunt, tunc ecclesia Dei procul dubio suo cursu dirigitur & tranquilla pace atque jucunditate lætatur. Venientem itaque ad apostolicæ sedis clementiam venerabilem fratrem nostrum Godescalcum episcopum vestrum debita benignitate recepimus, & quandiu inter nos commoratus est inter fratres & coepiscopos nostros ipsum præcipue pro suæ honestatis reverentia fraterna charitate tractavimus. Et quoniam de statu commissæ sibi ecclesiæ quædam ad nostram audientiam pervenerant, quæ nec nos nec eum in requisitione sui & in correctione negligentes esse permittunt, viva ei voce injunximus ut ad eorum emendationem et conservandam in eadem ecclesia honestatem et religionem ita promptus & districtus existat, ut & in his ipsum suum officium complevisse appareat, & animum nostrum ulterius nulla exinde sinistra fama perturbet. Inter cætera enim idem frater nobis suggessit, quod non sine grandi gemitu nostri cordis referimus. Nuntiavit siquidem nobis, quod adeo quorumdam pravorum in commissa sibi ecclesia malitia creverit, ut hæreticæ sint pravitatis laqueo irretiti; qui etiam non verentur cum quibusdam aliis tendiculas hæreticorum extendere, ut suæ perditionis plures socios habeant, & se cum multorum animas condemnent. Sane illis ecclesiasticæ severitatis rigor est districtius opponendus. Et ideo sententiam quam in eos prædictus frater noster episcopus vester religiosorum virorum consilio promulgaverit, nos auctore Deo ratam habebimus, & ut ipsam firmiter observetis vobis omnino injungimus. Quia igitur, sicut idem frater noster a nobis & de cura commissi sibi gregis & de imminentia sui officii fuit propensius exhortandus, ita vos ad ipsius obedientiam & venerationem nostrarum literarum estis admonitionibus exhortandi; eumdem fratrem nostrum ad Ecclesiam suam & ad vos cum sedis apostolicæ ac literarum nostrarum prosecutione ducente Domino remeantem universitati vestræ duximus attentius commendandum, per præsentia vobis scripta mandantes, quatenus eum reverenter & honeste recipiatis & filialem ei reverentiam & honorem jugiter exhibentes, tam de his quæ supradicta sunt, quam de aliis, quæ in vobis fuerint corrigenda, humiliter salubribus præceptis ejus obediatis; quatenus & ipse pro impenso vobis gubernationis officio perpetuæ coronam gloriæ valeat Domino donante percipere, & vos obedientiæ merito ad gaudia æternæ felicitatis possitis cum eo pariter introire. Datum Romæ apud sanctum Petrum nonis Februarii.

AD ARCHIEPISCOPUM ET CAPITULUM ECCLESIÆ TURONENSIS.

Recusat scribere Dolensibus & Briocensibus, utpote excommunicatis.

Ex MS. reginæ Sueciæ [...] ruit Mabillon, [...]ditque Mart. V[...] Mon. t. [...] p. 810.

EUgenius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri nostro archiepiscopo & capitulo Turonensis ecclesiæ, S. & A. B.

Literas vestras debita benignitate recepimus, & quæ in eis continebantur, diligenter inspeximus. Veruntamen secundum quod a nobis postulastis, Dolensibus & Briocensibus ecclesiis nequaquam scribere possumus: quoniam, sicut meminimus, propter eorum inobedientiam & contumaciam sententia excommunicationis fuit in eos a te, frater archiepiscope, promulgata, & in Remensi concilio a nobis postmodum confirmata, quam tandiu ratam manere decrevimus, donec a sua contumacia resipiscant, & ad obedientiam Turonensis ecclesiæ convertantur. Datum Tusculani XVIII. calendas Julii.

EUGENIUS III. CONRADO VIC. ET UNIVERSO CLERO ROMANO.

In adnc[...] Cod. M[...] Gratia[...] apud Pl[...] Cong.M[...] Dei Lu[...]

PRæterea quod a vobis statutum est de his qui alienam præsumunt parœciam invadere, & aliorum parœcianos contra canonum scita recipiunt; nihilominus autoritatis nostræ assertione firmatur; ut videlicet quicunque de cætero in hujusmodi præsumptione comprobatus fuerit dandi pœnitentiam, potestatem in ecclesia Dei omnino amittat, & ecclesiastico beneficio, quousque per manus Pontificis restituatur, simul privetur. Data Signiæ III. Nonas Octobris.

AD

AD REMENSE CONCILIUM

Ab Eugenio III. papa

Anno 1148. celebratum

ADDITIO.

R*Emense Concilium ab Eugenio III. anno 1148. habitum, tum rerum decretarum gravitate, cum etiam patrum frequentia celebratissimum habetur. Ejus canones apud Labbeum leguntur, quibus nonnullos adjecit P. Martene, & ex eo novissimus Labbeanæ collectionis editor Venetus. Mihi post messem spicilegium superest, quod colligam, ne quid adeo insignis utilisque concilii pereat. Primo ergo duplex excerptum duorum canonum ejusdem dabo cum paraphrasi, quod nactus sum in Gerhoi expositione Psalmi LXIV. apud Baluzium Miscell. to. V. pag. 95. & 105. Dein adjiciam causarum quarundam discussiones in eodem concilio factas ex codice epistolarum VVibaldi Abbatis Corbejensis vulgato a PP. Martene & Durand Vet. Monum. to. II. tum & appendicis loco subjungam literas Henrici Romanorum regis filii Conradi imperatoris ad Eugenium, excusantes Henricum Moguntinum Archiepiscopum, quod concilio Remensi vocatus non interfuerit.*

Ex Gerhoo in Psal. LXIV. pag. 95. Sicut nuper in concilio Remense, tu papa Eugeni de talibus sanctimonialibus quæ in claustro vivunt, sed regulam nullam profitentur, mandasti, ut christiana etiam sepultura careant, nisi vitam suam in congregationibus secundum regulam B. Benedicti vel S. Augustini emendent, et relictis propriis, communiter vivant.

Idem ibidem pag. 105. Prohibetur unus in duabus vel pluribus ecclesiis, intitulari, ut verbi gratia in sede cathedrali sit canonicus, et in rure plebanus, vel inter plebanum et episcopum talis medius qualis in concilio Remensi sermone apostolico, per te, papa Eugeni, nuper est præscriptus pariter et proscriptus, eo quod quidam suis conductitiis, nomen plebani fraudulenter concedunt, et ipsi sub episcopis et super hujusmodi plebanos ita se medios constituunt, ut gregem devorent, non curent; vastent, non pascant.

Henricus quidam Corbejensis Monachus sua & comitis fratris sui factione Corbejensem Abbatiam eripuerat. Sed non diu post multis criminibus apud Thomam cardinalem A. S. L. accusatus, ac tandem convictus depositionis sententiam retulit. Eo sublato Corbejenses VVibaldum Abbatem Stabulensem sibi præsulem elegerunt, quem Henricus depositus multis infectandum suscepit. Rebus ita se agentibus scribit idem VVibaldus in epistola CXXXI. Regest. ad Bernardum Hildensheimensem: Venimus ad Synodum Remensem, quæ celebrata est mediante quadragesima, ubi Dominus papa paci, et tranquillitati Corbejensis ecclesiæ providere volens, sententiam, quam venerabilis pater noster Thomas presbyter cardinalis A. S. L. in Henricum quondam monasterii ejusdem Abbatem verbo dederat, verbo et scripto confirmavit. *Extant ea de re ejusdem Eugenii literæ ad Corbejenses monachos datæ Remis nonis Aprilis, quas hic exhibeo.*

Eugenius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis, Corbejensibus monachis liberis, ac ministerialibus salutem et apostol. bened. *Dedit Mar. Vet. Mon. t. II. p. 241.*

Quantum sit necessarium monasteriorum quieti prospicere, et de eorum utilitate sollicite cogitare, anteactum officium, quod in abbatiæ regimine gessimus nos informat. Ideoque paci et tranquillitati Corbejensis Ecclesiæ providentes, sententiam, quam venerabilis frater noster bonæ memoriæ Thomas presbyter cardinalis et apostolicæ sedis legatus, in Henricum quondam ejusdem monasterii abbatem dedit, confirmantes, statuimus, quod si idem Henricus pacem monasterii Corbejensis perturbare præsumpserit, et bis tertiove commonitus, non resipuerit, non solum ibi ulterius prælationis non habeat officium, sed nec postmodum ibi inter subditos maneat, prohibemus. Datum Remis nonis Aprilis.

Extat apud eundem VVibaldum in eadem epistola CXXXI. Thomæ Cardinalis in eumdem Henricum sententia in Remensi concilio confirmata, quam hic exhibeo.

„ Nos communicato consilio episcopi Patherburnensis et aliorum, qui præsentes „ aderant, pro inutilitate personæ et con„ fessione simoniæ, & inobedientia, & cete„ ris, eum de abbatia & sacerdotio deposui„ mus, monachos ab obedientia, & omnes, „ qui juraverant sibi fidelitatem, a debito „ juramenti absolventes. Quod si visis aut „ auditis his literis in abbatia consistere per„ tinaciter voluerit, & ecclesiam in perso„ nis vel bonis suis per se vel per aliquam „ submissam personam lædere molitus fuerit, „ a proxima Dominica palmarum eum ex„ communicamus.

Addit vero idem VVibaldus de Henrico illo deposito in epistola CXVIII. In Synodo Remensi, quæ proxime celebrata est, dominus Papa tam verbo, quam scriptis confirmat licentiam sui magistri Thom. quam in prædictum Henric. dictaverat; sed ipsum, ut dictum est, a gradu & ordine ecclesiasticorum deposuit, tanquam inobedientem, imo vero aperte rebellem anathematis sententia perculit.

Ibi pariter occurrunt literæ Eugenii papæ III. in quibus concilii Remensis quædam affert in hanc sententiam: In concilio quod Remis Deo Domino auctore celebravimus, excisionis sententiam pertulisset, (*Archiep. Coloniensis multis apud eum criminibus accusatus*) nisi regiæ parcens absentiæ detrimentum aliquod regno, quod maxime nobis carendum erat, eventurum exinde putavissemus.

Ibi etiam confirmata fuit anathematis sententia in Dolenses & Briocenses reos tran-

ANNO CHRISTI 1148.

transgressionis in mandata apostolica quibus agnoscere Turonicum metropolitanum jubebantur. Literas illas dedimus in appendice epistolarum Eugenii

Juvat etiam de hoc Remensi concilio hic ea referre, quae scribit Gloscherius in gestis Archiepiscoporum Trevirensium, quem auctorem vulgavit Eccardus in Corp. Histor. to. 2. pag. 2203. Ad quod concilium dominus Albero archiepiscopus tam magnifice pervenit, quod omnium oculos in se & ora de se aperuit. In camerula autem decori facto lineo panno intrinsecus obducta, inter duos ferebatur equos, quod cunctis visu erat mirabile; senectute enim jam laborabat, longisque fractus deficiebat laboribus. In hoc ergo concilio prior in ordine cunctis residens episcopus, relegi de primatu sedis suae plurima fecit privilegia super omnem Belgicam, Galliam atque Germaniam, quibus auditis Remensis non mediocriter turbatus est. Unde & homines illius cum omnibus suis turbationem facientes, aliquos ex eis vulneraverunt; quod ipse dominus archiepiscopus Albero valde ferens indigne, minabatur in odio se discessurum, & Remensem vastaturum episcopatum; tandemque ad hunc finem res est perducta, quod Remensis cum Suessionensi ad hospitium ejus pervenit, & homines, qui hanc culpam commiserant, in ejus potestatem dedit.

Denique affero ex eodem VVibaldi registro num. XCIX. Henrici regis Romanorum literas ad Pontificem, quibus excusat absentiam archiepiscopi Moguntini a Concilio Remensi.

Dilectissimo in Christo patri Eugenio sanctae Romanae ecclesiae summo pontifici, Henricus Dei gratia junior Romanorum rex, filius magni Cunradi incliti triumphatoris Romanorum regis, & semper augusti, filialem per omnia dilectionem & debitam in Domino reverentiam.

Carissimus pater noster, catholicae fidei cultor, a nobis & a regno suo discedens, nobis haec suprema & memoriae arctius impressa mandata dedit, ut personam vestram summo dilectionis affectu amplecteremur, ut sacro- D sanctam matrem nostram Romanam ecclesiam praecipua diligentia coleremus, & res ipsius tueri ac defensare, ubicunque se opportunitas offert, non negligeremus. Quae piissima religiosi genitoris nostri monita non surda aure, nec pigra cordis intentione suscipientes, ad effectum ea producere sollicita devotione curavimus, sic de cetero intenti, ut crescente in nobis per divinam indulgentiam aetate & sapientia, cuncta in melius augere & complere studeamus. Morem regni nobis a Deo collati vestram prudentiam ignorare non credimus, in eo videlicet, quod Moguntinus archiepiscopus, ex antiquo suae ecclesiae & A dignitatis privilegio, sub absentia principis custos regni & procurator esse dinoscitur, quae priscorum instituta regum gloriosus genitor noster, ut in ceteris secutus, nostram aetatem & regni gubernationem reverendo patri nostro Henrico Moguntino archiepiscopo, omnium principum favente conniventia, magna cum attentione commisit. Quantum vero ejusdem venerabilis archiepiscopi absentia toti regno & personae nostrae incommoda sit, optime novit intelligentia vestra, cui mores Galliae Belgicae, quae sceptris nostris ex majori parte subdita est, & totius Germaniae ignoti non sunt; inde factum est, ut tempore synodi vestrae, quam in Remensi civitate divina favente clementia ad totius B sanctae ecclesiae incrementum celebrastis, ad vestrae sanctitatis praesentiam venire idem archiepiscopus non posset, quoniam alterius regni fines tutus ingredi non potuit; & nostras res, quae quanto sunt per Dei misericordiam majores, tanto sunt ad regendum difficiliores, relinquere, nobis cum consilio multorum principum renitentibus, salva fide & honestate sua, non valuit. Verum, quoniam frequenti vocatione vestra commonitus, ad vestrae celsitudinis praesentiam transire nunc festinabat, nos in praeterita nativitate beatae Mariae curiam Deo auctore in oppido Franchenevort celebravimus, ubi congregata principum nostrorum frequentia, C tam de ipsius archiepiscopi absentia, quam de securo ad vos transitu sub prolixa deliberationis mora tractavimus. Eum itaque ad vestrae sublimitatis praesentiam contra nostram & totius regni utilitatem in praesentiarum proficiscentem, filiali & affectuosa commendatione prosequimur, orantes intime piissimam & in bonis expertam nobis paternitatem vestram, quatenus eum benigne suscipiatis & honestae petitionis nostrae intuitu habitum, ad nos cum gaudio ipsum vestra benedictionis gratia communitum in brevi remittatis.

Affuerunt eo nonnulli ex Anglia episcopi; qua de re haec memorat S. Thomas Cantuariensis in epistola ad Bosonem cardinalem lib. I. epistolar. S. Th. epist. CXXXVI. ubi haec de praedecessore suo Theobaldo refert: Rege Stephano hoc in eo persequente, quod contra prohibitionem ejus vocatus a domino Papa Eugenio ad Concilium Remense venerat, caeteris episcopis domi contra obedientiam remanentibus, exceptis tribus, qui de mandato Regis venerunt, ut aliorum absentiam excusarent. Nec ei summus Pontifex gratias, quas devotione meruerat, in pleno concilio retulisset. Eo quod, ut verbis ejus utamur, *natando potius quam navigando ad Concilium venerat.*

CON-

CONSTITUTIO THEOBALDI

ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSIS

De fugitivis & rejectis de Monasterio.

THeobaldus Dei gratia Cantuar. archiepiscopus, totius Angliæ primas, et apostolicæ sedis legatus, dilectis filiis, Gusberto priori, & toti conventui ecclesiæ Christi Cantuar. benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo salutari suo. Cunctorum providentiæ, seu diligentium maxime prælatorum incumbit officio, ut ex præteritorum obedientia mala debeant præcavere futura. Hinc est quod scandala illa, quæ nostris videntur contigisse temporibus per quosdam, qui de vobis exierunt, sed ex vobis non erant, vobiscum vehementer offensi adversus hujusmodi ne tam sæpe contingant, quanta possumus solicitudine vobis inposterum providere studemus; vestris super hoc justis ac religiosis petitionibus gratanter annuentes, qui zelo justitiæ & ignito monasticæ religionis amore succensi, hoc unanimi postulatis assensu, ut ecclesiæ vestræ famæ providentes, occasiones, ex quibus prædicta scandala sæpius oriuntur, qua debemus & possumus auctoritate radicitus amputemus. Nostra igitur & apostolica, qua fungimur, auctoritate præcipimus, atque in ecclesia vestra cunctis tenendum temporibus, & ratum fore sub anathemate constituimus, ut quotiescunque quemlibet monachum de ecclesia vestra fugitivum, vel meritis suis ejectum, sive quolibet modo relicto religionis habitu ad seculum reversum, redire tandem aliquando, & per gratiam recipi contigerit, in ultimo gra- B du recipiatur; ibique tota vita sua remanens ad altioris locum ordinis non ascendat, illos tantummodo præcessurus in ordine, qui post reversionem ejus in ecclesia suscipientur, ut ex hoc, & qui post lapsum redierint, perpetuo degradationis suæ intuitu erubescant & humilientur; & qui forte similiter tentari poterunt, amissa spe recuperandi ordinis sui, si a vobis vel exeant vel ejiciantur, caveant sibi ab utroque, ne vel exire audeant, vel ejici mereantur. Ne quis autem hanc constitutionem nostram præsumat infringere, sub anathemate prohibemus. Valete.

AD CONCILIUM TREVIRENSE

Anno 1148. ab Eugenio III. papa celebratum

ADDITIO, ET CHRONOLOGICA ADNOTATIO.

1148. REmense concilium hucusque Trevirensem præcessisse synodum vulgo eruditi arbitrabantur. Reipsa tamen Trevirense præivit, Remense subsecutum est. Ita nos docet, qui utrique interfuit, Wibaldus Abbas Stabulensis epistola CXXXI. ad Bernard. Hildenesheimensem episcopum, scribit enim: *anno præterito fuimus Treviri in curia domi-* D *ni Papæ*. Tum post nonnulla prosequitur: *Venimus ad Synodum Remensem &c.* Insuper Gloscherus in gestis Archiepiscoporum Trevirensium scribit. *Dominus Papa Eugenius a Treveris recedens, Remis celebraturus Concilium mediante quadragesima pervenit*. Eodem teste scriptore Pontifex anno 1147. Dominica, qua cantatur *Ad te levavi*, Treverim pervenit; adeoque exeunte anno 1147. die 29. Novembris. Qui cum illo eo confluxerint ad concilium, habes ex eodem Gloschero; ita enim ille: *Conducentibus pontificem a dextris domino Alberone, a sinistris vero Arnoldo Coloniensi archiepiscopo, præcedentibus vero multis episcopis Germaniæ, Belgiæ, Tusciæ,* E *& ex omni natione quæ sub cœlo est. Sed nec cardinales enumerare piget, qui cum domino papa Eugenio Treverim venerunt. Episcopi Cardinales, Albericus Hostiensis, Henricus Tusculanus, Humboldus presbyter de titulo Sanctorum Joannis & Pauli, Guido de Summa presbyter de titulo Sanctorum Laurentii & Damiani, Gisibertus presbyter de titulo Sancti Marci, Hugo presbyter de titulo Sancti Laurentii de Lucina, Julius presbyter de titulo Sancti Marcelli, Guido presbyter de titulo Sanctæ Potentianæ, Odo Lenecase, Heribertus presbyter de titulo Sanctæ Anastasiæ, Guido Diaconus & cancellarius de titulo Sanctorum Cosmæ & Damiani, Octavianus diaconus de titulo Sancti Nicolai in carcere, Guido Pisanus, Guido Cremensis, Gregorius de titulo Sancti Angeli, Joannes de titulo Sanctæ Mariæ novæ, Jacintus de titulo Sanctæ Mariæ in Cosmedi, Otto de titulo Sancti Gregorii ad aureum velum. Quid referam de supervenientibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, archidiaconis, præpositis, ducibus, comitibus?* Hos omnes ad Concilium confluxisse, quamquam Gloscherus non scribit, vix dubito. Quid vero in ea synodo actum sit præter ea, quæ in causa sanctæ Hildegardis notat Labbeus, pauca occurrunt. Hæc tamen ibidem gesta narrat Wibaldus in epistola CXXXXIII. ad Eugenium: *postquam ab æquitatis vestræ censura* (Ascolfus) *quondam Fuldensis Abbas apud Treverim depositus fuit*. Insuper Eugenius in epistola LXVI. inter Labbeanas scribit noluisse se electum Placentinum ad id usque admittere ut *justitiam Ravennati ecclesiæ*, (quæ jus suum in ea Placentinorum electione læsum querebatur) *conservaret*; tum addit: *postmodum vero iidem filii nostri* (Placentini) *apud Treverim nostro se conspectui repræsentantes, idipsum a nobis instantius petierunt, asserentes possessiones episcopatus, & bona nisi firmaretur electio, devastari nimium, & consumi*. His ita

ANNO CHRISTI 1148.

ita se habentibus, addit pontifex, & *cum insuper nulla esset persona, quæ ibi super hoc Ravennati ecclesiæ responderet, cum nullas rationes dicerent se habere, pro quibus Placentini electi a Ravennate archiepiscopo consecrationem accipere non debebant; necessitatibus Placentinæ ecclesiæ paternæ charitatis debito* A *conspicere cupientes, electionem ipsam, in omnibus, salvo jure Ravennatis ecclesiæ, confirmavimus; & ipsi Placentinæ ecclesiæ per apostolica scripta mandavimus, ut sancti Lucæ festivitate nostro se conspectui præsentarent &c.*

CONVENTUS EPISCOPORUM
IN MARSORUM LATII URBE
Anno 1148. habitus.

An. 1148. Ex Ughel. Ital. Sac. t. 1. pag. 902.

Conventus hujus causas, resque in eo gestas omnes, descriptas exhibet charta, quam ex archivo Marsicano profert Ughellus to. I. pag. 902. nov. edit. ex quo hic datur.

Solent multorum facta oblivisci, nisi de recenti scribantur. Inde est, quod congruum fore duximus, quæ tempore D. Berardi Episcopi inter Ecclesiam S. Sabinæ, & S. Joannis accidere, summatim scribere. Primo itaque anno ordinationis ejus, feria quinta in Cœna Domini, secundum consuetudinem tam Clerici S. Joannis, quam totius Episcopatus ad Ecclesiam S. Sabinæ convenere. Cumque solemnia celebrarentur. Canonici S. Joannis hostias ad altare sacrandas, & plebanis dominandi ambitione distribuendas obtulere. Et quia D. Episcopus tunc usque ad mortem patiebatur, id patienter telleratum fuit. Celebratis itaque solemniis, sanctum Chrisma ex more per singulas plebes, coadunatis totius Episcopatus plebanis, Canonici S. Sabinæ distribuere cœperunt. Quod videntes Donnus Raymundus, & Ing. qui dicebatur Præpositus ægre tulere, ita quod primum ipsi Chrismatis distributori Joanni Berardi injurias, deinde plebanis cum injuriis, & minis verbera intulere. Et quia de ampullis S. Joannis Chrisma non tulerant, fractis ampullis, quod dici nefas est, Chrisma effudere. Et ne Paschalia exsenia Episcopo in Ecclesia S. Sabinæ patienti afferrentur, obliti fidelitate plebanis præcipiendo suasere, & quia ..... D. Episcopo mediante, nullum exinde passi sunt. Alio anno cuidam homini de Ecclesia sancti Nicolai de Nerfe, cui præerat quidam S. Sabinæ Canonicus Raynaldus nomine, quas pro Chrismate ferebat, ampullas cum capsis suis abstulere, de quibus omnibus justitiam facere noluere. Quamobrem S. Sabinæ Canonici ad pedes Romanæ Ecclesiæ querelas deponere disposuere. Quod præsentientes S. Joannis Clerici, ut prohiberent, Comiti persuasere, & sic ad D. Episcopum pro justitia accipienda semper conclamare S. Sabinæ fratres non cessabant, quorum clamores in subsequenti an. D. Episcopus sedare promittebat. Adveniente igitur quinta feria, qua S. Chrisma consecratur, celebratis solemniis ex more, de ampulla S. Joannis oblitus permissione justitiam S. Sabinæ conculcans, propria manu ipse Dominus Sanctum Chrisma distribuit, unde tanto dolore Canonici S. Sabinæ repleti sunt, quod ea die, nec mandatum, nec aliquod officium præter altarium expoliationes in ecclesiam factum fuit. Quod videns D. episcopus ad eorum consolationem ipse Paschali festo, cum eis mansit. Id vero S. Joannis Clerici præsentientes, iniqua cogitatione, modo ad Comitem, modo ad milites ibant, hinc inde per vicos, & plateas ipsa Resurrectionis die clamantes, & dicentes, Succurite matri vestræ Ecclesiæ S. Joannis, quam Episcopus, & Canonici S. Sabinæ destruere nituntur. Qui audito hoc, iniquum invenere consilium sicut in subsequenti ostenditur, callide, dolose, & fraudulenter ad episcopum milites misere, qui suaderent illi, ut qui non venerat die Resurrectionis, secunda feria post Resurrectionis diem ad officium faciendum veniret. Hoc autem non propter officium, sed ut sibi, & fratribus suis, proprio auctore, vituperium inferrent, agebant. Unde factum est, quod D. Episcopo eunte ad Ecclesiam S. Joannis, & Clerici.. ita quod in terram alios projecere, alios pugnis, & contumeliis verberavere, & Episcopum Missam cantare, & loqui ad populum non permisere, ac eidem nullam reverentiam intulere, sicque factum est, ut dum episcopus loqui volebat, secundum quod a Clericis commoniti erant, manibus plaudentes omnes in eum, & fratres ejus clamabant dicentes ut ita dicam, *Arri, Arri*, & loqui non possent, egressi foras Episcopus, & fratres ejus injuriis, & contumeliis afflicti redire nitebantur. Quid multa? percusso Giliberto Diacono, qui Episcopum ducebat, ab inferiori gradu scalarum usque ad scamnum ante Ecclesiæ januam Episcopus violenter reductus est, & sic mala malis adjicientes, volentes palliare, quæ commiserant, Episcopi manus, & os osculati sunt. Hac pace facta post bellum, licet nolens cum eis Episcopus mansit, & sic verberati, & lapidibus obruti, qui cum Episcopo iverant, Canonici reversi sunt. Cœpere postmodum tam apud Episcopum quam apud Comitem Canonici S. Sabinæ super his querelas deponere, qui id composuere, ut id in Dominorum Tiburtini, Furconensis, Pinnensis, atque Valvensis Episcoporum judicio finiretur. Convocatis ergo, & coadunatis in ultima hebdomada maji episcopis apud Ecclesiam S. Sabinæ, ubi erat & Joannes Signiensis episcopus, qui ejusdem ecclesiæ Canonicus erat, mendaciis compositas Clerici S. Joannis coram episcopis litteras recitavere. Quæ cum audissent Canonici S. Sabinæ singulis capitulis rationabiliter responderunt. Et inter multa a rivo Argentellæ usque ad Sisaram ab episcopo Pandulfo sibi concessum esse sub excommunicationis vinculo dicebant, & us-

ANNO CHRISTI 1148.

& usque ad præsens tempus videtur, in tenimento esse asserebant, & per singulas plebes infra hoc fines positas Chrisma distribuere inverecunda fronte affirmabant. Quæ omnia falsa esse hac ratione S. Sabinæ Canonici comprobavere: Primum Imperatorum præcepta ostendere, in quibus non solum ecclesia S. Joannis, sed quicquid ipsa in terris, & vineis, & in servis possidet, antequam ipsa ecclesia fundaretur, juris ejusdem ecclesiæ esse manifeste continebatur. Deinde privilegia Romanorum pontificum tam Pandulfo Episcopo, quam multis aliis episcopis ad honorem B. Sabinæ facta ostendere, in quibus continebantur omnes ecclesiæ sibi pertinentes, & ipsa S. Joannis ecclesia, & ut ecclesia S. Sabinæ matrix, ut hactenus, B perpetuo haberetur. Deinde omnes fere plebani, & boni Clerici ejusdem episcopatus hæc testabantur: ex quo nati sumus non audivimus dici, quod aliqua ecclesia, vel clericus hujus episcopatus aliquid debeat ecclesiæ S. Joannis, & miramur, qua fronte hoc afferunt, cum nil aliud nos ipsis, quam ipsi nobis debeant; Ipsi enim ut nos sacramento ecclesiæ S. Sabinæ tenentur. Cumque hæc, & alia multa legerentur, recitarentur, & testarentur coram episcopis, præcepere utrique parti, ut causam intrarent. Quid prorsus? Clerici S. Joannis renuerunt. Tandem habito consilio, hoc consilium D. Marsicano episcopo, episcopus Tiburtinus, C Furconensis, & Valvensis coram omnibus fere Clericis ejusdem episcopatus, & multis laicis in hæc verba dedere: Domine episcope, nos videmus quia tui clerici S. Joannis obedire renuunt, & quia de justitia non confidunt propter offensas, quas huic ecclesiæ, & injurias, quas fratribus tuis intulere, causam intrare renuunt; consilium tibi damus, ut omnia exsenia præter quæ in festo S. Sabinæ afferrentur, ubicumque tibi placuerit.... jurisdictioni reddantur. Decimas & mortuorum oblationes ad tui utilitatem ubicunque..... per episcopatum coadunentur. Ampulla vero donec D. Papa Eugenius redeat, quamvis inutiles, & extra D Sanctorum rationem videantur, duæ sacrentur. De ampulla S. Joannis duabus tantum Plebibus, S. Felicis scilicet, & S. Potiti; de ampulla vero S. Sabinæ, sicut ratio exigit, vel manu propria, vel per quem fratrum tuorum canonicorum tibi placuerit, per totum alium episcopatum chrisma distribuatur. Quo audito respondit D. Marsicanus

A episcopus: Quoniam fratres illi mihi non obedientes judicium vestrum subterfugere, & nec mihi, nec huic ecclesiæ satisfacere voluere, quod mihi consilium datis, proculdubio id agere, & tenere me amodo Domino propitio noveritis, irrefragabiliter, & sic coram ipsis Episcopis, & omnibus supradictis, summatim scriptum est. Hoc autem est anno 1148. Ind. XI. anno Pontificatus Dom. Eugenii III. Pap. V.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, Dilectis filiis Odorisio Præposito, & Canonicis ecclesiæ S. Sabinæ Marsicanæ salutem & apostolicam benedictionem.

B Ne oblivionis obscuritas humanis mentibus ingeratur, quod super causarum litigiis judicatum fuerit, scripturæ debent memoria commendari, ut per hoc habeat secutura posteritas, quid in futuris temporibus evidenter agnoscat. Quocirca qualiter controversia, quæ inter vos, & clericos ecclesiæ B. Joannis super consecrando oleo diutius fuerit agitata, per nostram sententiam fuerit terminata, præsenti scripti serie præcepimus annotari. Clerici siquidem B. Joannis asserebant, quod Marsicanus episcopus deberet eis segregatam ampullam unam olei consecrare, astruentes, quod ampullam ipsam ex antiqua consuetudine a Marsicano C episcopo percepissent. Vos autem contra hæc respondentes dicebatis, quod quamvis in eadem ecclesia fuerit factum, Siginulfus a Biberto Ludovico ibi intrusus, hoc primum contra justitiam introduxit, & hoc SS. Patrum institutis, & venerandis Canonibus omnino dignoscitur esse contrarium. Nos igitur, quia petitionem eorum superstitiosam esse cognovimus, & principium ipsum ex maxima superbia processisse, communicato fratrum nostrorum consilio exinde judicamus, ut de cætero una tantum ampulla olei in Matrici ecclesia B. Sabinæ consecretur, & tam per ecclesiam B. Joannis, quam per alias, sicut justum est, æqualiter dividatur, & ita firmum, & inconvulsum futuris temporibus in perpetuum modis omnibus obser- D vetur; Si vero oleum ipsum recipere prædicti Clerici forte noluerint, Marsicanus Episcopus eos, tanquam contemptores, atque rebelles severa animadversione coerceat. Datum Ferentini VIII. Idus Junii, Indict. 14. Incarnat. Dom. anno 1151. Pontificatus D. nostri Eugenii Papæ III. an. 7.

ANNO CHRISTI 1149. 1150.

CONCILIUM ERFORDIENSE

Ab Henrico Moguntino archiepiscopo pro variis ecclesiæ negociis

Anno 1149. *celebratum.*

An. 1149. Ex regist. Epist. Wibaldi cap. CXXI. Mart. Vet. Mon. t. II. p. 294.

H. (Henricus) Dei gratia Moguntinæ sedis humilis minister Wibaldo, speciali amico suo, Corbejensis ecclesiæ venerabili abbati, dilectionis & benignitatis ad omnia devotam & promptam exhibitionem.

Fideli admonitioni & piæ devotioni vestræ, quam in profectione nostra ad dominum papam nobis exhibuistis, non solum gratias B referimus, verum etiam suo loco & tempore condigna operis exhibitione respondere parati sumus. Juxta autem petitionem legati vestri actionem quorundam negotiorum, quæ ex præcepto domini papæ præsentibus suffraganeis nostris Erfordiæ tractavimus, & terminavimus, vobis innotescere curamus. Primum capitulum erat de quodam abbate de (*a*) Burgilin, qui querimoniam habebat adversus comitem Sizonem, quod quædam bona ecclesiæ suæ violenter tulisset, & pertinaciter teneret, quam, a domino papa nobis injunctam, consilio & auxilio fratrum nostrorum utrimque facta pace & concordia, terminavimus. Secundum erat de comite H. qui uxorem suam dimiserat, & aliam superduxerat. Hujus negotii talis erat actio. Dominus Hildenesheimensis episcopus asserebat, quod inter ipsum & priorem, quam pro uxore habebat, propter cognationem canonica facta erat separatio; sed quod de incestu, quem cum nepte sua commiserat, pœnitentiam suscepisset vel peregisset non affirmabat. Unde fratribus nostris decernentibus, quod ante peractam pœnitentiam matrimonium contrahere nec posset nec deberet, Maguntiam ad synodum nostram in feria secunda post Ascensionem Domini ad satisfactionem eum vocavimus. Præterea Hereveldensem abbatem, quia inconsulta ecclesia nostra & absque verbo nostro Fuldensem suscipiens abbatiam, ab obedientia nostra se alienavit, fratribus nostris sanctientibus vocavimus. Post hæc multa erant, quæ singula longum esset enumerare; sed hæc vos magis scire conjecimus desiderare.

(a) Ord. S. Ben. quod an. 1510. Congr. Brisfel. unitum est MART.

SALISBURGENSIS PROVINCIÆ CONCILIA DUO

Alterum Salisburgi, aliud Ratisbonæ habitum

Anno 1150.

An. 1150.

GEmini hujus provincialis concilii nuda mentio superest; illius quidem apud Chronographum Salsburgensem; hujus vero apud Crassum in chronic. & ex utroque apud Hansizium Germ. Sacr. to. 1. pag. 252. Ita chronographus: *Anno 1150. synodus quinque episcoporum sub Eberhardo archiepiscopo apud Salsburgh habetur*. Crassus vero ita: *beatus* D *Eberhardus S. Salzburgensis ecclesiæ archiepiscopus in synodo quam Ratisbonæ, suffraganeis suis assidentibus, habuit octavas matris Mariæ beatæ instituit.*

In alterutro ex his conciliis sancita credo ea, quæ in sequenti epistola ad Eugenium papam Otto celebris Frisingensis episcopus memorat:

Venerabili patri & domino E. summo pontifici. O. Dei gratia Frisigensis servus cum debita subjectionis reverentia devotum servitium & orationes.

In synodo provinciali motum est verbum coram archiepiscopo & suffraganeis ejus, quod in Regalibus abbatiis modernæ institu- E tiones et consuetudines Claustralium non servarentur. Nos ergo cum ad nostri Episcopi ejusmodi Abbates, sicut alii fratres ad suos sermonem, super his quæstionem dirigeremus cum viris religiosis ad Monasterium N. * Abbatis, et mutationes aliquas juxta eorum consuetudinem, quæ hic reprehendebatur, exegimus. Qui responderunt, se nullatenus posse antiqua statuta illius Cœnobii vel infringere, vel mutare sine magna conturbatione vel potius destructione loci, pro eo, quod et avvocatus graviter ferret, & de familia, qui ministeriales dicuntur, se usque ad mortem reniti clamarent. Nobis vero cum verbum motum nec leviter esse dimittendum videretur; abbati vero pluribus ex causis grave vel impossibile esset ad faciendum, vestram appellavimus audientiam. Placuit * itaque nobis * pater & domine, causam hanc ad vos translatam, qui & prudentiam habeatis & auctoritatem, finem imponere. Attamen hoc vestræ significavimus prudentiæ, personam abbatis ne tunc in synodo, nec postea de aliquo pulsatam esse, quippe quem longo jam tempore, fratresque suos, aliasque audivimus.

* f. pla
* f. vob.

AD

AD CONCILIUM LONDINENSE

habitum anno 1151.

ADDITIO.

HOc anno Theobaldus Cantuarienſis Archiepiſcopus, & A. S. L. tenuit Concilium generale apud London in media quadragesima, ubi Rex Stephanus, & filius ſuus Euſtachius, & Angliæ proceres interfuerunt, totumque illud concilium novis appellationibus infrenduit. In Anglia namque appellationes in uſu non erant, donec eas Henricus Vintonienſis epiſcopus, dum legatus eſſet, malo ſuo crudeliter intruſit; in eodem namque concilio ad Romani Pontificis audientiam ter appellatus eſt. Ita Waltenius Convent. in Chron. & A. Hunting. in hunc annum. Hoc vero concilium idem credo cum illo, cujus canones ex Baluzio Venetus Labbei editor dedit, & collector Anglicanus, neſcio quo conſilio, omiſit.

VENETUM CONCILIUM

In cauſa jurium quorumdam eccleſiæ Murianenſis S. Mariæ

Anno 1152. habitum,

IN nomine Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo ſecundo menſis Januarii, Indictione prima, Rivoalti.

Quia in ſede æquitatis poſiti ſumus, ideo ea, quæ juſtitiæ ſolerti cura, ac ſtudio ad rectum tramitem ducere modis, quibus poſſumus, ſtudere debemus, & lites atque contentiones eatenus extinguere, quod diſcidia exinde ulterius non queant oriri. Quapropter nos quidem Henricus Dandulus Dei nutu Gradenſis patriarcha, dum in noſtra aula reſideremus, adhibitis nobis venerabilibus fratribus noſtris epiſcopis & maxima multitudine reverendorum clericorum noſtræ patriæ, venit ante noſtram præſentiam Angelus da Molinus Torcellenſis archidiaconus, et S. Mariæ a Murianis plebanus, et conqueſtus eſt de injuſtitia, quam prædicta eccleſia Murianenſis S. Mariæ, et ipſe patiebatur, ſcilicet quod vicarius, et clerici eccleſiæ S. Stephani ejuſdem loci ſubtrahere nitebantur illam juſtitiam ſeu reverentiam, quam ceteri vicarii, vel clerici prædictæ eccleſiæ S. Stephani exhibere ſoliti erant ſupradictæ plebi S. Mariæ, et ceteris plebanis, quibus eadem eccleſia regenda commiſſa extiterat per tempora. Hanc autem perobviationem nos et noſtri confratres epiſcopi ſæpe audientes, vocari fecimus coram noſtra præſentia jam dictum vicarium, et clericos præfatæ eccleſiæ S. Stephani; ad quam vocationem tunc ſimiliter in noſtra præſentia advenit præfatus Torcellanus archidiaconus et plebanus eccleſiæ S. Mariæ, et oſtendit nobis unam breviarii chartulam teſtatam & roboratam, factam per curiam anno Incarnationis ejuſdem noſtri Redemptoris milleſimo quinquageſimo tertio menſis januarii indictione ſeptima, quam ſcribere rogaverunt Martinus presbyter Stytadei, & Dominicus Michael, atque Adam Dandulo, & Pentani, ſive Johannes Calaſti, nec non & Dominicus Dandulo, ſeu Lugnanus Theodoro, & Johannes Venerio, atque relicta Martini Felix, ſive & Florentius clericus filius Johannis Florentii de Cletamis vel ordine eccleſiaſtico, quod extitit inter ſupraſcriptam plebem S. Mariæ & vicarium eccleſiæ præfatæ S. Stephani protomartyris atque vicarium eccleſiæ S. Martini pontificis, ſeu et eccleſia B. Eraſmi de litore Murianenſis, nec non et eccleſia B. Cypriani martyris, ſicut et prædeceſſores eorum ſoliti ſemper fuerunt facere prædictæ eccleſiæ S. Mariæ in ſacris feſtivitatibus, ſecundum antiquam conſuetudinem. In qua continebatur, quod ipſi omnes, quorumque nomina ſuperius & ſubtus adſcripta ore teſtificabantur & confirmabant, quod audiverant ex ore parentum ſuorum, & ipſimet poſtmodum ſemper facere ſecundum antiquam conſuetudinem. Dicebant enim, quod primus omnium debet venire vicarius eccleſiæ S. Stephani, atque vicarius eccleſiæ B. Martini ad eccleſiam beatæ & prædictæ glorioſæ Virginis Mariæ, in vigilia Nativitatis Domini ad veſperum, deinde ad matutinum uſque ad tertiam lectionem completam; poſtea in die ad miſſam: inde pariter in vigilia Epiphaniæ ad veſperas & ad matutinum ibi eſſe deberent, uſque dum ſanctificata fuerit aqua, & in die ad miſſam; ab inde initio quadrageſimæ ad miſſam tantum. Item Dominica in ramis palmarum ad olivum ſeu ad miſſam. Sabbato Sancto, quod eſt vigilia Reſurrectionis Domini, ad officium ſive ad miſſam cum omnibus eorum clericis; in die Reſurrectionis Domini ad matutinum & ad miſſam: in feſto Aſcenſionis Domini tantum ad miſſam: Sabbato quod eſt vigilia Pentecoſte ad officium & ad miſſam, ſive ad veſperum cum omnibus eorum clericis; in die vero ad miſſam. In aſſumptione S. Mariæ ad miſſam & ad veſperum. Dominica prima de adventu Domini tantum ad miſſam. Et quoniam prædicti vicarii veniebant ad miſſam ad ſupraſcriptam plebem S. Mariæ, & eorum clerici, ſimiliter vicarius eccleſiæ S. Stephani ſecundum antiquam conſuetudinem in eius feſtivitate, & in feſto S. Stephani, & in purificatione S. Mariæ & octo diebus antecedentibus Annunciationem ſemper transmittebant plebano S. Mariæ, ampullas de bono vino plenas in prædictis feſtivitatibus & ſe-

xto

ANNO CHRISTI 1152.

xto die ante prædictas festivitates veniebat & deprecabatur plebanum jam dictum S. Mariæ, ut ibi ad vesperum in vigilia festivitatis ejus pergeret. Veniente vero die statuta cum sua navi per unum de suis ordinariis eum elevare semper transmittebat, & honorifice cum campanis & aqua sancta sive incenso eum optime suscipiebat. Vespero vero expleto vigilias ei & ceteris ejus clericis, qui cum eo erant, faciebat. (a) Postmodum autem cum sua navi eum cum honore ad suprascriptam plebem S. Mariæ remittebat. Vicarius ecclesiæ S. Martini secundum antiquam consuetudinem in ejus festivitate, idem in S. Marco & in festivitate S. Pauli Apostoli, similiter hæc omnia per ordinem semper adimplebat sicut superius legitur de vicario ecclesiæ S. Stephani, & nec unus vicarius nec alius ad eorum ecclesias scrutinium faciebant, nec festa initiabant, nec vigilias sonabant, nisi in illorum festivitatibus tantum vigilias sonabant. In dominicis diebus vel in sacris festivitatibus missa ad eorum ecclesias ante suprascriptam plebem semper sonare debet. Matutinum vero & vesperum primitus plebi S. Mariæ sonare debet, & postmodum in eorum ecclesiis, nisi tantum in eorum festivitatibus; de quotidianis vero diebus nec missam nec vesperum ante prædictam plebem sonare non debent secundum antiquam consuetudinem. Vicarius eccl. B. Erasmi secundum antiquam consuetud. in prænominatis festivitatibus que superius leguntur semper venire debet ad missam ad suprascriptam ecclesiam S. Mariæ, sive ad officium in sabbato santo & in sabbato quod est vigilia Pentecostes, sicut ejus antecessores semper fecerunt. In festivitate S. Erasmi octo diebus ante annunciatis semper mittebat plebano suprascriptæ ecclesiæ S. Mariæ ampullas de bono vino repletas, & propter ejus præcantiam prædictus plebanus in vigilia S. Erasmi ibat ad vesperum, & cum campanis & aqua sancta atque incenso honorifice semper receptus erat, & vigilias ei semper faciebat & suis clericis. Ecclesia vero S. Cypriani hæc omnia, quæ superius leguntur de ecclesia S. Erasmi semper faciebat. Propterea testificabantur jamdictus Martinus presb. Stytadei omnia quæ superius leguntur se audivisse ex ore Dominici presbyteri abbatis magistro suo, qui habebat, quando defunctus fuit, plures annos septuaginta, & ipse presbyter viderat oculis suis videlicet per sexaginta annos. Et præfatus D. Michael testimonium perhibebat de omnibus, quæ superius leguntur esse per sexaginta annos. Supradicti vero Adam, Dandulo, & Johannes Pentani, testificabantur hæc omnia, sicut superius legitur, secundum quod audiverunt ex ore parentum suorum, & ipse viderat tunc per septuaginta annos ut testificabatur. Testificabantur etiam Joannes Balasta, sicut & suprascripti testes per septuaginta annos, & Dominicus Dandulo similiter testificabatur, sicut superius legitur, & Lugnanus Theodorus, sicut & isti, ut ipse audivit de ore matris suæ, que quando ex hoc sæculo migravit habebat plures annos centum, quod prædicti vicarii præfatum obsequium ad supradictam plebem S. Mariæ semper faciebant; in ecclesia B. Martini in Dominicis diebus, vel in aliis festivitatibus tantum una missa semper cantabatur secundum antiquam consuetudinem: sed & omnes vicarii semper ibant ad suprascriptam plebem S. Mariæ ad missam privatam, nisi tantum in festivitate S. Martini & in festivitate B. Pauli apostol. Testificabatur etiam Joannes Venerio, qui audivit ex ore patris sui, qui, quando obiit, habebat plures annos octoginta, & ipse per semetipsum vidit & sciebat hæc, quæ superius leguntur, de ecclesia S. Martini: et similiter testificabatur, sicut et alii testes qui superius suprascripti sunt, testificabantur, namque relicta Martini Felix, quæ sciebat ab illo tempore quando desponsata fuit, et tradita marito quod in prædicta ecclesia S. Martini in Dominicis et in festivis diebus cantabatur una missa, excepto in festivitate sancti Martini, & in festivitate beati Pauli apostoli secundum antiquam consuetudinem. Sed et omnes vicarii ibant semper ad prædictam plebem S. Mariæ ad missam privatam. Et Florentius clericus filius Joannis Florentii, testificabatur per os Marci diaconi tantum sicut superius legitur, secundum quod in præfatis chartulis continebatur.

Similiter ostendit nobis jam dictus archidiaconus et plebanus S. Mariæ duas promissionis chartulas et instrumenta, quas fecerunt omnes vicini præfatæ plebis S. Mariæ a Murianis, clerus videlicet & populus, majores, mediocres, & minores, una quarum fuit facta per curiam anno Dom. millesimo sexagesimo tertio mensis Octobris indictione secunda: altera fuit facta per curiam an. Dom. millesimo centesimo nono mensis Junii indictione secunda, in quibus ambabus promissionis chartulis continebarur sic. Nos omnes vicarii S. Stephani plebis Muriani, & clerus videlicet & populus, majores, & mediocres, & minores promittentes promittimus ut amodo in antea honorem & justitiam & rectitudinem S. Mariæ nostræ plebis ita observare, retinere, & adimplere debeamus unanimiter, sicut antiquis temporibus prædecessores nostri observaverunt, & eam libertatem & honorificentiam, quam illi suprascriptæ plebi retinuerunt, nos retinere debeamus; ita ut nulli hominum ejus justitiam..... amplitudinem minuere...:. Quod si aliquis nostrorum, qui eisdem plebis vicinus extitit, hoc, quod supra diximus, minime observare inventus fuerit, aut contra honorem & rectitudinem & justitiam S. Mariæ nostræ plebis esse præsumpserit, nos ad defendendum suprascriptæ plebis justitiam unum ad alium affrangere non debeamus quovis ingenio ab hoc, quod supradictum est, subscripsimus omnes, qui propriis manibus subtus adscripti & assignati esse videntur, componere promittimus omnia quæ visi sumus habere in hoc sæculo ad honorem suprascriptæ plebis. Et si quis nostrorum in defendendo honore nostræ plebis aliquam injuriam, aut damnum aliquod ab aliquo substinuerit, nos & unus ad alium affrangere non debeamus; sed unanimiter eam omnes defendere promittimus. Quod si aliquis aliquo ingenio ab hac defensione se subtraxerit, & fuerit inter nos clare factum, componat id quod supra legitur; & hæc san-

(a) nempe parcum illis cibum apparabant; nam in vigiliis *solito parcius vesci* mos erat, teste Alcuin. de Div. offic. MANSI

ANNO CHRISTI 1152.

ſancta promiſſio maneat in æternum. Et inſuper nos, quorum nomina inferius adſcripta nominata ſunt, & ſpontanea, & bona voluntate cum noſtris hæredibus, & prohæredibus, & poſteris noſtris hanc ſanctam promiſſionem obſervare in perpetuum, & per nullum quovis ingenio corrumpere, & minuere debeamus: & ita firmamus breviarium, quo continetur obſequium, quod omnes noſtræ eccleſiæ cum ſuis clericis facere debent ad noſtram plebem ſecundum antiquam conſuetudinem. Et quicunque corrumpere hanc ſupraſcriptam promiſſionem voluerit, ſit ſub anathemate trecentorum decem & octo Patrum, & cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit damnatus. Et nos ſupra crucem † Domini noſtri Jeſu Chriſti ſub jurejurando ab hac die firmamus, & per quatuor evangelia S. Johannis, & Marci, ſive Lucæ, atque Matthei jurejurando firmamus, & ſic Deus nos adjuvet, & iſta ſancta Dei quatuor evangelia ita obſervare & retinere debemus ſecundum quod in promiſſionis chartula continetur.

Ad hæc oſtendit nobis jam dictus archidiaconus, & plebanus unam decreti chartulam factam in curia anno Domini milleſimo ſeptuageſimo octavo (*a*) menſis aprilis indictione ſexta, quam fecit Dominicus gratia Dei bonæ memoriæ S. Gradenſis eccleſiæ patriarcha una cum Urſone Venerabili Torcellano Epiſcopo, & ceteris eorum confratribus epiſcopis, in qua continebatur, quod ipſi diligenter ventilaverant contentionem inter Petrum Edolum plebanum ſupraſcriptæ eccleſiæ S. Mariæ cum cuncto clero & populo ejuſdem loci inſimul & Dominico Mauro judice de ejuſdem a Murianis de obſequio eccleſiæ Domini Salvatoris, quam ipſe a fundamentis edificari fuit pro anima ſua. Unde præfatus Dominicus patriarcha prædeceſſor noſter cum prædicto Urſone epiſcopo per judicium omnium epiſcoporum ſuorum per ipſum ſcriptum ceteris notificabat, & inter eundem Dominicum Maurum, & plebanum S. Mariæ atque cunctum clerum & populum a Murianis per judicium firmiter laudantes confirmaverunt ſecundum quod per antiquam conſuetudinem relatum erat eis, & per ſupraſcriptum breviarium teſtatum, & roboratum, ante eorum præſentiam lectum, in quo continebantur ſupraſcripta obſequia eccleſiarum annuatim ad ſupraſcriptam ſuam plebem per tempora faciendi æqualem honorem, præfata plebs, & plebanus S. Mariæ, & ceteri ſupraſcriptæ eccleſiæ receperunt, & tunc faciebant, & ſimiliter facere deberent, ita prædicta Eccleſia, quam ædificavit præfatus Dominicus Mauro, tale obſequium facere deberet per tempora in prædicta eccleſia S. Mariæ plebis a Murianis, & plebano, qui per tempora ibi fuerit, quale faciebant aliæ ſupradictæ eccleſiæ. Et ſi quis Vicarius jam dictam eccleſiam retinuiſſet, & ipſa obſequia in ſupraſcripta plebe S. Mariæ non feciſſet, ſecundum quod prædictæ aliæ eccleſiæ faciebant ſub....... eccleſiaſtico & ſub vinculo anathematis ſubjaceret. Et ſi plebanus ſupraſcriptæ eccleſiæ S. Mariæ tale obſequium non habuiſſet in Vigilia Domini & Salvatoris de ſupraſcripta eccleſia, quam ædificavit ſupraſcriptus Dominicus Mauro, qua-

A le ſibi faciebant ſupraſcriptæ aliæ eccleſiæ, ut ſuperius dictum eſt, tunc ipſa eccleſia clauſa & privata ab omni officio eſſe debet per totum anni circulum uſque ad ſequentem feſtivitatem Domini & Salvatoris, & ipſe clericus, qui eam retinuiſſet. Iſtud idem confirmavit præfatus patriarcha prædeceſſor noſter cum præfato Urſone Torcelli epiſcopo, & ceteris ſuis epiſcopis, quod eſſet ſimiliter in perpetuum in omnibus aliis eccleſiis, quæ ſunt vel fieri debent in ſupraſcripto loco a Murianis. Quod ſi ipſe plebanus hoc recipere noluiſſet, & clare factum fuiſſet, tunc præfata eccleſia clauſa, vel privata ab officio eſſe non (*b*) deberet. Et ſi præfata eccleſia vicarium in tempus habuiſſet, talem
B honorem recipere deberet a plebano S. Mariæ a Murianis, & alius Vicarius facere noluiſſet ſecundum quod in ipſa decreti chartula continebatur.

(b) f. eſſe deberet.

Interea præfatus Vicarius Eccleſiæ S. Stephani cum ſuis clericis ſacroſanctam Romanam appellaverunt ſedem, ad quam dum utraque pars perrexiſſet, Dominus Apoſtolicus cauſam ad noſtram præſentiam ſuas literas ſub ſigillo ſigillatas nobis reſcripſit dicens, quod ipſam cauſam ante meam præſentiam revocarem, & diligenter auditis & intellectis cauſis & rationibus utriuſque partis canonico fini ſine ſubterfugio appellationis eam tradere & definiri debeam. Secundum
C præceptum jam dicti domini Apoſtolici cauſam ipſam ante meam præſentiam revocari & eorum confratribus, & epiſcopis meis, & diligenter auditis & intellectis cauſis & rationibus utriuſque partis eamdem cauſam canonico fini tradidimus, mandavimus, firmavimus, & volumus quod præfatum breviarium, in quo ſupraſcripta capitula continentur, illud idem eſſet, ſuper quod clerus, & populus a Murianis juraverant. Et quia jam dictus Dominicus Patriarcha, prædeceſſor noſter, per prædictam ſui decreti chartulam judicio ſuorum Epiſcoporum confirmavit per ſententiam, & ex judicio diximus, quod præfatum breviarium ſacramento con-
D firmatum eſſe deberet. Ad hæc acceſſit Aurius Venerius yconomus jam dictæ plebis S. Mariæ, atque Martius Balbi presbyteri noſtri ejuſdem loci, & ſuper ſancta quatuor Evangelia juraverunt, & quod præfata breviarii charta eadem eſſet, ſuper quam Clerus, & populus a Murianis juraverant, & quod nullam falſitatem cognoſcebant in prædictis chartis, quas jam Archidiaconus, & plebanus in ſupraſcripto placito nobis oſtenderat & oſtendebat. Tanta igitur certitudinis oſtenſione ante noſtram, dictorumque epiſcoporum præſentiam facta, decrevimus atque cenſuimus, quod prædicta breviarii charta eo ordine, ut prædictum eſt, perpetuis temporibus firma,
E & ſtabilis permaneret in perpetuum, & deinceps inantea uſque in perpetuum, præfata eccleſia S. Mariæ, & præfatus plebanus, vel ſui ſucceſſores, qui per tempora fuerint, de prædictis honoribus, vel ſubjectionibus nullam diminutionem habere debeat. Quod ut ita obſervatum & adimpletum ſit per hujus decreti chartam, in qua propriis manibus ſubſcripſimus, firmiter obſervari cenſuimus. Et quicunque huic noſtri decreti paginæ obviare præſumpſerit prædictæ pœnæ ſubjaceat,

quæ

ANNO CHRISTI 1152.

quæ superius denotata est, in præfata decreti Kartula Dominici Gradensis patriarchæ, prædecessoris nostri, scilicet quod tam præfata ecclesia S. Stephani, atque vicarii & clerici ejusdem ecclesiæ, quam & omnes aliæ ecclesiæ, quæ sunt, & fieri debent in prædicto loco a Murianis, & vicarius, & clerici earundem ecclesiarum, quæ suprascripta obsequia eodem modo, ut superius denotatum est, secundum antiquam consuetudinem semper observaverunt per totum anni circulum, tam ipsæ, quam suprascriptæ ecclesiæ clausæ, & privatæ sint ab omni divino officio, donec idoneam satisfactionem exinde faciant suprascriptæ plebi S. Mariæ, & suprascripto archidiacono, & plebano, & suis successoribus plebanis, qui per tempora in suprascripta ecclesia constituti fuerint. Præterea, sicut prædicto Angelo de Molino archidiacono, & plebano jam dictæ plebis S. Mariæ..... in plena curia a domino nostro sanctissimo, & benignissimo papa Eugenio interdicere concessum est ex literis venerab. sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium cognovimus, ita sibi, suisque successoribus plebanis in perpetuum plenissimam potestatem concedimus interdicere omne divinum officium & beneficium tam vicariis, quam clericis omnium ecclesiarum, quæ sunt, vel fieri debent in prædicto loco Murianis, nisi præfatæ ecclesiæ S. Mariæ, & sic sibi, suisque successoribus plebanis debita obsequia, secundum quod supradictum est, exhibuerint, & suprascripto Angelo de Molino archidiacono, & plebano, suisque successoribus plebanis semper, sicut suis plebanis obedientiam & reverentiam adimpleverint.

Ego Henricus Dandulus Dei gratia Gradensis patriarcha mm ss.

Ego Johannes Pollanus Dei gratia Castellanus episcopus mm: ss:

Ego Petrus Michael Dei gratia Torcellanus episcopus mm: ss:

Ego Dominicus Minio Dei gratia Equilensis episcopus mm: ss.

Ego Bonfilius Dei gratia Civitatis novæ episcopus mm ss:

Ego Johannes Dei gratia Caprulanus Episcopus mm: ss:

Ego Bonoaldus Primicerius S. Marci mm:ss:

Ego Dominicus..... Ecclesiæ S. Bartholomei Vicarius mm: ss:

Ego Johannes Fallerius Dei gratia Castellanus Archidiaconus mm: ss:

† Ego Henricus Novigajosus Archipresbyter S. Castellanæ Ecclesiæ mm. ss.

† Ego Nicolaus Mizulo Castellanæ ecclesiæ primicerius mm. ss.

† Ego Michael Caroso ecclesiæ beatæ Torcel. Joan. Baptistæ mm. ss.

† Ego Petrus Arpo Vicarius ecclesiæ S. Raphaelis mm. ss.

† Ego Vitalis Michael Clericus mm. ss.

† Ego Angelus Roana presbyter mm. ss.

† Ego presbyter Rodulphus mm. ss.

† Ego Leonardus S. Margaritæ plebanus mm. ss.

† Ego Marcus Fondola.... mm. ss.

† Ego Landus presbyter mm. ss.

† Ego Stephanus Natalis Subdiaconus mm. ss.

† Dominicus Venerius Diaconus, & Notarius m. sua scripsit.

† Ego presbyter Marcus plebanus de Litore alto mm. ss.

† Ego Andreas Michael præsbyter mm. ss.

† Ego Johannes Maf... clericus notarius, atque canonicus eccl. S. Mariæ Muriani mm. ss.

† Ego Petrus Græco clericus canonicus mm. ss.

† Ego presbyter Petrus, & Dom. patriarchæ cancellarius mm. ss.

† Ego Dominicus Subdiaconus Vicarius ecclesiæ S. Mauritii mm. ss.

† Ego Dominicus Stytadeo diaconus & canonicus mm. ss.

† Ego Blasius presbyter & notarius mm. ss.

† Ego Martinus presbyter plebanus D. Salvatoris mm. ss.

† Ego Martinus Agnello presb. & S. Martini plebanus mm. ss.

† Ego Johannes Dondi presbyter, ecclesiæ S. Mathei mm. subscripsi.

Ego Anolus Dondi presb., & can. mm. ss.

† Ego Stephanus Magno Diaconus canonicus S. Marci mm. ss.

† Ego Paduarius presb. canonicus mm. ss.

† Ego Nicolaus presb. mm. ss.

† Ego Simeon Benedictus diaconus mm. ss.

† Ego Dominicus presb. & notarius prædictis interfui, & de mandato præfati D. patriarchæ complevi, & roboravi.

METENSE CONCILIUM

A Johanne presbytero cardinali S. R. E. L.

Anno 1152. *coactum.*

An. 1152. HUjus Concilii id tantummodo superest, quod servavit nobis Gloscherius in historia gestorum archiepiscoporum Trevirensium, ubi agens de funere Adalberonis Trevirensis archiepiscopi, qui anno 1152. decessit, hæc notat. *Venerunt comperto ejus obitu suffraganei ejus episcopi, Stephanus Metensis, Henricus Tullensis, Albero Virdunensis, & Jordanus presbyter cardinalis Romanæ ecclesiæ, qui tunc Metis omnium abbatum superioris Lotharingiæ conventum adunaverat &c.*

CONCILIUM TREVIRENSE PROVINCIALE

Jussu Eugenii papæ III. celebratum anno 1152. in quo judicio episcoporum & abbatum, aliorumque ecclesiasticorum virorum Matthæus illustris dux Lotharingiæ, Romaricensi ecclesiæ infensus, ad concordiam adducitur.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Hellinus Dei gratia Trevirensis archiepiscopus, dilectæ filiæ Judith eadem gratia abbatissæ Romaricensi & sororibus ejus in posterum.

Querimonias tuas contra ducem Mathæum jam per tempora multa agitatas, & tandem secundum præceptum domini papæ coram episcopis & abbatibus & principibus terræ a nobis definitas, utile duximus tibi & ecclesiæ tuæ sigillo nostro, & auctoritate tam nostra quam suffraganeorum nostrorum diligenter munire. De diversis igitur querimoniis, assensu communi statuistis, quod capitulum vestrum liberam electionem habebit, de præpositis & de cancellariis præficiendis, & dux electioni illi celerem præbebit assensum, salvo jure suo. Si autem persona quæcunque electa postmodum ecclesiæ inutilis fuerit, ipsa voce capituli, qua præstituta fuit, deponetur. Quibusdam vero præpositis beneficia & redditus suos, unde vivere debent, *quos ab ecclesia tenent, alicui in feodum dare non licebit, neque dux feodisare eos coget; immo etiam dare & accipere in fide & veritate prohibebit. Quando autem præpositus Vosagi & cancellarii in potestatibus placitum tenere voluerint, laudante & assentiente advocato, diem placitandi præfigere debent. Summam autem quæstus definient præpositus & cancellarii consilio & assensu advocati, consilio tamen ministri ecclesiæ præcedente. Talias autem, quas ipse dux & advocati sui injuste super homines ecclesiæ facere consueverant, penitus quispiverunt. Clerici & ecclesiales, & res eorum a duce & ab advocatis, & a venatoribus non inquietabuntur; sed in nobili libertate, ut dignum est, in pace remanebunt. Servitium vero quod venatores ab ecclesialibus exigebant, ex toto dimissum est. Dominus autem dux vel ministri sui non cogent homines ecclesiæ exire extra bannum suum ad placitandum, neque dux quempiam hominum ecclesiæ absque abbatissa placitabit. De omni autem quæstu super homines sumto, in omni negotio & in omni proventu ecclesia medietatem recipiet. Advocati vero in potestatibus avenam non accipient, nisi pastione cum fidelitate renunciata, & nisi ecclesia plenarie avenam suam ad cervisitandum prius acceperit. Supræpositi vero & subadvocati, qui a duce, & ab advocatis injuste substituebantur, a modo radicitus extirpantur. Super mundiculos vero minister ecclesiæ & advocatus placitum tenere debent, & ecclesia totum censum habebit, nisi in duabus potestatibus, videlicet Campi & Archarum, in quibus nonnisi dimidia pars census est ecclesiæ; quæstus vero ubique dimidius est ecclesiæ; idem vero de placito fabrorum, ecclesia videlicet medietatem quæstus recipiet. Quando vero dux in quolibet castrorum suorum morabitur, de suo vivet: si vero per terram transiens, ad quamlibet ecclesiæ curiam pernoctaverit, villicus de communi quæstu per curiam cum fidelitate sumto eum procurabit, & hoc semel in anno, & in mane recedet. Si vero advocati per curias aliquando pernoctaverint, de jure suo vivent. Qui si forte in aliquo pacem istam infregerint, nisi ammoniti a duce infra sex septimanas oblata restituerint, dux terram eorum sasibit, eisque prohibebit, ne in eis aliquid accipiant, donec ecclesiæ satis fecerint. Insuper ex præcepto domini papæ sub vinculo anathematis nexi tenebuntur, donec resipuerint, & ecclesiæ satis fecerint. Forum vero Archarum esse concedimus, ita ut absque omni dolo, & absque multa acquisitione, & absque omni genere exactionis teneatur. De tabernis relatione fidelium discussum est, quod in tertio anno in XXX. duabus potestatibus dux suum vinum vendet solo obolocarius; quod vinum rustici debent deducere & infra abbatiam accipere, & in loco nominato solo die expectare. Apud Girbypath medietatem veneraciarum & quæstus in placitis & avenam recuperavimus. Usuagium nemorum recognovit dux, & concessit hominibus ecclesiæ, ubi antiquitus habere solebant ex ratione fidelium. Si vero postmodum dux terram vestram aliquibus minis, aliqua exactione, aliqua precatione, vel alicujus extorsionis genere oppresserit, vel aliquam supradictarum pactionum, aut per se aut per advocatos suos infregerit, quotiescunque ecclesia reclamaverit, absque omni retractatione ipse cum suis & cum terra sua vinculo anathematis iterum nexus teneatur, nisi admonitus vel reprehensus infra quadraginta dies pœnituerit & satisfecerit ipso duce in hunc modum concedente.

Ego Mathæus Dei patientia Lotharingorum dux & marchio ductus pœnitentia, spe retributionis æternæ, in his in quibus læseram Romanicensem ecclesiam consilio religiosorum virorum clericorum & laicorum cum Romaricensi ecclesia feci præscriptam compositionem, quæ & posui in sacratam manum domni archiepiscopi, & chartem Treverensi & Tullentii ecclesiæ inde feci quod hoc bona fides servabo; & si aliquando, quod absit per me vel per meos fuerit contra hoc factum, nisi infra quadraginta dies, si admonitus fuero, satisfaciam & ablata restituam meo assensu Treverensis & Tullensis ecclesiæ in me & in terram meam sine judicio dent anathematis sententiam. Hujus compositionis testes sunt Stephanus Mathensis Episcopus. Henricus Tullensis Episcopus. Albero Vordunensis episcopus. Domnus Godefridus præpositus ecclesiæ S. Petri. Arnulfus Alexander Bruno Treverenses archidiaconi. Henricus cantor. Baldricus magister scholaris. Sigerius Abbas S. Maximini. Bertolfus ab-

ANNO CHRISTI 1152.

abbas S. Eugharii. Ricardus abbas de Sprinchirback. Filippus decanus Metensis Roscelinus archidiaconus. Hugo magister scholaris. Rigcherius præpositus S. Salvatoris. Albertus primicerius Wirdunensis. Willelmus decanus. Ricardus archidiaconus. Andreas archidiaconus. Isembaldus abbas Gordiensis. Manegaldus abbas Sancti Michaelis. Hugo Albus decanus & archidiaconus Tullentius. Henricus archidiaconus. Magister Aimo archidiacono. Roricus archidiaconus Cisternensis ordinis. Rannulfus abbas de claustro. Renardus abbas Morimondensis. Milo abbas de Christa. Odo abbas belli-prati. Ricardus abbas de vallibus. Romaricensis ecclesiæ testes sunt, Theobaldus præpositus. Cono cancellarius. Petrus cancellarius. Magister Widricus Salsuriensis. Theodericus de domno Martini. Magister Agano. Nobiles A & milites. Henricus dux de Lemburgh. Henricus comes de Namur. Henricus comes de Salm. Fridericus comes de Vian. Cosvinus comes de Facermonte. Folmarus comes de Cast. Albertus comes Chiniacensis. Conrardus comes Salvagi. Hunricus comes de Aira. De familia S. Petri. Engelbertus & Fridericus frater ejus. Isembardus & Guillelmus frater ejus. Hermannus & Galterus frater ejus de palatio. Theodericus de Romonte. Unricus de Sampinn. Hi duo cum duce erant. Magister Bovo Tullensis archidiaconus. Rorichus abbas Galmosiacensis. Durandus abbas Belli-campi. Actum autem est hoc anno ab Incarnatione Domini 1152. epacta XII. B indictione XV. concurrente secundo. Data Treveris per manum Hellini Treverensis archiepiscopi XVII. Kal. septemb.

CONCILIUM COLONIENSE

In causa Vortlievi clerici Mindensis oculis per injuriam orbati,

Anno 1152. *habitum.*

An. 1152. „ Coloniense concilium novimus indicante Wibaldo abbate epist. CCCLXV. ubi de Vortlievio subdiac. Mindensi a sacrilegis quibusdam oculis orbato agens, causam ejus, & quam ea de injuria in episcopum suum struxerat accusationem delatam scribit ad *Concilium Coloniense*. In eodem pariter concilio cognitam indicat Walderi diaconi Mindensis causam, qui episcopum illum suum Henricum reum subreptæ sibi *decaniæ* poposcit. Quid vero actum in eo concilio sit in priori causa perspicue declarat epistola, quam de rebus ejusdem concilii Moguntinus archiepiscopus & primores ex clero ad Pontificem dederunt. Hanc ego ex codice Wibaldi n. CCCLXII. hic refero, addita etiam epistola CCCLXV. Wibaldi ad Arnoldum Coloniensem, ex quo rescimus gesta concilii in altera Walderi causa, & quid subinde ab utroque Mindensi clerico actum sit. Anno tamen sequenti in altero, ut arbitror, concilio Mindensis ille episcopus cum invidiam excæcati consilio suo clerici amovere a se penitus nequiverit, episcopatu se sponte abdicavit, ut ex Chronico S. Pantaleonis Eccardiano tom. II. ad eundem annum discimus.

Reverendo patri ac summo pontifici Eugenio, Arnoldus sanctæ Coloniensis ecclesiæ humilis minister, VV. majoris ecclesiæ præpositus, A. Decanus. T. Xantensis præpositus, G. Bunnensis præpositus, & universus præfatæ ecclesiæ conventus, debitam cum omni subjectione obedientiam.

De controversia, quæ inter episcopum Mindensem, & pauperem clericum Vortlievum nomine coram nobis ventilata fuit, admoniti & rogati ab utraque parte testimonium dare super his quæ vidimus & audivimus, & coram nobis tractata sunt, testimonium perhibemus. Notum igitur excellentiæ majestatis vestræ facimus, quod jam dictus pauper ad præsentiam nostram veniens, querimoniam miserabilem & lacrymabilem coram nobis deposuit, quod consensu & jussu C episcopi a ministerialibus suis excæcatus sit. Communicato itaque consilio super hac causa cum fratribus nostris, visum fuit nobis, ut episcopus ad audientiam nostram evocaretur, & super hoc verbo audiretur. Qui cum responsurus impositus præsentiæ nostræ se exhibuisset, & de hoc nefando facto pulsatus fuisset, confessus fuit, quod undecim ministeriales de domo sua egressi, & ad eam regressi, hoc scelus tam detestabile, se nesciente, perpetrassent. Adjecit quoque, quod cum in hos omnes tam consentientes, quam facientes, sententiam vestræ excommunicationis pronuntiasset, quod tumultu populi quosdam eorum, qui in comitatu fuerant, D quoniam manum se in clericum misisse negaverunt, absolvere coactus sit. Post hujusmodi confessionem, cum purgationem innocentiæ suæ nobis offerret, ecclesia tota fere reclamante, non fuimus ausi eam audire, tum quia periculosum nobis visum fuit propter hujusmodi confessionem, tum quia talium excessuum vindictam vobis soli servastis. In malefactores autem omnes, tam consentientes quam facientes, sententiam vestram cum omnibus suffraganeis nostris, præter Trajectensem, qui tunc forte abfuit, ita promulgavimus, quatenus catenis nostris firmiter teneantur, quoadusque præsentiæ vestræ se exhibeant, & secundum manda- E tum vestrum condignæ satisfactioni se supponant. Vestræ igitur paternitatis interest, ut sub tali testimonio dictorum atque factorum in beneplacito discretionis vestræ & prudentiæ super hoc negotio judicetur.

WI-

WIBALDI ABBATIS AD ARNOLDUM COLONIENSEM EPISTOLA.

Reverendo in Christo patri suo & domino Arnoldo, sanctæ Coloniensis ecclesiæ venerabili archiepiscopo, frater VVibaldus Dei gratia id quod est in ecclesia catholica, exiguas orationes & devotum servitium.

LÆtati sumus in his quæ dicta sunt nobis, & in domum Domini lætantes & gratias agentes ivimus, pro eo quod gloriosum de tyrannis & latronibus triumphum reportastis: qui ubique locorum, ita peccatis facientibus, nunc excreverunt, ut nulla ecclesia, nullus omnino locus sacer ut laicus ab illorum possit infestatione defendi. B Quam quidem victoriam vestræ beatitudini divina potentia in multos annos concedat. Vestræ autem celsitudini notum esse volumus, quod in transacto proxime beati Jacobi Apostoli festo Mindam, rogatu episcopi, & petitione cleri descenderamus, ad compacandas & componendas dissentiones quasdam, quibus episcopi & cleri fuerat perturbata concordia. Et hæc quidem causæ non erant criminales aut perentoriæ, sed potius de fundis, videlicet de molendinis, de paludibus, de compascuis, de hæreditatibus & patrimoniis, pro quibus adversum se litigabant villici episcopi & villici canonicorum, & quidam clerici contra quosdam C laicos. Erat hæc commotio paulo inflatior adversus episcopum, pro eo quod in concilio Coloniensi accusationem cum gravi repulsa sustinuerat, nullo tamen, quantum perscrutare potuimus, in tantum progrediente, ut illius cæcati verbo & accusationi, vel etiam querelæ Walderi ullo patrocinii vel testimonii modo vellet assistere. Siquidem in eadem solemnitatis celebratione prædictus episcopus publice in pulpito ecclesiæ denuntiavit excommunicatos esse, & anathematis sententiam protulit in eos, qui clericum cæcaverant, vel operam consilii vel auxilii in hoc maleficio adhibuerant. Omnibus itaque ex divino beneficio in concordiam revoca- D tis, tentavimus etiam Waldero illi pertinaciam suam in episcopi vexatione dissuadere; sed & ipse multis audientibus asseruit, quod fide data esset a vobis prohibitus, ne pacem cum ipso reformaret. Quod nos, qui nobilitatem vestram & mentis excellentiam jamdudum novimus, nequaquam credere potuimus, ut suffraganeo vestro, qui metropoli devotus semper militavit, & personam vestram præ omnibus dilexit & honoravit, hanc velletis inferre contumeliam, ut causam ipsius, quam ex judicio terminare propter importunam accusatorum insolentiam non potuistis, per concordiam finiri non pateremini. Novit enim eruditio vestra, quorum consilio, quave disciplina iidem adversarii episcopi judicium vestrum, quod suffraganeorum & ecclesiæ vestræ testimonio & assensu erat subnixum, recusare præsumpserunt; quo ordine quibusve induciis datis appellaverunt, sicut ex transcriptis eorum libellis considerare poterit vestra discretio, retentis apud nos eorum exemplaribus. Et licet, ut prædictum est, plane sciamus animi vestri magnitudinem in tam viles & abjectas meditationes nequaquam decidere potuisse, ut cum jam dicto Waldero tam enormes conditiones inire deberetis, pro familiari tamen & intima dilectione, qua sanctitatem vestram longo jam tempore diligimus, admonere coronam vestram non dubitavimus, ut apud dominum Mindensem, & ecclesiam ipsius ab hac suspicione gloriam vestram liberare non dedignemini. Auxit enim metum episcopo literarum vestrarum, quæ domino papæ scriptæ sunt, inspecta series, quæ pro ipsius innocentia nihil agere videntur, quas a vobis scriptas sive perlectas omnino negavimus, ob hoc scilicet, quod intelligentia vestra bene notavit, hoc esse inferioris judicis officium, ut cum ab ipso ad superiorem fuerit appellatum, ita studeat actionis ordinem enarrare, ut æquitate servata neutri parte videatur favorem inclinasse. Quod in literis istis nequaquam factum esse cognoscetis.

„ Ego Walderus Dei gratia diaconus & „ sanctæ Mindensis ecclesiæ qualiscunque „ canonicus papam appello, ipsius tutelæ „ me & mea committens, ad quem te Hen- „ ricum Mindensem episcopum invito, pro „ violenta subreptione decaniæ meæ, & pro „ aliis, quæ habeo contra te responsurum „ nonis septembris. Ego Vortlievus, sub- „ diaconus appello te H. Mindensem epi- „ scopum, ad præsentiam domini papæ de „ sacrilegio eo, quod tuo consilio & jussu „ exoculatus sim & plagatus. Diem statuo „ Kal. octobris. Hujusmodi appellationes, „ immo vero confusiones, effractis foribus „ episcopi, non absque sanguinis effusione „ in pavimento sunt projectæ, & sicut e- „ piscopo non præsentatæ, ita nec ab ipso „ visæ, quas quidem nos a manu decani „ ecclesiæ beati Martini in Minda eadem „ die suscepimus.

ULMENSIS CONVENTUS

In quo lex quædam eccleſiaſticæ immunitati repugnans decreta eſt

Anno 1152. habitus.

An. 1152. *ULmenſem hunc conventum prætereundum haudquaquam duxi, cum legem condiderit ad eccleſiaſticam diſciplinam ſpectantem, ſed juri eccleſiæ non parum oppoſitam. Hanc exprimit Eugenius in ſua epiſtola ad VVibaldum abbatem inter VVibaldinas num. CCCLXXXIII. quam ex Martene Vet. Mon. tom. II. pag. 553. huc transfero.*

Eugenius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Corbeienſi abbati, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

DE quorum pura devotione abſque dubitatione confidimus, eis confidenter committimus, quod digno cupimus effectui mancipari. Inde eſt, quod charitati tuæ cauſam venerabilis fratris noſtri A. (a) Curienſis epiſcopi attentius duximus commendandam, quatenus tuo & fratrum noſtrorum epiſcoporum, qui ad cariſſimi filii noſtri Friderici Romanorum regis curiam convenerint, conſilio & auxilio fretus, nec inhoneſte verbis vel facto, ſicut alia vice factum eſt, poſſit impune tractari, vel eccleſia ſua juxta pravorum deſideria debita juſtitia defraudari. Nec putes tu in hac cauſa, quaſi in aliena diſſimulandum, ſicut ait Poeta: *Res tua nunc agitur, paries cum proximus ardet*. Similis enim cauſa jam tibi peperit, vel in proximo pariet inimicos. Illud autem, quod in curia Ulmæ habita malitioſe in eccleſiarum deſtructionem noviter eſt a laicis introductum, nequaquam ſilentio prætereundum æſtimes, quod qui pro rapinis & incendiis eccleſiaſticis bonis illatis excommunicationi ſubduntur, novo judicio excommunicatos dedicant, niſi prius in laicorum judicio damnationis ſententia feriantur. Quo ſi forte tam tu, quam fratres noſtri epiſcopi putaveritis ſuſtinendum, hoc proculdubio inde proveniet, ut nulli epiſcoporum in illis partibus liceat contra cujuslibet facinoris reum diſciplinam eccleſiaſticam exercere. Diſciplina enim ceſſante, peribit religio Chriſtiana: religione ceſſante, peribit & ſalus animarum. Ea propter, cariſſime fili, tam ſuper hoc quam ſuper aliis, cum ad curias convenitis, quæ contra honorem Dei, contra eccleſiæ ſalutarem vigorem, contra honeſtatem regni, pravorum malitia moliri videritis, viriliter & unanimiter reſiſtatis, ut veſtro prudenti ſtudio & labore malitiam ſapientia vincat, iniquitatem juſtitia ſuperet, & eccleſiæ Dei, & regni ſtatus in ſuo decore incolumis conſervetur. Ad hæc ſanctitati tuæ quædam notificamus, quæ faciente Ar. (a) hæretico ruſticana quædam turba abſque nobilium & majorum ſcientia nuper eſt in Urbe molita. Circiter enim duo millia in unum ſunt ſecretius conjurati, & in proximis Kal. novembris centum perpetuo ſenatores malorum operum & duos conſules, alter quorum infra Urbem, alter extra illorum centum conſilio reipublicæ ſtatum diſponant, immo potius rodant. Unum autem, quem volunt imperatorem dicere, creare diſponunt, quem illis centum duobus conſulibus & omni populo Romano ſperant quod debeat mortifere imperare. Quod quia contra coronam regni & cariſſimi filii noſtri Friderici Romanorum regis honorem attentare præſumunt, eidem volumus per te ſecretius nuntiari, ut ſuper hoc maturo conſilio, quid facto opus ſit, provideat ſapienter. Datum Signiæ XII. Kal. octobris.

(a) Adelgoti.

(a) Arna[illegible] do de B[illegible] xia Petri Abaelard[illegible] diſcipulo cujus h[illegible] reſes re[illegible] cenſet Ot[illegible] Friſing. cap. XX[illegible] MART.

SYNODUS APUD KENANAM

In Hibernia a Joanne Paparone A. S. L.

Anno 1152. habita.

An. 1152. EDitæ in hac ſynodo conſtitutiones, vel ſaltem ex illis quædam leguntur in conſtitutionibus ſynodi Novæ Villæ habitæ an. 1216. quas ibi ex Wilkins referam, atque hinc lectores repetant, quæ ſola de hac præſenti ſynodo innoteſcunt.

LEO-

LEODIENSE CONCILIUM

A Gerardo card. A. S. L.
Anno forte 1152. habitum,

1152. QUicunque tandem ille fuerit Gerardus, quem ex Lobiensi scholastico canonicum Leodiensem, dein cardinalem S. R. E, renunciatum asserit vetustus auctor continuationis ad historiam Abbatum Leodiensium vulgatam apud Dacherium Spicileg. to. 2. pag. 756. profecto constat circa Eugenii sive Adriani successoris tempora legationem Leodiensem egisse. Is vero *Leodii synodum celebrem* habuit, teste eodem continuatore. Nec plura de concilio isto, cujus tamen nomen haud omittendum censui, ne quid desiderandum in reconciliari relinquerem. Cur vero anno 1152. assignarem fecit legatio Germanica Gerardi Card. tit. S. Stephani in Cœlio monte, hoc anno gesta; qui potuit idem esse Gerardus concilii Leodiensis auctor & præses.

SYNODUS ATREBATENSIS DIOECESANA

A Godescalco Atrebatensi episcopo

Anno 1153. habita.

1153. „ QUanquam ab afferendis dioecesanis horum temporum synodis & numerus & plerunque inutilitas me sæpe retraxit: hanc tamen dioecesanam ut scriberem suasit ratio. Quædam enim in ea præscripta sunt quæ non ita facile in synodis vel ante vel circa hæc tempora reperiantur. Ut est illud de redditibus ad lampades alendas per certas anni solemnes dies ad sanctorum cultum incendendas. Volupe enim id accidet Theologis, quibus novum hoc veteris ecclesiæ documentum suppetet ad probandum vetusto ecclesiæ more obtinuisse, ut lampades in ecclesiis non ad depellendas tantummodo noctis tenebras, ut contendunt heterodoxi, sed & in honorem Dei & sanctorum arderent. Dedit vero tabulas concilii hujus Baluzius Miscell. to. V. pag. 440. ex quo huc transfero.

In nomine patris & filii & spiritus sancti. Amen. Quoniam acta quibus oblivio antiquitatis aliquando irrrepsit, errorem posteris generare consueverunt; idcirco ego Godescalcus, Dei gratia, Attrebatensis episcopus beneficia quæ Robertus canonicus & frater ejus Ermenfridus, quibus ambobus Pes argenteus cognomen est, ecclesiæ sanctæ Dei genitricis Mariæ Attrebatensis contulerunt, literis & memoriæ mandare curavi & sigilli mei testimonio rata facere. Dederunt itaque prætaxati fratres de suo patrimonio communiter triginta solidos & duos capones, assignantes mansuras, & tempora distinguentes, a quibus & quibus prædicti reditus exigendi forent & accipiendi ad hunc modum. A Bernardo Berengario suisque successoribus pro sua mansura decem & octo solidi; ita quod in natali Domini media pars, id est, novem solidi, & in nativitate beati Johannis totidem custodi ecclesiæ persolvantur. Item a Gerardo fratre Aldefridi suisque successoribus pro sua mansura undecim solidi & dimidius in natali Domini, & in nativitate beati Johannis totidem custodi ecclesiæ persolvantur. Item a domino Luca archidiacono suisque successoribus pro sua mansura in Natali Domini duodecim denarii & duo capones custodi ecclesiæ persolvantur. Usibus quoque ecclesiæ certis præmemorata beneficia deputaverunt, scilicet quod ex eis novem lampadibus ante vultum Christi pendentibus lumen subministretur subsignatis temporibus accendendum. In vigilia Nativitatis Christi ab hora nona usque ad finem completorii sequentis diei lumen lampadum non deficiat, totidemque horarum spatio in omnibus solemnitatibus, quas subscribimus, prædictarum lampadum lumen continuandum esse statuerunt. In Circumcisione Domini, in Apparitione, in Resurrectione, in Ascensione, in Pentecoste, in solemnitate omnium Sanctorum, & in omnibus solemnitatibus sanctæ Dei genitricis Mariæ, & in omnibus demum dominicis diebus. Robertus vero alter fratrum intelligens tantillos redditus tot lampadarum luminibus per tot tempora non posse sufficere, altare de Vimi earum luminis indigentiæ, me tam confirmante quam permittente, adjecit, eo videlicet tenore, ut illis nunquam suis temporibus luminis copia deesset, & decimæ lampadi versus occidentalem ecclesiæ partem ante turrim pendenti ex eadem copia ignis subministretur, qui omnibus & totis noctibus, si redditus suffecerint, ecclesiæ indeficiens luceat, finito completorio semper accendendus, & mane, cum aurora finem dederit, extinguendus. Quod si ex his beneficiis decem lampadum lumini antedictis aliquid superabundare contigerit, in episcopi semper stet dispositione, quorum solemnitates Sanctorum in eisdem lampadibus igne accenso decorentur. Ne quis vero in posterum præsumat prædictarum lampadum honorem vel auferre vel loca ipsarum aut horas illuminationis earum commutare, auctoritate divina interposita prohibemus. Recitatum est hoc scriprum in synodo Atrebatensi coram me sub his personis & testibus, Luca archidiacono, Clarembaldo præposito, Nicolao Decano, Anselmo cantore, Frumaldo magistro, dominisque abbatibus sanctæ existimationis, primo domno Werrico abbate sancti Vedasti, Gozvino abbate Aquicinensi, Hugone abbate sancti Amandi, Fulcone abbate Hasnoniensi, Hugone abbate Marcianensi, Radulfo abbate de Monte sancti Eligii, Balduino abbate de Mareolo, Simone abbate de Ailcurte, plerisque præterea boni testimonii viris, & canonicis sanctæ Atre-

ANNO CHRSITI 1154.

trebatensis ecclesiæ, Harmaro, Rolando, Gillelmo, Hugone, Huberto Sacerdotibus, & inferioris ordinis multis clericis honestæ vitæ. Actum Atrebati anno dominicæ Incarnationis MCLIII. anno V. episcopatus domni Godescalchi.

ANASTASIUS PAPA IV.

Sedit ab anno 1153. ad annum 1154.

ANASTASII IV. EPISTOLARUM

APPENDIX.

AD WIBALDUM ABBATEM CORBEJENSEM ET STABULENSEM.

Annuli usum ipsi ad vitam dumtaxat concedit.

Mart.Vet. Mon. t. II.

ANastasius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Corbejensi abbati, salutem & apostolicam benedictionem.

Semper apostolica sedes ecclesiarum prælatis, quos ampliori sibi charitate devinctos agnovit, abundantiorem honorem impendit, & eorum honestis petitionibus faciliori concurrit assensu. Inde est, quod antiqua devotione, quam erga sedem apostolicam dinosceris habuisse, inducti, & quorumdam fratrum nostrorum precibus inclinati, usum anuli ex assueta benignitate apostolicæ sedis in vita tua tibi tantum duximus indulgendum, & in augmentum nostræ dilectionis anulum quoque tibi per dilectum filium nostrum G. diaconum cardinalem, qui ad partes Teutonici regni pro utilitatibus ecclesiæ a nobis transmittitur, destinamus. Tua ergo devotio cum tanta gratiarum actione beneficium istud accipiat, ita te semper exhibeas in sacrosanctæ matris tuæ Romanæ ecclesiæ veneratione ferventem, ut & nos hoc charitatis & beneficentiæ signum tibi gaudeamus impensum, & tu ad alia beneficia promerenda omni tempore debeas idoneus inveniri. Datum Laterani VII. Idus Februarii.

ADRIANUS PAPA IV.

Sedit ab anno 1154. ad annum 1159.

CONCILIUM AD MORETUM

Pro Vizeliacensibus Monachis adversus comitem Nivernensem.

„ SUb exitum Eugenii, vel forte successoris pontificatu jam cœpto concilium celebre ad Moretum convenit, ipso præsente ac judicante cum suis episcopis Francorum rege. Hujus historia paucis exponenda est. Guillelmus Nivernensis comes damna plurima in Vizeliacenses monachos intulerat, inter quæ illud maxi- D mum, quod clandestinis artibus Vvizeliacensis oppidi incolas incitaverit, ut sumptis armis a monachis, quorum dominio subdebantur, rebellarent. Pontius ejus monasterii abbas reos illos poposcit ante Joannem Paparonem cardinalem S. R. E. qui per eos dies ex Anglicana & Hibernica legatione redux per Gallias transibat. Huic se commendasse Vizeliacensium monachorum causam scribit Eugenius in epistola XXV. ad Guillelmum Nivernensem comitem, & XXXVII. ad Ludovicum Franciæ regem apud Labbeum to. XII. pag. 1599. Venet. edit. Joannes una cum Jordano cardinali A. S. per Gallias legato E Cluniaci agentes causa diligenter discussa in Vezeliacenses perduelles anathematis sententiam tulerunt. Nec tamen sic repressi homines illi multo ferocius in abbatem & monachos invecti sunt, Nivernensi comite occulte illis favente. Monachi omni alio auxilio destituti ad Regem confugerunt, ut ejus favore protecti, ac lato anathemate Vizeliacenses tenerent adstrictos. Tunc adnitente Rege indictum est concilium, in quo de lato anathemate an valeret primo quidem est actum; dein auditæ Vizeliacensium causationes, quas Nivernensis comes urgebat, auditæ tandem & Monachorum in eundem comitem querelæ; Vezeliacenses obstricti anathemate judicati sunt, tum jussus Nivernensis ut in custodia illos haberet, ad nutum Regis tradendos. Ita seditio cessavit, & pax lacessitis Monachis rediit. Concilii hujus acta acephala (quod codex mutilatus sit) exhibet author historiæ Vezeliacensis in spicilegio Dacheriano t. II. pag. 532. edit. in fol. Res tota duplici sessione, tempore & loco distinctis, peracta est; quorum prior ubi convenerit ignoratur; altera ad Moretum urbem non procul a Lutetia ad Lupam fluvium coivit. De tempore nihil certi constat; quanquam non diu ante annum 1155. nam his & aliis nonnullis narratis Author ejus historiæ coævus subdit: *Divinæ humanationis anno quinquies undecimo vicies quinquagesimo quinto apostolici Nicolai, qui nuncupatus est Adrianus anno 3. &c. datæ est requies Vizelicensi ecclesiæ &c.* Is est annus 1155. Ex quo inferas, aliquandiu ante eum annum concilium illud convenisse.

» se. His præmissis acta acephala promen-» da sunt.

.... Monasterio meo cum in treuga & pace reverentiæ tuæ jura disponerem ecclesiæ, accidit suscipere me litem cum quodam servo ecclesiæ pro causa possessionis ipsius ecclesiæ, quam duelli certamine adjudicavi fore determinandam. Protinus itaque ut tempus certaminis advenit, versi in seditionem homines isti, qui præsto sunt, me cum fratribus & pueris meis oppetierunt, fugatisque nobis & improvisis & insperatis, claustra monasterii violaverunt, ornamenta dissipaverunt, utensilia diversi generis diripuerunt, segetes ruperunt, vina fuderunt, rapinam bonorum omnium fecerunt, sanctuaria conculcantes contaminaverunt, cædem in monachos, & famulos nostros exercuerunt, & me ad mortem petierunt, quem utique si invenirent, in mille frusta conciderent; deinde ineruditos nos ad præliandum obsederunt, domos fregerunt, molendina everterunt, & quidquid nostrorum præ manibus habuere, totum occupaverunt, & in contumeliam regiæ majestatis satiati sunt pœnis nostris. Tandem nactus oportunitatem, iterum apostolico jubente, ut in præsentiarum est cernere, ad te singulare præsidium meum confugi: proinde adstans æqualitatis tuæ judicio, sanguinem meum & meorum, mortemque meam de manu istorum requiro, & detrimenta domus meæ ab ipsis repeto, salvo per omnia vestro jure, atque apostolico, cujus injuriam prorsum remittere nec possum nec debeo. His dictis conticuit.

Surgens autem tyrannus, comes scilicet Nivernensis, causam perfidorum prosequutus, ait: Cum constet Vizeliaci oppidum multorum millium promiscui vulgus esse refertum, nec sint homines unius moris vel quantitatis, utpote ex multis hinc inde partibus ex majori numero adventitiis, ac diversa studia ferentes, & studio potius quam lege morem gerentes, non est jure imputandum electis indigenis, & in omni lege & honestate probatis, quidquid erroneum vulgus per excessum deliquisse comprobatur. Alioquin jus justitiæ non est justitia, si pari crimine justus & impius obligantur. Cæterum cum ubique numerosior, ac proinde fortior quodammodo sit plebs quam senatus, quid requiritur a paucissimis & honestis ac solis rei familiaris curam gerentibus, quo principis auctoritas plebejos nequit comprimere motus? Quapropter si regio placet moderamini, denominentur ab abbate auctores sceleris, ut innoxiis absolutis, justitiæ censura in reos decernatur. Ad hæc tyranno responsum est: Quoniam naturali & legitimo jure proprium est civibus custodire & defendere atque immunem servare ab omni periculo dominum ac principem suum, mortem necne spontaneam pro salute illius non abhorrere, jam non noxii, sed proditores & desertores domini sui dicendi sunt, & adjudicandi, qui eo in necessitatis articulo constituto, tam solatio quam auxilio suo eum defraudaverunt. Atque ideo a capite ipsorum exigendum est, quidquid nequiter ipsis instigantibus, juvantibus, & opem ferentibus, plebeja manus commisit. Tunc omnes pariter qui cum abbate ab Vizeliaco A non exierunt, vel fratribus in monasterio obsessis non se adjunxerunt, vel auxilium non tulerunt, adjudicati sunt rei proditionis, infidelitatis, sacrilegii, perjurii, atque homicidii.

Quo facto, prolatum est primum capitulum de sententia regis, ut abbas testificando probaret detrimenta sua vel ecclesiæ, & quidquid legitime probatum fuisset, condemnati crimine capitali totum restituerunt. Cui capitulo hæc abbas objecit. Cum palam constet homines istos ob immanitatem pertinaciæ suæ a tribus apostolicis excommunicatos & anathematizatos esse, perperam mihi videtur dominum servis, fidem perfidis, sacramentum perjuris, testificationem profanis, B legem facere sacrilegis. Respondit ei Lingonensis. (Is quippe semper & ubique Vizeliacensi causæ adversabatur, & cum Humberto de Zalahi archidiacono Nivernensi mediante comite causam proditorum Burgensium in advocatione sua susceperat) Etiamsi, inquit, tantummodo sententia sit promulgata, non habemus homines pro lege excommunicatorum, donec ab ecclesia generaliter denominentur, vocentur, publicentur: quod de istis factum minime scimus. Ad quos abbas: Præsto sunt, ait dominus Senonensis, & dominus Parisiensis, necne dominus Trecensis, qui jussu apostolici pontificis sacrilegos proditores denominantes publicaverunt. C Attestantibus episcopis hæc ita se habere, persuasum est abbati facere probationem, quam nil suo juri contrariam fore constaret. Sed quia plane non aderant officiales ac ministri ecclesiæ, per quos probatio facienda erat, dilata est in subsequenti sabbato, quo pariter tam præsentes quam absentes convenirent apud Moretum.

Erat autem dies, qui cognominatur martis, id est tertia feria. Et ut qui fuerant requisiti convenerunt, egressi sunt omnes cum rege & optimatibus suis in nemore contito supra Moretum. Ubi cum abbas referret summam probationis suæ, dixit eam esse centenorum sexagenorum millium solidorum, D præter detrimenta nemorum & aquarum, & præter injuriam proditionis, & præter sanguinem occisorum, & præter sacrilegium invasæ & violatæ sacrosanctæ ecclesiæ. Quo audito conscii facinoris consternati animo, protinus in fugam versi sunt, nec sustinuerunt fieri probationem: & nesciente rege ad complices & consodales scelerum suorum repedarunt. Abbas vero jussu regis fecit probationem suam præsente comite, & auxiliariis illius prætitulatis. Ut autem cognovit rex perfidos abesse, & injussos temere regiam curiam subterfugisse: Feliciter, ait, abbas comprobavit justitiam suam, proditores vero comprobaverunt perfidiam suam: E quamobrem quia exciderunt a justitia, proferatur sententia eorum reatui congrua: loquutusque est Remensis: Unum, inquit, capitulum dictavimus, adhuc alia prolaturi, si expectantes vel judicio se dignos inveniri paterentur. Nunc autem quoniam exsortes rationis exciderunt ab omni jure justitiæ, dictante regis judicio diffinimus, ut comes Nivernensis, qui de fidelitate regis præsens adest, profanos illos proditores vi comprehen-

ANNO CHRISTI 1154. 1155.

hendat, & puniendos regi ubi jussus fuerit adducat. Res porro eorum tam mobiles quam immobiles ex integro pro restitutione illati damni abbati tradat. Et interrogatus comes utrum dictatam ex ore regis sententiam susciperet; suscipio, ait. At Lingonensis nitebatur refellere judicium. Cui Remensis: Si, inquit, injustum tibi videtur elucubratum judicium, apud Romanam audientiam te appello, ut ibi coram summo pontifice, & universali judice, si quid habes, objectes. Nequaquam, ait Lingonensis, appellationem istam suscipio, nec judicium regis redarguo; sed quod æquitati ipsius visum fuerit, ut dignum est, approbo. Iterum ergo rex interA rogavit comitem, utrum prolatum judicium susciperet de tradendis condemnatis; qui respondit: Si jubet dominus meus rex, suscipio: sed peto ut illis concedantur induciæ, quas ex fiducia regis pietatis dedi eis. Respondens rex ait. Plane jubeo, & auctoritate regia, pro fidelitate, qua mihi juratus es, præcipio, ut quod præfinitum est, perficias, nec de sententia quidquam omittas. De induciis autem tua intererit; nam a me nec tibi nec illis aliquæ conceduntur, quin sequenti Dominica perficiatur quod definitum est.

Biduo igitur habito Concilio ibidem, solutum est collegium.

CONCILIUM AD BURGULIUM

De negotiis Provinciæ Turonensis

Circa annum 1154. celebratum.

An. 1154. CIrca annum 1154. celebratum fuisse oportet concilium istud ab Engelbaudo Turonensi archiepiscopo: cui concilio una cum cæteris interfuit Hugo, qui hoc circiter anno electus fuit Dolensis episcopus. Porro concilii hujus plusquam simplici vice fit mentio a testibus in judicium productis pro causa Turonensis ecclesiæ contra Dolenses, cuC jus causæ acta varia vulgavit Martene Anecdot. tom. 3. Unus ergo testis affirmat: *post Hugonis consecrationem subsequente Augusto vel Septembri vidisse sedente Domino Turonensi cum episcopis suis apud Burgulium & tractanti de negotiis Provinciæ suæ, supervenisse prædictum Hugonem* (Dolensem) *& dixisse domino Turonensi: Ego moram feci, tandem veni ad mandatum vestrum, & ad obedientiam, sicut & cæteri episcopi vestri.* Alter vero testis sic asseruit: *Vidi eum Burgulii sedentem cum aliis suffraganeis & dicentem archiepiscopo: Nihil mihi est onerosum quod vos vel ecclesia vestra mihi præceperit.* Tertius tandem adjecit, *audivisse se ab ore prædicti Hugonis, quod ibat Burgulium vocatus a domino Turonensi &c.* Nec plura de hoc concilio scimus. Hæc vero omnia tunc gesta sunt, cum Hugo iste Dolensis Roma primo rediit, idest anno 1154. Nam Adrianus IV. bulla sua data V. non. martii anni 1153. inter eadem Dolensia acta legenda, subjectionem Dolensis Turonensi innovavit, dein vero literis datis (post eam bullam opinor) *idibus Februarii* in eadem acta insertis adeoque sequenti anno 1154. Hugonem electum, non vero adhuc consecratum Dolensem confirmat. Qua accepta confirmatione Hugo venit Dolum; dein actutum Turonum archiepiscopo suo consecrandus; tum *Augusto* vel *Septembri* mense, ut testis oculatus affirmavit apud Burgulium concilio interfuit.

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

In quo actum est de iis, qui latrones interficerent,

Anno 1155. circiter sub Constantino Chliareno Patriarcha habitum.

An. 1155. Extat in Jur. Græc. Rom. t. I. lib. 3. p. 210.

TEmpore sanctissimi illius patriarchæ, D domini Constantini Chliareni, cum quidam accessissent ad sanctissimam Dei magnam ecclesiam, & se armatos in latrones incidisse dicerent in clausura sancti Basilii, & eos interfecisse, & vellent scire, quid agendum: synodaliter disputatum est, an omnes qui latrones interficiunt, debeant indistincte puniri: & dixerunt nonnulli, illum qui potuit latronis insidias effugere & hoc non fecit, sed eum dedita opera interfecit, non puniri secundum canonem, sed tamquam in homicidam gravi in eum animadverti. Quis enim scit (inquit) an qui in eum impetum faciebat latro, si vixisset, Dei providentia a latrocinio cessasset, & Deo adhæsisset? Utebantur autem & antiqua superius E sita lege, quæ dicit: Si non posset tuto effugere, crimini non datur. Sin autem latro violentam manum adversus eum, qui ipsum interfecit, intentavit, fiet quod canon de-

ΕΠὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου ἐκείνου κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Χλιαρηνοῦ, προσελθόντων τινῶν στρατιωτῶν τῇ ἁγιωτάτῃ τοῦ Θεοῦ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ διηγησαμένων ἐντυχεῖν ἐνόπλοις λῃσταῖς εἰς τὴν κλεισούραν * τοῦ ἁγίου Βασιλέως, καὶ φονεῦσαι αὐτούς· καὶ ζητησάντων τὸ ποιητέον μαθεῖν· γέγονε λόγος συνοδικῶς εἰ ὀφείλουσιν, ἀδιαστίκτως πάντες οἱ φονεύοντες ἐπιτιμᾶσθαι. καὶ εἶπον τινὲς, ὡς εἰ μὲν δυνάμενός τις * τὴν ἐπιβολὴν τοῦ λῃστοῦ διαφυγεῖν, οὐκ ἐπόιησε τοῦτο, ἀλλ᾽ ἐκ μελέτης αὐτὸν ἐφόνευσεν· οὐχὶ κατὰ τὸν κανόνα ἐπιτιμηθήσεται, ἀλλ᾽ ὡς φονεὺς ἐπὶ πλέον τιμωρηθήσεται. τίς γὰρ (φησὶν) οἶδεν, ἐὰν ὁ μὴ κατ᾽ αὐτοῦ ἐπιὼν λῃστὴς, προνοίᾳ Θεοῦ ἐπιζήσας ἀπέστη τῆς λῃστείας, καὶ τῷ Κυρίῳ προσεκολλήθη; ἐκρῶντο δὲ καὶ τῷ παλαιῷ τοῦ καταστρωθέντος ἄνωθεν νόμου, λέγοντι· τουτέστιν, εἰ μὴ ἠδύνατο φυγεῖν ἀσφαλῶς, οὐκ ἐγκαλεῖται· εἰ δὲ ὁ λῃστὴς μᾶλλον προέτεινε χεῖρα φονοκτρίαν κατὰ τοῦ φονεύσαντος αὐτὸν, γενήσεται ἔιτι ὁ κανὼν διορίζεται, ἀλλὰ

μὴν

* βασιλείου

* τὴν ἐ- βουλὴν

ANNO CHRISTI 1155. 1156.

μην καὶ ὁ διαληφθεὶς νόμος· εἰ δὲ ὁ φονεύσας οὔτε ἐδίωξε τὸν ληστὴν, οὔτε διωκόμενος ὑπ' ἐκείνου ἀντημύνατο, καὶ ἐφόνευσε τοῦτον· ἀλλὰ διὰ τὸ κοινῇ συμφέρον ἐκ παρακλήσεως ἐμελέτησε, καὶ ἐφόνευσεν αὐτὸν, οὔτε νομίμως οὔτε ἐκκλησιαστικῶς τιμωρηθήσεται. ὁ τοιοῦτος γὰρ (φησὶ) καὶ ἐπάθλων ἄξιός ἐστιν, ὡς πολλῶν ψυχὰς ἐκ θανάτου ῥυσάμενος, καὶ ἐξημερώσας τὸν τόπον, τὸν ὥσπερ ἀκανθαῖς καὶ τριβόλοις ταῖς τοῦ ληστοῦ ἐνέδραις συμπνιγόμενον· κατεσκεύαζον δὲ τοῦτο καὶ ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ κειμένου εἰς τὸν α-τίτλον τοῦ η βιβλίου, καὶ διοριζομένου, μὴ ἀτιμοῦσθαι τὸν χάριν ἐπιδείξεως ἀνδρίας, θηριομαχήσαντα, καὶ τὸν λαβόντα μισθὸν ἐπὶ τῷ καταπολεμῆσαι θηρίον ἔξωθεν κυνηγίου, βλάπτον τὴν ἐπαρχίαν· ἤρεσε δὲ τῇ συνόδῳ τέως, ὅσον κατὰ τοὺς νόμους τῆς ἐκκλησίας, τοὺς ἀμυνομένους τοῖς λησταῖς, καὶ τοὺς διὰ τὸ κοινῇ συμφέρον ἐκ παρακλήσεως φονεύσαντας λῃστὰς, ἐπιτιμᾶσθαι καθὼς ἐπιτιμῶνται καὶ οἱ ἐν πολέμῳ φονεύσαντες· τὸν δὲ φονεύσαντα ληστὴν ὁπόταν τὴν ἀπὸ τούτου λῃστείαν ἠδύνατο διαφυγεῖν, ἐπὶ πλέον ἐπιτιμᾶσθαι κατὰ μέντοι τὰ νόμιμα δίκαια ἡ ἀνωτέρω ῥηθεῖσα διαίρεσις οὐκ ἀπεπέμπετο· καὶ ταῦτα μὲν περὶ λαϊκῶν· οἱ γὰρ κληρικοὶ ὁπωσδήποτε φονεύοντες καθαιροῦνται, μηδεμιᾶς διαφορᾶς οὔσης πολεμίων, ἢ λῃστῶν, ἢ ἑτέρων τινῶν.

cernit. Atqui lex quoque ſuperius dicta, ſic habet: Si autem qui occidit, nec latronem proſequutus eſt, nec, dum latro eum perſequeretur, ſe defendit, & ipſum occidit, ſed propter communem utilitatem incitatus, hoc molitus eſt, & ipſum interfecit: nec legitime, nec eccleſiaſtice punietur. Is enim, inquiunt, præmiis quoque dignus eſt, ut qui multorum animas a morte liberaverit, & locum, qui latronis inſidiis, tanquam quibusdam ſpinis & tribulis ſuffocabatur, manſuefecerit. Hoc quoque confirmabant ex lege, quæ ſita eſt in I. tit. III. libri, & decernit, eum non eſſe infamem, qui pro oſtentanda virtute cum beſtiis pugnaverit, & pro oppugnanda bellua abſque canum venatione mercedem acceperit, cum ea bellua provinciam magnopere læderet. Synodo autem viſum eſt, ut quod ad leges eccleſiæ attinet, & qui ſe defendentes, & qui propter publicam utilitatem, deprecatione interpoſita, latrones interfecerunt, puniantur, quemadmodum puniuntur, qui in bello occiderunt: Is autem, qui latronem interfecit, quando poterat ſuum latrocinium effugere, amplius puniatur. Tamen ſecundum jura legitima, ſuperius dicta, diviſio non repudiaoitur. Et hæc quidem de laicis. Clerici enim, quomodocumque occidentes, deponuntur, nulla habita differentia hoſtium, vel latronum, vel aliquorum aliorum.

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA

In qua decreto proviſum eſt rebus epiſcoporum morientium ſub Luca Chriſoberge

Anno 1156. habita.

ΜΗνὶ Μαρτίῳ ι, ἡμέρᾳ β, προκαθημένου τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, κυροῦ Λουκᾶ, ἐν τοῖς δεξιοῖς Ἀλεξιακοῖς κατηχουμενείοις, συνεδριαζόντων τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ αὐτοῦ ἱερωτάτων ἀρχιερέων, τοῦ Καισαρείας, τοῦ Ἡρακλείας, τοῦ Ἀμασείας, τοῦ Μελιτινῆς, τοῦ Θεσσαλονίκης, τοῦ Νεοκαισαρείας, τοῦ Μύρων, τοῦ Μωκισσοῦ, τοῦ Κρήτης, τοῦ Τραϊανουπόλεως, τοῦ Ἱεραπόλεως, τοῦ Αἴνου, τοῦ Δρίστρας, τοῦ Ναζιανζοῦ, τοῦ Ἀβύδου, τοῦ Μιλήτου, τοῦ Σηλυβρίας, τοῦ Βιζύης, τοῦ Μαρωνείας, τοῦ Παρίου, τοῦ Κίου, τοῦ Ἄπρω, τοῦ Νίκης, τοῦ Γοτθίας, τοῦ Ματράχων, τοῦ Συγδοφούλλων, καὶ τοῦ τῆς Ἡρακλέος· παρισταμένων καὶ θεοφιλεστάτων δεσποτικῶν ἀρχόντων.

Ὁ ἱερώτατος ἀρχιεπίσκοπος τῆς μητροπόλεως Θεσσαλονίκης Κωνσταντῖνος περιηχήθη, ὅτι τὰ τῆς λαχούσης αὐτὸν μητροπόλεως διάφορα πράγματα, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τὰ τῷ πρὸ αὐτοῦ μητροπολίτῃ ἀνήκοντα, ἀφήρπασαν τινὲς τῶν ὑπ' αὐτὸν κληρικῶν. καὶ ἤρετο συνοδικῶς προκαθημένης τῆς ἡμῶν μετριότητος, τί ἄρα μέλλει διαπράξεσθαι ἐπὶ τοῖς οὕτω παραλόγως εἰς τὴν τοιαύτην πρᾶξιν ἐξενεχθεῖσι. καὶ ἤκουσεν, ὡς ἐπεὶ ἀπὸ διαφόρων κανόνων καὶ νόμων, ὧν καὶ ὁ λόγος, κατωτέρω μνησθήσεται, οἱ τοιαῦτα πράττοντες εὐθύναις προσηκούσαις ὑπόκεινται, καὶ οἱ τῆς κατ' αὐτὸν ἐκκλησίας κληρικοὶ, μετ' ἐξέτασιν ἀκριβῆ, καὶ τῆς ἀληθείας διάγνωσιν, τοιαύταις πράξεσιν εὑρεθησόμενοι ἔνοχοι, κατὰ τὴν τῶν

MEnſis Martii die X. feria II. præſidente ſanctiſſimo domino noſtro & univerſali patriarcha, domino Luca in dextris Alexiacis cathecumeniis, adſidentibus in concilio magnæ ipſius ſanctitati ſacratiſſimis pontificibus, Cæſarienſi, Heraclienſi, Amaſienſi, Melitenæ, Theſſalonicenſi, Neocæſarienſi, Myrenſi, Mociſſio, Cretenſi, Trajanopolitano, Hierapolitano, Æni, Driſtræ, Nazianzeno, Abydeno, Mileſio, Selybriæ, Bizyæ, Maroneæ, Parii, Cii, Apro, Nicæ, Gotthiæ, Matrachorum, Sugdophullorum, &..... Herculis: adſtantibus & religioſiſſimis dominicis magiſtratibus.

Ib. t. I. lib. IV. p. 282.

Sanctiſſimus archiepiſcopus metropolis Theſſalonicenſis Conſtantinus indigne ſe ferre clamabat, quod diverſas metropolis ſuæ res, itidemque pertinentes ad metropolitanum deceſſorem ſuum, clerici quidam ſibi ſubditi deripuiſſent. Et interrogabat in ſynodo, præſidente mediocritate noſtra, quid agendum eſſet in eos, qui tam nequiter ad ejusmodi facinus exorbitaſſent. Reſponſum eſt, quod quum ex diverſis canonibus & legibus, quarum inferius in hoc ſcripto fiet mentio, talia committentes convenientibus pœnis obnoxii ſint; etiam Theſſalonicenſis eccleſiæ clerici, accurato prius examine habito, & veritate cognita, ſi talibus facinori-

bus obnoxii reperiantur, prout ejusmodi legibus & canonibus contineatur, rei peragendi sint. Canonum vero, & legum, quarum pœnas incurrunt hujusmodi facinorum auctores, hæc est sententia.

A τοιέτων νόμων καὶ κανόνων περίληψιν, εὐθυνθήσονται. οἱ δὲ κανόνες καὶ οἱ νόμοι, οἱ τὲς τὰ τοιαῦτα πράτ]οντας εὐθύνοντες, ἔχουσιν οὕτως·

Canon LXXII. sanctorum apostolorum. Si quis clericus aut laicus ex sancta ecclesia ceram abstulerit, vel oleum segregator, & præter id, quod accepit, sesquiquintum adjiciat.

Κανὼν οβ τῶν ἁγίων ἀποςόλων. ἔι τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἀφέληται κηρὸν ἢ ἔλαιον, ἀφοριζέσθω· καὶ τὸ ἐπίπεμπ]ον προςιθέσθω μεθ᾽ ὃ ἔλαβεν·

Canon VII. synhodi Gangrensis. Si quis fructus ecclesiasticos accipere voluerit, aut dare extra ecclesiam, præter sententiam episcopi, vel ejus, cui talia commissa sunt, nec agere cum illius voluntate velit; anathema sit.

Τῆς ἐν Γάγγρᾳ συνόδε κανὼν ζ. ἔι τις τὰς καρποφορίας τὰς ἐκκλησιαςικὰς ἐθέλοι λαμβάνειν, ἢ διδόναι ἔξω τῆς ἐκκλησίας, παρὰ γνώμlω τοῦ ἐπισκόπε, ἢ τοῦ ἐγκεχειρισμένου τὰ τοιαῦτα, καὶ μὴ μετὰ γνώμης αὐτε ἐθέλοι πράτ]ειν, ἀνάθεμα ἔςω.

Canon II. synhodi Chalcedonensis. Non B liceat clerico, post mortem episcopi sui, res ad eum pertinentes deripere: quemadmodum priscis quoque canonibus est prohibitum. Vel qui hoc faciunt, de gradu suo periclitentur.

Τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κανὼν β. μὴ ἐξεῖναι κληρικῷ, μετὰ θάνατον τοῦ ἰδίου ἐπισκόπε, διαρπάζειν τὰ διαφέροντα αὐτῷ πράγματα, καθὼς καὶ τοῖς πάλαι κανόσιν ἀπηγόρευται· ἢ τὲς τετο ποιοῦντας, κινδυνεύειν εἰς τὲς ἰδίους βαθμούς.

Canon XXXV. synhodi Constantinopolitanæ in Trullo palatii celebratæ. Non liceat alicui metropolitano, quum episcopus throno suo subditus moritur, ejus res atque bona, vel etiam ecclesiæ ipsius, auferre, sibive vindicare: sed sub ejus ecclesiæ cleri custodia sint, cujus is præses erat, quidiem obiit; donec alius episcopus præficiatur; excepto, si nulli sint in ea ecclesia clerici superstites. Tunc enim metropolitanus ea non C deminuta servabit, ac ordinando episcopo universa restituet.

Τῆς ἐν Κωνσταντινεπόλει ἐν τῷ Τρέλλῳ τε παλατίε συνόδε κανὼν λε. μὴ ἐξέστω]ινὶ τῶν μητροπολιτῶν, τελευτῶοντος ἐπισκόπου τελοῦντος ὑπὸ τον κατ᾽ αὐτον θρόνον, τὰ αὐτε πράγματα, ἢ τῆς κατ᾽ αὐτὸν ἐκκλησίας, ἀφαιρεῖσθαι ἢ σφετερίζεσθαι· ἀλλ᾽ παραφυλακlὼ ἔστωσαν τε κλήρου τῆς ἐκκλησίας, ἧς ὁ τελευτήσας ἐτύγχανε πρόεδρος, μέχρι τῆς ἑτέρου ἐπισκόπου προβολῆς· ἐκτὸς, εἰ μὴ κληρικοὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὐκ ὑπελείφθησαν. τlωικαῦτα γὰρ ὁ μητροπολίτης ταῦτα φυλάξει ἀμείωτα, τῷ χειροτονηθησομένῳ ἐπισκόπῳ πάντα ἀποδὲς.

Liber Basilicorum LX. titulo XLV. capite I. thematio II. Crimen peculatus intentatur ei, qui surripit e templis, aut sepulcris, aut pecuniis publicis, vel eas in usus suos convertit.

Βιβίον ξ, τίτλος με, κεφάλαιον α, θεμάτιον β, τὸ δὲ πεκουλάτες κινεῖται κατὰ τοῦ ἀφελομένου ἐκ τῶν ιερῶν, ἢ μνημείων, ἢ δημοσίων χρημάτων, ἢ στρέψαντος εἰς ιδίας χρειας.

Item cap. IIII. ejusdem tituli & libri. Crimine peculatus tenetur, & qui sacras, vel ex sepulcro pecunias, vel Deo dicatum quid accipit.

Καὶ κεφ. δ, τε αὐτε τίτλου καὶ βιβλίου. τῷ δὲ πεκουλάτες ὑπόκειται. καὶ ὁ ἱερὰ, ἢ ἐκ μνημείου χρήματα λαμβάνων, ἢ τὸ δωρηθὲν Θεῷ.

REMENSE CONCILIUM

Anno 1157. sub Samsone archiepiscopo celebratum.

I.

De Piphilis. (a)

Ex Mart. Vet. Mon. t. VII. p. 74.

QUoniam impurissima Manichæorum secta tergiversatione lubrica sub specie religionis apud imperitissimos se occultans, simplicium animas perditum ire molitur, & per abjectissimos textores, qui sæpe de loco fugiunt ad locum, nominaque commutarunt, captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis: Nos E gregi dominico, cujus curam suscepimus, ne per illos in præcipitium eat, consulentes, statuimus ut quoniam inter sacrilega nefandaque, quibus non inquinare solum, verum etiam inficere ecclesiam conantur, conjugium quod a Domino institutum sanctumque est, ut quasi puriores mundioresque valeant apparere, impudenter damnant, & tamen in suggillatione mendacissimæ simulationis feminarum (*) n. consanguinearum contubernia affectant & frequentant, ut nisi commoniti a cohabitatione sua illas removerint, ab episcopo excommunicentur. Quod si nec ita destiterint, bona eorum publicentur. Majores vero quibus alii seducuntur, si confessi fuerint vel convicti, carcere perpetuo, nisi gravius aliquid mihi eis fieri debere visum fuerit, recludentur. Sequaces vero itidem confessi vel convicti, his exceptis qui ab eis seducti correptique facile resipiscant, ferro calido frontem & facies signati pellantur. Quique eos postmodum ubicumque locorum repererit, libere

* f. eti

(a) Piphili sive pifli, Gallice *pifres*, dicti sunt Hæretici Albigenses per contumeliam. *Hos nostra Germania Catharos*, inquit Eckbertus Schonaugiensis a Cangio laudatus, *Flandria* Piphles, *Galli* Texerans, *ab usu texendi appellat . . . quia veram fidem Christi, verum cultum Christi, non alibi esse dicunt, nisi in conventiculis suis, quæ habent in cellariis & textrinis &c.* MARTENE

ANNO CHRISTI 1157.

bere capiat. Sic enim & eis non deerit pœnitentiæ locus, & ab eorum imitatione execrabili ceteri revocabuntur. Si quis vero de hac impurissima secta infamis fuerit, & quasi innocens purgare se voluerit, igniti ferri judicio se purgabit. Si reus comprobatus fuerit, ut superius dictum est, calido ferro signatus pellatur: si innocens fuerit, catholicus habeatur.

II.

De invasoribus ecclesiasticarum rerum.

Adversus improborum temeritatem & audaciam, qui personas sive res ecclesiasticas vexare & lacerare neque timent neque erubescunt, sollicite super gregem dominicum vigilantes, decrevimus ut nemo quicquam ecclesiarum bona invadere vel auferre præsumat; sed si quis adversus ecclesiam sive monasterium aliquid se habere juste crediderit, ad episcopum illius diocesis, sive ad metropolitanum querelam deferat, qui evocatis partibus, examinationeque diligenti cura præcognita, finem legitimum imponat. Si vero episcopus vel metropolitanus, quod absit, neglegentior fuerit, apud regiam potestatem querela deponatur, ipsiusque mandato per eos quos oportet, justitiam obtinere qui injuriam se pati quæritur, mereatur; missaque cum eo qui causatur, si regi placuerit, legatione, ut per eam cognoscat quam juste causa sit ventilata sive terminata. Quicumque vero importunus, hoc ordine non servato, etsi justam se dixerit habere rationem, in personas sive res ecclesiasticas irruere vel invadere præsumserit, animadversione canonica feriatur.

III.

De pace.

Clerici, monachi, conversi, peregrini, feminæ, & qui cum eis ad eos pertinentes ambulant, in perpetua pace sint. Greges, armenta, agricolæ, aratra, vinearumque cultores & mercatores semper in pace sint. Ceterum pax illa, quam treugam Dei vocant, a vespera feriæ quartæ usque ad mane feriæ secundæ debet observari. Quorum vero improbitas temerare ista præsumserit, nisi commoniti emendare festinaverint, canonica ultione ferienda (*) sunt. Porro dominus suus, cujus hoc est, conveniatur, ut eum satisfacere vel judicium subire compellat. Quod si noluerit, eadem lex erit illius. Deinde regia sublimitas interpellabitur. Ipsa vero pro suo officio, quo tueri ecclesias debet, ad emendationem cogere poterit improbos. Hac igitur ratione & prædonum manus comprimentur, & ecclesiæ tranquillam & quietam vitam agent in omni pietate & castitate.

IV.

De tornamentis.

Quicumque in hac detestanda diabolicaque malitia, lethali vulnere accepto, mortuus fuerit, sive a monachis sive a fratribus Templi vel Hospitalis, vel quibuscumque, etiamsi monachum vel conversum vel fratrem fecerint, sicut sancti patres decreverunt, christiana careat sepultura. Nemo autem eos euntes vel redeuntes suscipiat hospitio, neque eis, quando capti se rediment, auxilium impendat.

V.

De sacerdotibus.

Quia nonnullarum ecclesiarum vel monasteriorum vel personarum levitas, seu, quod deterius est, cupiditas ecclesiis suis mercenarios consuevit præficere sacerdotes, eosque crebrius commutare, qui ipsi suas operas locant, insuper a quibusdam malivolis ministerium animale vituperatur; quia sacerdotibus oblatis curas committere differunt, quo ab illis aliquid extorqueant, sanctorum patrum vestigia sequentes, præcipimus, ut qui modo per totum archiepiscopatum sine cura sunt sacerdotes, præsentantibus eis ad quos spectat usque ad instantem septuagesimam, ab episcopis, si idonei visi fuerint, ecclesiarum curas suscipiant. Postquam vero vacaverint, intra dierum quadraginta spatium alio substituto, eumdem episcopo offerant, moxque ille, nisi rationabilem causam ei objicere poterit, curam illi committat: sin autem hi quorum interest, juxta prædictum tempus sacerdotem episcopo præsentare neglexerint, per episcopum idoneus statuatur: sic enim & populus, quod ei expedit, stabilem habebit sacerdotem, & quid adversus episcopos oblatret malivolus non habebit. Sacerdotes quoque honestis & clausis vestibus utantur.

ANNO CHRISTI 1157.

VI.

De regularibus qui tenent parrochias.

Statuimus quoque, ut si quando arbitrati fuerint abbates ecclesiis suis aliquem de canonicis, qui eis subsunt, ministraturum, non aliter id fiat, nisi episcopo eum præsentaverint; & si episcopus eum suscipere voluerit liberum & emancipatum, abbas illum episcopo tradat, sicque cura accepta, ulterius sine licentia episcopi eum removere a ministerio, atque revocare ad claustrum potestatem abba non habeat.

VII.

De sanctimonialibus.

Quasdam sanctimonialium longioribus atque pretiosioribus vestibus quam expediat, monasteriis esse novimus onerosas, aliarumque, quæ tales habere non possunt, adversum se invidiam excitare. Porro quod longe deterius multoque periculosius existit, singulas vel binas vel tertio (*) in villis aut in agris novimus mansitare, & ex eo pessimæ opinionis rumorem sæpius excitari. Statuimus ergo ut, secundum professionis suæ normam, simplicibus agninisque pellibus sint contentæ, omnesque ad claustrum ab habitaculis indecentibus revocentur, ut intra claustra monasterii, ubi vix tutæ sunt, earum corpora & corda inviolata Domino conserventur. Solent quoque, quod valde reprehensibile patet, cum prædicatoribus circumire, & in comitatu juvenum clericorum sive laicorum per diverticula viarum ambulare, & ad idem hospitium quasi itineris necessitate divertere: quod quam mali exempli sit, neminem potest latere. Placet ergo, ut si quando monasteria earum vastata fuerint vel accensa, aliudve acciderit eis supra vires, supra quod videatur eleemosyna imploranda, id per clericos vel conversos fiat. Ipsæ autem domi sedeant, memores beatam Virginem solam repertam, quando est ab angelo salutata. Recordantes quoque Dinam filiam patriarchæ, patriarcharum sororem, dum exit videre filias regionis alienæ, vim passam.

* ternas

SYNODUS INCERTI LOCI IN PROVINCIA MAGDEBURGENSI

In causa litis inter episcopum Osnaburgensem & abbatem Corbejensem,

Anno 1157. *habita.*

Quanquam synodi hujus acta perierunt, superest tamen synodica archiepiscopi Magdeburgensis ad Adrianum IV. pontificem, quem de rebus omnibus in eadem synodo actis facit certiorem. Supersunt etiam literæ tres, videlicet Episcopi Mindensis, Monasteriensis, Hildesheimensis, quæ in eadem synodo productæ sunt. Has vero omnes suppeditat codex epistolaris VVibaldi abbatis Corbejensis & Stabulensis apud Martene Vet. Mon. to. II. pag. 584. *ex quo omnes hic recito.*

EPISTOLA SYNODICA

VVicmanni archiepiscopi Magdeburgensis ad Adrianum papam.

An. 1157. *Adriano Dei gratia sanctæ Romanæ ecclesiæ summo & digne reverendo pontifici, VVicmannus Magdeburgensis provisor humilis, tam voluntariam quam debitam obedientiam, cum orationibus ac fideli servitio.*

Super querimonia, quam dominus Wibaldus Corbejensis venerabilis abbas adversus dominum Philippum episcopum Osenbrugensis ecclesiæ habet, pro quibusdam decimis ecclesiæ Corbejensi ab Osenbrugensibus injuste, sicut asserit dominus abbas, ablatis, injunxit nobis paternitas vestra, quatinus utramque partem in præsentiam nostram evocaremus, & utriusque partis auditis allegationibus, causis etiam hinc & inde diligenter discussis, finem debitum tantæ controversiæ imponeremus. Cujus rei gratia literis ad utrosque directis locum & diem certum eis præfinivimus, nec non ad cooperandum nobis in discussionem tanti negotii suffraganeos ecclesiæ nostræ episcopos eodem ascivimus. Venit dies, venimus & nos cum fratribus & coepiscopis nostris ad locum præfinitum; dominus etiam abbas cum ecclesia sua Corbejensi præsentiam suam nobis obedienter exhibuit; solus ex omnibus, qui vocati fuerant, dominus Osenbrugensis non affuit, duos tamen ex canonicis ecclesiæ suæ Thid. & Theth. nuntios pro se misit. Ventum est ad causam, lecta est ibi seriatim Corbejensium querimonia, non de novo, non de nihilo, sicut dabatur intelligi, exorta; sed coram dominis ac patribus nostris Romanis pontificibus ex antiquo ventilata. Cujus serie audita, assurrexerunt prædicti nuntii asserentes dominum episcopum suum pro reverentia & mandato vestro iter quidem post nos arripuisse, non modicum viæ spatium de domo sua processisse; sed in ipso, quo veniebat, itinere tanta corporis invalitudine prægravatum, ut ne ultra posset procedere, eaque necessita-

tate ipsum eo, unde venerat, non sine labore gravi fuisse reversum. Addideruntque eum reddita sibi sanitate libenter ad nos alio loco, alio tempore venturum. Quorum assertionibus, ut pronior adhiberetur fides, literas dominorum episcoporum Hildenesheimensis & Mindensis, qui eundem episcopum in domo quisque sua collegerat, præ manibus habebant, quarum eadem fuerit continentia, quam nuntiorum sonuerant verba. Quibus cum necdum ad plenum crederetur, dixerunt se velle juramento monstrare, dominum suum non venisse, non ideo quia venire non voluit, sed quia venire non potuit. Dominus abbas e contra: non leviter, inquit, hoc juramentum præstabit nobis fidem tantæ imbecillitatis in domino Osenbrugensi, quia qui potuit in sua redire, nisi voluntas defuisset, potuit & prodire. Addidit quoque dominos episcopos, quorum literæ ibi lectæ fuerant, de re non satis certa minus caute testificatos esse. Cumque in hunc modum hinc & inde disceptarent, ante expectatum appellavit in hæc verba.

Ego Wibaldus, Dei gratia Corbejensis abbas, appello dominum papam Adrianum, & provoco ad præsentiam ejus dominum Philippum Osenbrugensem episcopum, responsurum domino papæ & nobis in octava Sancti Martini episcopi, de decimationibus baptismalium ecclesiarum in *Nortl*, *VVrederen*, *Meppie*, *Aschentorp*, *Loninge*, *Visbike*, cum suis antiquis terminis, quas decimationes Corbejensi ecclesiæ injuste aufert. Etiam Thid. provoco præpositum & magistrum Thethdum, qui ad gravamen causæ nostræ de re incerta jurare volunt, præscripta die in præsentia domini papæ responsuros.

Audita appellatione, nihil ultra in causa procedere præsumsimus; sed vestro, pater venerande, judicio examinandum relinquimus.

EPISTOLA VVERNERI

Episcopi Mindensis ad Archiepiscopum Magdeburgensem.

Reverendo domino sanctæ Magetheburgensis ecclesiæ archiepiscopo VV. per misericordiam Dei id quod est in ecclesia Mindensi, assiduas orationes in Domino, cum fideli devotionis obsequio.

Apostolicæ sedi omnem reverentiam & vestræ paternitati omne devotionis obsequium exhibere cupientes, divinæ miserationi gratias referimus, quod dominus papa adeo vestram probavit experientiam, ut alta & sublimia ecclesiarum negotia ad vestræ discretionis transmitteret diligentiam. Venerabilis siquidem frater noster Philippus Osenbruggensis episcopus vestram ex mandato domini papæ aditurus præsentiam, in Mindensi loco apud nos receptus est hospitio; sed in ipso processu itineris magna nimis eum ægritudo occupavit: prius quidem ob magnitudinem infirmitatis suæ multas passiones sustinuit; sed ex labore itineris eadem ipsius infirmitas usque ad defectum corporis ejus excrevit. Eodem itaque venerabili fratre nostro ad Hildenesheimensem civitatem descendente, & nobis vias ejus comitantibus, & usque ad conspectum vestrum ipsum perducere volentibus, tanta nobis ipsius ægritudo innotuit, quod nullatenus procedere potuisset, quem tam immoderata infirmitas ante & in via apprehendisset. Vestram itaque nobis hactenus in omnibus bonis expertam benevolentiam cum omni diligentia deposcimus, quatenus ob hanc necessitatem prænominati domini Philippi episcopi absentiam, intuitu nostræ devotionis & servitii, misericorditer sufferatis, atque personas honorabiles præsentium præsentatores, legationem ipsius ad vestram prudentiam deferentes, misericorditer remittatis, & dilectum dominum Corbejensem, ut ab hoc verbo desistat, paterne commoneatis.

EPISTOLA FRIDERICI MONASTERIENSIS EPISCOPI AD WICMANNUM ARCHIEPISCOPUM.

Domino Wicmanno archiepiscopo reverendo, Fridericus Monasteriensium humilis minister, intimum servitii & orationis affectum.

Pertulit ad nos dominus Osenburgensis episcopus gravaminis sui causam, & condoluimus; tum quia infirmus est, & laborare non potest; tum quia Corbejensis abbas injuriam videtur inferre. Eapropter excellentiam vestram commonitam esse cupimus & rogamus obnixius, quatenus eum, tamquam seniorem & coepiscopum manuteneatis, & nullam omnino ei injuriam fieri sinatis. Perspicuum est enim, ut, si forte, quod absit, unus opprimatur, ad plures tam episcopos quam archiepiscopos tantum inconveniens derivetur. Valete.

EPISTOLA BERNARDI HILDESHEIMENSIS EPISCOPI

Ad VVicmannum archiepiscopum Magdeburgensem.

Reverendo domino Wicmanno, sanctæ Magetheburgensis ecclesiæ archiepiscopo, B. (a) Dei gratia Hildenesheimensis humilis minister, devotas orationes in Domino & servitium.

Venerabilis frater noster Philippus Osenbrüggensis episcopus vestram ex mandato Domini papæ ad negotium domini Corbejensis abbatis aditurus præsentiam, in ipso processu itineris magna nimis occupatus est ægritudine: prius quidem ob magnitudinem infirmitatis suæ multas & graves passiones sustinuit; verum ex labore inchoati itineris eadem ipsius infirmitas vehementer augmentata fuit. Eodem itaque præfato venerabili fratre nostro jam dicto itinere ad nos in civitatem nostram descendente, tanta nobis ipsius ægritudo innotuit, quod nullatenus processisse potuisset, nisi vitæ suæ conservationem omnimodis postponere vellet. Vestram itaque nobis hactenus exhibitam benevolentiam cum omni diligentia deposcimus, quatinus ob hanc necessitatem prænominati domini Philippi absentiam intuitu nostræ petitionis & servitii patienter sufferatis, atque personas honorabiles præsentium præsentato-

(a) Bruno

to-

ANNO CHRISTI 1157. 1158.

tores legationem ejus ad vestram prudentiam deferentes misericorditer & in dilectione remittatis. Ipse etenim divina gratia ab imminenti periculo ereptus, ubi sibi vestra sublimitas significaverit, pro prænotato negotio absque tergiversatione se vestro conspectui præsentabit. Gratia Dei vobiscum.

NORTHAMPTONIENSE IN ANGLIA CONCILIUM

Pro cogendo abbate S. Augustini Cantuariæ ad obsequium

A Theobaldo Cantuariensi circa annum 1157. celebratum.

An. 1157. Ex Wilkins Conc. Brit. t. 1. p. 427.

SUb initium regni regis Henrici II. Theobaldus synodum Northamptoniæ coegit, in qua Sylvestrum, abbatem S. Augustini Cant. ad obedientiam compulit. Gervasius ita: *Egerat hic Sylvester favore R. Stephani & fratris sui Henrici VVintoniensis episcopi, ut præciperet Eugenius papa prædictum abbatem in ecclesia sua sine professione benedici, eo quod fecisset eam Romæ tributariam. Theobaldus temporis intervallo, regnante glorioso R. Henrico de mandato Adriani P. apud Northamptoniam in præsentia regis & episcoporum Angliæ compulit eum ad subjectionem, ut ibidem debitam faceret professionem.*

OTTONIS FRISINGENSIS CONSTITUTIONUM

Pro canonicis suis confirmatio ab A. S. LL. asserta

Anno 1158.

An. 1158. Ex Lunig. Spicil p. 233. in Frisingens.

IN nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Otto, Dei gratia, Frisingensis ecclesiæ (episcopus) in Christo fratribus, Alberto preposito & universis sanctæ Dei genitricis Mariæ ejusdem ecclesiæ canonicis eorumque successoribus canonice substitutis in perpetuum. Divina nos adhortante commonitione omnibus hominibus affectum debemus charitatis, effectum vero specialius his qui filii domestici sunt, aut quibus ad arctiorem curam per episcopalem sollicitudinem deputati sumus. Ea propter, reverendi fratres, nostræ saluti vestrisque utilitatibus pro debito nostro jugiter invigilantes, temporalium vobis, quantum valemus, necessitudinum curas minuere curamus, ut spiritualibus disciplinis, & honestioribus studiis diligentius operam intendatis. Consultis igitur venerabilibus dominis Henrico & Hyacinto, Romanæ ecclesiæ cardinalibus & legatis, qui hoc tempore in regno Teutonico legatione fungebantur, & eorum adhibita auctoritate antiquas & rationabiles ecclesiæ vestræ consuetudines, quæ, ut dicitur, legem imitantur, volumus a fraternitate vestra (servari) videlicet modum psallendi in choro, reverentiam in capitulo, dormiendi in dormitorio omnibus, exceptis infirmis & his personis quæ speciali jure exemptionem defendere possunt, contemptores regulari disciplinæ subjaceant. Pueros & adolescentes, qui pro ætatis lubrico statu ad malum lasciviamque proni sunt, scholasticæ disciplinæ subesse volumus, donec ad ordinem subdiaconatus congruo tempore promoveantur, nec occasionem foras eos evagari ante hoc tempus concedimus. Sane de stipendiis, quæ ad communem præbendam pertinent, sive in mancipiis, sive in aliis redditibus illud statuimus, ut ubicumque ad singulares cujuspiam usus concessa sunt, si vacare inceperint, nemini beneficientur, sed ad communem fratrum utilitatem deputentur, nec forte ad tria vel quatuor mancipia quotidianis usibus necessaria; pro bono tamen pacis ea, quæ in præsentiarum ab aliquo illorum de his canonice confessi sunt, suis possessoribus quiete habere concedimus: de his autem prædiis, quæ ad oblationem pertinent, vel in futurum largitione cujuspiam ecclesiasticæ sæcularisve personæ pertinebant, decernimus, ut hi qui ea juste tenent, teneant, & quæ ex his vacare ceperint, passim, non quibuslibet beneficientur, sed his qui a subdiaconatu, & sic idonei & probatæ fidei fuerint; & qui dimidium possessionis ejusdem beneficii pro servitio primitus instituto singulis annis fratribus in memoriam defunctorum ex inde persolvere voluerint. Salva eorum justitia, qui cognitionis ordine sibi in aliquo prædio poterit defendere ex delegato jurisdictionem. Sancimus etiam atque præsentis scripti pagina confirmamus vobis universa bona, quæ hactenus venerabilium & catholicorum antecessorum nostrorum vobis donatione concessa sunt, vel legaliter commutatione provenerunt, in decimis, areis, cultis arvis & incultis, quæ vel vos, vel quilibet successorum usibus possedistis, vel in posterum canonicæ acquisituri estis, ea vobis diminuere vel in eis aliquo modo vos infestare præsumat, sed omnia rata integra, illibataque permaneant vestris, ac vestrorum successorum idoneis usibus jugiter profutura. Præterea quæ vobis nos liberalitate concessimus, videlicet dotem ecclesiæ, quæ est in prædio decani Adalberti apud Eberbach, & beneficium Gebhardi presbyteri, quod decima una apud Tanne, & beneficium Agonis diaconi apud Hasilbach cum mancipiis, & beneficium Albuonis prepositi Mosburgensis, quod est decima apud Aspach, & beneficium unum ad Mittenvvalde, & Eich, & ecclesiam Zollingen & aliis, sicut eas in præ-

Præsentiarum habet dilectus frater noster Albertus, præpositus majoris ecclesiæ, ecclesiam apud Haga cum suis ecclesiis, omnibusque earum pertinentiis, dotibus, & decimis, ceterisque utilitatibus vobis contradimus, statuentes, ut ad usum præbendæ vestræ, quam novam oblationem vocatis, cedant, & omnia vobis quieta & inconvulsa permaneant. Sane & quæ in præsenti ad eandem collationem collata sunt, & in futurum cujuscunque liberalitate conferentur, cuiquam beneficiari omnino prohibemus, & præpositorum ab iisdem possessionibus dominium & ordinationem renovari volumus. Sed sicut in fratrum dispositione per officialem canonicum, quem ipsi statuerint, fideliter administranda ad hoc fraternitati vestræ honesto modo omnibus providentes, areas nostras in monte hoc, quæ vel hodierna die in possessione vestra sunt, vel ab his adhuc laicis vel nobilibus seu ministerialibus, quibus in feodum per vestrum studium bona illorum voluntate redimentur, vobis contradimus; ita videlicet, ut quicunque vestrum domum suam canonico suo vel dederit, vel in testamento dimiserit, idem sine contradictione alicujus possideat & aream, excepta ad portam occidentalem turri, videlicet eam, quam habent filii Ottonis Palatini comitis, & quæ est comitis Gerhardi de Chrelingen, & quæ est Rudolphi de Parsperch, & ad portam orientalem, ea quam habet Burchardus advocatus Mosburgensis, quasi ob tuitionem civitatis de jure laicorum exui volumus. Solis autem canonicis inter se & non ad ceteros clericos, sive laicos, præfatam donationem facere concedimus. Quod si quis canonicorum intestatus abierit, in potestate præpositi & fratrum sit concedere domum & aream ejus, cui fratrum illius placuerit. Si qua ergo persona hanc nostram traditionem hujusque nostri scripti paginam sciens temerare vel infringere præsumpserit, nisi commonita resipuerit, ream se coram divina majestate cognoscat. Conservantes autem, in præsenti pacem & in futuro fructum sempiternæ retributionis inveniant. Signum domini Ottonis Frisingens. episcopi. Data per manum Rhannini notarii. Actum dominicæ incarnationis anno MCLVIII. ind. VI. anno autem domini Ottonis Frisingens. ecclesiæ episcopi XIX. regnante serenissimo imperatore Friderico, anno regni ejus VII. imperii vero IV. in Christo feliciter Amen.

ALEXANDER PAPA III.

Sedit ab anno 1159. usque ad annum 1181.

EPISTOLARUM ALEXANDRI PAPÆ III.

APPENDIX.

ADMONITIO COLLECTORIS

Epistol. Alex. III. collectionem amplissimam tribus auctam app. dedit Lab. quibus per Labbei editorem Venetum alterius appendicis accessio facta est. Tam longe tamen abest ut omnium pontificis illius epistolarum codex integer suppetat eruditis, ut literarum ejusdem Pontificis portio major in varia adhuc dispersa volumina dissipetur. PP. Martene & Durand in altero Veterum Monumentorum volumine plenum registrum epistolarum Pontif. hujus pro Remensi provincia exhibuerunt, in quo literæ quingentæ circiter continentur; quibus eas adjungas quas viri illi doctissimi in primo Anecdotorum volumine, easque item quas in primo Monumentorum vulgarunt. P. Christianus Lupo in collectione epistolarum in causa S. Thomæ Cantuariensis nonnullas Alexandri III. literas affert, frustra in Labbeo quærendas. Adde quas offert Wilkins in conciliis Magnæ Britanniæ, quas Ughellius, quas Ludewig in Reliquiis, Lunigius in Spicilegio, quas Pezius in codice diplomatico, Hansizius in Germania sacra, Guicheonius in sua bibliotheca, ex quibus omnibus aliisque si quis in unum corpus pontificis hujus epistolas colligendas susceperit, is profecto volumen nec sane modicum impleturus esset. Tanta rerum copia me deterruit ne id modo susciperem, quod forte eruditis non displiceret, consilium, totam huc illucque dispersam messem in unum velut horreum congregandi. Id me longius a præsenti scopo abstraheret, quare eam utilem cogitationem in aliud tempus & locum remitto. Erit fortasse, vita comite, quando id aggrediar. Nunc eas tantum epistolas selectas dabo, quæ ad rem præsentem spectant propius; epistolas nempe canonicas & dogmaticas, quibus geminas adjungam e M. S. codice Lucensi depromptas.

HENRICO ARCHIEPISCOPO REMENSI

Pro quodam milite, qui peccatis exigentibus in torneamento decessit.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Henrico, salutem & apostolicam benedictionem. Ex Mart. Vet. Mon. t. II. p. 674.

Literas tuas debita benignitate suscepimus, in quibus pro quodam milite, qui peccatis exigentibus in torneamento decessit, ut sepulturam ei ecclesiasticam indulgeremus, te precibus venerabilis fratris nostri Cantuariensis archiepiscopi motum, nos attente rogasse cognovimus. Verum licet in omnibus, quantumcumque cum Deo possumus, tam tibi, quam ei velimus deferre, & petitiones vestras libentius exaudire: quia tamen a regibus, principibus, & baronibus terræ propter eamdem causam sæpius affectuose rogati, nullum hujusmodi precibus assensum præbuimus, ne prava illa consuetudo ex hoc incrementum posset suscipere, ne grave tibi sit vel molestum,

quod

ANNO CHRISTI 1159.

quod preces tuas in hoc prætermisimus inexauditas. Data Bituricis decimo Kalendas Septembris.

EIDEM

De quodam subdiacono Laudunensi, qui uxorem duxerat, & de lite Laudunensis episcopi adversus capellanos Lauduni.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Henrico Remensi archiepiscopo, salutem & apostolicam benedictionem.

Ib. p. 737. Suggestum est nobis quod R. Belm. Laudunensis ecclesiæ canonicus, cum sit in subdiaconatus ordine constitutus, quamdam sibi conatus est matrimonio copulare, & eidem, sicut vir uxori publice cohabitare præsumit. Unde quoniam antiquis sanctorum patrum sanctionibus & in concilio quod in (a) Lateranensi ecclesia ultimo fuerat celebratum, cautum habebatur, quod hujusmodi matrimonia minime contrahantur, & si contracta fuerint, penitus irritentur; venerabili fratri nostro G. (b) Laudunensi episcopo dedimus in mandatis, quatinus, si res ita se habet, memoratum R. & eam, quam sibi nisus est matriminio copulare, non differat omnimodis separare, nec eos ulterius cohabitare aliqua ratione permittat. Quod si sibi in his acquiescere noluerint, ipsos vinculo excommunicationis astringat. De cetero ad aures nostras, quod gravius esse dinoscitur, noveris pervenisse, quod idem episcopus capellanos Laudunenses coegerit, nostris & prædecessoris sui scriptis autenticis quæ habebant omnimodis abrenuntiare, & eos in manu sua libere resignare, nec non & juramento firmare, quod nunquam super his de cetero querelam moverent. Unde quoniam hoc in nostrum prorsus contemptum, & ecclesiæ Romanæ injuriam noscitur penitus redundare, eidem per scripta nostra præcipiendo mandavimus, & in virtute obedientiæ injunximus, quatinus memorata scripta, si ea recepit, capellanis supradictis omni occasione & excusatione cessante restituat, eosdem a juramento absolvat, & de tanto satisfacturus excessu, omni occasione & excusatione cessante, per se ipsum vel per sufficientem responsalem apostolico se conspectui repræsentet. Et ideo per apostolica scripta tuæ discretioni mandamus, quantinus, si hæc quæ prædicta sunt effectui mancipare noluerit, tu eum ad hæc exequenda districte compellas; et si hæc ita esse inveneris, ipsum occasione, excusatione, & appellatione remota, ab officio pontificali suspendas, & facias ab omnibus pro suspenso teneri, donec præscriptis capellanis scripta sua restituat, & de tam gravi satisfacturus excessu per se vel per dignum & sufficientem responsalem ad apostolicam sedem accedat. Ad hæc prænominatos capellanos a juramento absolvas, & præfatum R. ab ea quam sibi nisus est matrimonio copulare disjungas. Præterea tibi injungimus, ut si idem episcopus vel alii, latori præsentium, quoniam ad nos accessit, indignationem aut aliquod detrimentum propter hoc infligere voluerint, tu ipsum quantum in te est, protegas, manu teneas & defendas, & nullam sibi injuriam vel gravamen inferri permittas. Data Lateranis II. Kal. Junii.

(a) Sub Innoc. II. can. VI.

(b) Galtero II.

EIDEM.

Ut compellat S. Ursmari, & Antonienses canonicos dimittere omnes fornicarias. Eos vero qui infra ordinem subdiaconatus sunt & habent conjuges, adhærere conjugibus. Illos autem qui in eo sunt & supra, adhærere ecclesiis & dimittere uxores.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Henrico Remensium archiepiscopo, salutem & apostolicam benedictionem. Ib. p. 7[...]

Pervenit ad nos quod S. Ursmari & Antonienses canonici, qui prælationi Lobiensis ecclesiæ subesse noscuntur, enormiter & dissolute viventes, fornicarias in propriis domiciliis tenere præsumunt, & quidam eorum, sicut audivimus, matrimonia contraxerunt. Unde quoniam hoc SS. Patrum institutionibus noscitur omnimodis obviare, ut hi qui aliis exemplum boni præbere deberent, male vivendo pravis operibus ad illicita provocent; discretioni tuæ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus universos, qui fornicarias tenere noscuntur, aut beneficiis ecclesiasticis cedere, aut eas prorsus dimittere districtius compellas. Eos vero qui infra ordines subdiaconatus existunt & conjuges habent, uxoribus adhærere, & ecclesiasticis beneficiis penitus carere facias. Si autem ad subdiaconatum vel majorem ordinem sunt promoti; & aliquam sibi contubernio ausi sunt copulare, tu ipsos ab hujusmodi copula prorsus discedere, & in ecclesiis suis omnipotenti Domino fideliter deservire, omni cum districtione cogas. De cetero Lambertum clericum S. Ursmari canonicum, qui dilectum filium nostrum I. Lobiensis ecclesiæ abbatem injuste fatigans ad nostram appellavit audientiam.....

O. ABBATI URSICAMPI,
ET F. DECANO REMENSI.

Pro Alermo Belvacensi, ne separent eum ab uxore, nisi frater ejus B. a sua separetur conjuge.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis (c) O. Abbati Ursicampi, & F. decano Remensi, salutem & apostolicam benedictionem. Ib. p. 8[...]

(c) Odo

Ad audientiam nostram noveritis esse perlatum, quod quidam, B. nomine, in civitate Belvacensi legitimum dicitur matrimonium contraxisse, & circa decennium cum uxore sua in omni tranquillitate mansisse. Cum autem Alermus, prænominati B. frater, uxoris fratris sui consobrinam sibi matrimonio copulasset, quidam, sicut nobis proponitur, adolescentes, ad quos hæreditas spo-

ſpoſæ illius proximo loco ſpectare videtur, patribus & majoribus ſuis reticentibus, junioris fratris Alermi matrimonium impedire nituntur, de matrimonio tamen fratris primogeniti, quod per omnia junioris matrimonio ſimillimum eſt, modis omnibus reticentes. Quia vero ſuboriri videtur ſatis manifeſta ſuſpicio, quod adoleſcentes, reticentibus majoribus, junioris fratris tantummodo matrimonium impetant, & diſſociare nitantur; præſertim cum ſi charitatis zelo ducerentur, diſſolutioni matrimonii fratris primogeniti, ſi, prout dicitur, ſimili modo innixum eſt, primo debuiſſent inniti, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus rei veritatem diligentius inveſtigetis, & niſi aliæ tales perſonæ apparuerint, quæ ipſum matrimonium velint & legitime poſſint impetere, prædictos adoleſcentes, cum non amore juſtitiæ, ſed ardore potius avaritiæ & odii livore, reticentibus majoribus, videantur movere quæſtionem, ad accuſationem ejuſdem matrimonii nullatenus recipiatis; ſed matrimonium ipſum in ſuo ſtatu faciatis manere, niſi forte communis fama loci habeat, quod inter

A eos aliqua ſit parentela. Ceterum ſi aliæ graves perſonæ & maturæ apparuerint, quibus fides ſit adhibenda, vos cauſam audiatis, & eam, remoto appellationis obſtaculo, ſine canonico terminetis, eaſdem perſonas monentes propenſius & hortantes, ut ſicut ratio videtur exigere, primum fratris primogeniti, deinde junioris matrimonium impetant & accuſent. Verum ſi communis fama loci non habeat quod aliqua inter eos parentela exiſtat, nec aliæ perſonæ, quales diximus, apparuerint, quæ idem matrimonium legitime impetere velint vel poſſint, Alermum & uxorem ejus ſine quæſtione aliqua inſimul manere noſtra auctoritate faciatis. Præterea, ſi tanta ſunt uxores fra- B trum & ipſi fratres inter ſe conſanguinitate conjuncti, quod nihil penitus ſit in uno matrimonio, quod non ſit in altero, nullos audiatis, niſi utrumque matrimonium voluerint impetere, cum hoc non amore juſtitiæ, ſed odio, non bono zelo facere videntur: quoniam tolerabilius eſt eſſe conjunctos contra hominum ſtatuta, quam quod Deus conjunxit ſeparare. Data Beneventi III. Kalendas Junii.

NOTA COLLECTORIS IN HANC EPISTOLAM.

ID eſt, in re adeo ambigua cum alterutrum veniat in diſcrimen ſive quod cognati inter ſe copulentur, ſive quod initum jam conjugium diſſolvatur; præſtat illud potius permittatur quod a lege tantummodo canonica vetitum eſt; quam hoc poſtremum, quod Deus ipſe, ne fieret, prohibuit. MANSI.

PHILIPPO ABBATI PRÆMONSTRATENSI, &c.

Pro pace Præmonſtratenſis eccleſiæ.

ALexander epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Philippo Præmonſtratenſi, & ceteris abbatibus Præmonſtratum in Dei nomine congregatis.

p. 816. Pervenit ad nos quod occaſione quorundam, quæ inter vos noviter ſtatuiſtis, non paucorum converſorum veſtrorum animi ſunt turbati, uſque adeo, ut plures eorum facilius convertantur ad ſæculum, quam ad recipienda ſtatuta illa valeant inclinari. Unde quoniam penſandum eſt majoribus & cavendum, ne gregem dominicum auctoritate diſpergant, quem lenitate convenit & charitate ſervare; univerſitati veſtræ conſulimus & monemus, quatenus turbationem ordinis, quanto poteſtis ſtudio, evitantes, univerſas novitates, de quibus inter vos aliqua ſciſſura poſſit emergere, in tempus aliud differatis. Continete vos intra terminos patrum veſtrorum, & videte ne dum vos ad nova & dubia deſideratis extendere, quæ certa tenetis & ſenſiſtis utilia, cum plurimo diſpendio amittatis. Non negamus & vobis & omnibus, qui divinæ ſe ſubjiciunt ſervituti, ad majora ſemper eſſe nitendum, & eos cum B. Apoſtolo poſteriorum oblitos in anteriora ſe debere indeſinenter extendere. Sed & omnia tempus habent. Eſt tempus mittendi lapides & tempus colligendi. Eſt tempus ſeminandi & tempus metendi. Et de facili autem omnis labor amittitur, ſi non temporis opportunitas obſervatur. Sane quantum in religioſis conventibus malum

C diſcordiæ ſit vitandum, malumus vos alieno exemplo quam experimento proprio edoceri. Videtis enim quia ſicut parvæ res crevere concordia, ita maximæ per diſcordiam ſunt dilapſæ. Melius eſt autem venturis malis ante tempus occurrere, quam poſtquam venerint pro quærendis remediis laborare, Salomone dicente: *Sapiens videns malum declinat, parvuli tranſeuntes ſuſtinuere diſpendia.* Vitate igitur ex noſtro conſilio uſque ad pacem eccleſiæ, donec plenius coabbates veſtri ex omni parte conveniant, omnes, quæ ſciſſuram poſſent facere, novitates, & parvulos veſtros, quos tamquam gallina pullos ſuos ſub alis charitatis cuſto- D dire ac fovere debetis, paterna pietate ſervate. Cum autem pacem eccleſiæ ſuæ reddiderit, & plenius undique abbates veſtri convenerint, utilius & firmius tunc poteritis quod ſalubre fuerit ſtabilire. Nam ſi quid roboris conſtitutionibus veſtris ex vobis forte defuerit, ex apoſtolicæ ſedis auctoritate poterit miniſtrari. Interim vero tenete quod cœpiſtis, & ita veteribus ac firmatis ab apoſtolica ſede ſtatutis inſiſtite, ut ſub majoris auſteritatis obtentu pax ordinis non poſſit amplius perturbari.

HENRICO REMENSI ARCHIEPISCOPO ET G. TORNACENSI EPISCOPO.

E *Ut pravam conſuetudinem tollant in Parrochia Dudaſſelenſi.*

ALexander epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Henrico Remenſi archiepiſcopo, & (*a*) G. Tornacenſi epiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ib. p. 894.

(a) Galtero

ANNO CHRISTI 1159.

Relatum est auribus nostris ex transmissa conquestione parrochianorum Dudassellensis ecclesiæ, quod cum alicui eorum a circatoribus decimarum objectum fuerit, quod integras decimas non exsolverit, & post tertiam Dominicam non exhibuerit, quod de decimis dicitur esse subtractum; tandem proxime sequenti feria post tertiam dominicam eum oportebit juramento firmare, quod integre decimas persolvisset, nisi forte supplere voluerit quod de decimis dicitur subtraxisse. Si vero in præstando sacramento manu, vultu, vel oculis, seu aliqua parte trepidavit, ita quod trepidatio possit notari; vel si unus vel plures digiti manus defuerint, qui non sint positi super reliquias sine trepidatione qualibet, cogitur de prava & iniqua consuetudine duos solidos & decimam in duplum solvere, quam dicitur subtraxisse. Quæ utique consuetudo prava est penitus & detestabilis, & tam divino quam humano juri contraria, nec nisi de superabundantis cupiditatis radice noscitur processisse, cum magis sint commendandi, qui cum tremore, quam illi qui ad sacras reliquias irreverenter, ut non dicamus impudenter, accedunt. Quoniam igitur pravæ consuetudines sunt penitus extirpandæ, nec debent locum inter clericos vel laicos invenire, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatinus, si res ita se habet, tam horrendam & detestabilem consuetudinem auctoritate nostra & vestra evellatis & penitus extirpetis, & ex eo quod præstando juramento trepidaverunt, qui juramentum facere compelluntur, aut quod totam manum super reliquias non posuerunt, ipsos non sustineatis de cetero aliqua pœna multari. Si qui vero fuerint, qui propter hoc pœnam aliquam irrogaverint, ipsos a tanta præsumtione, sublato appellationis remedio, censura ecclesiastica compescatis; prohibentes attentius decimas a laicis exigi, vel eas ipsis exsolvi, aut eis de subtractione decimarum excusationem vel juramentum quodlibet exhiberi. Data Tusculi III. nonas Martii.

EIDEM

Respondet ad diversa, de quibus eum consuluerat.

ALexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri nostro Henrico Remensi archiepiscopo, salutem & apostolicam benedictionem.

Ib. p. 911.

Cum sacrosancta Romana ecclesia caput & magistra omnium ecclesiarum sit, disponente Deo, constituta, & ad eam consultationes & quæstiones de diversis mundi partibus merito referantur, quod eam super variis juris quæstionibus consulueris, gratulamur, & prudentiam tuam non immerito commendamus. Inde est quod fraternitati tuæ scriptis præsentibus dignum duximus respondere. Si frustratoriæ dilationis causa vel etiam necessario ante sententiam vel postea fuerat appellatum; hujusmodi appellantibus annus indulgeri solet; aut si urgens & evidens necessitas comparuerit, indulgetur biennium, nisi forte judex a quo appellatum fuerit, secundum locorum & provinciarum distantiam & quantitatem temporis, precisius tempus fuerit moderatus, intra quod si is qui appellavit, causam appellationis non fuerit prosecutus, tenebit sententia. Si post sententiam appellaverit, & a causa sua excidisse videtur, nec amplius super eodem negotio audietur appellans; si vero absque omni gravamine & ante litis ingressum fuerit appellatum, hujusmodi audietur appellans, quoniam sacri canones passim appellare permittunt. Si tamen ante sententiam appellavit, cogetur illius stare judicio, a quo noscitur appellasse; si autem in agro vel alias ante causæ ingressum fuerit appellatum, non solent dici hujusmodi appellationes, sed in jus vocationes. Præterea si raptor sit, vel alias violentus detentor alienæ rei, qui appellat, hujusmodi appellatio facta in judicio apud ecclesiasticas personas solet audiri, nisi forte manifestus raptor, vel fornicator existat, sicut ille quem absentem & non requisitum Apostolus excommunicavit. Ad hæc si in una causa aliquis appellaverit, & pendente appellatione aliquod crimen committat, vel prius commisisse dicatur, vel modo etiam accusetur, vel conveniatur de alia re, de qua non sit appellatum, nec illa contingat judicem a quo in alio quoque negotio appellavit, potest, si voluerit tamquam suspectum vitare. Alioquin debebit stare judicio ipsius a quo appellatum est, maxime si judex suus ordinarius existit. Item, si duobus coram judice litigantibus, alter ad nostram, alter ad sui judicis audientiam super eodem negotio appellaverit, & ille qui ad suum judicem appellavit, ad diem appellationis veniens ad eum se appellasse proponat, eo tacito quod adversarius ad audientiam Romani pontificis appellasset; si legitimo citatus neque venerit, nec aliquem miserit responsalem, aut etiam alias parere contemnit, & in eum excommunicationis sententiam tulerit, tenebit utique excommunicationis sententia pro contumacia, nisi cognovit judex eum ad audientiam Romani pontificis appellasse. Denique quod in fine quæstionum tuarum quæris, si a civili judice ante judicium vel post ad nostram audientiam fuerit appellatum, an hujusmodi appellatio teneat: tenet quidem in his, qui nostræ sunt temporali jurisdictioni subjecti; in aliis vero si de consuetudine ecclesiæ teneat, secundum juris rigorem tenere non credimus. Datum Tusculi XI. Kalendas Aprilis.

MELDENSI EPISCOPO

Ut nulli parochialis ecclesia concedatur, qui non resideat.

ALexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Meldensi episcopo (a), salutem & apostolicam benedictionem. Ex chartulario Meld.

Sicut ad officium nostrum pertinet quæ incongrua sunt prohibere; ita nobis potissimum convenit quæ recta sunt stabilire, & stabilita apostolicæ firmitatis præsidio robora-

Ex Mart. Vet. M. t. I. p. 94

(a) Simon

ANNO CHRISTI 1159.

rare. Hac itaque ratione inducti, auctoritate duximus apostolica prohibendum, ne in episcopatu tuo alicui liceat ecclesiam parochialem tenere, nisi ei in persona voluerit propria deservire, salva misericordia circa eos qui infirmitatis vel alia causa canonica impediente, suam non potuerit præsentiam exhibere. Datum Lateranis . . . calendas Aprilis.

EJUSDEM AD MONACHOS S. GEORGII LUCENSES

Ut ecclesiam quam per pecuniam acquisierant resignent.

ALexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis præposito & monachis S. Georgii Lucani, salutem & apostolicam benedictionem.

archivo majoris ecclesiæ Lucensis.

Ad aures nostras pervenit quod cum ecclesia sancti Matthæi de fossa Natali, quam contra statuta & decreta sanctorum Patrum quadraginta libris emeratis, & per violentiam & favorem consulum Lucanæ civitatis longo tempore tenueratis, ad commonitionem canonicorum Lucanæ ecclesiæ in capitulo seu per presbyterum, qui ibidem moratur, simpliciter, fili prepofite, refutasses, tandem electus Lucanus eam jamdicto presbytero sub obedientiam tuam regendam & gubernandam commisit, & in hanc partem non eam quam decuit gravitatem & maturitatem servavit. Unde quoniam non est vobis tutum, sed omnino periculosum, ecclesiam, quam per pecuniam adquisivistis, amplius detinere, & expediret vobis de tali adquisitione pœnitentiam agere, & digne Deo per congruæ satisfactionis opera reconciliari, cum hujusmodi contractus iniquus fuerit & simoniacam sapiat pravitatem; universitatem vestram monemus, mandamus, atque præcipimus, quatenus sicut salutem & famam vestram diligitis, prælibatam ecclesiam penitus derelinquatis, ne vos de ipsa vel bonis ejus ulterius intromittatis, quia hoc in grave damnum & jacturam, nec non etiam periculum ordinis & religionis vestræ posset proculdubio redundare. Nos quoque de simoniæ vitio acriter cogeremur punire. Datum Anagniæ III. idus Aprilis.

EJUSDEM AD EOSDEM

De eodem argumento.

ALexander episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis R. præposito, & universis monachis S. Georgii S. & A. B.

Intellecto & cognito quod B. quondam præpositus vester contra ordinem honestatem & in animæ suæ periculum ecclesiam S. Matthæi de fossa Natalis ab abbate Montis viridis XL. libras olei emisse, & insuper commertium suggerente diabolo contraxisse, nos contractum ipsum, sicut a bonæ memoriæ antecessore nostro Adriano papa in irritum revocatum fuerat, irritum revocantes, per apostolica vos scripta præcipiendo mandavimus ut eandem ecclesiam cum omnibus bonis suis omni occasione & excusatione cessante dimitteretis, & in ea vos intermittere de cætero nullatenus præsumeretis. Vos vero, sicut accepimus, prælibatam ecclesiam .... gerimus omnimodo & molestum in animarum vestrarum periculum præsumitis detinere, & præceptis divinis in hac parte non veremini contraire. Unde nos, nisi consueta clementia apostolicæ sedis motum animi temperaret, ita in vos dure vindicaremus, quod pœna docente sciretis quam periculosum sit apostolicis contraire præceptis; ne autem inobedientiam & contumaciam vestram dura cogamur animadversione punire........ vobis per scripta præsentia mandamus & mandando præcipimus, quatenus infra quindecim dies post harum susceptionem prælibatam ecclesiam cum omnibus bonis suprascriptis, occasione & appellatione postposita, dimittatis, & de ipsa vos intromittere ulterius non præsumatis. Quod si in præsumptione & inobedientia vestra forte duxistis persistendum, nos dilectis filiis nostris electo & canonicis Lucanis per scripta nostra mandamus, ut ecclesiam ipsam auctoritate nostra intrantes, eam vobis auferre nulla ratione postponant. Et si super hoc eis violentiam intuleritis, in ecclesia vestra divina prohibeant officia celebrari. Datum Ferentini VIII. Kal. aprilis.

Ibidem.

ANNO CHRISTI 1160.

AD CONCILIABULUM PAPIENSE

A Friderico Imperatore indictum, quo Victoris III. antipapæ electio confirmatur,

Anno 1160. celebratum

ADDITIO.

„ CONciliabuli Papienſis acta varia, & plura eo ſpectantia monumenta apud Labbeum & nuperum ejus editorem Venetum ſuppetunt. His tamen non ſpernendum additamentum ex variis, quæ huc illuc corraſi documentis, modo exhibeo. In primis ergo hujus hiſtoriam do fuſiorem, quam de rebus in hoc concilio geſtis tulit Otto Morena rerum Laudenſium hiſtoricus coævus, non qualis eſt in vitiato codice ab Oſio Mediolanenſi ſcriptore vulgato; ſed qualem e MSS. Ambroſianis codicibus emaculatis produxit Muratorius Rer. Ital. to. VI. p. 1053. Diu ambigens hæſitavi, num prolixam hanc narrationem exhiberem, cum tota vel fere tota decerpta ſit ex epiſtola ſynodica conciliabuli hujus, prout integriorem quam ſit in Labbeo, hic referam. Ut tandem darem ſuaſit ratio, quod ſi non aliter, ſaltem valeret ad adſtruendam veram lectionem in iis quæ varie in variis codicibus leguntur. Cum vero pauca referat ſcriptor iſte ſupra ea, quæ ex epiſtola excerpſit, nihil ultra meretur fidei ſupra id quod epiſtolæ ſchiſmaticorum debetur.

„ Brevem aliam ejuſdem concilii hiſtoriam adjeci ex anonymo Bavaro coævo cujus chronicon, a Stevartio vulgatum, Baſnagius in noviſſima lectionum Caniſianarum editione t. III. par. II. pag. 260. reproduxit.

„ Jungitur hiſce ſynodica epiſcoporum ſchiſmaticorum integra, cum nonniſi mutilam vel hinc inde detruncatam ex Goldaſto Conſtit. Imperial. t. I. pag. 273. Labbeus exhibuerit. Hanc vero ex Martene Anecdot. t. I. pag. 447. repræſento.

„ Ultimo tandem loco, ne quid actis conciliabuli hujus deſit, recito literas Friderici imperatoris in gratiam monaſt. Wiridebergenſis in Bavaria hoc ipſo in concilio datas, vulgatasque a Pezio in Cod. Diplom. par. I. pag. 416.

Hiſtoria Concilii ex Ottone Morena.

IMperator deinde cum omni ſuo exercitu Papiam perrexit. Sed ea tempeſtate magna diſcordia erat inter papam Victorem, qui prius vocabatur Octavianus, & Raynaldum cancellarium, qui in electione ſua vocatus fuerat Alexander tertius, qui ſimiliter ad papatus honorem levatus erat; ob quam diſſenſionem Imperator olim mandaverat ſuos legatos, ſcilicet comitem Ottonem Palatinum, & comitem Guidonem de Blanderate, ac ...... ad Octavianum, atque Alexandrum, rogans eos, ut illi uſque ad primum caput jejunii (*) Papiam venirent ſuas rationes allegaturi coram archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, aliiſque religioſis & coram ipſo Imperatore Romanæ eccleſiæ advocato, ibique per Dei virtutem tam deteſtabilis diſſenſio limitaretur. Mandaverat etiam archiepiſcopis, epiſcopis, atque abbatibus de Alamania, & de Burgondia, atque de Longobardia, de Tuſcia quoque, & de Appulia, ac de Romania, ac de aliis partibus Imperii, patriarchæ quoque & de Aquilea, ut in prædicto capite jejunii Papiæ forent audituri diſcordiam inter Octavianum, nunc papam Victorem vocatum, & Raynaldum, papam Alexandrum vocatum, & ut auditis utriuſque rationibus, quis juſtius ac rationabilius debeat eſſe apoſtolicus dijudicarent, dicens: eſſe potius in veritate cognoſcere, quis ipſorum magis foret catholicus, atque jure in apoſtolica dignitate dignior exiſteret, quam ſic prævaricantes, & quis eorum in veritate deberet eſſe papa ignorantes, & cum unus tantum apoſtolicus eſſe debeat in toto orbe, duos tenentes, animas ſuas propter talem diſcordiam amitterent. Octavianus vero legatos audiens Imperatoris, eoſque magno gaudio ſuſcipiens, & prædictæ diſſenſionis deſiderans audire ſententiam ſanctorum virorum, ad præfixum terminum ſe venturum legatis promiſit. Rynaldus autem eiſdem legatis renuntiavit ſe minime venturum ad talem conflictum, dicens: ſe a nemine debere judicari, cum ipſe omnes alios judicare debeat; & ſic reſpondit ac ſi jam eſſet in concordia, & ſine aliqua diſſenſione ad apoſtolicatus honorem ſublimatus. Octavianus vero ad terminum ſtatutum veniens, & patriarcha Aquilegiæ multique archiepiſcopi, epiſcopi ac abbates, aliique quam plures religioſi viri, pro quibus Imperator miſerat, Papiæ omnes congregati ſunt. (*a*.) Cum igitur orthodoxorum Papiæ congregatorum univerſitas in nomine Domini conſediſſet, cauſa ſedis apoſtolicæ per aliquot dies continuos, remoto omni ſæculari juditio, legitime & canonice agitata, & diligenter inſpecta, ſufficienter & canonice in conſpectu concilii per teſtes idoneos eſt probatum, Domnum papam Victorem, & nullum alium in baxilica beati Petri, a ſaniori parte cardinalium petitione populi Romani, & conſenſu, & deſiderio Dei fuiſſe inmitriatum, & quod præſente, & non contradicente, Rolando quondam cancellario in cathedra beati Petri fuerit collocatus, & quod ibi ei a cardinalibus & clero Romano, *Te Deum laudamus*, glorioſe eſt decantatum, & inde ad palatium cum bandis & aliis papalibus inſigniis eſt deductus. Probatum eſt & quod eo tempore, quo electio Romæ celebrabatur, erant in Urbe tantummodo XXI. (*b*) Cardinales. Cardinalis autem Sancti Petri ad vincula erat Agnagniæ infirmus, qui conſenſum & voluntatem ſuam aperuit domno cardinali Sancti Martini, & domno Guidoni Crementi, ex qui-

* *Alter Codex MS.* Junii

(a) Hæc & [illegible] ſequentia [illegible] excerpta [illegible] ſunt ex ep[illegible]

(b) In ep. [illegible] legitur [illegible] XXII. ſe[illegible] ibi ſequen[illegible] tia non l[illegible] guntur.

quibus omnibus (*a*) cardinalibus cum domnus Victor tunc Octavianus & Rolandus segregati fuissent, remanserunt tantum viginti electores, quorum novem sanioris consilii, & nulla conjuratione fœdati; quorum prima vox erat in electione, domnum Victorem una cum capitulo beati Petri, petitione populi, consensu & desiderio cleri annuente, ordine senatorum, & nobilium Romanorum domnum Victorem elegerunt; & clerus & populus secundum consuetudinem interrogatus per scriniarium, si placeret, tribus vicibus clara voce respondit: *Placet*. Probatum est etiam, quod Rolandus, XII. die post domni Victoris promotionem (*b*) ab Urbe egressus apud Cisternam, prope terram Siculi, in loco non celebri, primo est inmantatus; probatum est quoque, quod in secundo die post promotionem domni Victoris Rolandus interrogatus a rectoribus cleri Romani, & a clericis de sua cardinalia, si domno Victori esset obediendum, expresse confessus est se nunquam fuisse inmantatum, & expresse dixerit: *ite* (*c*) *& obedite ei quem inmantatum esse videtis*. Super his capitulis fuerunt testes (*), & sub stola sacrosanctis tactis Evangeliis juraverunt: dominus Petrus Ranus (*d*) decanus basilicæ beati Petri, *cum duobus fratribus suis* (*e*) & in persona sua & totius capituli beati Petri, *cujus etiam literæ ad plenum testimonium ibi habitæ*; (*f*) suprajuraverunt (*g*) *etiam bonestissimi rectores, & prælati cleri Romani, qui omnia viderunt, & tractaverunt, & fuerunt ultra octo inter archipresbyteros, & alios clericos*. Præterea Petrus illustris *vir bis*(*h*)præfectus, & alii quam plures Romani nobiles in conspectu concilii super jam dictis capitulis omnes similiter testimonium perhibuerunt, & jurare voluerunt. Sed quia prædictorum testimonium sufficiens concilio visum fuit, a sacramento excusati sunt. Deinde venerabiles episcopi Hermannus Verdensis, & Daniel Pragensis de Boemia, & Otto Palatinus comes, quos dominus Imperator ex consilio XXII. episcoporum, & multorum aliorum religiosorum tunc præsentium Romam delegaverat, ut partes ante concilii præsentiam Papiam evocarent, in conspectu concilii testimonium perhibuerunt, quod Rolandum cancellarium & ejus partem, trinis edictis per ipsa intervalla perhemptorie & solemniter ad præsentiam ecclesiæ tunc Papiæ congregandæ vocaverunt; quod Rolandus & sui cardinales viva voce & manifeste dixerunt judicium vel examen aliquod ecclesiæ se nolle recipere. His igitur, & aliis quam pluribus rationibus auditis, quas longum foret enarrare, communicato consilio prædicti patriarchæ, & novem archiepiscoporum, & XXXVIII. (*i*) episcoporum, & multitudine magna abbatum, qui omnes aderant concilio, dominum Victorem laudaverunt, & electionem Rolandi cassaverunt: post quos omnes christianissimus Imperator electionem domini Victoris comprobarat, & post eum omnes ejus principes, scilicet dux Henricus de Saxonia, dux Bertaldus de Zaringia, dux Federicus de Rottenburgo, (*) comes Palatinus de Reno super (*) Imperatoris, comes Palatinus de Saxonia, comes Palatinus de Bavarea, & alii quam plures marchiones, & comites tam Longobardi, quam Teutonici electionem domini Victoris firmaverunt.

His ita perpetratis dedit licentiam dulcissimus Imperator, quo dulcior nullus fuit a longis retro temporibus, duci Henrico de Saxonia, & duci Bertaldo, & etiam fere omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, qui secum erant in exercitu, & cum militibus suis, ad suas patrias remeandi, cum omnibus suis equitibus; quibus omnibus recedentibus, remansit Imperator Papiæ cum duce Federico, regis quondam Conradi filio, & cum Corrado comite Palatino de Rheno fratre suo, & cum Ottone Palatino comite, & aliis quibusdam Principibus.

Historia ejusdem concilii ex anonymo Stevartii.

Crema capta, destructa, & concremata est. Quo facto imperator statim venit Papiam cum episcopis & principibus qui congregati erant. Et inde nonis februarii curiæ & colloquii initium habetur. Per sex dies in hoc demorantur; & fuit dissensio inter ipsos; quibusdam hunc, quibusdam illum confirmare volentibus. Tertia itaque idus Februarii; quia nec Alexander papa venerat, nec legati ejus, nec aliquis pro parte ejus firmiter stabat, Imperator omnes episcopos convocans in hunc eos consensum deduxit, ut omnes Victorem papam susciperent; & statim sequenti die idem IV. Kal. februarii ab ipso Imperatore & episcopis suscipitur, & inthronizatur in monasterio S. Siri, Imperatore frenum equi, & stivam sellæ illius tenente, & eum de equo suscipiente, & ad altare cum patriarcha Aquilejensi inter manus eum deducente. Alexander autem cum omnibus cardinalibus suis in Franciam deveniens ibi morabatur.

EPISTOLA EPISCOPORUM SCHISMATICORUM

In Conciliabulo Papiensi congregatorum de electione Victoris IV. antipapæ.

J. *Dei gratia Aquilegiensis patriarcha, A. Ar. Maguntinus, R. Coloniensis, VV. Magdeburgensis, & H. Bremensis archiep. & universi episc. & abbates & viri religiosi in conc. Papiæ congregati, regibus, archiep. episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, marchionibus & omnibus Christi fidelibus, ad quos litteræ istæ pervenient, salutem & orationes in Christo.*

Quia sedis apostolicæ turbatio Christianorum animos admodum sauciavit, nos qui ad resecanda schismata Papiæ fuimus congregati, qualitatem causæ modumque negotii & sacri concilii statutum universitati vestræ plenarie duximus intimandum; quatenus per scripta præsentia mera veritate monstrata, auditorum animi falsitatem, quam forte conceperunt, vehementer expellant, & amodo per scripta schismata non seducantur.

Cum

ANNO CHRISTI 1160.

Cum igitur orthodoxorum Papiæ congregatorum universitas consedisset, causa per septem continuos dies, remoto omni seculari judicio, legitime & canonice agitata, ac diligenter inspecta, sufficienter & canonice in conspectu concilii per Testes idoneos est comprobatum, nimirum papam Victorem & nullum alium in basilica B. Petri a saniori parte cardinalium, petitione populi, consensu & desiderio cleri Romani fuisse electum, & solemniter inmantatum; & quia præsente & non contradicente Rolando, quondam cancellario, in cathedra beati Petri fuerit collocatus, & quod ei a cardinalibus & clero Romano *Te Deum laudamus, &c.* gloriose est decantatum, & inde ad palatium cum bandis & aliis papalibus insignibus est eductus.

Desunt hæc & seq. in editione Labbei

Probatum quod eo tempore quo electio Romæ clebrabatur, erant in urbe tantummodo XXII. cardinales, ex quibus cum dominus Victor tunc Ottavianus & Rollandus segregati fuissent, remanserunt tantummodo XX. electores, ex quibus novem sanioris consilii, & nulla conjuratione fœderati, quorum vox prima erat in electione una cum capitulo beati Petri, petitione populi, consensu & desiderio cleri, annuente ordine senatorum & nobilioribus Romanis, dominum elegerunt Victorem. Et clerus & populus secundum consuetudinem interrogatus per scrinarium, si placeret; tribus vicibus clara voce responderunt. Placet.

Sunt hæc in edit. Labbei, sed pro *tertio die*, est ibi *duodecimo die*.

Probatum est etiam quod Rollandus post domini Victoris promotionem *tertio die* ab Urbe egressus apud cisternam in finibus terræ Sicilii in loco non celebri primo est inmantatus.

Probatum est quod in secunda die post promotionem domini Victoris, Rollandus interrogatus a rectoribus cleri Romani & a clericis de sua cardinalitate, si domino Victori esset obediendum, expresse confessus est se numquam fuisse inmantatum, & expresse dixit: *ita (a) obedite ei, quem inmantatum esse videtis.* Super his capitulis fuerunt testes, & sub stola tactis sacrosanctis evangeliis juraverunt dominus Petrus Christianus decanus basilicæ sancti Petri cum duobus fratribus suis in persona sua & totius capituli beati Petri, (b) ubi corpus ipsius Apostolorum principis requiescit, quæ est mater nostra, & caput omnium ecclesiarum: cujus etiam plenum testimonium habebamus; similiter juraverunt religiosi & honestissimi rectores & prælati cleri Romanæ urbis, qui omnia viderunt et tractaverunt, quorum nomina sunt hæc: dominus (c) Baulius archipresbyter, dominus Maimus archipresbyter, J. archipresbyter, Aimerardus archipresbyter, Bernardus archipresbyter; item J. archipresbyter, Gentilis presbyter, Tholomeus archipresbyter, Benedictus decanus, magister Gerardus, Nicolaus et alii religiosi, et honesti clerici Romani. Præterea P. illustris Urbis præfectus, Stephanus de Tebaldo, Stephanus Normannus, Guimundus filius Petri Leonis, J. de Stephano, & alii principes & nobiles Romani, qui ad vocationem serenissimi Imperatoris venerant, in conspectu concilii super jam dictis capitulis omnes pariter testimonium perhibuerunt, & jurare voluerunt. Sed nos quia religiosorum archipresbyterorum multorum, & capituli beati Petri testimonium sufficiens habebamus & abundantissimum, duximus laicis in hac parte parcendum. Deinde venerabiles episcopi Her. Verdensis, Daniel Pragensis, O. Palatinus comes, & Herbertus præpositus, quos dominus imperator ex consilio duodecim (d) episcoporum & multorum religiosorum abbatum aliorumque religiosorum tunc præsentium Romam delegaverat, ut partes ante concilii præsentiam Papiam revocarent, testimonium perhibuerunt, quod R. cancellarium & partem ejus ternis edictis per intervalla temporum peremtorie & solemniter ad præsentiam ecclesiæ Papiæ tunc congregandæ, remoto omni sæculari judicio, vocaverunt, & quod R. & sui cardinales viva voce & ore proprio judicium vel examen aliquod ecclesiæ se nolle recipere manifeste dixerunt. (e) Ostensum est quod iidem legati R. suisque sequacibus securissimum conductum, sub fide sacramenti in eundo ad concilium & redeundo præstare voluerunt. Ad majoris quoque securitatis plenitudinem dominus papa Victor arces & castella & fratres ac nepotes suos obsides eis obtulit, si in facie ecclesiæ secum in judicio sistere voluissent. Rollandus vero, qui ante hujusmodi vocationem per litteras & per legatos suos judicium multotiens postulaverat, has omnes vocationes & securitatis promissiones contumaciter & superbe contemsit. Præterea conjurationem inter hæc & suos sequaces cardinales cum Mediolanensibus & Siculo nefandissime perpetratam, & per ipsos conjuratores, & per litteras Rollandi Mediolanensibus directas, & aliis manifestissimis argumentis deprehendimus et cognovimus. Cujus conjurationis tenor et continentia talis erat, ut numquam alter sine altero cum Romano imperio pacem teneret; et si interim papam Adrianum mori contigerit, unum de illis cardinalibus, et non alium in papam eligerent, qui eadem conjuratione teneretur. Per scripta etiam Rollandi suo sigillo bullata, et in orbe transmissa, et in conspectu concilii recitata, mendacia manifestissima et detestabilia deprehendimus in hæc verba: Testamur Deum, quem nullum latet secretum, quod non mendacium fingimus, sed meram, sicut est, loquimur veritatem, quia duo tantum elegerunt Octavianum Johannes sancti Martini et G. Cremensis cardinales, ceteri vero in nostram personam convenerunt. In his itaque verbis venerabile concilium non solum mendacia manifestissime deprehendit, sed etiam detestabile perjurium recognovit. Præter eos namque cardinales quos dominum Victorem elegisse Rollandus asseruit, habuimus in facie concilii electorem et consecratorem domini papæ Victoris domnum Y. Venuscii scilicet episcopum omnium cardinalium priorem & antiquiorem, cujus erat prima vox in electione pontificis. Habuimus & præsentem domnum W. cardinalem Sancti Petri ad Vincula, quem advocati domni papæ Victoris in præsentia omnium domnum Victorem se elegisse affirma-

(a) Lab. *Ite*

(b) Desunt sequentia apud Lab.

(c) Variant hæc apud Lab.

(d) Lab.

(e) Desunt sequentia apud Lab.

maverunt, & ipſe W. in medio concilii hoc audivit & non negavit. Nam domnus C. cardinalis ſancti Adriani infirmitate detentus per cyrographum nobis voluntatem ſuam expoſuit, & per nuncium jurare præcepit dominum Victorem ſe elegiſſe, & ei obediſſe, & eum & non alium in dominum & papam velle ſe habere. Magiſter Ro. cardinalis ſanctæ Mariæ in Via lata, ſicut pro certo cognovimus, eum elegit, & ei obedivit. Propter quod etiam, dum ad concilium tenderet, a fautoribus Rollandi Piſis captus eſt, & crudeliſſime verberatus, & in carcerem truſus. G. Sabinienſis epiſcopus, & Ar. cardinalis & alii multi obedierunt domino Victori, qui, ut accepimus, varia ſpe pecuniarum ſeducti, poſtea abierunt retrorſum. Præterea nos antiquorum veſtigia et Romanæ eccleſiæ conſuetudinem imitantes, librum de vita et ordinatione Romanorum pontificum ſuper ſimilibus cauſis in medio concilio fecimus recitari, ubi manifeſtiſſime comperimus, quod in hujuſmodi negotiis, illum ſemper ſancta ſtatuit Eccleſia præferendum, qui petitione populi, conſenſu et deſiderio cleri, a cardinalibus prior eſt in cathedra beati Petri collocatus. Illud etiam quod de Anacleto et domino Innocentio noſtris temporibus accidiſſe recolimus, ad memoriam concilii nihilominus eſt revocatum, quod licet una et eadem die ambo inmantati fuiſſent, ille potius eſt ab eccleſia aqprobatus, cujus inmantatio aliqua diei parte præceſſit. A ſæculo non eſt auditum, quod poſt unius inmantationem die tracta, alius poſtea fuerit inmantatus. Rollandus autem non una tantum, ſed undecima tranſacta die poſt inmantationem domini Victoris fuit inmantatus. Præterea (*a*) vidimus ſcripta Hen. Piſani cardinalis ad dominum imperatorem directa, in quibus expreſſe continebatur, quod nullum vellent eccleſiæ ſubire judicium et examen. Super hæc omnia (*b*) Hen. et O. cardinalem ſancti Nicolai in carcerem truſit, qui tempore concilii, et ante apud Januas morabantur. Et J. Anagninus, et P. Pitutus, qui a Rollando tranſmiſſi tunc apud Placentiam morabantur, per octo continuos dies a toto concilio ſunt expectati, et per literas et nuncios concilii ſunt vocati, et contemſerunt venire. Ex his (*c*) igitur nobis ſufficienter inſtructis, et veritate hinc inde plenarie declarata, placuit reverendo concilio, ut electio domini Victoris, qui tamquam manſuetus et innocens eccleſiæ judicium venerat ſuſcepturus, approbaretur et confirmaretur: et electio Rollandi penitus caſſaretur. Et factum eſt ita. Electione itaque domini Victoris, remoto omni ſæculari judicio, Sancti Spiritus gratia invocata, confirmata et recepta, chriſtianiſſimus imperator noſter poſt omnes epiſcopos, et poſt omnem clerum ultimus ex concilio et petitione concilii electionem domini Victoris recepit & approbavit, & poſt eum omnes principes ejus, & innumerabilis hominum multitudo, quæ præſens erat, interrogata tribus vicibus, ſi ei placeret, reſpondit cum gaudio: Placet. Sequenti die proxima, ideſt prima ſexta feria quadrageſimæ, domnus Victor cum proceſſione ab eccleſia ſancti Salvatoris extra civitatem, in qua fuerat hoſpitatus, ad cathedralem eccleſiam glorioſe deductus eſt: Ibi religioſiſſimus imperator ante januas eccleſiæ eum ſuſcepit, & deſcendenti de equo ſtrepam humiliter tenuit: & apprehenſum per manum uſque ad altare conduxit, & pedes ejus eſt oſculatus, & nos omnes, patriarcha, archiepiſcopi, epiſcopi & abbates, & omnes principes cum univerſa multitudine, quæ præſens erat, pedes apoſtolicos oſculati ſumus. Proxima autem die ſequenti, ideſt ſabbato, habito generali concilio, domnus papa & nos cum illo Rollandum olim cancellarium, nunc ſchiſmaticum, & principales ejus fautores, accenſis candelis anathematizavimus, & tradidimus eum ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die domini. De cetero ex parte Dei omnipotentis et beatorum apoſtolorum Petri et Pauli et omnium ſanctorum, et virorum orthodoxorum, qui divino intuitu ad reſecanda ſchiſmata convenerunt, univerſitatem veſtram imploramus, et monemus in Chriſto, ut ea quæ eccleſia Papiæ congregata ad honorem Creatoris et ſponſæ ſuæ matris veſtræ ſanctæ Romanæ eccleſiæ tranquillitatem et ad ſalutem omnium Chriſtianorum fideliter ordinavit, vos omni dubio et ambiguitate remota, irrefragabiliter ratum firmumque teneatis, orantes ut redemtor noſter Jeſus-Chriſtus univerſalem pontificem et papam Victorem, de cujus ſanctitate et religione omnimodo confidimus, per tempora longa conſervet, et præſtet ei omnimodam tranquillitatem et pacem: ita quod per eum Dominus honoretur, et eccleſia Romana, et omnis religio gratum Domino accipiat incrementum. Ut autem omnis actio plenius eluceſcat, dignum duximus, ut omnium conſenſus noſtrum et nomina ſubſcribantur.

Ego Peregrinus Aquilejenſis patriarcha, cum fratribus ſuffraganeis interſui & conſenſi.

Ego Arnoldus Moguntinus
Ego Reinoldus Colonienſis
Ego Wimannus Magdeburgenſis
Ego Ardwicus Bremenſis archiepiſcopi interfuimus & cum omnibus ſuffraganeis noſtris conſenſimus.

Beluimus Trevirenſis archiepiſcopus
Ebrardus Salzburgenſis archiepiſcopus (*d*)
Arelatenſis archiepiſcopus
Viennæ archiepiſcopus
G. electus Ravennas, *omnes per legatos* (*e*) ſuos & literas ſuas conceſſerunt.
Rex Hungarorum
Rex Danorum
Rex Bohemiæ per *legatos ſuos & literas ſuas* conceſſerunt. (*f*)
Archiepiſcopus & Dux Poloniæ per legatos & literas ſuas conſenſerunt (*g*).
Epiſcopus Ripenſis
Epiſcopus Auguſtidunenſis
Epiſcopus Tridentinus
Epiſcopus Paduanus
Epiſ. Flectrenſis, E. Telguſinus, E. Mantuanus, Faventinus, Verogenſis, Pergamenus, Imolenſis, Mutinus, Laudenſis, Firmanus, Ferentinus, Terdonenſis, Aquenſis, Aſtenſis, Taurinus, Vercellenſis, Iporenſis, Cumanus, Novarienſis, Germonenſis, Gebentinus, Tullenſis, Virdunenſis, Baſileenſis,

(d) Deeſt apud Lab.
(e) Variant hæc ab edito Lab.
(f) Hæc pariter variant Lab.
(g) Deſunt in Lab. & ſequent. pauca ſunt apud illum

ANNO CHRISTI 1160.

sis, Argentinus, Warmacensis, Trajectensis, Verdensis, Abelenburgensis, Pragensis, Ratisbonensis, Pataviensis. Item Augustensis, Bambergensis, Melsitanus. Hi omnes interfuerunt & consenserunt. Est autem numerus archiepiscoporum & episcoporum qui præsentes fuerunt, & qui literis suis consensum suum præbuerunt centum quinquaginta tres. Abbatum vero & archidiaconorum & præpositorum multorum regnorum inæstimabilis multitudo interfuit, & cum desiderio consensit. Interfuit etiam Dux Saxoniæ & Bavariæ, dux Wlfo, dux Zaringiæ, dux Suevorum, comes Palatinus de Rheno, Palatinus de Saxonia, de Bavvaria, & alii marchiones & comites, quorum nomina ignoramus.

IN HANC SYNODICAM JO. DOM. MANSI CENSURA.

Epistolæ hujus subscriptiones a veteratore quodam schismatico interpolatione plurima vitiatas esse non dubito; Nam Otto Morena, coævus author, nonnisi archiepiscopos novem, episcopos vero octo & triginta interfuisse concilio & subscripsisse testatur, idque didicisse illum ex ipsa concilii synodica, quam excerpit, satis constat. Nec sane archiepiscopos plures, paremque fere episcoporum numerum exhibet synodica illa ex Goldasto a Labbeo hic recitata. Cur ergo archiepiscopi una cum episcopis centum quinquaginta tres hic supputantur? Præterea S. Eberhardus Salzburgensis episcopus hic cum cæteris Victorem agnoscit & admittit; constat vero illum concilio nequaquam interfuisse, quem proinde ut absentem de rebus in eo gestis Fridericus imperator literis suis Papiæ datis XV. cal. Maii, ideft statim ab absolutione synodi certiorem facit. Nec post definitionem concilii ille unquam persuaderi se permisit, ut Alexandro abjecto Victorem admitteret; extant enim Alexandri ad illum & suffraganeos ejus literæ datæ Anagniæ, post bimestre a concilio Papiensi, quibus eos hortatur non quidem ut resipiscant, sed ut in ecclesiæ obsequio perseverent. Ex quibus inferas, nunquam illum schismati adhæsisse.

FRIDERICUS PRIMUS IMPERATOR

Quædam bona Monasterio VVindbergensi in Bavaria collata confirmat.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Sicut sacra divæ memoriæ Principum coruscat auctoritas, æquitatis primæ post cultum Dei gradus proximus est, venerabilibus locis & eorum ministris reverentiam exhibere. Hoc intuitu, rogatu quoque & interventu dilecti & fidelis nostri Eberhardi, Babenbergensis Episcopi, cuidam ecclesiæ suæ ditionis, Windebergæ, in episcopatu Ratisponensi perpetuæ Virginis & ordine fratrum Præmonstratensium, in suis necessitatibus imperiali remedio subvenire curavimus, quædam bona imperialia, quæ patruus noster Heinricus, illustris dux Austriæ, & ab ipso vasalli ejus in beneficio possidebant, consensu eorum illi ecclesiæ conferentes, eisque vicissim, prout ratio poscebat, congruenter commutationis jure bona præfatæ ecclesiæ restituentes ordine subnotato.

Prænominatus equidem patruus noster resignavit nobis curtem Frukesdorf, quam Engelscalcus de Berendorf habebat in feudo, & duos mansos cohærentes monti Windberg ad plagam occidentalem, quos Theodoricus de Adelgereshach ab ipso duce, secundario autem ejus nomine Adalbertus & Gospoldus fratres de Novedorf feodaliter tenuerunt, ipsis consentientibus & collaudantibus. Nos vero in idipsum pro more citantes & constituentes advocatum nobis Fridericum Palatinum comitem de Witelinespach, per manus ejus tradidimus Pertholdo comiti de Bogen, patrono & advocato supra nominatæ ecclesiæ curtem, & mansos prælibatos in proprietatem ecclesiæ transtulimus: ab ipso autem Babenbergensi Eberhardo & Advocato Pertholdo recepimus imperio per manum Friderici Palatini comitis bona hæc: mansum unum Ascha, & unum Wincere, & unum Muchental pro curte Frukesdorf, pro mansis autem duobus unum mansum Regenolteftorf, & unum Odrukesbuhele, & unum Radebuhele, ac sic æstimatione hinc inde habita pro consensu partium & permutatione completa concessimus in beneficium duci, quæ de bonis ecclesiæ receperamus. Prædictam autem ecclesiam cum his, quæ ordine permutationis in sortem ei obvenerunt, in nostram tuitionem recipientes, una cum aliis bonis suis juste & legitime acquisitis vel adquirendis, præcipimus, ut nullus in personis aut rebus suis eam molestare præsumat. Quod si quis ausu temerario contra hanc imperialis nostri edicti paginam ire præsumpserit, Dei omnipotentis & nostram indignationem incurrat, & centum libras auri optimi componat, medietatem cameræ nostræ, & medietatem pro sua offensa prædictæ ecclesiæ.

Ad perpetuam autem hujus rei certitudinem & auctoritatem hanc ipsam paginam sigilli nostri impressione & testium, qui prædictæ commutationi interfuerunt, inscriptione communiri præcepimus, quorum nomina hæc sunt: Fridericus dux, filius Cuonradi regis, Atto Palatinus comes de Witelinespach & frater ejus Fridericus, Henricus præfectus urbis Ratisponæ, Liutoldus comes de Blejen, Marcvvardus de Grumbach, Adelbertus de Truhentingen, Hermannus de Iselden, Regengerus de Erichespach.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Reinaldus Coloniensis ecclesiæ electus, & Italiæ archicancellarius recognovi.

Datum in curia Papiæ, ubi confirmatus est Victor Papa, Id. Febr. Indict. VIII. an. Dominicæ Incarnationis MCLX. regnante Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo, anno regni ejus VIII. Imperii vero V.

Res quoque conciliabuli hujus Papiensis auget diploma Friderici I. imperatoris ex hoc concilio datum, & huc translatum ex Muratorio antiquit. med. ævi to. VI. pag. 251.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Fridericus, divina favente clementia, Romanorum imperator augustus. Si in sacratis omnipotenti Deo locis, a quibuslibet desolatis,

latis, augmentum recuperationis, seu confirmationis pio favore largimur, id nobis, A et ad imperii nostri stabilimentum credimus profuturum. Quapropter omnium sanctæ Dei ecclesiæ, nostrorumque fidelium, præsentium scilicet ac futurorum noverit universitas, quod Garsendonius sanctæ Mantuanæ sedis episcopus, nostram adiit clementiam, postulans, ut pro Dei amore ad confirmationem etc. Confirmamus quoque supradictæ ecclesiæ Castrum Novum, et Campitellum, atque Scorziariolum cum omnibus eorum pertinentiis intus et foris, et Gustellum, et Curtem de Burbassio, et plebem sancti Martini, quæ Gubernula vocatur, sicut in instrumento comitissæ Mathildæ Mantuanæ ecclesiæ collato continetur, salva per B omnia imperiali justitia. Verum etiam confirmamus eidem ecclesiæ, salvo jure nostro, omne theloneum, ripas, & ripaticum &c. Nil ab eis quisquam publicus minister exigat, ut securius ac diligentius causas suas perficere possint, sive per pugnam, sive per legale judicium. Stabilimus etiam, ut de omnibus rebus ipsius ecclesiæ, sicut de nostris dominicatis, per vicinos inquisitio fiat sic, ut omnes suæ res redeant in jus & dominium sanctæ ecclesiæ. Præcipimus quoque, ut nullus dux &c. quatenus idem Garsendonius præsul, ejusque successores hæc omnia supradicta ad utilitatem suæ ecclesiæ absque alicujus impedimento, & contradictio- C nis molestia perpetualiter valeant possidere, salva per omnia imperiali justitia. Ceterum confirmamus prædictæ ecclesiæ eam proprietatem duorum castrorum, quæ uno nomine vocantur, scilicet Castrum Walterii, quæ comes abbas contulit jam dictæ ecclesiæ, cum omnibus pertinentiis eorumdem castrorum intus et foris. Præterea confirmamus ecclesiæ Mantuanæ omnia thelonea ejusdem episcopatus, quæ sunt super Padum, salva nostra imperiali justitia. Quia vero supradicta ecclesia propter negligentiam & inopiam magistratus, bonorum suorum diminutionem & consumptionem a multis passa est, statuentes eidem concedimus, ut in requirendis perditis bonis, aliqua præscriptio temporis ei non noceat. Quicumque autem hujus nostri privilegii seu præcepti violator, vel transgressor esse præsumpserit, sciat se compositurum auri optimi libras centum, dimidium fisco imperiali, & dimidium ecclesiæ Mantuanæ, ejusque episcopo Garsendonio, suisque successoribus. Quod ut verius credatur, et diligentius ab omnibus observetur, præsentem inde paginam conscribi fecimus, et auctoritatis nostræ munimine sub imperiali sigillo eam insigniri et corroborari jussimus.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Rainaldus Coloniensis archiepiscopus et Italici regni archicancellarius recognovi.

Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCLX. Indictione VIII. regnante domno Friderico Romanorum imperatore victoriosissimo, anno regni ejus VIII. imperii vero V. feliciter. Amen.

Data in generali concilio Papiensi post destructionem Cremæ, et post confirmationem domni Victoris papæ, IX. Kalendas Martii.

FRISACENSE CONCILIUM

In quo de æqualitate hominis assumpti a Verbo Dei cum Patre quæstio ventilata, a S. Eberardo Salisburgensi archiepiscopo

Anno 1160. *celebratum*.

GErhous præpositus Reichenspergensis quæstionem diu multumque agitaverat de *Gloria hominis in Deum assumpti* D *& in Deum nati*, contendens, *hominem Deum adorandum summæ venerationis adoratione, una cum sua & in sua divinitate.* Arduum id visum nonnullis et hæresi Eutychianæ consentaneum; quare adversarios multos nactus est, cum quibus plus vice simplici disputationem instituit. Ejus quæstionis causa concilium hoc Frisacense convenit, cui interfuerunt sanctus Eberhardus I. Salisburgensis archiepiscopus, Romanus Gurgensis episcopus, Hugo Præpositus majoris ecclesiæ, Godefridus abbas Admontensis, Romanus Gurgensis præpositus, Hectilo abbas Osciacensis, Pielgrinus abbas sancti Pauli, Wernherus præpositus Secco- E viensis, Chuno præpositus Subonensis, Magister Adalbertus de Offonee, Hademarus archipresbyter Frisacensis plebanus, Eagerramus S. Maria archidiaconus Zoliensis, Letakerus archipresbyter de Visach. Quid vero actum ibi sit de ea quæstione, commemorat Gerhous in libro *de gloria & honore Filii hominis* cap. XVII. his verbis. *Quidam* inquit, *prudens apud semetipsum & in oculis suis magnus in capitulo Frisaci habito protulit maledicta in eos qui a fide sua, quam ibidem recitaverat, dissentirent. Alius quoque eidem consona loquens magis scholastice quam ecclesiastice peroravit. Quibus pro tempore satis responsum est a duobus fratribus nostris, qui illic aderant. Nam quod Jesum Christum professus est ex duabus, & in duabus naturis existentem, Deo Patri æqualem secundum divinitatem, & minorem Patre secundum humanitatem, potest approbari, utpote sane dictum & catholicæ fidei consonum. Sed quod homini assumpto negat omnipotentiam & cætera divinitatis bona potiora (in quibus Patri suo Deo factus æqualis, jam sedet & quiescit, conregnat in dextera ipsius Dei Patris) omnino consonat Pauli Samosateni & Nestorii simulque Photini hæresibus in Ephesino concilio damnatis.* Huc usque Hansizius Germ. sacræ tom. II. pag. 263. qui optime notat Capituli nomine hic synodum, vocabulo ea ætate familiari, designari.

ANNO CHRISTI 1160. 1161.

CONCILIABULUM CREMONENSE

A Friderico Imperatore pro confirmando Victore antipapa

Anno 1160. *celebratum.*

An 1160. NOn satis habuit Fridericus imperator Victori suo pontificatum suffragiis patrum Papiensium adstruxisse; quin et nova confirmatione ratum illum habendum statuit. Quare novo Cremonæ concilio indicto admissum a patribus Papiensibus pontificem iterum recipiendum curavit. Testem ejus rei locupletem habeo auctorem chronici regii S. Pantaleonis Coloniensis vulgati ab Eccardo in corp. historic. to. I. pag. 941. qui ita scribit. *Similia* (nempe iis, quæ Papiæ acta sunt) *apud curiam & synodum, quem Imperator Cremonæ habuit in Dominica quæ est ante Ascensionem*, idest post mensem circiter a synodo Papiensi absoluta.

CONCILIUM ANDEGAVENSE IN CAPITULO S. ALBINI

A Joscio Turonensi archiepiscopo inter annum 1157. & 1161. celebratum.

Inter an. 1157. & 1161. HUgone Rufo Dolensi episcopo adhuc superstite, idest non citra annum 1161. et Engelbaldo Turonensi archiepiscopo jam defuncto, idest non ante annum 1157. a Joscio Engelbaldi successore Turonensi archiepiscopo concilium indictum est Andegavum in capitulo Ecclesiæ S. Albini celebrandum. Hujus concilii, alias ignoti, meminerunt duo C ex testibus jurium in causa Turonensis Ecclesiæ in Dolensem. Testis alius asseruit *quod dum esset Andegavis pro quadam controversia, quæ erat inter dominum Turonensem & avunculum suum, vidit dominum Turonensem sedentem in capitulo S. Albini cum quibusdam suis suffraganeis, inter quos erat Hugo Dolensis*. Alter vero testis ait vidisse se *quod cum Dominus Joscius* (Turonensis archiepiscopus) *ad audiendas causas sederet apud Andegavum in capitulo S. Albini, eundem Hugonem* (Dolensem) *interfuisse cum præfato archiepiscopo tanquam unum ex suffraganeis suis, ita quod Dominus Cenomanensis sedit a dexris archiepiscopi, & Hugo a sinistris*. Hæc tantum de concilio Andegavensi. Porro dicta illa testium recitantur in Actis in causa Dolensis vulgatis a P. Martene Anecdot. to. III. pag. 916.

CONCILIUM ANAGNINUM

In causa Hugonis abbatis Cluniacensis schismatici

Anno 1161. *habitum.*

An. 1161. IN eo schismate, quod sub Alexandro III. ecclesiam distraxit in partes, viri plures, probi alias et religiosi, imprudentes incau- D tique deteriora consilia sectati sunt. Quos inter celebris est Hugo Cluniacensium abbas, qui nec Alexandro papæ nec Victori III. antipapæ adhærens, futurum rei eventum expectandum statuit. Dignam eam rem censuit Alexander, tunc Anagniæ moras agens, quam in patrum concilio proponeret, junctimque de remedio gravi huic malo opportuno deliberarent. Visum est Hugonem anathematis sententia punire, eidemque a dignitate deposito alium substituere. Formula etiam constituta est; in quam Cluniacenses pro Alexandro jurarent. Hujus decreti exequutio commissa Hugoni tunc Belvacensi episcopo, dein archiepiscopo Remensi Ludovici VII. Fran- E corum regis fratri, ad quem datæ literæ et concilium et res in eo gestas testantes. Injunctum illi simul est ut Ymarum, olim Tusculanum episcopum et cardinalem, dein schismatis patronum præcipuum caperet vel saltem e Monasterio (forte Cluniacensi, ubi penes Hugonem agebat) expelleret. Epistolam illam ad Hugonem Belvacensem cum altera ad Fratres Cluniacenses, quibus narrata Hugonis abbatis damnatione mandat pontifex, ut alium sibi abbatem eligant, utpote ad concilium hoc pertinentes ex registro Remensi a Martene Vet. Monum. to. II. vulgatas huc transfero.

ALEXANDER PAPA HENRICO BELVACENSI

De excommunicatione & depositione H. abbatis Cluniacensis.

ALexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Henrico Belvacensi episcopo, salutem & apostolicam benedictionem. Extat ap. Mart. V. Mon. t. p. 659.

Illa ardentis caritatis constantia & sincerissimæ devotionis affectio, quam in tempore procelloso & turbido circa sacrosanctam Romanam ecclesiam & personam nostram fideliter ostendisti, nos ammonet & inducit, ut quod a te circa ecclesiam Dei utilissime gestum est, immensis laudum præconiis extollamus, & hoc in nobis efficit, ut obsequium tam gratissimum a nostra & fratrum nostrorum memoria nullo tempore dila-

ANNO CHRISTI 1161.

labatur. Dilecti siquidem filii nostri (a) Henricus (b) Oddo sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales et apostolicæ sedis legati nobis jam sæpe et sæpius retulerunt, licet hoc ipsum ex communi et publica fama, et ex ipso effectu operis manifestius agnoscamus, qualiter te pro domo Dei, murum inexpugnabilem opposueris, qualiter schismaticos et hæreticos potentissime confutaveris, et animum carissimi filii nostri Lodoici illustris regis Francorum fratris tui, & aliorum tam sæcularium principum, quam ecclesiasticorum virorum, multis persuasionibus in catholicæ ecclesiæ firmaveris unitate. Ex eorumdem etiam cardinalium relatione cognovimus, quanto tempore eos & familias ipsorum in domo propria retinueris, & expensis tuis quam late, quam liberaliter procuraveris, & quanta eos studueris caritatis affectione tractare. Nostram vero receptionem, quæ in concilio in Francia celebrato solemniter facta est, magis quam tibi nulli mortalium imputamus, cujus quidem studio, vigilantia, & labore, & animi hæsitantium ad veritatis sunt semitam revocati, & in devotione ecclesiæ persistentes, in ea firmitus roborati. Unde quoniam proventum & exaltationem sanctæ Romanæ ecclesiæ ad honorem & promotionem tuam, & commissæ tibi ecclesiæ non est dubium pertinere, prædictum filium nostrum regem inducas modis omnibus et horteris, ut in ea, quam cœpit, ecclesiæ devotione permaneat, et rebelles qui in ejus regno existunt ad obedientiam & fidelitatem ecclesiæ ac nostram regia auctoritate compellat. Porro quia Hugo Cluniacensis dictus abbas in animæ suæ periculum ab ecclesiæ unitate recessit, et in hæreticam et schismaticam pestilentis Octaviani corruit pravitatem, habito fratrum nostrorum concilio, eum excommunicatum denunciamus, et negotium ipsum discretioni tuæ duximus injungendum, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandantes, quatinus memorati filii nostri regis consilio habito et favore, cujus quidem regnum occasione ista per eumdem abbatem infestari posset et plurimum molestari, continuo acceptis his litteris Cluniacum accedas, et omni appellatione cessante, eum apostolicæ sedis auctoritate deponas, et cum consilio catholicorum fratrum ipsius monasterii alium in loco ejus substituere non moreris, privilegio a sede apostolica Cluniacensi ecclesiæ indulto nullum tibi super depositione ipsius abbatis impedimentum præstante. Dignum est enim, ut qui se ab ecclesiæ unitate subtraxit, expers dignitatis ecclesiasticæ pro suæ malitiæ merito habeatur. Quod si ad ejus depositionem procedere forte non poteris, et hæretica perversitate relicta, ad sinum matris ecclesiæ voluerit remeare, tam eum quam complices suos, si et ipsi ad obedientiam nostram duxerint redeundum, vice nostra recipias, et a sententia, qua tenentur, excommunicationis absolvas, juramento quidem prius ab eis suscepto, sicut in subsequentibus continetur. *Ego H. refuto & anathematizo Octavianum hæreticum & schismaticum, & omnes principales fautores ejus, & ab hac hora in antea fidelis & obediens ero beato Petro & domino papæ Alexandro, ejusque successoribus canonice intrantibus. Sic me Deus adjuvet & hæc sancta evangelia.* Ad hoc nihilominus experientiæ tuæ mandamus, ut quibuscumque modis poteris studeas et efficias, quod Ymarum, (c) schismaticum et hæreticum Tusculanum quondam episcopum capias, vel a monasterio prorsus ejicias. Dilectos vero filios nostros. R. latorem præsentium et socios ejus, qui in fidelitate Romanæ ecclesiæ permanserunt, ad ipsum monasterium tecum adducas, et eos in statum suum quiete facias ac pacifice permanere. Dilectum prædictum filium nostrum R. Cluniacensis ecclesiæ monachum, caritati tuæ petimus esse interventu nostro attentius commendatum. Datum Anagniæ VII. idus Aprilis.

(a) Henricus Pisanus, monachus Cisterciensis ab Eugenio III. sacro cardinalium collegio adscriptus, de quo supra.

(b) Is esse videtur Oddo, sive Otto diaconus cardinalis S. Georgii in Velo aureo, qui præcipuus fuit auctor deferendi summum pontificatum Alexandro III.

(c) Ymarus, de quo hic Alexander, erat Cluniacensis ordinis monachus S. Martini a Campis, deinde prior Crispeicensis S. Arnulfi, tum Caritatis ad Ligerim, ac postmodum abbas Pictavensis Monasterii novi. Ab Innocentio II. creatus cardinalis plurimas fauste obivit legationes, in hoc vero infelix, quod Octaviano antipapæ inhæserit, ipsumque consecraverit. Unde mirum videri non debet, si Hugonem abbatem Cluniacensem a vero pontifice averterit. MARTENE

ANNO CHRISTI 1161.

FRATRIBUS CLUNIACENSIS MONASTERII

De depositione Hugonis abbatis Cluniacensis.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis universis fratribus Cluniacensis monasterii in communione ecclesiæ & in nostra fidelitate & obedientia existentibus, salutem & apostolicam benedictionem.

Sicut Cluniacense monasterium nobile quondam, honestissimum, ac famosum ad jus sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ specialiter respicit & tutelam, ita quoque ferventius ei B adhærere semperque ei assistere in suis opportunitatibus consuevit; & in illis præsertim temporibus, in quibus schismata & hæreses pervenerunt, ipsum monasterium angustiæ matris & lacerationi compatiens, ab ejus unitate nulla umquam occasione discessit, nullis blanditiis & terroribus a fide catholicæ ecclesiæ deviavit, utilius æstimans opprimi temporaliter & affligi, quam ab unitate ecclesiæ & a materno gremio sequestrari. Nunc vero eadem ecclesia, peccatis exigentibus, subsannatio & spectaculum omnium populorum orbi facta est fabula, quæ olim inter Gallicanas ecclesias famosissima rutilabat: ita ut pro schismaticis fratribus ipsam Cluniacensem ecclesiam maculantibus C illud Jeremiæ vaticinium in medium proponatur: *Portæ ejus destructæ, sacerdotes ejus gementes, virgines ejus squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.* Eisdem quoque falsis & hæreticis fratribus, qui quandoque in ecclesiæ communione fuerunt, & nunc miserabiliter squamosis sordibus inhærentes, auctorem & caput schismatis imitantur, alius sermo aptatur, quo dicitur: *Qui vescebantur voluptuose, interierunt in viis, qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.* Ille quidem qui caput in ecclesia illa & sustentatio videbatur, aliorum cauda factus est, & ruina. Nec solum caput hoc debilitatum est, sed potius, quod mœrentes dici- D mus, amputatum, cum tota Gallicana & universa pene totius orbis ecclesia in nostra devotione & obedientia præsistente, & Octavianum schismaticum & hæreticum condemnante, ille qui abbas dicitur, a catholicæ unitate ecclesiæ præcisus, ei præsumit in animæ suæ periculum pertinaciter adhærere, ut jam pro eo ejusque complicibus conqueri compellamur, & dicere: *Egressus est a filia Syon omnis decor ejus, facti sunt principes ejus velut arietes, non invenientes pascua, abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.* Sicut enim ex relatione accepimus plurimorum quidam ipsorum fratrum eidem Hugoni dicto abbati & Ymaro E apostatico & schismatico, Tusculano quondam episcopo, in ordinis & animæ suæ perniciem adhærentes traditi sunt in reprobum sensum; & qui aliquando religiosi ac catholici habebantur, usque adeo in erroris laqueum & perversitatis semitam corruerunt, quod eis non immerito illud propheticum adaptetur: *Filii Syon inclyti amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testa, opus manuum figuli?* Nos igitur cognoscentes tantam iniquitatem egressam a Babylone, & a senibus judicibus, qui videbantur regere populum, nec eam valentes prætermittere impunitam; ne si multa remanserit, vicina loca sua commaculet fœditate; venerabili fratri nostro Henrico Belvacensi episcopo, viro utique religioso, provido, & honesto dedimus in mandatis, ut continuo Cluniacum accedens, ipsum Hugonem dictum abbatem, omni appellatione cessante, apostolicæ sedis auctoritate deponat, & cum consilio catholicorum fratrum ejusdem monasterii, alium loco ejus substituere non moretur. Privilegio, quod Cluniacensi ecclesiæ a Romanis pontificibus dicitur esse indultum, nullum ei super depositione ipsius abbatis impedimentum vel obstaculum irrogante. Dignum est enim, ut qui se a petra fidei, & a catholicæ ecclesiæ unitate subtraxit, expers dignitatis ecclesiasticæ pro suæ malitiæ merito habeatur. Porro nos devotionis vestræ constantiam & fidei puritatem, quam circa sacrosanctam Rom. eccl. & specialiter circa personam nostram habetis, gratam admodum acceptamque tenentes, & eam sicut commendanda est, plurimum in Domino commendantes, propositum & voluntatem habemus, vos, sic ut viros religiosos, catholicos, & honestos, & spirituales sanctæ Romanæ ecclesiæ filios, sincera in Christi visceribus affectione diligere, propensius honorare, & in vestris postulationibus exaudire. Quia vero non qui incipit, sed qui perseverat pro virtute præmium obtinebit, universitatem vestram per apostolica scripta rogamus, monemus, et exhortamur in Domino, quatenus sicut bene et laudabiliter incœpistis, in devotione et fidelitate ecclesiæ ac nostra, firmi atque immobiles persistatis, & prædictum fratrem nostrum Henricum Belvacensem episcopum accedentem illuc honorifice suscipientes, quidquid ipse super negotio sibi commisso statuerit, firmiter atque inviolabiliter observetis, & tam consilium quam auxilium eidem pro viribus ministretis, prædictos schismaticos tamquam pestem mortiferam respuentes. Datum Anagniæ septimo idus April.

RU-

RUTENENSE CONCILIUM DIOECESANUM,

In quo paci in ea diœcesi servandæ certæ leges constitutæ,

Anno 1161. celebratum.

1161. RUtenense concilium ab Hugone Rutenensi episcopo celebratum, quamvis dioecesanum est, præteriisse tamen pigeret, cum multa in eo decreta plane utilia et peculiari animadversione sint digna. Hugo enim ille *habito consilio abbatum præpositorum & archidiaconorum suorum & baronum terræ, sanxit, ut omnes res mobiles & immobiles & omnes homines tam clerici quam laici in omni tempore sint sub pace securi.* Qua de causa interdicta sunt arma omnibus, nisi enses militibus & clientibus (nempe armigeris) baculos. Hanc pacem qui fregerint res illorum in pignus vel in securitatem accipere fas esto. (Clericorum rebus exceptis) Ne vero hujus servandæ pacis adjumenta desint, visum est patribus, singulis qui aliquid possiderent, annuam multam indicere, ex qua collecta pecunia damna sarcirentur iis, quorum res furto irremediabili sublatæ fuissent. Hæc omnia legimus in epistola Alexandri papæ III. inter Labbeanas Append. III. epistola XV. quæ data inscribitur Verulis *II. id maji pontificatus* B *anno II.* Hanc datam si sequamur, concilium Rutenense ad annum 1161. referri oporteret; forte tamen lectio mendosa est, & pro anno II. legendum anno XI. nempe anno 1170. cum eo anni mense Verulis (oppidum est Latii) pontificem egisse, Joannes de Ceccano in chronico testetur. Literas Alexandri, utpote a Labbeo relatas, omitto.

AD CONCILIUM MONSPELIENSE,

In quo anathema Victori III. antipapæ, ejusque fautoribus dictum,

Anno 1162. ab Alexandro III. celebratum

A D D I T I O.

1162. „ VIzeliacense monasterium ordinis S. Benedicti sive jure sive injuria sibi Cluniacenses subjecerant. Monachi ejus coenobii semper reclamarunt apud pontifices, èt variis licet ab iis impetratis literis, semper adhuc ad ingratum obsequium cogebantur. Accidit tandem ut Cluniacenses Alexandro III. suspecti efficerentur, quam nactus occasionem Guillelmus Vizeliacensis abbas Pontificem convenit apud Montem Pessulanum, impetravitque ab eo monasterii sui libertatem: nec id voce, tantum ab eodem Pontifice concessum est, D sed, ait Hugo Pictavinus in Historia Vizeliacensi a Dacherio Spicileg. to. II. pag. 537. nov. edit. vulgata lib. IV. *communi consilio & voluntate atque arbitrio omnium episcoporum, presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum, cardinalium in consistorio subscriptum exemplar confirmavit.* Quibus verbis non ambigue exprimitur concilium illud, quod eo loci tunc agebatur, cujus proinde actis, a Labbeo hinc inde petitis, bulla, qua facultas illa data est Vizeliacensibus, adjungenda.

Alexander episcopus S. S. Dei, dilectis filiis VVillelmo abbati Vizel. monasterii, ejusque Fratribus tam præsentibus quam futuris monasticam vitam professis in perpetuum.

Sacrosancta Romana ecclesia, quæ unicuique respondet pro suorum qualitatibus meritorum, eos, quos fideles reperit, benigniori tractare gratia consuevit, & quos ferventiores circa suum obsequium intuetur, honoris prærogativa est solita decorare. Antecessor autem noster bonæ memoriæ Paschalis papa, sicut ex privilegio prædecessoris nostri felicis recordationis Calixti papæ cognovimus, Vizel. monasterium, quod proprie ac specialiter B. Petri juris existit, Cluniacensis ecclesiæ fervorem religionis, quæ tunc temporis inibi habebatur, attendens, cum religio in eodem Vizel. monasterio tunc ex parte maxima deperisset, commisisse dinoscitur, & prædictus Calixtus papa & idipsum auctoritatis suæ privilegio confirmasse, ita quidem ut obeunte abbate, qui ibidem esset pro tempore institutus, alius ibi deberet communi fratrum consensu, vel partis consilii sanioris, Cluniacensium abbatum consilio subrogari. Nos vero devotionis vestræ constantiam, et fidei firmitatem, quam in hoc tempore procelloso tam vos quam bonæ memoriæ Pontius Vizel. abbas, circa Romanam ecclesiam habuistis, diligentius attendentes; considerantes etiam quam manifeste Cluniacensis ecclesia tempore hujus turbationis erraverit, et quomodo a pristina religione et honestate corruens, ab unitate ecclesiæ se fecerit alienam: prædicto monasterio vestro in devotione et fide ecclesiæ firmissime permanente, et religione per Dei gratiam ibidem plenarie restituta, ut utraque ecclesia fructum videatur pro meritis reportare, commissionem illam, quam idem E antecessor noster Paschalis papa fecerat, de communi fratrum nostrorum consilio duximus revocandam, statuentes, ut idem monasterium Cluniacensi ecclesiæ in nullo penitus subjacere debeat, nec alicui teneatur, nisi tantum Rom. ecclesiæ respondere; et electionem ita liberam per omnia habeatis, ut Cluniacensium abbatum consilium vel consensus nullo modo requiratur; imo illum vobis in abbatem dari volumus, et præponi, quem fratres communi consensu, vel fratrum pars con-

ANNO CHRISTI 1162.

consilii sanioris, secundum Dei timorem, et B. Benedicti institutionem, elegerint et Romanus pontifex aut præviderit ordinandum, aut suggestione monachorum ejusdem loci consenserit ordinatum. Ut autem hæc nostra institutio futuris semper temporibus inviolabiliter observetur, eam auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti privilegio communimus: statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præ- A sumserit, secundo, tertiove commonitus, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Servantibus autem sit pax Domini nostri Jesu-Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

CONVENTUS AD SAONAM

A Friderico I. imperatore pro dissidio duorum pontificum tollendo

Anno 1162. *indictus*.

An. 1162. *Labbei editor Venetus to. XII. pag. 294. conventum hunc ad Saonam amnem habitum, seu indictum, ex Pagio in Critica acceptum, retulit inter concilia. Sed genuinam ejus historiam nec scit, nec si scivisset plane retulisset; ex ea enim constat conventum hunc tentatum fuisse quidem a Friderico, sed nunquam habitum. Cum tamen placuerit scriptori illi locum huic dare inter concilia, operæ pretium duxi totam ejus historiam verbis Hugonis Pictavini in historia Vizeliacensi lib. IV. pag. 540. hic tradere.*

His diebus occidentalis ecclesia gravi schis- C mate laborabat. Henricus autem comes Trecensis partibus favebat imperatoris. Porro Ludovicus rex Galliæ misit in occursum Alexandri catholici papæ legatos suos, Theobaldum abbatem S. Germani de Pratis, & Carducum clericum suum; quorum legationem cum minus optato Alexander suscepisset, reversi Vizeliacum venerunt. Et decidit in lecto ægritudinis Theobaldus abbas et mortuus est IX. Kal. Augusti, sepultusque infra januam basilicæ B. Mariæ Magdalenæ, cujus monachus extiterat. Et ut cognovit rex Ludovicus repulsam legatorum suorum, iratus pœnituit se suscepisse Alexandrum contempto Victore; et scripsit per Manassem e- D piscopum Aurelianensem super hæc verba comiti Henrico Trecensi, qui eo tempore ad Germanicum imperatorem properabat. At ille gratulabundus pro oportunitate reperta, suggessit imperatori ut iniret colloquium cum rege: adunatis utriusque regni optimatibus, et ecclesiasticis viris, contestatus jurejurando quod rex audita utriusque apostolici electionis examinatione, juxta discretionem personarum utriusque regni, staret consilio suo, videlicet Henrici comitis: et indictum est colloquium apud Lovigennam vicum citra Ararim fluvium intra fines regni Franciæ. Et statutum est, ut Alexander catholicus & Victor schismaticus colloquio ad- E essent, & de sua electione in conspectu totius ecclesiæ conferrent. Quod ut cognovit Alexander, misit ad Ludovicum regem legatos, scilicet Bernardum Portuensem episcopum, & Jacintum diaconem suum, qui regis iram lenirent, & familiare colloquium inirent. Convenerunt ergo Alexander & Ludovicus apud Silviniacum, qui est vicus monachorum Cluniacensium. Rex autem Ludovicus rogabat Alexandrum, ut ad constitutum veniret colloquium; aut si forte præsentiam imperatoris abhorreret, saltem ad partes illas accederet usque ad Vergiacum castrum, quod erat inexpugnabile. Cui cum Alexander nollet acquiescere: Ego, ait rex, & te & universum comitatum tuum salvum ducam, et reducam salvum sicut corpus. Et cum nec sic acquiesceret, Alexander veritus dolos imperatoris, respondit rex: Mirum est quod conscius justitiæ suæ subterfugit testimonium innocentiæ suæ, seu audientiam causæ suæ. Et abiit rex ad indictum cum Imperatore colloquium: nondum autem cognoverat conditiones, quas ex parte sua comes Henricus fecerat cum imperatore.

Cum ergo venisset rex apud castrum Divionem, occurrit ei comes Henricus, et tum primum aperuit ei pactiones, quas cum imperatore fecerat, dicens: Majestatis tuæ reverentiæ et regni tui consulens utilitati, domine mi rex, inii colloquium super Ararim fluvium, quo tu domine mi rex, et imperator Fridericus cum pontificibus et abbatibus atque optimatibus utriusque regni convenientes, præsente apostolico tuo, et imperatoris apostolico; ex utraque parte eligentur probatissimi viri tam ecclesiastici quam militares, qui electionem utriusque apostolici dijudicabunt. Et si Rollanni electio fuerit sanior comprobata, Octaviani electio cassabitur, et imperator procidet ad pedem Rollanni. Si autem Victoris electio prævaluerit, Rollannus annullabitur. Tu vero, domine rex, ad pedem Octaviani venies. Quod si Octavianum deesse contigerit, imperator ab eo deficiens, Alexandro tuo obediet: si autem e converso Alexander defuerit, identidem decidet, et rex Victori favebit. At vero si tua majestas noluerit nec prædictis pactionibus acquiescere, nec arbitrio judicum assensum præbere, ego jurejurando juravi, quod ad partes illius transibo, et quidquid de fisco regis in feodum habeo, imperatori tradens, ab illo deinceps tenebo. Stupefactus rex Ludovicus ad hæc respondit: Miror unde tibi fiducia, quod, me inscio neque inconsulto, talia cum imperatore condixisti. Respondit Henricus. Hanc fiduciam tu rex ipse per Manassem Aurelia-

no-

norum epiſcopum mihi dediſti: interrogatuſque ſuper hoc verbo epiſcopus, timore regis diſſimulare cœpit, occultans machinationes, quibus Henricum ad hoc induxerat. Tunc Henricus protulit epiſtolam regis, qua continebatur, quod nuntii regis repulſi fuiſſent ab Alexandro, ob quam rem indignatus rex mandabat Henrico, quatenus ad imperatorem Fredericum licenter procederet, et colloquium utriuſque audientiæ iniret, certus quod rex per omnia illius conſilio ſtaret.

Fredericus autem imperator ædificaverat ſibi palatium miræ amplitudinis in loco, qui dicitur Dolah, in finibus imperii ſui; et cognoverunt Franci, quod ſchiſmaticus Victor non eſſet cum imperatore; et lætati ſunt ſuper illius abſentiam. Quo agnito Theutonici ſive Germani currentes, adduxerunt eum cum feſtinatione maxima eadem die: quem aſſumptum imperator media nocte duxit eum ſupra pontis medium, ſtatimque quaſi pactionibus ſatisfeciſſet, receſſit. Rex autem Ludovicus, quaſi venatum pergens, tranſiit per nemus ad locum colloquii, miſitque Jocium Turonenſem epiſcopum, & Mauricium Pariſiorum epiſcopum, Guilelmum quoque Vizeliaci abbatem cum aliis optimatibus regni ſui ad nuntios imperatoris, qui ibidem convenientes verbum regis expectabant. Inter quos etiam erat comes Henricus, qui propter affinitatem cognationis, partibus omnino favebat Victoris ſchiſmatici. Petierunt itaque miſſi regis ex ore ejus competentes inducias, eo quod pactiones hujus colloquii hactenus uſque perendie regi fuiſſent incognitæ; præſertim cum imperator compulerit Henricum comitem jurare, ne prædictas actiones ante diem conſtituti colloquii ullo modo manifeſtaret regi; indecens autem fore tam temere de tanto negotio diffinire. Cumque imperatoris Friderici proloquutores petitas inducias negarent, reverſus eſt rex apud Divionem. Cardinales vero, quos illuc Alexander papa miſerat, ſperantes ſolutum eſſe colloquium, Vizeliacum redierunt. Rex autem conſtituit, qui cuſtodirent fines regni ſui. Et ſequenti ſummo mane venit comes Henricus ad regem in palatio ducis Burgundiæ, allegans regem nequaquam eſſe a pactionibus liberum, ideoque ſe neceſſario diſceſſurum ab eo, & ſeſe traditurum in manu imperatoris: ita ut totam terram, quam de feodo regis hactenus tenuerat, amodo imperatori traditam ab eo reciperet, & hominium illi faceret. Attamen ob gratiam regis obtinuiſſe ſe dixit ab imperatore trium hebdomadarum inducias, ea conditione quod rex datis obſidibus polliceretur imperatori ad diem ſe venturum, & Alexandrum adducturum, atque ibidem cauſam utriuſque auditurum, & judicio proborum virorum imper. & regi pariturum, aut certe ſeipſum tradere vinctum imperatori apud Chryſopolim, quæ eſt urbs nobilis Byzantinorum: & acquievit rex & defecit ſpiritus ejus, & tædiatus eſt animo, pactuſque eſt ita ſe facturum, datis obſidibus ..... duce Burgundiæ .... comite Flandriæ, & Guilelmo comite Nivernenſi. Omnis autem eccleſiaſticus ordo audito hoc verbo, quod fecerat rex, doluit valde, & corde clamaverunt omnes ad Dominum, ut miſereretur eccleſiæ ſuæ ſanctæ, & liberaret regem a fraude circumvenientium ſe.

Abiit ergo rex ad prænominatum vicum Lovigennæ, ubi regi debebat occurrere imperator; ſed fefellit imperator Henricum, miſitque præcipuum fautorem ſchiſmatis, Renaldum cancellarium ſuum Colonienſis eccleſiæ. Cumque coram eo replicarentur pactiones, quas comes Henricus ex ore imperatoris propoſuerat regi, ſubito divina virtus adſtitit eccleſiæ ſuæ, et piæ ſimplicitati regiæ majeſtatis. Reſpondit enim Renaldus, profani erroris fautor, nequaquam imperatorem talia dixiſſe, ſcilicet quod cuiquam permitteret conſortium judicandi Romanam eccleſiam, quæ proprie ſui juris exiſtebat. Tunc repletus gaudio rex, quæſivit ab Henrico comite, utrum ſe haberent pactiones ſecundum formam ab eo ſibi propoſitam. Et rex: Ecce, ait, quod imperator qui juxta verbum tuum adeſſe debuit, abeſt: ecce quod etiam miſſi illius formam pacti, te præſente, te teſte, commutant. Verum eſt, inquit comes Henricus. Et ait rex: Nonne ergo abſolutus ſum ab omni pacto? abſolutus, ait Henricus. Et dixit rex cunctis optimatibus ſuis et epiſcopis, atque abbatibus, qui præſentes aderant: audiſtis et vidiſtis omnes, qualiter ego ipſe gratis perfecerim omnia, quæ ad me pertinent, et dicite, utrum liber ab his pactionibus videar. Dicunt omnes: liberaſti verbum tuum: ſtatimque rex velociſſimum equum, cui inſidebat reducens, protinus ire perrexit. Theutonici autem valde confuſi inſequuti ſunt eum, rogantes ut rediret ad imperatorem paratum proſequi omnia, quæ Henricus propoſuerat. At ille parvipendens ea quæ dicebantur, decipulam quam evaſerat exhorruit, dicens: Feci quod meum fuit. Sic ſoluto conventu, rex in ſuum regnum rediit.

Ex his patere arbitror conventum ad Saonam amnem in dioeceſi Biſuntina nullum interceſſiſſe Fridericum inter & Ludovicum Francorum Regem. Nequaquam tamen inficiandum eſt, imperatorem factionis ſuæ epiſcopos ibidem, vel forte in ipſa Biſuntina urbe convocaſſe. Ita enim ſcribit anonymus Stevartii ad hunc annum 1162. Circa finem ipſius anni imperator ſecundam curiam generalem congregavit apud Biſantium (Biſuntum ſcilicet) et quia Alexander papa iterum illuc ab imperatore vocatus non venit, nec legatum miſit, ipſe Victorem cum epiſcopis, et principibus, ſibi conſentientibus, ibidem ſecundo confirmavit.

VIEN-

VIENNENSIS IN GALLIA CONVENTUS

Pro receptione Guidonis Cremensis antipapæ coram Reginaldo Coloniensi convocatus

Anno 1164.

Victore III. antipapa fatis functo, Guido Cremensis sub nomine Paschalis III. assumptus est a schismaticis. Electum statim admisit Fridericus I. imperator; eumdemque ut Galli reciperent Reginaldum Coloniensem Archiepiscop. ad eos misit. Veniens ille Viennam Galliæ, conventum ibi convocavit archiepiscoporum et principum. Quid ibi sit actum in causa ecclesiæ discimus ex epistola ejus, quem S. Thomas Cantuariensis archiepiscopus Romam pro sua causa ablegaverat. Ita enim ad illum scribit: *Cancellarius imperatoris veniens Viennam, archiepiscopos quamplures convocavit, primoque milites ad opus imperatoris quæsivit. Postmodum de receptione Guidonis Cremensis, quem imperator receperat, instantissime singulos convenit. Ibi spe & desiderio suo privatus est. Quidam enim eorum ipsum Guidonem coram eo excommunicare parati fuerunt. Ipse vero cum non posset juxta votum suum proficere, indixit* B *comiti Henrico* (de quo vide supra historiam conventus ad Saonam) *colloquium suum se velle cum eo habiturum*. Hæc de Viennensi conventu. Extat epistola in registro epistolarum in causa S. Thomæ Cantuariensis inter opera Christiani Lupi to. X. epist. III. pag. 67. edit. Venet.

CONCILIABULUM NORTHAMPTONIENSE

Quo S. Thomas Cantuariensis archiepiscopus condemnatur

Anno 1164. *habitum.*

Northamptoniense concilium non quidem omisit Labbeus; sed cum excerpta a Baronio in Annalibus relata profert, integra & fusiora ejus acta, qualia exhibentur in vita S. Thomæ Cantuariensis a quatuor Authoribus coævis descripta omittit. Id quo consilio actum ab eo sit, ignoro; sicut neque compertum habeo, cur Anglus conciliorum collector VVilkins concilii hujus acta universa intra epitomen Radulfi de Diceto concluserit. Præstat igitur integra exhibere ex historia vitæ sancti Thomæ quadripartita. Ita ergo ibi cap. 25.

Et præter tempus, locus etiam determinatur, nobile videlicet illud & regium castrum, quod dicitur Northantune. Ad diem & locum hunc ex edicto regio regni pontifices universi & proceres districtissime cogun- D tur. Facta igitur concione trahitur in causam archiepiscopus, quod ad quamdam regis citationem se in propria persona non exhibuerit. Qui licet se sufficientem responsalem pro se misisse probaverit, tamen omnium procerum & etiam pontificum judicio mox omnia ejus bona mobilia sunt confiscata, nisi forte regia clementia vellet temperare judicium. Quod ita vulgo dicitur. *de omni mobili suo in regis misericordia judicatus est*. Dum vero audisset se jam judicatum sic, *Quale*, inquit, *sit judicium hoc, me etiam tacente, sæcula post futura non tacebunt. Nova quippe judiciorum forma hæc est: forte secundum novos canones apud Clarendune promulgatos. Siquidem a sæculo non* E *est auditum, quemquam Cantuariensem archiepiscopum in curia regum Anglorum pro qualicunque causa judicatum: Tum propter dignitatem ecclesiæ, tum propter authoritatem personæ, tum quia ipse regum omnium; qui in regno sunt, spiritualis pater sit, & ob id semper ei deferendum ab omnibus*. Verumtamen multo magis, quam de judicio vel proceribus judicantibus, de confratribus suis, & coepiscopis querebatur, novam, dicens, C formam hanc, & ordinem judiciorum novum, ut archipræsul a suis suffraganeis, aut pater a filiis judicetur. Et hæc sententia sic lata in archipræsulem, feria quinta, prima fuit concilii actio.

Die vero sequenti rex ipse exegit ab archipræsule pecuniam, quam, ut asserebat cancellarius, tunc a se acceperat mutuam: argenteorum videlicet libras quingentas. Quas licet Archipræsul a rege sibi donatas, non mutuo acceptas, in veritate affirmaverit, has tamen regi solvendas adjudicaverunt æmuli, eo quod archipræsul pecuniam illam, etsi donationis titulo quem tunc probare non poterat, confessus est recepisse. Adjudicata sibi pecunia, exegit rex cautionem. Quod cum facere moraretur archipræsul, dictum est ei in faciem, quod aut caveret, aut remaneret. Verum nonnulli, rege jam ex directo adversante, videntes archipræsulem ab omnibus, etiam suis suffraganeis destitutum, jam quodammodo naufragari, commoti aliqui eorum sponte se obtulerunt & fidejusserunt pro eo. Et erant fidejussores quinque: unusquisque pro centum libris. Et hoc actum feria sexta, fuit secunda concilii actio.

In crastinum vero, cum sederet archiepiscopus seorsim in quodam conclavi cum suis coepiscopis, ex edicto regis seris objectis, ne pateret exitus, propositum est ex parte regni adversus archiepiscopum, quod cum haberet vacantes episcopatus & abbatias, & multos reditus domini regis per annos plurimos in manu sua, nullam eis super his reddidit rationem, quam nunc sibi rex requirebat exhiberi.

Et reddente rationem, rationis summa taxata, videlicet ducenta triginta marcarum millia. In palatio vero & qui ad concilium venerant universi, jam audientes hoc obstupue-

ANNO CHRISTI 1164.

puerunt. Et jam passim submurmurabant solam captionem archipræsulis superesse. Alii vero etiam graviora suspicabantur. Et hoc quidem jam passim. *Super his*, inquit vero archiepiscopus, *prudentiores volumus consulere, & de consultu respondere*. Dum igitur pontifices qui aderant, quid super his respondendum, agendumve esset requirerent, Henricus, tunc Vintoniensis episcopus, qui quidem archipræsuli favit, sed propter metum occulte, quod in electione archiepiscopi, tunc Cantuariensis archidiaconi, & regis cancellarii, ab omnibus curiæ nexibus Anglicanæ ecclesiæ redditus fuerit absolutus. Et quidem hujus tam evidenti testimonio reliqui episcopi deesse non poterant.

Verum Londoniensis episcopus Gilbertus, decanus ecclesiæ Cantuariensis, inquit: *Si Pater recolis, unde te dominus rex sustulerit, quid tibi contulerit, considerata temporum malitia, quam ruinam catholicæ ecclesiæ & nobis omnibus paraveris, si in his regi resistere volueris; non solum archiepiscopatum, sed in centuplo, si tanti fuissent, cedere deberes. Et forsitan, si hanc in te rex videret humilitatem, te in universum restitueret*. Archiepiscopus inquit: *Satis innotuit quid consulto responderis*. Deinde Vintoniensis subintulit: *Hæc forma consilii catholicæ ecclesiæ penitus perniciosa, nos omnes obligat & confudit. Quod si archiepiscopus noster, & totius Angliæ primas, nobis id reliquerit exemplum, ut ad nutum & comminationem principis quisque episcopus authoritati & curæ animarum sibi commissæ debeat cedere; quis erit de cætero status ecclesiæ, nisi ut nulla agantur de jure, sed omnia confundantur pro libitu? Et sic erit sacerdos, sicut populus*. Hilarius Cicestrensis episcopus, qui & ipse gloriosus in verbis, subjunxit: *Nisi temporis instantia, & catholicæ ecclesiæ perturbatio aliud exigerent, standum utique esset verbis sententiæ. Verum ubi nutat canonum authoritas, plurimum substrahendum est severitati, ut in eo perficiat dispensatio, quod posset destruere severa correctio. Censeo igitur cedendum regiæ voluntati, sed ad tempus: Ne propere procedamus id statuere, unde sequatur durior res, sive tristior*. Episcopus deinde Lincolniensis, simplex homo & minus discretus, ait: *Patet vitam hominis istius & sanguinem requiri, necessarioque erit alterum horum, aut archiepiscopatui, aut vitæ cedendum. Quis sibi fructus de archiepiscopatu proveniet? Sed proinde vitæ cesserit. Nec id vel aliud video*. Exoniensis autem episcopus Bartholomeus ait. *Palam est quoniam dies mali sunt. Et si possemus sub dissimulationis umbra hujus tempestatis impetum pertransire, elegi id præcipue procurandum. Sed nec ad id facile perveniendum, nisi plurimum subtrahatur severitate. Temporis instantia id requirit, maxime cum non generalis, sed personalis hæc persecutio. Satius est igitur unum caput in parte periclitari, quam totam Anglicanam ecclesiam inevitabili discrimini exponere*. Vigornensis vero episcopus Rogerus requisitus & ipse, quid inde sentiret, ita temperavit responsum, ut etiam negando palam ostenderet,

A quid animi haberet. *Nullum*, ait, *in hac parte dabo consilium. Quia si dixerit a Deo susceptam animarum curam ad regiam voluntatem & comminationem oportere relinqui, contra conscientiam meam, & in capitis mei condemnationem loquetur os meum. Si sentiam regi resistendum, ecce qui sui sunt audiunt, per quos id ipsum innotescet regi, statimque ejicerer extra synagogam, & esset sors mea de cætero cum publicis hostibus, & condemnatis. Idcirco nec hoc dico*.

His ita gestis sederunt aliquandiu sub silentio: Nec erat qui amplius his aliquid adjiceret. Et arte quæsita, ut pateret eis exitus, inclusi enim erant; *Volo*, inquit dominus Cantuariensis, *loqui cum duobus comitibus qui cum rege sunt*. Quos & nominavit.
B Vocati illi apertis ostiis introierunt properanter, credentes aliquid audire, quod regiam satiaret voluntatem. Adstantibus his, ait archiepiscopus: *Super his, de quibus nos dominus rex convenit, contulimus. Et quia non habemus ad præsens eos, quibus res ipsa magis innotuit, ideo usque in crastinum petimus inducias, tunc responsuri, sicut Deus nobis inspiraverit*. Ad hæc regi deferenda missi sunt Londoniensis & Roffensis episcopi. Londoniensis sub vulpe latens injunctum sibi pervertit negotium, dicens regi, archiepiscopum apud eum postulare inducias ad
C præparanda instrumenta, quasi statuto die rationem redditurus super objectis, ut sic magis obligaretur archiepiscopus ad executionem regiæ voluntatis. Directi sunt igitur duo comites ad archiepiscopum postulata regis ex parte deferentes: si tamen ratum haberet, quod ex parte sua per episcopos fuerat regi suggestum. Quo audito, ait archiepiscopus, se in id mandatis non dedisse, neque id, quod regi suggestum fuerat, ratum habere; sed die sequenti, Deo authore, & sicut datum fuerit, desuper responsurum. Erubuit ergo Londoniensis, dum videret se incidisse in laqueum, quam jecerat ad Patrem suum decipiendum. Soluto itaque concilio, ea die discesserunt ab invicem. Multitudo
D vero militum, & aliorum, qui cum domino Cantuariensi illuc convenerant, regio metu perterrita secessit in partem, & amplius cum eo non stetit. Quo comperto circuire sepes & vicos, & ad se vocari pauperes, claudos, & debiles, dicens per talem militiam provenire posse celeriorem victoriam, quam per eos qui tempore tentationis turpius recesserunt.

In crastino vero, dominica videlicet die, propter diem quievit; in secundam feriam citatus, & expectatus Archiepiscopus ad agnomen. Verum ea die, in ipsa etiam nocte diei, gravissima passione illiaca percussus est.
E Nam & ea multoties vexabatur, eatenus quod non posset se directo erigere. Omnibus vero hanc fictam, non veram infirmitatem arbitrantibus, de majoribus regni proceribus, qui convenerant, ad archiepiscopum mittunt, ut veritatem explorarent, & ad curiam citarent. Quibus ille: *Hodie, sicut ipsi cernitis, ad curiam venire nequeo; sed pro certo sciatis, favente Domino, cras exhibiturum me curiæ, & nisi aliter datum, in lectica vehendus eadem*. Ea die sermo per-

ANNO CHRISTI 1164.

crebuit, & a nobilibus quibusdam Thomæ nunciatum est, quod si sui copiam faceret in curia, vel trucidaretur, vel in carcerem mitteretur. Timens igitur sibi archiepiscopus, eo quod necdum se martyrio sentiebat idoneum, a quodam religioso accepit in monitis, quod in honorem beati protomartyris Stephani die postera missam celebraret, ne adversariorum protervitas adversus ipsum prævaleret.

In crastino vero, quæ vulgo dies martis dicitur, quæ & archiepiscopo vere martis illuxit, antequam curiam intraret, conveniunt ad eum pontifices; attoniti quidem & exterriti propter audita. Unde non aperte propter enormitatem, sed sub quadam insinuationis specie, artificiose ei suadebant, ut ipse de omnibus, & de ipso archiepiscopatu regis se per omnia voluntati subiiceret & arbitrio: si forte sic posset regis ira sedari & indignatio. Adjicientes etiam quia nisi fieret sic, jam audiret sibi in curia perjurii crimen imponi, & tamquam proditorem judicandum, eo quod terreno domino honorem terrenum, fidelitatis juramento comprehensum non servaret: regias videlicet ipsas consuetudines non observans, ad quas etiam specialiter observandas nova jurisjurandi obligatione se adstrinxerat.

Quibus ipse respondit: *Fratres mei, sicut jam cernitis, fremit contra me mundus. Insurgit inimicus. Sed quod plango lachrymabilius, quia cæteris est detestabilius, & filii matris meæ pugnant contra me. Et si ego tacuero, sæcula post futura enarrabunt, qualiter me solum deserueritis in certamine. Qualiter me archipræsulem vestrum & patrem, quantuscunque sim peccator, per duos continuos dies bis jam judicaveritis. Et adhuc conjicio ex his quæ dicitis, vos non solum in civili, sed in criminali causa, in foro sæculari, judicare me paratos. Verum communiter vobis omnibus in virtute obedientiæ, sub ordinis vestri periculo, hoc inhibeo, ne deinceps intersitis judicio, quo mea persona judicatur. Quod etiam ne faciatis, matrem nostram, omnium refugium oppressorum, Romanam ecclesiam appello. Et si, ut rumor jam in vulgo est, sæculares in me injecerint manus, vobis itidem in virtute obedientiæ præcipimus, ut pro patre vestro & archipræsule, quam decet, ecclesiasticam exerceatis censuram. Unum autem sciatis, quia fremat mundus, insurgat inimicus, cremet corpus; caro quippe infirma, ego tamen, favente Domino, nec turpiter cedam, nec creditum mihi gregem enormiter derelinquam.* Verum contra prædictum archipræsulis præceptum Londoniensis episcopus confestim appellavit; & Vintoniensis. *Sub tanta*, inquit, *partis utrimque, dissonantia pax perpetuum relegatur, nec spes quidem gratiæ poterit æstimari.*

Igitur pontifices omnes discedentes, ad curiam properabant, præterquam duo, qui archipræsulis thalamum tardius ingredientes, secreto confortabant & animabant Archipræsulem. Nempe dominus Vintoniensis Henricus: qui quia archiepiscopum consecraverat, amplius compatiebatur afflicto; & Saresberiensis Joselinus. Et hi tamen propter metum occulti. Et post episcoporum discessum

A cito intravit ecclesiam, & ut præmonitus erat, missam ipsemet de beato Protomartyre Stephano celebravit. Et erat missæ introitus: *Etenim sederunt principes, & adversum me loquebantur.* Et hanc quidem missam, præter morem eo die, qui festus non erat, cum pallio celebravit. Ministeriales vero regis, qui ibi forte tunc aderant, id tacite considerabant; quibus visum est rem ipsam aliquid prætendere.

Missa tandem cum debita devotione celebrata, amoto ab humeris, ad quorundam amicorum & familiarium suorum suggestionem, pallio cum infula, cæteris indutus vestibus sacris, cappa clericali superjecta, processit ad regis curiam iturus.

B Et quoniam ex auditis timebat sibi ut homo secum ipsemet, sed etiam ecclesiasticæ communionis portabat viaticum, Eucharistiam scilicet. Unde jam audacior factus & securior, tamquam si ad prædam, leo iste evangelicus, sicut dictum est, ad curiam properabat.

Intraturus cameram regis, ubi cum rex præstolabatur, ad ostium ipsum a crucis bajulo crucem accepit, & palam cunctis videntibus ipse eam bajulavit, sequentibus episcopis, & id aliter quam decuit, interpretantibus. Occurrens Robertus Herefordensis, inquit: *Pater sustine, & ego vicecapellani crucem deferam ante præsentiam vestram.* C *Sic enim condecet.* Archiepiscopus ait: *Justum est me ipsam deferre, sub cujus protectione tutus maneo, & ejus viso vexillo, non est mihi dubitandum, sub quo principe militem.* Londiniensis ad hæc: *Si viderit rex te armatum intrare, gladium suum fortiorem exeret in caput tuum. Et tunc videbis quid proderunt talia arma tua.* Archiepiscopus inquit: *Hæc Deo committimus.* Et Londoniensis: *Stultus hactenus fuisti, & ab hac stultitia, ut video, de cætero non recedes.* Et processum est. Audiens autem rex archiepiscopum armatum venire, oblito vel deposito gladio illo, de quo dixerat Londoniensis, citius recessit in conclave ulterius.

D Sedente hic seorsim archiepiscopo solo cum suis episcopis ex adverso, & loco & animo adunatis.

Vocatis igitur præconis voce pontificibus & proceribus universis, gravem & grandem rex deponit querimoniam, quod archipræsul in ignominiam ejus & regni sic intraverit curiam, non tanquam regis sed proditoris, se de proditione sic notabilem reddens. Inauditum a sæculo in curiam alicujus regis Christianæ professionis hoc factum. Cuncti ergo regi testimonium perhibentes, dicebant, illum vanum semper & superbum extitisse. Et ignominiam hanc non in solum regem, sed in regnum totum, ipsos omnes

E redundare: Et hoc merito regi accidisse, qui talem fecerit sibi secundum in regno, cui subjecerit omnes, & parem nullis. Omnes igitur passim & manifeste proditorem conclamabant, qui domino suo regi, a quo tot & tanta bona acceperat, non jam honorem terrenum, sicut juraverat, servasset; sed potius in facto hoc & regi & regno perpetuam proditionis maculam impressisset, & propterea in eum, tamquam regis per-

ANNO CHRISTI 1164.

perjurum & proditorem, animadvertendum. Et super hoc clamor invalescebat.

Unde & audientes hæc per totam aulam, tremore & horrore concutiebantur. Exiens autem Rogerus Eboracensis archiepiscopus ait clericis suis, quos ibi invenit: (erant enim ibi magister Robertus, Grandis cognomine, & Osbertus Arundelli) *Recedamus hinc. Non decet nos videre quæ hic habent fieri cito de Cantuariensi*. Magister Robertus inquit: *Non hinc recedam, donec videro, quid Dei voluntas super his judicaverit. Si pro Deo & ejus justitia dimicaveritis usque ad sanguinem, pulchrius vel melius vitam finire non poterit*.

Cum autem quidam, qui ostiarii dicebantur, cum virgis & baculis de cœnaculo, in B quo rex erat, cum magno impetu descendissent, & vultu minaci & digitis extensis versus archipræsulem respexissent, quotquot in domo erant, crucis se signaculo signantibus, archipræsul inclinato capite, sedenti ad pedes discipulo inquit: *Timeo jam tibi. Verumtamen tu non timeas. Adhuc enim coronæ meæ particeps eris*. Cui mox discipulus inquit: *Nec tibi timendum, nec mihi. Erexisti enim nobile illud & triumphale vexillum, omni potestati sanctum & terribile, in quo multi bella multa vicerunt. Memento igitur te quondam extitisse regis Anglorum....*

Dum ergo magister & discipulus sic in aure colloquerentur, veniens Bathomeus E- C xoniensis episcopus, procidens ad pedes archiepiscopi, ait: *Pater, miserere tui. Miserere & nostri. Omnes enim hodie perimus odio capitis tui. Exiit namque edictum a rege, ut qui amplius cum archiepiscopo staret, publicus hostis judicaretur, in capite puniendus*. Dictum est etiam, quod Joselinus Saresberiensis, & Willelmus Norvicensis episcopi, qui adhuc resisterant, traherentur statim ad supplicium, in membris mutilandi. Qui & ipsi pro salute sua Cantuariensem rogabant. Intuens igitur archiepiscopus in Exoniensem, ait: *Fuge hinc, quia non sapis ea quæ Dei sunt*.

Pontifices de licentia regis separati a pro- D ceribus per se seorsim inierunt consilium. Res enim in arcto erat. Siquidem aut regis indignationem incurrerent, aut una cum proceribus archipræsulem suum super causa criminis condemnarent. Quod quidem propter nimis manifestam sanctarum sanctionum prævaricationem non audebant. Unde in arcto positi volvunt & revolvunt, quid agendum. Qualiter hæc evadenda foret necessitas. Et demum de communi omnium consilio hoc continuatum est, quod archipræsulem ad Romanam sedem de perjurii crimine appellarent, & regi se obligarent in verbis veritatis promissione, se omne opus & operam ad archipræsulis depositionem pro E viribus adhibituros sub hac conditione, ut rex eos de beneplacito suo ab hoc, quod tunc imminebat archipræsuli, absolveret judicio. Regi igitur se ita obligantes, exierunt a concilio regis omnes simul episcopi ad archiepiscopum. Quorum unus eloquens, Hilarius Cicestrensis episcopus, prorumpens in vocem ait: *Quondam noster fuisti archiepiscopus, & tenebamur tibi obedire; sed quia do-* A *mino regi jurasti fidelitatem, hoc est vitam, membra, terrenam dignitatem sibi per te salvam fore, & consuetudines, quas ipse repetit, conservandas, & tu niteris eas destruere, præcipue tamen quæ spectent ad terrenam ejus dignitatem & honorem, idcirco te reum perjurii dicimus, & perjuro archiepiscopo de cætero non habemus obedire. Nos itaque & nostra sub domini papæ protectione ponentes, te ad ejus præsentiam appellamus, super his responsurum*. Et diem statuit. Archiepiscopus inquit; *Audio*. Substrahentes seipsi seorsim sedere ex adverso diutius in summo silentio.

Jam igitur terror & horror, plusquam prius, universos invasit. Rege enim cum principibus, pontificibus subtractis, sedente pro tribunali, certissime putabatur mox captio, aut aliquid deterius archipræsuli imminere. Et tunc siquidem principes, & quotquot regni majores aperuerunt ora sua, sicut leo rapiens & rugiens, & perjurum ac proditorem archipræsulem judicarunt.

Tandem a rege processerunt comites, barones, & plurima turba ad archiepiscopum, quorum primus Robertus comes Leicestriæ ait: *Mandat tibi rex, ut venias redditurus rationes super objectis, sicut pridie promisisti te facturum. Alioquin audi judicium*. Archiepiscopus inquit: *Judicium?* Et surrexit dicens: *Imo, fili comes, & tu prius audi. Non te latet, fili, quam familiaris regi, & quam fidelis secundum statum hujusmodi fuerim. Cujus rei gratia placuit ei, ut promoverer in archiepiscopum Cantuariensis ecclesiæ. Deus scit, me id non volente. Nota enim mihi fuit infirmitas mea. Et magis pro suo, quam pro Dei amore acquievi. Id satis hodie palam est, dum Deus & se mihi subtrahit, & ipsum regem. Veruntamen in mea promotione, dum electio fieret præsente Henrico regis filio & hærede, cui & hoc ipsum mandatum fuit, quæsitum est: Qualem me redderent Cantuariensi ecclesiæ? Et responsum est: Liberum & quietum ab omni nexu curiali. Sic igitur liber & absolutus super his, a quibus sum liberatus, nec teneor, nec volo respondere*. Comes inquit: *Et hoc aliter se habet, quam Londoniensis regi suggesserat*. Adjecit archiepiscopus: *Adhuc, fili comes, id attende. Quanto dignior est anima, quam corpus, tanto magis Deo & mihi teneris obedire, quam terreno regi: Nec lex nec ratio permittit, ut filii patrem judicent, & condemnent. Unde regis & tuum, & aliorum declino judicium, sub Deo solo a domino papa judicandus, cujus coram vobis omnibus præsentiam appello, ecclesia Cantuariensi, ordine & dignitate mea, cum ad hæc pertinentibus, sub Dei, & sua protectione positis. Nihilominus vos fratres & coepiscopi mei, quia magis homini quam Deo obeditis, ad domini papæ audientiam & judicium voco. Et sic catholicæ ecclesiæ & apostolicæ sedis authoritate hinc recedo*.

Abeuntem itaque archiepiscopum prosequuntur curiales mundi, contumeliis & injuriis lacessitum, proditorem et perjurum acclamantes. Ille autem gaudens ibat a conspectu concilii, quoniam dignus habitus est pro nomine Jesu contumeliam pati. Hamedinum ta-

ANNO CHRISTI 1164.

tamen comitem, & Ranulfum quendam, præcæteris ei maculam proditionis improperantes, tanquam mentientes refellit, viciffim improperans, quod refellere non poterant, alterum gartum (a) & fpurium, nec viri reprehenfione dignum; alterius vero cognatum quod in fua minime cognatione contigiffet, ob crimen laqueo fufpenfum.

(a) Calonem *Cang.* V. Garcio

Venienti igitur ad ulteriorem portam claufa eft janua, nec potuit exire, nullo ibi invento cuftode. Et dum res ageretur in metu & dubio, nutu Dei contigit claves plurimas in fafciculo pendere a muro, quas arripiens familiaris quidam archiepifcopi, una poft alteram attentavit, donec aperiret januam.

Egreffus igitur a curia, cum in equo effet, vix potuit equum regere, crucem portare, & benedictionem dare pofcentibus.

Occurrerat enim ei multitudo maxima pauperum & infirmorum, acclamantium & dicentium: *Benedictus Deus, qui eripuit fervum fuum a facie inimicorum fuorum*. Putabatur enim jam fuiffe extinctus. Præcedente igitur & fubfequente turba pauperum, cum clero et populo, in gaudio et lætitia perducitur ad hofpitium, ad ecclefiam videlicet beati Andreæ religioforum monachorum conventuale monafterium. Videns autem exultationem plebis fequentibus fe dixit: *Quam gloriofa proceffio nos conducit a facie tribulantis. Sinite pauperes Chrifti, & noftræ tribulationis participes omnes intrare nobifcum, & epulemur in Domino ad invicem*. Et impleta funt domus et atria circumquaque difcumbentium.

Inter epulas acceffèrunt Londonenfis et Ciceftrienfis epifcopi ad menfam, dicentes fe viam pacis inveniffe. Requirenti archiepifcopo fub quali forma, inquiunt: *Quæftio pecuniaria igitur inter te & regem. Si igitur nomine pignoris duo maneria veftra, Occeford & Muncheaham, regi affignaveris ad tempus, credimus quod inde pacamus: Et maneria refignabit, & pecuniam remittet, & gratiam fuam tibi tutius reftituet*. Ad hæc archiepifcopus: *Hecla manerium fuit quondam Cantuarienfis ecclefiæ, ut accepi, quod rex modo tenet in dominio. Et licet ad ejus reftitutionem Cantuarienfi ecclefiæ competit rei vendicatio, tamen his fieri temporibus omnino non fpero. Nihilominus vel cujuflibet turbationis fedandæ, vel recuperandæ regiæ gratiæ caufa, antiquo juri, quod in illo manerio Cantuarienfis ecclefia habere dicitur, renunciarem: cuilibet periculo vel difcrimini caput iftud opponerem*. Et caput tetigit. Indignantes ergo epifcopi regreffi funt, hæc regi nunciantes. Et accenfa eft in his regis indignatio.

Prandente igitur archiepifcopo, infra prandendum, in ecclefiaftica Hiftoria tripartita de perfecutione Liberii epifcopi lectio fuit. Ubi cum illico evangelii, fcilicet; *Si vos perfecuti fuerint in ifta civitate, fugite in altum*, interpofitum audiret, refpexit ad difcipulum qui fcripfit hæc. Et ut cognofci poterat, ficut mox exitus probavit, evangelicam jam animo conceperat fugam. Hymno vero dicto archipræful furgens a menfa, confeftim Rogerum Vigornenfem, & Robertum Herefordenfem epifcopos, & Roffenfem epifcopum, proprium capellanum fuum, ad regem mifit, poftulans ab eo fecurum de terra fua egreffum. Qui cito reverfi retulerunt regem refpondiffe, quod in craftino ad concilium hoc differret.

Ipfo die duo magni & fideliffimi proceres ad eum in ipfo noctis confinio accefferunt, vultu miferabiles & lacrymofi, tundentes pectora fua, & confidentes, & proteftantes per tremendum judicium Dei, quod indubitanter fciebant viros magnos, et malefactis vel maleficiis infignes, utpote multis pollutos facinoribus, in illius necem confpiraffe, et fe ad eum occidendum mutuis invicem adftrinxiffe juramentis. Ne ergo caufa ecclefiæ, quæ nondum plene innotuerat, in morte ejus pateretur occafum, cœpit cogitare de fuga.

Intelligenfque moram fibi periculofam effe, et per eam fibi parari poffe infidias, juffit in ipfa nocte in ecclefia S. Andreæ parari fibi lectum inter duo altaria. Quo accedens cum paucis, proftratus cœpit pfallere pœnitentiales cum litania: Et fingulorum Sanctorum nomina pronuncians, fingulas fecit genuflexiones. Quo completo, proinde fatigatus ftrato fe projecit, capefcendæ quietis fimulans occafionem. Deinde de fecreto fe fubtrahens, et per pofticum exiens, parum ante gallicinium, clam deftinavit fugam.

SE-

SENONENSE CONCILIUM

Quo necis decani Monasterii S. Evurtii Aurelianensis causa delata est,

Inter annum 1165. & 1177. celebratum.

AB anno 1165. usque ad annum 1177. Stephanus, qui dein Tornacenses infulas obtinuit, abbatiam monasterii S. Evurtii Aurelianensis, canonicorum ord. S. Augustini, rexit. Eo abbate Joannes decanus monasterii sui, qui res ejusdem loci e manu potentium raptorum vindicaverat, neci traditus est. Impios sicarios ut debita ultione punirent, Senonensis concilii patres, qui tunc convenerant, hac epistola idem Stephanus compellavit.

PLANCTUS ECCLESIÆ AURELIANENSIS

Super infectione Joannis decani, quam proposuit Senonis in concilio episcoporum præfectus Stephanus, tunc temporis sancti Evurtii Aureliæ abbas.

SOror vestra sanctæ filia sedis hujus Aurelianensis ecclesia, rorantes sanguine lachrymas, et aspersas amaritudine preces ministerio nostræ vocis effundit, planctum unigeniti movet, filium uteri sui, quem genuerat, maternis ejulatibus requirit, et ecce non comparet, et ipsa quo ibit? Posita est quasi signum ad sagittam, facta est opprobrium vicinis suis, & qui eam vident movent capita sua super eam. Ipsa autem gemens & conversa retrorsum clamat in aures Domini Sabbaot: *vindica Domine sanguinem levitæ tui, qui effusus est*. Et quis eam, nisi sit demens, in funere nati flere vetet; quis videat lacrymas ejus in maxillis ejus, & contemnat? quis attendat cruentas ejus exequias, & lamentabile feretrum siccis oculis prosequatur? Patres mei, factum D est verbum in diebus nostris, quod quicunque audierint, tinnient ambæ aures ejus. Dixerunt in dolo viri sanguinum & dolosi, & de fruticum latebris fruticosæ mentis homines impetum fecerunt unanimiter in ministrum altaris, servum simul & filium crucis. In manibus eorum vasa mortis, cum nihil minus quam mortem expectabat ab eis. Ipsum ducem sceleстæ factionis illius, qui altero sese polluerat homicidio, de mortis faucibus & exilii proscriptione suo redemerat interventu. Non timuit generatio prava atque perversa, semen Chanaam, & non Juda, progenies viperarum non timuit signum Dominicæ passionis, quod raso desuper vertice singuli nostrum gerunt, in sacro E Dei levita profundis arare vulneribus, & faciem ad cœlestis pulchritudinis similitudinem figuratam notis turpibus deformare. Virum egregium de grege hominum exemerunt carnifices & sicarii, virum qui in ecclesia sua dispersa colligens, lapsa erigens, fatigata reparans, possessiones ecclesiæ sic revocaret perditas, ut non perderet revocatas. Joannem nostrum martyrem simul causa fecit & pœna. Causa rigor ecclesiasticæ justitiæ, pœna dolor passionis illatæ; quia dixerat Joannes, immo dominus papa per Joannem. Non licet tibi habere portionem B fratris tui clerici. Infremuit Herodes, & factus ipse spiculator, in capite Joannis crudele spectaculum mundo exhibuit. At si quæ in eo terreni contagii maculæ inhæserunt, totum delevisse credimus & absterisse dolores mortis, qui eum circumdederunt; Dominici corporis & sanguinis sacramentum, quod ea, qua potuit, reverentia suscepit, inter profundos gemitus, inter alta suspiria contriti cordis, & humiliati spiritus, post susceptam Eucharistiam præsentibus nobis fati munus explevit, & qui vidit testimonium perhibuit & testimonium ejus verum est. Vestra interest, speculatores domus Israel, custodes murorum Hierusalem, C pastores ovium Christi; vestra interest, & remedium adhibere præteritis, & providentiam futuris, et licet sero vobis offeratur illud: *Melius est in tempore occurrere, quam post exitium vindicari*; tamen *Deus ultionum Deus ultionum* gemitibus inenarrabilibus interpelletur a vobis. Clamavit vobiscum vox sanguinis fratris vestri Abel de terra, clamabit, et commovebit non solum terram, sed etiam cœlum. Profecto enim quis locus tutus, aut quæ causa poterit esse excusata, si venerandi ministri altaris æstimentur sicut oves occisionis? Quem murum integritati aut vallum fidei providemus? Si ferri rabies execranda penetralia veneranda cruentat? Quid denique cautum aut securum esse poterit, si columnas ecclesiæ sacrilega manus impune confringit? Habemus et Cæsarem qui condolere possit et velit infirmitatibus nostris, cujus longas manus non effugient, qui non solum offenderent Corneliam de sicariis, sed Juliam majestatis. Eduxit gladium divinitus sibi commissum; persequetur et comprehendet, et non erit qui eruat eos. Facillime enim in hoc summi numinis speratur venia, per quod salus et incolumitas multorum procuratur. Insurgant simul leges ecclesiasticæ, armentur jura cœlestia, ut concurrentibus duobus gladiis, quos in defensione Christi passuri sufficisse legimus, duplici confusione conterantur. Moveant vos lachrymosa viduatæ crucis suspiria, commune discrimen omnium, causa propria singulorum, et sic remedium conferre nostro dolori, ut honestati vestræ simul provideatis et saluti.

AD

AD CONCILIABULUM HERBIPOLENSE

Quo Paschalis III. antipapæ electio confirmata est

Anno 1165.

ADDITIO.

Herbipolensis hujus conventus historiam brevi quidem compendio tradit anonymus Stevartii, sed in brevi hac epitome nonnulla tangit, quæ nec in literis Friderici imperatoris ex Baronio a Labbeo recitatis habentur. Hæc igitur ille ad annum 1165. *Dominus imperator curiam celebravit in civitate VVirzburgensi vel Herbipolensi in* B *mense majo, in diebus Pentecostes, quod evenerat tunc 10. kalend. junii; ubi episcopi & electi, numero fere quadraginta de regno Teutonico, juraverunt obedientiam Paschali, & ejus successoribus, ipso imperatore primum, & ante omnes, idipsum jurante super evangelia & reliquias. Postea episcopis, & inde omnibus regni principibus, qui aderant. Postea autem multi principes & episcopi, qui ibi non aderant, juraverunt. Tenor autem juramenti hic erat; ut videlicet decedente Paschali, nullum in papam reciperent, nisi unum de ipsius fautoribus: Et ut obeunte imperatore, nullus in regem, aut imperatorem levaretur, nisi qui illam partem defen-* C *deret & manu teneret, contra Romanam ecclesiam: Et ut episcopi, qui jurarent, idem juramentum ab omnibus suis subditis & prælatis exigerent: Et quicunque non juraret, omni ecclesiastico honore & beneficio, & potestate; postremo & omnibus bonis suis privaretur. Ibi etiam quidam electi, consecrati sunt in episcopos a suis conjuratoribus episcopis, & alii in presbyteros, & alios ordines ordinati.*

Actis conventus Herbipolensis Henricum II. Anglorum regem per destinatos à se nuncios subscripsisse negat Labbeus; sed Malmesburiensis in vita tripartita sancti Thomæ Cantuariensis lib. II. cap. XX. affirmat, D cujus verba, quod ad eadem acta pertineant, hic recitanda duxi: *Rex Anglorum dolorem suum in fide vindicaturus, clericos duos, Joannem videlicet de Oxemfordia, & Richardum de Ivelcestria, misit ad imperatorem Alemanniæ Fredericum; qui coacto concilio de pace Romanæ ecclesiæ tractabat, mandans, quod si nomen & obedientiam Alexandri papæ abjuraret, participem se schismatis haberet cum episcopis. Ille cum schismatis fautores haberet, de consilio Coloniensis archiepiscopi, qui Octaviano extincto successorem jam suscitaverat, consensit. Jurantibus itaque cum imperatore optimatibus, & episcopis quibusdam obtrectantibus & usque in lachrimas re-* E *nitentibus, nuncii quoque regis ex persona ipsius in consimilem formam jurarunt. Et tanquam si minus adhuc peccavisset, rex portus diligentissime custodiri præcepit, feralia in eos statuens edicta, qui vel papæ mandata vel literas in Angliam deferrent, vel delatas reciperent. Præcepit etiam publice, & compulit per vicos, per castella, per civitates, ab homine sene usque ad puerum duodennem beati Petri successorem Alexandrum abjurare. Omnibus igitur capiti suo renunciantibus sic, revelabantur ex multis cordibus cogitationes.*

„ Idipsum de consensu ab Anglis schismaticis congressionibus præstito confirmat „ Fridericus imperator non in epistola tantummodo *ad omnes populos*, quam ex Baronio affert Labbeus; sed & in alia ad „ Stabulensem abbatem, quem de rebus in „ Herbipolensi concilio stabilitis reddit certiorem; quam epistolam, utpote a Labbeo „ omissam, ex codice epistolarum in causa „ S. Thomæ Cantuariensis lib. 1. ep. LXXI. „ hic dandam censeo. Extat inter opera „ Christiani Lupi to. X. pag. 103.

FRIDERICUS IMPERATOR STABULENSI ABBATI.

Sicut novit dilectio tua, ad curiam Wicheburch, quam in Pentecostem indiximus, nos una cum principibus universis tam sæcularibus quam ecclesiasticis, gloriose convenimus. Ubi inter cætera sanctæ ecclesiæ statutum est, et præcipue de negotio domini Paschalis papæ, quod in cordibus multorum dubium habebatur, communicato universorum consilio, principum videlicet, et omnium clericorum, atque laicorum, qui aderant, feliciter et magnifice roboravimus: Invocata enim Sancti Spiritus gratia, dominum papam Paschalem, et ejus honorem in hunc modum stabilivimus, et confirmavimus, quod nos propria manu nostra super Sanctorum reliquias publice juramentum fecimus, quod de cætero Rolandum schismaticum neutiquam pro papa recipiemus. Et si ipse decesserit, ejus successorem, quem pars adversa substituet, similiter nunquam recipiemus. Dominum vero Paschalem papam de cætero, sicut universalem et catholicum patrem, cum obedientia et honore, et reverentia habebimus et tenebimus, et ab ipso ac ejus parte nunquam recedemus, quamdiu ipse vivet, et nos vivemus. Si autem ab hac vita nos decedere contigerit, noster successor, quem principes universi substituent, hunc honorem imperii, et hanc partem nostram sub eodem juramento tuebitur semper atque tenebit. Hoc idem juramentum omnes archiepiscopi et episcopi nostri, et electi, qui interfuerunt numero quadraginta, super sancta Dei evangelia manu propria unusquisque sub stola sua fecerunt, et publice firmaverunt. Et ad removendam pro parte nostra omnem ambiguitatem omnes electi, primus Coloniensis, deinde cæteri, sacros ordines in sabbato quatuor temporum ad laudem et honorem imperii apud Witzeburgh cum omni devotione susceperunt. Similiter universi principes sæculares, dux Saxoniæ, et Albertus marchio senior, et Palatinus co-

comes de Rheno, Landgravius, et reliqui omnes super Sanctorum reliquias publice juraverunt. Honorabiles quoque legati regis Anglici, amici nostri, ab ipso ad nos transmissi, in præsentia totius curiæ nostræ super Sanctorum reliquias ex parte regis Anglici et baronum ejus juramentum apud Witzeburgh juraverunt, quod et ipse rex Anglicus cum toto regno suo in parte nostra fideliter stabit, et dominum papam Paschalem, quem nos tenemus, et ipse tenebit, et nostram partem manu tenebit. Et de Rolando schismatico, vel ejus parte amplius de cætero se non intromittet. Nos itaque de tua dilectione et fidelitate confidentes, et plurimam fiduciam habentes, mandamus tibi attentius monentes ac præcipientes, ut prædictum juramentum, quod nos propria manu nostra coram principibus juravimus, et ipsi principes juraverunt et firmaverunt, ipse cum omnibus ecclesiæ tuæ fidelibus jures et observes, et singulis dominicis diebus et festis in publica missa, sicut edictum est et sancitum a nobis et a principibus, publicam orationem pro domino papa Paschali nominatim et assidue, intus et foris, præcipias recitari.

Edictum quoque est et statutum, ut hæc omnia juramenta infra sex hebdomadas ab omnibus compleantur. Quod si aliquis monachorum, clericorum, laicorum in imperio nostro huic confirmationi et edicto nostro, aliquo modo se opponendo, contradixerit, certum sit apud te, quod sicut publicus hostis imperii, absque omni spe recuperationis, judicatus est et damnatus, et ab omni officio, et honore, et beneficio destitutus. Literas quidem vocationis tibi transmisimus; et quia secundum prudentiam tuam nobis necessarius valde fuisses, quod literæ nostræ ad te non pervenerint, valde dolemus. Interim etiam partibus tuis præsentiam nostram præstolaberis: Ibi cum viciniores erimus, si quid justitiæ tibi defuerit, per omnia complebimus.

„ Adjungere his juvat fragmentum epistolæ „ Joannis Sarisberiensis ex ejus literis ad Joan- „ nem Pictavensem Inter epist. S. Thomæ Can- „ tuar. lib. I. epist. LXXIII. quod etiam hic re- „ ferre visum est, cum portionem actorum Her- „ bipolensium contineat: *Cum Jo. de Oxeneford nomine regis Theutonico tyranno conjuratus esset, & opem auxilii, & consilii sacramenta promitteret contra omnes, excepto solo rege Francorum; ait Theutonicus per interpretem suum, sicut attestantur magni & multi & religiosi nostrates, de provincia, dico, Remensi, qui interfuerunt: Rolandus hostis ecclesiæ & imperii, homo quidem est mortalis, & omnes cardinales sui & nullus eorum rex Francorum est: Unde nullum eorum exceptum intelligo, nec volo intelligi, in hac confoederatione mei & regis Anglorum. Si vos ita sentitis, an aliter, publice profiteamini. Cui Joannes inquit. Nos & dominus noster intelligimus ut vos, & sub hoc intellectu vice regis nostra juramenta præstamus. Quid multa? Exinde adversus Dominum & ecclesiam sic in ea confoederatione processum est.*

AD CONCILIUM APUD CHINUM

In quo appellatio ad pontificem in archiepiscopum Cantuariensem decreta

Anno 1165. habitum

ADDITIO.

Acta concilii apud Chinum, in quo recitantur verba Thomæ Becket, Cantuariensis archiepiscopi, ad Henricum regem Angliæ, in concilio illo.

Ex Rog. Hoved. in ann. 1165.

DEsiderio desideravi videre faciem vestram, et loqui vobiscum; multum quidem propter me, sed maxime propter vos. Propter me, ut visa facie vestra, reduceretis ad memoriam servitia, quæ, dum essem in obsequio vestro, exhibui vobis devote, juxta animi mei conscientiam; sic me adjuvet Deus in ultimo examine, quando omnes adstabunt ante tribunal ipsius, recepturi, prout gesserunt in corpore suo, sive bonum sive malum. Et ut commoverem vos in pietate super me, quem oportet mendicando vivere inter alienos, licet tamen gratia Dei cum abundantia victualia ad sufficientiam habeamus. Estque nobis consolatio quam multa, quod dicit apostolus: *Omnes, qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patientur.* Et Propheta: *Non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem.* Propter vos, tribus ex causis; tum quia dominus meus estis; tum quia rex; tum quia filius meus spiritualis. Eo quod dominus, debeo et offero vobis consilium meum, quodcunque debet episcopus secundum honorem Dei, et sanctæ ecclesiæ domino; eo quod rex, teneor vobis ad reverentiam et communionem; eo quod filius, officii ratione ad castigationem et coercionem. Corripit enim pater filium, nunc blandis, nunc asperis, ut sic, vel sic revocet eum ad benefaciendum. Nosse debetis, vos, Dei gratia, regem esse primo, quia vosipsum regere debetis, vitamque vestram optimis informare moribus, ut vestri exemplo cæteri provocentur ad melius, juxta illud sapientis: *Componitur orbis regis ad exemplum.* Secundario, alios demulcendo, alios puniendo, potestatis auctoritate quam accepistis ab ecclesia cum sacramento unctionis, tum gladii officio, quem gestatis ad malefactores ecclesiæ conterendos. Inunguntur enim reges in tribus locis; in capite, in pectore, et brachiis, quod significat gloriam,

ANNO CHRISTI 1165.

riam, scientiam, et fortitudinem. Qui antiquis temporibus, justificationes Dei non observabant, sed prævaricati sunt mandata ejus, his sublata est gloria, scientia, et fortitudo, et eorum generationi; exempla probationis, Saul, Nabuchodonosor, et Salomon, et alii quamplures. Qui autem post delictum suum, cordis contritione, humiliaverunt se Domino; his gratia Dei accessit cum omnibus supradictis abundantius et efficacius, sicut David, Ezechiæ, et aliis quampluribus. Christus fundavit ecclesiam, eique comparavit libertatem sanguine proprio, sustinendo flagella, sputa, clavos, mortis angustias; nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia ejus; unde apostolus: *Si compatimur, & conregnabimus. Si commorimur, & conresurgemus*. Ecclesia Dei in duobus constat ordinibus: in clero et populo. In clero sunt apostoli, et apostolici viri, episcopi, et cæteri rectores ecclesiæ, quibus commissa est cura et regimen ipsius ecclesiæ, qui tractare habent negotia ecclesiastica, ut totum reducant ad salutem animarum. Unde dictum est Petro, et in Petro aliis rectoribus ecclesiæ: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam; & portæ inferni non prævalebunt adversus eam*. In populo sunt reges, duces, et comites, et aliæ potestates, quæ sæcularia habent tractare negotia, ut totum reducant ad pacem et unitatem ecclesiæ. Et quia certum est, reges potestatem suam ab ecclesia accipere, et non ipsam ab illis, sed a Christo; (salva pace vestra loquor) non haberetis episcopis præcipere, absolvere aliquem, vel excommunicare, trahere clericos ad sæcularia examina, judicare de decimis, de ecclesiis, interdicere episcopis, ne tractent de transgressione fidei vel juramenti, & multa alia, quæ in hunc modum scripta sunt inter consuetudines vestras, quas dicitis avitas. Dominus enim dicit: *Leges meas custodite*. Et iterum per prophetam: *Væ, qui condunt leges iniquas, & scribentes scribunt injustitias, opprimunt pauperes in judicio, & vim faciunt causæ humilium populi Dei*. Audiat itaque dominus meus, si placet, consilium fidelis sui, commonitionem episcopi sui, castigationem patris sui. Neque cum schismaticis aliquam de cætero habeat familiaritatem vel communionem. Notum enim est fere toti mundo, quam devote, quam honorifice dominum Papam receperitis; quantum Romanam ecclesiam foveritis & honoraveritis, quantum dominus Papa, & ecclesia Romana personam vestram dilexerint, honoraverint, & in quibuscunque secundum Deum potuerint, vos exaudierint. Nolite, domine mi, ergo, si salutem animæ vestræ desideratis, eidem ecclesiæ quod suum est aliqua ratione subtrahere, seu in aliquo ei citra justitiam contraire; immo eandem ei in regno vestro permittatis habere libertatem, quam in aliis habere dignoscitur. Memores quoque sitis professionis, quam fecistis & posuistis scriptam super altare apud Westmunsters, de servanda ecclesiæ Dei libertate sua, quando consecrati fuistis & uncti in regem a prædecessore nostro. Ecclesiam etiam Cantuariæ, in qua promotionem & consecrationem recepistis, in eum statum & dignitatem restituatis, in quibus fuit temporibus prædecessorum vestrorum, & nostrorum. Possessiones autem ad ipsam ecclesiam pertinentes, villas, castella, prædia, quæ pro voluntate vestra distribuistis; res etiam omnes ablatas, tam nostras quam clericorum nostrorum, & laicorum in integrum nobis restituatis; permittatis etiam nos libere & in pace redire in sedem nostram; & nos vobis, tanquam charissimo domino & regi, fideliter & devote servire parati sumus, in quibuscunque poterimus, salvo honore Dei, & ecclesiæ Romanæ, & ordine nostro; alioquin pro certo sciatis, quod divinam severitatem & ultionem sentietis.

RADULFI EPISCOPI LEODIENSIS DECRETA

Adversus incendiarios, & rerum ecclesiasticarum deprædatores.

Ex Martene Anecdot. t. I. pag. 492.

RAdulfus Dei gratia Leodiensis episcopus, omnibus prælatis & subditis in Leodiensi episcopatu constitutis, salutem & paternam dilectionem in Domino.

Cum mundus ipse in maligno sit positus, & ubique terrarum sufficiat diei malitia sua; nos tamen, in quos fines marchiæ imperialis devenerunt, præ ceteris ampliora & graviora sustinemus. Confluentibus præteritorum & præsentium ex impunitate, sicut nobis videtur, causis, nulli ordini, nulli religioni, nulli honestati, nulli inopiæ, nulli ætati in aliquo defertur; bona ecclesiarum in præda omnibus sunt, eo majori audacia, quo majori licentia. Villas & septa earum violenti irrumpunt, & his præda, vel incendio consumtis, ad atrium migrant, & timore Dei, & reverentia legum longe a se posita, munitates atrii frangunt, & insuper domiciliis ob refugium in atrio constitutis, igne injecto, quem sciunt de proximis ad sacras ædes migraturum, quando vident flammas ignis parietes ecclesiarum lambere, in fraudem juris tunc demum incipiunt conclamare: Succurrite, succurrite; quasi nolint ecclesias Dei ob sacras munitates ardere: quarum ipsi vicinis domibus flammas de facili ad proxima quæque volatiles libenter injecere. Et quod deterius est: quando de his omnibus enormitatibus, ternis vel quaternis citationibus, ad satisfactionem vocantur, dictis attinentiis fatigationis, & expensis quæ publicæ cognitioni subjacent, ipsi impudenter negant; & quod impie gesserunt, perjurio expiare contendunt: aut si de facto fatentur, aliqua honestatis specie redditionem ablatorum, precibus vel interventu amicorum suorum, vel nobilium civitatis suæ, promissa remissione conantur subripere. Horum omnium intuitu, constituimus ut de omnibus quocunque modo violenter ablatis, de C. solidis non plusquam II. remitti possint, quod tamen non nisi bonæ dispensationis providentia est fiendum; ablata enim restituenda sunt in quadruplum.

I. Qui prædam, vel incendium fecerit, ille principalis auctor, secundum decretum a papa Eugenio de incendiis promulgatum, ipso

ipſo ſuo facto cum tota terra ſua ſtatim interdicto ſubjacebit.

II. Si eccleſiam in fundo, vel de feodo ſuo habuerit, in ea miſſas celebrare nulli licebit. Omne ſolatium chriſtiani cultus in ea ceſſabit, abſque baptiſmate parvulorum & viſitatione infirmorum, ſi tamen rei objecti criminis non fuerint.

III. Omnes enim qui in perpetratione incendii, vel prædæ, auxilium ei præſtiterint, vel in comitatu ejus vexillum vel ducatum ſcienter ſecuti fuerint, niſi infra legitimas citationes ſatisfecerint, rei erunt de quorumcunque crimine accuſati fuerint. Et ſi lectum ægritudinis decubaverint, viatico carebunt, niſi vere poenituerint, & ablata pro portione ſua reddiderint, & de cetero nullatenus ſe venturos in damnum eccleſiæ jurejurando firmaverint, & de bannis epiſcopo vel archidiacono ſatisfecerint.

IV. Qui autem aliqua circumventione ignorantiæ ſeducti fuerint, poſt primam cognitionem rei gerendæ, ſi in conſilio impiorum non abierint, & in via peccatorum non ſteterint; ſed ſe ſtatim a deteſtatione ſacrilegii averterint, & ſecum, quos poſſunt, a via iniquitatis converterint, & hoc ſeptima manu bonorum virorum qui cum iniquis illis conquinati non ſunt, jurisjurandi religione probaverint; illi proculdubio, ſicut nec culpa tenentur, ita poena incendiariis debita non involventur.

V. Si autem aliqua manus violentia, vel temeraria irruptio atrio excommunicatum aliquem ſepelierit, uſque ad ejectionem cadaveris eruti eccleſia illius atrii ſilebit.

VI. Si autem aliquis laicus aliquem abſque ſacerdote in atrio ſepelierit, ipſe ſtatim ex præſumptione ſacerdotalis officii ſub interdicto erit. Abundantiori autem poena ejus arbitrio epiſcopi ſubjacebit; niſi enim in ea præſumtione gravior lapſus eſſet, horrendo hiatu præſumtores hujuſmodi terra non abſorbuiſſet.

VII. Præda vero cujuſcunque prædonis, ad quamcumque villam, vel oppidum, vel civitatem minata fuerit, niſi diſtrictus villæ, poſt auditum clamorem, banno ſuo uſque ad juris dictionem eam tenuerit, ipſa villa, vel oppidum, vel civitas ſub interdicto uſque ad dignam ſatisfationem jacebit; emtor vero vel venditor, uſque ad redditionem ablatorum, maledictionis banno ſubjacebit.

VIII. Incendiarii autem, quamvis interdicto ſubjiciendi ſint, non tamen ſtatim anathemate feriendi, ſed tribus citationibus juxta morem, ad ſatisfactionem vocandi. Si ergo venerint, & damnum illatum bona fide reſtituerint, reconciliari eccleſiæ merebuntur. Quod ſi ad excuſandas excuſationes in peccatis, quod in manifeſto eſt negare tentaverint, in hoc caſu neganti factum probatio incumbere debebit.

IX. Sub interdicti autem, vel anathematis ſententia jacentes, principaliter auctores incendii, vel prædæ, quandiu ſatisfacere contemnunt, ad quemcunque locum venerint, nullius chriſmatis ſolatio participabunt; nec receptione, nec foro digni erunt: ipſiſque in villa, vel in oppido, vel in civitate exiſtentibus, nulli miſſas celebrare licebit. Solemnitas divini cultus clauſis eccleſiis omnino ceſſabit. Pulſabulum quoque campanarum intermittendum erit; ut ſaltem hoc ſequeſtrationis rubore corrigantur, aut a bonis Chriſtianis, quorum damno intraverunt exire compellantur.

X. Hoc quoque addendum exiſtimavimus, ut de bonis eccleſiaſticis nullus eis ſalvamentum dare præſumat: tolerabilius judicantes nos damna ſine lucro eorum ſuſcipere, quam illos detrimentis noſtris incrementum quæſtus accipere.

XI. Igitur ab omni clero ſeveriſſime tenendæ ſunt interdictionis & excommunicationis ſententiæ.

XII. Quod ſi aliquis meticuloſus, vel prece, vel favore aliquo inclinatus ſolverit: convictus de illicito pravorum conſenſu, ſive plebanus, ſive decanus, ab omni clero & beneficio eccleſiæ tamquam purgamentum projiciendus erit: ſi vero ob firmam cuſtodiam mandatorum de bonis ſuis ejectus fuerit; huic eccleſia, pro qua perſecutionem patitur, neceſſaria providebit: ſi vero propter juſtitiam quæ facta eſt alicui pauperum periculum incurrerit; huic epiſcopus ſolatium refutationis debebit.

XIII. Si autem aliquis pſeudoſacerdos in locum vi ejectorum ſubintraverit, is publice excommunicandus erit, & tamquam contagium ab omnibus vitandus, & a toto epiſcopatu, abſque ſpe reconciliationis, projiciendus.

XIV. Et quamvis ſacrilegos malefactores eccleſiaſtica cenſura feriendos denuntiemus; omni tamen poteſtate a Deo nobis conceſſa, & credita nobis ſollicitudine, ſuo loco & tempore utendum eſſe cognoſcimus.

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

Sub Luca Chryſoberge Patriarcha anno 1166. habitum.

Extat in Jure Græc. Rom. Leunclav. l. 3. p. 217. 222. 2223.

(1 Menſis apr. die XI. feria ſecunda *Leuncl.*

SUbnotatio ſynodalis ſub imperio domini Manuelis Conneni, Luca patriarchatum obtinente; Ne fiant nuptiæ ſeptimi gradus cognationis.

Menſe (1) aprili 11. indictione 14. præſidente Luca ſanctiſſimo & oecumenico patriarcha in dextris Alexiacis catechumeniis aſſidentibus magnæ ipſius ſanctitati ſacratiſſimis antiſtitibus, Cæſarienſi, Heraclienſi, Cyziceno, Nicomedienſi, Nicæno, Meliteni- B co, Gangrenſi, Myrenſi, Carienſi, Iconienſi, Corinthio, Athenienſi, Mociſio, Cretenſi, Lariſſeno, Mitylenæo, Smyrnæo, Neopatrenſi, Amaſtridis, Driſtræ, Corcyrenſi, Paronaxio, Mileſio, Archadiepolitano, Parienſi, Selybrienſi, Prœconeſio, Bryſenſi, Nicenſi, Anchialino: adſtantibus & dominicis magiſtratibus. Eleganter ſapientiſſimus Salomon in Proverbiis dixit ſapientiam in lingua ferre legem & miſericordiam. Benigna enim ejus lex, & miſericordiæ commiſta eſt, ſuggerens quicquid conducturum eſt, & hominum ſalutis curam habens, (2) ſecernentque procul ea, quæ officiunt, & iniquitatem prohibens, ſceluſque coercens, & C congregans omnes ad Deum, ac ut æqui & boni ſubjiciantur inſtitutis, præcipiens. Sapientia igitur divina etiam hodie benigne agens circa eos, qui divina non transgrediuntur inſtituta, & in eos ſuam effundens miſericordiam; legi autem divinæ ſubiiciens inique agentes: cum Davide per nos ſynodice canit carmen, (3) Dixi inique agentibus. Ne inique agatis: & peccatoribus, Ne erigatis cornu: (4) adverſus divinam legem præſcriptione utentes. Ut autem orationis propoſitionem perſpicuam exhibeamus, age, eam elucidemus. Sacratiſſimus metropolitanus Athenarum Nicolaus Hagiotheodoritus, ſui gregis curam habens, & D ſollicite cogitabundeque ſe gerens, non ſolum ut ſuperſtites adhuc in felici Attica regione, & Athenis (5) educatos, mundos, ſiſtat Deo, ſed & (6) ut poſteri per generationem eſſe incipiant, legitimas habeant generationis primitias, & juſtas primas nuptiarum conventiones; ut non ſolum in vitæ commercio, prout per humanam fragilitatem licet, inculpati ſint, ſed & in nuptialibus contractibus id conſequantur, ne divinam legem & Deum offendant, requirens prohiberi nuptias ſeptimi gradus cognationis illegitime contractas: ſynodaliter retulit noſtræ modeſtiæ, quoſdam ea, quæ a beatæ memoriæ ſanctiſſimo patriarcha illo domino E Alexio ſynodice conſtituta ſunt de contrahentibus matrimonium in ſeptimo cognationis gradu, data opera depravare, dum non ad eorum ſententiam reſpiciunt, ſed verbis oſcitanter inhærent. Nam illo quidem ſynodice nuptias ſeptimi gradus prohibente, ſi earum petita fuerit venia: ſin minus, eas indivulſas manere permittente, ſed eos, qui contraxerunt, pœnis ſubiiciente, idque omnino ſic fieri definiente, (7) etſi qui coeunt, ignorantes quoto gradu a ſe invicem

(2) removens

(3) Dicite

(4 legem divinam circumſcribentes

(5) verſantes

(6) ſedentiam ut per ortum in rerum naturam producendi

ſiquidem ii qui coeunt

MΗνὶ Ἀπριλλίῳ (1) ια, ἐπινεμήσεως ιδ, προκαθημένου Λουκᾶ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου ἐν τοῖς δεξιοῖς Ἀλεξιακοῖς (2) κατηχουμένοις· συνεδριαζόντων τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ αὐτοῦ ἱερωτάτων ἀρχιερέων, τοῦ Καισαρείας, τοῦ Ἡρακλείας, τοῦ Κυζίκου, τοῦ Νικομηδείας, τοῦ Νικαίας, τοῦ Μελιτηνῆς, τοῦ Γαγγρῶν, τοῦ Μύρων, τοῦ Καρίας, τοῦ Ἰκονίου, τοῦ Κορίνθου, τοῦ Ἀθηνῶν, τοῦ Μωκισοῦ, τοῦ Κρήτης, τοῦ Λαρίσσης, τοῦ Μιτυλήνης, τοῦ Σμύρνης, τοῦ Νέων πατρῶν, τοῦ Ἀμάστριδος, τοῦ Δρίστρας, τοῦ Κερκύρων, τοῦ Παροναξίας, τοῦ Μιλήτου, τοῦ Ἀρκαδιουπόλεως, τοῦ Παρίου, τοῦ Σηλυβρίας, τοῦ Προικονήσου, τοῦ Βρύσεως, τοῦ Νίκης, τοῦ Ἀγχιάλου, παρισαμένων καὶ δεσποτικῶν ἀρχόντων. Εὐστόχως ὁ σοφώτατος Σολομῶν νόμον καὶ ἔλεον ἐπὶ γλώττης φορεῖν τὴν σοφίαν ἐν παροιμίαις ἐφθέγξατο, φιλάνθρωπος γὰρ αὐτῆς ὁ νόμος, καὶ τῷ ἐλέῳ συγκέκραται, πᾶν συνοῖσον ὑποτιθέμενος, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας κηδόμενος, καὶ τὰ βλάπτοντα πόῤῥω (3) ἀποκρινόμενος· καὶ παρανομίαν ἀπείργων, καὶ ἀνομίαν ἀνασέλλων, καὶ συνάγων πάντας πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ θεσμοῖς ὑποκεῖσθαι τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ δικαίου διοιταγόμενος. ἡ σοφία τοίνυν καὶ σήμερον χρηστευομένη μὲν περὶ τοὺς μὴ τοὺς θείους θεσμοὺς παραβαίνοντας, καὶ ἐπ' αὐτοὺς τὸν ἑαυτῆς ἐκχέουσα ἔλεον, τῷ νόμῳ δὲ τῷ θείῳ τοὺς παρανομοῦντας ὑπάγουσα, μετὰ τοῦ Δαβὶδ ψαλτῳδεῖ συνοδικῶς δι' ἡμῶν, (4) Εἶπα τοῖς παρανομοῦσι, μὴ παρανομεῖτε· καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι, μὴ ὑψοῦτε κέρας, τὸν θεῖον νόμον (5) παραγραφόμενοι. Ἵνα δὲ τὴν τοῦ λόγου πρόθεσιν σαφῆ (6) παραστήσωμεν, φέρε τὸν λόγον διαλευκάνωμεν. ὁ ἱερώτατος μητροπολίτης Ἀθηνῶν Νικόλαος ὁ ἁγιοθεοδωρίτης, τοῦ ὑπ' αὐτὸν ποιμνίου κηδόμενος, καὶ φροντιστικῶς ἔχων καὶ ἐμμερίμνως, μὴ μόνον τοὺς ἔτι περιόντας τῇ πανευδαίμονι χώρᾳ τῆς Ἀττικῆς καὶ (7) τρεφομένους Ἀθήναζε, ἁγνοὺς παραστῆσαι Θεῷ, ἀλλὰ καὶ τοὺς μέλλοντας εἰς τὸ εἶναι διὰ γεννέσεως ἔρχεσθαι, ἐννόμους ἔχειν τὰς ἀπαρχὰς τῆς γεννήσεως, καὶ ἐνθέσμους τὰς πρώτας πρὸς γάμον (8) συναγωγὰς, ὡς μὴ μόνον ἐν ταῖς βιωτικαῖς συναλλαγαῖς ἔχειν ὡς ἐξῆν ἀνθρώποις τὸ ἄμεμπτον, ἀλλὰ κἀν τοῖς γαμικοῖς συναλλάγμασι κεκτῆσθαι πρός τε τὸν θεῖον νόμον καὶ πρὸς Θεὸν τὸ ἀπρόσκοπον, τὸν (9) ἐκ τοῦ ἑβδόμου ἐξ αἵματος βαθμοῦ συνιστάμενον γάμον ἀθέσμως, ζητῶν κωλυθῆναι συνοδικῶς, τῇ ἡμῶν ἀνήνεγκε μετριότητι, ὡς τινὲς τὰ παρὰ τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει ἁγιωτάτου πατριάρχου ἐκείνου κυρίου Ἀλεξίου συνοδικῶς οἰκονομηθέντα ἐπὶ τοῖς ἐξ αἵματος ἑβδόμου βαθμοῦ γαμικὸν συνιστῶσι συνάλλαγμα, παραχαράττουσιν ἑκοντὶ, μὴ πρὸς τὸν ἐγκείμενον τούτοις νοῦν ἀποβλέποντες, ταῖς δὲ λέξεσι κακοσχολαίως ἐναπομένοντες. ἐκείνου γὰρ συνοδικῶς τὸν ἐξ ἑβδόμου γάμον βαθμοῦ εἰ μὲν ἐρωτηθείη, κωλύοντος γίνεσθαι· εἰ δὲ πρὸ ἐρωτήσεως γένηται, μένειν μὲν ἀδιάσπαστον ἐπιτρέποντος, ἐπιτιμίοις δὲ τοὺς συναλλάξαντας ὑποβάλλοντος, καὶ τοῦτο πάντως οὕτω διοριζομένου γίνεσθαι, (10) εἴτε οἱ συναπτόμενοι, ἀγνοοῦντες ὁποίου πρὸς ἀλλήλους εἶεν βαθμοῦ, τὸ-

(1) ιαήμ… ρα, β επ… νεμήσεως (2) καθη… χυμενοις

(3) ἀπο… κρινόμεν…

(4) εἶπ…

(5) περι… γραφόμ… (6) πα… θήσομεν

(7) τρε… μένας

(8) συν… λαγὰς

(9) τὸν ἕκτου βα… θμοῦ ἐξ αἵματ…

(10) εἴ…

τ̃ τοιῦτον γάμον (1) συςήσονται, πῶς γὰρ ἂν, εἰ μὴ ὕτο τῦτο ἐκείνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ (2) νενόηται περὶ ἑνὸς καὶ τῦ αὐτῦ πράγματος οἷον ὑπεναντία, τινὰ κεκανόνιςο, πῶς δὲ τὸ ἐπιβύλως κρύφα πραττόμενον, μένειν ἀδιάσπαςον διετάξατο, ὁ μηδὲ γίνεσθαι συγχωρῶν τῦτο πεσὸν ὑπ' ἐρώτησιν,) τῦτο γῦν τινὲς εἰδότες, ὡς ἀνήνεκται τῇ ἡμῶν μετριότητι, καὶ ὡς ἑβδόμυ βαθμῦ τυγχάνυσιν ἐπιςάμενοι, καὶ ὡς εἰ πέσῃ τὸ τοιῦτον συνάλλαγμα ὑπ' ἐρώτησιν, πάντως ὐδ' ὅλως προβῆναι συγχωρηθήσεται· κακυργῦσιν ἐπίτηδες, φόβυ θείου καὶ κανονικῆς ἐπίπροσθεν διατάξεως τὴν τῶν οἰκείων ἐκπλήρωσιν θελημάτων τιθέμενοι· ὡς ἢ τῦ ἀμαράντυ κάλλους ἡττώμενοι, ἢ πλύτῳ τῷ ῥέοντι ὑπαγόμενοι, ἢ καὶ γένυς ὑπεροχῇ ὑφελκόμενοι. Ἡτοίνυν μετριότης ἡμῶν, τῦτο μὲν, τῦ θείυ νόμυ ὑπερμαχοῦσα, τῦτο δὲ, καὶ τῶν (3) ὕτω τῦτο κατατολμώντων πατρικῶς κηδομένη, (ἔρχεται γὰρ ἐπ' (4) αὐτῦτυς, ὡς υἱὺς ἀπειθίας θεόθεν ὀργὴ ἀνυπόςατος, ὡς πρὸ ὥρας ἔςιν, ὐ καὶ ἄμφω τῦτυς δεδρακότας τοιαῦτα τῷ τῦ θανάτυ ξίφει ἐκτέμνεσθαι, ἢ πάντως θάτερον τῦ ἑτέρυ (5) ἀποδιίςασθαι διὰ θανάτυ· ὅτι μηδὲ γάμος ὁ τοιῦτος γάμος, ἀλλὰ γάμυ κατάλυσις· καὶ ἡ τοιαύτη συνάφεια, διάςασις μᾶλλον καὶ ὄλεθρος· καὶ ἡ τοιαύτη διὰ γάμου συναναςροφὴ, καταςροφὴ μᾶλλόν ἐςι καὶ ἀπώλεια· ἥ τε τῦ κάλλυς ἀπόλαυσις, τοῦ ἐνθάδε βίυ ἀπόλυσις· ἥ τε τῦ γένους ἀνύψωσις, καθαίρεσις μᾶλλον καὶ ὁδὸς εἰς ᾅδην (6) ἀπάγουσα· καὶ ἡ τῦ πλούτου πλήρωσις, τῶν ὁρωμένων μᾶλλον καθέςηκε ςέρησις.) διὰ γοῦν ταῦτα ἡ μετριότης ἡμῶν, μετὰ τῆς ἱερᾶς ἀδελφότητος, τὴν γεγονυῖαν παρὰ τῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυρίου Ἀλεξίου (7) συνοδικὴν οἰκονομίαν, ἐπὶ τῷ ῥητῶς (8) ἐπὶ τῦ πολιτικοῦ νόμυ μὴ κωλυθέντι (9) ἐπὶ τῦ ἐξ αἵματος ἑβδόμου βαθμῦ (10) γάμῳ, μήτε καθα ὡς ἐπιτραπέντι, κρατύνυσα καὶ ςηρίζυσα, καὶ οἷον ἑρμηνεύυσά τε καὶ σαφηνίζυσα· ἅμα δὲ καὶ τὸ τῶν πολλῶν κακῦργόν τε καὶ περίεργον περικόπτουσα, καὶ οἷον ἐκ ῥίζης αὐτῆς ἀνασπῶσα, ἵνα * μὴ καὶ ἔτι παρανομίας ἐξανατείλῃ βλαςήματα, καὶ τέκνα μωμητὰ πληθυνθῇ, καὶ υἱοὶ τῶν θείων νόμων αὐξηθῶσιν ἀλλότριοι· τὸν ἐκ τῦ τοιύτου γάμον βαθμοῦ ὐ μόνον ἐρωτώμενον προβαίνειν κωλύει, ἀλλὰ καὶ πρὸ ἐρωτήσεως γεγενημένον διακελεύεται διασπᾶσθαι διακελεύεται παντελῆ τῦ τοιύτου γάμου ἀργίαν καταψηφιζομένη ἀπὸ τῆς σήμερον τ̃ φθασάντων γενέσθαι τοιύτων γάμων, μένειν πάντως ὀφειλόντων ἀδιασπάςων. τὸ γοῦν ἀπὸ τῦδε οἱ τοιῦτον γάμον συστῆσαι τολμήσοντες, οὐ μόνον τῦ οἰκείου σκοποῦ ὐδαμῶς ἀπολαύσουσιν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῆς τῦ τοιούτου συναλλάγματος διασπάσεως, καὶ ἀφορισμῷ καθυποβληθήσονται, ὡς συγγενικὰ συγχέοντες αἵματα, καὶ ὡς τῦ παρόντος συνοδικοῦ ὁρισμοῦ καταφρονηταί. οἵτε τοῖς οὕτω συναναλάττουσι συναινέσοντες, αὐστηρίας κανονικῆς πειραθήσονται, καὶ οἱ ἱερολογῆσαι τολμήσοντες καθαιρέσει ὑποβληθήσονται.

Ταῦτα ἀπὸ τ̃ συνοδικῶν σχεδαρίων παρεκβληθέντα, τῇ σφραγῖδί τε καὶ ὑπογραφῇ τῦ τιμιωτάτυ ἀρχιδιακόνυ καὶ χαρτοφύλακος τῆς ἁγιωτάτης τῦ Θεῦ μεγάλης ἐκκλησίας συνήθως βεβαιωθέντα, ἐπεδόθη μηνὶ καὶ ἐπινεμήσει τοῖς προγεγραμμένοις, ἔτυ ςτ χ ο δ. Ὁ χαρτοφύλαξ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας καὶ ἀρχιδιάκονος Ἰωάννης ὁ Ἁγιοφλωρίτης, ὑπέγραψε.

A distent, tales nuptias coatraxerint, (quonam enim modo si non ita hoc illi sanctissimo Patriarchæ (8) excogitatum sit, de una eademque re velut contraria quædam definita sint? Quonam autem modo quod cum dolo clam factum est, indivulsum manere constituit, qui non permittit fieri, si ejus venia petatur? Quosdam igitur illud videntes, quemadmodum nostræ mediocritati relatum est, seque septimi gradus esse scientes, & si hujusmodi contractus sub interrogationem cadat, nullo modo permissum iri: de industria maligne agere, timore Dei & canonicæ constitutioni propriarum libidinum expletionem præferentes, quod vel florente pulchritudine victi, aut fluentibus divitiis adducti, aut generis sublimitate pertracti fuerint. B Nostra igitur (9) moderatio, partim pro divina lege propugnans, partim hujusmodi facinorum paternam curam habens: (iis enim divinitus imminet, ut inobedientiæ filiis, intolerabilis ira, ut ante horam aliquando & ambo talia committentes mortis gladio excindantur, aut per mortem omnino alter ab altero separetur, quod tales nuptiæ non sint nuptiæ, sed nuptiarum dissolutio; & talis conjunctio, separatio potius & exitium; & talis conversatio, eversio potius & interitus. Pulchritudinis etiam fruitio, hujus vitæ dissolutio, generis exaltatio, destructio potius, & in infernum du- C cens via; & divitiarum satietas, eorum potius, quæ cernuntur privatio (10) consistit. propter hæc igitur moderatio nostra, cum sacrosancta fraternitate, factam a sanctissimo patriarcha domino Alexio synodalem dispensationem in nuptiis septimi gradus cognationis nominatim non prohibitis lege civili, neque manifeste permissis, corroborans & firmans, ac veluti interpretans & declarans; simul etiam multorum fraudem & versutiam resecans, & quasi ab radice extirpans, ne ullæ amplius iniquitatis exoriantur propagines, & reprehensionem merentibus liberis respublica impleatur, filiorumque a divinis legibus alienorum crescat nu- D merus: nuptias septimi gradus non solum postulatas procedere vetat, sed & ante postulationem contractas distrahi jubet: ab hodierno die decernens, ut hujusmodi nuptiæ omnino fieri desinant: quæ autem jam factæ sunt, manere debeant indivulsæ. Qui igitur tales nuptias ab hoc tempore contrahere ausi fuerint, non tantum sua frustrabuntur spe, sed & cum hujusmodi contractus dissolutione, excommunicationi subiicientur, velut (11) cognationis sanguinem confundentes, & præsentis synodicæ definitionis contemptores. Ii etiam, qui eum contractum ineuntibus consensum præstiterint, severitatem canonicam experientur, & qui sacram be- E nedictionem facere ausi fuerint, depositioni subiicientur.

Hæc ex synodicis chartulis prolata, sigillo & subscriptione in primis venerandi archidiaconi, & chartophylacis sanctissimæ magnæ Dei ecclesiæ pro more confirmata, data sunt mense & indictione suprascriptis, anni 6674. Cartophylax sanctissimæ magnæ ecclesiæ & archidiacon. Joannes Hagiosflorita, subscripsit.

(8) intellectum sit

(9) mediocritas

(10) existit

(11) cognatum sanguinem

A *De (1) præfectis in extraneo monasterio tonsis.*

(1) abbatibus

SCias, tempore patriarchæ domini Lucæ synodale decretum factum esse, ut sine præjudicio constituantur præfecti in monasteriis patriarchæ (2) regioni subjectis, quæ non habent monachos idoneos ut præsint, ex altero monasterio, quod est ejusdem regionis: etiamsi statuta eorum caveant ne ξενοκουρίτης hoc est, qui in externo monasterio tonsus est, fiat eorum præfectus.

(2) territorio

Περὶ ξενοκουριτῶν καθηγουμένων.

ΓΙνωσκε, ὅτι γέγονε καὶ σημείωμα συνοδικὸν ἐπὶ τῆς ἐφημερίας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυρίου Λουκᾶ, χάριν τοῦ ἀπροκριματίστως ..... καθηγουμένους εἰς μοναστήρια ὑποκείμενα τῇ ἐνορίᾳ τοῦ πατριάρχου, μὴ ἔχοντα ἱκανοὺς εἰς προστασίαν μοναχοὺς, ἀπὸ ἑτέρας μονῆς οὔσης ἐκ τῆς αὐτῆς ἐνορίας· κἂν τὰ τυπικὰ τούτων διορίζονται. ξενοκουρίτην μὴ γίνεσθαι καθηγούμενον.

De festo notariorum.

B QUæ aliquando fiebant in sanctorum notariorum festo a notariis pueros docentibus, cum scenicis personis forum obeuntibus, ante aliquot annos exoleverunt, sanctissimi illius patriarchæ domini Lucæ decreto.

Περὶ ἑορτῆς νοταρίων.

ΤΑ γενόμενα ποτὲ ἀπρεπῆ παρὰ τῶν νοταρίων παιδοδιδασκάλων κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἁγίων νοταρίων, μετὰ προσωπείων σκηνικῶν διερχομένων τὴν ἀγορὰν, πρὸ χρόνων τινῶν κατηργήθησαν, καθ᾽ ὁρισμὸν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυρίου Λουκᾶ.

De depositione episcopi.

CUm Joannes Amathuntis episcopus ab illo Cypri archiepiscopo Joanne fuisset depositus, & depositionis decretum in tribunali Imperatorio lectum esset: quoniam inventi sunt undecim episcopi, & archiepiscopus, depositionem fecisse, statuit sanctissimus ille patriarcha dominus Lucas cum assistente synodo, quin etiam ipse præsens senatus, esse infirmam & nullius momenti depositionem: eo quod non accersita fuerit universa synodus Cypriorum ecclesiæ, etiamsi magna esset ejus cogendæ facultas: & quod non archiepiscopus ultra 12. episcopos, sed una cum illis esset connumeratus. Præterea autem allegarunt & XX. canonem ..... synodi, & XIV. Et quamvis dixissent nonnulli, hoc de solis presbyteris & diaconis dictum esse, tamen non sunt exauditi.

Περὶ καθαιρέσεως ἐπισκόπου;

ΤΟῦ ἐπισκόπου Ἀμαθοῦντος ἐκείνου Ἰωάννου καθαιρεθέντος ὑπὸ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Κύπρου κυρίου Ἰωάννου, καὶ τοῦ καθαιρετικοῦ σημειώματος ἀναγνωσθέντος ἐπὶ βήματος βασιλικοῦ· ἐπεὶ εὕρηνται ἕνδεκα ἐπίσκοποι καὶ ὁ ἀρχιεπίσκοπος τὴν καθαίρεσιν πεποιηκότες, διέγνω ὁ ἁγιώτατος ἐκεῖνος πατριάρχης κύριος Λουκᾶς μετὰ τῆς παρευσιασάσης συνόδου, ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ παρεστῶσα σύγκλητος, ἄκυρον εἶναι τὴν καθαίρεσιν· διά τε τὸ μὴ μετακληθῆναι τὴν πᾶσαν σύνοδον τῆς τῶν Κυπρίων ἐκκλησίας, ἢ κἂν τὴν πλείονα, εὐχερείας καὶ ταύτα οὔσης πρὸς τοῦτο. καὶ διὰ τὸ μὴ τὸν ἀρχιεπίσκοπον ἐπέκεινα εἶναι τῆς δωδεκάδος τῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ ταύτῃ τοῦτον συνυπάγεσθαι. ἐχρήσαντο δὲ πρὸς τοῦτο καὶ τῷ κ. κανόνι τῆς ..... συνόδου, καὶ τῷ ιδ. κἂν τινες δὲ εἶπον τότε, εἰς μόνους πρεσβυτέρους καὶ διακόνους τοῦτο ἐκφωνηθῆναι, ἀλλ᾽ οὐκ εἰσηκούσθησαν.

Ne ecclesiæ lædantur transactione episcopi.

D MIhi videtur non lædi ecclesia ex iis, quæ peccat episcopus: & propterea rite *paroeciam revocabit successor ejus qui invasit, etiamsi multum tempus præterierit. Tale quid autem dictum est in tempore patriarchæ sanctissimi domini Lucæ. Cum enim quidam episcopus magnæ Brysis litigaret cum archiepiscopo parvæ Brysis, & protulisset scriptam transactionem antistitis & archiepiscopi, de non (3) revocanda ab ipso parœcia, quæ ab episcopo detinebatur: pronuntiavit synodus, facto (4) prædecessoris non lædi archiepiscopatum, præter sententiam suorum clericorum, & magnæ synodi. (5) Fuerunt & multa hujusmodi alia synodalia judicia.

(*) regionem is suam repetet qui successit, ab eo qui eam invasit

(3) repetenda

(4) præsidis sui

(5) Facta sunt

Περὶ τοῦ μὴ βλάπτεσθαι ἐκκλησίαν διαλυτέῳ ἐπισκόπου.

ΕΜοὶ δοκεῖ μὴ καταβλάπτεσθαι τὴν ἐκκλησίαν ἐξ ὧν ἁμαρτάνει ὁ ἐπίσκοπος. καὶ διὰ τοῦτο ἐνδυνάμως ἵνα ἀνακαλέσηται τὴν ἐνορίαν ὁ διαδεξάμενος τὸν ποιήσαντα τὴν ἔφοδον, κἂν πολὺς παρέλθῃ καιρός. ἐλαλήθη δὲ τοιοῦτόν τι καὶ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυρίου Λουκᾶ. τινὸς γὰρ ἐπισκόπου τῆς μεγάλης Βρύσεως δικαζομένου μετὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου τῆς μικρᾶς Βρύσεως, καὶ προκομίσαντος διαλυτέον ἔγγραφον τοῦ προτελευτήσαντος ἀρχιεπισκόπου, χάριν τοῦ μὴ ἀνακαλεῖσθαι τοῦτον ἐνορίαν, κατεχομένην ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου· ἡ σύνοδος ἀπεφήνατο, μὴ καταβλάπτεσθαι τὴν ἀρχιεπισκοπὴν ἐξ ὧν ὁ ταύτης πρόεδρος ἔπραξε παραγνώμην τῶν οἰκείων κληρικῶν καὶ τῆς μεγάλης συνόδου. γεγόνασι δὲ E καὶ ἄλλαι πολλαὶ τοιαῦται κρίσεις συνοδικαί.

De iis, qui testificantur contra filium spiritalem.

SAnctissimus patriarcha dominus Lucas (6) excommunicationis poenæ subjecit monasterii gerotrophii præfectum, qui fuerat archiepiscopus Heracleæ, quod tale testimonium tulisset adversus suum spiritalem filium.

(6) pœna suspensionis a ministerio sacro subjecit abbatem mansionis Gerotrophii, qui factus est archiep.

Περὶ τῶν μαρτυρούντων κατὰ πνευματικοῦ παιδός.

Ὁ Ἁγιώτατος πατριάρχης κύριος Λουκᾶς, ἐπιτιμίῳ ἀλειτουργησίας καθυπέβαλε τὸν καθηγούμενον τῆς μονῆς τοῦ γηρωτροφείου, τὸν γεγονότα ἀρχιεπίσκοπον Ἡρακλείας, τοιοῦτόν τι μαρτυρήσαντα κατὰ πνευματικοῦ παιδὸς αὐτοῦ.

η. Πε-

NNO
ISTI
166.

ANNO
CHRISTI
1166.

Περὶ τοῦ κατὰ βίαν ἀποκαρέντος ἐπισκόπου.

Τοῦ χρηματίσαντος ἐπισκόπου Ἀμυκλείου κυρίου Νικολάου τοῦ Μουζάλωνος κατὰ βίαν πρακτορικὴν ἀποκαρέντος, καὶ πολλὰ παρακλητεύσαντος τὸ κατὰ βίαν γεγονὸς εἰς αὐτὸν, περιαιρεθῆναι, καὶ παλιν ἐνέργειν τὰ ἐπισκοπικά. ὁ ἁγιώτατος ἐκεῖνος πατριάρχης κύριος Λουκᾶς, βλέπων τοῦτον παρουσιάζοντα μετὰ ἐπισκοπικῶν ἀμφίων συνοδικῶς, οὐ παρεδέξατο αὐτόν εἰπὼν, ὡς εἰ μὲν τὴν συνοδικὴν ἐκδίκησιν ἢ διόρθωσιν ἀνέμεινεν ὁ ἐπίσκοπος, εὗρεν ἂν κανονικὴν βοήθειαν· ἐπεὶ δὲ τὰ κατὰ βίαν περιβληθέντα αὐτῷ μοναχικὰ ἄμφια, ἀσυντάκτως ἀπέθετο, καὶ αὐτεκδίκητος γέγονεν, οὐ τεύξεται βοηθείας. ἀλλὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου τούτου μεταστάντος πρὸς Κύριον, ὁ μετ᾽ ἐκεῖνον ἁγιώτατος πατριάρχης κύριος Μιχαὴλ, τὴν μὲν κατὰ βίαν γενομένην ἀπόκαρσιν, ὡς μηδὲ γενομένην λογιζομένην, ἐσχόλασε. τὸν δὲ ἐπίσκοπον, ὡς ὀλιγωρήσαντα καὶ ἑαυτὸν δικαιώσαντα, καιρικῆς ἀλειτουργησίας ἐπιτιμίῳ ὑπέβαλε.

A

De episcopo per vim tonso.

Cum dominus Nicolaus Muzalon, qui Amyclæus episcopus dictus est, (1) vi a magistratu tonsus esset, & supplex contenderet, ut quod vi in eum factum erat, tolleretur, & episcopale rursus munus obiret: sanctissimus ille patriarcha dominus Lucas, videns eum cum vestibus episcopalib. (2) præsentem synodice, non admisit: dicens, quod si synodalem quidem (3) sententiam & correctionem expectasset episcopus, canonicum auxilium invenisset: sed quia vestes monasticas, quibus vi indutus fuerat, inordinate exuit, & sibi ipsi jus dixit, auxilium
B non assequetur. Sed cum sanctissimus iste patriarcha ad Dominum migrasset, vi quidem factam tonsuram tamquam non factam reputans, successor ejus sanctissimus patriarcha dominus Michael, abolevit: Episcopum autem, ut qui negligens fuisset, & sibi jus dixisset, (4) ad tempus celebrandi officio privavit.

(1) vi quæstoria

(2) præsentem in synodo

(3) defensionem

(4) pœnæ suspensionis a ministerio sacro ad tempus subjecit.

Περὶ τοῦ μὴ φυλαχθῆναι ὅρκον τὸν ὄντα ἀκανόνιστον.

Τινὸς δὲ γενομένου ἐν ἡμέρᾳ τρίτῃ μιᾶς ἑβδομάδος ἐπόντος πρὸς τὸν κραταιὸν καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα, μὴ ὀφείλειν κρεωφαγῆσαι. τελουμένης καὶ ταῦτα τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, διὰ τὸ ἐπομόσασθαι νηστεύειν τὰς τρίτας ἡμέρας τῶν ὅλων ἑβδομάδων τοῦ χρόνου εἰς τιμὴν τοῦ τιμίου προδρόμου· ὥρισεν ὁ θεοσεβὴς ἡμῶν αὐτοκράτωρ συνοδικῶς ἐρωτηθῆναι εἰ κανονικόν ἐστι τὸν ὅρκον τοῦτον φυλαχθῆναι, καὶ τὴν δεσποτικὴν ἑορτὴν παχαλίαν οὖσαν, ἀπανηγύριστον ἐαθῆναι καὶ γενομένης τῆς ἐρωτήσεως, ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης ἐκεῖνος κύριος Λουκᾶς, μετὰ τῆς παρατυχούσης συνόδου εἰπὼν· ἀγαθὸν εἶναι καὶ τὸ νηστεύειν ἐν παντὶ καιρῷ, ἐπήγαγεν ὡς οὐ χρὴ τὸν τοιοῦτον προτιμηθῆναι τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν· εἰ γὰρ οἱ ἀποστολικοὶ κανόνες κολάζουσι τὸν ἐν τῷ τυχόντι σαββάτῳ ἢ τῇ κυριακῇ γενυκλιτοῦντα, ἢ νηστεύοντα πολλῷ πλέον κολασθήσεται ὁ νηστεύων κατὰ τὴν παχαλίαν τοῦ Χριστοῦ ἑορτὴν· διὰ τὸ μὴ παροραθῆναι τὸν αὐθαίρετον ὅρκον αὐτοῦ. καὶ ἐξεχώρησε τῷ δὲ γενναίῳ κρεωφαγῆσαι. Ὁ αὐτὸς δὲ πατριάρχης καὶ τὸν Τζίταν τὸν εὐνοῦχον ὀμόσαντα εἰς προσκύνησιν ἀπελθεῖν τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγίων τόπων, καὶ μὴ ἀπελθόντα, ὡς μεταμεληθέντα, συνοδικῶς ἐκ τῆς ἐπιορκίας ἀπέλυσε, διὰ μετρίου ἐπιτιμίου θεραπεύσας αὐτόν.

Ne jusjurandum irregulare servetur.

Cum quidam nobilis (5) tertio die unius hebdomadis dixisset potenti & sancto nostro Imperatori, se non debere carnem
C comedere, quamvis festum esset nativitatis Christi & Dei nostri, quod jurasset tertias ferias omnium anni hebdomadum, a carnibus abstinere in honorem venerabilis Præcursoris, statuit a Deo coronatus noster Imperator, synodaliter interrogari, an sit canonicum, hoc jusjurandum servari, & Dominicum festum, quod est Paschale, celebratum dimittere. Et facta interrogatione, sanctissimus ille patriarcha, dominus Lucas, cum synodo, quæ aderat, cum dixisset bonum esse omni tempore jejunare, subjunxit non oportere hoc jusjurandum Domino & Deo nostro præferre. Si enim Apostolici canones puniunt eum, qui in quovis sabbato, vel die
D dominico genuflectit, vel jejunat; multo magis punietur, qui in Paschali Christi festo jejunat, ne jusjurandum a se voluntarie susceptum contemnat. Et nobili carnibus vesci permisit. Idem autem patriarcha Tzitam quoque eunuchum, juratum, se ad sanctorum locorum adorationem iturum; cum profectus non esset, ut qui pœnitentia ductus esset, synodaliter a perjurio absolvit; mediocri pœna imposita, eum emendans.

(5) feria tertia

Περὶ ἑκουσίου φόνου.

Στρατιώτου τινὸς περιπεσόντος ἑκουσίου φόνου ἐγκλήματι, καὶ παρὰ ἀρχιερέως τινὸς μετὰ μέτριον πάνυ καιρὸν ἐν γράφοις ἀθωωθέντος, ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν (1) βασιλεὺς δυσχεράνας ἐπὶ τῷ γενομένῳ, διωρίσατο ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυρίου Λουκᾶ, σκοπηθῆναι συνοδικῶς, εἰ καλῶς τῷ στρατιώτῃ ἐπεφιλοτιμήθη ἡ τῶν ἐπιτιμίων ἀθώωσις, κατεσπουδασμένως οὕτω, καὶ οἷον εἰπεῖν, οὐ συμπαθῶς, ἀλλὰ προσπαθῶς. τοῦ δὲ ἀρχιερέως τὸν κανόνα προβαλλομένου, καὶ ἑτέρους μετεωρίζον-

βασι-
καὶ
ένης

De homicidio voluntario.

Cum quidam miles in voluntariæ cædis crimen incidisset, & a quodam anti-
E stite post valde modicum tempus datis scriptis absolutus esset, potens & sanctus noster Imperator & dominus, id factum ægre ferens, statuit tempore sanctissimi illius patriarchæ domini Lucæ, ut synodaliter consideraretur, an recte illi militi concessa esset a pœnis absolutio, tanto in eum studio, & per quandam non misericordiam, sed potius animi affectionem. Cum autem antistes ille

ca-

canonem proponeret, & alios, moderantes utique eam, quæ illi objiciebatur, nimiam pœnæ levitatem; sancta synodus (1) canones limitibus circumscribens, secundum divinissimam inspirationem, quæ ex sancto illis Spiritu inerat, militem quidem canonicarum pœnarum rursus compedibus subjecit: antistitem autem ad aliquantum temporis ab officii ac ministerii suspensione punivit: dicens, antistitibus quidem licere pœnas canonicas augere & diminuere; aranearum autem filis ligare, quæ debent tribus rudentibus alligari, non concessum esse. Quinetiam propter illius militis caussam, potens & sanctus noster Imperator illam de voluntariis homicidis Novellam edidisse dicitur.

(1) canonibus recte distinctis

De advocatis.

DIaconus quidam a felicis memoriæ patriarcha domino Luca, commemoratis canonibus reliquisque legislationibus utente, advocatum agere aliquando prohibitus, coram Imperatorio tribunali, præsente patriarcha, dixit; canones illos atque leges, in hodiernis advocatis non habere locum: sed in illius temporis advocatis, qui in civilib. judiciis stationes habebant, Imperiales frumentarias tesseras accipiebant, sub primiceriis erant, atque a mundanis magistratib. confirmabantur: quo tempore omnino recte clerici mundanis advocatorum officiis fungi prohibebantur. At quoniam qui hodie advocati sunt, tamquam liberalem aliquam artem, advocationem exercent: neque sacri ordinis homines in jure patrocinari, impediri debere. Et sermonem suum astruens, non actionem, sed modum a canonib. puniri, caussabatur. Non solum enim, inquit, clerici verumetiam episcopi pro amicis in jure certantes, veniam consequentur: neque qui in controversia rei ecclesiasticæ patrocinium præstant, notabuntur: quemadmodum ipsum etiam jus hoc evidenter docet. Ut autem clericus, quemadmodum mundani officiales advocatum agat, & a laico confirmetur, odiosum est, atque punitur. Verum quod (2) advocati mundanum officium aliquando fuerit, & ordinarii advocati Imperatorias annonæ pensiones ceperint, atque sub primiceriis fuerint, ex multis constat. Lege autem postremum caput tit. 1. lib. VIII. Basil. & quæ in Præfecti libro de advocatis digesta sunt. Tradunt enim, advocatos collegium esse, atque a cujuscunque temporis præfecto confirmari. Hæc cum dixisset, applausumque ipsi esset, etiam a patriarcha, patrocinari (ut antea) permissum illi est.

(2) advocatis

De infantibus captivis baptizandis, & de Agarenis.

NOn permittebant aliqui, ut captivi pueri propter dubitationem baptizarentur, ne eos, qui antea baptizati fuerant, rebaptizare viderentur. De ea re autem sæpe synodice controversia exorta est. Cum enim infantes ex Christianorum regione a Scythis & Agarenis bello capti essent, & empti a Romanis; dubitatum est, an oporteat ve-

τας τάχα τὴν ἐπιφορτιζομένην αὐτῷ βαρεῖαν κοῦφότητα, ἡ ἁγία σύνοδος τοὺς κανόνα, ὀρθοτομήσασα κατὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτῇ ἐκ τοῦ παναγιωτάτου πνεύματος θειοτάτην ἔλλαμψιν, τὸν μὲν στρατιώτην καὶ αὖθις ἀλυκτοπέδαις ἐπιτιμίων κανονικῶν καθυπέβαλε· τὸν δὲ ἀρχιερέα μετρίῳ ἀφορισμῷ ἀλειτουργησίας ἐξενοχώρησεν· εἰποῦσα, ὡς τοῖς ἀρχιερεῦσι μὲν ἐφεῖται αὔξειν καὶ μειοῦν τὰ κανονικὰ ἐπιτίμια, ἀραχναίοις δὲ μίτοις δεσμεῖν τὰ καλωδίοις ἐντρίτοις καταδεσμεῖσθαι ὀφείλοντα, οὐκ ἐνεδόθη. λέγεται δὲ, ὅτι καὶ διὰ τὴν τοῦ τοιούτου στρατιώτου ὑπόθεσιν ἐξέθετο ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς τὴν περὶ τῶν ἑκουσίων φονέων νεαράν.

Περὶ συνηγόρων.

ΔΙάκονός τις κωλυθεὶς ποτὲ παρὰ τοῦ μακαρίτου πατριάρχου κυρίου Λουκᾶ τοῦ συνηγορεῖν, χρωμένου τοῖς διαληφθεῖσι κανόσι καὶ λοιπαῖς νομοθεσίαις· εἶπεν ἐπὶ βασιλικοῦ βήματος, παρόντος καὶ τοῦ πατριάρχου, μὴ ἔχειν χώραν τὰ τῶν τοιούτων κανόνων καὶ νόμων εἰς τοὺς σήμερον συνηγοροῦντας, ἀλλ᾽ εἰς τοὺς τότε συνηγόρους, τοὺς τεταγμένους εἰς πολιτικὰ δικαστήρια, καὶ λαμβάνοντας βασιλικὰ σιτηρέσια, καὶ ὑπὸ πριμμικηρίους ὄντας, καὶ σφραγιζομένους ὑπὸ κοσμικῶν ἀρχόντων, ὅτε πάντως καλῶς οἱ κληρικοὶ ἐκωλύοντο συνηγόρων ὀφφίκια κοσμικὰ ἐνεργεῖν. ἐπεὶ δὲ οἱ σήμερον συνηγοροῦντες, ὡς ἐλευθέριόν τι σπούδασμα τὸ συνηγορεῖν μετέρχονται, οὐδὲ οἱ ἱερωμένοι ἐμποδισθήσονται συνηγορεῖν. Καὶ κατασκευάζων τὸν οἰκεῖον λόγον, ἐδικαιολογήσατο μὴ τὴν πρᾶξιν, ἀλλὰ τὸν τρόπον κολάζεσθαι παρὰ τῶν κανόνων. οὐ μόνον γὰρ κληρικοὶ, ἀλλὰ καὶ ἐπίσκοποι ὑπερ φίλων ἀντιποιούμενοι συγγνωσθήσονται, καὶ περὶ ἐκκλησιαστικῆς ὑποθέσεως συνηγοροῦντες οὐ αἰσχυνθήσονται, ὡς καὶ αὐτὰ τὰ νόμιμα τοῦτο διατρανοῦσι. τὸ δὲ συνηγορῆσαι κληρικὸν, ὡς οἱ κοσμικοὶ ὀφφικιάλιοι, καὶ δέξασθαι σφραγῖδα λαϊκοῦ, μισεῖται καὶ κολάζεται. ὅτι δὲ τὸ συνηγορεῖν, ὀφφίκιον ἦν ποτὲ κοσμικὸν, καὶ σιτηρέσια ἐλάμβανον βασιλικὰ οἱ τεταγμένοι συνήγοροι, καὶ ὑπὸ πριμμικηρίους ἦσαν, δῆλόν ἐστιν ἀπὸ πολλῶν. Καὶ ἀνάγνωθι τὸ τελευταῖον κεφάλαιον τοῦ α τίτλου τοῦ η βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, καὶ τὰ ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ ἐπάρχου, περὶ συνηγόρων ἀνατατόμενα. διαλαμβάνουσι γὰρ τοὺς συνηγόρους σύστημα εἶναι, καὶ ὑπὸ τοῦ κατὰ καιροὺς ἐπάρχου σφραγίζεσθαι. Ταῦτα εἰπὼν, καὶ παραδεχθεὶς, ἐξεχωρήθη καὶ παρὰ τοῦ πατριάρχου συνηγορεῖν, ὡς καὶ πρότερον.

Περὶ τοῦ βαπτίζεσθαι νήπια αἰχμαλωτισθέντα καὶ περὶ τῶν Ἀγαρηνῶν.

ΤΙνὲς οὐ παρεχώρουν, διὰ τὴν ἀμφιβολίαν, βαπτίζεσθαι τοὺς παῖδας αἰχμαλώτους, ἵνα μὴ δόξωσιν ἀναβαπτίζειν τοὺς προβαπτισθέντας. περὶ δὲ τούτου πολλάκις ἀμφισβήτησις γέγονε συνοδικῶς. νηπίων γὰρ ἀπὸ Χριστιανικῆς χώρας αἰχμαλωτισθέντων παρὰ Σκυθῶν καὶ Ἀγαρηνῶν, καὶ διαπραθέντων πρὸς Ῥωμαίους, ἀμφιβολία γέγονεν, εἰ χρὴ τοὺς πωληθέντας βαπτισθῆναι. ἔλεγον

γον γάρ τινες ὡς ἐπεὶ ἀπὸ Χριστιανικῆς χώρας αἰχμαλωτίσθησαν. (2) πρόσληψίς ἐστι βαπτισθῆναι κατὰ χώραν ἐν νηπιότητι, καὶ οὐ χρὴ αὐτοὺς ἀναβαπτισθῆναι. Ἤρεσε δὲ μᾶλλον ὀφείλειν βαπτισθῆναι, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τούτους εἰ ἐν νηπιότητι ἐβαπτίσθησαν, μήτε τινὰς εὑρίσκεσθαι διαβεβαιουμένους τὸ βάπτισμα. Περὶ δὲ τῶν ἀπὸ χώρας ἀπίστων αἰχμαλωτιζομένων, ὡρίσθη, ἀδιακρίτως αὐτοὺς βαπτίζεσθαι. εἰ μὴ μάρτυρες ὁμολογοῦσι, βαπτισθῆναι τούτους μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν.

Ἐπὶ δὲ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυρίου Λουκᾶ παρέστησαν Ἀγαρηνοὶ συνοδικῶς. καὶ ἀπαιτούμενοι βαπτισθῆναι, εἶπον ὡς ἔφθασαν εἰς τὰς χώρας αὐτῶν βαπτισθῆναι. καὶ ἐρωτώμενοι ὅπως, ἀπελογήσαντο, ὅτι συνήθεια ἐστὶ πάντα τὰ νήπια τῶν Ἀγαρηνῶν βαπτίζεσθαι παρὰ ὀρθοδόξων ἱερέων. ἀλλ᾽ οὐ παρεδέχθησαν. ἤκουσαν γάρ, ὡς τὸ παρὰ τῶν ἀπίστων ζητούμενον ἀπὸ τῶν Χριστιανῶν βάπτισμα, οὐ κατὰ διάθεσιν ἀγαθὴν καὶ προαίρεσιν ὀρθόδοξον ζητεῖται, ἀλλὰ διὰ θεραπείαν σωματικήν. δέδοκται γὰρ παρὰ τοῖς Ἀγαρηνοῖς, τὰ τέκνα τούτων δαιμονᾷν, καὶ κατὰ κύνας ὄζειν, εἰ μὴ βαπτίσματος τύχωσι Χριστιανικοῦ. κἀντεῦθεν, οὐχ ὡς καθαρτήριον παντὸς ῥύπου ψυχικοῦ, καὶ φωτὸς θείου καὶ ἁγιασμοῦ πάροχον, ἀνακαλοῦνται τὸ βάπτισμα, ἀλλ᾽ ὡς φαρμακείαν, ἢ ἐπῳδήν. τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν μητέρας εἶπον ἔχειν ὀρθοδόξους, καὶ ἀπὸ σπουδῆς τούτων βαπτισθῆναι αὐτοὺς παρὰ ὀρθοδόξων. ἀλλ᾽ οὐδὲ οὗτοι εἰσηκούσθησαν, ὅτι οὐ παρέστησαν (1) μάρτυρες, τοῦτο αὐτὸ μαρτυροῦντες. μᾶλλον μὲν οὖν καὶ κατεγνώσθησαν, ὡς μὴ ἀγαθὴν (3) πρόσληψιν διδόντες καθ᾽ ἑαυτῶν, οἷς τὸ μὴ προσέρχεσθαι τῇ πίστει ὀρθῶς. διὸ καὶ ἐξεχωρήθη, πάντως τούτους βαπτισθῆναι.

A nundatos rebaptizari. Dicebant enim nonnulli, Quoniam ex Christiana regione capti sunt, præsumptio est, eos fuisse baptizatos in patria ætate infantili, nec denuo rebaptizandos esse. Magis tamen placuit, eos debere baptizari, quod nesciant, an in infantia fuerint baptizati, nec ulli inveniantur, qui baptismum affirment. Eos autem, qui ex infidelium regione capiuntur, indistincte baptizandos statutum est: nisi testes profiteantur, eos post captivitatem fuisse baptizatos.

Tempore autem sanctissimi patriarchæ, domini Lucæ, synodice adfuerunt Agareni: & cum ab eis postularetur, ut baptizarentur, dixerunt se in suis regionib. antea fuisse baB ptizatos. Et interrogati quomodo: responderunt, esse consuetudinem, ut omnes Agarenorum infantes ab orthodoxis sacerdotib. baptizarentur: non tamen admissi fuerunt: Audierant enim, baptismum, quem infideles a Christianis petunt, non bona affectione, & orthodoxo proposito peti, sed propter corporalem medicinam. Persuasum est enim Agarenis, fore ut sui liberi a dæmone vexentur, & tamquam canes male oleant, nisi baptismum Christianum assequantur. Quamobrem non ut omnium animæ sordium mundatorem, divinæque lucis & sanctificationis præbitorem, baptismum postulant; sed tamquam veneficium & incantationem. Quidam auC tem eorum dicebant, se matres habere orthodoxas, seque earum cura ac studio fuisse baptizatos. Sed nec ii exauditi sunt, quoniam testes non adducebant, qui hoc ipsum pro testimonio dicerent: imo potius condemnati sunt, quod non bonam de se existimationem darent, quod recte ad fidem accederent: & ideo omnes hos etiam baptizare permissum est.

Περὶ τοὺς κληρικοὺς μὴ γίνεσθαι αἰσχροκερδεῖς, ἢ ἰατρούς.

Ἐπεὶ κανών τις διορίζεται, μὴ πορίζεσθαι τοὺς ἱερωμένους τὰ πρὸς τροφὴν ἀπὸ πραγμάτων αἰσχρῶν καὶ ἀτίμων, ἐζητήθη πολλάκις ποῖα ταῦτα εἰσί. καὶ τινὲς μὲν εἶπον εἶναι ταῦτα, τὸ πορνοβοσκεῖν, τὸ καπηλικοῦ ἐργαστηρίου προΐστασθαι, καὶ τὰ ὅμοια. ὁ δὲ ἁγιώτατος πατριάρχης κύριος Λουκᾶς, καὶ τὰ μυρεψικὰ ἐργαστήρια, καὶ τὰ βαλανεῖα, αἰσχροκερδῆ εἶναι ἔλεγεν ὡς καὶ ψεύδους παραίτια. ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀρχιάτρους παρεχώρει γίνεσθαι τοὺς διακόνους, ἢ τοὺς ἱερεῖς. λέγων ἀνένδεκτον εἶναι, τοὺς μετὰ φαινολίων καὶ στιχαρίων τὰ ἅγια μεταχειριζομένους, κοσμικὰς στολὰς ἐνδιδύσκεσθαι, καὶ μετὰ λαϊκῶν ἀνδρῶν τῶν ἰατρῶν δηλαδὴ προπομπεύειν.

Ne clerici turpilucres fiant, aut medici.

Quoniam canon quidam statuit, ne (1) qui sunt sacrati, victum quærant ex D rebus turpibus & vilibus, sæpe quæsitum est, quænam sint eæ. Et alii quidem dixerunt esse eas, lenonem esse, ac meretrices alere, cauponariæque tabernæ præesse, & similia. Sanctissimus autem patriarcha, dominus Lucas, unguentarias quoque officinas, & balnea, turpis esse quæstus dicebat, ut quæ mendacii quoque causæ essent. Sed nec diaconos vel sacerdotes fieri sinebat archiatros, dicens non esse ferendum, ut qui cum infulis & casulis sancta tractant, sæcularibus vestibus induantur, & cum laicis, viris scilicet medicis, incedant.

(1) ne Sacerdotes victum

SY-

SYNODUS STRIGONIENSIS PROVINCIALIS

Celebrata sub Stephano III. Rege, & Luca Banffi archiepiscopo Strigonienſi

Anno 1169.

Ex Peterffy Syn. Hungar. t. I. p. 62.

(a) In MS. Claris. O-trokoczy ad hunc an.

VEſtigia quædam reperio celebratæ anno MCLXIX. Synodi Provincialis Strigonii, (a) cujus indicendæ occaſionem dederat Stephanus III. Hungariæ rex, princeps cæteroquin non malus. Rerum ille Deo ſacrarum habendi cupiditate inductus, ex eccleſiarum peculiis, ærario ſuo nimium enervato, acceſſionem facere voluit. Quem B in finem, turpi nundinatione profani homines in locum præpoſitorum & abbatum intruſi, ex agris, fundiſque beneficiorum ſacrilegum lucrum capientes, fiſco regio certum pecuniæ numerum pendebant. Et, cum plura jam de poſſeſſionibus epiſcoporum, aliis fruenda locarentur, ad epiſcopos ipſos peſtis iſta tranſiit, qui regularium, & monaſteriorum rectores, adempta dignitate, pro libitu ſuo ſedibus dimovebant, aut retenta in uſus ſuos non mediocri portione, alios aliis ſubſtituebant. Vexabatur itaque ultra modum ſoluta cleri diſciplina, fides & pax eccleſiarum; ut omnino pugnantibus invicem membris, corpus ſanctæ religionis C in partes abiturum boni omnes metuerent. Offendebant tot tantaque mala archiepiſcopum Lucam, qui, cum multa in regis animo virtute ſua, & ingenio valeret, & Thomæ Cantuarienſis, ea ætate in Henricum II. Angliæ regem armati, exemplo excitaretur, remedium morbo ſollicite quærebat, ne ardente tum pernitioſis litibus Anglia, in pari cauſa par incendium Hungariam corriperet. Ut ergo rem ſine turbis, ſine mala gratia conficiat, ſuffraganeos ſuos, cæteroſque a culpa immunes epiſcopos (Colocenſis enim cum paucis in reorum numero cenſebatur, ut patebit) ad Synodum vocat, & quid in tanto jurium ſuorum diſcrimine cenſerent faciendum, commemorat. Id porro conſilii patres ad ſynodum vocati dedere; regem adiret Lucas, eorum, quæ in eccleſiam peccaſſet, non tam cauſam exigeret, quam hunc fere in modum commoneret: non eſſe de regis apoſtolici libertate, ſedes pontificum, & ſacroſancta cleri inſtituta permutare, invertere; protritis ſacris legibus, futurum ſine dubio, ut ſacerdotia ſub haſta venirent: augeri inde ad rapinas vulgi animos, omnemque erga animarum curatores obſervantiam ſenſim emori; totum Chriſti ærarium, unde tanta in rempublicam commoda profecta ſunt, procerum luxui, vitiis, avaritiæ deſtinari: imminere una ex hac tempeſtate fidei naufragium, in quod rem Chriſtianam, accepta domi, foriſque ſeditione, impelleret: connivente rege, ne epiſcopos quidem manus abſtinuiſſe a ſacrilego mercatu; vindicem Divini cultus ageret: un, monitis, precibuſque obſiſteret, ad ſedem apoſtolicam (quam Stephanus mirifice coluit) cauſam ſe delaturum, libere edicat.

Hac concilii ſententia animatus Lucas, impetravit quidem a Stephano, ut nonnihil mitior, promitteret errores Regia munificentia ſe inſtauraturum: ſed quum moram, quam ille in ſarciendis damnis habebat, plena eſſet periculi, Alexandro III. PP. per literas queſtus eſt, cujus etiam opera, miſſo in Hungariam M. Diacono Cardinale Legato, cognita Regem inter, & clerum controverſia, pax feliciter procurata.

NORVVICENSIS SYNODUS

Quo Londinenſi epiſcopo jurium eccleſiæ Cantuarienſis invaſori communio negatur,

Anno 1169. *habita.*

GIlbertus Londinienſis epiſcopus ſignum D extulerat defectionis in S. Thomam Cantuarienſem metropolitanum ſuum; conſuetudines quoque Anglicanas, quas Aelxander papa & S. Thomas damnaverant, ipſe præ cæteris admiſerat probaveratque. Cui puniendo metropolitanus idem anathematis ſententiam in eum pronunciaverat. Furens Gilbertus metropolitam recuſavit, minitatus præterea id commiſſurum ſe, ut ea dignitas Londinum transferretur. Diſplicuit id pluribus in Anglia epiſcopis, inter quos W. Norvicenſis epiſcopus coacta ſynodo excommunicationem illam admiſit. Ejus ſynodi mentio fit in epiſtola S. Thomæ Cantuarienſis ad Rogerium Vigornenſem, quæ extat in codice epiſtolarum in cauſa S. Thomæ lib. III. epiſt. LXXXVII. in qua hæc legas: *Reſtiterunt ei* (Gilberto) *nuper coram regis officialibus, quos in perſequutionem eccleſiæ excitabat, laudabiliter fratres noſtri, ſeque ab illius communione ſuſpendentes, per parochias ſuas edicto publico præceperunt eum a cunctis fidelibus evitari. Et hoc quidem fecit primus venerabilis frater noſter Norvvicenſis epiſcopus in ſynodo proxime habita &c.*

IN

IN SEQUENTEM DISPUTATIONEM NIERSIS CATHOLICI ARMENIORUM

Cum Theoriano Græci Imperatoris Legato

PRÆMONITIO EDITORIS.

NIerses summus Armenorum antistes, seu, ut illi appellant, catholicus, magnæ scientiæ nomine, si vera scribunt Armeni in suo Menologio ad diem XIX. novembris per orientem claruit. Audientes de illo Græci, & ipse pariter Græcorum imperator Manuel Comnenus, ac Constantinopolitanus patriarcha fidei confessionem ab illo expoposcerunt; quam acceptam approbasse Græcos scribit ejusdem Menologii author; sed re ipsa improbatam constat. Cum Manuel solemnem ad illum legationem miserit, quam Theorianus Græcus quidam Philosophus, vel potius Theologus gessit, ille cum Nierse disputationem de fide instituit, allatisque in medium SS. Patrum, maxime Græcorum sententiis, duarum in Christi naturarum dogma adeo perspicue demonstravit, ut Armenum patriarcham, aliosque qui interim supervenerunt, episcopos ad orthodoxiam deduxerit. Ejus disputationis acta hic danda censui eo consilio, quo in volumine hujus operis priori disputationem Archelai cum Manete descripsi; & Labbeus disputationem S. Maximi cum Theodosio episcopo Cæsareæ exhibuit. Hanc vero reddo ex bibliotheca Patrum Parisiensi tom. XI. pag. 439.

THEORIANI CUM CATHOLICO ARMENIORUM

Disputatio, qua imago pii de religione colloquii repræsentatur.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ ΘΕΩΡΙΑΝΟΥ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ

πρὸς τῶν καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων.

Βασιλικὸν εἰς τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων.

ΕΝ ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ϛʹ. χʹ. οʹ. ηʹ. ἔτει δὲ εἰκοστῷ ὀγδόῳ τῆς αὐτοκρατορίας τοῦ ἐν βασιλεῦσιν εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου, καὶ θεοσέπτου κυροῦ ΜΑΝΟΥΗΛ, *τοῦ Πορφυρογεννήτου καὶ Κομνηνοῦ, ἰνδικτιῶνος τρίτης, κατὰ τὴν δεκάτην πέμπτην τοῦ Μαΐου μηνὸς κατελάβομεν σὺν Θεῷ τῶν Ῥωμαίων κουλὰ· καὶ χαιρετίσαντες τὸν καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων, κύρον Νορσέσιν, ἐκ τοῦ μέρους τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως, δεδώκαμεν αὐτῷ τὸ πρὸς αὐτὸν βασιλικὸν θεῖον γράμμα, ἀναδιδάξαντες αὐτὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν θέλημα, ὃ πρὸς αὐτὸν κέκτηται ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεύς· καὶ ὅτι δι' ἐφέσεως ἔχων πλείστης τὴν αὐτοῦ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν, πρὸς τὴν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν ἕνωσιν ἐξαπέστειλεν ἡμᾶς τοῖς ἐλαχίστοις δούλοις αὐτοῦ, διὰ τοσούτου μακροῦ διαστήματος, καὶ οὕτω σκληρᾶς ὁδοῦ, πρὸς τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σοῦ, Τούτων κατήκοος γεγονὼς ὁ καθολικὸς ἔφη πρὸς ἡμᾶς.*

Εὐχαριστοῦμεν τῷ βασιλεῖ τῷ ἁγίῳ, ὅτι προνοεῖται καὶ ἡμῶν τῶν ἐλαχίστων εὐχετῶν τῆς ἁγίας αὐτοῦ βασιλείας· καὶ ὅτι τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἔχων τὰς φροντίδας, οὐδὲ ἡμῶν ἐπελάθετο.

Τῇ ἐπαύριον μετακαλεσάμενος ἡμᾶς, εἶπεν ἡμῖν.

Ἀναγνοὺς τὸ πρὸς ἐμὲ βασιλικὸν καὶ θεῖον γράμμα τοῦ θεοπροβλήτου καὶ θεοστεφοῦς, καὶ εὐσεβεστάτου βασιλέως, ἀνέμαθον τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ τῆς ἁγίας τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας, ὅτι ἐὰν θελήσωμεν διαρθώκαθς τὰ περὶ τὴν ὀρθό-

THEORIANI ORTHODOXI

Cum Catholico Armeniorum colloquium.

C IMPERATORIUM DIPLOMA

Missum ad reverendissimum & religiosissimum Generalem Armeniorum.

ANno ab orbe condito VI. CIↃ IↃC LXXVIII. imperii, piissimi & Christiani, & divinitus coronati Domini MANUELIS, * in Porphyranati, Comneni, decimo & octavo; indictione tertia, die XV. mensis maii adjuvante nos Deo, limites Romanorum adtigimus, quumque * generali Armeniorum, Domino Norsesi, præpotentis & sancti imperatoris nostri nomine salutem dixissemus: datas ad ipsum imperatorias sacras litteras ei reddidimus, exposita simul benigna voluntate, quam erga ipsum præpotens & sanctus imperator noster gereret, & quod maximo desiderio tam ipsius quam subditorum ejus unionem cum sancta universali & apostolica ecclesia expetens, nos minimos servos suos tam longo locorum ex intervallo, & adeo duro itinere, ad insignem ipsius sanctitatem ablegasset. Ea quum Generalis audisset, hæc ad nos loquutus est:

Agimus imperatori sancto gratias, quod & nostri curam gerat, minimorum ex iis qui pro sancto ipsius imperio preces fundunt; & quod orbis universi curas sustinens, nostri quoque non sit oblitus.

* Palatii nomen in quo pariebant Augustæ.

* Vulgo Catholic. vocant

B D

E *Postridie nobis arcessitis, dixit:*

Posteaquam datas ad me imperatorias & sacras ordinati coronatique divinitus, & piissimi imperatoris litteras perlegi; tam ipsius quam sanctæ Romanorum ecclesiæ voluntatem perspexi: quod videlicet, si nostros

ſtros circa fidem orthodoxam errores corrigere velimus, paratus ſit & ſanctus imperator, & ſancta generalis ac apoſtolica eccleſia, nos tamquam fratres recipere. Volumus ergo doceri, quænam illa ſint, in quibus nos adverſus fidem aberremus: ac ſi quidem ex inſtituto canonum per ſacrarum litterarum, & conſentaneas demonſtrationes convicti fuerimus, emendationem illam alacriter acceptabimus. THEORIANUS. Obſecro eximiam illam ſanctitatem tuam, ut orationem noſtram cum inſita ſibi manſuetudine excipiat; nec graves ac moleſtas ſibi noſtras interrogationes ducat. Eſto autem conſtitutum inter nos, velut ex ſtipulato & promiſſo partis utriuſque, ut ſi quid audiverimus, quod adverſari rectæ ſententiæ videatur; non continuo pronuntiemus, id hæreticum eſſe: ſed diligenter interrogemus, ac erudiamur de vocis cujuſque ſignificato, & illius mente, qui ea ſit uſus. Cavendum quoque nobis a ruditate interpretis, qui non ſolum grammaticam non novit; ſed ne ſolutam quidem orationem Græcam recte tenet: ne ipſius ignorantia vel lapſus, nobis imputetur. GENERALIS. Recte ais: ita fiat. THEORIANUS. Miſit epiſtolam ad præpotentem & ſanctum imperatorem eximia ſanctitas tua, qua de quibuſdam fidei capitibus, & conſuetudinibus eccleſiaſticis tractat. Itaque ſanctitatem tuam eximiam interrogo, itane ſentiat, ut in ea perſcriptum eſt; an aliquid eorum, quæ in illa perſcripta ſunt, nullius momenti ducat. GENERALIS. Ita tum ſentiebam, & ita ſentio, ſicut in ea perſcripſi. THEORIANUS. Quas ſynodos recipis? GENERALIS. Nicænam, ſanctorum CCCXVIII. patrum: Conſtantinopolitanam, ſanctorum & inſtinctu divino gubernatorum CL. patrum: & Epheſinam, ſanctorum CC. patrum, in qua Neſtorius ab officio remotus fuit. THEORIANUS. Quorum doctorum ſcripta & doctrinas adprobas? GENERALIS. Magni illius Athanaſii, ſancti Gregorii Theologi, Baſilii magni, ſancti Gregorii Nyſſeni, ſancti Joannis Chryſoſtomi, ſancti Ephræmi, ſancti Cyrilli Alexandrini antiſtitis, & multorum aliorum. THEORIANUS. Ergo lectionem epiſtolæ tuæ inchoemus, & capitum in ea comprehenſorum mentem fraterne conſideremus; an prædictos divos patres, & ſanctas ſynodos ſequatur. GENERALIS. Recte dicis. Ita fiat.

Tum perlegentes, ad eum locum venimus, ubi ſcriptum erat.

Dicimus in Chriſto naturam unam eſſe, non ſecundum Eutychem confundentes; nec ſecundum Apollinarium detrahentes: ſed ſecundum Alexandrinum antiſtitem Cyrillum, in Orthodoxia, quæ in libro contra Neſtorium ſcripſit, unam eſſe naturam SERMONIS incarnatam. THEORIANUS. Sanctus Cyrillus non dixit unam in Chriſto naturam, nec unam Chriſti naturam; ſed unam naturam SERMONIS; ac deinde ſubjicit, INCARNATAM. Tua vero ſanctitas neſcio quo pacto incogitanter & libere naturam unam in Chriſto dixit. Ac miror equidem,

A δόξον πίστιν σφάλματα ἡμῶν, ἑτοίμως ἔχει ὅ,τε ἅγιος βασιλεύς, καὶ ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ ἀποστολικὴ, παραδέξασθαι ἡμᾶς, ὡς ἀδελφούς. βουλόμεθα οὖν ἀναδιδαχθῆναι, τίνα εἰσὶν, ἃ ἡμεῖς εἰς τὴν πίστιν παρασφαλλόμεθα· καὶ εἰ ἐλεγχθῶμεν κανονικῶς μετὰ γραφικῶν ἀποδείξεων, καὶ εὐλόγως, προθύμως δεξόμεθα τὴν διόρθωσιν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. παρακαλῶ τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου, δέχεσθαι τὸν ἡμέτερον λόγον μετὰ τῆς ἐμφύτου αὐτῇ πρᾳότητος, καὶ μὴ φορτικὰς ἡγεῖσθαι τὰς ἐρωτήσεις ἡμῶν. ἔστω δὲ ἡμῖν ὡς ἐξ ἐπερωτήσεως καὶ ὁμολογίας ἀμφοτέρων, ὅταν ἀκούσωμέν τι οὐκ ὀρθῆς ἐννοίας εἶναι δοκοῦν, μὴ εὐθὺς ἀποφαίνεσθαι, ὅτι τοῦτο αἱρετικόν ἐστιν, ἀλλ' ἐρωτᾶν ἐπιμελῶς, καὶ διδάσκεσθαι τὴν σημασίαν τῆς λέξεως, καὶ τὸν νοῦν τοῦ B χρωμένου αὐτῇ. παραφυλάττεσθαι δὲ δεῖ ἡμᾶς καὶ τὴν ἀγροικίαν τοῦ ἑρμηνέως, ὃς οὐ μόνον τὴν γραμματικὴν οὐκ οἶδεν· τὴν Ἑλληνίδα πεζὴν διάλεκτον καλῶς ἐξεπίσταται· μή πως τὸ ἐκείνου ἀγνόημα, ἢ ὀλίσθημα, ἡμέτερον λογισθῇ. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. εὖ λέγεις οὕτω γενέσθω. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἀπέστειλεν ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου πρὸς τὸν κραταιὸν καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα ἐπιστολὴν, ἣ διαλαμβάνει περὶ τινῶν κεφαλαίων τῆς πίστεως, καὶ ἠθῶν ἐκκλησιαστικῶν. ἐρωτῶ οὖν τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου, εἰ οὕτω φρονεῖ, ὡς ἐν αὐτῇ γέγραπται, ἢ τι τῶν ἐν αὐτῇ γεγραμμένων ἀθετεῖ. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. οὕτως ἐφρόνουν, καὶ οὕτω φρονῶ, ὡς ἐν αὐτῇ ἔγραψα. Ο ΘΕΩ- C ΡΙΑΝΟΣ. ποίας συνόδους δέχῃ; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. τὴν ἐν Νικαίᾳ τῶν τ'. ι'. η'. ἁγίων πατέρων, καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρ'. ν'. ἁγίων θεοφόρων πατέρων, καὶ τὴν ἐν Ἐφέσῳ σ'. ἁγίων πατέρων, ἐν ᾗ Νεστόριος καθῃρέθη. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ποίων διδασκάλων στέργεις τὰς γραφὰς, καὶ τὰς διδασκαλίας; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, τοῦ μεγάλου Βασιλείου, τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης, τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, τοῦ ἁγίου Ἐφραὶμ, τοῦ ἁγίου Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, καὶ ἄλλων πολλῶν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἀρξώμεθα λοιπὸν τῆς ἀναγνώσεως τῆς σῆς ἐπιστολῆς, καὶ σκεψώμεθα ἀδελφικῶς τῶν ἐν αὐτῇ κεφαλαίων τὸν νοῦν, εἰ τοῖς προρρηθεῖσι θείοις πατράσι, καὶ ταῖς ἁγίαις συνόδοις ἕπεται. D Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. εὖ λέγεις. οὕτω γενέσθω.

Καὶ ἀναγνόντες, ἤλθομεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἦν γεγραμμένον.

Λέγομεν μίαν φύσιν εἰς τὸν Χριστὸν, οὐ κατὰ τὸν Εὐτυχέα συγχέοντες, οὔτε κατὰ τὸν Ἀπολινάριον ἐλαττοῦντες, ἀλλὰ κατὰ Κύριλλον τὸν Ἀλεξανδρείας ἐν Ὀρθοδοξίαις, ἅ τινα ἔγραψεν ἐν τῇ E βίβλῳ αὐτοῦ κατὰ Νεστορίου, ὅτι μία ἐστὶν ἡ φύσις τοῦ λόγου σεσαρκωμένη. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ὁ ἅγιος Κύριλλος οὐκ εἶπε μίαν φύσιν τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ λόγου, καὶ τότε ἐπήγαγε τὸ, σεσαρκωμένην. ἡ δὲ ἁγιωσύνη σου οὐκ οἶδ' ὅπως ἀπεριμερίμνως καὶ ἀδεῶς εἶπε μίαν φύσιν εἰς τὸν Χριστόν. καὶ θαυμάζω, πῶς ἐτόλμησεν ἐναλλαγὴν ποιῆσαι τῆς παρὰ τῷ ἁγίῳ τεθείσης λέξεως. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. οὐκ ἤλλαξα.

ταυ-

ταυτὸν γὰρ σημαίνει φύσις Χριστοῦ καὶ φύσις τοῦ
A λόγου σεσαρκωμένη. Ο ΘΕΩΡ. οὐ σημαίνει ταυ-
τόν. μὴ γένοιτο. τὸ γὰρ Χριστὸς ὄνομα, κυρίως
τὸ συναμφότερον δηλοῖ, Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρω-
πον. διά, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, λέγομεν. ὁ
Χριστὸς δὲ σὰρξ ἐγένετο, οὐ λέγομεν. δῆλον δὲ καὶ
ἐκ τοῦ μηδένα τῶν ἁγίων εἰπεῖν μίαν φύσιν τοῦ
Χριστοῦ. μίαν δὲ φύσιν τοῦ λόγου ὅ, τε ἅγιος
Κύριλλος καὶ πρὸ αὐτοῦ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος
εἶπεν. ὅταν γὰρ λέγομεν, μίαν φύσιν τοῦ λό-
γου, τὴν θείαν φύσιν σημαίνει τοῦ υἱοῦ. ὅ-
ταν καὶ προσθῶμεν τὸ, σεσαρκωμένην, καθὼς
ὁ ἅγιος Κύριλλος πρὸς Σούκενσον ἐν τῇ δευτέ-
ρᾳ ἐπιστολῇ σύμπας ὁ λόγος τῆς μετὰ σαρκὸς
οἰκονομίας, εἰσφέρεται. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. καὶ
B τίς τῶν ἁγίων μετὰ τὴν ἕνωσιν τοῦτο διαρρήδην εἰ-
πέν; Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. πάντες, ὧν ἄνω τὰ ὀ-
νόματα ἀπηρίθμησας. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. δεῖξον
ἡμῖν ἕνα τούτων, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν. ὃ γὰρ εἷς τῶν
ἁγίων λέγει, πάντες λέγουσιν, ὡς ἐξ ἑνὸς τοῦ
θείου πνεύματος ἐμπνεόμενοι. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ
οὐχ ἕνα μόνον, ἀλλὰ σὺν Θεῷ πάντας, οἷς ἄνω
ὀνόμασι εἴρηκας. μόνον μὴ ἐκκακήσῃς ἀκούων,
καὶ πάντων παραγάγω τὰς μαρτυρίας. Ο ΚΑ-
ΘΟΛΙΚΟΣ. διὰ τοῦτο συνηθροίσθημεν, ἵνα τὸ
ἀληθὲς εὕρωμεν. καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς ἐκκακεῖν ἐν
τοῖς τοιούτοις. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. πρὸ τῆς τῶν χρή-
σεων παρεισφορᾶς, ἀναγκαῖον οἶμαι εἰπεῖν, τί
ἐστιν οὐσία, καὶ τί ἐστι φύσις, τί τε ὑπόστα-
σις, καὶ τί πρόσωπον. Διά τοι τοῦτο ἐρωτῶ,
C πῶς ταῦτα ἐκδέχῃ; ὡς οἱ ἔξω, ἢ ὡς οἱ τῆς ἐκ-
κλησίας διδάσκαλοι διωρίσαντο; Ο ΚΑΘΟΛ. ἡ-
μεῖς καὶ τῶν ἀμφοτέρων τοὺς ὁρισμοὺς τοὺς περὶ τῶν
προκειμένων γινώσκομεν, καὶ πρὸς τὸ εὐθὺ τῶν
τῆς εὐσεβείας δογμάτων ἐπιστημονικῶς ἀπευθύ-
νομεν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἐγὼ πλείστην ἐν τού-
τοις διαφορὰν τῶν ἔξω πρὸς τοὺς διδασκάλους τῆς
ἐκκλησίας ὁρῶ. οἱ γὰρ ἔξω σοφοὶ τὸ ἄτομον, ἤτοι
τὴν ὑπόστασιν, καὶ τὸ ἓν τῷ ἀριθμῷ, οὐσίαν
ὁρίζονται. ὅπερ οἱ θεῖοι πατέρες οὐ παραδέχον-
ται. οὐσίαν γὰρ οἱ θεοφόροι πατέρες, καὶ
φύσιν τὰ καθόλου λέγουσιν, ἅ τινα οἱ ἔξω εἶδος
ὠνόμασαν. διὰ ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος μίαν φύ-
σιν καὶ μίαν οὐσίαν ἐδογμάτισαν, ὑποστάσεις
δὲ τρεῖς. ὡς τῆς φύσεως καὶ τῆς οὐσίας πολλὰς
D ὑποστάσεις περιεχούσης. ἀμέλει καὶ τῶν ἀνθρώπων
φύσις μία οὖσα, ἀπείρους ἔχει τὰς ὑποστάσεις.
οἷον Πέτρον, καὶ Παῦλον. καὶ πάντας τοὺς κα-
τὰ μέρος ἀνθρώπους. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τὸ ἄτο-
μον καὶ τὸ ἓν τῷ ἀριθμῷ, ἤτοι τὴν ὑπόστα-
σιν, κυρίως οὐσίαν ὡρίσατο, οὕτω φάσκων. οὐσία
δέ ἐστιν ἡ κυριωτάτη, καὶ πρώτως, καὶ μάλι-
στα λεγομένη, ἣ μήτε καθ' ὑποκειμένου τινὸς
λέγεται, μήτε ἐν ὑποκειμένῳ τινὶ ἐστιν, οἷον τίς
ἄνθρωπος, ἢ οἷον τὶς ἵππος. πῶς οὖν τοὺς θύρα-
θεν τῆς ἡμετέρας αὐλῆς, καὶ τοὺς διδασκάλους ἡ-
μῶν εἰς ἓν κατὰ τοῦτο συναγαγεῖν δυνατόν ἐστι.
τοὺς μὲν τὸ καθόλου, τοὺς δὲ τὸ καθέκαστον,
οὐσίαν καὶ φύσιν ὁρισαμένους; Ο ΚΑΘΟΛ. καὶ
ἡμεῖς τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ἐπὶ τῶν καθό-
E λου λαμβάνομεν, τὸ δὲ πρόσωπον καὶ τὴν ὑπό-
στασιν, ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος. Ο ΘΕΩΡΙΑΝ.

A cur vocem a ſancto viro poſitam mutare ſit
auſa. GENERALIS. Non mutavi. Nam
idem ſignificat natura Chriſti, & natura
Sermonis incarnata. THEORIANUS. Non
idem ſignificat, abſit: nam Chriſti nomen,
utrumque conjunctum ſignificat, Deum ſi-
mul & hominem: propterea dicimus, SER-
MO caro factus eſt. At vero, CHRISTUS
caro factus, non dicimus. Idem & inde pa-
tet, quod nemo ſanctorum unam Chriſti na-
turam dicat. Unam vero naturam SERMO-
NIS, tum ſanctus Cyrillus, tum ſanctus
Athanaſius ante ipſum dixit. Quippe quum
dicimus unam naturam SERMONIS, divi-
nam hoc filii naturam ſignificat: quum
B verò adiicimus INCARNATAM, ſicuti San-
ctus Cyrillus in ſecunda ad Succeſſum epi-
ſtola fecit; tota ratio adminiſtrationis cum
carne compræhenditur. GENERALIS. Et
quis ſanctorum hominum poſt unionem hoc
expreſſe dixit? THEORIANUS. Omnes,
quorum nomina ſupra recenſuiſti. GENE-
RALIS. Oſtende nobis unum ex eis, & ſa-
tis erit: nam quod ab uno ſanctorum dici-
tur, ab omnibus dicitur: quod omnes ab
uno divino ſpiritu adflati fuerint. THEO-
RIANUS. Non unum dumtaxat oſtendam,
ſed univerſos, adjuvante Deo, quos nomi-
natim ſupra commemoraſti. Saltem auſcul-
tando ne defatigeris, & omnium tibi teſti-
monia proferam. GENERALIS. Propterea
C convenimus, ut veritatem inveniamus: nec
in hujuſmodi negotiis defatigari debemus.
THEOR. Antequam ipſa dicta proferamus,
neceſſarium arbitror, ut quid eſſentia vel
ſubſtantia ſit, quid natura, quid hypoſtaſis,
quid perſona dicatur. Propterea te inter-
rogo, quomodo hæc accipias? num ut ex-
teri ſcriptores, an uti doctores Eccleſiæ de-
finierunt? GENER. Nos amborum de voci-
bus hiſce propoſitis finitiones novimus, &
eas ad rectitudinem dogmatum pietatis ſci-
enter dirigimus. THEOR. Ego plurimum
in his extraneos ab Eccleſiæ doctoribus diſ-
ſidere video. Nam illi eruditi homines ex-
teri individuum, ſive hypoſtaſin, & unum
D numero, ſubſtantiam definiunt; quod ſane
divini patres non admittunt; quippe patres
illi gubernati divinitus, ſubſtantiam & na-
turam eſſe univerſalia dicunt, quæ ſcripto-
res exteri ſpeciem vocarunt. Quapropter
in ſacroſancta Trinitate naturam unam &
unam ſubſtantiam, hypoſtaſes vero tres,
tradiderunt: natura nimirum & ſubſtantia
plures hypoſtaſes continent. Et hominum
quidem certe natura quum una ſit, infini-
tas habet hypoſtaſes, puta Petrum & Pau-
lum, & homines ſigillatim univerſos. Ari-
ſtoteles autem individuum, & unum numero,
ſive hypoſtaſin, proprie ſubſtantiam definiit,
his verbis uſus: Subſtantia, quæ propriiſſi-
E me, primumque ac maxime ſic dicitur, eſt
quæ neque de ſubjecto quodam dicitur, nec
in aliquo ſubjecto eſt, velut hic homo, vel
hic equus. Quo igitur pacto fieri poteſt ut alieni ab ovili noſtro cum doctoribus noſtris hac in parte concilientur, quum hi ſubſtantiam & naturam univerſale quiddam, illi ſingulare definiant? GENERALIS. Nos quoque ſubſtantiam & naturam de univerſalibus accipimus, perſonam vero & hypoſtaſin de ſingularibus. THEORIANUS. Macte animo, beatiſſime pater; ob hanc ſatisfactionem: qui & hac in parte cum ſanctis pa-

patribus conſentis. Quid igitur? horumne finitiones ac declarationem exponemus, an ſolum hoc nobis ſufficiet, quod ſubſtantia & natura quiddam univerſale ſint; hypoſtaſis & perſona, ſingulare? GENERALIS. Si tibi moleſtum non erit exponere, lubens equidem audiam. THEORIANUS. Nihil ego meum proferam, ſed quidquid ipſa nos Eccleſiæ lumina docuerunt. GENERALIS. Idem & ipſe cognoſcere geſtio, quid nimirum eccleſiæ doctores tradiderunt. THEORIANUS. Sancti patres ita ſubſtantiam definierunt. Subſtantia primum & proprie eſt, quidquid per ſe ſubſiſtit, nec eſſe ſuum habet in alio. Quid autem id quod per ſe ſubſiſtit? quod per ſe eſt, ac non propter aliud, vel in alio ſuum eſſe habet: h. e. quod non eget alterius alicujus extra ſe ad hoc ut exiſtat, quale quiddam eſt color, puta niger, aut albus: quæ per ſe nequeunt exiſtere ſine corpore quod ea recipiat. Ac propterea colorem non dicimus eſſe ſubſtantiam. Ipſum vero corpus, cui color ineſt, ad hoc coloris haud indiget, ut corpus ſit. Immo mutatis coloribus, ipſum non mutatur. Nam ex albo nigrum fit, ex nigro flavum, aliumve colorem induit: ipſum vero ſemper id, quod eſt, manet. Itaque propter corpus color eſt, ut id colore tingat, non autem corpus propter colorem, ſed ex ſeipſo color itidem in corpore ſuum eſſe habet, corpus autem non in colore, ſed in ſeipſo exiſtit. Eam ob rem corpus ſubſtantiam vocamus, quum per ſeipſum ſubſiſtat, & in ſeipſo, non in alio ſuum eſſe habeat. Quidquid ergo per ſe ſubſiſtit, & in ſeipſo, non in alio exiſtit, eſt ſubſtantia. Sunt autem hæc vel ex materie, vel expertia materiei. Materialia ſunt, terra, aqua, aer, ignis: & res ex his compoſitæ, lapis, arbor, corpus animatum. Expertia materiei, anima ratione prædita, angelus. Hæc igitur, uti modo ajebam, ſubſtantia dicuntur. Quippe Deus ultra ſubſtantialis eſt, ſupra omnem poſitus eſſentiam, & ſi quid his etiam ulterius. Atque hoc modo jam cognitum habemus, quid ſubſtantia ſit. Natura verò, eſt horum cujuſque, jam recenſitorum, motus & quietis principium, quatenus in ipſis primis exiſtit, non ſecundum accidens; verbi gratia, terra quidem movetur, quatenus germina producit, & fœtus, omninoque alteratur; quatenus ſecundum hæc ipſa in id mutatur: ſed eadem quieſcit, quod ad tranſitionem de loco ad locum attinet, omnino immobilis & itineris expers. Itaque motus & quietis hujuſmodi principium, quod terræ ſubſtantialiter ineſt, nec ex cauſa quadam acceſſit, naturam vocamus. Ipſum vero naturæ nomen ab naſcendo factum eſt, id eſt ab exiſtendo. Quo fit, ut ſubſtantiæ naturæque nomen idem ſignificet: utrumque deductum a verbis paria denotantibus, & exiſtendi ſignificationem habentibus neque tantum nomine tenus idem eſt ſubſtantia & natura, ſed etiam re; aut ſaltem proximum quiddam. Non enim motum ipſum, & quietem rerum, naturam eſſe diximus: ſed principium, hoc eſt cauſam ſecundum quam non accidentarie, ſed ſubſtantialiter moventur & quieſcunt ſubſtantiæ. Hypoſtaſis autem, eſt res exiſtens & ſubſtantialis, in qua con-

A εὖ γε σοι τῆς ἀπολογίας, μακαριώτατε πάτερ. σύμφρων κἂν τούτῳ τοῖς ἁγίοις πατράσι τυγχάνεις. τί οὖν; τούτων εἴπωμεν τοὺς ὅρους καὶ τὴν ἑρμηνείαν; ἢ τούτῳ μόνῳ ἀρκούμεθα, ὅτι ἡ οὐσία καὶ ἡ φύσις καθόλου ἐστίν· ἡ δὲ ὑπόστασις καὶ τὸ πρόσωπον, καθέκαστον; Ο ΚΑΘΟΛ. εἴ σοι φορτικὸν οὐκ ἔστι λέγειν, ἐγὼ ἡδέως ἀκούσομαι. Ο ΘΕΩΡ. ἐγὼ ἐμὸν μὲν οὐδὲν ἐρῶ ἀλλ' ὅπερ οἱ τῆς ἐκκλησίας φωστῆρες ἡμᾶς ἐξεπαίδευσαν. Ο ΚΑΘΟΛ. κἀγὼ τοῦτο ἐπιθυμῶ μαθεῖν, τί ἐστιν, ὅπερ οἱ τῆς ἐκκλησίας εἶπον διδάσκαλοι. Ο ΘΕΩΡ. οἱ ἅγιοι πατέρες τὴν οὐσίαν οὕτως ὡρίσαντο. Οὐσία ἐστὶ πρώτως τε καὶ κυρίως, πᾶν ὅτιπερ αὐθυπόστατον ὑπάρχει, καὶ μὴ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι. τί δέ ἐστιν
B αὐθυπόστατον; ὃ καθ' ἑαυτό ἐστι, καὶ οὐ δι' ἄλλο, οὔτε ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι. τοῦτ' ἔστιν, ὃ μὴ χρήζει τινὸς ἄλλου ἔξωθεν αὐτοῦ εἰς τὸ ὑπάρχειν. οἷόν τι λέγω τὸ χρῶμα, τοῦτ' ἔστι τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν. καὶ τὰ τοιαῦτα οὐ δύνανται καθ' ἑαυτὰ εἶναι, χωρὶς σώματος, τοῦ δεχομένου αὐτά. καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ οὐσίαν λέγομεν εἶναι τὸ χρῶμα. τὸ δὲ σῶμα αὐτὸ, ἐν ᾧ ἐστι τὸ χρῶμα, οὐ δέεται τοῦ χρώματος, εἰς τὸ εἶναι σῶμα. ἀμέλει καὶ τῶν χρωμάτων ἀλλασσομένων, αὐτὸ οὐκ ἀλλάσσεται. καὶ γὰρ ἐκ λευκοῦ γείνεται μέλαν, καὶ ἐκ μέλανος ξανθὸν, ἢ ἕτερον χρῶμα μεταμφιάζεται. αὐτὸ δὲ μένει, ὅπερ ἐστιν, ἀεί. ἔστιν οὖν τὸ μὲν χρῶμα διὰ τὸ σῶμα ἵνα χρώζῃ αὐτό· τὸ δὲ σῶμα οὐ διὰ τὸ χρῶμα, ἀλλὰ δι' ἑαυτό. καὶ τὸ μὲν χρῶμα ἐν τῷ
C σώματι ἔχει τὸ εἶναι, τὸ δὲ σῶμα οὐκ ἐν τῷ χρώματι, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὸ εἶναι. διὰ τοῦτο οὖν τὸ σῶμα οὐσίαν καλοῦμεν, ἐπειδὴ αὐθυπόστατόν ἐστι, καὶ ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι· οὐκοῦν πᾶν ὅτιπερ αὐθυπόστατόν τε ὑπάρχει, καὶ ἐν ἑαυτῷ, καὶ μὴ ἐν ἑτέρῳ ὑπάρχει, οὐσία. ἔστι δὲ ταῦτα ἢ ὑλικὰ, ἢ ἄυλα. ὑλικὰ μὲν, γῆ, ὕδωρ, ἀὴρ, πῦρ, καὶ τὰ ἐκ τούτων σύνθετα. λίθος, φυτὸν, ἔμψυχον σῶμα· ἄυλα δὲ, ψυχὴ λογικὴ, ἄγγελος. ταῦτα μὲν οὖν, ὡς ἔφην, οὐσία καλοῦνται. ὁ γὰρ Θεὸς ὑπερούσιος, ὑπερέκεινα πάσης οὐσίας, καὶ εἴ τι τούτων πορρωτέρω ὑπάρχει τί μὲν οὖν ἐστιν οὐσία, ἔχομεν ἐγνωσμένον. Φύσις δέ ἐστιν
D ἀρχὴ τῆς ἑκάστου τῶν ἀπηριθμημένων τούτων κινήσεώς τε καὶ ἠρεμίας, ἐν οἷς πρώτοις αὐτοῖς ὑπάρχει, καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός. οἷόν τι λέγω· ἡ γῆ κινεῖται μέν, κατὰ τὸ βλαστάνειν, καὶ ζωογονεῖν, καὶ τὸ ὅλον ἀλλοιοῦσθαι, κατὰ ταῦτα αὐτὰ εἰς αὐτὸ μεταβαλλομένη· ἠρεμεῖ δὲ, κατὰ τὴν ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετάβασιν, ἀκίνητος οὖσα παντελῶς, καὶ ἀπόρευτος. τὴν οὖν ἀρχὴν τῆς τοιαύτης ἠρεμίας τε καὶ κινήσεως, οὐσιωδῶς τῇ γῇ ἐνυπάρχουσαν, οὐκ ἔκ τινος δὲ αἰτίας αὐτῇ γενομένην, φύσιν καλοῦμεν. παρῆκται δὲ αὐτὸ τὸ ὄνομα τῆς φύσεως παρὰ τὸ πεφυκέναι, τοῦτ' ἔστιν, ὑπάρχειν. ὥστε τὸ αὐτὸ σημαίνει τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως· τὸ μὲν παρὰ τὸ εἶναι, τὸ δὲ παρὰ τὸ
E πεφυκέναι. ἀμφότερα δὲ δηλοῦσι τὴν ὕπαρξιν. οὐ μόνον δὲ ὀνόματι, ἀλλὰ καὶ πράγματι ταυτόν ἐστιν ἡ οὐσία καὶ φύσις, ἢ ὅ, τι ἐγγύς. οὐ γὰρ τὴν κίνησιν αὐτὴν, καὶ τὴν ἠρεμίαν τῶν πραγμάτων, φύσιν εἰρήκαμεν, ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν, τοῦτ' ἔστι τὴν αἰτίαν, καθ' ἣν οὐ κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλ' οὐσιωδῶς αἱ οὐσίαι κινοῦνται καὶ ἠρεμοῦσιν. ὑπόστασις δέ ἐστι πρᾶγμα ὑφε-

στώς,

ANNO CHRISTI 1169.

στῶς τε καὶ οὐσιῶδες, ἐν ᾧ τὸ τῶν συμβεβηκότων ἄθροισμα, ὡς ἐν ἑνὶ ὑποκειμένῳ, πράγματι καὶ ἐνεργείᾳ ὑφέστηκεν. ἔστιν οὖν ἡ οὐσία αὐτὸ τὸ ὂν πρᾶγμα. ἡ δὲ ὑπόστασίς καὶ αὐτὸ τὸ ὂν, καὶ τὰ τούτῳ, ὡς κατὰ συμβεβηκὸς ἔπι θεορούμενα. πρόσωπον δέ ἐστιν, ὃ διὰ τῶν οἰκείων ἐνεργημάτων τε καὶ ἰδιωμάτων, ἀρίδηλον, καὶ περιωρισμένην τῶν ὁμοφυῶν αὐτοῦ παρέχεται τὴν ἐμφάνειαν. οἷται Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος ὅτε τῷ διαβόλῳ διεκρίνετο περὶ τοῦ Μωσέως σώματος, καὶ ὅτε τὰς θείας ἐκείνας προῤῥήσεις ἐνέπτησε τῷ Δανιὴλ, ἓν πρόσωπον ἀποκεκριμένον τῶν λοιπῶν ἀγγέλων ὄντα ἡμῖν ἐδείκνυ. ἡ οὖν διὰ τῆς ἐνεργείας ἐγγινομένη τινὸς ἡμῖν γνῶσις, πρόσωπον τοῦτο αὐτὸ τὸ ἐνεργοῦν καλεῖν ἡμᾶς ἐκδιδάσκει. καὶ τοῦτο ἐκ τῆς κατ' αἴσθησιν γνώσεως, ἐπὶ τὴν κατ' ἔννοιαν μετήχθη τὸ ὄνομα. ἐπειδὴ γὰρ τοῖς καθ' ἕκαστον ἀνθρώποις ἐκ τῆς ἐπιφαινομένης ἑκάστῳ ἰδέας τοῦ προσώπου, τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων διακρινόμεθα, κατὰ τὴν ἐπιβολὴν τῆς ὁράσεως. τούτου χάριν καὶ τὸ δι' οἰκείων ἐνεργειῶν τε καὶ ἰδιοτήτων, τῶν ὁμοουσίων διαιρούμενον, πρόσωπον ἐκαλέσαμεν. καὶ αὕτη μὲν ἡ τοῦ προσώπου ὑπογραφή. δοκεῖ δέ πως ταυτὸν σημαίνειν τῇ ὑποστάσει, ἢ μικρὸν, ἢ οὐδὲν διαλλάττειν. τούτου προεγνωσμένου ἡμῖν, ὅτι ταυτόν ἐστιν οὐσία τῇ φύσει, καὶ ἡ ὑπόστασις τῷ προσώπῳ. ὅσα περὶ τῆς οὐσίας λεχθήσεσθαι μέλλει, ταῦτα καὶ τῇ φύσει προσαρμοστέον καὶ ὅσα περὶ ὑποστάσεως, ταῦτα καὶ τῷ προσώπῳ. Ο ΚΑΘΟΛ. ἐπιστημόνως οἱ πατέρες ὡρίσαντο ταῦτα, καὶ διηυκρινημένην τὴν τούτων ἐποιήσαντο ἑρμηνείαν. πλὴν ἤθελον καὶ χρήσεις αὐτῶν, ἵνα γνῶ, πῶς ταῦτα ἐκδέχονται θεολογοῦντες, ὡς ἂν κατὰ τὸν σκοπὸν αὐτῶν καὶ ἡμεῖς ποιησώμεθα τὴν διάλεξιν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝ. οἱ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας οὕτως αὐτὰ ἐκλαμβάνουσιν, ὡς εἶπεν ἡ ἁγιωσύνη σου ἀνωτέρω. τὴν μὲν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ἐπὶ τῶν καθόλου, τὴν ὑπόστασιν δὲ καὶ τὸ πρόσωπον, ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστον. Ο ΚΑΘΟΛ. αὐτὸ τοῦτο ζητῶ δειχθῆναι μοι ἐκ τῶν χρήσεων, καὶ μετὰ ταῦτα σὺν Θεῷ ἀρξόμεθα συζητεῖν περὶ ὧν συνεληλύθαμεν. Ο ΘΕΩΡ. γενέσθω καὶ τοῦτο, ἐπεί σοι δοκεῖ· καὶ παρίτω εἰς μέσον ὁ τῷ ὄντι φιλοσοφώτατος θεῖος Βασίλειος. οὗτος γὰρ πρὸς Τερέντιον γράφων, τάδε φησί· περὶ δὲ τοῦ Θεοῦ ὅτι οὐσία καὶ ὑπόστασις οὐ ταυτόν ἐστι, καὶ αὐτοὶ, ὡς νομίζω, ἐπεσημήναντο οἱ ἀπὸ τῆς δύσεως ἀδελφοί. τὸ στενὸν γὰρ τῆς αὐτῶν γλώττης ὑφορώμενοι, τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα τῇ Ἑλλάδι φωνῇ παραδεδώκασιν, ἵνα εἴτις εἴη διαφορὰ τῆς ἐννοίας, σώζοιτο αὐτῇ ἐν τῇ διακρινεῖ καὶ ἀσυγχύτῳ διαστάσει τῶν ὀνομάτων. εἰ δὲ δεῖ καὶ ἡμᾶς ἐν βραχεῖ τὸ ἡμῖν δοκοῦν εἰπεῖν, ἐκεῖνο ἐροῦμεν, ὅτι ὃν ἔχει λόγον τὸ κοινὸν πρὸς τὸ ἴδιον, τοῦτον ἔχει ἡ οὐσία πρὸς τὴν ὑπόστασιν. ἕκαστος γὰρ ἡμῶν καὶ τῷ κοινῷ τῆς οὐσίας λόγῳ τοῦ εἶναι μετέχει, καὶ τοῖς αὐτοῦ ἰδιώμασιν ὁ δεῖνά ἐστι καὶ ὁ δεῖνα. οὕτω κἀκεῖ ὁ μὲν τῆς οὐσίας λόγος κοινὸς, οἷται ἡ ἀγαθότης, ἡ θεότης, ἢ εἴ τι ἄλλο, νοείτω. ἡ δὲ ὑπόστασις ἐν τῷ ἰδιώματι τῆς πατρότητος, ἢ τῆς ἁγιαστικῆς δυνάμεως θεωρεῖται. τὰ ὅμοια δὲ ὁ αὐτὸς θεῖος ἀνὴρ πρὸς Ἀμφιλόχιον τὸν τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν τοῦ Ἰκονίου φωτίσαντα ἐπιστέλλων φησίν. οὐσία δὲ καὶ ὑπόστασις ταύτην ἔχει τὴν διαφορὰν, ἣν τὸ κοινὸν πρὸς τὸ καθ' ἕκαστον. οἷται, ὡς ἔχει τὸ ζῶον πρὸς τὸν δεῖνα ἄνθρωπον διὰ τοῦτο οὐσίαν μὲν μίαν θεότητος

geries accidentium, tamquam in uno subjecto, re & effectu existit. Itaque substantia est ipsa res, quæ existit, hypostasis vero, tum id, quod existit; tum quæ in eo, veluti per accidens, considerantur. At persona est, id quod per actiones & proprietates suas, manifestum & distinctum ab aliis, ejusdem naturæ consortibus, indicium sui præbet. Veluti Michaelus archangelus, quum de corpore Moisis adversus diabolum disceptabat, & quum Divina Danieli oracula pandebat, unam se nobis personam, a ceteris secretam angelis, monstrabat. Itaque cognitio alicujus, quam ex effectu consequimur, ut ejus effecti auctorem personam vocemus, docet. Atque hoc nomen a cognitione, quæ sensu fit, ad eam, quæ fit mente, translatum est. Quum enim singulos homines, per adspectibilem vultuum cujusque formam, ex oculorum intuitu reliquis ab hominibus secernamus: idcirco & id, quod per actiones ac proprietates suas ab ejusdem substantiæ consortibus sejungitur, personam adpellavimus. Atque hæc personæ descriptio est. Videtur autem quodam modo idem significare, quod hypostasis: aut parum, aut nihil differre. Hisce præcognitis, idem nimirum esse substantiam, quod naturam, idem hypostasin, quod personam: quæcumque de substantia dicentur, aptanda naturæ: & quæcumque de hypostasi, personæ. GENERALIS. Sane quam erudite patres hæc definierunt, & perspicue declararunt. Sed equidem & auctoritates ipsorum dictaque requiro, ut quo pacto hæc de Deo pertractantes accipiant, intelligam: & nos quoque juxta scopum eorum, colloquium hoc instituamus. THEORIANUS. Ecclesiæ doctores hæc ita, uti sanctitas tua supra dixit, accipiunt: substantiam scilicet, ac naturam de universalibus; hypostasin & personam, de singularibus. GENERALIS. Hoc ipsum mihi de patrum dictis monstrari cupio, ac deinde Deo propitio colloqui de iis incipiemus, quorum causa convenimus. THEORIANUS. Fiat id quoque quando sic tibi videtur: adeoque prodeat in medium doctissimus reapse divus ille Basilius. Nam ejus, ad Terentium scribentis, hæc verba sunt: Non idem esse, de Deo quum loquimur, substantiam & hypostasin: etiam ipsi, mea quidem opinione, fratres occidentales indicarunt. Nam linguæ suæ angustiam reveriti, ipsum Usiæ nomen lingua Græca reposuerunt: ut si quod in sensu discrimen esset, id ei perspicua minimeque confusa vocum diversitate salvum esset. Si tamen & nobis indicanda paucis nostra est opinio, dicemus eam substantiæ rationem esse ad hypostasin; quæ rei communis est ad peculiarem. Nam quisque nostrum & communi ratione substantiæ, particeps est essentiæ; & ob peculiares sibi proprietates, hic vel ille est. Sic & ibi, substantiæ quidem ratio communis intelligatur; ut bonitas, divinitas, aut si quid aliud: hypostasis vero, in proprietate paternitatis, aut facultatis sanctificantis, cernitur. Consimilia verba sunt ejusdem divini hominis, ad Amphilochium, sanctissimæ Iconiensis ecclesiæ lumen, scribentis. Substantia & hypostasis, inquit, ita differunt; uti commune ac singulare. Puta, quæ animalis est ad unum aliquem hominem ratio. Propterea substantiam divinitatis unam

ANNO CHRISTI 1169.

unam confitemur, ut essentiæ ratio minime diversa reddatur: hypostasin vero singulare quid dicimus, ut inconfusa nobis & explicata de patre, filio, sanctoque spiritu sit notio. Quippe si separatas cujusque notas non consideremus, ut paternitatem, ut filietatem, ut sanctificationem; sed de communi notione essentiæ, Deum confiteamur: fieri nullo modo potest ut recte fidei ratio reddatur. Itaque necesse est, ad commune adjecto peculiari, hanc fidei normam confitendo sequi. Commune est divinitas, peculiare paternitas. Hæc conjungentes dicamus, Credo in Deum patrem. Rursus in confessione filii consimile fiat, & communi peculiare jungentes, dicamus; Credo in Deum filium. Similiter & de Spiritu sancto, verbis consentaneo modo conceptis dicamus; Credo in divinum spiritum illum sanctum: ita quidem ut ubique servemus in confessione divinitatis unitatem, ac nihilominus personarum peculiare discrimen in separatione proprietatum, quas in singulis mente intelligimus, confiteamur. Qui vero substantiam & hypostasin idem esse dicunt, personas saltem diversas fateri coguntur, ac dum tres hypostases dicere recusant, Sabellii scelus non evitare deprænhenduntur: qui & ipse notionem hanc plerumque confundens, personas dividere conabatur; eamdem hypostasin dicens, prout usus exigeret, transformari. Ceterum si quis fortasse testimonia sancti Patris hujus, ex epistolis depromta, non satis idonea putet: adjungemus alia de ipsius expositione peculiari, quam de fide composuit, & ut ei subscriberet, Eustathium illum Armenium impulit, qui opinionis contrariæ suspicionem de se nonnullis injecerat. Ea in expositione Basilii verba hæc sunt. Itaque par est eos aperte fateri, quod secundum ea verba credant, quæ a patribus nostris Nicææ sunt exposita, & quidem in ea sententia, quæ integre de verbis elucet. Sunt enim, qui & in hac ipsa fide veritatis sermoni fraudem faciunt, & pro lubitu suo mentem verborum in ea positorum trahunt; quando Marcellus etiam, impie convellens hypostasin domini nostri Jesu Christi, eumque nudum sermonem docens, præ se ferre ausus est, hinc ejus opinionis sibi subministrata principia; male scilicet sententiam vocabuli consubstantialis exponens. Itidem illius Afri Sabellii quidam impietati adhærentes, dum idem hypostasin & substantiam opinantur esse, hinc adstruendæ blasphemiæ suæ occasiones rapiunt, quod in fide perscriptum sit: Si quis dicit ex alia esse substantia vel hypostasi filium Dei, hunc anathematizat sancta universalis Ecclesia. Non enim ibi dixerunt, idem esse substantiam & hypostasin. Quippe si unum & idem voces hæ denotarent, quid opus erat utramque poni? Manifestum scilicet est, id eam ob causam factum, quod alii filium de substantia patris esse negarent, alii de alia hypostasi esse perhiberent. Itaque positum illud est, ad eversionem pravæ sententiæ; hoc salubris doctrinæ declarationem continet. Quod si de aliis quoque sanctis hominibus testimonia suppeditanda sunt, magnus ille divinis in rebus Gregorius prodeat, cujus in libro de Theologia 1. hæc ipsa verba sunt: Medium quum dico, veritatem intelligo: ad quam solam si respiciamus, & pravam illam contractionem, ab-

A ὁμολογοῦμεν, ὥστε τὸν τοῦ εἶναι λόγον μὴ διαφόρως ἀποδιδόναι· ὑπόστασιν δὲ ἰδιάζουσαν, ἵνα ἀσύγχυτος ἡμῖν, καὶ τετρανωμένη ἡ περὶ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος ἔννοια ὑπάρχοι· μὴ γὰρ νοούντων τοὺς ἀφορισμένους περὶ ἕκαστον χαρακτῆρας, οἷον πατρότητα, καὶ υἱότητα, καὶ ἁγιασμὸν, ἀλλ' ἐκ τῆς κοινῆς τοῦ εἶναι ἐννοίας ὁμολογούντων Θεὸν, ἀμήχανον ὑγιῶς τὸν λόγον τῆς πίστεως ἀποδίδοσθαι. χρὴ οὖν τῷ κοινῷ τὸ ἰδιάζον προστιθέντας, οὕτω τὴν πίστιν ὁμολογεῖν· κοινὸν ἡ θεότης, ἴδιον ἡ πατρότης· εἶτα συνάπτοντας λέγειν· πιστεύω εἰς Θεὸν πατέρα. καὶ πάλιν ἐν τῇ τοῦ υἱοῦ ὁμολογίᾳ παραπλήσιον ποιεῖν, καὶ τῷ κοινῷ συνάπτειν τὸ ἴδιον, καὶ λέγειν· εἰς Θεὸν υἱόν. ὁμοίως καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῆς ἐκφωνήσεως τὴν

B προφορὰν σχηματίζοντας λέγειν. πιστεύω εἰς τὸ θεῖον πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὥστε διόλου τὴν ἑνότητα σώζεσθαι ἐν τῇ τῆς θεότητος ὁμολογίᾳ, καὶ τὸ τῶν προσώπων ἰδιάζον ὁμολογεῖσθαι ἐν τῷ ἀφορισμῷ τῶν περὶ ἕκαστον νοουμένων ἰδιωμάτων. οἱ δὲ ταὐτὸν λέγοντες οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν, ἀναγκάζονται πρόσωπα μόνον ὁμολογεῖν διάφορα, καὶ ἐν τῷ παραιτεῖσθαι λέγειν τρεῖς ὑποστάσεις, εὑρίσκονται μὴ φεύγοντες τὸ Σαβελλίου κακὸν, ὃς καὶ αὐτὸς πολλαχοῦ συγχέων τὴν ἔννοιαν, ἐπιχείρει διαιρεῖν τὰ πρόσωπα, τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν λέγων πρὸς τὴν ἑκάστοτε παρατυγχάνουσαν χρείαν μετασχηματίζεσθαι. εἰ δέ τις τυχὸν μὴ νομίζοι ἀξιοχρέως εἶναι τὰς ἐκ τῶν ἐπιστολῶν

C τοῦ παναγίου τοῦδε πατρὸς μαρτυρίας, παραθησόμεθα καὶ ἐξ ἰδικῆς ἐκθέσεως, ἣν περὶ πίστεως ἐποιήσατο, παρασκευάσας τὸν Αρμένιον Εὐστάθιον ὑπογράψαι, ὑπόνοιάν τισι παρεσχημένον δόξης ἐναντίας, ἐν ᾗ ἐκθέσει λέγει ταῦτα. προσήκει τοίνυν ἐναργῶς ὁμολογεῖν, ὅτι πιστεύουσι κατὰ τὰ ῥήματα, τὰ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων πατέρων ἐκτεθέντα ἐν τῇ Νικαίᾳ, κατὰ τὴν ὑγιῶς ἀπὸ τῶν ῥημάτων ἐμφερομένην διάνοιαν. εἰσὶ γάρ τινες, οἱ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πίστει δολοῦντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, πρὸς τὸ ἑαυτῶν βούλημα τὸν νοῦν τῶν ἐν αὐτῇ ῥημάτων ἕλκοντες· ὅπου γε καὶ Μάρκελλος ἐτόλμησεν ἀσεβῶς τὴν ὑπόστασιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, ψιλὸν αὐτὸν ἐξηγούμενος λόγον, ἐκεῖθεν προφασίζεσθαι τὰς ἀρχὰς εἰληφέναι, τοῦ ὁμουσίου τὴν διάνοιαν κακῶς ἐξ-

D ηγούμενος. καὶ τινες τῶν ἀπὸ τῆς δύσεως, τὸ τοῦ Λίβυος Σαβελλίου, ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν ταὐτὸν εἶναι ὑπολαμβάνοντες, ἐκεῖθεν ἕλκουσι τὰς ἀφορμὰς πρὸς τὴν κατασκευὴν τῆς ἑαυτῶν βλασφημίας, ἐκ τοῦ ἐγγεγράφθαι τῇ πίστει, ὅτι ἐάν τις λέγει ἐξ ἑτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τοῦτον ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία. οὐ γὰρ ταὐτὸν εἶπον ἐκεῖ οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν. εἰ γὰρ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐδήλουν ἔννοιαν αἱ φωναὶ, τίς χρεία ἦν ἑκατέρων, ἀλλὰ δῆλον, ὡς τῶν μὲν ἀρνουμένων τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ πατρὸς, ἄλλων δὲ λεγόντων ἐξ ἄλλης τινὸς ὑποστάσεως· ὥστε ἐκεῖνο μὲν κεῖται ἐπ' ἀναιρέσει τοῦ πονηροῦ φρονήματος, τοῦτο δὲ φανέρωσιν ἔχει τοῦ σωτηρίου δόγματος, εἰ δὲ δεῖ καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἁγίων μαρτυρίας παρασχέσθαι, ἐλθέτω ὁ πολὺς τὰ θεῖα Γρηγόριος, ὃς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ θεολογίας συντάγματι ἔ-

τὶ

[AN]NO [CHR]ISTI [11]69.

πὶ λέξεως τάδε φησί· Μεσότητα ὅταν εἴπω, τὴν ἀλήθειαν λέγω, πρὸς ἣν βλέπειν καλῶς ἔχει μόνον καὶ τὴν φαύλην συναίρεσιν παραιτουμένοις, καὶ τὴν ἀτοπωτέραν διαίρεσιν· ὥστε μὴ εἰς μίαν ὑπόστασιν συναιρεθέντα τὸν λόγον δὲ ἀπολυθείας, ψιλὰ ἡμῖν καταλιπεῖν τὰ ὀνόματα, τὸν αὐτὸν πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα ὑπολαμβάνουσι. καὶ μετ' ὀλίγον. ἐπειδὴ χρὴ καὶ τὸν ἕνα Θεὸν τηρεῖν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν, ἤγουν τρία πρόσωπα, ἑκάστην μετὰ τοῦ ἰδιώματος. τηροῖτο δ' ἂν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, εἷς μὲν Θεὸς, εἰς ἓν αἴτιον καὶ υἱοῦ καὶ πνεύματος ἀναφερομένων, οὐδὲ συντιθεμένων, οὐδὲ συναλειφομένων. καὶ κατὰ τὸ ἓν καὶ ταυτὸ τῆς θεότητος, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, κίνημά τε καὶ βούλημα, καὶ τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα· αἱ δὲ τρεῖς ὑποστάσεις, μηδεμιᾶς ἐπινοουμένης συναλοιφῆς, ἢ ἀναλύσεως, ἢ συγχύσεως. ἵνα μὴ τὸ πᾶν καταλυθῇ δι' ὧν τὸ ἓν σεμνύνεται πλέον ἢ καλῶς ἔχει. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ συντακτικῷ λόγῳ ὁ μέγας οὗτος καὶ θεῖος ἀνὴρ πιστεύομεν, φησὶν, εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ὁμοούσιά τε καὶ ὁμόδοξα, ἐν οἷς καὶ τὸ βάπτισμα τελείωσιν ἔχει, ἔν τε ὀνόμασι καὶ πράγμασιν (οἶδας ὁ μυηθεὶς) ἄρνησις ὂν ἀθείας, καὶ ὁμολογία θεότητος. καὶ οὕτω καταρτιζόμεθα, τὸ μὲν ἓν τῇ οὐσίᾳ γινώσκοντες, καὶ τῷ ἀμερίστῳ τῆς προσκυνήσεως· τὰ δὲ τρία, ταῖς ὑποστάσεσιν, εἴτ' οὖν προσώποις, ὅ τισι φίλον. μηδὲ γὰρ οἱ περὶ ταῦτα ζυγομαχοῦντες ἀχημβλυείτωσαν, ὥσπερ ἐν ὀνόμασι κειμένης ἡμῖν τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' οὐκ ἐν πράγμασι. τί γὰρ φατὲ, οἱ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις εἰσφέροντες; μὴ τρεῖς οὐσίας ὑπολαμβάνοντες, τοῦτο λέγετε; μέγα οἶδα ὅτι βοήσετε κατὰ τῶν οὕτως ὑπειληφότων· μίαν γὰρ καὶ τὴν αὐτὴν τῶν τριῶν δογματίζετε. τί δὲ οἱ τὰ πρόσωπα. μή ἕν οἷόν τι σύνθετον ἀναπλάσσετε, καὶ τριπρόσωπον, ἢ ἀνθρωπόμορφον ὅλως, ἄπαγε. καὶ ὑμεῖς ἀντιβοήσετε μηδὲ πρόσωπον, ὅ, τι ποτέ ἐστιν, ἴδοι Θεοῦ, ὃς οὕτως ἔχει. τί οὖν αἱ ὑποστάσεις ἡμῖν βούλονται, ἢ ὑμῖν τὰ πρόσωπα· προσερήσομαι τὸ; τρία εἶναι τὰ διαιρούμενα, οὐ φύσεσιν, ἀλλ' ἰδιότησιν. ὑπέρευγε. πῶς ἂν τινὲς συμφρονοῖεν μᾶλλον, καὶ τὸ αὐτὸ λέγοιεν, ἢ οὕτως ἔχοντες, κἂν ταῖς συλλαβαῖς διαφέρωσιν, ὁμοίως καὶ ἐν οἷς ἐγκωμιάζει τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων φωστῆρα γενόμενον Ἀθανάσιον, πάλιν φησί· τῆς γὰρ μιᾶς οὐσίας, καὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων λεγομένων ὑφ' ἡμῶν εὐσεβῶς, (τὸ μὲν γὰρ τὴν φύσιν δηλοῖ τῆς θεότητος, τὸ δὲ τὰς τῶν τριῶν ἰδιότητας) νοουμένων καὶ παρὰ τοῖς Ἰταλοῖς ὁμοίως, ἀλλ' οὐ δυναμένον διὰ τὴν στενότητα τῆς παρ' αὐτοῖς γλώττης, καὶ τὴν τῶν ὀνομάτων πενίαν, διελεῖν ἀπὸ τῆς οὐσίας τὴν ὑπόστασιν, καὶ διὰ τοῦτο ἀντεισαγούσης τὰ πρόσωπα, ἵνα μὴ τρεῖς οὐσίαι παραδεχθῶσιν. ἀμέλει κἂν τῷ εἰς τὰ φῶτα λόγῳ οὕτω φησί. Θεοῦ δὲ ὅταν, εἴπω, ἑνὶ φωτὶ περιαστράφθητε καὶ τρισί. τρισὶ μὲν κατὰ τὰς ἰδιότητας, ἤγουν ὑποστάσεις, ὅ τισι φίλον καλεῖν, εἴτ' οὖν προσώποις (οὐδὲν γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχοῦμεν, ἕως ἂν πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν·) ἑνὶ δὲ, κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, εἴτ' οὖν θεότητος. ἱκανῶς, οἶμαι, οἱ παρόντες εὐκλεέ-

A ſurdioremque hac etiam diviſionem vitabimus, recte faciemus: ut non ad unam hypoſtaſin oratio noſtra cogatur, idque hoc ſolo metu, ne deos plures conſtituamus; ex quo fieret, ut nuda nobis nomina relinquerentur, exiſtimantibus, patrem, filium & ſpiritum ſanctum eundem eſſe. Item paulo poſt: Omnino Deum unum retineamus neceſſe eſt, tres hypoſtaſes ſive tres perſonas eſſe profiteamur, ſervata etiam uniuſcujuſque proprietate. Retinebimus autem Deum unum, de mei quidem judicii ſententia, ſi & filius & ſpiritus ad unam cauſam referantur, neque tamen vel compingantur, vel commiſceantur: tum ratione unius & B ejuſdem in divinitate (ut ſic loquar) motionis voluntatiſque, tum ipſius ſubſtantiæ identitatis: tres vero hypoſtaſes retinebimus, ſi nullam animi noſtri commiſtionem, vel reſolutionem, vel confuſionem cogitabunt: ne dum unitatem amplius veneramur, quam rectum fuerit, totam in nihilum redigamus. Idem magnus ac divinus vir, in oratione, qua pacem compoſuit: Credimus inquit, in patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, ejuſdem ſubſtantiæ ac majeſtatis, in quibus & baptiſmo ſua perfectio conſtat, tam in nominibus quam in rebus, (noſti hæc, quiſquis ea initiatus es) quippe quod abjuratio eſt Deum negantis impietatis, divinitatiſque confeſſio. Atque ita perfectio- C nem adipiſcimur, unum quidem, quod ad eſſentiam & individuam adorationem, adgnoſcentes; tria vero, quantum ad hypoſtaſes, vel perſonas, ut quidam loqui malunt. Nec enim indecore ſe gerant, de his quæ rixantur: perinde ac ſi pietas nobis in nominibus, non in rebus conſiſteret. Quid enim dicitis, qui tres hypoſtaſes adfertis? an hoc ea dicitis, quod tres eſſentias exiſtimetis? ſcio vos adverſus eos, qui ſic exiſtimant, ingentem clamorem excitaturos. Unam enim & eamdem horum trium eſſentiam ſtatuitis quid vos, qui perſonas dicitis? num unum veluti quiddam compoſitum fingitis, quod tres vultus aut humanam D omnino formam habeat? vos quoque reclamabitis, abſit: nec Dei faciem, quæcumque tamdem illa eſt, umquam videat, qui ita ſentit. Quid ergo (nam & hoc interrogare lubet) aut vobis hypoſtaſes denotant aut vobis perſonæ? nimirum eſſe tria, quæ dividantur; non naturis ſed proprietatibus. Optime. Quo pacto magis aliqui conſentiant, & idem dicant, quam quum ita ſentiunt, alioqui ſyllabis diſcrepantes. Similiter & oratione, qua laudat Athanaſium, Alexandrinæ lumen eccleſiæ: Quum enim ait, una ſubſtantia, & tres hypoſtaſes a nobis pie dicerentur, quod alterum divinitatis naturam, alterum perſonarum trium proprieta- E tes declaret, ac ſimili quidem modo ab Italis intelligerentur, verum ob linguæ illius anguſtiam verborumque inopiam, hypoſtaſin ab eſſentia diſtinguere non poſſent, eaque de cauſa in illius locum perſonarum induxiſſent nomen, ne tres ſubſtantiæ admitterentur. Et cætera: Itidem in oratione de luminibus, inquit: Deum quum dico, uno pariter & triplici lumine perſtringor: triplici quidem, quantum ad proprietates, ſive hypoſtaſes, uti quidam appellare malunt, ſive perſonas; (nec enim de nominibus contendimus, quamdiu ſyllabæ ad eamdem ſententiam tendunt) uno autem, quantum ad ſubſtantiæ,

hcc

ANNO CHRISTI 1169.

hoc est, divinitatis rationem. Satis, opinor, hi celeberrimi doctores de rebus modo propositis, nimirum de substantia & natura, de hypostasi & persona, nobis præscripserunt, aperteque tradiderunt, illas universalis rei significationem habere, has singularis. GENERALIS. Jam tempus fuerit, ut auctoritates in medium proferas, de quibus sanctorum hominum mentem perspiciamus. Quippe de substantia & natura, de hypostasi & persona, consentimus; nulla penitus in re diffidentes. Nam illa prius etiam quam abs te dicerentur, intelligebamus: sed ex ore tuo lubebat audire, quænam de his vestra esset sententia. Nunc ergo dicito, quisnam sanctorum patrum naturas duas post unitionem statuerit. THEORIANUS. Primum, ceu tempore primum, magnum illum Athanasium proferre par est, cujus hæc ipsa verba sunt in epistola ad Epictetum Corinthi episcopum. Ex hoc absurditatem perspicere potestis. Si sermo unius est substantiæ cum corpore, de terra naturam suam habente: sicque consubstantialis est patri sermo, juxta confessionem patrum: etiam ipse pater unius erit substantiæ cum corpore de terra facto. Et cur Arianis indignamini, filium dicentibus esse creaturam; quum ipsi dicatis, patrem unius cum creaturis esse substantiæ? GENERALIS. Quid ad nos dictum istud philosophe? THEORIANUS. Graviter eos tangit, qui dicunt, unam esse naturam sermonis & carnis. Ac vide, obsecro, quam admirabili ratione sanctus vir Athanasius in tertia figura syllogismum nectat. Quippe jam antea pro confesso habetur, quæcumque de substantia dicenda veniant, eadem & naturæ accommodanda. Hoccine in confesso est, an non? GENERALIS. Omnino id quidem. THEORIANUS. Commutemus ergo substantiæ nomen cum naturæ vocabulo, & dicamus: Si ejusdem est naturæ sermo cum corpore, de terra naturam suam habente; sique sermo est, unius est cum patre naturæ, juxta confessionem patrum: etiam ipse pater erit ejusdem cum corpore terreno naturæ; quo fit, ut si qui dicant, sermonem unius esse cum corpore substantiæ; (valet autem hoc tantumdem, ac si dicas, ejusdem naturæ) sequatur, & patrem esse unius cum corpore substantiæ ac naturæ: quo quid absurdius? Quid ergo de hoc impossibili discimus? Sermo non est ejusdem cum corpore substantiæ, nec ejusdem naturæ. Quod si sermo nec ejusdem est cum corpore substantiæ, nec ejusdem naturæ; planum est, esse illum substantiæ naturæque diversæ. Si naturæ diversæ, omnino alia natura sermonis est, alia corporis. Non ergo Christus una natura est. Quod si primam hanc divi Athanasii propositionem: Si sermo unius est substantiæ cum corpore de terra naturam suam habente; quam accurate facta sit, perspexerimus, maximum thesaurum reperiemus. Quippe non frustra positum est. De terra naturam suam habente. GENER. Rectissime dicis. Sed pergito. THEORIANUS. Accedat & sanctissimus Cyrillus, cui vos magis innitimini, testimonium orationi nostræ perhibiturus; qui in priore ad Successum epistola inquit: Par est, quod absurditatem adtinet, dicere; quod corpus in divinitatis naturam mutatum sit; & vicissim, quod sermo mutatus sit in naturam carnis. Nam sicut hoc fieri nequit; quum ipse sermo sit incommutabilis & alterationis

A σατοι διδάσκαλοι περὶ τῶν προκειμένων ἡμῖν ἐνομυθέτησαν, οὐσίας τὲ πέρι, καὶ φύσεως ὑποστάσεώς τε καὶ προσώπου. σαφῶς τέ παραδεδώκασιν, ὅτι αἱ μὲν τὸ καθόλου σημαίνοισιν. αἱ δὲ τὸ καθέκαστον. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ· καιρὸς ἤδη, τὰς χρήσεις εἰς μέσον προθεῖνε, ἵνα ἐκ τούτων τὸν νοῦν καταθρήσωμεν τῶν ἁγίων. περὶ γὰρ οὐσίας καὶ φύσεως, ὑποστάσεώς τε καὶ προσώπων, σύμφωνοί ἐσμεν, καθ' οὐδὲν οὐδ' ὅλως διαφερόμενοι. ταῦτα γὰρ καὶ πρὸ τοῦ σε εἰπεῖν, ἐγινώσκομεν. ἀλλ' ἠθελήσαμεν ἀκοῦσαι ἐκ τοῦ στόματός σου, πῶς ποτε περὶ τούτων φρονεῖτε ὑμεῖς. νῦν οὖν εἰπὲ, τίς τῶν ἁγίων δύο φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐδογμάτισεν; Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. Πρῶτον, ὡς πρᾶτον τῷ χρόνῳ, τὸν μέγαν Ἀθανάσιον παρεισαγαγεῖν ἄξιον, ὡς ἐν τῇ πρὸς Ἐπίκτητον ἐ-
B πίσκοπον Κορίνθου ἐπιστολῇ τοιάδε γράφοντα κατὰ λέξιν· καὶ γὰρ ἐκ τούτου τὸ ἄτοπον θεωρεῖν ἡμᾶς ἕξεστιν. εἰ ὁμοούσιος δὲ ὁ λόγος τῷ πατρὶ, κατὰ τὴν τῶν πατέρων ὁμολογίαν. ὁμοούσιος ἔσται καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ τῷ σώματι, τῷ ἐκ γῆς γεγενημένῳ. καὶ τί ἔτι μέμφεσθε τοῖς Ἀρειανοῖς, λέγοισι τὸν υἱὸν κτίσμα, λέγοντες αὐτοὶ καὶ τὸν πατέρα ὁμοούσιον τοῖς κτίσμασι; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. καὶ τί πρὸς ἡμᾶς ἡ χρῆσις αὕτη, φιλόσοφε; Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. σφόδρα καθάπτεται τῶν λεγόντων μίαν φύσιν τοῦ λόγου καὶ τῆς σαρκός. καὶ ὅρα, πῶς θαυμασίως πλέκει τὸν συλλογισμὸν ἐν τρίτῳ σχήματι ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος. προομολογεῖται γὰρ, ὅτι ὅσα περὶ τῆς οὐσίας λεχθήσεσθαι μέλλει, ταῦτα καὶ τῇ φύ-
C σει προσαρμοστέον· ὡμολόγηται, ἢ οὔ; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. πάνυ μὲν οὖν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. μεταλάβωμεν οὖν τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα εἰς τὸ τῆς φύσεως, καὶ εἴπωμεν· εἰ ὁμοφυὴς ὁ λόγος τῷ σώματι, ἐκ γῆς ἔχοντι τὴν φύσιν· ὁμοφυὴς δὲ ὁ λόγος τῷ πατρὶ, κατὰ τὴν τῶν πατέρων ὁμολογίαν, ὁμοφυὴς ἔσται καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ τῷ σώματι, τῷ ἐκ τῆς γῆς γενομένῳ. ὥστε τοῖς λέγουσιν ὁμοούσιον (ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν ὁμοφυῆ) τὸν λόγον τῷ σώματι, ἕπεται τὸ, καὶ τὸν πατέρα ὁμοούσιον καὶ ὁμοφυῆ εἶναι τῷ σώματι. οὗ τί ἀτοπώτερον; τί οὖν ἐκ τούτου τοῦ ἀδυνάτου μανθάνομεν; ὁ λόγος τῷ σώματι οὐκ ἔστιν ὁμοούσιος, οὐδὲ ὁμοφυής. εἰ δὲ οὔτε ὁμοούσιος, οὔτε ὁμοφυὴς τῷ σώματι ὁ λόγος, δῆλον, ὅτι
D ἑτερούσιος καὶ ἑτεροφυὴς, καὶ εἰ ἑτεροφυὴς, ἑτέρα πάντως φύσις τοῦ λόγου, καὶ ἑτέρα τοῦ σώματος, οὐκ ἄρα μία φύσις ὁ Χριστός. εἰ δὲ καὶ τὴν πρώτην πρότασιν τοῦ θείου Ἀθανασίου, ὡς ἔχει ἀκριβείας, κατανοήσωμεν λέγουσαν, εἰ ὁμοούσιος ὁ λόγος τῷ σώματι ἐκ γῆς ἔχοντι τὴν φύσιν, μέγιστον εὑρήσομεν θησαυρόν. οὐ μάτην γὰρ κεῖται τὸ, ἐκ γῆς ἔχοντι τὴν φύσιν. Ο ΚΑΘΟΛ. ὀρθότατα λέγεις· ἀλλ' ἔχου καὶ τῶν ἑξῆς. Ο ΘΕΩΡΙΑΝ. ἐλθέτω καὶ ὁ ἁγιώτατος Κύριλλος, ᾧ μᾶλλον ὑμεῖς ἐπερείδεσθε, μαρτυρήσων τῷ λόγῳ ὃς ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ λέγει. ἴσον γὰρ ἐστιν εἰς ἀτοπίας λόγον, τὸ εἰπεῖν, ὅτι μετεβλήθη τὸ σῶμα εἰς θεότητος φύσιν, καὶ μὴν κἀκεῖνο, ὅτι μετεβλή-
E θη ὁ λόγος εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν. ὥσπερ γὰρ τοῦτο ἀμήχανον, (ἄτρεπτος γὰρ, καὶ ἀναλλοίωτός ἐστιν) οὕτω καὶ τὸ ἕτερον. οὐ γὰρ ἔστιν εἰς θεότητος φύσιν μεταχωρῆσαι τι δύνασθαι τῶν

κτι-

κτισμάτων. κτίσμα δὲ καὶ ἡ σάρξ. σαφῶς δὲ καὶ ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ, αὐτός τε ὁμολογῶν τὰς δύο φύσεις, καὶ τῶν τῆς ἀνατολῆς ἁγιωτάτων ἐπισκόπων ὑπερμαχῶν, τὰ αὐτὰ λεγόντων, φησίν. ἐπελαμβάνοντό τινες τῆς ἐκθέσεως, ἣς πεποίηνται οἱ ἀνατολικοὶ, καὶ φασί διατί δύο φύσεις ὀνομαζόντων ἠνέσχετο ἢ ἐπήνεσεν ὁ Ἀλεξανδρείας· καὶ μετ' ὀλίγα φησίν· οὕτω καὶ ἐπὶ Νεστορίου, κἂν λέγει δύο φύσεις, τὴν διαφορὰν σημαίνειν τῆς σαρκὸς, καὶ τοῦ λόγου. (ἑτέρα γὰρ ἡ τοῦ λόγου φύσις, καὶ ἑτέρα ἡ τῆς σαρκὸς) ἀλλ' οὐκ ἔτι τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ μεθ' ἡμῶν, ἡμεῖς γὰρ ἑνώσαντες ταῦτα, ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν· καὶ λοιπὸν, μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην. καὶ μετ' ὀλίγον. οὐκ οὖν οὐ τὸ εἰδέναι τῶν δύο φύσεων τὴν διαφορὰν, τέμνειν ἐστὶν εἰς δύο τὸν ἕνα Χριστόν. καὶ μεθ' ἕτερον. κἀκεῖνο δὲ μὴ ἀγνοείτωσαν. ὅπου γὰρ ὅλως ἕνωσις ὀνομάζεται, οὐχ ἑνὸς πράγματος σημαίνεται σύνοδος, ἀλλ' ἢ δύο, ἢ καὶ πλειόνων καὶ διαφόρων ἀλλήλοις κατὰ φύσιν. ὁ τοίνυν λέγων ἕνωσιν, δηλονότι σαρκὸς, ἐμψυχουμένης νοερῶς, καὶ λόγου, καὶ οἱ δύο λέγοντες φύσεις, οὕτω νοοῦσι. πλὴν τῆς ἑνώσεως ὁμολογουμένης, οὐκ ἔτι διΐστανται ἀλλήλων τὰ ἑνωθέντα, ἀλλ' εἷς λοιπὸν υἱὸς, μία φύσις αὐτοῦ τοῦ σαρκωθέντος λόγου. ἰδοὺ σαφῶς ἐν τούτοις ὁ τῆς θείας μνήμης πατὴρ ἡμῶν Κύριλλος, οὐ τὸ εἰδέναι, φησὶ, τῶν δύο φύσεων τὴν διαφορὰν, τέμνειν ἐστὶν εἰς δύο τὸν ἕνα Χριστόν. τοῦτο γὰρ ὑμεῖς δεδοίκατε· ἀλλ' ὁ μακάριος Κύριλλος ἐκβάλλεις τὸν τοιοῦτον μάταιον φόβον ὑμῶν. ἀλλὰ καὶ τῇ δευτέρᾳ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ φαίνεται ὁ αὐτὸς τὰ αὐτὰ φρονῶν, δι' ὧν φησίν. Ἐννοοῦντες τοίνυν τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸν τρόπον, ὁρῶμεν ὅτι δύο φύσεις συνῆλθον ἀλλήλαις καθ' ἕνωσιν ἀδιασπάστως, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως· ἡ γὰρ σὰρξ, σάρξ ἐστι, καὶ οὐ θεότης, εἰ καὶ γέγονε Θεοῦ σάρξ. ὁμοίως δὲ ὁ λόγος Θεός ἐστι, καὶ οὐ σάρξ, εἰ καὶ ἰδίαν ἐποιήσατο τὴν σάρκωσιν οἰκονομικῶς. ὅταν οὖν ἐννοῶμεν τοῦτο, οὐδὲν ἀδικοῦμεν, τὴν εἰς ἑνότητα συνδρομὴν ἐκ δύο φύσεων γεγενῆσθαι λέγοντες· μετὰ μέντοι τὴν ἕνωσιν οὐ διαιροῦμεν τὰς φύσεις ἀπ' ἀλλήλων, οὐδὲ εἰς δύο τέμνομεν υἱοῖς, τὸν ἕνα καὶ ἀμέριστον, ἀλλ' ἕνα φαμὲν υἱὸν, καὶ ὡς οἱ πατέρες εἰρήκασι, μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην. οὐκοῦν ὅσον ἧκεν εἰς ἔννοιαν καὶ εἰς μόνον τὸ ὁρᾷν τοῖς τῆς ψυχῆς ὄμμασι, τίνα τρόπον ἐνηνθρώπησεν ὁ μονογενὴς, δύο τὰς φύσεις εἶναι φαμέν. ἕνα δὲ Χριστὸν, καὶ κύριον, καὶ υἱὸν, τὸν Θεοῦ λόγον ἐνανθρωπήσαντα καὶ σεσαρκωμένον. τί τούτου ἐστὶ σαφέστερον ἐπιζητοῦμεν; δύο γὰρ φύσεις, τὰς φύσεις εἶναι φαμέν. πάλιν ὁ αὐτὸς θεῖος Κύριλλος ἐν τῇ εἰς τὸ Λευιτικὸν βιβλίον ἐξηγήσει περὶ τοῦ καθαρισμοῦ τῆς λέπρας φησίν· ὅλον δὴ πάλιν ἐν τούτοις περιάθρει τὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μυστήριον, καὶ τὸν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος καθαρισμόν· δύο μὲν ὀρνίθια κελεύει ληφθῆναι ζῶντα καὶ καθαρὰ, ἵνα νοήσῃς διὰ τῶν πετεινῶν τὸν οὐράνιον ἄνθρωπον, ἄνθρωπόν τε ὁμοῦ καὶ Θεὸν, εἰς δύο μὲν φύσεις (ὅσον ἧκεν εἰς τὸν ἑκάστῃ πρέποντα λόγον) διαιρούμενον (λόγος γὰρ ἦν, ὁ ἐκ Θεοῦ ἀναλάμψας ἐν σαρκὶ τῆς γυναικὸς) πλὴν οὐ μεριζόμενον. εἷς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ὁ Χριστός. διὰ

A expers; ita nec illud alterum. Non enim creatorum quidquam ad naturam divinitatis transire potest: & caro quoque creatura est. Idem perspicue in epistola ad Eulogium tam per se naturas duas profitens, quam sanctissimos orientis episcopos, idem tradentes, propugnans: Reprehendunt, ait, nonnulli factam ab orientalibus episcopis expositionem. Et cur, inquiunt, eos naturas duas dicentes Alexandrinus episcopus ferre potuit, aut probavit? & paulo post subjicit: Sic & in causa Nestorii: quamvis duas naturas, discrimen carnis & sermonis significans, dicat? (nam alia natura sermonis est, alia carnis) unionem tamen nobiscum non confitetur. Nos enim his unitis, unum B Christum, unum filium, unum dominum confitemur: unam denique naturam sermonis incarnatam. Ac paulo post: Itaque nosse naturarum duarum discrimen, non est unum Christum in duo secare. Rursum post alia: Nec illud ignorent: Ubicumque fit unionis omnino mentio, non unius rei coitio significatur, sed vel duarum, vel plurium, & inter se natura discrepantium. Qui ergo dicit unionem, videlicet carnis animatæ ac mente præditæ, cum sermone; quique duas naturas dicunt: eorum hæc mens est, atque sententia. Verum posteaquam unionem confessi sumus, non amplius a se invicem unita discrepant: sed unus deinceps filius C est, una sermonis incarnati natura. Ecce in his divæ memoriæ Cyrillus aperte dicit, duarum naturarum discrimen nosse, non esse Christum unum in duo secare. Hoc enim vos vereri soletis. At beatus ille Cyrillus vanam hanc vestram formidinem rejicit. Quin & idem in altera ad Successum epistola eadem se sentire, his verbis ostendit. Itaque modum adsumtionis humanæ naturæ animo considerantes, naturas duas coivisse per unionem videmus, citra divisionem, confusionem & mutationem. Caro enim, caro est, non divinitas, licet Dei caro facta sit: similiter & sermo Deus est, non caro; licet dispensatione quadam carnem proprie D suam fecerit. Quum igitur hoc animo consideramus, minime delinquimus, dicentes hunc in unionem concursum ex duabus naturis factum. Sed tamen post unionem naturas a se invicem non dividimus, nec unum & impartibilem in duos filios secamus: sed unum dicimus filium, & uti patres loquuti sunt, unam naturam sermonis incarnatam. Quantum ergo mente atque oculis animi dumtaxat videre possumus, quo pacto unigenitus ille factus sit homo, duas naturas esse dicimus, aut unum Christum, & dominum: & filium, Dei sermonem, qui homo factus & incarnatus est. Quid clarius hoc quærimus? naturas enim duas esse dicimus. E Rursus idem ille divus Cyrillus in enarratione libri Levitici, de purgatione lepræ disserens, ait: Totum heic mihi rursus Servatoris nostri mysterium, & purgationem, quæ per sacrosanctum baptismum fit, respice. Duas aves accipi vivas & mundas jubet, ut per has volucres hominem illum cœlestem intelligas, hominem pariter & Deum, in duas quidem naturas (quantum ad id quod de utraque dici convenit) distinctum: (quippe sermo erat, exortus è Deo, in carne mulieris) non tamen divisum: unus enim ex am-

ANNO CHRISTI 1169.

ambobus Christus. Propterea duæ sumuntur aves, & ambæ rursus unius instar intelliguntur. Vides, ut ubique beatus ille Cyrillus naturas duas confiteatur? quin & in altera ad Successum ait epistola: Qui Dominum nuda carne passum dicit, alienum a ratione voluntateque cruciatum facit. At si quis dicat, eum participe mentis anima passum, ut spontaneus sit cruciatus; nihil dicere prohibet, eum in hominis natura passum. Quod si verum est, cur non duas naturas exstitisse dabimus post unionem, citra ullam divisionem? Quare si quis ait, Christo pro nobis carne passo, nihil aliud dicit, quam Christo pro nobis natura nostra passo. Vides, uti clarissime naturas duas beatus Cyrillus post unionem confiteatur? Etiam magnum illum in rebus divinis Gregorium videamus. Ait enim in oratione de filio: Deum adpellari putemus, non Sermonis; sed ejus qui oculis cernebatur. Qui enim proprie Dei Deus esse possit? quemadmodum & pater dicitur, non ejus, qui cernebatur, sed sermonis. Erat enim duplex. Itaque partim hæc de utrisque proprie, partim non proprie dicuntur; diverso scilicet modo, quam in nobis res habet. Nam Deus proprie quidem noster est Deus, non autem proprie pater. Et hoc illud est, quod hæreticos in errorem trahit; vocum scilicet harum conjunctio, permutatis inter se vocabulis, propter naturarum coalitionem. Ejus hoc argumentum est. Quum naturæ cogitando distinguuntur, etiam ipsa simul vocabula distinguuntur. Vides eum Christum adpellare duplicem? Rursus ait. Quum naturæ cogitando distinguuntur, etiam ipsa simul vocabula distinguuntur. Verum videamus & sequentia. Paulum dicentem audi: Ut Deus domini nostri Jesu Christi, pater gloriæ: Christi quidem ille Deus est, pater autem gloriæ. Nam licet utraque natura copulata, sit quiddam unum; non tamen hoc a natura est, sed propter coitionem. Audi quid dicat: Licet utraque natura copulata, sit quiddam unum, non tamen hoc a natura est. Si vero non unum a natura est, relinquitur omnino, duo esse a natura. Idem in 1. ad Cledonium epistola, disertis verbis ait: Naturæ duæ, Deus & homo, quemadmodum & anima, & corpus; non tamen duo filii, nec dii: sicut nec hic quidem duo homines, tametsi Paulus ad hunc modum internam externamque partem hominis adpellaverit. Atque ut paucis rem complectar, aliud quidem atque aliud sunt ea, de quibus Servator constat; (nisi adspectabile sit idem cum inadspectabili, & temporis expers idem cum eo quod tempori subest) non tamen alius atque alius, absit hoc. Ambo enim hæc copulatione unum sunt, Deo nimirum humanam naturam, & homine divinitatem suscipiente, vel quocumque tandem alio verbo quis hanc rem exprimendam duxerit. Dico autem aliud atque aliud vice versa atque in Trinitate res habet. Illic enim alius atque alius, ne hypostases confundamus: non autem aliud atque aliud, quod tria sint unum & idem, quoad divinitatem. Vides quam accurate de rebus divinis loquatur? Aliud, ait, atque aliud sunt ea, de quibus Servator constat: hoc est alia atque alia natura. Nam aliud, neutro genere positum, de natura dicitur: alius vero, de hypostasi. Atque hoc progrediens ulterius

A τοῦτο καὶ ὡς δύο λαμβάνονται τὰ ὀρνίθια, καὶ νοεῖται πάλιν ὡς ἓν ἀμφότερα. ὁρᾷς πῶς δι' ὅλου ὁ μακάριος Κύριλλος δύο φύσεις ὁμολογεῖ; ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ φησίν· ὁ γὰρ λέγων σαρκὶ παθεῖν γυμνῇ τὸν Κύριον, ἄλογον καὶ ἀκύσιον ποιεῖται τὸ πάθος· ἐὰν δὲ τις εἴπῃ, μετὰ ψυχῆς νοερᾶς παθεῖν αὐτὸν, ἵνα ᾖ τὸ πάθος ἑκούσιον, οὐδὲν κωλύει λέγειν, τῇ φύσει τῆς ἀνθρωπότητος αὐτὸν παθεῖν. εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, πῶς οὐ τὰς δύο φύσεις ὑφεστάναι δώσομεν μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἀδιαιρέτως; ὥστε εἴ τις λέγει, Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, οὐδὲν ἕτερον λέγει, πλὴν ὅτι, Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει· ὁρᾷς πῶς σαφέστατον δύο φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ ὁ μακάριος Κύριλλος; ἴδωμεν,
B εἰ δοκεῖ, καὶ τὸν πολὺν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον. φησὶ γὰρ ἐν τῷ περὶ υἱοῦ λόγῳ. Θεὸς δὲ λέγοιτο ἄν, οὐ τοῦ λόγου, τοῦ ὁρωμένου δέ. πῶς γὰρ ἂν εἴη τοῦ κυρίως Θεοῦ Θεός; ὥσπερ καὶ πατὴρ, οὐ τοῦ ὁρωμένου, τοῦ λόγου δέ· καὶ γὰρ ἦν διπλοῦς· ὥστε τὸ μὲν κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν, τὸ δὲ οὐ κυρίως, ἐναντίως ἢ ἐφ' ἡμῖν ἔχει. ἡμῶν γὰρ κυρίως μὲν Θεὸς ὁ Θεὸς, οὐ κυρίως δὲ πατήρ. καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ ποιεῖ τοῖς αἱρετικοῖς τὴν πλάνην, ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίζευξις, ἐναλλαττομένων τῶν ὀνομάτων διὰ τὴν σύγχρασιν· σημεῖον δὲ ἦν ἵνα αἱ φύσεις διίστανται ταῖς ἐπινοίαις, συνδιαιρεῖται καὶ τὰ ὀνόματα· ὁρᾷς ὅτι διπλοῦν αὐτὸν καλεῖ τὸν Χριστόν; καὶ πάλιν φησὶν ἡνίκα αἱ φύσεις διίστανται ταῖς ἐννοίαις, συνδιαιρεῖται καὶ τὰ ὀ-
C νόματα· ἀλλ' ἴδωμεν καὶ τὰ ἑξῆς. Παύλου λέγοντος ἄκουσον ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῆς δόξης· Χριστοῦ μὲν Θεὸς, τῆς δὲ δόξης πατήρ εἰ γὰρ καὶ τὸ συναμφότερον ἓν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, τῇ δὲ συνόδῳ· ἄκουε τί φησίν· εἰ γὰρ τὸ συναμφότερον ἓν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει. εἰ δὲ οὐ τῇ φύσει ἓν, λείπεται πάντως, δύο εἶναι τῇ φύσει. ἐν δὲ τῇ πρὸς Κληδόνιον δευτέρᾳ ἐπιστολῇ ὁ αὐτὸς διαῤῥήδην φησί. φύσεις δύο, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα· υἱοὶ δὲ οὐ δύο, οὐδὲ θεοί· οὐδὲ γὰρ ἐν ταῦθ' δύο ἄνθρωποι, εἰ καὶ οὕτως ὁ Παῦλος τὸ ἐντὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ ἐκτὸς προσηγόρευσε. καὶ εἰ δεῖ συντόμος εἰπεῖν, ἄλλο
D μὲν καὶ ἄλλο τὰ ἐξ ὧν ὁ σωτήρ· εἴπερ μὴ ταὐτὸν τὸ ἀόρατον τῷ ὁρατῷ, καὶ τὸ ἄχρονον τῷ ὑπὸ χρόνον· οὐκ ἄλλος δὲ καὶ ἄλλος· μὴ γένοιτο. τὰ γὰρ συναμφότερα, ἓν τῇ συγκράσει· Θεοῦ μὲν ἐνανθρωπήσαντος, ἀνθρώπου δὲ θεωθέντος, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάσειε· λέγω δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο ἔμπαλιν ἢ ἐπὶ τῆς τριάδος ἔχει. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν. οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο. ἓν γὰρ τὰ τρία, καὶ ταὐτὸν τῇ θεότητι. ὁρᾷς ἀκρίβειαν θεολογίας; ἄλλο μὲν καὶ ἄλλο φησὶ, τὰ ἐξ ὧν ὁ σωτήρ. τοῦτ' ἔστιν, ἄλλη καὶ ἄλλη φύσις. τὸ γὰρ ἄλλο οὐδετέρως τιθέμενον, ἐπὶ τῆς φύσεως τάττεται. τὸ δὲ ἄλλος, ἐπὶ τῆς ὑποστάσεως. καὶ τοῦτο δῆλον αὐτὸς ποιεῖ παρακατιών. ἐκεῖ μὲν
E γὰρ, ἐπὶ τῆς θεότητος δηλονότι, ἄλλος καὶ

ἀλ-

ANNO CHRISTI 1169.

ἄλλος· ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν. οὐκ ἄλλο ἢ καὶ ἄλλο. ἓν γὰρ τὰ τρία, καὶ ταυτὸν τῇ θεότητι. ἀλλὰ καὶ προϊὼν φησίν· ὥσπερ καὶ τὸ διὰ Χριστοῦ γεγονέναι τὰ πάντα, καὶ κατοικεῖν Χριστὸν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, οὐ κατὰ τὸ φαινόμενον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ κατὰ τὸ νοούμενον. κιρναμένων ὥσπερ τῶν φύσεων, οὕτω δὴ καὶ τῶν κλήσεων, καὶ περιχωρουσῶν ἀλλήλας τῷ λόγῳ τῆς συμφυΐας. ἀπόχρη ταῦτα παρὰ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου. τῆς δ' αὐτῆς ἐννοίας καὶ Γρηγόριον τὸν ἐν ἁγίοις ἐπισκοπήσαντα ἐν τῇ Νυσσαέων ἐπιδείξομαι, ἐν οἷς φησιν ἐν τῷ πρὸς Σιμπλίκιον λόγῳ κατὰ λέξιν οὕτως ὥστε ἐπειδὴ δύο περὶ Χριστοῦ γινώσκομεν, τὸ μὲν θεῖον, τὸ δὲ ἀνθρώπινον, ἓν μὲν τῇ φύσει τὸ θεῖον, ἓν δὲ τῇ οἰκονομίᾳ τὸ κατὰ ἄνθρωπον, ἀκολούθως τὸ μὲν ἀΐδιον τῇ θεότητι προσμαρτυροῦμαι, τὸ δὲ κτιστὸν, τῇ ἀνθρωπίνῃ λογιζόμεθα φύσει. ἤκουσας ὅπως καὶ οὗτος ὁ θεῖος ἀνὴρ φησιν, ὅτι δύο περὶ Χριστοῦ γινώσκομεν, τὸ μὲν θεῖον, τὸ δὲ ἀνθρώπινον. εἶτα, ἓν μὲν τῇ φύσει τὸ θεῖον, φησί. καὶ παρακατιών· τὸ δὲ κτιστὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ λογιζόμεθα φύσει. ἰδοὺ φύσιν θείαν ἐπὶ Χριστοῦ, καὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ὁμολογεῖ ἀριδήλως. ἀλλὰ κἀν τῷ Βασιλείου βιβλίῳ, τῷ πρὸς τὸν Εὐνόμιον τὰ αὐτὰ διδάσκων, φησὶ τὸν μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων καθὼς ὠνόμασεν ὁ μέγας ἀπόστολος, οὐδὲν οὕτως ὡς τὸ τοῦ υἱοῦ δείκνυσιν ὄνομα, ἑκατέρᾳ τῇ φύσει, τῇ θείᾳ τε καὶ ἀνθρωπίνῃ, κατὰ τὸ ἴσον ἐφαρμοζόμενον· ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ Θεοῦ υἱός ἐστι, καὶ υἱὸς ἀνθρώπου κατ' οἰκονομίαν ἐγένετο. ὁρᾷς πῶς δύο φύσεις, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην ὁμολογεῖ; τὰ δ' αὐτὰ πράττοντα κἀν τῷ τετάρτῳ λόγῳ τῆς αὐτῆς πραγματείας ἔξεστιν αὐτὸν θεωρῆσαι. πανταχοῦ γὰρ, φησί, τὴν τοῦ ἀνθρωπίνου πρὸς τὸ θεῖον ἀνάκρασιν ὁ ἀπόστολος κηρύσσων, οὐδὲ ἧττον ἐν ἑκατέρῳ τὸ ἴδιον καθορᾷ. ἐνταῦθα καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἑκατέρας φύσεως ἡμῖν διελέξατο, ὡς ὑπαρχόντων τε, καὶ τῇ θεωρίᾳ λαμβανομένων. εἶτα προϊών, μετ' ὀλίγον φησί. καὶ ὡς ἂν μή τις τῇ ἀκράτῳ φύσει τὸ κατὰ τὸν σταυρὸν πάθος προστρίβοιτο, δι' ἑτέρων τρανώτερον τὴν τοιαύτην ἐπανορθοῦται πλάνην, μεσίτην αὐτὸν Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, καὶ Θεὸν ὀνομάζων, ἵνα ἐκ τοῦ τὰ δύο περὶ τὸ ἓν λέγεσθαι, τὸ πρόσφορον νοεῖτο περὶ ἑκάτερον: σαφέστατα ἐν ταῦθ' δύο περὶ τὸ ἓν λέγεσθαι φησὶ, δηλονότι φύσεις. ὁμοίως δὲ κἀν τῷ δευτέρῳ λόγῳ περὶ υἱοῦ ὁ αὐτὸς σαφέστερον ἡμῖν τῶν δύο φύσεων τὰ ἰδιώματα σώζεσθαι παραδίδωσι καὶ μετὰ τὴν ἄφραστον κένωσιν. πιστεύομεν γὰρ εἰς ἕνα Θεὸν, φησι, πατέρα ἀγέννητον, καὶ εἰς ἕνα γεννητὸν υἱὸν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ἡμῖν δὲ κατὰ τὴν σάρκα. οὐ δύο, ἀλλ' ἕνα υἱὸν, σωζομένων τῶν ἰδιωμάτων τῶν φύσεων. ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Ἀμβρόσιος, ὁ Μεδιολάνων τὴν ἀρχιερωσύνην λαβὼν, πρὸς Ἀπολινάριον γράφων, οὕτω φησί. φυλάξωμεν τὴν διαφορὰν σαρκὸς καὶ θεότητος εἷς ἐν ἑκατέρῳ λαλεῖ ὁ υἱὸς, ἐπειδήπερ ἑκατέρα φύσις ἐστὶν αὐτῷ ἀλλ' εἰ καὶ ὁ αὐτὸς λαλεῖ, οὐκ ἑνὶ

A manifesto declarat. Illic, ait, nimirum in divinitate, alius atque alius, ne personas confundamus: non autem aliud atque aliud, quod tria sint unum & idem, quoad divinitatem. Quin & ulterius inquit: Sicut & illud, per Christum omnia facta esse, & Christum in cordibus nostris habitare, non secundum eam Christi partem dicitur, quæ in oculos cadit: sed eam, quæ intellectu percipitur, permistis videlicet, ut naturis, sic etiam nominibus, seque ratione connaturalitatis invicem complectentibus. Hæc de magno illo Gregorio Theol. protulisse satis est. Ejusdem vero sententiæ sanctum quoque Gregorium Nyssensem episcopum fuisse demonstrabo, in lib. ad Simplicium B his verbis utentem: Quoniam duo de Christo agnoscimus, hoc divinum, illud humanum, unum natura divinum, & unum dispensatione humanum: icçirco æternitatem divinitati equidem adtribuo: creatum vero humanam ad naturam referimus. Audistine quo pacto & hic divinus vir dicat, duo nos de Christo adgnoscere, hoc divinum, illud humanum. Deinde, unum natura divinum inquit. Et progressus ulterius: Creatum, ait, humanam ad naturam referimus. Ecce divinam in Christo naturam, & naturam humanam manifeste confitetur. Quin & Basilii liber adversus Eunomium scriptus, eadem docens, hæc verba continet: Media- C torem illum Dei & hominum, sicut a magno illo apostolo adpellatur, nihil ita demonstrat, ut filii nomen utrique naturæ, divinæ ac humanæ, ex æquo accommodatum. Idem enim & Dei filius est, & filius hominis per dispensationem factus est. Vides, uti duas naturas, divinam & humanam, confitetur? Eadem facientem videre licet in quarto ejusdem argumenti libro, ubi hæc verba sunt: Ubique temperamentum ejus, quod humanum est, cum illo quod divinum, prædicans apostolus; nihilominus in utroque, quod cuique proprium est, perspicit. Heic & de iis quæ utrique naturæ propria sunt, tradit; veluti quæ D reapse sint, & animi consideratione percipiantur. Hinc paulo post subiicit: Ac ne quis naturæ temperamenti experti passionem in cruce adtribuat, per alia clarius errorem hujusmodi corrigit, Mediatorem eum Dei & hominum, & Deum adpellans: ut, quoniam duo de uno dicantur, de utroque quod utrique competit, intelligatur. Heic apertissime duo de uno dici prædicat, nimirum naturas duas. Similiter & in oratione de filio secunda, clarius idem duarum naturarum proprietates, etiam post ineffabilem illam evacuationem, salvas & integras esse tradit. Credimus, inquit, in unum Deum patrem ingenitum, & in unum filium E genitum Jesum Christum, ejusdem substantiæ cum patre, secundum divinitatem; & nobiscum, secundum carnem: non duos, sed unum filium, salvis naturarum proprietatibus. Quin & magnus Ambrosius, Mediolanensium pontifex, ad Apollinarium scribens, sic ait: Discrimen carnis & divinitatis servemus. Unus in utroque loquitur filius, quoniam utraque natura in ipso est: verum licet idem loquatur, non uno tamen modo loquitur. Nam vides in eo nunc quidem Dei majestatem, nunc autem passiones ho-

hominis. Consentanea vero jam dictis & in secundo ad Gratianum Augustum libro tradit. Homo Jesus Christus, dominus majestatis, dicitur crucifixus, quia consors utriusque naturæ, id est, humanæ atque divinæ. Sed & in libro ad Sabinum episcopum idem vir sanctissimus ait: Quum esset in proprietate * divinitatis, exinanivit se, & accepit plenitudinem naturæ & perfectionem humanæ: sicut Deo nihil deerat, ita nec hominis consummationi; ut esset perfectus in utraque * natura. GENERALIS. Equidem arbitror ante multos annos curæ tibi fuisse, libros uti colligeres, sanctorumque virorum auctoritates de naturis duabus excerperes. THEORIANUS. Ea vero multæ curæ, multique temporis egent, quæ rara sunt, & inventu difficilia. De duabus autem naturis non penuria, sed supra modum ingens abundantia copiaque reperitur in omni a spiritu Dei profecta scriptura, quanta scilicet est aeris late diffusi amplitudo. Quare si etiam pluribus opus sit, paratus sum & alias proferre. Et quidem mox licet audiamus magnum illum philosophum atque martyrem Justinum, de iisdem loquentem in libro de Trinitate, capite decimo septimo. Quum audieris, inquit, de uno filio voces contrarias, convenienter partire naturis ea quæ dicentur: si magnum ac divinum aliquid, divinæ naturæ adtribuens; sin exiguum & humanum, ad humanam naturam referens. Sic enim & ipsarum vocum discrepantiam vitabis, natura qualibet sibi cognata recipiente: & unum filium tam ante omnia sæcula, quam recens ortum juxta litteras sacras confiteberis. Hæc divinus ille Justinus. Joannes autem Chrysostomus in epistolæ ad Timotheum scriptæ interpretatione sic ait: Mediator amborum consors est, quorum scilicet est mediator. Quippe mediatoris est, ut conjunctus eorum utrique, quorum mediator est, participet. Ac paulo post: Si ergo non conjunctus est cum natura patris, non est mediator, sed est ab eo separatus. Quemadmodum enim cum hominum natura conjunctus est, quoniam ad homines venit: ita & cum Dei natura, quoniam a Deo venit. Cum hisce sanctis patribus consentiens sancta illa, magnaque & universalis synodus, Chalcedone, nutu Dei pioque decreto Augustorum congregata, statuit unum & eumdem esse Christum, filium, dominum, unigenam, in naturis duabus citra confusionem, mutationem, divisionem, separationem adagnitum: nequaquam naturarum discrimine sublato propter unitionem, sed salva potius proprietate utriusque naturæ, ac in unam personam & unam hypostasin coeunte: non in duas personas partitum vel divisum, sed unum & eumdem filium unigenam, Deum sermonem, Dominum Jesum Christum. GENERALIS. Omnino duas dicere naturas, speciem quamdam divisionis introducit: ac vereor equidem, ne devitato Eutychis barathro, quod est unam naturam dicere, in Nestorii barathrum incidamus, per duas naturas, duas personas introducentes. THEORIANUS. Nestorius vero duas naturas separatas ajebat, non unitas in unam personam. Atque hoc sane denotans sanctus ille Cyrillus, in epistola, quam ad Eulogium scripsit, ait: Sic & in

* legit, *in proprietate*, quum Libri Latini habeant, *in plenitudine*.
* Nostri legunt *perfectionis*.

A μϑύ τοιγε τρόπῳ λαλεῖ. ὁρᾷς γὰρ ἐν αὐτῷ νῦν μϑὺ δόξαν Θεοῦ, νῦν δὲ πάθη ἀνθρώπου. ἀκόλουθα δὲ τοῖς εἰρημϑύοις καὶ τῷ δόυτέρῳ τοῦ πρὸς Γρατιανὸν τὸν βασιλέα συντάγματος λέγει ἄνθρωπος Ιησοῦς Χριςὸς ὁ κύριος τῆς δόξης ἐςαυρῶσθαι λέγεσθαι, ἑκατέρας ὑπάρχων φύσεως κοινωνὸς, τοῦτ᾽ ἔςιν ἀνθρωπίνης καὶ θείας ἀμέλει καὶ ἐν τῷ πρὸς Σαβῖνον τὸν ἐπίσκοπον λόγῳ αὐτὸς ὁ αὐτὸς ἁγιώτατος ἀνὴρ φησίν. ἐν τῷ ἰδίῳ τῆς θεότητος ὢν ἐκένωσεν ἑαυτὸν, καὶ ἔλαβε τὸ τέλειον τῆς κατὰ ἄνθρωπον φύσεως ὁλόκληρον. ὡς οὐδὲν ἔλειπε τῷ Θεῷ, οὕτως οὐδὲ τῷ καταρτισμῷ τῷ κατὰ ἄνθρωπον, ἵνα τέλειος ἐν ἑκατέρᾳ φύσει τυγχάνῃ. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἐμοὶ δοκεῖ, ὅτι πρὸ πολλῶν χρόνων ἔχες ἐπιμέλειαν τοῦ συναγαγεῖν βιβλία, καὶ παρε- B κλαβεῖν χρήσεις ἁγίων περὶ τῶν δύο φύσεων. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἐκεῖνα δέονται πολλῆς φροντίδος καὶ χρόνου, ὅσα σπάνιά εἰσι, καὶ δυσεύρετα. περὶ δὲ τῶν δύο φύσεων, οὐ σπάνις, ἀλλὰ πλοῦτος ὑπερβολικὸς καὶ δαψίλεια ἐν πάσῃ τῇ θεοπνεύςῳ γραφῇ, ὅση ἀέρος χύσις. εἰ οὖν καὶ πλειόνων δέῃ, ἑτοίμως ἔχω καὶ ἄλλας παραγαγεῖν. αὐτίκα γοῦν, ἔξεςιν ἀκοῦσαι καὶ τοῦ μεγάλου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος Ιουςίνου, περὶ τῶν αὐτῶν λέγοντος ἐν τῷ περὶ τριάδος συντάγματι, κατὰ τὸ ι. ζ. κεφάλαιον οὕτως. ὅταν ἀκούσῃς περὶ τοῦ ἑνὸς υἱοῦ τὰς ἐναντίας φωνὰς, κατ᾽ ἀλλήλων μέριζε ταῖς φύσεσι τὰ λεγόμϑυα. ἂν μϑύ τι μέγα καὶ θεῖον, τῇ θείᾳ φύσει προσνέμων: ἂν δέ τι μικρὸν καὶ ἀνθρώπινον, τῇ ἀν- C θρωπείᾳ λογιζόμϑυος φύσει. οὕτω γὰρ καὶ τὸ τῶν φωνῶν ἀσύμφωνον διαφεύξῃ, ἑκάςης ἃ πέφυκε δεχόμϑυος φύσεως. καὶ τὸν υἱὸν ἕνα καὶ πρὸ πάντων, αἰώνων, καὶ πρόσφατον, κατὰ τὰς θείας γραφὰς ὁμολογήσεις. καὶ ταῦτα μϑὺ ὁ θεῖος Ιουςῖνος. ὁ δὲ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν Ιωάννης ἐν τῇ ἑρμluείᾳ τῆς πρὸς Τιμόθεον ἐπιςολῆς, οὕτω φησίν. ὁ μεσίτης ἀμφοτέροις κοινωνεῖ, ὧν ἐςι μεσίτης. μεσίτου γὰρ τοῦτό ἐςι, τὸ ἑκατέρου ἐχόμϑυον, ὧν ἐςι μεσίτης, κοινωνεῖν. καὶ μετ᾽ ὀλίγον. εἰ τοίνυν μὴ ἔχεται τῆς τοῦ πατρὸς φύσεως, οὐκ ἔςι μεσίτης, ἀλλὰ ἀπεχοίνιςαι. ὥσπερ γὰρ τῆς ἀνθρώπου ἔχεται φύσεως, ἐπιδὴ πρὸς ἀνθρώπους ἤρχετο. οὕτω καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ, ἐπει- D δὴ παρὰ Θεοῦ ἤρχετο. τούτοις τοῖς ἁγίοις πατράσι συμφωνοῦσα ἡ ἁγία μεγάλη καὶ οἰκουμϑυικὴ σύνοδος ἡ ἐν Χαλκηδόνι συναθροισθεῖσα Θεοῦ νεύματι, καὶ εὐσεβεῖ βασιλέων θεσπίσματι, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Χριςὸν, υἱὸν, κύριον μονογϑυῆ, ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίςως, γνωριζόμϑυον ἐδογμάτισεν, οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀναιρουμένης διὰ τὴν ἕνωσιν. σωζομένης, δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσοπον καὶ μίαν ὑπόςασιν συντρεχούσης. οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμϑυον ἢ διαιρούμϑυον, ἀλλὰ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν μονογϑυῆ, Θεὸν λόγον, κύριον Ιησοῦν Χριςόν. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ὅλως τὸ λέγειν δύο φύσεις, ἔμφασιν εἰσάγει διαιρέσεως. καὶ δέδοι- E κα, μήπως φεύγοντες τὸ τοῦ Εὐτυχοῦς τὸ μίαν φύσιν λέγειν, εἰς τὸ τοῦ Νεςορίου ἐμπέσωμεν βάραθρον, διὰ τὰς δύο φυσεὶς δύο πρόσωπα παρεισάγοντος. Ο ΘΕΩΡΙΑΝ. ἀλλ᾽ ὁ Νεςόριος δύο φύσεις ἔλεγε κεχωρισμένας, οὐχ ἡνωμένας εἰς πρόσωπον ἕν. καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ ἐν ἁγίοις Κυ-

ριλλος, ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ φησίν. οὕτω καὶ ἐπὶ Νεστορίου, κἂν λέγῃ δύο φύσεις, σημαίνων τὴν διαφορὰν τῆς σαρκὸς, καὶ τοῦ Θεοῦ λόγου. (ἑτέρα γὰρ ἡ τοῦ λόγου φύσις, καὶ ἑτέρα ἡ τῆς σαρκός·) ἀλλ' οὐκέτι τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ μεθ' ἡμῶν· ἡμεῖς γὰρ ἑνώσαντες ταύτας, ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν, καὶ μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην. βάδιζε οὖν σὺ, κατὰ τὴν τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος παραγγελίαν, μήτε εἰς τὰ δεξιὰ, μήτε εἰς τὰ ἀριστερά. ἀλλὰ τὴν μέσην καὶ βασιλικὴν ὁδόν. τέσσαρες γὰρ εἰσὶν αἱρέσεις ἐκ διαμέτρου ἀλλήλαις μαχόμεναι· δύο ἐπὶ τῆς θεότητος, καὶ δύο ἐπὶ τῆς ἀνθρωπότητος. ἐπὶ μὲν τῆς θεότητος, ὁ μὲν Σαβέλλιος ἔλεγε μίαν φύσιν, καὶ μίαν ὑπόστασιν· ὁ δὲ Ἄρειος, τρεῖς ὑποστάσεις, καὶ τρεῖς φύσεις ἐκδούλοις, ἡμεῖς δὲ οὔτε εἰς ἓν τὰ τρία συναλείφομεν, ἵνα μὴ τὴν τοῦ Σαβελλίου νόσον νοσήσωμεν, οὔτε διαιροῦμεν εἰς τρία ἔκφυλα καὶ ἀλλότρια, ἵνα μὴ τὰ Ἀρείου μανῶμεν ἀλλὰ μίαν φύσιν ἐν τρισὶ κηρύττομεν ὑποστάσεσι· πάλιν ἐπὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ λόγου ὥσπερ ἐκ διαμέτρου ἐμάχοντο πρὸς ἀλλήλοις ὅ, τε Νεστόριος καὶ ὁ Εὐτυχής. ὁ μὲν γὰρ Νεστόριος ἔλεγε δύο φύσεις κεχωρισμένας, καὶ δύο πρόσωπα, καὶ δύο Χριστοὺς, καὶ δύο υἱοὺς· ὁ δὲ Εὐτυχὴς, μίαν φύσιν, καὶ μίαν ὑπόστασιν. ἡμεῖς δὲ μίαν ὑπόστασιν, ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν ἐν δύο φύσεσι τελείαις, θεότητι λέγω, καὶ ἀνθρωπότητι, ἀχωρίστως καὶ ἀσυγχύτως ἡνωμέναις. βάδιζε οὖν τὴν μέσην καὶ βασιλικὴν, ὡς εἴπομεν, τρίβον. (ὥς φησιν ὁ Θεόλογος Γρηγόριος. μεσότητα δὲ ὅταν εἴπω, τὴν ἀλήθειαν λέγω, πρὸς ἣν βλέπειν καλῶς ἔχομεν μόνην,) μὴ φοβηθεὶς τὸν ἀριθμὸν τῶν δύο. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς θεότητος τρεῖς ὑποστάσεις λέγοντες, οὐ ποιοῦμεν διαίρεσιν φύσεως· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς οἰκονομίας δύο φύσεις λέγοντες, οὐ ποιοῦμεν διαίρεσιν ὑποστάσεως. καὶ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ ὁ Θεόλογος Γρηγόριος ἐν τῷ πρὸς Κληδόνιον δευτέρῳ λόγῳ φησί. λέγω δὲ ἄλλο, ἔμπαλιν ἢ ἐπὶ τῆς τριάδος ἔχει. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν, οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο. ἓν γὰρ τὰ τρία, καὶ ταυτὸν τῇ θεότητι. καὶ σκόπει καλῶς ἑκάστην τάξιν τοῦ ἱεροῦ θεολόγου. λέγω δὲ, φησὶν, ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ἄλλο καὶ ἄλλο. τὸ γὰρ ἄλλο οὐδετέρως τιθέμενον, τὴν φύσιν δηλοῖ. ἤτοι ἑτέραν καὶ ἑτέραν φύσιν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ λέγει. τὸ δὲ ἄλλος, σημαίνει τὴν ὑπόστασιν. διὸ ἐπήγαγεν· οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος. ὅρα δὲ καὶ τὸ, ἔμπαλιν ἢ ἐπὶ τῆς τριάδος ἔχει. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς τριάδος μία φύσις ἐστὶν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ μία ὑπόστασις. ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ, μία ὑπόστασις, ἀλλ' οὐχὶ καὶ μία φύσις. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἔμπαλιν. ἐκεῖ μὲν γὰρ μία φύσις, καὶ τρεῖς ὑποστάσεις. ἐνταῦθ' δὲ μία ὑπόστασις καὶ δύο φύσεις.

Τούτων ῥηθέντων, ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Γρηγόριος, ὁ τοῦ ἁγιωτάτου καθολικοῦ ἀνεψιὸς, ἐβόησε φωνῇ μεγάλῃ. ἐγὼ Ῥωμαῖος εἰμί. ἀνάθεμα τῷ μὴ λέγοντι δύο φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ.

Τῇ ἐπαύριον ἦλθεν ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Σαππιρίου. ἀνεκοινώσατο οὖν αὐτῷ ὁ καθολικὸς χωρὶς ἡμῶν τὰ λαληθέντα περὶ τοῦ προκει-

causa Nestorii. Quamvis duas naturas, discrimen carnis & sermonis significans, dicat. (alia namque natura sermonis est, alia carnis) Unionem tamen nobiscum non confitetur. Nos enim his unitis, unum Christum, unum filium, unum Dominum confitemur; unam denique naturam sermonis incarnatam. Tu igitur, juxta sapientis illius Salomonis admonitionem, nec ad dextram, nec ad sinistram incesseris; sed media regiaque via. Sunt enim quatuor hæreses, ex diametro inter se pugnantes: duæ de divinitate, ac duæ de humana natura. In divinitate Sabellius quidem ajebat, esse naturam unam, & unam hypostasin: Arius vero tres hypostases, ac tres naturas diversas & alienas a se invicem. Nos vero nec in unum tria commiscemus, ne Sabellii morbo laboremus, nec in tria peregrina & aliena inter se dividimus, ne in Arii furorem incidamus: sed naturam unam in tribus hypostasibus prædicamus. Rursum de incarnatione Dei sermonis velut ex diametro inter se pugnabant Nestorius & Eutyches. Quippe Nestorius ajebat duas naturas separatas & duas personas, & duos Christos, & duos filios: Eutyches vero naturam unam, & unam hypostasin. Nos autem dicimus unam hypostasin, unum Christum, unum filium, in duabus perfectis naturis, divinitate inquam, & humanitate, inseparabiliter & citra confusionem unitis. Itaque semita media regiaque, sicuti diximus, incedito: (quemadmodum Gregorius ille Theologus ait: Medium quum dico, veritatem intelligo: ad quam solam si respiciemus, recte faciemus) nec est quod numerum duum reformides. Quemadmodum enim, quum in divinitate tres hypostases dicimus, nullam naturæ divisionem facimus: sic & in hac dispensatione, quum duas naturas dicimus, nullam ipsius hypostasis divisionem facimus. Atque hoc illud est, quod Gregorius Theologus in II ad Cledonium libro dicit: Dico autem aliud atque aliud, versa vice atque in Trinitate res habet. Illic enim alius atque alius, ne hypostases confundamus: non autem aliud atque aliud; quia tria sunt unum & idem quo ad divinitatem. Recte vero quamlibet seriem verborum religiosi hujus theologi considera. Dico, inquit, in Christo, aliud atque aliud. Nam aliud neutro genere positum, naturam significat; adeoque aliam atque aliam naturam in Christo dicit. Alius vero significat hypostasin. Ideo subjecit: Non alius atque alius. Etiam illud inspice: Versa vice atque in Trinitate res habet. Nam in Trinitate una natura est, sed non itidem una hypostasis. In Christo autem una hypostasis est, at non itidem una natura. Hoc scilicet denotat illud - Vice versa. Nam ibi natura una est, ac tres hypostases: heic autem una hypostasis, & duæ naturæ.

His dictis, religiosissimus Episcopus Gregorius, sanctissimi Generalis consobrinus, voce magna exclamavit: Ego Romanus sum: Anathema non dicenti duas in Christo naturas.

Postridie religiosissimus Sappirii episcopus advenit: itaque cum illo Generalis seorsum ea communicabat, quæ de proposita quæstione dicta fuissent. Etiam ostendit ei quas-

ANNO CHRISTI 1169.

cumque ſanctorum hominum auctoritates habebat, duas in Chriſto naturas dicentium. At is, quod diſertus eſſet, ad lubitum ſuum eas pervertebat. Itaque quum Generalis eum valde reſiſtentem, ac repugnantem deprǽhenderet; nos arceſſebat, & his verbis utebatur: Petrus hic epiſcopus, qui præſens eſt, colloqui tecum de argumento, quod inter nos tractamus, cupit. Ait enim? ſanctum virum Cyrillum unam dicere naturam poſt unitionem. THEORIANUS. Ubinam hoc, domine epiſcope, ſanctus Cyrillus dicit? EPISCOPUS. In ſecunda ad Succeſſum epiſtola, adverſus eos, qui dicunt: Si una natura facta eſt poſt unitionem, neceſſe eſt eum in natura ſua paſſum: ſic ad verbum ait. Qualia vero paſſum ipſum in natura propria neceſſe eſt, ſi poſt unitionem, una filii natura dicatur incarnata? Videſne, quod poſt unitionem, unam naturam dicat? THEORIANUS. Et quænam eſt illa propria filii natura, in qua neceſſe non eſt, eum eſſe paſſum? EPISCOPUS. Divinitas filii. THEORIANUS. Ergo filius in natura propria non eſt paſſus? EPISCOPUS. Abſit hoc. Quippe natura divina ſic comparata non eſt, ut pati poſſit. THEORIANUS. Tamen reapſe Chriſtus paſſus eſt. EPISCOPUS. Vere, ſed in natura noſtra, quæ ſic comparata eſt, ut patiatur. THEORIANUS. Ergo Chriſtus naturas duas habebat, unam ſic comparatam, ut pateretur: alteram, ut non pateretur.

His quum obturatum eſſet os religioſiſſimo Petro, ſupradictus religioſiſſimus epiſcopus Gregorius ſurgens: Ego Romanus ſum, inquit, & cum Romanis ſentio.

Poſt biduum rurſus arceſſiti, aſcendimus in cœnaculum, ad ſanctiſſimum Generalem. Quumque conſediſſemus, omnes ſic adloquutus eſt: Nihil ambigui eſt, duas in Chriſto naturas dicere, ſi confiteamur eas unitas inſeparabiliter in unam hypoſtaſin. Quemadmodum ſanctus ille Cyrillus in prima ad Succeſſum epiſtola loquitur: Quantum, inquiens, mente atque oculis animi duntaxat videre poſſumus, quo pacto unigenitus ille factus ſit homo: duas eſſe naturas dicimus unitas, at unum Chriſtum, & filium, & Dominum Dei Sermonem, qui homo factus & incarnatus eſt. Quinetiam omnia illa lumina eccleſiæ, quorum auctoritates antea philoſophus adduxit, hoc ipſum expreſſe clamant. Itaque manifeſtis, & apertis, & veris adverſari, non eſt hominis Chriſtiani. Ac de his quidem poſthac minime laborandum. Quid autem prohibet, quominus & duas naturas in uno Chriſto, & unam naturam, propter expertem diviſionis & ſeparationis naturarum unionem, confiteamur? quippe ſanctum illum Cyrillum in altera ad Succeſſum epiſtola, ſic diſerte dicentem reperimus: Non de iis duntaxat, quæ natura ſimplicia ſunt, unum vere dicitur: ſed etiam de illis quæ compoſitione copulata ſunt. Quale quiddam eſt homo, ex animo & corpore conſtans. Nam ea diverſæ ſunt formæ, nec ejuſdem inter ſe ſubſtantiæ: verum unita, naturam hominis unam abſolvunt. Quoniam igitur ex animo & corpore, quæ diverſæ naturæ ſunt, una natura hominis abſolvitur, atque dicitur: non abſurdum arbitror; ex divinitate hu-

μένου ζητήματος. ἔδαξε δὲ αὐτῷ καὶ ὅσας εἶχε χρήσεις ἁγίων, δύο λεγούσας φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ. ὁ δὲ διέστρεφεν αὐτὰς, λόγιος ὢν, εἰς τὸ ἑαυτοῦ θέλημα. ὡς οὖν εὗρεν αὐτὸν ὁ καθολικὸς σφοδρῶς ἐνιστάμενον καὶ ἀντιπαλαίοντα, μετεκαλέτατο ἡμᾶς, καὶ φύσι πρὸς ἡμᾶς. Ο παρὼν ἐπίσκοπος Πέτρος θέλει μετὰ σοῦ διαλεχθῆναι περὶ μέσον ἡμῶν καὶ ὑμῶν ὑποθέσεως. ἔλεγε γὰρ, ὅτι ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος μίαν φύσιν λέγει μετὰ τὴν ἕνωσιν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ποῦ λέγει τοῦτο, δέσποτα ἐπίσκοπε, ὁ ἅγιος Κύριλλος; Ο ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ. ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ, κατὰ τῶν λεγόντων. εἰ μία φύσις γέγονε μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἀνάγκη παθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν. οὕτω κατὰ ῥῆμα φησί. ποῖα τοίνυν παθεῖν αὐτὸν ἀνάγκη εἰς ἰδίαν φησίν, εἰ λέγοιτο μετὰ τὴν ἕνωσιν μία φύσις υἱοῦ σεσαρκωμένη; ὁρᾷς, ὅτι μετὰ τὴν ἕνωσιν μίαν φύσιν λέγει. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. καὶ ποία ἐστὶν ἡ ἰδία φησίς τοῦ υἱοῦ, εἰς ἣν οὐκ ἔστιν ἀνάγκη παθεῖν αὐτόν; Ο ΕΠΙΣΚ. ἡ θεότης τοῦ υἱοῦ Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. οὐκ ἔπαθεν οὖν ὁ υἱὸς εἰς ἰδίαν φύσιν; Ο ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ. μὴ γένοιτο. ἡ γὰρ θεία φησίς οὐ πέφυκε πάσχειν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἔπαθε δὲ ὅμως κατὰ ἀλήθειαν ὁ Χριστός; Ο ΕΠΙΣΚΟΠ. ναὶ, ἀλλ᾽ εἰς τὴν ἡμετέραν φύσιν. αὕτη γὰρ πέφυκε πάσχειν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. δύο οὖν ἔσχεν ὁ Χριστὸς φύσεις μίαν πεφυκυῖαν πάσχειν, καὶ μίαν μὴ πεφυκυῖαν πάσχειν.

Εν τούτοις τοῦ εὐλαβεστάτου Πέτρου φιμωθέντος, ἀναστάς ὁ ἄνωθεν ῥηθεὶς εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Γρηγόριος, ἔφη, ἐγὼ Ρωμαῖός εἰμι, καὶ ὡς οἱ Ρωμαῖοι φρονῶ.

Καὶ μεθ᾽ ἡμέρας δύο πάλιν μετακληθέντες ἀνήλθομεν εἰς τὸ ὑπερῷον πρὸς τὸν ἁγιώτατον Καθολικὸν, καὶ καθεσθέντων ἡμῶν, εἶπε πρὸς πάντας. Οὐκ ἔστιν οὐδεμία ἀμφιβολία, δύο φύσεις λέγειν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐὰν ἡνωμένας ταύτας ὁμολογῶμεν ἀδιασπάστως εἰς μίαν ὑπόστασιν, καθά φησιν ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ οὐκοῦν ὅσον μὲν ἧκεν εἰς ἔννοιαν καὶ εἰς μόνον τὸ ὁρᾶν τοῖς τῆς ψυχῆς ὄμμασι τίνα τρόπον ἐνηνθρώπησεν ὁ μονογενὴς, τὰς δύο φύσεις εἶναι φαμὲν ἑνωθείσας ἕνα δὲ Χριστὸν, καὶ υἱὸν, καὶ κύριον, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἐνανθρωπήσαντα καὶ σεσαρκωμένον. ἀλλὰ δὴ καὶ πάντες οἱ τῆς ἐκκλησίας φωστῆρες, ὧν ἄνω ὁ φιλόσοφος τὰς χρήσεις ἤγαγε, τοῦτο διαῤῥήδην βοῶσι. καὶ λοιπὸν τοῖς προφανέσι καὶ φανεροῖς ἀντιμάχεσθαι, καὶ ἀληθέσιν, οὐκ ἔστι Χριστιανοῦ. καὶ περὶ μὲν τούτων ἀπὸ τοῦ νῦν κοπιᾶν οὐ θέμις ἀλλὰ τί κωλύει καὶ δύο φύσεις ὁμολογεῖν, ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ, καὶ μίαν φύσιν, διὰ τὸ ἀδιαίρετον καὶ ἀχώριστον τῆς τῶν φύσεων ἑνώσεως, εὑρίσκομεν γὰρ τὸν ἅγιον Κύριλλον ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ οὕτω σαφῶς λέγοντα. οὐ γὰρ ἐπὶ μόνων τῶν ἁπλῶν κατὰ φύσιν τὸ ἓν ἀληθῶς λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ σύνθεσιν συνηγμένων. ὁποῖον τι χρῆμά ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος. ἑτερειδῆ μὲν γὰρ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἀλλήλοις οὐχ ὁμοούσια. ἑνωθέντα γε μὴν, μίαν ἀνθρώπου φύσιν ἀπετέλεσαν. ἐπειδὴ οὖν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ἑτεροισίων ὄντων, μία φύσις ἀνθρώπου ἀποτελεῖται καὶ λέγεται, οὐκ ἄτοπον οἶμαι, ἔκ τε

τῆς

τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τȣ῀ Χριστοῦ, μίαν ἀποτελεῖσθαί καὶ λέγεσθαι φύσιν. λύσον τȣ῀το, καὶ ἀρκέσει ἡμῖν. Ο ΘΕΩΡ. ἤρκει τῇ μεγάλῃ σου ἁγιωσύνῃ εἰς τὸ συνιδεῖν, ὅτι οὐ δεῖ μίαν φύσιν ἐπὶ τȣ῀ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγειν, ἡ ἐισκομισθεῖσα αὐτῇ πρὸς ἡμῶν χρῆσις τȣ῀ ἁγίου Γρηγορίου τȣ῀ θεολόγου, ἡ ἐν τῷ περὶ υἱοῦ δευτέρῳ λόγῳ κειμένη, οὕτω κατὰ λέξιν ἔχουσα· εἰ γὰρ καὶ τὸ συναμφότερον ἓν ἀλλ᾽ οὐ τῇ φύσει, τῇ δὲ συνόδῳ. ἐπειδὴ οὖν φησιν, ἀλλ᾽ οὐ τῇ φύσει ἓν, κωλύει δηλονότι σαφῶς, ἐν τῇ φύσει τὰ συναμφότερα λέγειν. τί τούτου ζητεῖς σαφέστερον; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. οὐ κεῖται ἐν τῇ Αρμενικῇ γραφῇ οὕτως Ο ΘΕΩΡ. ἔσφαλται λοιπὸν τὸ βιβλίον σου. Τότε ἔχων ὁ Θεωριανὸς παρεκβολὴν τȣ῀ ῥητȣ῀ τούτου Συριστὶ, δέδωκε τῷ καθολικῷ, λέγων. ἀνάγνωθι δέσποτα, ὁ δὲ Καθολικὸς προσκαλεσάμενος ἕνα τῶν ἀναγινωσκόντων Συριστί, ἀνέγνω, καὶ εὗρεν ὡς εἶπεν ὁ Θεωριανός· τότε λέγει αὐτῷ ὁ Θεωριανός. ἀρκεῖ τȣ῀το δέσποτα; ἢ θέλεις καὶ ἄλλην χρῆσιν; ἐγὼ γὰρ Συριστὶ οὐ γινώσκω, ἀλλ᾽ εὗρον οὕτως ἐν τοῖς βιβλίοις τῶν Σύρων ἐν Κεσσουνίῳ, καὶ πλεῖστον ἐχάρην τȣ῀το εὑρών. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἐπειδὴ ἐν τῇ τῶν Αρμενῶν γραφῇ οὐ κεῖται οὕτως, βούλομαι καὶ ἄλλοθέν ποθεν πληροφορηθῆναι, ὅτι δύο μὲν ὀφείλομεν ὁμολογεῖν ἐπὶ τȣ῀ Χριστοῦ φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, μίαν δὲ οὔ. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ῥᾷστον τȣ῀το συνιδεῖν, τῷ μὴ κακουργεῖν ἐθέλοντι. Ο ΚΑΤΗΟΛΙΚΟΣ. μή μοι γένοιτο κακουργῆσε ποτε, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς θείοις, μήτε μὴν ἄλλῳ τινὶ τῶν κατὰ Χριστὸν ζῆν ἑλομένων. ἀλλὰ βεβαιωθῆναι ἐπιθυμῶ, ἵνα μὴ ἀπροσέκτως καὶ κατὰ συναρπαγὴν ποιήσωμαι τὴν ἀπόφασιν. Ο ΤΗΕΩΡ. ὁμολογεῖς ἑνωθῆναι τὰς φύσεις ἀτρέπτως καὶ ἀναλλοιώτως, Ο ΚΑΤΗΟΛ. πάνυ μὲν οὖν. καὶ γὰρ ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ οὕτω φησίν. ἴσον γὰρ ἐστιν εἰς ἀτοπίας λόγον, καὶ εἰπεῖν, ὅτι μετεβλήθη τὸ σῶμα εἰς θεότητος φύσιν· καὶ μὴν κἀκεῖνο, ὅτι μετεβλήθη ὁ λόγος εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν. ὥσπερ γὰρ τȣ῀το ἀμήχανον, (ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτός ἐστιν) οὕτω καὶ τὸ ἕτερον. οὐ γὰρ ἐστι τῶν ἐφικτῶν, εἰς θεότητος οὐσίαν ἤτοι φύσιν μεταχωρῆσαι δύνασθαί τι τῶν κτισμάτων. κτίσμα δὲ καὶ ἡ σάρξ. Ο ΤΗΕΩ ΙΑΝΟΣ. ἀπήλλαξας ἡμᾶς πραγμάτων, τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον μάρτυρα παραγαγὼν τȣ῀ ἡμετέρου λόγου. εἰ γὰρ οὐκ ἔστιν ἐφικτὸν εἰς θεότητος ȣ᾿σίαν ἤτοι φύσιν μεταχωρῆσαί τι δύνασθαι τῶν κτισμάτων, κτίσμα δὲ καὶ ἡ σάρξ, εἰπὲ σὺ αὐτὸς, τί ἐκ τούτου συνάγεται. Ο ΚΑΤΗΟΛ. τί τȣ῀το οὐκ οἶδα. τί ἐστιν ὃ συνάγεις; Ο ΤΗΕΩΡ. ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ σάρξ καὶ ὁ λόγος μία φύσις. Ο ΚΑΤΗΟΛ. ἐγὼ οὐκ ἐπελαθόμην τῶν ἄνω ῥηθέντων παρὰ τȣ῀ ἁγίου Κυρίλλου, ὁπηνίκα ἔλεγεν· ὁποιόν τι χρῆμά ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος. ἑτεροειδῆ μὲν γὰρ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἀλλήλοις οὐχ ὁμοούσια, ἑνωθέντα γε μὴν, μίαν ἀνθρώπου φύσιν ἀπετέλεσαν. ἰδοὺ δύο φύσεις καὶ ἐνταυθ, ψυχὴ καὶ σῶμα. καὶ οὔτε ἡ ψυχὴ εἰς σώματος μετετράπη φύσιν, οὔτε τὸ σῶμα εἰς φύσιν ψυχῆς μετεχώρησεν. ἀλλ᾽ ἑκατέρων ἐν τοῖς ἰδίοις μενόντων ὅροις, μία ἐκ τούτων φύσις ἀπετελέσθη.

A manitateque Christi, unam absolvi dicique naturam. Hoc solvito, ac satisfactum nobis erit. THEORIANUS. Satis erat magnæ sanctitati tuæ ad hoc, ut perspiceres, non unam esse dicendam naturam in Christo post unionem, prolata sancti viri, Gregorii Theologi, a nobis auctoritas; quæ exstat in altera de filio oratione, ac hujusmodi verba continet: *Licet utraque natura copulata, sit quiddam unum; non tamen hoc a natura est, sed propter coitionem.* Quum ergo dicit. Non hoc a natura est, dare scilicet prohibet, ne utraque copulata, unum natura dicantur. quid dilucidius hoc requiris? GENERALIS. Sic textus in Armenica scriptura non habet. THEORIANUS. Mendosus B est ergo liber tuus. Mox Theorianus, qui ejus dicti Syriacam interpretationem excerptam haberet, eam Generali porrigens, ait: Lege domine. Generalis autem arcessito quodam ex iis, qui Syriace legere nossent, legi jussit, & ita scriptum reperit, uti Theorianus dixerat. Itaque Theorianus: Hoccine sufficit, inquit, domine? an etiam & aliam requiris auctoritatem? nam equidem Syriace non novi, sed ita perscriptum in Syrorum libris Cessuvii reperi; atque hoc reperto, maximopere gavisus sum. GENERALIS. Quando in Armeniorum scriptura textus ita non habet, aliunde certior fieri volo, debere nos duas in Christo naturas post unionem C fateri, non unam. THEORIANUS. Facillimum id quidem ei perspectu qui agere malitiose nolit. GENERALIS. Mihi vero ne contingat unquam agere malitiose, præsertim divinis in rebus; nec ulli alii, qui ex Christi præscripto vivere velit: sed confirmari desidero, ne inconsiderate, perque subreptionem pronuntiem. THEORIANUS. Fateris unitas esse naturas citra mutationem & alterationem? GENERALIS. Omnino. Quippe sanctus ille Cyrillus in epistola ad Successum sic ait: *Par est, quod absurditatem adtinet, dicere; corpus esse mutatum in naturam divinitatis: &, Sermonem esse mutatum in naturam carnis. Nam sicut hoc* D *fieri nequit, quum ipse sermo sit incommutabilis & alterationis expers; ita nec illud alterum. Non enim creatorum quidquam ad naturam divinitatis transire potest. Et caro quoque creatura est.* THEORIANUS. Ipse nos sublevasti a negotiis, qui sanctum Cyrillum testem doctrinæ nostræ produxeris. Nam si fieri nequit, ut in substantiam vel naturam divinitatis creatum aliquod transeat; & ipsa quoque caro, creatum est: quidnam de hoc colligatur, ipse dicito. GENERALIS. Quid hoc sit ignoro. Quid nam est quod colligis? THEORIANUS. Carnem & sermonem non unam esse naturam. GENERALIS. Equidem non oblitus E sum eorum, quæ a sancto Cyrillo prolata sunt antea, quum diceret: *Quale quiddam est homo, ex animo & corpore constans. nam ea diversæ sunt formæ, nec ejusdem inter se substantiæ: verum unita, naturam hominis unam absolvunt.* En heic quoque naturæ duæ, anima, & corpus. Neque tamen vel anima corporis in naturam conversa est, nec corpus in animæ naturam transiit: sed ambobus intra fines suos manentibus, una de his absoluta natura est. Itaque non est ex eorum numero, quæ fieri nequeunt,

ANNO CHRISTI 1169.

ex duabus naturis unam fieri naturam. Nam ecce hoc in hominis eſt compoſitione. THEORIANUS. Exemplum illud noſtræ compoſitionis ad hoc duntaxat a ſancto Cyrillo eſt uſurpatum, ut oſtenderet, poſſe de duabus ac diverſis naturis unam hypoſtaſim fieri: ſicut ex animo & corpore, Petrus verbi gratia vel Paulus. Pugnans enim contra Neſtorium, qui fieri poſſe negaret unam ex diverſis naturis hypoſtaſin, ideoque in duos Chriſtos, & duos filios, unum & impartibilem Chriſtum ſtulte divideret; hominis exemplum adduxit, ut oſtenderet, quemadmodum ex anima & corpore conſtet unus homo: ſic ex divina humanaque natura Chriſtum unum exiſtere. Exponamus & cauſam, ſi placet, ob quam in homine compoſito ex anima & corpore, natura dicatur una. Quippe dicimus, naturam humanam a Chriſto inſtauratam: non autem, naturas inſtauratas: Itidem quoties divi patres duas naturas in Chriſto dicunt, animam & corpus, unam naturam accipiunt. At in Chriſto naturam unam dicere prohibitum eſt. GENERALIS. Cognoſcere primum cupio, a quibus ſit prohibitum, naturam unam in Chriſto dicere: deinde cauſam, ob quam ſit prohibitum, ſi placet, audiemus. Nam mihi quidem ab aliquo ſanctorum Patrum hoc eſſe prohibitum, non videtur. THEORIANUS. Ex eo, quod duas illi naturas dicunt, unam non eſſe dicendam, intelligitur. Nam ſi duæ, non una: ſin una, non duæ. GENERALIS. Ex eo dumtaxat prohibitum ais, quod duas ipſi dicant: an & auctoritates habes, quæ hoc diſerte prohibeant? THEORIANUS. Satis hoc eſſe tibi debebat; verum & ſanctorum magnorumque hominum auctoritates habeo, diſerte hoc prohibentes. Ac Gregorii quidem Theologi dictum illud, licet utraque natura copulata ſit unum quiddam, non tamen hoc a natura eſt: illud igitur omittere lubet, quando ut ſic in Armenici libri textu ſcriptum negas: producam vero ſanctum illum Ambroſium, Mediolani epiſcopum ſic expreſſe loquentem in libro adverſus Apollinarium: Emergunt alii, qui carnem Domini dicant, & divinitatem unius eſſe naturæ. Quæ tantum ſacrilegium inferna vomuerunt? Eadem divus ille Gregorius Nyſſenus, in libro & ipſe adverſus Apollinarim ſcripto, clamat: Si ergo in adverſantibus ſibi proprietatibus, horum utriuſque natura cernitur, carnis inquam, & divinitatis: quomodo duæ ſunt una? D. quoque Chryſoſtomus in epiſt. ad Acacium monachum ait: unum filium, unam dico perſonam, utraque copulata; quæ tamen citra confuſionem, ac diviſionem, adgnoſcatur: non in una ſola natura, ſed in perfectis naturis duabus. Quid ad hæc ais? GENERALIS. Non jam hoc pronuntiandæ ſententiæ, ſed exercitationi modo deſtinatum tempus eſt. Suo vero tempore quid mihi videatur, adhibita cautione convenienti & accurato judicio, pronuntiabo. Ceterum ſi placet, promiſſo fac ſatis. THEORIANUS. Cui? GENERALIS. Cauſam dicito, propter quam prohibitum ſit, unam in Chriſto naturam dicere. THEORIANUS. Quorum una natura eſt, eorum & communis eſt ratio: quorum vero ratio eſt commu-

A θῆ. οὐκ ἔστιν οὖν τῶν ἀνεφίκτων, ἐκ δύο φύσεων μίαν φύσιν γενέσθαι. ἰδοὺ γὰρ, ἐπὶ τῆς συνθέσεως τοῦ ἀνθρώπου τοῦτο ἔστιν. Ο ΘΕΩΡ. τὸ παράδειγμα τῆς καθ' ἡμᾶς συνθέσεως εἰς τοῦτο μόνον ἐλήφθη τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ, εἰς τὸ δεῖξαι, ὅτι δυνατόν ἐστιν ἐκ δύο καὶ διαφόρων φύσεων μίαν γενέσθαι ὑπόστασιν, ὥσπερ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ὁ Πέτρος, τυχὸν, ἢ ὁ Παῦλος. τῷ γὰρ Νεστορίῳ μαχομένῳ, ἀδύνατον λέγοντι ἐκ διαφόρων φύσεων μίαν γενέσθαι ὑπόστασιν, καὶ διὰ τοῦτο εἰς δύο Χριστοὺς, καὶ δύο υἱοὺς, τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ ἀμέριστον ἀφρόνως καταμερίζοντι, ἤγαγε τὸ παράδειγμα τοῦ ἀνθρώπου, εἰς τὸ δεῖξαι, ὅτι ὥσπερ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπος εἷς, οὕτως ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος εἷς Χριστός. εἰ δὲ
B βούλῃ, εἴπωμεν καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐπὶ μὲν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ἐκ ψυχῆς συγκειμένου καὶ σώματος, φύσις μία λέγεται. λέγομεν γὰρ, τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων ἀνεκαίνισεν ὁ Χριστὸς, οὐ λέγομεν, τὰς φύσεις. ἀλλὰ καὶ ὅταν οἱ θεῖοι πατέρες δύο φύσεις λέγωσιν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ὡς μίαν φύσιν λαμβάνουσιν. ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ μίαν φύσιν λέγειν κεκώλυται. Ο ΚΑΘΟΛ. βούλομαι μαθεῖν πρῶτον παρὰ τίνων κεκώλυται μίαν φύσιν λέγειν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τότε καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τοῦτο κεκώλυται, ἀκουσόμεθα, εἰ δοκεῖ. ἐμοὶ γὰρ οὐ δοκεῖ ὅτι κεκώλυται. παρά τινος τῶν ἁγίων πατέρων. Ο ΘΕΩΡ. ἀπὸ τοῦ λέγειν δύο φύσεις, νοεῖται, ὅτι οὐ μία. εἰ γὰρ δύο, οὐ μία. εἰ
C δὲ μία, οὐ δύο. Ο ΚΑΘΟΛ. ἀπὸ τούτου μόνον λέγεις ὅτι κεκώλυται, ἐκ τοῦ λέγειν, δύο ἢ καὶ χρήσεις ἔχεις, ῥητῶς τοῦτο κωλυούσας; Ο ΘΕΩΡ. ἔδει ἀρκεσθῆναι ἀπὸ τούτου. πλὴν καὶ χρήσεις ἁγίων μεγάλων ἔχω, τοῦτο κωλυούσας ῥητῶς. καὶ τὴν μὲν χρῆσιν τοῦ θεολόγου, τὴν λέγουσαν. εἰ γὰρ τὸ συναμφότερον ἓν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, παρήσειν μοι δοκῶ, διὰ τὸ λέγειν σὲ, μὴ κεῖσθαι οὕτως ἐν τῷ Αρμενικῷ βιβλίῳ παράγω δὲ τὸν ἅγιον Αμβρόσιον τὸν Μεδιολάνων, οὕτω διαῤῥήδην ἐν τῷ λόγῳ τῷ κατὰ Απολιναρίου λέγοντα, ἀνεφάνησαν ἕτεροι, τὴν σάρκα τοῦ κυρίου καὶ τὴν θεότητα μιᾶς εἶναι φύσεως λέγοντες. ποῖος ᾅδης τὴν τοιαύτην βλασφημίαν ἐξήμεσεν; ταὐτὰ καὶ ὁ θεῖος
D Γρηγόριος ὁ Νύσσης βοᾷ, ἐν τῷ λόγῳ καὶ αὐτὸς τῷ κατὰ Απολιναρίου λέγων· εἰ οὖν ἐν τοῖς ὑπεναντίοις ἰδιώμασιν ἡ θατέρου τούτων θεωρεῖται φύσις, τῆς σαρκὸς λέγω, καὶ τῆς θεότητος· πῶς μία αἱ δύο εἰσίν; ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν τῇ πρὸς Ακάκιον τὸν Μοναχὸν ἐπιστολῇ φησίν· ἕνα υἱὸν, ἓν πρόσωπον τὰ συναμφότερα, γνωριζόμενον μέντοι ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως, λέγω οὐκ ἐν μιᾷ μόνῃ φύσει, ἀλλ' ἐν δυσὶ τελείαις. τί πρὸς ταῦτα φής; Ο ΚΑΤΟΛΙΚΟΣ. οὐκ ἔστι καιρὸς νῦν ἀποφαίνεσθαί, με, ἀλλὰ μόνον γυμνάζειν· ὅταν δὲ εἴη καιρὸς, μετὰ τῆς προσηκούσης ἀσφαλείας καὶ ἀκριβείας τὸ δοκοῦν μοι ἀποφανοῦμαι. ἀλλ' εἰ κελεύεις πλήρωσον τὴν ὑπόσχεσιν. Ο ΘΗΕΩΡΙΑΝΟΣ ποί-
E αν. Ο ΚΑΤΗΟΛΙΚΟΣ. εἰπὲ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν κεκώλυται λέγειν μίαν φύσιν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ. Ο ΘΗΕΩΡΙΑΝΟΣ. ὧν μία φύσις, κοινὸς ὁ λόγος· ὧν δὲ κοινὸς ὁ λόγος, καὶ ἡ ὕπαρξις ὁμοούσιος. οὐδέποτε δέ ἐστιν ὁμοούσιος ἡ θεότης τοῦ

ANN CHRIS 1169

Χρι-

Χριστοῦ τῇ ἀνθρωπότητι αὐτοῦ, οὐκ ἄρα εἷς ποτὲ τούτων ὁ λόγος· ὧν δὲ μηδὲ ποτε εἷς ὁ λόγος, ὅτι τούτων ἀεὶ αἱ φύσεις διάφοροι, παντί που δῆλον. ὥσπερ γὰρ καταφάσει ἀπόφασις ἀντίκειται, οὕτω καὶ τὸ λέγειν, δύο φύσεις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, τῷ λέγειν, μία. οὐδέποτε δὲ κατάφασις καὶ ἀπόφασις κατὰ τοῦ αὐτοῦ συναληθεύουσιν. οὐδέποτε ἄρα αἱ δύο, μία, καὶ εἰ δοκεῖ, λογικώτερον βασανίσωμεν τὸ παρὸν θεώρημα. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. πάνυ μὲν οὖν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. πᾶν ὂν, εἰ ἔστιν ἓν καὶ πολλὰ, οὐκ ἔστι κατ' αὐτὸ ἓν καθ' ὃ καὶ πολλά. ἀλλ' εἰ ἔστιν ἓν καὶ πολλὰ, κατ' ἄλλο ἐστὶν ἓν, καὶ κατ' ἄλλο πολλά. πολλὰ δὲ λέγω, τὰ πλέον τοῦ ἑνός. οἷται φέρε εἰπεῖν ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος. αὐτὴ γὰρ ἕν ἐστι καὶ πολλὰ· ἓν μὲν τῇ φύσει, πολλὰ δὲ ταῖς ὑποστάσεσι. κατ' ἄλλο τοιγαροῦν ἐστιν ἓν, καὶ κατ' ἄλλο πολλά. ἀδύνατον λοιπὸν κατ' ἐκεῖνο εἶναι πολλὰ, καθ' ὃ ἐστιν ἓν, ἢ κατ' ἐκεῖνο εἶναι ἓν, καθ' ὃ πολλά. εἰ γὰρ δυνατὸν, ἔστω ἡ θεότης κατὰ τὰς ὑποστάσεις ἕν. (ἀλλ' ἀμήχανον) ἢ πάλιν, ἔστω κατὰ τὴν οὐσίαν πολλά. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἀμήχανον. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ὁμολογεῖται ἓν εἶναι κατὰ τὴν ὑπόστασιν. πάλιν ὁμολογεῖται κατὰ τὰς χρήσεις τῶν ἁγίων πατέρων, δύο εἶναι τὸν Χριστὸν, κατὰ τὰς φύσεις. ἀδύνατον λοιπὸν, ἓν εἶναι κατὰ τὰς φύσεις. πᾶν ἄρα ὂν, εἰ ἔστιν ἓν καὶ πολλὰ, κατ' ἄλλο ἐστὶν ἓν, καὶ κατ' ἄλλο πολλὰ, ὅπερ ἔδει δεῖξαι, ἵνα καὶ γεωμετρικῶς εἴπωμεν. καὶ γὰρ γεωμετρικαῖς ἀνάγκαις, τὸ δὲ λεγόμενον, ἀποδέδεικται τὸ θεώρημα, Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἐγὼ μίαν φύσιν κατὰ τὴν ἀδιάσπαστον λέγω ἕνωσιν, ἵνα μὴ εἰς δύο μερισθῇ Χριστοὺς ὁ Χριστός. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ποταπὴν φύσιν τέως λέγεις; θείαν, ἢ ἀνθρωπίνην; ἢ ἑτέραν παρὰ ταύτας; μήτε θείαν, μήτε ἀνθρωπίνην; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. μίαν φύσιν σύνθετον λέγω θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. εἰ μίαν φύσιν σύνθετον λέγεις, τροπὴν καὶ σύγχυσιν εἰσάγεις τῶν φύσεων, ἐξ ὧν ἡ μία σύνθετος ἐγένετο φύσις. καὶ γυμνάσωμεν, εἰ δοκεῖ, ἐπὶ μιᾶς τῶν συνθέτων φύσεων τὸ προκείμενον ζήτημα· τόδε τὸ ξύλον μιᾶς συνθέτου φύσεως πάντως ἐστί. σύγκειται γὰρ ἐκ γῆς καὶ ὕδατος, καὶ πυρὸς, καὶ ἀέρος, καὶ νῦν ἔστι μία φύσις ἐκ τούτων συνθέτος. ἀλλὰ προηγήσατο τροπὴ καὶ ἀλλοίωσις τῶν ἐξ ὧν ἐγένετο, φύσεων. καὶ νῦν οὔτε ἐστὶν, οὔτε λέγεταί τι τῶν, ἐξ ὧν συντέθειται, φύσεων. οὔτε γὰρ πῦρ ἐστιν, οὔτε λέγεται, οὔτε ἄλλο τι τῶν εἰς τὴν σύνθεσιν αὐτοῦ συνελθόντων. ἐπὶ δὲ τοῦ σωτῆρος οὐκ οὕτως, ἀλλὰ μεμενήκασιν αἱ φύσεις ἄτρεπτοι καὶ ἀναλλοίωτοι, συνελθοῦσαι καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον εἰς μιᾶς συμπλήρωσιν ὑποστάσεως. καὶ νῦν καὶ ἔστι καὶ λέγεται ἑκάστη τῶν συνελθουσῶν φύσεων ἀμετάβλητος. διὸ τέλειος Θεὸς, καὶ τέλειος ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς καὶ ἔστι καὶ λέγεται. οὐ γὰρ προηγήσατο φυρμὸς, ἢ τροπὴ, ἢ σύγχυσις τῶν εἰς τὴν σύνθεσιν τοῦ Εμμανουὴλ συνελθόντων. διὸ οὐδεμία φύσις συνθέτος δύναται εἶναι ὁ Χριστός. τοῦτο γὰρ ἐπὶ τοῦ ξύλου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων συμβαίνειν πέφυκεν. Ο ΚΑΘΟΛ. τὸ παράδειγμα τοῦ ἀνθρώπου διὰ τί πανταχοῦ

A nis, eorum & ejuſdem ſubſtantiæ eſt exiſtentia. Nunquam vero Chriſti divinitas ejuſdem eſt ſubſtantiæ cum ejus humana natura: itaque non poteſt horum una eſſe ratio. Quorum vero numquam una ratio eſt, eorum naturas ſemper a ſe invicem differre, cuivis eſt perſpicuum. Quippe ſicut neganti opponitur ajens, ſic dicere, Chriſtum naturas eſſe duas, opponitur illi, Chriſtum eſſe naturam unam. Nunquam vero negans & ajens de eodem pariter vera ſunt. Ergo nunquam duæ ſunt una. Quod ſi placet, etiam modo logicæ diſciplinæ magis accommodato theorema propoſitum examinemus. GENERALIS. Placet omnino. THEORIA-

B NUS. Quidquid exiſtit, ſi unum eſt, & plura: non ſecundum id unum eſt, ſecundum quod plura: ſed ſi eſt unum & plura, ſecundum aliud eſt unum, & ſecundum aliud plura. Plura vero dico, quæ plus uno ſunt. Sicut exempli gratia videmus in ſacroſancta Trinitate, quæ unum eſt, & plura. Unum natura, plura perſonis. Igitur alterius reſpectu, eſt unum; & alterius, plura. Nequit ergo fieri, ut eatenus plura ſit, quatenus eſt unum: vel eatenus unum, quatenus plura. Nam ſi fieri poteſt, eſto divinitas ſecundum hypoſtaſes unum quiddam: (nequit autem hoc eſſe) vel viciſſim ſecundum ſubſtantiam multa ſit, quod ipſum quoque non poteſt eſſe. Sic & de Chriſto, pro confeſſo eſt, unum quid eſſe, ſecundum hy-

C poſtaſin. Rurſus in confeſſo eſt, juxta ſanctorum patrum auctoritates Chriſtum eſſe duo, reſpectu naturarum. Nequit ergo fieri, ut unum ſit, quo ad naturas. Quidquid igitu exiſtit, ſi unum eſt, & plura: reſpectu alterius unum eſt, & alterius reſpectu plura: quod demonſtrandum erat, ut Geometrarum more loquamur. Per Geometricas n. neceſſitates, quas vocant, theorema demonſtratum eſt. GENERALIS. Ego naturam unam dico reſpectu indiremptæ unionis, ne Chriſtus in duos Chriſtos dividatur. THEORIANUS. Utram ergo naturam dicis? divinam, an humanam? an præter has aliam? nec divinam ſcilicet nec humanam?

D GENERALIS. Unam naturam compoſitam dico ex divinitate ac humanitate. THEORIANUS. Si unam naturam compoſitam dicis, mutationem & confuſionem naturarum introducis, ex quibus una fuerit compoſita natura. Jam, ſi placet, in una quadam compoſita natura propoſitam quæſtionem exploremus: Hoc lignum unius eſt omnino compoſitæ naturæ. Nam ex terra, & aqua, & igne, & aere conſtat, & eſt jam una natura de his compoſita. Verum mutatio & alteratio præceſſit earum naturarum, de quibus factum eſt: & jam nec eſt, nec dicitur aliquid earum naturarum, de quibus eſt compoſitum. Quippe nec ignis

E eſt, nec eſſe dicitur, nec aliud quid eorum, quæ ad ipſius compoſitionem concurrerunt. At ea non eſt in Servatore ratio, ſed naturæ manſerunt incommutabiles, unione indiſſolubili ad perfectionem unius hypoſtaſis coeuntes: at nunc quælibet in unum coeuntium naturarum & eſt & dicitur mutationis expers. Propterea idem perfectus Deus, & homo perfectus eſt atque dicitur. Quippe non antegreſſa eſt eorum aliqua miſtio, vel mutatio, vel confuſio, quæ ad conſtituendum Emmanuelem coiverunt. Neque igitur ulla natura compoſita eſſe Chriſtus. Nam hoc in ligno, aliiſque talibus locum habet. GENERALIS. Cur ſancti patres exemplum illud hominis ubique furſum

(quod

(quod ajunt) ac deorſum ac diſpenſationem ſervatoris accommodant, ſiquidem ejus ſimilitudinem non retinet, cujus exemplum eſt? THEORIANUS. Proferunt illi ſancti viri hoc de nobis ipſis exemplum, ad declarandum iſtud circa Emmanuelem myſterium, ut demonſtrent; unum eſſe Chriſtum, non duos, uti Neſtorius ajebat, ut ſuperius eſt indicatum: licet exemplum ipſum in altero non procedat. GENERALIS. Quantum ergo prodeſſe videtur ad inſtitutum tuum, tantum de hoc exemplo admittis: quantum vero repugnat, rejicis. THEORIANUS. Merito id quidem. Hoc enim ſcriptura ſacra in exemplis facere conſuevit. Nimirum alicubi ſervator noſter ad diſcipulos ſuos inquit: Sequimini me, ac faciam vos piſcatores hominum. Ergo ſi exemplum per omnia ſervabimus, dicendum erit, apoſtolos è vita traxiſſe homines ad mortem. Hoc enim piſcator facit. Trahit piſces ad eorum interitum. Sed abſit, ut ita de rebus Chriſtianis ſentiamus. Rurſus alio loco ſcriptura de Chriſto dicit: Procumbens ſopitus eſt inſtar leonis, & catuli leonini: quis excitabit eum? Itaque niſi pie hujuſmodi accipiamus, & ad ſacræ ſcripturæ ſcopum ea dirigamus, atque interpretando dumtaxat eo referamus quo pertinent: non tantum in abſurditates ſed etiam contumelias infinitas prolabemur. GENERALIS. Sapientiſſime loqueris. Verum uti tu dicis, exemplum hoc hominis eo tantum a ſanctis patribus uſurpatum, ut oſtendatur, quemadmodum ex anima & corpore unus homo conſtet; ita & Chriſtum unum ex divinitate humanitateque conſtare: ſic & ipſe dicere poſſum, eos ad hoc ſumere iſtud hominis exemplum, ut oſtendant, perinde atque anima & corpus unam hominis naturam abſolvant, uti ſanctus Cyrillus loquitur: ita etiam ex divinitate atque humanitate naturam unam eſſe abſolutam, nec in homine mutationem naturarum deinceps compoſitarum comitatam, nec in Chriſto. THEORIANUS. Niſi prohibitum eſſet a ſanctis patribus, nec unam in Chriſto naturum, poſt factam unionem, dicamus: fortaſſis auſus fuiſſet aliquis itidem, ut tu dicis, hoc exemplum interpretari; licet ipſa rerum natura ſic illud accipi non permittat, uti demonſtrabitur. Nunc quum tales ac tot ſancti viri hoc prohibuerint, tamquam ſacrilegum: (Quæ, inquit divus ille Ambroſius, tantum ſacrilegium inferna vomuerunt?) ceu pium recipere, hominis nulla mente præditi fuerit. GENERALIS. Dixiſti ſupra, ne ipſam quidem rerum naturam pati, ut ſic accipiatur. Quidnam igitur eſt impedimento? quove pacto natura rerum in in his adverſatur? THEORIANUS. Natura de univerſalibus & communibus dicitur, non de particularibus & individuis. Homo quiddam eſt univerſale. Nam de Petro, & Paulo, & omnibus ſingillatim hominibus prædicatur. Quapropter & una natura dicitur. Omnes enim homines ex anima ratione prædita & corpore conſtant, hominiſque definitionem recipiunt, nimirum hanc: Animal ratione præditum, mortale. Definitio vero naturam rei ſubjectæ demonſtrat. Quam ob cauſam individua propriam definitionem non habent. Chriſtus autem nec univerſale, nec commune quiddam eſt. Una nimirum eſt hypoſtaſis, una perſona, quaſique individuum. Non enim alii Chriſti ſunt, ex divinitate

A ἄνω κὰν κάτω οἱ ἅγιοι ἐπὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ σωτῆρος παραλαμβάνουσιν, ἐὰν τὴν ὁμοίωσιν οὐ φυλάττει τοῦ, οὗ ἐστι παράδειμα; Ο ΘΕΩΡ. παραφέρουσιν οἱ ἅγιοι τὸ καθ᾽ ἡμᾶς αὐτοῖς παράδειγμα εἰς τὸ κατὰ τὸν Εμμανουὴλ μυστήριον, ὅσον πρὸς τὸ δεῖξαι, ὅτι εἷς χριστὸς, καὶ οὐ δύο, ὡς ὁ Νεστόριος ἔλεγεν, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται. καίπερ ἐν ἑτέρῳ τὸ παράδειγμα οὐ προβαίνει. Ο ΚΑΤΟΛΙΚΟΣ. ὅσον δοκεῖ συμβάλλεσθαι τῷ σκοπῷ σου, ἐκ τοῦ παραδείγματος δέχῃ· ὅσον δὲ ἀντίκειται, ἀποδοκιμάζεις. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. καὶ μάλα εἰκότως. τοῦτο γὰρ ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ ἐπὶ τῶν παραδείγματων ποιεῖν. ἔφη γὰρ που ὁ σωτὴρ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς. δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων. εἰ οὖν διόλου τηρήσομεν τὸ παράδειγμα, εἴπωμεν τοὺς B ἀποστόλους ἀνελκῦσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐκ ζωῆς εἰς θάνατον. τοῦτο γὰρ ποιεῖ ὁ ἁλιεύς. ἕλκει τοὺς ἰχθῦς εἰς ἀπώλειαν αὐτῶν. ἀλλὰ μή γένοιτο οὕτω φρονῆσαι τὰ τῶν Χριστιανῶν. καὶ ἀλλαχοῦ περὶ τοῦ Χριστοῦ φησιν ἡ γραφή· ἀναπεσὼν ἐκοιμήθη ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; εἰ οὖν μὴ πρὸς τὸ εὐσεβὲς τὰ τοιαῦτα ἐκλάβωμεν, καὶ πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς θείας γραφῆς αὐτὰ ἀπευθύνωμεν, καὶ μόνον πρὸς ὅπερ ἐλήφθησαν, ἑρμηνεύσωμεν, οὐ μόνον εἰς ἀτοπίας ἀλλὰ καὶ ὕβρεις ἀπείρους κατολισθήσομεν. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. σαφώτατα λεγεις. ἀλλ᾽ ὥσπερ σὺ λέγεις, ὅτι εἴληπται τοῖς ἁγίοις τὸ τοῦ ἀνθρώπου παράδειγμα πρὸς μόνον τὸ δεῖξαι, ὅτι ὥσπερ ἐκ ψυ- C χῆς καὶ σώματος ἄνθρωπος εἷς, οὕτως ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος εἷς Χριστός. οὕτω δύναμαι κἀγὼ εἰπεῖν, ὅτι εἰς τοῦτο παραλαμβάνουσι τὸ παράδειγμα τοῦ ἀνθρώπου, εἰς τὸ δεῖξαι, ὅτι ὥσπερ ψυχὴ καὶ σῶμα μίαν ἀνθρώπου φύσιν ἀπεθέλεσαν, ὥς φησιν ὁ ἅγιος Κύριλλος, οὕτω καὶ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος μία φύσις ἀπετελέσθη, καὶ οὔτε ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τροπὴ τῶν ἑξῆς συντεθεισῶν φύσεων παρηκολούθησεν, οὔτε ἐν τῷ Χριστῷ Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. εἰ μὴ ἐκεκώλυτο παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, τὸ λέγειν μίαν ἐπὶ τοῦ χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν φύσιν, ἴσως ἂν ἐτόλμησε τις καὶ οὕτως, ὡς σὺ φὴς, ἐκλαβεῖν τὸ παράδειγμα. κὰν ἡ τῶν πραγμάτων φύσις οὕτως αὐτὸ ἐκλαμβάνεσθαι οὐκ ἐᾷ, ὡς δει- D χθήσεται· νυνὶ δὲ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἁγίων, ὡς βλάσφημον, αὐτὸ κωλυσάντων· (ποῖος ᾅδης, φησὶν ὁ θεῖος Αμβρόσιος, τοιαύτην βλασφημίαν ἐξήμεσεν,) ὡς εὐσεβὲς παραδέχεσθαι, ἀνθρώπου νοῦν οὐκ ἔχοντος, οὐδὲ φρένας, ἐστίν. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. εἴπας ἄνω, ὅτι οὔτε ἡ φύσις τῶν πραγμάτων οὕτως ἐᾷ ἐλλαμβάνεσθαι, τί οὖν ἐστι τὸ κωλύον; καὶ πῶς ἡ φύσις τῶν πραγμάτων ἐν τούτοις ἀντίκειται, Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἡ φύσις ἐπὶ τῶν καθόλου καὶ κοινῶν λέγεται, οὐκ ἐπὶ τῶν μερικῶν καὶ ἀτόμων. ὁ οὖν ἄνθρωπος καθόλου ἐστί. κατὰ γὰρ Πέτρου, καὶ Παύλου, καὶ πάντων τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων κατηγορεῖται. διὸ καὶ μία φύσις λέγεται. πάντες γὰρ οἱ ἄνθρωποι ἐκ ψυχῆς λογικῆς εἰσι, καὶ σώματος, E καὶ τὸν ὅρον τοῦ ἀνθρώπου ἐπιδέχονται, ὅς ἐστι, ζῶον λογικὸν, θνητόν. ὁ δὲ ὅρος τὴν φύσιν τοῦ ὑποκειμένου πράγματος δηλοῖ. διὰ τοῦτο τὰ ἄτομα ἴδιον ὅρον οὐκ ἔχουσιν· ὁ δὲ χριστὸς οὐκ ἐστι καθόλου, οὐδὲ κοινόν· μία γὰρ ὑπόστασίς ἐστι,

καὶ ἓν πρόσωπον, καὶ οἴεται ἄτομον. οὐ γάρ εἰσιν ἄλλοι χριστοὶ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, ἵνα κατ᾽ ἐκείνων κατηγορηθῇ. διὸ οὐδὲ μία φύσις δύναται εἶναι. μερικὴν γὰρ φύσιν, καὶ ἄτομον, ἀμήχανον εὑρεῖν· ἀλλὰ πᾶσα φύσις καθόλου ἐστὶ, καὶ κατὰ πλειόνων λέγεται. εὐθὺς γὰρ ἡ θεία φύσις κατηγορεῖται κατὰ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· καὶ ἡ τῶν ἀγγέλων φύσις, κατὰ Μιχαὴλ, καὶ Γαβριὴλ, καὶ τῶν λοιπῶν· καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων, κατὰ Σωκράτους, καὶ Πλάτωνος, καὶ τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων· ὁμοίως καὶ βοῦς, καὶ ἵππος, καὶ τὰ τοιαῦτα, κατὰ πάντων τῶν ὑπ᾽ αὐτὰ ἀτόμων. ἐπεὶ οὖν ἡ φύσις καθόλου ἐστὶν, ὁ δὲ χριστὸς οὐκ ἔστι καθόλου· πρόδηλον, ὅτι μία φύσις κατὰ τῶν εὖ φρονούντων οὐκ ἄν ποτε ῥηθήσεται. ἐπεὶ τοίνυν καὶ παρὰ τῆς φύσεως αὐτοῖς τῶν πραγμάτων, καὶ παρὰ τῶν ἁγίων κεκώλυται, οὐ περιττὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τολμηρὸν ἔμοιγε τέως δοκεῖ, μίαν φύσιν λέγειν ἐπὶ τοῦ χριστοῦ. Ο ΚΑΘΟΛ. κλονεῖ μου τὸν νοῦν ἡ χρῆσις τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, ἡ λέγουσα, μία φύσις τοῦ σαρκωθέντος λόγου. πολλάκις γὰρ κατ᾽ ἐμαυτὸν σκοπῶν, οὐκ ἠδυνήθην νοῆσαι διὰ ποίαν αἰτίαν εἶπε μίαν φύσιν τοῦ σαρκωθέντος λόγου. κλονούμενος οὖν ὁ νοῦς μου, ὡς εἶπον, ἄνω καὶ κάτω ζητῶν ἀνάπαυσιν, ἵν᾽ οὕτως εἴπω, τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, τελευταῖον συγκατατίθεται, λέγων· ὅτι εἰ μὴ ἐβούλετο δηλῶσαι, ὅτι τοῦ λόγου καὶ τῆς σαρκὸς μία φύσις ἐστὶ, μετὰ τὴν ἕνωσιν, οὐκ ἂν τοῦτο εἶπεν. οὐδεὶς γὰρ τῶν αἱρετικῶν εἶπε δύο φύσεις τοῦ λόγου, ἵνα κατὰ τῆς ἐκείνου δόξης ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ εἴποι μίαν φύσιν τοῦ λόγου. Ο ΘΕΩΡΙΑΝ. ἴσως οὐκ ἀνέγνως τὸν κατὰ Ἀρειανῶν τέταρτον λόγον τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου. εἰ γὰρ ἀνέγνως, οὐδένα κλόνον ὁ νοῦς σου ἐκέκτητο. ἔξεστι γὰρ ἐν ἐκείνῳ μαθεῖν, ὅτι ὁ Ἄρειος δύο φύσεις ἔλεγε τοῦ λόγου, μίαν κτιστὴν, καὶ μίαν ἄκτιστον. λέγει γὰρ ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ὁ μέγας οὗτος τῆς οἰκουμένης φωστὴρ, Ἀθανάσιος· ὁ μακάριος Ἀλέξανδρος ἐξέβαλε τῆς ἐκκλησίας τὸν Ἄρειον, βλασφημοῦντα ταῦτα. οὐκ ἀεὶ ὁ Θεὸς πατήρ. οὐκ ἀεὶ ἦν ὁ υἱὸς, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ἐστὶ καὶ αὐτὸς, καὶ κτίσμα, καὶ ἀρχὴν ἔχει τοῦ εἶναι. ὅτε γὰρ ὁ Θεὸς ἠθέλησεν ἡμᾶς δημιουργῆσαι, τότε πεποίηκεν αὐτὸν δι᾽ ἡμᾶς. καὶ ἀφ᾽ οὗ λέγονεν, ὠνόμασεν αὐτὸν λόγον, καὶ σοφίαν, καὶ υἱόν. λόγον μὲν, διὰ τὰ λογικὰ, ἃ ἔκτισε· σοφίαν, δὲ, δι᾽ οὓς ἐσόφισεν· υἱὸν δὲ, δι᾽ οὓς υἱοθέτησε. προσετίθει δὲ, ὅτι ἕτερος ὁ ἐν τῷ πατρὶ φύσει καὶ ἴδιος τῆς οὐσίας αὐτῷ λόγος καὶ σοφία, ἐν ᾧ τοῦτον πεποίηκε, καὶ ὅτι τῇ ἰδίᾳ φύσει τρεπτός ἐστι, καὶ ὅτι κατὰ μετοχὴν καὶ αὐτὸς, ὡς οἱ δίκαιοι, λέγεται Θεός. ἀλλότριος ὢν τῆς φύσεως τοῦ Θεοῦ. καὶ ὥσπερ ἡ κάμπη καὶ ὁ βροῦχος λέγονται δύναμις τοῦ Θεοῦ, οὕτω καὶ αὐτός. καὶ ὅτι ὁ πατὴρ ἀόρατός ἐστι τῷ υἱῷ. ἀρχὴν γὰρ ἔχων ὁ υἱὸς, οὐ δύναται γινώσκειν τελείως τὸν ἄναρχον. καὶ οὐ μόνον οὐκ οἴδαμεν ἀκριβῶς τὴν τοῦ πατρὸς φύσιν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὴν ἑαυτοῦ. ἐλήρει δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου. λέγωμεν δὲ καὶ ἡμεῖς, ἀπὸ διαφόρων ἁγίων ἀναλεξάμενοι, πόθεν ἐκεῖνος τὸ ἑαυτοῦ φλυάρημα ἐβεβαίου. κατασκευάζων γὰρ τοῦτο, τὸ, ὅτι ἕτερός ἐστιν ὁ ἐν τῷ πατρὶ λόγος ἔμφυτος ὢν

A atque humanitate constantes, de iis ut prædicetur. Eapropter una nequit esse natura. Nam particularis & individua natura reperiri nequit: sed omnis natura universalis est, deque pluribus dicitur. Non longe abeamus. Natura divina prædicatur de patre, de filio, & spiritu sancto: itidemque angelorum natura de Michaelo, Gabrielo, & cæteris: hominum denique, de Socrate, Platone, & de reliquis particulatim hominibus. Similiter & bos, & equus aliaque talia, de omnibus sub se individuis. Quoniam ergo natura quiddam est universale, Christus autem quiddam universale non est: manifesto patet, homines recte sentientes B nunquam dicturos unam naturam. Itaque quum & ab ipsa natura rerum, & a sanctis viris interdictum sit: non modo supervacaneum, sed nimis audax quoque mea fuerit opinione, unam in Christo naturam dicere. GENERALIS. Meum vero animum Cyrilli verberat auctoritas, quum ait: Una natura Sermonis incarnati. Nam sæpenumero mecum ipse considerans, perspicere non potui quam ob causam dixerit unam naturam Sermonis incarnati: quapropter agitata mens mea, ceu dixi, sursumque deorsumque pedibus suis, ut ita loquar, requietem quærens; tandem in eam sententiam venit, ut diceret: Nisi voluisset indicare, naturam unam sermonis & carnis esse post unionem; C numquam hoc protulisset. Quippe nullus hæreticorum naturas duas Sermonis dixit, ut adversus illius opinionem divinus hic vir diceret naturam Sermonis unam. THEORIANUS. Fortassis illius magni Athanasii librum adversus Arianos quartum non legisti. Quippe si legisses, nullam mens tua succussionem experiretur. Nam ex eo cognoscere licet, Arium tradidisse duas naturas Sermonis: unam creatam, & alteram increatam. Dicit enim in eo libro magnum illud lumen orbis Athanasius: Beatus ille Alexander Arium expulit ecclesia, proferentem hæc sacrilega: Non semper Deus pater, non semper erat filius. Item, de nihilo D filius est, & creatura est, & existendi principium habet. Nam quum Deus nos creare vellet, tunc eum propter nos fecit: & ex quo factus fuit, adpellavit eum sermonem, & sapientiam, & filium. Sermonem vel rationem, propter creata sermone rationeque prædita, quæ condidit: sapientiam, propter eos, quos erudiit: filium, propter eos, quos adoptavit. Addebat etiam, alium esse in patre a natura, & proprium substantiæ ipsius Sermonem ac sapientiam, in quo illum fecerit: quodque natura sua mutationi sit obnoxius, & per communicationem, ut homines justi, Deus adpelletur; alienus interim a Dei natura. Item ut erucam & bruchum, E sic & ipsum potestatem Dei dici. Patrem quoque filio inaspectabilem esse. Nam filium, qui principium habeat, expertem principii non posse perfecte cognoscere. Nec tantum illum accurate patris naturam non nosse, sed ne suam quidem. Hujusmodi alia quoque nugabatur, & hæc quidem ex illo magno Athanasio. Dicamus & nos, quæ diversis ex patribus excerpsimus, unde suum ille delirium confirmaverit: Probans enim, alium esse insitum patri Sermonem, & ipsius substantiæ proprium, dixisse Christum ad Judæos ajebat: Novi patrem, & Sermonem

ejus

ejus servo: quibus in verbis eum sermonem intelligebat, quem insitum ipse dicebat: ignorans Christum heic sermonem vocare voluntatem patris. Præterea dicebat, patrem ad filium hæc verba protulisse: De utero ante luciferum te genui. Et alibi ad populum, propter Jordanem: Hic est filius meus dilectus. Et in transformatione similiter. Hinc ajebat: Si pater per sermonem ad filium loquebatur, alius scilicet erit sermo, quam filius. Igitur adversus hanc opinionem magnus Athanasius ille dimicans, unam naturam Sermonis incarnatam dicebat, non unam increatam & Dei substantiæ propriam, aliam creatam & ab eadem alienam. Atque hinc beatus ille Cyrillus id verbum mutuatus, unam dixit naturam sermonis incarnatam. Et hoc est, quod ait; uti patres loquuti sunt: patres adpellans, magnum illum Athanasium, & reliquos, qui se impio illi Ario opposuerunt. GENERALIS. Plurimum mihi profuisti, mi frater: ignorabam enim, ex hæreticis aliquem hoc dixisse; nunc mens mea, perceptis magni Athanasii verbis, quietem adepta est. THEORIANUS. Habes, sanctissime domine, testimonia sanctorum hominum plura de eo, quod naturas duas in Christo & credere debeamus, & confiteri; minimeque naturam unam in eo dicere. Quin & caussam audivisti, propter quam patres dixerint unam naturam incarnatam. Itaque nihil posthac negotii nobis de hoc facesses; sed malam in rem eat unius in Christo naturæ confessio. Nam ex ea non exiguum nascitur offendiculum. Nec ignorat magna sanctitas tua, vocem aliquando non malam, quæ male tamen ab aliquibus intelligeretur & exponeretur, rejectione dignam a patribus esse judicatam. Qualis & Christiparæ vox est Deiparæ virgini tributa. Nam & Christiparam dicere poteramus. Christum enim peperit, Deum & hominem; quod ipsum nomen proprie denotat: Sed quod ejus nominis significatum a Nestorio nequiter acciperetur, veluti sacrilegum a sanctis hominibus repudiatum est. Debes ergo, sanctissime domine, illam quoque vocem, judicatam a sanctis sacrilegam, (quæ tantum, ait Ambrosius, sacrilegium inferna vomuerunt?) uti sacrilegam, missam facere: nec judicium tuum illorum judicio firmius ducere, nec pati, tuum uti judicium pluribus occasionem offendiculi præbeat. GENERALIS. Recte dicis. Sed date mihi quartæ synodi de fide definitionem. Quam quum ei obtulissemus, ad quietem nos compositurі discessimus.

Postridie ejus diei, Episcopus Cessuvii Joannes Syrus adpulit; & intellecto Generalem Armeniorum, multoties habito cum Romanis colloquio, verbis eorum adsentiri, jamque per omnia cum eis convenire: (probat enim, ajebant alii, quæ ab ipsis dicuntur, nihil adfirmans extra sacras scripturas a Romanis proferri: sed ex sanctis patribus, quos ipsi quoque veneramur, suam eos doctrinam adserere) ad Generalem adscendit, &: Quid hoc rei est, inquit, domine, quod de tua insigni sanctitate audio? Tune Romanis, errores Nestorii probantibus, adsentiris? GENERALIS. Ego Romanis non adsentior. Immo nec patriarchæ Constantinopolitano, nec ipsi excelsissimo

A καὶ ἴδιος τῆς οὐσίας αὐτοῦ φησὶν. ὅτι ὁ Χριστὸς εἴρηκε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· οἶδα τὸν πατέρα, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ· λόγον ἐκεῖνον νοῶν, ὃν αὐτὸς ἔλεγεν ἔμφυτον. μὴ συνιων; ὅτι λόγον ὁ Χριστὸς ἐνταῦθα τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς προσηγόρευσεν, ἔτι ἔλεγεν, εἰπεῖν τὸν πατέρα πρὸς τὸν υἱόν· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. καὶ ἀλλαχοῦ πρὸς τὸν ἐν Ἰορδάνῃ λαόν, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός. καὶ ἐν τῇ μεταμορφώσει ὁμοίως. εἶτα φησίν. εἰ ὁ πατὴρ διὰ λόγου ἐλάλει πρὸς τὸν υἱὸν, ἕτερος ὁ λόγος ἂν εἴη παρὰ τὸν υἱόν. πρὸς τὴν δόξαν οὖν ταύτην διαμαχόμενος ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ἔλεγε μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην, καὶ οὐχὶ μίαν ἄκτιστον καὶ ἰδίαν τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλην κτιστὴν καὶ ἀλλοτρίαν. ἐκεῖθεν τοιγαροῦν τὴν χρῆσιν B λαβὼν ὁ μακάριος Κύριλλος, εἴρηκε μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην. καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει, Ὡς εἶπον οἱ πατέρες. πατέρας καλῶν τὸν μέγαν Ἀθανάσιον καὶ τοὺς λοιπούς. τοὺς κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς ἀντιπαρατατ τομένους Ἀρείου. Ο ΚΑΘΟΛ. πάνυ με ὠφέλησας, ἀδελφέ. ἠγνόουν γὰρ, ὅτι τὶς τῶν αἱρετικῶν εἶπε τοῦτο. καὶ νῦν ἠρέμησεν ὁ νοῦς μου, τὰ ῥήματα ἀκούσας τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἔχεις, ἁγιώτατε δέσποτα, περὶ τοῦ, ὅτι δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ὀφείλομεν καὶ πιστεύειν καὶ ὁμολογεῖν, μαρτυρίας ἁγίων πολλάς. καὶ περὶ τοῦ, ὅτι μίαν φύσιν οὐ δεῖ λέγειν. ἀλλὰ δὴ καὶ αἰτίαν ἀκήκοας, δι᾽ ἣν μίαν φύσιν εἶπον οἱ πατέρες σεσαρκωμένην. μηκέτι οὖν κόπους ἡμῖν παρέξεις, ἀλλ᾽ C οἰχέσθω ἐς κόρακας τὸ, μίαν φύσιν ὁμολογεῖν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ. σκάνδαλον γὰρ ἐκ τούτου οὐ μικρὸν ἐκφύεται. οὐκ ἀγνοεῖ δὲ ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου, ὅτι ἐνίοτε λέξιν οὐ πάνυ φαύλην, φαύλως δ᾽ ὅμως παρά τινων νοουμένην καὶ ἑρμηνευομένην, ἀποβολῆς ἀξίαν ἔκριναν οἱ θεῖοι πατέρες. οἵα ἐστι καὶ τὸ, χριστοτόκος, ἐπὶ τῆς θεοτόκου λεγόμενον. ἠδυνάμεθα γὰρ καὶ χριστοτόκον τὴν θεοτόκον καλεῖν. Χριστὸν γὰρ ἐγέννησε Θεὸν καὶ ἄνθρωπον. τοῦτο γὰρ δηλοῖ κυρίως τὸ ὄνομα. ἀλλὰ διὰ τὸ κακῶς ἐκλαμβάνεσθαι παρὰ τοῦ Νεστορίου τὸ σημαινόμενον τοῦ ὀνόματος, ὡς βλάσφημον ἀποδεδοκίμασται παρὰ τῶν ἁγίων τὸ ὄνομα. δεῖ οὖν σε, ἁγιώτατε δέ- D σποτα, τὴν παρὰ τῶν ἁγίων βλάσφημον κριθεῖσαν λέξιν (ποῖος ᾅδης τοιαύτην βλασφημίαν ἐξήμεσε; φησὶν ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος) ὡς βλάσφημον ἀποπέμπειν, καὶ μὴ τῆς ἐκείνων κρίσεως βεβαιοτέραν ἡγεῖσθαι τὴν σὴν, καὶ σκανδάλου πρόφασιν πολλοῖς γενέσθαι τὴν κρίσιν σου. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. εὖ λέγεις. ἀλλὰ δότε μοι τὸν περὶ τῆς πίστεως ὅρον τῆς τετάρτης συνόδου. καὶ δόντες ἡμεῖς τὸν ὅρον αὐτῷ, ἀπήλθομεν ἀναπαυσόμενοι.

Τῇ ἐπαύριον κατέλαβεν ὁ ἐπίσκοπος Κεσσουνίου Ἰωάννης ὁ Σύρος. καὶ ἀναμαθὼν, ὅτι ὁ Καθολικὸς τῶν Ἀρμενίων διαλεχθεὶς πολλάκις μετὰ τῶν Ῥωμαίων, πείθεται τοῖς λόγοις αὐτῶν, καὶ ἤδη συνέρχεται εἰς πάντα αὐτοῖς. (ἐπαινεῖ γὰρ τὰ E παρ᾽ ἐκείνων λεγόμενα, λέγων· οὐδὲν ἔξω τῶν θείων γραφῶν ἡμῖν λέγουσιν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ἁγίων, οὓς καὶ ἡμεῖς σεβόμεθα, τὸν οἰκεῖον λόγον κατασκευάζουσιν) ἀνῆλθεν εἰς τὸν Καθολικὸν, καὶ λέγει αὐτῷ τί τοῦτο δέσποτα, ὃ περὶ τῆς μεγάλης ἁγιωσύνης σου ἀκούω; Ῥωμαίοις τὰ τοῦ Νεστορίου φρονοῦσι πείθῃ; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἐγὼ Ῥωμαίοις οὐ πείθομαι, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῷ πα-

τρι-

ANNO CHRISTI 1169.

τριάρχῃ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἢ αὐτῷ τῷ ὑψηλοτάτῳ βασιλεῖ παρὰ πάντας, διὰ τὸ πατριαρχικὸν, ἢ διὰ τὴν βασιλείαν αὐτὴν, εἰ μὴ αὐτὸς ἐγνώκειν τὸ ἀληθές. τὴν ἀλήθειαν δὲ οὐκ ἰσχύω ἀρνήσασθαι, οὐδὲ τοῖς ἁγίοις πατράσι δύναμαι ἀντιφέρεσθαι. Ο ΣΥΡΟΣ. εἶπε πρὸς τὸν Καθολικόν. ἀκήκοα, ὅτι δύο φύσεις καὶ αὐτὸς ὡμολόγησας ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ. οἶδας γὰρ, ὅτι ἐὰν δύο φύσεις ὁμολογήσωμεν, Νεστοριανίσομεν. καὶ ἔσται ἡμῖν ἀντὶ τριάδος τετρὰς ἡ τριὰς, διὰ τὴν προσθήκην τῆς ἑτέρας φύσεως. Ο ΚΑΘΟΛ. χθὲς, καὶ πρὸ ταύτης, καὶ σχεδὸν τὴν ὅλην ἑβδομάδα ταύτην, πλεῖστον κεκοπιάκαμεν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν διαλεγόμενοι. σήμερον δὲ καὶ αὔριον βουλόμεθα σχολάζαι, καὶ ἐν ἀνέσει εἶναι μετὰ γοῦν τὴν τρίτην ἡμέραν, εἰ κελεύεις, ἔσο μεθ' ἡμῶν εἰς τὴν διάλεξιν, καὶ ὃ ἂν ᾖ παριστάμενον σοι, εἰπέ· καὶ ἡμεῖς ἡδέως ἀκουσόμεθα.

Ἑσπέρας δὲ καταλαβούσης, ἦλθεν ὁ διδάσκαλος Βαρτὰν πρὸς τὸν Θεωριανὸν, λάθρα τοῦ Καθολικοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ· ὁ Σύρος ἐπίσκοπος, καὶ ὁ Καθολικὸς ἡμῶν, διελέχθησαν ὅλην τὴν ἡμέραν σήμερον περὶ τῆς μιᾶς φύσεως, καὶ τῶν δύο ὁ δὲ Θεωριανὸς εἶπε πρὸς Βαρτὰν τὸν διδάσκαλον. ἤθελον μαθεῖν, τίνα εἰσὶν, ἃ λέγει ὁ Σύρος εἰς κατασκευὴν τοῦ οἰκείου δόγματος. ὁ δὲ Βαρτὰν εἶπεν. οὐδὲν ἄλλο πρὸς τὸν Καθολικὸν ἄνω καὶ κάτω ἔλεγεν, εἰ μὴ ὅτι ἐὰν εἴπωμεν δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐ μόνον Νεστοριανοὶ ἐσόμεθα, ἀλλὰ καὶ τετράδα ἀντὶ τῆς τριάδος ἐπὶ τῆς θεότητος ὁμολογήσομεν, διὰ τὴν προσθήκην τῆς ἑτέρας φύσεως. εἶπε δὲ πρὸς τὸν Βαρτὰν ὁ Θεωριανὸς, τίσι κατασκευαῖς ἀπεδείκνυε τοῦτο, ὁ δὲ Βαρτὰν εἶπεν· οὔτε ἀπὸ χρήσεων, οὔτε ἀπὸ συλλογισμῶν κατεσκεύαζε τὴν οἰκεῖον λόγον, ἀλλὰ μόνον οὕτω φιλονείκως καὶ ἀπροσέκτως ἐρρήγνυε φωνὰς ἀκλάκτοις, ὥστε δόξαι τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ λέγειν τί. ἠρώτησε δὲ τὸν Βαρτὰν ὁ Θεωριάνος. τί πρὸς ταῦτα εἶπεν ὁ Καθολικός; ὁ δὲ ἔφη, εἶπεν αὐτῷ, τὴν ὅλην ἑβδομάδα ταύτην πλεῖστον κεκοπιάκαμεν διαλεγόμενοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν. καὶ νῦν βουλόμεθά τινας ἡμέρας ἐν ἀνέσει εἶναι. ὅταν δὲ πάλιν ἀρξόμεθα τῆς διαλέξεως, ἔσο μεθ' ἡμῶν, εἰ κελεύεις, καὶ εἰπὲ, ὃ ἂν ᾖ σοι παριστάμενον, καὶ ἡμεῖς ἡδέως ἀκουσόμεθα.

Καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς, μετακληθέντες, ἀνέβημεν εἰς τὸ ὑπερῷον, οὗ καὶ πρώην διελεγόμεθα. εὕρομεν δὲ τὸν Σύρον ἐπίσκοπον ἐν τῷ δεξιῷ μέρει καθήμενον τοῦ Καθολικοῦ, καὶ τοὺς Αρμενίους ἐπισκόπους ἕκαστον ἐν τῷ τόπῳ αὐτοῦ. καθεσθέντων οὖν ἡμῶν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι τοῦ Καθολικοῦ, κατὰ τὸ σύνηθες, εἶτα τῶν ἐπισκόπων καθεσθέντων, (προετίμων γὰρ ἡμᾶς εἰς τὸ κάθισμα) οὐδεὶς οὐδενὶ περὶ οὐδενὸς ἐλάλει μέχρι πολλοῦ, ἀλλὰ κοινὴ ἐγένετο σιωπή. ὡς οὖν ὥρα παρῆλθε πλείστη, εἶπεν ὁ Θεωριανὸς πρὸς τὸν Καθολικόν.

Ηκουσα, ὅτι εἰσί τινες, οἳ λέγουσιν, ὅτι ἐὰν ὁμολογήσωμεν δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐ μόνον ὅτι Νεστοριανίσομεν, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ τριάδος τετράδα κηρύξομεν. καὶ θαυμάζω, πῶς οὐκ ἠδυνήθησαν οἱ ταῦτα λέγοντες συνιδεῖν, ὅτι Νεστόριος οὐ διὰ τὸ λέγειν δύο φύσεις, καθῃρέθη, (τοῦτο γὰρ λαμπρᾷ καὶ διαπρυσίῳ φωνῇ πάν-

A supra omnes imperatori, vel propter dignitatem patriarchicam, vel majeſtatem imperatoriam paruiſſem; niſi veritatem ipſe adgnoviſſem. Eam vero negare nequeo, nec ſanctis patribus adverſari poſſum. Reſpondit Generali SYRUS. Audivi te quoque naturas duas in Chriſto confeſſum eſſe. Noſti vero, Neſtorii nos opinionem ſequi, ſi duas naturas confiteamur: & pro Trinitate quaternionem propter naturæ alterius acceſſionem, habituros. GENERALIS. Heri, ac nudiuſtertius, propeque totam hanc ſeptimanam, plurimum laboravimus, cottidie colloquentes. Hodie vero, & cras, quieſcere volumus, animumque remittere. Poſt B triduum vero, ſi placet, nobiſcum aderis in colloquio; quodque tibi ad animum acciderit, dices, nos quidem id lubenter audiemus.

Ceterum ubi adveſperaſſet, acceſſit ad Theorianum doctor Bartam, neſciente Generali, & ait: Epiſcopus ille Syrus, & noſter Generalis, totam hodie diem inter ſe colloquuti ſunt de una, duabuſque naturis. Tum Theorianus; Vellem, ait ad Bertanem magiſtrum, quænam illa ſint, quæ ille Syrus ad dogmatis ſui probationem dicat, cognoſcere. Bartan vero? Nihil, inquit, ultro citroque noſtrum ad Generalem protulit, niſi hoc: Si duas in Chriſto naturas dixerimus, non Neſtoriani dumtaxat erimus: ſed C & quaternionem loco Trinitatis in divinitate confitebimur, propter naturæ alterius acceſſionem. Tum Bartani Theorianus: Et quibus, ait, probationibus hoc demonſtrabat? Nec auctoritatibus, inquit Bartan, nec ſyllogiſmis orationem ſuam probabat; ſed tantum ita contentioſe ac inconſiderate voces confuſas effundebat, ut ſacerdotibus ſuis aliquid dicere videretur. Theorianus vero Bertanem interrogans: Quid, ait, Generalis ad iſta dixit? Dixit, inquit Bartan, tota iſta ſeptimana plurimum laboratum eſſe, cottidianis colloquutionibus habitis: nunc aliquot diebus labores remittendos. Ubi vero colloquium denuo inchoabimus, D inquit, ipſe nobis adeſto, ſi placet, ac quicquid ad animum tibi acciderit, dicito: nos quidem id libenter audiemus.

Poſt aliquot dies arceſſiti, aſcendimus in cœnaculum, ubi nuper quoque colloquuti eramus. Invenimus autem Syrum illum epiſcopum ad dextrum Generalis latus adſidentem, & Armenios epiſcopos ſedentes ſingulos ſuo loco. Quumque nos ad ſiniſtram Generalis, pro more, conſidere juſſi fuiſſemus, deinde conſediſſent & epiſcopi: (quippe primas in conſeſſu nobis offerebant) multo tempore nihil omnino quiſquam ad alterum ulla de re proferebat, ſed commune ſilentium erat. Igitur ubi jam plurimum E temporis præteriiſſet, his verbis Generalem Theorianus adlocutus eſt.

Audivi quoſdam eſſe, qui dicant, ſi duas in Chriſto naturas confiteamur, non modo nos futuros Neſtorianos: ſed etiam Trinitatis loco quaternionem prædicaturos. Ac miror equidem, quonam pacto, qui hæc dicunt, perſpicere non potuerint, minime Neſtorium propterea depoſitum fuiſſe, quod duas naturas diceret: (hoc enim illuſtri & clara voce divini patres univerſi prædicant.

Cyrillus quidem his verbis, Duas naturas eſſe dicimus: Gregorius vero Theologus, Naturæ duæ, Deus & homo: ceterique omnes, quos antea tibi produxi teſtes) ſed quod diceret naturas duas invicem ſeparatas, divinam ſeorſum, itidemque ſeorſum humanam. Eapropter & duos filios, & duos Chriſtos eſſe, fanaticus ille ſtatuebat: alium filium eſſe delirans, qui ex Deo & patre ſit; alium, qui ex virgine. Quam ob cauſam & ſanctam illam virginem vocare Deiparam nolebat. Quod autem minime Neſtorius unionem confeſſus ſit, ſanctus ille Cyrillus in epiſtola ad Eulogium his ipſis verbis oſtendit: Sic & in cauſa Neſtorii, quamvis duas naturas, diſcrimen carnis & ſermonis indicans, dicat: (alia namque natura ſermonis eſt, alia carnis) unionem tamen nobiſcum non confitetur. Nos enim his unitis, unum Chriſtum, unum filium, unum dominum confitemur. Ad id vero, quod ſubjicitur; Trinitatem fore quaternionem, ſi duas naturas in Chriſto confiteamur: pro nobis ſanctus ille vir Athanaſius ſatisfaciet, cujus in epiſtola ad Epictetum Corinthi epiſcopum hæc ipſa verba ſunt: Inſigni pudore adficientur, qui vel ſola cogitatione putarunt, poſſe pro Trinitate fieri quaternionem, ſi corpus eſſe de Maria dicatur. Si corpus, inquiunt, unius eſſe ſubſtantiæ dicamus cum Sermone, Trinitas manet Trinitas, quod hæc ratio nihil ei peregrinum inferat. Sin humanum dicamus illud ex Maria corpus, neceſſe eſt, aliquid Trinitati accedere; quod corpus illud ſecundum ſubſtantiam ab ea ſit alienum. Hæc quum ita dicunt, non cogitant, quo pacto ſeipſos evertant. Nam ſi maxime corpus ex Maria non eſſe dicant, ſed ejuſdem cum ſermone ſubſtantiæ: nihilominus quod vereri ſe ſimulant, ne ſentire videantur, id ipſum eos juxta ſententiam ſuam dicere conſtabit, nimirum eſſe quaternionem. Quippe ſicuti filius, ſecundum doctrinam patrum, ejuſdem exiſtens cum patre ſubſtantiæ, non ipſe pater eſt, ſed filius cum patre conſubſtantialis dicitur: ita & illud conſubſtantiale Sermoni corpus non erit ipſe Sermo, ſed aliud quiddam cum ſermone. Si aliud quiddam eſt, ſane ſecundum ipſos ſacroſancta Trinitas erit quaternio. Nam vera planeque perfecta, & expers illa diviſionis Trinitas nullam recipit acceſſionem: ſed iſta ab eis excogitata Trinitas. Et quo pacto Chriſtiani erunt, qui alium præter verum Deum excogitant? Rurſus & in altero ſophiſmate ſtoliditatem ipſorum perſpicere licet. Si propterea, quod ſit atque dicatur in ſacris litteris humanum ex Maria corpus Servatoris, pro Trinitate quaternionem dici putant, velut acceſſione facta propter corpus; multum ſane falluntur creatum exæquantes opifici, & exiſtimantes aliquid accedere divinitati poſſe: ignorant denique, non ut aliquid accederet divinitati ſermonem factum eſſe carnem; ſed ut genus humanum redimeret. Quinam igitur opinantur adſumptum a ſermone corpus, & vivificatum, acceſſionem aliquam ad divinitatem ſermoni adferri? nam potius ei quod humanum erat, magna contigit acceſſio de ſermonis cum eo ſocietate ac unione. Quippe de mortali factum eſt immortale, de animali factum eſt ſpirituale, de terra ortum ſupra cœleſtes portas evaſit. Trinitas quidem certe Trinitas eſt, etiamſi ſermo corpus

A τες οἱ θεοφόροι πατέρες κηρύττουσιν. ὁ μὲν ἅγιος Κύριλλος· δυο τὰς φύσεις εἶναι φαμὲν. ὁ δὲ Θεολόγος Γρηγόριος· φύσεις δύο, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. καὶ οἱ λοιποὶ πάντες, οὓς σοι παρήγαγον μάρτυρας ἀνωτέρω) ἀλλὰ διὰ τὸ λέγειν δύο φύσεις ἀλλήλων κεχωρισμένας, ἰδίᾳ καὶ ἀνὰ μέρος τὴν θείαν, καὶ ἰδίᾳ καὶ ἀνὰ μέρος τὴν ἀνθρωπίνην. διο καὶ δύο υἱοὺς, καὶ δύο Χριστοὺς ὁ ἐμβρόντητος ἐγδομάτιζεν. ἄλλον υἱὸν, τὸν ἐκ Θεοῦ καὶ πατρός· καὶ ἄλλον τὸν ἐκ τῆς παρθένου παραληρῶν· διὰ τοῦτο καὶ θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον καλεῖν οὐκ ἠβούλετο. ὅτι δὲ τὴν ἕνωσιν οὐχ ὡμολόγει Νεστόριος, δηλοῖ ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ γράφων ἐπὶ λέξεως οὕτως· οὕτως ἐπὶ Νεστορίου· κἂν λέ-
B γει δύο φύσεις, τὴν διαφορὰν σημαίνων τῆς σαρκος καὶ τοῦ Θεοῦ λόγου· (ἑτέρα γὰρ ἡ τοῦ λόγου φύσις, καὶ ἑτέρα ἡ τῆς σαρκὸς) ἀλλ' οὐκ ἔτι τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ μεθ' ἡμῶν. ἡμεῖς γὰρ ἑνώσαντες ταῦτα, ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν. περὶ δὲ τοῦ λέγειν, ὅτι τετρὰς ἡ τριὰς ἔσται, εἰ δύο φύσεις ὁμολογήσομεν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, ἀρκέσει ἡμῖν εἰς ἀπολογίαν ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς ἐπίκτητον τὸν ἐπίσκοπον Κορίνθου ἐπιστολῇ, τάδε κατὰ ῥῆμα διεξιών. Ερυθριάσοισι δὲ μεγάλως, οἱ κἂν ὅλως ἐνθυμηθέντες δύνασθαι ἀντὶ τριάδος γίνεσθαι τετράδα, εἰ λέγοιτο ἐκ Μαρίας εἶναι τὸ σῶμα. ὁμοούσιον μὲν γὰρ (φησὶν) ἐὰν εἴπωμεν τὸ σῶμα τῷ λόγῳ, μένει ἡ τριὰς, οὐδὲν ξένον εἰς
C αὐτὴν εἰσφερομένου τοῦ λόγου. ἂν δὲ ἀνθρώπινον εἴπωμεν τὸ ἐκ Μαρίας σῶμα ἀνάγκη ξένου ὄντος κατ' οὐσίαν τοῦ σώματος, προσθήκην γίνεσθαι. ταῦτα οὕτω λέγοντες, οὐ νοοῦσιν, ὅπως ἑαυτοῖς περιπίπτοισι. καὶ γὰρ κἂν μὴ ἐκ Μαρίας λέγωσι τὸ σῶμα, ἀλλὰ ὁμοούσιον αὐτῷ τῷ λόγῳ, οὐδὲν ἧττον ὅπερ ὑποκρίνονται, μὴ ἄρα ὥσπερ φρονοῦντες νομισθῶσι, τοῦτο κατὰ τὴν αὐτὸν ἔννοιαν δειχθήσονται, λέγοντες τετράδα. ὥσπερ γὰρ ο υἱὸς κατὰ τοὺς πατέρας ὁμοούσιος ὢν τῷ πατρὶ, οὐκ ἔστιν αὐτὸς ο πατὴρ, ἀλλὰ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα λέγεται ὁμοούσιος. οὕτω τὸ ὁμοούσιον σῶμα τοῦ λόγου οὐκ ἔσται αὐτὸς ὁ λόγος, ἀλλ' ἕτερον πρὸς τὸν λόγον. ἑτέρου δὲ ὄντος, ἔσται κατ' αὐτοὺς ἡ ἁγία τριὰς τετράς. οὐ γαρ ἡ ἀληθινὴ, καὶ ὄντως τελεία, καὶ ἀδιαί-
D ρετος τριὰς δέχεται προσθήκην, ἀλλ' ἡ παρὰ τούτων ἐπινενοημένη. καὶ πῶς ἔτι Χριστιανοὶ, οἱ ἕτερον παρὰ τὸν ὄντα Θεὸν ἐπινοοῦντες; πάλιν γὰρ καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ αὐτὸν σοφίσματι τὴν ἀφροσύνην αὐτὸν ἔξεσι καθορᾶν. Εἰ διὰ τὸ εἶναι καὶ λέγεσθαι ἐν ταῖς γραφαῖς ἐκ Μαρίας ἀνθρώπινον τὸ σῶμα τοῦ σωτῆρος, νομίζουσιν ἀντὶ τριάδος τετράδα λέγεσθαι, ὡς προσθήκης γινομένης διὰ τὸ σῶμα, πολὺ πλανῶνται, τὸ ποίημα ἐξισοῦντες τῷ ποιητῇ, καὶ ὑπονοοῦντες δύνασθαι τὴν θεότητα προσθήκην λαμβάνειν· καὶ ἠγνόησαν, ὅτι οὐ διὰ προσθήκην θεότητος γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, ἀλλ' ἵνα τὸ ἀνθρώπινον γένος λυτρώσηται. πῶς οὖν οἴονται τὸ διὰ τοῦ λόγου λη-
E φθὲν σῶμα καὶ ζωοποιηθὲν, προσθήκην εἰς θεότητα τῷ λόγῳ ποιεῖν; μᾶλλον γὰρ αὐτῷ τῷ ἀνθρωπίνῳ προσθήκη μεγάλη γέγονεν ἐκ τῆς τοῦ λόγου πρὸς αὐτὸ κοινωνίας τε καὶ ἑνώσεως. ἀπὸ γὰρ θνητοῦ γέγονεν ἀθάνατον, καὶ ψυχικὸν ὂν

γε-

γέγονε πνευματικὸν, καὶ ἐκ τῆς γῆς γενόμενον τὰς οὐρανίας ὑπερέβη πύλας. ἡ μέντοι τριὰς καὶ λαβόντος ἐκ Μαρίας σῶμα τοῦ λόγου, τριάς ἐστιν, οὐ δεχομένη προσθήκην, οὐδὲ ἀφαίρεσιν· ἀλλ᾽ ἀεὶ τελεία ἐστὶ, καὶ ἐν τριάδι μία θεότης γινώσκεται· καὶ οὕτως ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἷς Θεὸς κηρύττεται, ὁ τοῦ λόγου πατήρ. ἀκήκοας, πῶς ὁ μακάριος Ἀθανάσιος ζήλου πνέων ἐνθέου καθάπτεται τῶν λεγόντων ὁμοούσιον τῷ λόγῳ τὸ σῶμα; ἐρυθριάσουσι, φησί. καὶ πάλιν. οὐ νοοῦσιν, ὅπως ἑαυτοῖς περιπίπτουσι. καὶ αὖθις· τὴν ἀφροσύνην αὐτῶν ἔξεστι καθορᾶν· καὶ ἀνοήτους καὶ ἄφρονας, αὐτοὺς ἀποκαλεῖ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ ἱερὸς Ἀθανάσιος. ἡμεῖς δὲ ἀπελέγχομεν καὶ ἄλλως, εἰ δοκεῖ, τὴν ἐκείνων ἀσέβειαν. Ὁ ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἐμοὶ τέως δοκεῖ, μὴ δεῖσθαι πλείονος ἐλέγχου εἰς τὸ γνωρισθῆναι τὸ τοιοῦτον ἀλίσθημα. ὁ γὰρ τῷ ἁγίῳ Ἀθανασίῳ πεισθῆναι μὴ βουληθεὶς, εἴγε τέως τῆς τῶν Χριστιανῶν μοίρας τυγχάνει ὢν, τοσαῦτα καταβοήσαντι τῆς ἀνοίας τῶν ὁμοούσιον τῷ λόγῳ τὸ σῶμα φληναφούντων, καὶ τετράδα ἀντὶ τριάδος τὴν θεότητα γίνεσθαι ληρωδούντων, οὐκ οἶδα τίνι τῶν ἐπὶ γῆς νῦν ὄντων ἀνθρώπων πεισθήσεται. πλὴν ἐπεὶ πολλοὶ ἢ οὐδ᾽ ὅλως ἀναγινώσκουσι τὰς θείας γραφὰς, ἢ ἀναγινώσκουσι μὲν, πλὴν ἀλλὰ παρέργως, καὶ οὐκ ἐπιμελῶς· καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἐν βάθει νοῦν αὐτῶν ἀγνοοῦσιν. εἴ σοι δοκεῖ καὶ δύνασαι καὶ ἄλλως τὴν ἐκείνων ἐλέγξαι πλάνην, εὖ ἔσῃ ποιῶν, καὶ φίλον Θεῷ, καὶ ἡμῖν καταθύμιον. Ὁ ΘΕΩΡ. πολλοὶ τοῦ χαιρεκάκου καὶ μισανθρώπου Σατὰν μαθηταὶ γεγόνασιν, ἢ μᾶλλον ὄργανα εἰς ἀπώλειαν πολλῶν, οἷος ἦν ὁ θεήλατος Σέβηρος, ὁ τοῦ θρόνου τῆς Ἀντιοχείας κρατήσας τυραννικῶς, ὃς μὴ φοβηθεὶς τὴν φάσκουσαν ἐντολὴν, ἐπικατάρατος ὁ πλανῶν τυφλὸν ἐν ὁδῷ, πλείστους τῆς εὐθείας ἀποπλανήσας ὁδοῦ, εἰς βάραθρον ἀπωλείας ἐλεεινῶς κατεκρήμνισε, τοὔμπαλιν ὀφείλων ποιεῖν, ἐκ τῆς πλάνης ἐπιστρέφειν πρὸς τὴν ἀλήθειαν. τοῦτο γὰρ ἀπῄτει καὶ ἡ προεδρία αὐτοῦ. ὁ δὲ ἐκ τῆς ἀκοῆς αὐτοῦ, πολλῷ δὲ πλέον ἐκ τῆς καρδίας τὰ ἐντάλματα τοῦ Θεοῦ ἀπωσάμενος τὰ οὑτωσίπως διακελευόμενα· πορεύεσθε διὰ τῶν πυλῶν μου, καὶ ὁδοποιήσατε τῷ λαῷ, καὶ τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ διαρρίψατε. λίθους, οὐ πρὸς οἰκοδομὴν τοῦ ζῶντος ναοῦ, πρὸς πτῶσιν δὲ μᾶλλον, καὶ πρόσκομμα πολλῶν, ἐμβαλεῖν ἐν τῇ ὁδῷ τῆς ζωῆς ἀφρόνως ἐσπούδακε, καὶ διὰ λόγου καὶ διὰ γραφῶν μίαν φύσιν τοῦ Ἐμμανουὴλ ἐδογμάτισε· δεδοικὼς, μὴ τετρὰς ἀντὶ τριάδος γένηται ἡ τριάς οὐκ ἐννοῶν, ὡς ἔοικεν, ὁ ἄθλιος, ὅτι τὸ τριὰς πρόσρημα οὐκ ἔστι τῆς φύσεως σημαντικὸν, ἀλλὰ τοῦ ποσοῦ τῶν ὑποστάσεων. πῶς οὖν ἐκεῖνος συνῆγε τετράδα, ἡμῶν μὴ ὁμολογούντων ὑπόστασιν ἀνειληφέναι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, ἀλλ᾽ ἐν ἑαυτῷ ὑποστῆσαι τὸ ἡμέτερον; καὶ μίαν ὑπόστασιν, καὶ ἕνα υἱὸν δογματιζόντων τὸν Ἐμμανουήλ; εἰ μὲν οὖν ὁ καινὸς θεόλογος τρεῖς φύσεις ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος ὁμολογεῖ, εἶτα τὴν πρὸς ἡμῶν ὁμολογουμένην ἀνθρωπίνην φύσιν ἐν τῷ Ἐμμανουὴλ ταῖς αὐτοῦ προσθεὶς τριτταῖς φύσεσι, συμπεραίνει ἀντὶ τριάδος τετράδα γίνεσθαι, ἄριστα τοῦτο ποιεῖ. εὐτέχνως γὰρ, καὶ ἐπιστημόνως ἀποσχοινίζει ἑαυτὸν τοῦ μόνου Θεοῦ, καὶ εἰς πολυθείαν ἐξοστρακίζεται. εἰ δὲ μίαν θεότητος φύσιν ὁμολογεῖ καὶ

ex Maria sumserit, nullam nec accessionem admittens, nec diminutionem: sed perfecta semper est, & una in Trinitate divinitas adgnoscitur. Atque hoc modo Deus unus in ecclesia prædicatur, pater ille Sermonis. Audis quo pacto beatus Athanasius, divinum quemdam zelum spirans, eos tangat, qui corpus ejusdem esse substantiæ cum sermone dicunt. Pudore adficientur, ait: item. Non cogitant quo pacto seipsos evertant. Et rursus, Stoliditatem ipsorum perspicere licet. Insipientes & stultos vocat. Et hæc quidem Athanasius. Nos autem alio quoque modo, si placet, impietatem eorum redarguemus. GENERALIS. Mihi sane videtur, ad ejusmodi erroris adgnitionem, non esse opus ampliori refutatione. Nam qui adsentiri sancto viro Athanasio non vult, modo Christianus est, tantopere occlamanti eorum vesaniæ, qui corpus ejusdem esse cum Sermone substantiæ nugantur, & quaternionem in divinitate loco Trinitatis, fieri somniant: cuinam mortalium, nunc in terris existenti, sit adsensurus, equidem non video. Quia tamen complures, aut omnino litteras sacras non legunt, aut legunt illi quidem, sed aliud quasi agentes, non studiose; qua de causa mentem earum intimam ignorant: recte feceris, & acceptum Deo, nobisque gratum præstiteris, si errorem eorum confutaveris; modo id tibi placeat, & alia facere via possis. THEORIANUS. Multi, Satanæ, qui malis oblectatur, & genus humanum odit, extitere discipuli, vel instrumenta potius, ad multorum perniciem. Qualis erat abominabilis ille Severus, qui Antiochiæ thronum per tyrannidem obtinuit. Is minime præceptum illud reveritus, quo dicitur; Exsecrabilis, qui in itinere cæco causam erroris præbet: plurimos in errorem a recta devocatos via, in perniciei barathrum miserabiliter præcipitavit: quum facere diversum deberet, nimirum ab errore ad veritatem divertere. Quod quidem & præsulatus ipsius ab eo requirebat. Verum & auribus, & multo magis a corde rejectis Dei mandatis, quæ ita præcipiunt. Per portas meas ingredimini, & iter populo sternite, deque via lapides amovete: id operam dedit, ut non ad structuram illius vivi templi, sed potius ad ruinam & offensionem plurium, lapides in via vitæ per infamiam spargeret, adeoque verbis & scriptis naturam Emmanuelis unam tradidit; veritus, ne Trinitatis loco quaternio fieret; haud cogitans miser, uti quidem videtur, nomen Trinitatis non habere significationem naturæ, sed numeri personarum vel hypostasium. Quo igitur modo collegit ille quaternionem, quum nos minime confiteamur Dei sermonem adsumsisse hypostasin, sed nostrum illud in seipso constituisse? adeoque statuamus, Emmanuelem esse unam hypostasin, & unum filium? Quod si novus ac vanus ille Theologus tres naturas in sancta Trinitate confitetur, deinde natura Emmanuelis humana, quam nos confitemur, ad suas illas tres naras adjuncta, pro Trinitate quaternionem fieri concludit: optime id quidem facit. Quippe seipsum artificiose periteque separat ab uno solo Deo, & ad opinionem de pluribus diis deflectit. Sin unam divinitatis naturam & ipse confitetur, duasque naturas in

ANNO CHRISTI 1169.

in Chriſto: undenam ei naturarum quaternio proficiſcatur, ſcire nequeo. Nec item fieri poteſt, ut Trinitate quaternionem hypoſtaſium, abſque alterius hypoſtaſis acceſſione cogitemus.

His dictis, oculos Generalis in Syrum illum epiſcopum conjecit. Quumque videret eum vultu in terram defixo, nequaquam ſuſpicere: converſus ad Theorianum, innuebat ei, Syrum uti adipiſceret. At is Syrum intuitus, ſubriſit; & ad Generalem ait: Eſt, Domine, quod inſignem ſanctitatem tuam interrogem; teque obſecro, ne tibi grave ſit, ejus indicare ſolutionem. GENERALIS. Si Deus intellectum ejus mihi dederit, non gravabor illam tibi exponere. THEORIANUS. Sint hic, velut in hypotheſi, tria igne potiora, quæ tamen unius naturæ ſint, auri ſcilicet. Si horum unum in ignem conjecero, plane ignitum illud duarum naturarum erit; ignis inquam, & auri. Deinde hoc unito reliquis duobus necdum ignitis, interrogo, quot nam ſint hæc ignita? triane, ceu prius? an propter ignis naturam facta ſunt quatuor? GENERALIS. Hujus interrogationis ſolutionem exponat Joannes religioſiſſimus Epiſcopus Ceſiunii. THEORIANUS. Quid vero ſanctitatis tuæ prudentia dicit? ignis ne natura numerum ſive quantitatem trium illorum auxit, an non? GENERALIS. Mihi quidem non auxiſſe videtur. THEORIANUS. Atqui prius hæc tria unius erant naturæ; nunc in uno duæ naturæ conſpiciuntur. GENERALIS. Hoc quoque in confeſſo eſt. THEORIANUS. Non igitur eſt neceſſe, Trinitatem illorum ignis vi potiorum, fieri quaternionem, propter alteram illam naturam, videlicet ignis. GENERALIS. Non eſt neceſſe. THEORIANUS. Ineptiunt ergo, qui dicunt, neceſſario nobis quaternionem pro Trinitate confitendam, ſi naturas duas in Chriſto demus.

His dictis, ſurgens ille Syrus Epiſcopus, nullo verbo prolato, cœnaculo cum ſacerdotibus ſuis egreſſus eſt. Interrogatus autem a ſacerdotibus ſuis, cur nihil cum philoſopho loquutus eſſet: non ſibi licere dixit, in aliena ſynodo de hujuſmodi rebus loqui.

αὐτὸς, δύο δὲ φύσεις ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐκ οἶδα, πόθεν αὐτῷ ἡ τετρὰς τῶν φύσεων ἐπεισέρχεται ὑποστάσεων, τὴν τριάδα νοεῖν, ἀμήχανον.

Τούτων οὕτω ῥηθέντων, ὁ Καθολικὸς τῷ Σύρῳ ἐπισκόπῳ ἐνητένισεν. ὡς οὖν ἑώρα τοῦτον εἰς γῆν ἔχοντα τὸ ὄμμα καὶ μηδαμῶς ἀνανεύοντα, στραφεὶς πρὸς τὸν Θεωριανὸν, ἐνένευεν αὐτῷ βλέψαι πρὸς τὸν Σύρον. ὁ δὲ βλέψας, ὑπεμειδίασε· καὶ φησὶ πρὸς τὸν Καθολικόν. δέσποτα, ἐρώτημα ἔχω πρὸς τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου, δὲ παρακαλῶ, μὴ κατοκνήσεις εἰπεῖν μοι τὴν τούτου λύσιν. Ο ΚΑΘ. ἐὰν ὁ Θεὸς δώσει μοι τὴν τούτου γνῶσιν, οὐ κατοκνήσω ταύτην εἰπεῖν σοι. Ο ΘΕΩΡ. ἔστωσαν ὡς ἐν ὑποθέσει ἐνταῦθ ὑπέρπυρα τρία, μιᾶς ὄντα φύσεως, χρυσοῦ δηλονότι. ἐὰν οὖν τούτων ἓν πυρακτήσω, ἔσται πάντως τὸ πεπυρακτωμένον δύο φύσεων, λέγω δὴ πυρὸς καὶ χρυσοῦ. εἶτα ἑνώσας τοῦτο τοῖς λοιποῖς δυσὶ τοῖς μὴ πεπυρακτωμένοις, ἐρωτῶ πόσα νῦν εἰσι ταῦτα τὰ ὑπέρπυρα; τρία, ὡς πρώην; ἢ διὰ τὴν φύσιν τοῦ πυρὸς ἐγένοντο τέσσαρα; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. τούτου τοῦ ἐρωτήματος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Κεσσουνίου Ἰωάννης εἴπῃ τὴν λύσιν. Ο ΘΕΩΡ. ἡ σύνεσις δὲ τῆς ἁγιωσύνης σοῦ τί λέγει; ἡ φύσις τοῦ πυρὸς ηὔξησε τὸν ἀριθμὸν ἤτοι τὸ ποσὸν τῶν τριῶν, ἢ οὔ; Ο ΚΑΘΟΛ. ἔμοιγε τέως δοκεῖ, ὅτι οὐκ ηὔξησεν. Ο ΘΕΩΡ. καὶ μὴν πρώην μιᾶς ἦσαν φύσεως τὰ τρία, νυνὶ δὲ ἐν τῷ ἑνὶ δύο καθορῶνται φύσεις. Ο ΚΑΘΟΛ. ὡμολόγηται καὶ τοῦτο. Ο ΘΕΩΡ. οὐκ ἀνάγκη λοιπὸν τὴν τριάδα τῶν ὑπερπύρων τετράδα γίνεσθαι διὰ τὴν ἑτέραν φύσιν, ἤτοι τοῦ πυρός; Ο ΚΑΘ. οὐκ ἀνάγκη. Ο ΘΕΩΡ. περιττολογοῦσιν ἄρα οἱ λέγοντες, ἀνάγκη τετράδα ἀντὶ τριάδος ὁμολογεῖν, εἰ δύο φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ δώσομεν.

Τούτων οὕτω ῥηθέντων, ὁ Σύρος ἐπίσκοπος ἀναστὰς ἐξῆλθε τοῦ ἀνωγαίου, μετὰ τῶν ἱερέων αὐτοῦ, μηδὲν ἐπειπών. ἐρωτηθεὶς δὲ παρὰ τῶν αὐτοῦ ἱερέων, διὰ τί οὐκ ἐλάλησάς τι πρὸς τὸν Φιλόσοφον; εἶπεν, ὅτι οὐκ ἔξεστί μοι ἐν ἀλλοτρίᾳ συνόδῳ περὶ τῶν τοιούτων λαλεῖν.

* * * * * *

*** *** ***

Deeſt fol. unum.

humanitate non erat. Nam divinitate nuſquam abeſt. Ergo quatenus homo, non quatenus Deus, ingredi voluit: adeoque voluntate præditus erat, etiam quatenus erat homo. Item alibi. Volo, inquit, ut ubi ſum ego, & ipſi ſint. Si quatenus Chriſtus eſt Deus, ſupra illud, Ubi, eſt; (quatenus enim Deus eſt, in loco non eſt) fieri vero nequit, ut natura creata ſupra idem illud, Ubi, ſit: ſane, quatenus homo eſt, vult ut ubi ſit, ibidem & ipſi ſint. Adeoque voluntate præditus erat, etiam quatenus erat homo. Rurſus alibi. Quum veniſſet ad locum, ſitire ſe dixit; & obtulerunt ei vinum felle miſtum, quo guſtato, non voluit bibere. Secundum quam partem ipſius dixeris eum ſitiiſſe? ſi ſecundum divinitatem, adfectibus erit obnoxia divinitas ejus quæ natura ſua potum adpetiverit: ſin quo ad humanitatem, ſane quatenus ſitiit, eatenus & quod naturæ non conveniebat, bibere

οὐκ ἦν δὲ ἀνθρωπότητι. θεότητι γὰρ οὐδενὸς ἄπεστιν. ἄρα οὖν καθὸ ἄνθρωπος, καὶ οὐ καθὸ Θεὸς, ἠθέλησεν εἰσελθεῖν. καὶ θελητικὸς ἦν καὶ καθὸ ἄνθρωπος. καὶ ἑτέρωθ. θέλω ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ αὐτοὶ ὦσιν. εἰ καθὸ θεὸς ὁ Χριστὸς, ὑπὲρ τὸ ποῦ ἐστιν. (οὐ γὰρ ἐν τόπῳ, καθὸ θεὸς,) ὑπὲρ δὲ τὸ πᾶν ἀδύνατον τὴν κτιστὴν ὑπάρχειν φύσιν. ἄρα καθὸ ἄνθρωπος θέλει, ἵνα ὅπου ἐστὶ, καὶ αὐτοὶ ὦσι. καὶ θελητικὸς ἦν αὐτὸς καὶ καθὸ ἄνθρωπος. καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν. ἐλθὼν εἰς τὸν τόπον εἶπε, διψῶ. καὶ ἔδωκαν αὐτῷ οἶνον μετὰ χολῆς μεμιγμένον· καὶ γευσάμενος, οὐκ ἤθελε πιεῖν. κατὰ ποῖον αὐτοῦ μέρος εἴπῃς αὐτὸν διψῆσαι; εἰ μὲν κατὰ τὴν θεότητα, ἐμπαθὴς ἔσται ἡ θεότης αὐτοῦ, πόσεως κατὰ φύσιν ἐφιεμένη. εἰ δὲ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἄρα καθὸ

δι-

ἐδίψησε, κατ᾽ ἐκεῖνο, καὶ τὸ ἀκατάλληλον τῇ φύσει, οὐκ ἤθελε πιεῖ. καὶ θελητικὸς ὢν ὁ αὐτὸς καὶ καθὸ ἄνθρωπος. καὶ ἀλλαχοῦ φησί. καὶ περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι. εἰ τῆς σαρκὸς φύσει ὁ περίπατος, ἀλλ᾽ οὐ τῆς καθ᾽ ὑπόστασιν ἡνωμένης αὐτῇ θεότητος, ἄρα καθὸ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ περιπαττῶν, οὐκ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, καὶ θελητικὸς ὢν ὁ αὐτὸς καὶ καθὸ ἄνθρωπος. καὶ ἑτέρωθι. κἀκεῖθεν ἐξελθόντες, παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας, καὶ οὐκ ἤθελεν ἵνα τὶς γνῷ. καὶ πάλιν ἑτέρωθι. κἀκεῖθεν ἀναστὰς ἀπῆλθεν εἰς τὰ ὅρια Τύρου καὶ Σιδῶνος. καὶ εισελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν, οὐδένα ἤθελε γνῶναι, καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν. εἰ καθὸ θεὸς ὁ Χριστὸς, δύναμις ὢν αὐθυπόστατος, καθὸ δὲ ἄνθρωπος, ἀσθένεια. (εἰ γὰρ ἐσταυρώθη, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ἐξ ἀσθενείας. ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως θεοῦ) ἄρα καθὸ ἄνθρωπος, καὶ οὐ καθὸ θεὸς, εἰσελθὼν εἰς οἰκίαν οὐκ ἤθελεν ἵνα τὶς γνῷ, καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν. καὶ θελητικὸς ὢν ὁ αὐτὸς καὶ καθὸ ἄνθρωπος. καὶ ἀλλαχοῦ φησί. καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· ποῦ θέλεις ἀπελθόντες ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; εἰ ἡ βρῶσις τοῦ πάσχα τῆς ὑπὸ νόμον ἐστί. γέγονε δὲ ὁ κύριος καθὸ ἄνθρωπος, ἀλλ᾽ οὐ καθὸ θεὸς, ὑπὸ νόμον. ἄρα καθὸ ἄνθρωπος, ἤθελε φαγεῖν τὸ πάσχα. καὶ θελητικὸς ἦν ὁ αὐτὸς καὶ καθὸ ἄνθρωπος· καὶ μυρία ἄλλα ἐν τοῖς ἱεροῖς λογίοις εὑρήσεις δεικνύοντα τὸν Ἐμμανουὴλ θελητικὸν καὶ καθὸ ἄνθρωπος. Ο ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ. πῶς ὀφείλομεν λέγειν τὰς θελήσεις; φυσικὰς, ἢ ὑποστατικάς; Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. φυσικάς. εἰ γὰρ ὑποστατικὰς εἴπωμεν τὰς θελήσεις, δώσομεν ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος τρεῖς θελήσεις, διότι τρεῖς ὑποστάσεις εἰσίν. ὥσπερ οὖν μία θέλησις ἐστὶ τῆς ἁγίας τριάδος, διότι μία φύσις· οὕτω δύο θελήσεις ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, διότι δύο φύσεις εἰσὶν, ὡς δεδήλωται. Ο ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ. σφόδρα με ὠφέλησας ἐκ τοῦ παραδείγματος τῆς ἁγίας τριάδος· καὶ πέπεισμαι, ὅτι φυσικὸν ὀφείλομεν λέγειν τὸ θέλημα. οὐχ ὑποστατικόν. ἐπεὶ οὖν δύο φύσεις δίδομεν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, ἐξ ἀνάγκης καὶ δύο θελήματα συνομολογήσομεν, θεῖόν τε καὶ ἀνθρώπινον. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἀνθρώπινον δεῖ θέλημα νοεῖν, οὐ τὸ γνωμικὸν, ἢ προαιρετικὸν, ἀλλὰ τὸ φυσικὸν μόνον. Ο ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ. καὶ τί ἐστι φυσικὸν θέλημα, καὶ τί προαιρετικόν; Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. φυσικὸν θέλημά ἐστι δύναμις τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος ὀρεκτικὴ, καὶ τῶν οὐσιωδῶς τῇ φύσει προσόντων συνεκτικὴ πάντων ἰδιωμάτων, καθ᾽ ἣν ἀεὶ τῷ φύσει θελητικῷ τὸ πεφυκέναι θέλειν ἐμπέφυκεν. οὐ ταὐτὸν δὲ τὸ πεφυκέναι θέλειν, καὶ θέλειν, ἐστὶν, ὡς οὐδὲ τὸ πεφυκέναι λαλεῖν. καὶ λαλεῖν πέφυκε μὲν γὰρ τὸ λαλητικὸν λαλεῖν. λαλεῖ δὲ οὐκ ἀεί. ἐπειδὴ τὸ μὲν οὐσίας ἐστὶ, τῷ λόγῳ τῆς φύσεως συνεχόμενον. τὸ δὲ βουλῆς, τοῦ λαλοῦντος γνωμητυπούμενον, ὥστε φύσεως μὲν τὸ ἀεὶ πεφυκέναι λαλεῖν, ὑποστάσεως δὲ τὸ πῶς λαλεῖν. ὥσπερ καὶ τὸ πεφυκέναι θέλειν, καὶ πῶς θέλειν. γνώμην δὲ καὶ προαίρεσιν, ἐπὶ τοῦ κυρίου λέγειν ἀδύνατον,

noluit: eratque voluntate præditus idem, etiam quatenus erat homo, & alibi dicitur: Circumibat in Galilæa Jesus. Non enim Judæam obire volebat, quod eum Judæi ad necem quærerent. Si circumitio carnis naturæ competit, non ei junctæ in eadem hypostasi divinitatis: nimirum quatenus erat homo idem in Galilæa circumambulans, Judæam obire non voluit. Et, idem voluntate præditus erat, etiam quatenus erat homo. Et alibi. Inde egressi Galilæam pertransibant, nec id quemquam scire volebat. Item alio loco: Inde movens abiit ad Tyri Sidonisque fines, & domum ingressus, neminem id scire volebat; neque tamen latere poterat. Si Christus, quatenus erat Deus, potentia per se subsistens erat; & infirmitas, quatenus homo: (licet crucifixus est, inquit Apostolus, ex infirmitate: vivit tamen potestate divina) ergo quatenus homo, non quatenus Deus erat, domum ingressus, neminem id scire volebat; neque tamen latere poterat: adeoque voluntate præditus erat idem, etiam quatenus erat homo. Alibi quoque dicitur: Et accessere discipuli, dicentes; Quo nos abire vis, & pascha manducandum parare? Si manducatio paschatis ad subjectos legi pertinet, Dominus autem quatenus homo, non quatenus Deus erat, legi subjectus fuit: ergo quatenus erat homo, pascha manducare voluit, & erat idem voluntate præditus, etiam quatenus erat homo. Reperies & alia sacris in oraculis infinita, quæ Emmanuelem voluntate præditum fuisse demonstrant, etiam quatenus erat homo. DOCTOR. Quinam voluntates adpellare debemus? naturales, an hypostaticas? THEORIANUS. Naturales. Quippe si voluntates hypostaticas dicimus, tres in sacra sancta Trinitate voluntates concedemus, quoniam tres sunt hypostases. Igitur ut una voluntas est in sacra sancta Trinitate, quoniam una natura: sic duæ voluntates in Christo sunt, quoniam duæ naturæ, sicut est indicatum. DOCTOR. Valde me juvisti per exemplum illud sacræ sanctæ Trinitatis: estque mihi persuasum, debere nos voluntatem naturalem dicere, non hypostaticam. Itaque quum duas in Christo naturas concedamus, necessario duas quoque voluntates confitebimur, divinam & humanam. THEORIANUS. Humana voluntas intelligenda est, non arbitraria, vel eligens; sed tantum naturalis. DOCTOR. Et quid est naturalis voluntas? quid eligens? THEORIANUS. Voluntas naturalis est vis & facultas id adpetens, quod secundum naturam est omniumque proprietatum, quæ naturæ substantialiter adsunt, conservatrix: secundum quam semper ei, quod a natura voluntate præditum est, hoc ipsum inest, ut ad volendum sit comparatum. Non idem est autem, comparatum esse ad volendum, & velle: sicuti nec comparatum esse ad loquendum, & loqui. Nam quidquid præditum est vi loquendi, comparatum quidem est ad loquendum; sed non semper loquitur: quoniam id quidem est substantiæ, rationeque naturæ continetur: hoc vero consilii est, & loquentis arbitrio formatur: quo fit, ut naturæ quidem sit, semper comparatum esse ad loquendum: hypostasis autem, quodammodo loqui: sicut ad volendum esse comparatum, & quodammodo velle. Arbitrium vero, & electio, siquidem proprie loqui volumus, in Dominum non cadunt. Nam arbi-

bitrium poſt habitam de ignota te quæſtionem, & deliberationem ſive conſilium & judicium, adfectio quædam eſt ad id, quo de judicium factum eſt: poſt quam electio ſequitur, alterum præ altero deligens. Dominus autem, qui nudus homo non eſt, ſed etiam Deus, & qui novit omnia, nec conſiderationis ullius eget, nec inquiſitionis, nec conſilii, nec judicii: & tum conjunctionem cum bono naturaliter habet, tum averſionem a malo. Quapropter arbitrariam aut eligentem voluntatem domino non tribuimus, ſed naturalem. Tum religioſiſſimus Epiſcopus ISAACUS dixit: Sufficiunt hæc de duabus voluntatibus Emmanuelis, iis quidem qui non contentioſe, quæ dicta ſunt, audiunt. Nunc, ſi placet, etiam de geminis actionibus dicito. THEORIANUS. Ad demonſtrandum actiones Chriſti duplices, apud vos oratione prolixa non opus eſſe arbitror, qui ſacris litteris eſtis innutriti. Nam expuere, lutumque de ſputo conficere, cæcique pupulas inungere, hominis omnino actio eſt. Quippe divinitatem exſpuere non dicemus, ſi non inſani ſimus. At lutum illud in oculum & lucem convertere, id vero divinitati omnino adtribuemus. Ejuſmodi quis infinita reperiet, ſi oracula divina diligenter inſpexerit. Erit autem res tota perſpicua de gladii quoque candentis exemplo. Nam is pariter & ſecat, & urit: eſtque dubio procul uſtio quidem non ferri, ſed ignis: ſectio vero, non ignis, ſed ferri. Effecta denique diverſarum naturarum ſunt, tam ſectio quam aduſtio. Verum propter unionem, non ignis tantum eſſe dicimus hanc uſtionem, ſed etiam ferri. Sic enim loqui ſolemus, Hoc ferrum urit. Sic quoque rem conſiderabimus. Animæ eſt, corpus ſuum animare ac vivificare. Quod quidem ex amborum diremptu patet. Nam anima tempore mortis a corpore ſuo dirempta, corpus mortuum manet. Quum ergo divinitas ejus numquam nec a corpore nec ab anima dirempta fuerit: quo pacto vim iſtam animæ, vivificantem ſcilicet, non habuit ejus divinitas? nimirum a corpore indirempta, eique copulata hypoſtatice, mortuum manere corpus haud ſinebat. Quippe dum ineſt anima corpori, numquam illud mortuum eſt. Nam quum anima ſit ſpiritus vitalis, corpus ipſum vivificat, ſicut etiam alicubi ſapiens ille Salomo, de impiis quibuſdam & de aſtrorum cultoribus loquens, dixit: Luto vilior eſt vita ipſorum, quoniam ignorarunt eum, qui finxit eos, & efficacem animam inſpiravit eis, ac ſpiritum vitalem eis adflavit. GENERALIS. Quicumque conſcientiam ſuam pedibus proculcat, præſertim in doctrina fidei: non dignus eſt adpellari Chriſtianus. Ego vero Deum teſtem adpellans fateor, me & ejuſdem vobiſcum fuiſſe fidei, & eſſe; ex quo libros ſacros inſpexi: cujus ſcilicet es ipſe fidei, & in medium abs te producti divi patres. THEORIANUS. Si ſic credebas, & nunc credis; quare ſcribebas in epiſtola tua: Dicimus unam in Chriſto naturam? GENERALIS. Equidem reſpiciens ad illud exemplum ab homine ſumptum, quo ſancti patres uſi ſunt; homine, inquam, ex anima corporeque compoſito, quique poſt unionem eſſe natura dicitur una, & naturas, ex qui-

εἴπερ κυριολεκτεῖν βουλόμεθα. ἡ γνώμη γὰρ μετὰ τὴν περὶ τοῦ ἀγνοουμένου ζήτησιν, καὶ βούλευσιν ἤτοι βουλὴν, καὶ κρίσιν, πρὸς τὸ κριθέν ἐστι διάθεσις, μεθ᾽ ἣν ἡ προαίρεσις ἐκλεγομένη καὶ αἱρουμένη πρὸ τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον. ὁ δὲ κύριος οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ὢν, ἀλλὰ καὶ Θεὸς, καὶ πάντα εἰδὼς, ἀνενδεὴς σκέψεως, καὶ ζητήσεως, καὶ βουλῆς ὑπάρχει, καὶ κρίσεως· καὶ φυσικῶς τήν τε πρὸς τὸ καλὸν ἔχη οἰκείωσιν, τήν τε πρὸς τὸ κακὸν ἀλλοτρίωσιν. διὰ τοῦτο γνωμικὸν ἢ προαιρετικὸν θέλημα ἐπὶ τοῦ κυρίου οὐ λέγομεν, ἀλλὰ φυσικόν. Ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος ΙΣΑΑΚ εἶπεν. ἀρκεῖ τοῖς μὴ φιλονείκως ἀκούουσι τῶν ῥηθέντων περὶ τῶν δύο θελημάτων τοῦ Ἐμμανουήλ. εἰπὲ ἡμῖν, εἰ κελεύεις, καὶ περὶ τῶν δύο ἐνεργειῶν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. περὶ τῶν δύο ἐνεργειῶν τοῦ Χριστοῦ οὐκ οἶμαι ὑμᾶς δεῖσθαι λόγων πολλῶν εἰς ἀπόδειξιν, τοὺς ταῖς θείαις ἐντεθραμμένους γραφαῖς. τὸ γὰρ πτῦσαι, καὶ πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος ποιῆσαι, καὶ χρίσαι τὰς κόρας τοῦ τυφλοῦ, ἀνθρωπίνη πάντως ἐστὶν ἐνέργεια. πτύειν γὰρ οὐκ ἂν εἴποιμεν τὴν θεότητα, εἴπερ οὐ μαινοίμεθα. τὸ δὲ τὸν πηλὸν εἰς ὄμμα καὶ φῶς μετασκευάσασθαι, πάντως τῇ θεότητι δώσομεν. καὶ μυρία ἄντις εὕροι τοιαῦτα, τοῖς θείοις ἐπιμελῶς ἐγκύψας λογίοις. ἔσται δὲ σαφὲς τοῦτο καὶ διὰ παραδείγματος τῆς πεπυρακτωμένης μαχαίρας. τέμνει γὰρ αὕτη ἐν ταυτῷ, καὶ καίει. καὶ ἔστιν ἡ μὲν καῦσις προδήλως οὐ τοῦ σιδήρου, ἀλλὰ τοῦ πυρός. ἡ δὲ τομὴ οὐ τοῦ πυρὸς, ἀλλὰ τοῦ σιδήρου. καὶ ἄλλης καὶ ἄλλης φύσεως ἐνέργειαι ἥτε τομὴ καὶ ἡ καῦσις. διὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μὴ μόνον τοῦ πυρὸς εἶναι λέγομεν τὴν καῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ σιδήρου. καίει γὰρ ὁ σίδηρος οὗτος, φαμέν. σκοπήσομεν δὲ καὶ οὕτω. ψυχῆς ἐστι τὸ ψυχοῦν καὶ ζωοποιεῖν τὸ ἑαυτῆς σῶμα· καὶ δῆλον ἀπὸ τοῦ χωρισμοῦ. χωριζομένης γὰρ ταύτης κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ θανάτου ἀπὸ τοῦ οἰκείου σώματος μένει τὸ σῶμα νεκρόν. ἐπεὶ οὖν ἡ θεότης αὐτοῦ οὐδέποτε οὔτε τοῦ σώματος, οὔτε τῆς ψυχῆς ἐχωρίσθη, πῶς τὴν ἐνέργειαν ταύτην τῆς ψυχῆς τὸ ζωογονεῖν φημι, οὐκ εἶχεν ἡ θεότης αὐτοῦ; ἀλλ᾽ ἀχώριστος οὖσα τοῦ σώματος, καὶ καθ᾽ ὑπόστασιν ἡνωμένη αὐτῷ οὐκ εἶα μένειν αὐτὸ νεκρόν. ψυχῆς γὰρ ἐνούσης τῷ σώματι, οὐδέποτε νεκρόν ἐκεῖνο τυγχάνει ὄν. πνεῦμα γὰρ ζωτικὸν οὖσα ἡ ψυχὴ, ζωοποιεῖ τὸ σῶμα, ὥς που καὶ ὁ σοφὸς Σολομὼν περί τινων παρανόμων καὶ εἰδωλολατρῶν εἶπε. πηλοῦ ἀτιμότερος ὁ βίος αὐτῶν, ὅτι ἠγνόησαν τὸν πλάσαντα αὐτοὺς, καὶ τὸν ἐμπνεύσαντα αὐτοῖς ψυχὴν ἐνεργοῦσαν, καὶ ἐμφυσήσαντα αὐτοῖς πνεῦμα ζωτικόν. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ὅστις τὸ οἰκεῖον καταπατεῖ συνειδὸς, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς περὶ πίστεως λόγοις, οὐκ ἔστιν ἄξιος καλεῖσθαι Χριστιάνος. ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ ἐπὶ Θεῷ μάρτυρι, ὅτι τῆς αὐτῆς ὑμῖν πίστεως καὶ ἤμην καὶ εἰμὶ, ἐξότου ταῖς θείαις ἐνέκυψα βίβλοις, ἧς καὶ αὐτὸς εἶ, καὶ οἱ παρὰ σοῦ εἰς μέσον ἀχθέντες θεῖοι πατέρες. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. εἰ οὕτως ἐπίστευες καὶ πιστεύεις, ἕνεκεν τίνος λοιπὸν ἔγραψας ἐν τῇ ἐπιστολῇ σου, λέγομεν μίαν φύσιν εἰς τὸν Χριστόν; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἀποβλέπων εἰς τὸ τοῦ ἀνθρώπου παράδειγμα, ᾧ οἱ ἅγιοι πατέρες ἐχρήσαντο, τοῦ ἐκ ψυχῆς συγκειμένου καὶ σώματος, καὶ μία φύσις λεγομένου μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ τὰς, ἐξ ὧν συνετέθη,

φύ-

ANNO CHRISTI 1169.

φύσεις ἀσυγχύτους καὶ ἀτρέπτους φυλάττοντες, οὐκ ἐδόκουν, ὡς πολλάκις εἶπόν σοι, σφάλλεσθαι. ὑπελάμβανον δὲ καὶ τὸν μακάριον Κύριλλον, μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην λέγοντα, τοῦτο βούλεσθαι δηλοῦν. ἤκουν δὲ καὶ παρὰ πολλῶν, ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι δύο φύσεις κεχωρισμένας, ὡς ὁ Νεστόριος, δογματίζουσι. καὶ διὰ τοῦτο σφοδρῶς ἀντιμαχόμενος τῆς μιᾶς φύσεως λέξεως, καὶ κατὰ τοῦ ΚΕΧΩΡΙΣΜΕΝΑΣ, τὸ, ΜΙΑΝ ἀνετιθέμεθα. κατὰ μέντοι γε τὸν νοῦν οὕτως ἐφρόνουν, καὶ οὕτω φρονῶ, ὡς αὐτὸς ἡμῖν διετράνωσας, ἐκ τῶν θείων γραφῶν τὰς ἀποδείξεις ποιούμενος. νῦν οὖν εἰ ἔχεις ἄλλο κεφάλαιον, πρόσθες· καὶ περὶ ἐκείνου, εἰ δοκεῖ, ποιησόμεθα τὴν διάλεξιν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἀναγνώσομεν λοιπὸν καὶ πάλιν ἐκ τῆς σῆς ἐπιστολῆς. Ο ΚΑΘΟΛ. ἄγε.

Ὡς οὖν ἀνεγινώσκομεν, ἤλθομεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἦν γεγραμμένον. ἐσκήνωσεν ἐν τῇ γαστρὶ τῆς παρθένου ἐννέα μηνῶν χρόνον, καὶ πέντε ἡμερῶν. εἶπεν ὁ Θεωριανός. πόθεν ἔχεις τοῦτο, ὅτι ἐννέα μῆνας καὶ πέντε ἡμέρας ἐσκήνωσεν ἐν τῇ γαστρὶ τῆς πανάγνου παρθένου; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἔχομεν ἀπὸ τῶν ἡμετέρων διδασκάλων, ὅτι τὰ πρωτότοκα παιδία ποιοῦσιν ἐν τῇ μήτρᾳ τῶν ἑαυτῶν μητέρων ἐπέκεινα τῶν μὴ πρωτοτόκων, πέντε ἡμέρας. καὶ τοῦτο πιστοῦνται ἀπὸ τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος, λέγοντος περὶ ἑαυτοῦ δεκαμηνιαίῳ χρόνῳ παγεὶς ἐν σώματι. τοῦτο βουλομένου δηλοῦν, ὅτι οὐ μόνον ἐννέα μῆνας ἦν ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ δεκάτου ἔλαβεν. ὡς πρωτότοκον οὖν ὁ Ἐμμανουὴλ, τὸν ἴσον αὐτοῖς χρόνον ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς πεποίηκεν. Ο ΘΕΩΡ. ὁ Σολομὼν κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἀριθμῶν τῶν Ἑβραίων, δεκαμηνιαίῳ χρόνῳ εἶπε παγεὶς ἐν σώματι. καὶ γὰρ οἱ μῆνες τῶν Ἑβραίων μικρότεροί εἰσι τῶν ἡμετέρων μηνῶν. ἐκεῖνοι γὰρ τὴν σελήνην ἔχουσι μέτρον τῶν παρ' αὐτοῖς μηνῶν. τὴν γὰρ ἀρχὴν τῆς σελήνης ἔχουσιν ἀρχὴν τοῦ μηνός· καὶ τὸ τέλος πάλιν αὐτῆς, τέλος τοῦ μηνὸς αὐτῶν. οὐδέποτε δὲ σελήνη ἔχει ἡμέρας λ΄. ἢ λα΄. ὡς ἔχουσι οἱ μῆνες ἡμῶν. κατὰ γοῦν τὸν ἀριθμὸν τῶν μηνῶν τῶν Ἑβραίων εἶπεν ὁ Σολομών. δεκαμηνιαίῳ χρόνῳ παγεὶς ἐν σώματι. ὁ δὲ τῆς οἰκουμένης φωστὴρ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν Ἰωάννης ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὴν γένησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾧ καὶ περὶ τοῦ, πότε δεῖ τὴν τοῦ Σωτῆρος γένησιν ἑορτάζειν, σαφῶς ἀποδείκνυσιν, οὗ ἡ ἀρχή. ἃ πάλαι πατριάρχαι μὲν ὤδινον, προφῆται δὲ προὔλεγον, δίκαιοι δὲ ἐπεθύμουν ἰδεῖν, ταῦτα ἐξέβη, καὶ τέλος ἔλαβε σήμερον. πρὸς τὸ μέσον οὖν τοῦ λόγου τούτου φησίν. ἓξ μῆνας ἐν γαστρὶ ἐχούσης τὸν Ἰωάννην τῆς Ἐλισάβετ, ἡ Μαρία ἤρξατο συλλαμβάνειν. εἶτα μαθόντες, πότε ἤρξατο ἡ Μαρία συλλαμβάνειν, εἰσόμεθα καὶ πότε ἔτεκεν, ἐννέα μῆνας ἀριθμήσαντες ἐκ τῆς συλλήψεως. οὐχὶ ἐννέα μῆνας, καὶ πέντε ἡμέρας, ὡς ἡ ἁγιωσύνη σου ἔγραψεν. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἡμεῖς τὸν λόγον τοῦτον τοῦ Χρυσοστόμου οὐκ ἔχομεν. πλὴν τοῦτο ῥᾷστον διορθωθῆναι. ἐάσωμεν οὖν, εἰ δοκεῖ, τοῦτο καὶ ἴδωμεν τὰ ἑξῆς.

bus est compositus, inconfusas & mutationis expertes retinet: minime mihi, ceu multoties tibi jam dixi, falli videbatur. Præterea putabam, beatum illum Cyrillum, quum dicit unam naturam Sermonis incarnatam, hoc ipsum indicare velle. A pluribus audiebam denique, Romanos, exemplo Nestorii, duas naturas separatas statuere. Quamobrem unius naturæ vocem vehementer propugnantes, pro SEPARATIS naturis, UNAM reponebamus. Interim mente sic sentiebam, & sentio, quemadmodum ipse nobis declarasti per eas demonstrationes, quas ex divinis litteris contexebas. Itaque si nunc aliud caput habes, adiicito: ut etiam de illo, si videbitur, colloquamur. THEORIANUS. Ergo rursus ex epistola tua legere pergemus. GENERALIS. Age vero.

Quum igitur legeremus; ad eum locum venimus, ubi scriptum erat: Habitavit in utero virginis novem mensium & quinque dierum spatio. Dixit ergo THEORIANUS. Unde quæso id habes, quod novem mensibus & quinque diebus habitaverit in castissimæ virginis utero? GENERALIS. Accepimus a doctoribus nostris, primigenia quinque diebus in matrum suarum alvo diutius existere quam fœtus non primigenios. Atque huic opinioni fidem conciliant ex illo sapiente Solomone, de se ipso dicente: Decem mensium spatio defixus in corpore fui: quibus verbis hoc indicare vult, quod non modo novem mensibus in utero matris suæ fuerit, sed etiam decimi partem aliquam ceperit. Noster igitur Emmanuel, tamquam fœtus primigenius, par temporis spatium in utero matris exegit. THEORIANUS. Salomon Hebræorum more tempora metiens, decem mensium spatio se in corpore defixum fuisse dicit. Quippe menses Hebræorum minores sunt nostris mensibus. Nam secundum lunam menses suos dimetiuntur; adeoque lunæ principium, mensis principium faciunt; ac vicissim lunæ finem, mensis sui finem. Numquam vero luna dies xxx vel xxxi, instar nostrorum mensium habet. Itaque juxta numerum Hebræorum mensium Solomo dixit. Decem mensium spatio defixus in corpore. Ceterum lumen illud orbis, Joannes Chrysostomus, in oratione de nativitate Domini nostri Jesu Christi, qua etiam clare demonstrat, quando natalis Servatoris celebrandus sit, cujus quidem orationis hoc est exordium: Quæ olim patriarchæ parturiebant, prædicebant vates, justi videre desiderabant; ea nunc evenerunt, hodieque consummata sunt: sub hujus igitur orationis medium Chrysostomus ait: Quum Joannem Elizabeta sextum jam mensem in utero gereret, Mariæ conceptio principium habuit. Hinc jam cognito conceptionis Mariæ principio, novemque mensibus a conceptione numeratis: quando peperit, sciemus. Non menses novem & dies quinque dicit, uti tua sanctitas scripsit. GENERALIS. Nos orationem illam Chrysostomi non habemus. At enim hoc emendatu facillimum fuerit. Itaque missum id faciamus, & sequentia videamus.

ANNO CHRISTI 1169.

A Ulterius ergo legentes epistolam, ad caput de festis pervenimus, in quo hæc erant verba: Quod nativitatis & baptismi festum uno eodemque die celebramus, id recte fieri multis testimoniis docemus. Primum omnes ecclesiæ sic factitabant, inde usque ab apostolis. Altera ratio, quod Evangelista Lucas id testatur quippe commemorat in festo propitiationis, quod est mensis Tisronis die x, hoc est XXVII Septembris: quo Zacharias pontifex templum ingressus fuit, & suffitum fecit, & angelum adspexit. Ad hæc THEORIANUS. Unde constat, ait, diem x mensis Tisronis, esse XXVII Septembris? GENERALIS. Ex Hebraico. THEORIANUS. Quinam ex Hebraico? atqui menses Hebræorum nostris mensibus non respondent; nec B ipsorum mensibus, nostri. Quod sane manifestum est ex paschate. Propter illam enim caussam aliquando Martio mense, aliquando Aprili pascha celebramus: quum illud Hebraicum pascha non sequamur. At illi numquam a primi apud eos mensis, videlicet Nisanis, die XIV recedunt, quemadmodum lex Mosaica præcipit. Quo fit, ut qui primus apud eos Mensis est, nonnumquam in eum, qui apud nos Martius dicitur; nonnumquam in Aprilem incidat. Ideoque menses ordine ceteri necessario sequuntur eum qui apud ipsos primus est: ac septimus ipsorum mensis, quo festum propitiationis apud eos celebratur, non semper in Septem- C brem nostrum incidit; sed est necesse, nonnumquam ut anticipet, nonnumquam accedat tardius. Undenam ergo certus es, diem XXVII Septembris, esse Tisronis x? GENERALIS. Sic a majoribus nostris accepimus. THEORIANUS. Quid accepistis? per scripturam? an citra scripturam? GENERALIS. Contra scripturam. THEORIANUS. Ex iis quæ dicta sunt de inæqualitate nostrorum & Hebræorum mensium, manifestum est, non te scire certo, an dies x Tisronis sit XXVII Septembris. Quod quum ignores, nec Joannis conceptionem nosti: uti scilicet ejus mense sexto, reperire domini conceptionem possis. GENERALIS. Equidem D aliam certitudinem non habeo. Corrigetur tamen hoc quoque, Deo propitio, si quæ majoris momenti sunt, emendata fuerint. Nam ego divi Chrysostomi orationem, qua docet, quando natalis Christi celebrandus sit, (cujus ipse supra mentionem fecisti) hactenus non vidi. Immo ne quidem audivi, aliquam Chrysostomi orationem ejus argumenti exstare. Potius intellexeram, esse quamdam de hoc orationem sancti Epiphanii, Cypri episcopi; quam ipsam quoque non vidi. Ajunt enim, divum Epiphanium, qui esset Hebræus natione, de litteris Hebræorum, & annalium scriptore Josepho adfirmasse, natalem Servatoris die XXV Decem- E bris celebrandum. Cum eo consentire dicunt & ea scripta quæ Titus Hierosolymis Romam deportaverit, quum eam urbem caperet. Verum non magnopere sollicitus equidem fuero de festis, aliisque consuetudinibus ecclesiæ, modo sententiis de fide conveniamus. THEOR. Quid autem de illius hymni, quem Trishagium dicimus (quod ter in eo Sancti nomen repetatur) adpendice? Num

A Αναγινώσκοντες οὖν τὸ ἑξῆς τῆς ἐπιστολῆς, ἤλθομεν εἰς τὸ περὶ ἑορτῶν κεφάλαιον, ἐν ᾧ ἔλεγε. πλὴν διὰ τὸ τὴν γέννησιν καὶ τὸ βάπτισμα ἐφάπαξ ἑορτάσαι, πολλὰς ἔχομεν μαρτυρίας. πρῶτον μὲν πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι οὕτως ἑόρταζον, ἀρξάμεναι ἀπὸ τῶν ἀποστόλων. δεύτερον δὲ λόγον, ὅτι ὁ Εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς τοῦτο μαρτυρεῖ. διηγεῖται γὰρ ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἱλασμοῦ, ἥ τις ἐστὶ τῷ μηνὶ Τισρὸν τῇ δεκάτῃ, ἥτις ἐστὶ Σεπτεμβρίου κζ'. ἐν ᾗ εἰσῆλθεν ὁ ἀρχιερεὺς Ζαχαρίας ἐν τῷ ναῷ, καὶ ἐθυμίασε, καὶ εἶδε τὴν ὅρασιν τοῦ ἀγγέλου. εἰπέν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. πόθεν δῆλον, ὅτι ἡ δεκάτη τοῦ Τισρὸν ἔστιν ἡ κζ'. τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός; Ο ΚΑΘΟΛ. ἐκ τοῦ Εβραϊκοῦ. Ο ΘΕΩΡ. πῶς ἐκ τοῦ B Εβραϊκοῦ; καὶ μὴν οἱ τῶν Εβραίων μῆνες οὐκ ἀκολουθοῦσι τοῖς ἡμετέροις μησὶν, οὔτε μὴν οἱ ἡμέτεροι τοῖς ἐκείνων, καὶ δῆλον ἐκ τοῦ πάσχα. διὰ γὰρ τοῦτο, ποτὲ μὲν μηνὶ Μαρτίῳ, ποτὲ δὲ μηνὶ Απριλλίῳ τὸ πάσχα ἑορτάζομεν, ἐπειδὴ τῷ Εβραϊκῷ ἀκολουθοῦμεν πάσχα. ἐκεῖνοι δὲ οὐδέποτε τοῦ παρ' αὐτοῖς πρώτου μηνὸς, ἤτοι τοῦ Νισὰν, τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐξίστανται, καθὼς ἡ τοῦ Μωσέως νομοθεσία παρακελεύεται, ὥστε ὁ παρ' αὐτοῖς πρῶτος μὴν, ποτὲ μὲν ἐν τῷ παρ' ἡμῖν Μαρτίῳ λεγομένῳ μηνὶ, ποτὲ δὲ ἐν τῷ Απριλλίῳ ἐμπίπτει. καὶ λοιπὸν ἐξ ἀνάγκης οἱ καθεξῆς μῆνες τῷ πρώτῳ αὐτῶν ἀκολουθοῦσι. καὶ ὁ ζ'. μὴν αὐτῶν. καθ' ὃν ἡ ἑορτὴ τοῦ ἱλασμοῦ παρ' αὐτοῖς τελεῖται, οὐκ ἐμπίπτει ἀεὶ τῷ παρ' C ἡμῖν Σεπτεμβρίῳ, ἀλλ' ἀνάγκη ποτὲ μὲν προλαμβάνειν αὐτὸν, ποτὲ δὲ ὑστερίζειν. πόθεν οὖν ἔχεις βεβαίως, ὅτι ἡ κζ. Σεπτεμβρίου, δεκάτη ἐστὶ τοῦ Τισρόν; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. οὕτω παρελάβομεν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν. Ο ΘΕΩΡ. πῶς παρελάβετε; ἐγγράφως, ἢ ἀγράφως; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἀγράφως. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἐκ τῶν ῥηθέντων περὶ τῆς ἀνισότητος τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ τῶν παρ' Εβραίοις μηνῶν, δῆλόν ἐστιν, ὅτι οὐκ οἶδας βεβαίως, εἰ ἔστιν ἡ δεκάτη τοῦ Τισρὸν, κζ'. τοῦ Σεπτεμβρίου, καὶ εἰ τοῦτο ἀγνοεῖς, οὐδὲ τὴν σύλληψιν Ιωάννου οἶδας. ἵνα κατὰ τὸν ς'. μῆνα ταύτης τὴν σύλληψιν εὑρήσῃς τοῦ Κυρίου. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἄλλην ἀσφάλειαν οὐκ ἔχω. πλὴν ἡ διόρθωσις τούτου γενήσεται, σὺν Θεῷ, εἴγε D διορθωθείη τὰ καιριώτερα. ἐγὼ γὰρ τὸν λόγον τοῦ θείου Χρυσοστόμου, τὸν, πότε δεῖ τὴν ἑορτὴν τῆς Χριστοῦ γεννήσεως ἑορτάζειν, διαγορεύοντα· (οὗ μνείαν αὐτὸς ἀνωτέρω πεποίηκας) μέχρι τοῦ νῦν οὐχ ἑώρακα ἀλλ' οὐδὲ ἤκουσα, ὅτι ἐστὶ λόγος τοῦ Χρυσοστόμου περὶ τούτου. μᾶλλον δὲ τοῦ ἁγίου Επιφανίου τῆς Κύπρου ἤκουον εἶναι λόγον περὶ τούτου· ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνον εἶδον. λέγουσι γὰρ, ὅτι ὁ θεῖος Επιφάνιος, ἅτε ἐξ Εβραίων ὢν, ἐκ τῆς τῶν Εβραίων γραφῆς καὶ Ιωσήπου τοῦ χρονογράφου ἐβεβαίωσε, Δεκεμβρίῳ κέ. τὴν γένησιν ἑορτάζεσθαι τοῦ Σωτῆρος. τούτῳ φασὶ συμφωνεῖν καὶ τὰς ὑπὸ τοῦ Τίτου ἀπὸ Ιερουσαλὴμ εἰς Ρώμην ἀχθείσας γραφὰς, ὅτε ταύτην αὐτὸς ᾐχμαλώτευσεν. ἀλλ' οὐ πολὺς ἐ- E μοὶ λόγος περὶ τῶν ἑορτῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῆς ἐκκλησίας ἠθῶν, εἰ μόνον περὶ τὴν πίστιν ὁμοφρονήσομεν. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. τί δὲ περὶ τῆς τοῦ Τρισαγίου ὕμνου προσθήκης; ἐάσομεν αὐτὴν ἀνεξέλεγκτον; ἐπειδὴ ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῆς ἁγίας

καὶ οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου ἐμφέρεται, ὅπως τοῦτον τότε οἱ θεοφόροι πατέρες τὸν ὕμνον ἐξύμνησαν, τῇ ἐκείνων ὑμνολογίᾳ ἀρκούμενοι; ἢ δεῖ καὶ περὶ ταύτης ἀνασκευὰς εἰπεῖν, καὶ δεῖξαι ὅτι ἡ τοῦ κναφέως προσθήκη τῇ ἐκκλησίᾳ βδελυκτή ἐστι καὶ ἀπόβλητος; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. εὖ πεποίηκας ἀναμνήσας ἡμᾶς περὶ τοῦ Τρισαγίου. εὑρίσκεις γὰρ χρήσεις τῶν μεγάλων διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας, μόνῳ δοκούσας προσάπτειν τῷ υἱῷ τὸν Τρισάγιον ὕμνον. καὶ πολλάκις ταύτας σκοπήσας κατ᾽ ἐμαυτὸν, ἐν ἀμηχανίᾳ κατέστην πολλῇ. καὶ μοι δοκεῖ ἐκ τούτων ὁρμωμένους τῶν χρήσεων τοὺς τὴν προσθήκην ταύτην πεποιηκότας πεποιηκέναι. καὶ διδάξαι ἡμᾶς ὅταν ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος τὸν θεῖον ᾄδομεν ὕμνον, μηδεμίαν προσθήκην ποιεῖν. ὅταν δὲ ἐπὶ μόνου λέγομεν τοῦτον τοῦ υἱοῦ, προστιθέναι ποτὲ μὲν τὸ, Ὁ σταυρωθεὶς δι᾽ ἡμᾶς· ποτὲ δὲ αὐτὸ, Ἀναστάς. ἢ τὸ, ἀναληφθείς· πρὸς τὸν καιρὸν τοῦ μυστηρίου ἁρμοδίως καὶ τὴν προσθήκην ποιούμενοι. τὸ, Θεός. καὶ τὸ, ἰσχυρός· καὶ τὸ, ἀθάνατος. ἐπὶ μόνου τοῦ δι᾽ ἡμᾶς σταυρωθέντος, καὶ ἀναστάντος, καὶ ἀναληφθέντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐκλαμβάνοντες. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. λοιπὸν, ὅταν μετὰ τῆς προσθήκης τοῦτον λέγητε τὸν ὕμνον, τρισάγιον καλεῖτε τὸν υἱόν; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ναὶ καὶ γὰρ οὐ μόνον Τρισάγιον, ἀλλὰ καὶ μυριάγιον ἐὰν καλῶμεν αὐτὸν, καλῶς ποιοῦμεν. καθὼς ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως καὶ τριάδος λόγῳ φησίν. οὐ τρὶς μόνον ἅγιος ἀλλ᾽ ἀορίστως καὶ ἀπειράκις ἅγιος. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. τὸν δὲ πατέρα, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ λέγετε τρισαγίους; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. οὔ. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. καὶ πόθεν ἡ ἀποκλήρωσις, τῷ τῷ υἱῷ μόνον προσαρμόζειν τὸν θεῖον τοῦτον ὕμνον, ἢ τῇ ὅλῃ τριάδι, τῷ πατρὶ δὲ μόνῳ, ἢ τῷ ἁγίῳ πνεύματι μόνῳ οὔ; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἐκ τῶν ἁγίων ἐδιδάχθημεν τοῦτο. εὐθὺς ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ ἄνω μνημονευθέντι περὶ τῆς σαρκώσεως καὶ τριάδος λόγῳ, τὸ ὧδε φησίν. εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὔτε κάλλος. ἢν γὰρ αὐτὸν πρὸ τούτου θεωρήσας ἐν τῇ θεϊκῇ καὶ ἐνδόξῳ μορφῇ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, ὅτε τὰ Σεραφὶμ ἐδοξολόγουν αὐτὸν, λέγοντα· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος Σαβαώθ. καὶ μετὰ ταῦτα ὁρᾷ αὐτὸν μορφὴν δούλου λαβόντα, καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον. ὁρᾷς, πῶς μόνῳ τῷ υἱῷ δοκεῖ προσάπτειν τὸν τρισάγιον ὕμνον ὁ θεῖος οὗτος ἀνήρ; ὅτε φησὶ, τὰ Σεραφὶμ ἐδοξολόγουν αὐτὸν, λέγοντα ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, κύριος Σαβαώθ. καὶ μετὰ ταῦτα ὁρᾷ αὐτὸν μορφὴν δούλου λαβόντα, καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον. ἀλλὰ δὴ καὶ ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος ἐν τῷ εἰς τὴν ἁγίαν θεοτόκον λόγῳ τὰ ὅμοια φάσκων, φησὶν, ἡ μακαρία ἐν γυναιξὶν, ἡ τὸν λόγον ἐκ σοῦ σαρκωθέντα τεκοῦσα, λόγον τὸν τοῦ πατρὸς υἱὸν, λόγον τὸν προαιώνιον Θεὸν, λόγον τὸν ἄναρχον καὶ ἀΐδιον, λόγον τὸν ὁμοούσιον τῆς ἀχωρίστου τριάδος, λόγον τὸν σὺν πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι προσκυνούμενον, λόγον τὸν σύνθρονον τοῦ πατρὸς, λόγον τὸν ἐπὶ Χερουβὶμ καθήμενον, λόγον ὃν τὰ τετράμορφα ζῷα δοξολογοῦσι, λέγοντα· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος Σαβαώθ· πλήρης ὁ οὐ-

Num illam inexaminatam relinquemus? ut, A quoniam in actis sanctæ ac universalis quartæ synodi traditur, qua forma id temporis eum isti divini patres pronuntiaverint, nos eorum in illo hymno pronuntiando forma contenti simus? an & heic argumenta promenda, probandumque, * Fullonis istius adpendicem ab ecclesia pro abominabili & reiicula duci? GENERALIS. Tu vero recte, qui de Trishagio nos admonueris. Quippe magnorum ecclesiæ doctorum auctoritates inveniuntur, quæ soli filio hymnum illum Trishagii adtribuere videntur, ac sæpe mecum illas equidem considerans, admodum anxius hæsi: adeoque arbitror, ejus adpendicis auctores, illis permotos auctoritatibus, B eam fecisse; nosque docuisse, quoties de sancta Trinitate divinum illum hymnum canimus, nullam faciundam adpendicem: at quoties eum de filio dumtaxat pronuntiamus, interdum quidem addendum. Qui crucifixus es propter nos; interdum vero. Qui resuscitatus es: vel illud: Qui adsumptus es sursum: nimirum ut pro tempore mysterii, apta quoque subjiciatur adpendix: & illam vocem; Deus; & alteram, Fortis; & tertiam, immortalis: de solo propter nos crucifixo, deque mortuis suscitato, & sursum adsumpto Christo Deo nostro intelligamus. THEORIANUS. Sequitur ergo, ut quum pronuntiatis hunc hymnum cum ad- C pendice, filium ter sanctum adpelletis. GENERALIS. Vero. Nam recte facimus, eum non modo tersanctum, sed millies sanctum adpellantes: quemadmodum magnus ille Athanasius in oratione de carnis adsumptione Trinitateque loquitur: Non ter modo sanctus, inquiens, sed infinite sanctus, & omnem supra sanctitatem positus. THEORIANUS. Patrem vero, sanctumve spiritum, tersanctos non dicitis? GENERALIS. Non. THEORIANUS. Et unde profecta est isthæc distributio, ut vel soli filio hymnus hic tribuatur, vel toti Trinitati: non autem vel patri soli, vel soli spiritui sancto? GENERALIS. Sic a sanctis hominibus edocti D sumus. Nec longe abiverimus. Magnus ille Athanasius in oratione de carnis adsumptione ac Trinitate, cujus supra mentio facta est, hujusmodi profert: Vidimus eum, nec speciem, nec pulchritudinem habebat. Nam antea viderat eum in divina gloriosaque forma, sedentem in alto sublimique solio: quum Seraphi majestatem ejus verbis hisce concelebrabant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabbaoth. Postea vero videt eum adsumpta servi forma, similem hominibus factum. Videsne divinum hunc virum soli filio videri tersanctum istum hymnum adtribuere? Quum inquit, Seraphi majestatem ejus verbis hisce concelebrabant: Sanctus, Sanctus, E Sanctus Dominus Sabaoth. Postea vero videt eum adsumpta servi forma, similem hominibus factum. Quin & S. Epiphanius in oratione de sancta Deipara, similia dicens: Beata, inquit, inter mulieres, quæ sermonem ex te incarnatum peperisti; sermonem illum, qui patris est filius; sermonem, qui Deus sæculis prior; sermonem, qui expers est principii, & æternus; sermonem, qui ejusdem est substantiæ cum inseparabili Trinitate; sermonem, qui cum patre ac spiritu sancto adoratur; sermonem, qui consors est solii paterni; sermonem qui Cherubis insidet; sermonem, quem illæ quadriformes bestiæ verbis hisce concelebrant; Sanctus, San-

* cognomen Antioch. Ep.

ANNO CHRISTI 1169.

Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth. Plenum est cœlum & terra majestate ipsius. Viden ut & ille soli filio tersanctum hymnum adtribuere videatur? ait enim: Quem illæ quadriformes bestiæ verbis hisce concelebrant; Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. Quin & divus ille Chrysostomus in oratione de benedicto, cujus initium, De miraculis in miracula: verbis his eadem dicit: Hodie rex majestatis in terra sic concelebratur, uti vates descripsit, & lætitiæ cœlestis participes terrigenas facit: ut ostendat amborum se Dominum, qui utrimque consona voce concelebretur. Propterea superi quidem illi salutem istam in terris indicantes canebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth, plena est universa terra majestate ipsius: inferi vero cum lætitia cœlesti celebrationem suam conjungentes, clamabant: Hosanna filio Davidis. Vides hæc tria magna ecclesiæ lumina videri filio soli tersanctum illum hymnum adtribuere? THEORIANUS. Bene dictum abs te, videri. Non enim adtribuunt, sed adtribuere videntur: videntur autem, sed quibus obsecro? qui penetrare ad profunditatem sententiæ magnorum istorum divinorumque hominum nequeunt. Quum Seraphi majestatem ejus concelebrabant, inquit eximius ille Athanasius: sed non ait Solum concelebrabant, absque patre ac spiritu sancto. Quippe si totam Trinitatem concelebrabant, necessario scilicet concelebrabant & filium. Quapropter recte dixit Athanasius, Quum Seraphi eum concelebrabant. Sic & sanctum Epiphanium & divum illum Chrysostomum, & ceteros sanctos homines, quoscumque talia scribentes repereris, intelliges. Fuerit autem res tota perspicua per exemplum, hoc modo: Mulier quædam, non regio prognata genere, immo, nec illustri quidem admodum, filiam venustissimam habuit; forma, pudicitia, prudentia mulieres ejus temporis universas superantem. Eam videns imperator omnibus præditam fœmineis virtutibus, ac sinceris quidem, minimeque fucatis; uxorem sibi accepit, & imperatoria, pro more, corona redimuit. Adpetente vero tempore, quo urbs universa faustis vocibus Augustis acclamare consuevit: quidam matri Augustæ, Veni, ait, ut filiam tuam ab urbe tota faustis excipi acclamationibus audias. Tum GENERALIS interrupto Theoriani sermone: Intelligo, inquit, quid dicere velis. Quando illæc acclamatio fausta communis est Augusto cum Augusta; recte quis dicere potest, quod qui filium, patrem quoque concelebrent, & spiritum sanctum. Hæc enim omnia tam simul quam seorsum enuntiata, vera sunt: modo solius vox non adjiciatur. THEORIANUS. Liberasti nos molestia, sanctissime Domine. Nimirum sequitur, Seraphos non filio dumtaxat hymnum illum tersanctum cecinisse: sed universæ Trinitati: propterea non addendum est illud. Qui crucifixus est: nec alia quæpiam adpendix. Quamquam & aliunde probari potest, magnum illum Epiphanium non de solo filio tersanctum hymnum intellexisse; idque de verbis dicti ejus antea positis. Ait enim: Sermonem, qui consors est solii paterni; Sermonem qui Cherubis insidet. Certe non hoc Vult, solum filium Cherubis insidere, sine patre ac spiritu sancto. Nam antea solii paterni consortem dixit. Idem de concelebratio-

A ρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Ὁρᾷς, ὅπως καὶ οὗτος δοκεῖ μόνῳ τῷ υἱῷ τὸν τρισάγιον ὕμνον προσαρμόζειν; λέγων. ὃν τὰ τετράμορφα ζῶα δοξολογοῦσι, λέγοντα, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος· καὶ τὰ ἑξῆς. ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος εἰς τὸν εὐλογημένον, οὗ ἡ ἀρχή· ἐκ θαυμάτων εἰς θαύματα· τὰ αὐτὰ φησι· σήμερον, λέγων, ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης ἐπὶ γῆς προφητικῶς δοξάζεται, καὶ κοινωνοὺς τῆς ἐπουρανίου εὐωχίας τοὺς γηγενεῖς ἀναδείκνυσιν, ἵνα δείξῃ, ὅτι αὐτός ἐστι κύριος ἀμφοτέρων, ὡς ἑκατέρωθεν συμφώνως ἀνυμνούμενος. διὰ τοῦτο οἱ μὲν ἄνω τὴν ἐπὶ γῆν σωτηρίαν καταμηνύοντες ἔψαλλον, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος Σαβαώθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. οἱ δὲ κάτω τῇ ἐπουρανίῳ εὐφροσύνῃ συμπανηγυρίζοντες, B ἔκραζον. Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ. ὁρᾷς, ὅτι καὶ οἱ τρεῖς οὗτοι. μεγάλοι τῆς ἐκκλησίας φωστῆρες τῷ υἱῷ μόνῳ δοκοῦσι προσάπτειν τὸν τρισάγιον ὕμνον; Ο ΘΕΩΡ. ὀρθῶς εἴρηκας, ὅτι δοκοῦσιν· οὐ γὰρ προσάπτουσιν, ἀλλὰ δοκοῦσι προσάπτειν. δοκοῦσι δὲ, τίσι; τοῖς μὴ εἰς τὸ βάθος ἐνδῦναι δυναμένοις τοῦ νοὸς τῶν μεγάλων τούτων καὶ θείων ἀνδρῶν. ὅτε τὰ Σεραφὶμ ἐδοξολόγουν αὐτὸν, φησὶν ὁ μέγας Ἀθανάσιος. ἀλλ' οὐκ εἶπε, μόνον ἐδοξολόγουν χωρὶς τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἰ γὰρ τὴν ὅλην ἐδοξολόγουν τριάδα, ἐξ ἀνάγκης δηλονότι καὶ τὸν υἱὸν ἐδοξολόγουν. καλῶς οὖν εἶπεν ὁ πατὴρ, ὅτε τὰ Σεραφὶμ ἐδοξολόγουν αὐτόν. οὕτω νοήσεις καὶ C τὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον, καὶ τὸν θεῖον Χρυσόστομον, καὶ ἄλλους τῶν ἁγίων, ὅσους ἂν εὕρῃς τοιαῦτα γράφοντας. σαφὲς δὲ ἂν εἴη, ὃ λέγει, καὶ ἐπὶ παραδείγματι, τοῦτον τὸν τρόπον. γυνή τις, οὐ τῶν ἐκ γένους καταγομένων βασιλικοῦ, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἄγαν ἐπιφανῶν, ἔχε θυγατέρα ὡραιοτάτην, κάλλει, καὶ σωφροσύνῃ, καὶ φρονήσει πάσας τὰς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γυναῖκας ὑπερνικῶσαν. ταύτην βασιλεὺς ἰδὼν πάσας ἔχουσαν τὰς τῶν γυναικῶν ἀρετὰς ἀκιβδήλους καὶ καθαρὰς, ἔλαβεν αὐτὴν ἑαυτῷ εἰς γυναῖκα, καὶ στέφει βασιλικῷ, ὡς εἰκὸς, ἐταινίωσεν. ἐνιστάντος δὲ τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν πᾶσα ἡ πόλις τὸν ἐφισμὸν ἀναπέμπει τοῖς βασιλεῦσιν, εἶπέ τις τῇ μητρὶ τῆς βασιλίσσης, ἐλθὲ, ἵνα ἀκούσῃς ὑπὸ πάσης εὐφημουμένην τῆς πόλεως θυγατέρα. καὶ Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἁρπάσας D τὸν λόγον, εἶπεν. ἔγνων, ὃ βούλῃ εἰπεῖν. ἐπεὶ ὁ εὐφημισμὸς κοινός ἐστι τοῦ βασιλέως καὶ τῆς βασιλίσσης, καλῶς δύναταί τις εἰπεῖν, ὅτι τὸν πατέρα δοξολογοῦσιν, οἱ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ταῦτα γὰρ πάντα καὶ ἅμα, καὶ χωρὶς ἐκφωνούμενα ἀληθεύει, ἄνευ τῆς τοῦ μόνου προσθήκης λεγόμενα. Ο ΘΕΩΡΙΑΝ. ἀπήλλαξας πραγμάτων ἡμᾶς, ἁγιώτατε δέσποτα. οὐκ ἄρα μόνον τῷ υἱῷ ᾖδε τὰ Σεραφὶμ τὸν τρισάγιον ὕμνον, ἀλλὰ τῇ ὅλῃ τριάδι. καὶ διὰ τοῦτο οὐ δεῖ προσθεῖναι τὸ, Ὁ σταυρωθεὶς, ἢ ἄλλην τινὰ προσθήκην. ἔστι δὲ καὶ ἄλλως ἀποδεῖξαι, ὅτι οὐκ ἐπὶ μόνου τοῦ υἱοῦ τὸν τρισάγιον ὕμνον ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἐξελάβετο, ἐξ αὐτῆς E τῆς προτεθείσης αὐτοῦ χρήσεως. φησὶ γάρ. λόγον τὸν σύνθρονον τοῦ πατρὸς, λόγον τὸν ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καθήμενον. οὐκ ἐσήμανε μόνον τὸν υἱὸν ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καθῆσθαι, ἄνευ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ πνεύματος σύνθρονον γὰρ τοῦ πατρὸς προεῖ-

ANNO CHRISTI 1169.

πεν αὐτόν. οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς δοξολογίας δεῖ νοεῖν. κοινὸν τὸ καθῆσθαι, κοινὴ ἡ δοξολογία. συμβάλλεται δὲ ἡμῖν οὐ μικρῶς πρὸς τὸν προκείμενον νοῦν, καὶ ὁ πρὸς τῷ τέλει τῶν πράξεων ὁ εὐαγγελιστὴς ἀναγράφει Λουκᾶς. Φησὶ γὰρ, εἰπόντος τοῦ Παύλου ῥῆμα ἕν. ὅτι καλῶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησε διὰ Ησαΐου τοῦ προφήτου πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, λέγων, πορεύθητι πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ εἶπον, ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε. καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. καὶ τὰ ἑξῆς. τί οὖν; μόνον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἴπωμεν καθῆσθαι ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, τῷ προφήτῃ Ησαΐᾳ διακελευόμενον. πορεύθητι πρὸς τὸν λαόν. καὶ τὰ ἑξῆς; ἐπειδὴ ὁ θεῖος Παῦλος τοῦ ἁγίου πνεύματος μέμνηται μόνου; ἢ καὶ τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱόν; Ο ΚΑΘΟΛ. λέλυται τοῦτο, καὶ πλέον περὶ τούτου οὐ χρὴ λέγειν. Ο ΘΕΩΡ. ἴδωμεν λοιπὸν, τί ἔγραψας ἐν τῇ ἐπιστολῇ σου περὶ τοῦ μύρου. Ο ΚΑΘ. εὖ λέγεις. γενέσθω.

Καὶ ἀναγνόντες τὸ περὶ τοῦ μύρου κεφάλαιον, εὕρομεν οὕτως. πάλιν διηγόρευεν ἡ γραφὴ ἀπὸ τῶν ἐλαιῶν, τῶν λαχάνων, ὅπερ σήσαμον ὀνομάζουσι, γίνεσθαι τὸ μύρον ἡμῶν καὶ οὐχὶ ἀπὸ δένδρων ἐλαιῶν. καὶ τοῦτο ἐν ἀληθείᾳ ἐστίν. ἔστι δὲ ἡ αἰτία τοιαύτη, ὅτι εἰς τὴν χώραν τῶν Αρμενίων οὐκ εἰσὶν ἐλαιῶνες, διὰ τὸ ψυχρὸν τῆς χώρας τοῦ ἀέρος. καὶ ἀνάγκη πρόκειται, τὸ ἔλαιον ἐκεῖνο, ὅπερ εὑρίσκεται εἰς τὴν χώραν, εἰς χρῆσιν τοῦ μύρου λαμβάνειν, καὶ οὐ συνεῖδον σφάλμα πνευματικὸν ἐν τούτῳ. Ο ΘΕΩΡ. θαυμάζω δέσποτα, πῶς τοῦτο γέγραφας πρὸς βασιλέα. ὁρῶ γὰρ πλείστους ἐλαιῶνας ὧδε, καὶ ἔλαιον ἱκανόν. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἀλλ᾽ εἰς τὴν ἐνδοτάτην ἀνατολὴν ἐγένετο ἡ ἀρχὴ τῆς κατασκευῆς τοῦ μύρου, ὅπου ἐλαιῶνες οὐκ εἰσί. κἀκεῖθεν παραλαβόντες ἡμεῖς φυλάττομεν ὃ παρελάβομεν μέχρι τοῦ νῦν.

Εἶτα ἀναγνόντες τὸ ἑξῆς τοῦ κεφαλαίου τούτου, εὕρομεν οὕτως· ὥσπερ γὰρ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ὁ οἶνός ἐστιν ὕλη. καὶ οἵας ἐστὶ χροιᾶς, ἀποδεκτέος ἐστὶ, κἂν λευκός. ἐπειδὴ ἡ λειτουργία ἁγιάζει αὐτὸν, καὶ γίνεται αἷμα Χριστοῦ. Ο ΘΕΩΡ. τὸ παράδειγμά σου οὐκ ἔστι προσφυές. οὐ γὰρ περὶ χρωμάτων ἡμῖν ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ὑποκειμένου, ἤτοι τῆς ὕλης. οἶδας γὰρ, ὅτι ἐκ διαφόρων δένδρων γίνεται οἶνος. γίνεται γὰρ ἐκ μήλων, καὶ κερασίων, καὶ ἄλλων φυτῶν, καὶ δὴ βοτάνων. ἀλλ᾽ οὐ προσάγεται εἰς θυσίαν, ἀλλ᾽ ἢ μόνον ὁ ἐκ τῆς ἀμπέλου. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἐλαίου. γίνεται γὰρ ἔλαιον ἔκ τε δάφνης, καὶ σχίνου, καὶ ἄλλων πολλῶν· ἀλλὰ τὸ τῆς ἐλαίας προεκρίθη παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων. καὶ ἔξεστι τοῦτο μαθεῖν τῷ βουλομένῳ παντὶ, ἀπό τε τοῦ ἁγίου Διονυσίου τοῦ Αρεοπαγίτου, καὶ ἄλλων ἁγίων οὐκ ὀλίγων. οὐ χεῖρον δὲ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος κατασκευάσαι, ὅτι τὸ ἔλαιον ἁπλῶς λεγόμενον, τὸ ἐξ ἐλαίας δηλοῖ ἡνίκα δὲ δαφνέλαιον, ἢ σχινέλαιον, ἢ σησαμέλαιον, καὶ τὰ τοιαῦτα ....
ὥσπερ γὰρ ὅταν εἴπω ναῦς, νοεῖται ἡ ἐκ ξύλων, καὶ ἥλων, καὶ πίσσης ναῦς, δι᾽ ἧς πλέομεν, οὐ μὴν νοεῖται ἡ ἐκ λίθων ναῦς· ἂν δὲ τὴν ἐκ λίθων ναῦν σημῆναι θελήσωμεν, προστιθέαμεν τὸ, λιθίνην· ἄνευ δὲ τῆς προσθήκης ταύτης, οὐκ ἄν ποτε νοηθείη ἐκ μόνου τοῦ ναῦς ὀνόματος ἡ λιθίνη ναῦς. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ ἐλαίου, καὶ σησαμελαίου. ἔλαιον οὖν χωρὶς προσθήκης

A ne majeſtatis intelligendum. Communis eſt ſeſſio, communis celebratio. Nec parum nobis ad hunc ſenſum & illud confert, quod in actis Evangeliſta Lucas in extremo ſcribit. Ait enim, Paulum hoc verbum protuliſſe: Recte ſpiritus ſanctus per Eſaiam vatem loquutus eſt, ad patres noſtros hiſce verbis: Vade ad populum hunc, & dicito: Auribus audietis, & non intelligetis: videntes videbitis, & non perſpicietis: & cet. Quid ergo? ſolumne ſpiritum ſanctum dicemus in alto, ſublimique ſolio conſidentem, Eſaiæ vati præcipere: Vade ad populum hunc, & cætera, quoniam divus Paulus ſancti dumtaxat ſpiritus meminit? an patrem quoque, cum filio. GENERALIS. Hoc jam
B ſolutum eſt, nec quidquam dicendum amplius. THEORIANUS. Deinceps videamus, quid in epiſtola tua de unguento perſcripſeris. GENERALIS. Recte dicis: fiat.

Itaque caput de unguento legentes, hæc ſcripta reperimus. Rurſum præcepit ipſa ſcriptura, ut ex iis oleis holerum, quæ Seſamum vocant, unguentum noſtrum conficiatur, non ex olivarum arboribus. Atque hoc reapſe verum eſt. Cauſa rei eſt hæc, quod in Armeniorum regione non ſunt oliveta propter aeris in ea regione frigus. Itaque neceſſitas ipſa flagitat, ut oleum illud, quod in ipſa regione reperitur, ad uſum unguenti adhibeatur: Qua in re nullum ego
C ſpirituale delictum video. THEORIANUS. Miror Domine, cur ad imperatorem hoc perſcripſeris. Nam plurima heic oliveta video, & quidem olei ſatis. GENERALIS. Verum iſta unguenti confectio principium habuit ad orientis plagam intimam, ubi nulla ſunt oliveta: indeque nos acceptam ſervamus hactenus.

Deinde capitis ejuſdem parte proxima perlecta, ſic ſcriptum invenimus: Sicut vinum ſanguinis Chriſti materies eſt, & cujuſcumque ſit coloris, recipi debet: ſive nigrum, ſive rubrum, ſive album vinum fuerit: quoniam per myſterium ſanctificatur, & Chriſti fit ſanguis. THEORIANUS. Exemplum
D hoc tuum parum ad ipſam rem quadrat. Non enim de coloribus nobis eſt quæſtio; ſed de ſubjecto, ſive materie. Noſti enim, diverſis ex arboribus Vinum fieri. Nam ex pomis, & ceraſis, & aliis fructibus, & herbis quoque conficitur: ſed ad hoc ſacrificium non adhibetur, niſi dumtaxat, ex vite factum. Sic & de oleo: fit ex lauro, junco odorato, & aliis multis oleum, ſed a ſanctis patribus oleum olivæ ceteris eſt prælatum. Atque hoc cuilibet cognoſcere licet, tam ex ſancto illo Dionyſio Areopagita, quam aliis ſanctis hominibus non paucis. Nec minoris eſt momenti argumentum, quod ex ipſo nomine contexitur. Quippe ſi
E ſimpliciter oleum dicatur, ex oliva factum intelligitur: at quum laurinum, vel junceum, vel ſeſaminum & hujuſmodi alia .....
Quemadmodum enim, ſi navim dicam, facta de lignis, clavis, & pice navis intelligitur, qua navigamus, non navis lapidea; ſed ſi navim lapideam ſignificare velimus, lapideam adjicimus; abſque qua adpendice numquam ex ſola navis appellatione, lignea navis intelligetur: eodem modo ſtatuendum de oleo, & oleo ſeſamino. Quapropter oleum

ANNO CHRISTI 1169.

um absque adpendice dicentes, ex oliva factum significant. GENERALIS. Hoc quoque correctu facillimus fuerit.

His ita dictis, sacerdotes ejus psallere ceperunt hymni vespertini seriem extra ecclesiam, de more ipsorum: Et THEORIANUS. Cur extra ecclesiam sacerdotes tui stant, ait, quum psallunt? GENERALIS. Scriptum est: In omni loco dominii ejus. THEORIANUS. Similiter scriptum est: En celebrate dominum omnes servi Domini, stantes in domo Domini. Et rursus: In ecclesiis Deum celebrate. Et alia sunt infinita ejusmodi. Sed interrogo, unde hoc accepistis? GENERALIS. Doctores nostri, qui seriem & ordinem rerum ecclesiasticarum nobis tradiderunt, solam divinam administrationem * intra sacrum templum perficiendam statuerunt, ingrediente solo Pontifice, reliquo populo foris stante: cetera fieri extra templum debere, nec id citra rationem, ordinarunt. Nam valde veteribus nova præstant, ut umbræ veritas. Quippe * mactatur intus Dei filius pro totius mundi salute, majoremque reverentiam exhibere nos templo nostro, quam illi apud Hebræos, par est. Etenim illi, si puri essent, in id sanctum ingrediebantur, quod mundi vocabant: non tamen in tabernaculum, quod sanctum sanctorum dicebatur, & umbra sacri apud nos templi erat. Nos vero toti coinquinati sordibus, quo pacto sanctissimum Dei templum ingrediamur? quod quum doctores nostri non ignorarent, ita fieri, debere statuerunt. THEORIANUS. Doctores vestri, qui hæc ordinarunt, contraria statuisse videntur illis CCCXVIII sanctis ac divinitus gubernatis patribus, qui Nicææ convenerunt. Etenim illi sic in X, canone ad verbum ajunt. De iis, qui fidem Christianam citra coactionem, & facultatum ademptionem deseruerunt, aut absque periculo, vel ejusmodi quopiam, quod durante Licinii tyrannide contigit; visum est sanctæ synodo: ut, tametsi humanitatem nullam mereantur, benigne tamen cum eis agatur. Quotquot ergo vere pœnitentiam agunt, tres annos inter audientes exigent fideles, & annos septem inferioris eorum ordinis, & biennio citra * oblationem cum populo precabuntur. Vides tam fœde lapsis a canone præscribi, tres tantum ut annos auditores sint, hoc est, extra ecclesiam stent in * Ferula, sacrasque litteras audiant. Tui vero sacerdotes semper inter auditores hærent. Quid deinde canon ulterius? Et septem, inquit, annis erunt ordinis inferioris: hoc est ecclesiam quidem ingredientur, sed in parte * ambonis postica stabunt, & cum catechumenis exibunt. Annos denique duos fidelibus adstabunt, & cum eis precabuntur: non tamen sacramentorum quoque perceptionem impetrabunt, donec biennium præterierit. Si ergo constricti excommunicationis pœna, templum tamen ingrediuntur: quare tui sacerdotes non ingrediuntur? GENERALIS. Numquam animum isti canoni hactenus adverti. Tuæ quidem orationi plurimum momenti adfert. Sed de his esse solliciti non debemus, modo circa fidem, ut dixi, consenserimus. THEORIANUS. His igitur in præsentia dimissis, definitionem quartæ synodi, si placet, inspiciamus: quam hesterna die tibi obtulimus. GENERALIS. Ita fiat. Lubet enim de vocibus quasdam, in ea

* Græcus λειτουργίαν id est rem sacram

* id est perceptionem sacramentorum

* locus, ubi stabant qui erant veluti sub ferula

* hoc est suggesti

A λέγοντες, τὸ ἐξ ἐλαίας δηλονότι διασημαίνουσι. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. καὶ τοῦτο ῥᾷστόν ἐστι διορθωθῆναι.

Τούτων οὕτω ῥηθέντων, ἤρξαντο οἱ ἱερεῖς αὐτοῦ ψάλλειν τοῦ ἑσπερινοῦ τὴν ἀκολουθίαν ἔξω τῆς ἐκκλησίας, κατὰ τὴν αὐτῶν συνήθειαν. καὶ φησιν ὁ Θεωριανός. ἵνα τί ἵστανται ἔξω τῆς ἐκκλησίας, ὅταν ψάλλωσιν οἱ ἱερεῖς σου; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. γέγραπται, ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ὁμοίως γέγραπται· ἰδοὺ δὴ εὐλογεῖτε τὸν κύριον πάντες οἱ δοῦλοι κυρίου, οἱ ἑστῶτες ἐν οἴκῳ Κυρίου. καὶ πάλιν· ἐν ἐκκλησίαις εὐλογεῖτε τὸν Θεόν. καὶ μυρία τοιαῦτα. ἀλλ' ἐρωτῶ, πόθεν τοῦτο παρελάβετε; Ο ΚΑΘΟΛ. οἱ διδάσκαλοι ἡμῶν, οἱ τὴν B ἀκολουθίαν τὴν ἐκκλησιαστικὴν καὶ τὴν τάξιν ἡμῖν παραδεδωκότες, μόνην τὴν θείαν λειτουργίαν ἔνδον τοῦ θείου ναοῦ ἐπιτελεῖν διωρίσαντο, μόνου τοῦ ἱερέως εἰσιόντος εἰς αὐτόν. τοῦ λαοῦ παντὸς ἔξω ἱσταμένου. τὴν δὲ ἄλλην πᾶσαν ἀκολουθίαν, ἔξω γίνεσθαι τοῦ θείου ναοῦ, καὶ τοῦτο εὐλόγως διετάξαντο. σφόδρα γὰρ ὑπερέχει τὰ νέα τῶν παλαιῶν, ὡς ἀλήθεια σκιᾶς. θύεται γὰρ ἔνδον ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου παντὸς σωτηρίας. καὶ δεῖ ἡμᾶς πλέον σέβας καὶ τιμὴν ἀπονέμειν τῷ παρ' ἡμῖν ναῷ, τοῦ παρ' Ἑβραίοις. ἐκεῖνοι γὰρ καθαροὶ ὄντες, εἰσῄεσαν εἰς τὸ λεγόμενον ἅγιον κοσμικὸν, οὐχὶ καὶ εἰς τὴν σκηνὴν, τὴν λεγομένην, ἁγία ἁγίων, ἣ σκιὰ ἦν τοῦ παρ' ἡμῖν θείου ναοῦ ἡμεῖς δὲ ῥύC που πλήρεις τυγχάνοντες, πῶς εἰς τὸν ἁγιώτατον ναὸν εἰσέλθωμεν τοῦ Θεοῦ; καὶ τοῦτο γινώσκοντες οἱ διδάσκαλοι ἡμῶν, οὕτω γίνεσθαι διωρίσαντο. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, οἱ ταῦτα διαταξάμενοι, ἐναντία δοκοῦσι διορίσασθαι τοῖς τ'. ι'. η'. ἁγίοις θεοφόροις πατράσι, τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνεγηγερμένοις. ἐκεῖνοι γὰρ ἐν δεκάτῳ κανόνι οὕτω φασὶ κατὰ λέξιν. περὶ τῶν παραβάντων χωρὶς ἀνάγκης, ἢ χωρὶς ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ χωρὶς κινδύνου, ἤ τινος τοιούτου, ὃ γέγονεν ἐπὶ τῆς τυραννίδος Λικιννίου, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ εἰ καὶ ἀνάξιοι ἦσαν φιλανθρωπίας, ὅμως χρηστεύσασθαι εἰς αὐτούς. ὅσοι οὖν γνησίως μεταμέλονται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν οἱ πιστοὶ, καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεD σοῦνται· δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν εὐχῶν. ὁρᾷς, ὅτι τοὺς τηλικούτῳ παραπεσόντας πτώματι, τρία μόνα ἔτη ἀκροᾶσθαι διακελεύεται ὁ κανὼν, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ τῶν θείων ἀκούειν γραφῶν. οἱ δὲ σοὶ ἱερεῖς ἀεὶ ἐν ἀκροωμένοις εἰσίν. εἶτα τί φησιν ὁ κανών; καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται. τοῦτο δέ ἐστιν, ἐντὸς μὲν τῆς ἐκκλησίας εἰσέρχεσθαι, ἐν δὲ τῷ ὄπισθεν μέρει τοῦ ἄμβωνος ἵστασθαι, καὶ ἐξιέναι μετὰ τῶν κατηχουμένων. ἐνιαυτοὺς δὲ δύο συνίστασθαι καὶ συνεύχεσθαι μετὰ τῶν πιστῶν. μὴ μέντοι καὶ τῆς τῶν ἁγιασμάτων μεταλήψεως ἀξιοῦσθαι, ἕως ἂν ἡ διετία παρέλθῃ. εἰ οὖν οἱ ἐπιτιμίῳ ἀκοινωνησίας δεδεμένοι εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρχονται, διατί E οἱ ἱερεῖς σου οὐκ εἰσέρχονται; Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ οὐδέποτε μέχρι τοῦ νῦν ἐπέστησα τῷ κανόνι τούτῳ τὸν νοῦν. συμβάλλεται δέ σου τῷ λόγῳ σφόδρα. ἀλλὰ περὶ τῶν τοιούτων οὐ δεῖ φροντίζειν, εἰ μόνον περὶ τὴν πίστιν, ὡς εἶπον, ὁμοφρονήσομεν.

ANNO CHRISTI 1169.

ANNO CHRISTI 1169.

Ο ΘΕΟΡΙΑΝΟΣ. ἀφέντες οὖν ταῦτα πρὸς τὸ παρὸν, ἴδωμεν, εἰ δοκεῖ, τὸν ὅρον τῆς τετάρτης συνόδου, ὅν σοι τῇ προτεραίᾳ δεδώκαμεν. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. οὕτω γενέσθω. βούλομαι γὰρ ἐρωτῆσαι περὶ τινων λέξεων ἐκεῖ κειμένων. ἀλλὰ πρῶτον ἀντιβάλλωμεν ἀμφότερα τὰ βιβλία, καὶ ἴδωμεν, εἰ ἐξισάζει. καὶ τότε περὶ ὧν ἀμφιβάλλομεν, ἐρωτήσομεν.

ΟΡΟΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ

δ. συνόδου.

Ηρκει μὲν οὖν εἰς ἐντελῆ τῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσίν τε καὶ βεβαίωσιν, τὸ σοφὸν καὶ σωτήριον τοῦτο τῆς θείας χάριτος σύμβολον. περί τε γὰρ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκδιδάσκει τὸ τέλειον. καὶ τοῦ Κυρίου τὴν ἐνανθρώπησιν τοῖς πιστῶς δεχομένοις παρίστησιν. ἀλλ᾽ ἐπειδή περ οἱ τῆς ἀληθείας ἀθετεῖν ἐπιχειροῦντες τὸ κήρυγμα, διὰ τῶν οἰκείων αἱρέσεων τὰς καινοφωνίας ἀπέτεχον, οἱ μὲν τὸ τῆς δι᾽ ἡμᾶς τοῦ Κυρίου οἰκονομίας μυστήριον παραφθείρειν τολμῶντες, καὶ τὴν ΘΕΟΘΟΚΟΣ ἐπὶ τῆς παρθένου φωνὴν ἀπαρνούμενοι· οἱ δὲ σύγχυσιν καὶ κρᾶσιν εἰσάγοντες, καὶ μίαν εἶναι φύσιν τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος ἀναπλάττοντες ἀνοήτως, καὶ παθητὴν τοῦ μονογενοῦς τὴν θείαν φύσιν τῇ συγχύσει τερατευόμενοι. διὰ τοῦτο πᾶσαν αὐτοῖς ἀποκλεῖσαι κατὰ τῆς ἀληθείας μηχανὴν βουλομένη ἡ παροῦσα νῦν αὕτη ἡ ἁγία μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, τὸ τοῦ κηρύγματος ἄνωθεν ἀσάλευτον ἐκδιδάσκουσα. ὥρισε προηγουμένως, τ. ι. η. ἁγίων πατέρων τὴν πίστιν μένειν ἀπαρεγχείρητον. καὶ διὰ μὲν τοὺς τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ μαχομένους, τὴν χρόνοις ὕστερον παρὰ τῶν τῆς βασιλευούσης πόλεως συνελθόντων ἁγίων ρ. ν. πατέρων περὶ τῆς τοῦ πνεύματος οὐσίας παραδοθεῖσαν διδασκαλίαν κυροῖ, ἣν ἐκεῖνοι τοῖς πᾶσιν ἐγνώρισαν. οὐχ ὥς τι * λοιπὸν τοῖς προλαβοῦσιν ἐπεισάγοντες, ἀλλὰ τὴν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος αὐτῶν ἔννοιαν, κατὰ τῶν τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν ἀθετεῖν πειρωμένων; γραφικαῖς μαρτυρίαις τρανώσαντες. διὰ δὲ τοὺς τὸ τῆς οἰκονομίας παραφθείρειν ἐπιχειροῦντας μυστήριον, καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τεχθέντα Μαρίας, ἀναιδῶς ληρωδοῦντας, τὰς τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας γενομένου ποιμένος συνοδικὰς ἐπιστολὰς πρός τε Νεστόριον, καὶ τοὺς τῆς ἀνατολῆς, ἁρμοδίους οὔσας ἐδέξατο· εἰς ἔλεγχον μὲν τῆς Νεστορίου φρενοβλαβείας, ἑρμηνείαν δὲ τῶν εὐσεβεῖ ζήλῳ τοῦ σωτηρίου συμβόλου ποθούντων τὴν ἔννοιαν· αἷς καὶ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ τῆς μεγίστης Ῥώμης προέδρου, τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος, τὴν γραφεῖσαν πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις ἀρχιεπίσκοπον Φλαβιανὸν, ἐπ᾽ ἀναιρέσει τῆς εὐτυχοῦς κακονοίας, ἅτε δὴ τῇ τοῦ μεγάλου Πέτρου ὁμολογίᾳ συμβαίνουσαν· καὶ κοινήν τινα στήλην ὀρθοδοξίας κατὰ τῶν κακοδοξούντων, εἰκότως συνήρμοσε, πρὸς τὴν τῶν ὀρθοδόξων δογμάτων βεβαίωσιν· τοῖς τε γὰρ εἰς * υἱὸν τὴν δυάδα, τὸ τῆς οἰκονομίας διασπᾶν ἐπιχειροῦσι μυστήριον, παρατάττεται. καὶ τοὺς παθητὴν λέγειν τολμῶντας τοῦ μονογενοῦς τὴν θεότητα, τοῦ τῶν ἱερῶν ἀπωθεῖται συλλόγου. καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν δύο φύσεων τοῦ Χριστοῦ κρᾶσιν ἢ σύγχυσιν ἐπινοοῦσιν ἀνθίσταται. καὶ τοὺς οὐράνιον, ἢ ἑτέρας τινὸς ὑπάρχειν οὐσίας τὴν ἐξ ἡμῶν ληφθεῖσαν αὐτῷ τὴν δούλου μορφὴν παραπταίοντας ἐξε-

ἔτι που

ὂν

posItis, interrogare. Sed prius utrumque librum inter se conferamus, & videamus, an sibi respondeant: deinde quæramus de iis in quibus hæremus.

SANCTI IV. CONCILII.

* *definitio*.

* rectius *decretum*

Sufficeret quidem ad perfectam pietatis cognitionem & confirmationem, hoc eruditum ac salubre divinæ gratiæ symbolum, quod & perfectam de patre & filio, & spiritu sancto doctrinam tradit, & incarnationem Domini fideliter excipientibus exhibet: sed quando illi, qui prædicationem veritatis abolere conantur, per suas hæreses novas quasdam doctrinas pepererunt, aliis susceptæ propter nos administrationis Dominicæ mysterium corrumpere audentibus, & Deiparæ vocem virgini tribuendam negantibus; aliis confusionem & commistionem introducentibus, & unam esse carnis divinitatisque naturam stulte comminiscentibus, adeoque per hanc confusionem monstrose statuentibus, divinam unigeniti naturam esse passibilem: eapropter hæc sancta, magna, & universalis synodus, eos ab omni contra veritatem machinatione volens excludere, doctrinamque traditam antiquitus immotam adserens, ante omnia statuit, ut sanctorum CCCXIIX. patrum fides inconvulsa permaneat. Ac propter eos quidem, qui spiritum S. oppugnant, doctrinam de substantia spiritus a sanctis illis CL. patribus, aliquot post annis in Augusta urbe congressis, traditam confirmat; quam illi universis notam fecerunt, non quasi quiddam adferentes, quod prioribus deesset; sed suam de spiritu sancto sententiam adversus illos, qui potestatem ejus abolere conabantur, sacrarum litterarum testimoniis illustrantes: propter eos vero qui sacramentum dominicæ dispensationis falsariorum more corrumpere tentant, & imprudenter purum hominem esse nugantur eum qui de sancta Virgine Maria procreatus fuit; beati Cyrilli qui Alexandrinæ pastor ecclesiæ fuit, synodales ad Nestorium & Orientales episcopos litteras sibi consentientes amplexa est; tum ad Nestorianæ dementiæ confutationem, tum ad interpretationem pro iis institutam, qui pio zelo symboli salubris intellectum desiderant. Atque his epistolam quoque beatissimi sanctissimique Archiepiscopi Leonis, illius maximæ Romæ præsidis, ad sanctæ memoriæ Flavianum archiepiscopum, evertendæ depravationis Eutychianæ causa scriptam, veluti magni illius Petri confessioni convenientem, & columnam quamdam rectæ sententiæ publicam, adversus malarum opinionum auctores, ad orthodoxa dogmata stabilienda, merito conjunxit. Nam & iis hæc opponit sese, qui sacramentum dispensationis in duos filios distrahere nituntur; & eos cœtu sanctorum expellit, qui passibilem dicere divinitatem unigeniti audent; & iis resistit qui in duabus Christi naturis commistionem vel confusionem excogitant; Et eos exterminat, qui sumptam de nobis servilem formam, cœlestem esse, vel alterius cujusdam substantiæ delirant, & eos

ANNO CHRISTI 1169.

qui duas quidem Domini naturas ante unionem fabulantur, unam vero post unionem fingunt, anathematizat.

Sequentes ergo sanctos illos patres universi consona voce unum & eundem filium dominum nostrum Jesum Christum confitendum esse docemus: eumdem in divinitate perfectum, & eumdem perfectum in humanitate: vere Deum, & eumdem vere hominem, ex participe rationis anima corporeque constantem: ejusdem cum patre substantiæ, secundum divinitatem; & eumdem nobiscum ejusdem substantiæ, secundum humanitatem: similiter nobis per omnia, excepto peccato: ante sæcula quidem ex patre genitum, quo ad divinitatem; extremis vero diebus eumdem propter nos, & salutem nostram, natum ex Maria Virgine Deipara, secundum humanitatem: unum & eumdem Christum filium, Dominum, unigenitum, qui duabus * ex naturis citra confusionem, mutationem, divisionem, separationem, adgnoscitur; nequaquam naturarum discrimine propter unionem sublato, sed utriusque naturæ proprietate salva potius, & in unam personam unamque hypostasin coeunte: non in duas personas discerptum, vel divisum, sed unum & eumdem filium unigenam, Deum sermonem, Dominum Jesum Christum: sicut olim vates de ipso, & ipse nos Dominus Jesus Christus erudiit, & symbolum illud patrum nostrorum tradidit. His ergo cum omni undique accuratione diligentiaque a nobis sancitis, sacra & universalis synodus decrevit, nemini fas esse fidem aliam proferre, vel in litteras referre, vel componere, vel amplecti, vel alios docere. Si qui vero fuerint ausi fidem aliam vel componere, sive proferre, vel docere, vel aliud iis symbolum tradere, qui de paganismo, sive Judaismo, sive secta quacumque veritatis ad agnitionem se convertere volunt: eos, si fuerint episcopi vel clerici, tam ab episcoporum quam clericorum ordine removet. Sin monachi, vel laici fuerint, anathemati statuit esse subjectos.

* al. in naturis

Posteaquam concilii decretum recitatum fuisset, atque liber Armenicus Romano respondere deprehensus; satis essent denique declaratæ concilii voces, sane tolerabiles, quæ Generali visæ fuerant obscuræ: Theorianus hisce Generalem verbis compellabat: Vides sanctissime Domine, sacrum illum cœtum ɪↄc xxx divinorum Patrum, in oppido Chalcedon. congregatorum, non modo nihil contra dogmatum rectitudinem vel loquutum esse, vel sensisse: sed ne una quidem peregrina voce ad hujus divini decreti expositionem usum. Nam & fidem patrum se majorum ætate retinuit, & ipsa quoque verba. Ostendam vero tibi, si placet, ex quibus antiquioribus divis patribus hi beati patres vocem quamlibet hujus decreti sumpserint. Complures quidem certe de Cyrilli commentariis usurpatæ sunt, quem vos magis, quam alios, sequi decrevistis. GENERALIS. Perlubenter id quidem audiemus, si dicere tibi libuerit. THEORIANUS. Si dicere non libuisset, non promisissem. Verum per incisa singula concilii decretum recitetur, & ad quodlibet incisum decreti, dictum illius, a quo sumptum est, adjiciatur.

A λαύνει. καὶ τοὺς δύο μὲν πρὸ τῆς ἑνώσεως φύσεις τοῦ Κυρίου μυθεύοντας, μίαν δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀναπλάττοντας, ἀναθεματίζει.

Ἑπόμενοι τοίνυν τοῖς ἁγίοις πατράσιν, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν υἱὸν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν. τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι· Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ θεότητα, καὶ ὁμοούσιον τὸν αὐτὸν ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν, χωρὶς ἁμαρτίας. πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα· ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου τῆς θεοτόκου, κατὰ τὴν B ἀνθρωπότητα, ἕνα καὶ αὐτὸν Χριστὸν, υἱὸν, κύριον, μονογενῆ, * ἐκ δύο φύσεων ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως. ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον. οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης ἑκατέρας φύσεως. καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης· οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον ἢ διαιρούμενον, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν μονογενῆ, θεὸν λόγον, κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· καθά περ ἄνωθεν οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ τῶν πατέρων ἡμῶν παραδέδωκε σύμβολον. τούτων τοίνυν μετὰ πάσης πανταχόθεν ἀκριβείας τε καὶ ἐμμελείας παρ' ἡμῶν διατυπωθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἢ συγγράφειν, C ἢ συντιθέναι, ἢ φρονεῖν, ἢ διδάσκειν ἑτέρους. τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἤγουν προκομίζειν, ἢ διδάσκειν, ἢ παραδιδόναι ἕτερον σύμβολον τοῖς ἐθέλουσιν ἐπιστρέφειν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐξ Ἑλληνισμοῦ, ἢ Ἰουδαϊσμοῦ, ἤγουν ἐξ αἱρέσεως τῆς οἱασδηποτοῦν. τούτους εἰ μὲν εἶεν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ, ἀλλοτρίους εἶναι τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς. καὶ τοὺς κληρικοὺς, τοῦ κλήρου· εἰ δὲ μονάζοντες ἢ λαϊκοὶ εἶεν, ἀναθεματίζεσθαι αὐτούς.

* ἐν δύο φύσεων

Ἐπεὶ δὲ ἀνεγνώσθη ὁ ὅρος, καὶ τὰ βιβλία εὑρέθησαν ἐξισάζοντα, τό, τε Ἀρμενικὸν, καὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν, καὶ αἱ τῷ Καθολικῷ δοκοῦσαι ἀσαφεῖς αὐτοῦ λέξεις μετρίαι οὖσαι ἱκανῆς τετυχήκασι σαφηνείας, εἶπεν ὁ Θεωριανὸς πρὸς τὸν D Καθολικόν. Ὁρᾷς ἁγιώτατε δέσποτα, ὅτι τῶν χλ΄. θεοφόρων πατέρων θεῖος χορὸς, τῶν ἐν Χαλκηδονέων πόλει συνεγηγερμένων, οὐ μόνον οὐδὲν ἔξω τῆς τῶν δογμάτων ὀρθότητος λελάληκεν ἢ πεφρόνηκεν, ἀλλ' οὐδὲ κἂν μιᾷ λέξει ξένῃ εἰς τὴν ἔκθεσιν τοῦ θείου τούτου ὅρου ἐχρήσατο. τετήρηκε γὰρ τήν τε πίστιν τῶν πρὸ αὐτοῦ ἁγίων πατέρων, καὶ αὐτὰ δὴ τὰ ῥήματα. καὶ εἰ κελεύεις, δείξω σοὶ, ἐκ ποίων προγενεστέρων θείων πατέρων τοῖς μακαρίοις τούτοις θείοις πατράσιν ἑκάστη λέξις τοῦ ὅρου τούτου παρείληπται. αἱ πλείους γὰρ αὐτῶν ἀπὸ τῶν τῷ μακαρίῳ Κυρίλλῳ πονηθεισῶν συγγραφῶν παρελήφθησαν, ᾧ ὑμεῖς μᾶλλον τῶν ἄλλων ἀκολουθεῖν διεγνώκατε. Ο ΚΑΘΟΛ. ἡδέως ἀκουσόμεθα, εἴγε θελήσεις εἰπεῖν. Ο ΘΕΩΡ. εἰ μὴ E ἤθελον εἰπεῖν, οὐκ ἂν ὑπεσχόμην. ἀλλὰ ἀναγινωσκέσθω ὁ ὅρος κομματικῶς, καὶ πρὸς ἕκαστον κόμμα τοῦ ὅρου, ἡ χρῆσις, ὅθεν ἐλήφθη, παρατιθέσθω.

ANNO CHRISTI 1169.

A

ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Ἑπόμενοι τοίνυν τοῖς ἁγίοις πατράσιν, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν υἱὸν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν.

EX DECRETO.

Sequentes ergo ſanctos illos patres, univerſi conſona voce unum & eumdem filium, dominum noſtrum Jeſum Chriſtum confitendum eſſe docemus.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον ά. ἐπιστολῆς.

Ἐδιδάχθημεν παρὰ τῆς θείας γραφῆς, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων, ἕνα υἱὸν καὶ Χριστὸν ὁμολογεῖν.

CYRILLI

ex I ad Succeſſum epiſtolā.

Edocti ſumus a Scriptura ſacra, ſanctiſque patribus, ut unum filium & Chriſtum confiteamur.

B

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ἐκ τῆς πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῆς.

Ἡμεῖς γὰρ ἑνώσαντες ταῦτα, ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν τὸν αὐτὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν.

EJUSDEM,

ex epiſtola ad Eulogium.

Nos unitis hiſce, Chriſtum unum, eundem unum filium, unum Dominum confiteamur.

ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι.

EX DECRETO.

Eundem in divinitate perfectum, & eundem perfectum in humanitate.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ἐκ τῆς πρὸς Ἰωάννην ἐπιστολῆς.

C

Τέλειος ὁ αὐτὸς ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ὁ αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι.

CYRILLI

ex epiſtola ad Joannem.

Idem perfectus in divinitate, ac perfectus idem in humanitate.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ἐκ τῆς πρὸς τὰς Βασιλίδας ἐπιστολῆς.

Προδιαμαρτύρασθαι δὲ κἀκεῖνο οἶμαι καλόν. ὥσπερ γάρ ἐστιν ἐν θεότητι τέλειος ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος κατά γε τὸν τῆς ἀνθρωπότητος λόγον οὐκ ἄψυχον σῶμα λαβὼν, ἐμψυχωμένον δὲ μᾶλλον λογικῇ ψυχῇ.

EJUSDEM,

ex epiſtola ad Auguſtas.

Præterea ſi hoc quoque prius adteſter, recte me facturum arbitror, quemadmodum enim perfectus eſt in divinitate genitus ille de patre ſermo, ſic & in humanitate perfectus eſt, ſecundum ipſius humanitatis rationem; nec expers animæ corpus adſumpſit,
D ſed animatum potius per animam rationis participem.

ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτὸν, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, χωρὶς ἁμαρτίας πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ᾿ ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι᾿ ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου τῆς θεοτόκου, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

EX DECRETO.

Vere Deum, & eundem vere hominem, ex participe rationis anima corporeque conſtantem: ejuſdem cum patre ſubſtantiæ, ſecundum divinitatem; & eumdem nobiſcum ejuſdem ſubſtantiæ ſecundum humanitatem: ſimilem nobis per omnia, excepto peccato: ante ſæcula quidem ex patre genitum, quo ad divinitatem; extremis vero diebus eundem propter nos, & ſalutem noſtram, na-
E tum ex Maria virgine deipara, ſecundum humanitatem.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ἐκ τῆς πρὸς Ἰωάννην ἐπιστολῆς.

Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος. πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ᾿ ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι᾿ ἡμᾶς, καὶ διὰ

CYRILLI,

ex epiſtola ad Joannem.

Deum perfectum, & perfectum hominem, ex anima participe rationis & corpore conſtantem: ante ſæcula quidem ex patre genitum, quo ad divinitatem; extremis vero die-

ANNO CHRISTI 1169.

tum, quo ad divinitatem; extremis vero diebus eumdem propter nos, & salutem nostram, natum ex Maria Virgine, secundum humanitatem: ejusdem cum Patre substantiæ secundum divinitatem; & eumdem nobiscum ejusdem substantiæ, secundum humanitatem.

A τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

EX DECRETO.

Unum & eumdem Christum, filium, Dominum, unigenitum, qui duabus in naturis citra confusionem, mutationem, divisionem separationem, adgnoscitur.

ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Ενα καὶ τὸν αὐτὸν Χριστὸν, υἱὸν, κύριον, μονογενῆ, ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον.

CYRILLI,

ex I. ad Successum epistola.

Itaque modum adsumptionis humanæ naturæ animo considerantes, naturas duas coivisse per unionem videmus, citra divisionem, confusionem, & mutationem. Caro enim caro est, non divinitas, licet Dei caro facta sit: similiter & sermo Deus est, non caro; licet dispensatione quadam carnem proprie suam fecerit.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

B ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον ά. ἐπιστολῆς.

Εννοοῦντες τοίνυν, ὡς ἔφην, τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπον, ὁρῶμεν ὅτι δύο φύσεις συνῆλθον ἀλλήλαις καθ' ἕνωσιν * ἀδιάσπαστον, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως. ἡ γὰρ σαρξ, σάρξ ἐστι, καὶ οὐ θεότης, εἰ καὶ γέγονε θεοῦ σάρξ. ὁμοίως καὶ ὁ λόγος Θεός ἐστι, καὶ οὐ σάρξ. εἰ καὶ ἰδίαν ἐποιήσατο τὴν σάρκα οἰκονομικῶς. * ἀδιασπάστως

EJUSDEM,

ex eadem epistola.

Duas naturas esse dicimus, unum vero Christum Jesum, Dominum, Dei sermonem incarnatum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

C Δύο τὰς φύσεις εἶναι φαμὲν, ἕνα δὲ Χριστὸν Ἰησοῦν, Κύριον, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον σεσαρκωμένον.

EJUSDEM,

ex epistola ad Nestorium.

Nec carnem dicimus in divinitatis naturam esse conversam, nec ineffabilem Dei sermonem in naturam carnis translatum. Est enim incommutabilis, & inalterabilis, semper idem manens, secundum scripturas.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ἐκ τῆς πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῆς.

Οὔτε δὴ τὴν σάρκα φαμὲν εἰς θεότητος τραπῆναι φύσιν, οὔτε μὴν εἰς σαρκὸς τὸν ἀπόρρητον τοῦ θεοῦ λόγον παρενεχθῆναι φύσιν. ἄτρεπτος γάρ ἐστι καὶ ἀναλλοίωτος, ὁ αὐτὸς ἀεὶ μένων, κατὰ τὰς γραφάς.

EJUSDEM,

in epistola ad Eulogium.

Sic & in causa Nestorii. Quamvis duas naturas, discrimen carnis & sermonis significans, dicat: (nam alia natura sermonis est, alia carnis) unionem tamen nobiscum non confitetur. Nos enim his unitis, unum Christum, unum filium, unum Dominum confitemur.

D ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ.

Οὕτω καὶ ἐπὶ Νεστορίου. κἂν λέγῃ δύο φύσεις, τὴν διαφορὰν σημαίνων τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος. ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ μεθ' ἡμῶν. ἡμεῖς γὰρ ἑνώσαντες ταύτας, ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν τὸν αὐτὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν·

EX DECRETO.

Nequaquam naturarum discrimine propter unionem sublato.

ΕΚ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης, διὰ τὴν ἕνωσιν.

E

CYRILLI,

ex epistola ad Nestorium.

Non tamquam naturarum discrimine sublato propter unionem.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ἐκ τῆς πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῆς.

Οὐχ ὡς τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν.

EX

ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως.

EX DECRETO.

Sed utriusque naturæ proprietate potius salva.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ἐκ τῆς πρὸς Σύκενσον ἐπιστολῆς. β'.

Εἰ γὰρ καὶ εἷς λέγοιτο παρ' ἡμῶν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ σεσαρκωμένος καὶ ἐνανθρωπήσας. οὐ πέφυρται διὰ τοῦτο κατὰ τὸ ἐκείνοις δοκοῦν. οὔτε μὴν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν μεταπεφοίτηκεν ἡ τοῦ λόγου, ἀλλ' οὐδὲ ἡ τῆς σαρκὸς εἰς τὴν αὐτοῦ. ἀλλ' ἐν ἰδιότητι ἑκατέρου μένοντός τε ὁμοῦ, καὶ νουμένου, κατά γε τὸν ἀρτίως ἡμῖν ἀποδοθέντα λόγον.

CYRILLI,

ex II. ad Successum epistola.

Licet enim a nobis dicatur unigenitus Dei filius incarnatus, & homo factus: non tamen ideo commistus est, de ipsorum opinione; nec vel natura sermonis in naturam carnis transiit, nec carnis natura in naturam sermonis, sed utroque in sua proprietate manente simul ac intellectu, secundum expositam a nobis modo rationem.

ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης.

EX DECRETO.

Et in unam personam unamque hypostasim coeunte.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ἐκ τῆς πρὸς Ἰωάννην ἐπιστολῆς.

Καὶ ὡς ἐν ἑνὶ προσώπῳ ἑνούμενος. εἷς γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστός. κἂν ἡ τῶν φύσεων μὴ ἀγνοεῖται διαφορά.

CYRILLI,

ex epistola ad Joannem.

Et tamquam in una persona unitus. Unus enim Dominus Jesus Christus, tametsi naturarum discrimen non ignoratur.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ἐκ τῆς πρὸς Νεστόριον β'. ἐπιστολῆς.

Ἑνὶ τοιγαροῦν προσώπῳ τὰς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις πάσας ἀνατεθέον φωνάς, καὶ ὑποστάσει μιᾷ τῇ τοῦ λόγου σεσαρκωμένη. κύριος γὰρ εἷς ἐστιν ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς, κατὰ τὰς γραφάς.

EJUSDEM,

ex II. ad Nestorium epistola.

Uni ergo personæ omnes in Evangelio voces adtribuendæ sunt, unique hypostasi sermonis incarnatæ; Christus enim Jesus unus dominus est, secundum scripturas.

ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον, ἢ διαιρούμενον. ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν μονογενῆ, Θεὸν λόγον, καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστόν.

EX DECRETO.

Non in duas personas discerptum, vel divisum: sed unum & eumdem filium unigenam, Deum sermonem, Dominum Jesum Christum.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῆς.

Καὶ οὐκ εἰς δύο μερισθήσεται πρόσωπα καὶ υἱούς ἀλλὰ μεμένηκεν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς κύριος Ἰησοῦς Χριστός.

CYRILLI,

ex epistola ad Successum.

Non in duas personas & filios discerpetur: sed mansit unus & idem Dominus Jesus Christus.

ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Καθάπερ ἄνωθεν οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ τῶν πατέρων ἡμῶν παραδέδωκε σύμβολον.

EX DECRETO.

Sicut olim Vates de ipso, & ipse nos Dominus Jesus Christus erudiit, & symbolum illud patrum nostrorum tradidit.

ΚΙΡΙΛΛΟΥ

ἐκ τῆς πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῆς.

Οὕτως εὑρήσομεν τοὺς ἁγίους πεφρονηκότας πατέρας.

CYRILLI,

ex epistola ad Nestorium.

Sic Sanctos sensisse patres inveniemus.

EX DECRETO.

His ergo cum omni undique accusatione diligentiaque a nobis sancitis, decrevit sacra synodus, nemini fas esse, fidem aliam proferre, vel in litteras referre: & cætera.

CYRILLI,

ex Ephesina synodo.

His ergo recitatis, decrevit sacra synodus nemini fas esse fidem aliam, proferre: & cetera. THEORIANUS. Vides, sanctissime Domine, sacram hanc synodum Chalcedone habitam, a recta patrum sententia ne paulum quidem recessisse: sed ipsa verba cum mente verborum retinuisse? GENERALIS. Equidem in hoc decreto nihil invenio, quod orthodoxæ fidei adversetur: adeoque miror, qui factum sit ut nostri majores impudenter ad id calumniandum progrederentur. THEORIANUS. Adponamus, si placet, eorum quoque patrum auctoritates, qui partim ante Cyrillum, partim post eum illustres exstiterunt, tam verbis quam sententiis sanctæ Chalcedonensi synodo respondentes. GENERALIS. Id vero supervacaneum fuerit. Quippe Cyrilli supra recitatæ auctoritates sufficiunt. THEORIANUS. Videamus ergo, si placet, quot & qualibus sectis divinum hoc decretum sese obiiciat. GENERALIS. Id vero præclarum fuerit intueri, ne quid eorum nobis desit, quæ deinceps ejus stabiliendi causa proferri debent.

EX DECRETO.

Unum & eumdem filium, Dominum nostrum Jesum Christum, esse confitendum, universi consona voce docemus.

THEORIANUS. In his obturat os Paulo Samosateno, & Nestorio, qui hominem adorabant, & in duos filios ausi sunt eum dividere, aliumque dicere filium natura sermonem, & alium rursus filium per gratiam Christum Jesum, qui nomen filii per unionem & conjunctionem cum naturali filio sit adeptus: qui denique non confitebantur unum & eumdem filium, carnis quidem expertem ante descensum & hominis adsumptionem: incarnatum vero eumdem post descensum & hominis adsumptionem nostri causa factam.

EX DECRETO.

Eumdem in divinitate perfectum, & eumdem perfectum in humanitate. Quum in divinitate perfectum dicit, Arianorum blasphemiam reiicit. Nam illi Deum quidem esse Christum dicunt, sed imperfectum & patre minorem Deum tradunt. Quum autem inquit. Et eumdem perfectum, in humanitate: non Arianorum modo, sed Apollinaristarum quoque dementiam refutat. Arius enim nugatur, sermonem adsumpsisse carnem omnino inanimam: Apollinaris autem,

A ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ,

Τούτων τοίνυν μετὰ πάσης πανταχόθεν ἀκριβείας τε καὶ ἐμμελείας παρ' ἡμῶν διατυπωθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἢ συγγράφειν. καὶ τὰ λοιπά.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ἐκ τῆς κατ' Ἔφεσον συνόδου.

Τούτων τοίνυν ἀναγνωσθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος, ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν· καὶ τὰ λοιπά. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ὁρᾷς ἁγιώτατε δέσποτα, ὅτι οὐδὲ κἂν μικρὸν ἐκβέβηκε
B τῆς ὀρθῆς τῶν πατέρων δόξης ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος γενομένη. ἀλλὰ μετὰ τῆς διανοίας καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα ἐφύλαξεν, Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἐγὼ οὐδὲν ἐναντίον τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει εὑρίσκω ἐν τούτῳ τῷ ὅρῳ. καὶ θαυμάζω, πῶς οἱ πρὸ ἡμῶν ἀναιδῶς εἰς συκοφαντίαν ἐχώρησαν κατ' αὐτοῦ. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. παραστῶμεν, εἰ δοκεῖ, καὶ τῶν πρὸ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν διαλαμψάντων ἁγίων πατέρων χρήσεις, αὐταῖς λέξεσι καὶ νοήμασι τῇ ἐν Χαλκηδόνι ἁγίᾳ συνόδῳ στοιχούσας. Ο ΚΑΘ. περιττόν ἐστι τοῦτο. ἀρκοῦσι γὰρ αἱ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου προτεθεῖσαι χρήσεις. Ο ΘΕΩΡ. ἴδωμεν λοιπὸν, εἰ δοκεῖ, πόσαις καὶ οἵαις αἱρέσεσιν ὁ θεῖος οὗτος ὅρος ἀντιπαρατάττεται. Ο ΚΑΘΟΛ. καλόν ἐστι τοῦτο
C ἰδεῖν, ἵνα μηδὲν ἡμῖν ἐλλείπῃ εἰς σύστασιν αὐτοῦ λεχθῆναι ὀφειλόντων ἐς ὕστερον.

ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν. Ο ΘΕΩΡ. ἐν τούτοις τὸν Σαμοσατέα Παῦλον, καὶ Νεστόριον, τοὺς ἀνθρωπολάτρας ἐπιστομίζει, τοὺς εἰς υἱῶν δυάδα τομῶντας αὐτὸν διαιρεῖν. καὶ ἄλλον μὲν λέγοντας υἱὸν φύσει τὸν λόγον, ἄλλον δὲ πάλιν υἱὸν χάριτι τὸν Χρι-
D στὸν Ἰησοῦν, ἑνώσει καὶ συναφείᾳ τῇ πρὸς τὸν κατὰ φύσιν υἱὸν τὴν υἱότητα κεκτημένον καὶ οὐχ ὁμολογοῦντας ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν, ἄσαρκον μὲν πρὸ τῆς καταβάσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως. σεσαρκωμένον δὲ τὸν αὐτὸν μετὰ τὴν δι' ἡμᾶς κατάβασίν τε καὶ ἐνανθρώπησιν.

ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι. Τέλειον ἐν θεότητι εἰπὼν, τὴν Ἀρειανῶν ἀποθεῖται βλασφημίαν. οὗ-
E τοι γὰρ Θεὸν μὲν εἶναι λέγουσι τὸν Χριστὸν, ἀτελῆ δὲ, καὶ ἐλάττονα τοῦ πατρὸς θεὸν αὐτὸν δογματίζουσιν. ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν· καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι· οὐ μόνον τὴν Ἀρειανῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἀπολιναριανῶν διελέγχει ἄνοιαν· ὁ μὲν γὰρ Ἄρειος ἄψυχον παντελῶς σάρκα ἀνειληφέναι τὸν λόγον ληρωδεῖ· ὁ δὲ Ἀπολινάριος ἔμψυχον μὲν, ἄνουν δε. ὡς ἀμφοτέρους ἀτελῆ τὴν

ἀν-

ἀνθρωπότητα τοῦ Κυρίου ἀμαθῶς δογματίζειν.

A animatam quidem carnem, sed mentis expertem: quo fit, ut imperite ambo imperfectam Domini humanitatem tradunt.

ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτόν. Ταῦτα διὰ Μάνεντα, ὃς θεὸν ψιλὸν αὐτὸν ὁμολογεῖ, καὶ οὐκ ἄνθρωπον. καὶ διὰ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, καὶ Αρτεμᾶν. οἵτινες ἀρνοῦνται αὐτοῦ τὴν θεότητα, ψιλὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ὁμολογοῦντες.

EX DECRETO.

Vere Deum, & eumdem vere hominem. Hæc propter Manem posita sunt, qui eum putum fatetur Deum, non etiam hominem: & propter Paululum Samosatenum, Artemam, qui Divinitatem ejus pernegant, purum hominem confitentes.

ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Εκ ψυχῆς λογικῆς, καὶ σώματος. ἐνταυθ' πάλιν Απολιναρίῳ πολεμεῖ, λέγοντι μὴ ἐσχηκέναι νοερὰν. ψυχὴν τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστον, ἀλλὰ ζωτικὴν μόνον. καὶ διὰ Μάνεντα καὶ ΟΥαλεντῖνον, τοὺς ἀρνουμένους αὐτοῦ τὴν σάρκωσιν.

EX DECRETO.

B Ex participe rationis anima, corporeque constantem. Hic rursus Apollinarim oppugnat, qui Dominum nostrum Jesum Christum non dicebat animam habuisse mente præditam, sed dumtaxat vitalem: itemque Manem & Valentinum, incarnationem ejus negantes.

ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα. δι' Εὐνόμιον καὶ Αρειον, τοὺς τὸν μονογενῆ λόγον ἑτερούσιον τοῦ πατρὸς, καὶ κτίσμα, καὶ δοῦλον ἀσεβῶς αὐτὸν καταγγέλλοντας.

EX DECRETO.

Ejusdem cum patre substantiæ secundum divinitatem. Hoc propter Eunomium & Arium qui unigenam illum sermonem diversæ a paterna substantiæ, & creaturam & mancipium, impie prædicabant.

ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

C

Καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. διὰ Μαρκίωνα, καὶ Μάνεντα, καὶ ΟΥαλεντῖνον, τοὺς δοκήσει καὶ φαντασίᾳ ψιλῇ λέγοντας αὐτὸν ἄνθρωπον ὀφθῆναι, οὐ μὴν ἀληθείᾳ, καὶ κατὰ φύσιν ἄνθρωπον ὁμολογοῦντας αὐτὸν γεγονέναι.

EX DECRETO.

Et eumdem nobiscum ejusdem substantiæ, secundum humanitatem. Hoc propter Marcionem, & Manem, & Valentinum, qui eum per opinionem ac phantasiam dumtaxat ajebant hominem adparuisse; non reipsa, & naturaliter hominem factum confitebantur.

ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, κατὰ τὴν θεότητα. διὰ Σίμωνα, καὶ Εὐνόμιον, καὶ Αρειον, τοὺς ἀρνουμένους αὐτοῦ τὴν ἐκ πατρὸς πρὸ αἰώνων γένησιν.

EX DECRETO.

Ante sæcula quidem ex patre genitum, quo ad divinitatem. Hoc propter Simonem, & Eunomium, & Arium, qui generationem ipsius ex patre, factam ante sæcula, nega-
D bant.

ΕΚ ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

Επ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου καὶ θεοτόκου, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. διὰ Φωτεινὸν καὶ Θεόδορον, καὶ Διόδωρον, καὶ Νεςόριον, τοὺς διδόντας αὐτῷ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως ἐκ τῆς παρθένου, καὶ λέγοντας αὐτὸν ἄνθρωπον ἐξ ἀρετῆς κατὰ προκοπὴν θεοποιηθέντα, καὶ οὐχὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ ὄντα, καὶ διὰ φιλανθρωπίαν ἀτρέπτως ἄνθρωπον γεγενημένον.

EX DECRETO.

Extremis vero diebus eumdem propter nos, & salutem nostram, natum ex Maria Virgine Deipara, secundum humanitatem. Hoc propter Photinum, & Theodorum, & Diodorum, & Nestorium, qui existendi principium ei dant ex virgine, ac tradunt eum hominem esse, qui ob virtutem profectu quodam & incremento sit deificatus, non Deum de Deo, qui amore generis humani citra mutationem homo factus sit.

ΕΚ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

E

Εν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίςως γνωριζόμενον, οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως καὶ εἰς ἓν πρόσωπον, καὶ μίαν ὑπόςασιν συντρεχούσης. ταῦτα διὰ Νεςόριον, καὶ Απολινάριον, καὶ Εὐτυχῆ, οἵ τὰς διαφόρους φύσεις,

EX DECRETO.

Qui duabus in naturis citra confusionem, mutationem, divisionem, separationem agnoscitur; nequaquam naturarum discrimine propter unionem sublata, sed utriusque naturæ proprietate potius salva, & in unam personam unamque hypostasim coeunte. Ista propter Nestorium, & Apollinarim, & Euty-

chem

ANNO CHRISTI 1619.

chem, qui naturas diverſas, Sermonis, inquam, & carnis ejus, unam naturam abſolviſſe dicunt, amiſſa ſcilicet ſingularum proprietate: quo fit, ut ſecundum ipſorum doctrinam, non amplius in Chriſto vel eſſe paſſibile quidquam ſtatuere poſſimus, propter divinitatem ipſius, paſſionis expertem; vel quidquam impaſſibile, propter ipſius humanitatem, paſſioni obnoxiam. His ita recitatis & declaratis, Generalis ad Theorianum inquit: Equidem poſt recitationem hujus decreti nihil in eo deprehendi, quod orthodoxæ fidei repugnet, ſicut, & pridem faſſus ſum. Miror etiam, qui factum ſit ut noſtri majores impudenter ad id calumniandum progrederentur. Sed arbitror propterea, quod hæc ſancta, univerſalis, magnaque ſynodus, adverſus plures ſe ſectas objiciat, ut indicatum eſt; multos adverſus eam ab hoſte ſalutis humanæ calumniatores fuiſſe ſuſcitatos, pro multis illis vulneribus, quæ ad cor ipſum ei ſunt a ſynodo inflicta. Rectiſſimum ſane decretum eſt, uti quod a Spiritu ſancto per tot taleſque ſanctos patres dictatum fuerit. Quippe nulla ſynodus tam frequentem ſanctorum patrum collectorum numerum habuit. Ceterum modo tibi quiddam aperiam, quod hactenus vulgo proditum non fuit. Ante cc annos quidam Generalis Armeniorum fuit, cui nomen Joannes, vita doctrinaque magnis ſanctiſque patribus par, & qui diſciplinas exteras univerſas, adeoque philoſophiam ipſam non ſummatim adtigiſſet; vita quidem divina haud ſcio an omnibus, plurimis certe præivit; dignus habitus, tam vitæ quam doctrinæ gratia, qui hoc ſacro gradu ſolioque Generalium potiretur. Hic divino repletus zelo, contra Monophyſitas ruebat, & toto eis propemodum epiſcopatus ſui tempore tam ſcriptis quam lingua infligere vulnera non deſiit: cujus & ſacram memoriam honorifice pieque celebramus. Hujus divini beatique viri commentarius eſt apud me, quem contra Monophyſitas ſcripſit, pluribus ſcripturarum teſtimoniis, & enthymematis, & valentibus ſyllogiſmis, & notionibus communibus, & demonſtrationibus refertus. Eum beatæ memoriæ Generalis Gregorius, qui non multo ante me illuſtris in hoc ſolio fuit, ita confirmavit; ut ejus in extremo hæc verba perſcriberet: Sic & ego credo, quemadmodum ſanctiſſimus Generalis Joannes hic ſcripſit; & ita non credentes, anathematizo. Ac legamus ſane paululum ex eo, ſi placet, ut hunc virum adgnoſcas, veluti leonem ex unguibus. THEORIANUS. Equidem hoc ſcriptum libentiſſime audiam.

Quum ergo recitatum fuiſſet proemium, Theorianus ad Generalem: Obſecro, inquit, eximiam ſanctitatem tuam, ut hic liber deſcribatur, ac mihi tradatur: quo Græcum factum habere in Romania poſſimus, ad honorem patris ipſius, utque per eum auctor a nobis ipſe celebretur. GENERALIS. Perplacet.

ANNO CHRISTI 1169.

A τὸν λόγου λέγω καὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, μίαν φύσιν ἀποτετελεκέναι φασὶν, ἑκάστας δηλονότι τῆς ἑαυτῶν ἰδιότητος· ὡς κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον μηκέτι δύνασθαι σώζεσθαι τοῦ Χριστοῦ μήτε τὸ παθητὸν, διὰ τὸ ἀπαθὲς αὐτοῦ τῆς θεότητος, μήτε τὸ ἀπαθὲς, διὰ τὸ παθητὸν αὐτοῦ τῆς ἀνθρωπότητος. τούτων οὕτως ἀναγνωσθέντων καὶ ἑρμηνευθέντων, εἶπεν ὁ Καθολικὸς πρὸς τὸν Θεωριανόν. ἐγὼ τοῦτον ἀναγνοὺς τὸν ὅρον, οὐδὲν ἐναντίον τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει ἐν αὐτῷ διέγνων, ὡς σοι καὶ πρώην ἐξεῖπον. καὶ θαυμάζω, πῶς οἱ πρὸ ἡμῶν ἀναιδῶς κατ᾽ αὐτοῦ εἰς συκοφαντίαν ἐχώρησαν. ἀλλ᾽ οἶμαι, ἐπεὶ κατὰ πολλῶν αἱρέσεων παρατάττεται ἡ ἁγία αὕτη Καθολικὴ μεγάλη σύνοδος, ὡς δεδήλωται, πολλοὺς κατ᾽ B αὐτῆς; ὁ τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων πολέμιος τοὺς συκοφάντας ἐξήγειρεν ἀντὶ πολλῶν, ὧν κατὰ καρδίας ἐδέξατο πληγῶν παρ᾽ αὐτῆς. ὀρθότατος ἐστιν ὁ ὅρος, ὡς ὑπὸ τοῦ παναγίου πνεύματος διὰ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἁγίων θεοφόρων πατέρων ὑπαγορευθείς. οὐδεμία γὰρ ἁγία σύνοδος τοσούτους ἔσχε συνειλεγμένους ἁγίους πατέρας. νυνὶ δέ σοι καί τι τῶν μέχρι τοῦ νῦν ἀπορρήτων ἀποκαλύψω. πρὸ διακοσίων ἐτῶν ἐγένετό τις Καθολικὸς τῶν Ἀρμενίων, ᾧ ὄνομα Ἰωάννης, βίῳ καὶ λόγῳ τοῖς μεγάλοις ἁγίοις πατράσιν ἡμιλλημένος, παιδείας τε τῆς ἔξω πάσης, καὶ δὴ καὶ αὐτῆς φιλοσοφίας οὐκ * ἀκροθινῶς ἥψατο. βίῳ δὲ ἐνθέῳ οὐκ οἶδα εἰ πάντας τοὺς πλείστους τέως ὑπερηκόντισεν· ὃς διά τε τὸν βίον, C διά τε τὸν λόγον, τοῦ θείου τούτου βαθμοῦ καὶ τοῦ θρόνου, τῶν Καθολικῶν λέγω, ἠξίωτο. οὗτος ζήλου θείου πλησθεὶς, κατὰ τῶν μονοφυσιτῶν ὥρμητο. καὶ δὴ καὶ γραφαῖς, καὶ γλώττῃ τούτους καταтραυματίζειν, τὸν ὅλον τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ χρόνον σχεδὸν οὐκ ἐπαύσατο. οὗ τὴν θείαν μνήμην ἐντίμως καὶ θεοσεβῶς ἑορτάζομεν. τούτου τοῦ θείου καὶ μακαρίου ἀνδρός ἐστι παρ᾽ ἐμοὶ συγγραφὴ, ἣν κατὰ τῶν μονοφυσιτῶν συνεγράψατο, πολλαῖς γραφικαῖς μαρτυρίαις, καὶ ἐνθυμήμασι, καὶ συλλογισμοῖς ἰσχυροῖς, καὶ κοιναῖς ἐννοίαις καὶ ἀποδείξεσιν ἐμπεπυκνωμένη. ταύτην ὁ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ ὀλίγον πρὸ ἐμοῦ τῷ θρόνῳ τούτῳ διαπρέψας Γρηγόριος ὁ Καθολικὸς ἐπεκύρωσε, γράψας πρὸς τῷ τέλει αὐτῆς, ὅτι οὕτω πιστεύω κἀγὼ, ὡς ὁ ἁγιώτατος Καθολικὸς Ἰωάννης ἐν- D ταυθοῖ γέγραφε, καὶ τοὺς μὴ οὕτω πιστεύοντας ἀναθεματίζω. καὶ εἰ κελεύεις, ἀναγνώσομεν ἐκ ταύτης ὀλίγον, ἵνα γνῷς τὸν ἄνδρα, ὡς ἐξ ὀνύχων τὸν λέοντα. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ἥδιστα ἀκούσαιμι τῆς γραφῆς.

Ὡς οὖν ἀνέγνωμεν τὸ προοίμιον, εἶπεν ὁ Θεωριανὸς πρὸς τὸν Καθολικόν. παρακαλῶ τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου μεταγραφῆναι τὴν συγγραφὴν ταύτην· καὶ δοθῆναι μοι, ἵνα ἑξελληνισθεῖσαν ἐν Ῥωμανίᾳ ἔχοιμεν αὐτὴν, εἰς τιμὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τιμῶμεν δι᾽ αὐτῆς τὸν γεννήτορα. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἀποδέχομαι τοῦτο σφόδρα.

Καὶ δὴ μεταγραφεῖσα ἐδόθη ἡμῖν, ἣν καὶ E ἀπεκομισάμεθα πρὸς τὴν βασιλεύουσαν.

Τούτων οὕτω γενομένων, εἶπεν ὁ Καθολικὸς πρὸς ἡμᾶς. ὁ μακάριος Παῦλος ἔφη· ἐβουλόμην αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ,

* ἀκροθιγῶς

Itaque deſcriptus & nobis traditus eſt, qui eum ad urbem Auguſtam deportavimus.

Secundum hæc Generalis ita nos compellebat. Beatus Paulus inquit; Optarem ipſemet eſſe a Chriſto anathema pro fratribus meis, cognatis mihi, quod carnem adti-

ANNO CHRISTI 1169.

ANNO CHRISTI 1169.

ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου, τῶν κατὰ σάρκα, μόνον ἵνα σωθῶσι. τοῦτό φημι κἀγὼ ὑπὲρ τοῦ ἐμαυτοῦ γένους. ἐπεὶ καὶ ἀποθανεῖν ὀφείλει ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς ὑπὲρ τῶν προβάτων αὐτοῦ πᾶσαν μηχανὴν καὶ σπουδὴν ποιήσω, καὶ πάντα πᾶσι γενήσομαι, ἵνα πάντας, ἢ τινας πάντως σώσω. ὡς ἂν κἀγὼ δυνηθῶ εἰπεῖν, ἰδοὺ ἐγὼ, καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός· πῶς δὲ τοῦτο ποιήσω, ἄκουσον. ἀπὸ τῆς σήμερον ἄρξομαι γράφειν ἐπιστολὰς πρὸς τοὺς ἁπανταχοῦ γῆς Αρμενίων ἐπισκόπους, καλῶν αὐτοὺς εἰς τὴν σύνοδον. καὶ μετὰ τὸ κρατηθῆναι τὴν σύνοδον, προθήσω εἰς μέσον ὅσας χρήσεις ἔχουσιν οἱ Αρμένιοι, δοκούσας αὐτοῖς βοηθεῖν. προθήσω δὲ καὶ ὅσας αὐτός μοι παρήγαγες γραφικὰς μαρτυρίας. καὶ πρῶτον μὲν ἔσομαι ἐκ τοῦ μέρους τῶν Αρμένιων, καθ᾽ ὑμῶν γυμνάζων τὸν λόγον. εἶτα ἠρέμα, καὶ κατ᾽ ὀλίγον, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς οἰκονομίας, καὶ κατὰ καιρὸν καὶ τρόπον προσήκοντα, ἄρξομαι ἀποκαλύπτειν τὴν μέχρι τοῦ νῦν κρατήσασαν πλάνην τῶν Αρμμενίων, ἐλέγξω δὲ καὶ αὐτοὺς καὶ ἀπὸ συγγραφῆς τοῦ ἐν ἁγίοις Ιωάννου καὶ Καθολικοῦ, ἣν σοι δέδωκα μεταγράψας. καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν ἀποδείξεων, ἅς μοι πεποίηκεν ἡ σὴ λογιότης. καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, ἔσομαι Ρωμαῖος, ὑπὲρ Ρωμαίων, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας κατὰ τῶν Αρμένιων ἀγωνιζόμενος. καὶ μοι ἄψευστος ἐλπίς ἐστιν εἰς Θεὸν, ὅτι τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούσει, καὶ ἀκολουθήσει μοι. καὶ ἐσόμεθα σὺν Θεῷ μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. καὶ εἰ μὲν πάντες συνέλθοιεν ἐμοὶ, εὖ ἂν ἔχοι. τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ οὐ παύσομαι εὐχαριστῶν. εἰ δέ γε καὶ μὴ, (ὅπερ ἀπεύχομαι) μετὰ τῶν ἑπομένων μοι, καὶ στοιχούντων, καὶ ὁμοφρονούντων κυρώσω τὸ δόγμα τῆς ἀληθείας. καὶ ἀποστέλλω πρὸς τὸν κραταιὸν καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα, καὶ τὸν ἁγιώτατον καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην τοὺς ἀξιολόγους τῶν ἀρχιερέων μου, φέροντας τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἔγγραφον, καὶ ὑπογεγραμμένην οἰκείᾳ ἐμῇ χειρὶ, ἔχουσαν καὶ ὑπογραφὰς πάντων τῶν ὑπ᾽ ἐμὲ ὄντων ὀρθοδόξων ἐπισκόπων, βεβαιώσοντας, καὶ δι᾽ οἰκείας φωνῆς, καὶ γραφῆς λόγῳ ἡμῶν καὶ τῶν ὀρθοδοξησάντων Αρμενίων ταύτην. ἔσται δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο ἐν τῇ τοιαύτῃ ἐγγράφῳ πίστει ἐγκείμενον, ὅτι δεχόμεθα τὴν ἐν Χαλκηδόνι μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν τετάρτην ἁγίαν σύνοδον, καὶ οὓς αὐτὴ δέχεται ἁγίους πατέρας. οὓς δὲ πάλιν αὐτὴ ἀναθεματίζει, καὶ ἡμεῖς ἀναθεματίζομεν. Εὐτυχέα τε καὶ Διόσκορον, πρὸς δὲ καὶ Σέβηρον, καὶ Τιμόθεον τὸν Αἴλουρον, καὶ πάντας τοὺς αὐτῆς καταφλυαρήσαντας· τοὺς δὲ πρὸς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας τοὺς ὀφθαλμοὺς μύσαντας τῆς καρδίας, καὶ σοφωτέρους ἑαυτοὺς τῶν ἁγίων ὑπολαμβάνοντας, αἰωνίῳ ἀναθέματι παραπέμψω. εἶτα μετὰ τὸ κυρωθῆναι συνοδικῶς ἐν τῇ βασιλευούσῃ ταῦτα πάντα, καὶ ὑποστρέψαι τοὺς ἐμοὺς ἀρχιερεῖς, εἴγε κελεύσει ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς, εἰσέλθω καὶ αὐτὸς εἰς τὴν βασιλεύουσαν, προσκυνήσων τὰ ἐκεῖσε ἅγια προσκυνήματα, καὶ τὸν ἰσαπόστολον καὶ ἅγιον βασιλέα, καὶ τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην. καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐξέβαλε πάντας τοῦ ὑπερώου, καὶ μετὰ παθαινομένης ψυχῆς, ἔχον καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύων μεστοὺς, ἤρξατο λέγειν πρὸς ἡμᾶς.

Παρακαλῶ τὸν φιλόστοργον καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα, ἵνα μετὰ τὸ εἰσελθεῖν τοὺς ἐμοὺς ἀρχιε-

tinet, dumtaxat, ut ipsi salutem adipiscerentur. Idem ego de mea gente dico. Et quandoquidem bonus pastor etiam mori debet pro suis ovibus, omnem machinationem atque studium adhibebo, & omnibus omnia fiam; ut omnes, aut aliquos omnino servem: quo & ipse dicere possim: En ego, & liberi, quos Deus mihi dedit. Quo autem modo sim id facturus, audi. Ab hodierno die scribere litteras ad Armeniorum episcopos ubique gentium incipiam, quibus eos ad synodum invitabo. Ea quum habita fuerit, in medium proponam auctoritates omnes, quotquot Armenii habent, & pro ipsis esse videntur. Proponam & illa sacrarum litterarum testimonia, quæcumque tu mihi protulisti. Ac primum quidem ero ex parte Armeniorum, contra vos disserendo contendens: deinde paulatim, ac pedetentim, nec sine multo consilio, convenienti & tempore & modo, detegere incipiam Armeniorum errorem, qui hactenus obtinuit. Redarguam eos & de libro sanctæ memoriæ Joannis illius Generalis episcopi, quem librum tibi descriptum obtuli: de omnibus illis denique demonstrationibus, quas eruditio tua mihi suppeditavit. Ad summum, Romanus ero, proque Romanis, immo pro veritate, adversus Armenios decertabo: ac spe infallibili fretus erga Deum, futurum mihi polliceor, ut oves meæ vocem meam audiant, ac me sequantur: & erimus, Deo juvante, unum ovile, unus pastor. Quod si ad me universi accesserint, bene erit; ac benigno Deo gratias agere non desinam: sin autem, (quod evenire nolim) cum iis qui me sequentur, & mecum consentient, veritatis doctrinam confirmabo, & ad præpotentem sanctumque nostrum imperatorem, & sanctissimum ac universalem patriarcham, meos auctoritatis præcipuæ pontifices mittam, qui fidem orthodoxam scripto comprehensam adferent, manu mea subnotatam, & omnium mihi subjectorum recte sentientium episcoporum subscriptiones continentem; quique tam voce propria quam per scripturam, nostro nomine pariter, & amplexorum veram sententiam Armeniorum, eam confirmabunt. Atque huic comprehensæ scripto fidei hoc quoque, præter alia, insertum erit; Nos habitam Chalcedone magnam, universalem, quartam illam sacram synodum recipere cum iis sanctis patribus, quos ea recipit: quos autem è diverso anathemati subjicit, eos nos quoque anathematizare; nimirum Eutychem, & Dioscorum, & præter hos Severum, & Timotheum Ælurum, & omnes, qui adversus eam nugas meras effutiverunt. Quotquot autem cordis oculos ad veritatis lucem clauserint, & se viris illis sanctis doctiores existimabunt, æterno anathemati tradam. Deinde quum hæc omnia in urbe Augusta, synodo interveniente, corroborata fuerint, ac reversi mei pontifices: si quidem piissimus imperator jusserit; & ipse urbem Augustam ingrediar, adoraturus & res ibidem sanctas ac veneratione dignas, & Apostolis parem ac sanctum imperatorem, & sanctissimum patriarcham. Quibus dictis, è cœnaculo expulit universos, & animo dolorem præferente; plenisque lacrymarum oculis, ita nos adfari cœpit.

Obsecro benignum & sanctum imperatorem nostrum, ut, posteaquam mei Pontifices

ces Conſtantinopolim ingreſſi, & hæc, quæ diximus omnia confirmata fuerint: jubeat ſanctiſſimum & univerſalem Patriarcham, ornatum pontificalibus ſuis, quæ geſtare conſuevit, quoties ſacrum miniſterium peragit, in * ambonem conſcendere, vel in ſacrum ſanctum illud ſolium poſt ſacram menſam collocatum, crucem ſanctam manibus ſuis tenentem, & venerabilia ligna; audienteque toto eccleſiæ corpore ac populo, genti Armeniorum bene precari, quæ totum prope ſæculum execrationi ſubjecta fuit: deinde curet ſerias concipi preces etiam pro iis Armeniis, qui obdormierunt; ut Deus qui omnium vult ſalutem, profectum hoc ex ignoratione, non malitia, delictum eis remittat. Quum ergo videremus eum, hæc corde contrito, & cum gemitibus ad nos proferentem: nos quoque moti ſumus ad commiſerationem, totique meras in lacrymas, & lamentationes ſoluti. Deinde quum paululum temporis interceſſiſſet, quaſique ploratus conquieviſſet; Theorianus, dixit:

* ſuggeſtum

Has preces tuas, Domine, præpotenti & ſancto imperatori noſtro exponemus. Inde tradita nobis epiſtola ad piiſſimum, & ſanctiſſimum, & Chriſtianum imperatorem noſtrum, qua & illud complexus erat, ſe magnam illam, & univerſalem, ſanctamque ſynodum quartam, Chalcedone habitam, recipere: pacifice nos dimiſit, tactoque capite noſtro, bene nobis eſt precatus. Nos autem actis Deo pro his omnibus gratiis, Conſtantinopolim continuis itineribus proficiſcebamur, Deum interim & collaudantes, & prædicantes: cui quidem omnis majeſtas, honos, adoratio, & magnificentia, ſæculis infinitis competit. Amen.

A ρεῖς εἰς τὴν Κωνςαντινούπολιν, καὶ βεβαιῶσαι ταῦτα πάντα, ἃ εἴπομεν, πορήσῃ τὸν αγιώτατον καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην φορέσαι τὰ ἱερατικὰ αὐτοῦ, ὅσα φορεῖν εἴωθε, τὴν θείαν ἐκτελῶν λειτουργίαν, καὶ ἀναβῆναι ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος, ἢ ἐπὶ τοῦ θείου καὶ ἱερου θρόνου, τοῦ ὄπισθεν τῆς ἁγίας τραπέζης, κρατοῦντα ταῖς χερσὶ τὸν ἅγιον ςαυρὸν, ἔχοντα τὰ τίμια ξύλα, καὶ ἐν ἀκροάσει παντὸς τοῦτε πληρώματος τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ λαοῦ, εὐλογῆσαι τὸ γένος τῶν Αρμενίων. ὃ σχεδὸν ὅλον αἰῶνα ὑπὸ κατάραν ἦν· εἶτα ποιῆσαι εὐχὴν ἐκτενῆ καὶ ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων Αρμενίων, ἵνα ὁ θέλων πάντων ἀνθρώπων τὴν σωτηρίαν Θεὸς, ἀφήσει αὐτοῖς τοῦτο τὸ ἐξ ἀγνοίας, οὐ κακουργίας ἁμάρτημα. ὡς οὖν ἑωρῶμεν αὐτὸν B μετὰ συντετριμμένης καρδίας καὶ ςεναγμῶν, ταῦτα πρὸς ἡμᾶς λέγοντα· κεκινήμεθα καὶ ἡμεῖς πρὸς οἶκτον, καὶ ὅλοι δακρύων καὶ θρήνων γεγόναμεν. ὥρας δὲ ὀλίγης παρελθούσης, καὶ ὡσεὶ τοῦ θρήνου καταρεμήσαντος, εἶπεν ὁ Θεωριανός.

Ταύτην σου τὴν παράκλησιν, δέσποτα, εἴπομεν τῷ κραταιῷ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ. καὶ δοὺς ἡμῖν γραφὴν αὐτοῦ πρὸς τὸν εὐσεβέςατον, καὶ ἅγιον, καὶ φιλόχριςον ἡμῶν αὐτοκράτορα, περιέχουσαν τό. ὅτι δέχομαι τὴν τετάρτην μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν ἁγίαν σύνοδον τὴν ἐν Χαλκηδόνι. ἀπέλυσεν ἡμᾶς ἐν εἰρήνῃ. καὶ ἁψάμενος τῆς κεφαλῆς ἡμῶν, εὐλόγησεν ἡμᾶς. ἡμεῖς δὲ ἐπὶ πᾶσι τούτοις εὐχαριςήσαντες τῷ Θεῷ, τῆς πρὸς Κωνςαντινούπολιν φερούσης οἰχόμεθα, αἰ- C νοῦντες καὶ εὐλογοῦντες τὸν θεόν. ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, καὶ μεγαλοπρέπεια εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμην.

COLLECTORIS ADNOTATIO

in ſuperiorem diſputationem.

IN latina diſputationis hujus Græcæ verſione, quæ correcta vellem occurrunt omnino duo. Græcam vocem λογὸς cum de Filio Dei dicitur ſemper hic redditur *Sermo*; retineri enim maluiſſem Latinam eccleſiaſticam vocem *Verbum*; ne quid dare Socinianis videremur. Alterum vero hoc eſt. Patriarcham Armenorum *Catholicum* omnes vocant; minus ergo ſcite Interpres noſter pro *Catholico* ſubſtituit *Generalis*. Denique toti diſputationi titulus hic præfixus eſt *Diſputatio Nierſis*; quamvis in Græco ſit *Diſputatio Theoriani*; id vero ex eo provenit, quod titulum illum ex Galani tom. I. *Concil. Eccleſ. Armen. cum Latin.* prius acceperim, quam acta Græca in biblioth. PP. viderim.

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

Sub Michaele Anchialino patriarcha

Anno 1171. *habitum.*

Ἡ δύναμις τοῦ σημειώματος τοῦ κυρίου Μιχαὴλ, ἐστὶν αὕτη. Μηνὶ Ἰανουαρίῳ ιγ΄, ἡμέρᾳ δ΄, ἐπινεμήσεως δ΄, καὶ ἐφεξῆς διατάττεται καὶ τοὺς ἀναγνώστας ἐπίσης τοῖς διακόνοις καὶ τοῖς ἱερεῦσι μὴ ἀναδέχεσθαι κοσμικὰ ὀφφίκια ἢ πρακτορικὰς ἐνεργείας, ἢ κουρατορείας, διὰ τὸν ια΄ κανόνα τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει α΄ καὶ β΄ συνόδου.

Vis edicti domini Michaelis hæc est. (2) Mense Januario, die 8. 4. Indictionis. & deinceps, constituit, ne lectores, æque ac diaconi & sacerdotes sæcularia officia suscipiant, vel exactorum munera, vel curationes, propter XI. canonem I. & II. Constantinopolitanæ synodi.

2 Mensis Januarii die XIII. feria IIII. indictione IIII.

B

Β. Περὶ τοῦ μὴ χειροτονεῖν κληρικοὺς τοὺς ἐξ ἑτέρας ἐνορίας.

II. Ne clerici ex aliena diœcesi (3) creentur.

3 ordinentur

Ἔχε ἐπὶ μνήμης τὴν συνοδικὴν σημείωσιν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυρίου Μιχαὴλ, τοῦ γεγονότος ὑπάτου τῶν φιλοσόφων, τάδε πρὸς ἔπος διαλαμβάνουσαν. Μηνὶ Νοεμβρίῳ ἡμέρᾳ α΄, ἐπινεμήσεως δ΄, προκαθημένου τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυρίου Μιχαὴλ ἐν τοῖς Ἀλεξιακοῖς κατηχουμενείοις, συνεδριαζόντων τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ αὐτοῦ ἱερωτάτων ἀρχιερέων, Στεφάνου, Καισαρείας. Νικολάου, Ἐφέσου. Μιχαὴλ, Ἡρακλείας. Ἰωάννου, Κυζίκου. Λέοντος, Ἀμασείας. Νικήτα, Μελιτινῆς. Βασιλείου, Νεοκαισαρείας. Λουκᾶ, Μωκισοῦ. C Ἰωάννου, Κρήτης. Λέοντος, Ἀδριανουπόλεως. Κωνσταντίνου, Εὐχαΐτων. Γεωργίου, Ἀλανίας. Θεοδώρου, Μηθύμνης. Ἰωάννου, Βυζύης, καὶ Ῥωμανοῦ, Ἄπρω. παρισταμένων καὶ θεοφιλεστάτων δεσποτικῶν ἀρχόντων.

Ὅρια πατέρων μὴ ὑπερβαίνειν ἃ καλῶς οὗτοι καὶ μετὰ δεούσης δοκιμασίας ἀρχῆθεν ἐξέθεντο. ἀλλὰ μηδὲ τὰ ἐσκαμμένα καθάλλεσθαι, καὶ θριγγίον ὑπερπηδᾷν διαιρετικὸν ὀθνείων τε καὶ οἰκείων δικαίων. ἐκκλησιαστικὸν δόγμα, καὶ νόμος θεῖος ἀνέκαθεν κείμενος. ἔδει μὲν οὖν τοῦτο μὴ ἀγνοεῖν τοὺς τῶν ἁπανταχοῦ διακειμένων προϊσταμένους ἐκκλησιῶν, καὶ τὸ ἐπάγγελμα ἔχοντας συντήρησιν θεσπισμάτων κανονικῶν καὶ νομικῶν διαταγμάτων· καὶ μέντοι καὶ ἐμμένειν τούτοις ὀφείλοντας, D καὶ τῶν οἰκείων μὲν δικαίων ἀντέχεσθαι, τῶν δὲ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι. ἀλλ' οὐκ οἶδ', ὅ, τι παθόντες τινὲς τῶν ἱερωτάτων ἀρχιερέων, οἳ καὶ μάλιστα ἔγγιστα τῆς βασιλίδος ταύτης τῶν πόλεων τοὺς ἀρχιερατικοὺς θρόνους ἔλαχον, ἀσυντηρήτως ποιοῦντες χειροτονίας διακόνων καὶ ἱερέων, μὴ ὑποκειμένων ταῖς ὑπ' αὐτοὺς ἐνορίαις, πολλάκις ἑάλωσαν. οἳ γὰρ περὶ τούτου προσαγγελθέντες τῷ πρὸ ἡμῶν ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ κυρίῳ Λουκᾷ, καὶ παρεγγυηθέντες παύσασθαι τοῦ τοιαῦτα ποιεῖν ἀκανόνιστα. φαμὲν δὴ τοῦ χειροτονεῖν ὑπερόρια, καὶ τοὺς ἐξ ἑτέρας ἐνορίας εἰς αὐτοὺς ἀφιγμένους, ἀνυποστόλως οὕτω χειροθετεῖν. ἀμνηστίαν τῶν αὐτοῖς περὶ τούτου παρηγγελμένων οὐκ ἐπαύσαντο τίθεσθαι, μέχρι δῆτα E καὶ τήμερον. Ἐπειδὴ τοίνυν ἀνηγγέλθη καὶ τῇ ἡμῶν μετριότητι παρὰ τοῦ ἡμετέρου θεοφιλεστάτου χαρτοφύλακος, πολλούς τινας τῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας ἐνορίας παρὰ γνώμην αὐτοῦ πρὸς τοὺς πέριξ ταυτησὶ τῆς μεγαλοπόλεως ἀπερχομένους ἐπισκόπους, ἱερατικοῦ παρ' αὐτῶν ἀξιοῦσθαι χαρίσματος, εἶτ' αὖθις ἐπαναστρέφειν εἰς τήνδε τὴν καθ' ἡμᾶς ἐνορίαν, μετὰ δὴ τάχα καὶ γραμμάτων συστατικῶν τὸ ποιητέον αὐτῷ ἐπὶ τούτοις ἐζήτει μαθεῖν

In memoria habe synodalem declarationem sanctissimi patriarchæ, domini Michaelis, qui fuit philosophorum summus, quæ hæc ad verbum continet: Mense Novembri, die primo, Indictione V. præsidente sanctissimo domino nostro & universali patriarcha domino Michaele in Alexiacis catechumeniis, magnæ ejus sanctitati una assidentibus sanctissimis antistitibus, Stephano Cæsareæ, Nicolao Ephesi, Michaele Heracleæ, Joanne Cyzici, Leone Amaseæ, Niceta Melitenes, Basilio Neocæsareæ, Luca Mocisi, Joanne Cretæ, Leone Adrianopolis, Constantino Euchaitarum, Georgio Alaniæ, Theodoro Methymnes, Joanne Byzyes, & Romano, Apro: præsentibus etiam religiosissimis dominicis magistratibus.

Patrum terminos non transgredi, quos ii pulchre, & cum ea, qua par est, disquisitione ab initio posuerunt: sed nec fossas, nec (4) vallum transilire quod externa a suis juribus dividit, decretum est ecclesiasticum, & lex divina, a multis ante seculis statuta. Oportebat ergo hoc non ignorare eos, qui ecclesiis præsunt, quæ ubique sitæ sunt, & qui synodalia decreta legumque constitutiones se servaturos profitentur; & qui debent in eis permanere, & propria quidem jura retinere, ab alienis autem abstinere. Sed nescio quanam ratione quidam sanctissimi antistites, (5) qui etiam proxime hanc urbem imperialem sedes episcopales sortiti sunt, diaconorum & sacerdotum suis diœcesibus non subjectorum ordinationes citra ullam observationem facere deprehensi sunt; qui (6) etiam de eo, quod a sanctissimo patriarcha nostro, domino Luca, annuntiatum est, & admoniti, ut hæc contra canones facere desinerent: extra, inquam, suæ regionis limites ordinare, & iis, qui ex aliena regione ad se veniunt, tam libere manus imponere: oblivionem earum, quæ ante facta erant, (7) declarationum, non cessaverunt imponere usque in hodiernum diem. Quia autem nostræ mediocritati a nostro pio chartophylace renunciatum est, multos ex nostra regione præter ejus voluntatem ad episcopos & archiepiscopos, qui sunt circumcirca magnam hanc civitatem, accedentes, sacerdotali munere ab eis dignos haberi, deinde rursus reverti ad hanc nostram regio-

4. sepem

5. præsertim qui prox.

6. qui etiam hoc nomine interpellati a decessore nostro sanctissimo patriar. domino Luca, & admoniti.

7 interdictorum.

ANNO CHRISTI 1171.

gionem cum literis forte commendatitiis: quid sibi agendum sit in iis, a nostra intelligere mediocritate postulavit. Dixit enim se non parum dubitare, ne ipse alienis forte judiciis communicet, permittens eos ad sacra admitti, quos ipse non examinavit: de quibus nec testes, ut ipsi mos est, adstantes interrogavit; nec, an præfinitos annos nati sint, certior factus est; nec eorum vitam examinavit: nec fides sibi facta est ex scripto eorum testimonio: qui illos secundum spiritum pepererunt, eos esse sua professione dignos. idque, cum sæpe in nonnullis manifeste adversetur aspectus, quod ad annorum complementum attinet, & qui XXX. annos natus esse deberet, ab eo tempore longe absit, corporis constitutione, qua cernitur, ætatem aperte testante, ipsaque barbæ raritate: cum in aliis quidem pili nullo modo appareant, in aliis vero brevis, & multo minor quam triginta annorum pilos esse oporteat. Hæc dicens, etiam ei occurrentem dubitationem non esse injustam factis ipsis ostendit, nostræ mediocritati synodice hodie præsidenti, duos vel tres, qui hoc erant aspectu & constitutione, & ad sacros ordines promoti erant, exhibens: hos quidem, a Dei amantissimo Derci episcopo: illos vero, a Dei amantibus episcopis Præneti & Chalcidis: & dicens, alios a diversis sic ordinatos hic esse & versari, & velle uti sacerdotes sacra celebrare. Hanc ergo religiosissimi nostri chartophylacis quæsitu dignam propositionem nec nostra mediocritas volens insolutam relinquere, communiter considerandam divinæ & sacræ, quæ hic agit, fraternitati permisit. Ergo & de proposito disceptare volentes, prius ut discernatur petivimus, quænam sint antistitum, qui sunt ubique communia munia, & quæ sint specialia, id est, quænam ejusdem regionis episcopi peragere non prohibentur in iis, qui ad illos undecumque accedunt, & quænam extra suæ diœcesis terminos facere prohibentur. Deinde de ea re sententiam ferre cupientes, invenimus; eos quidem, qui mysteriis non sunt initiati, fidei rationem docere, & catechizare: deinde sic etiam illuminatione dignari, ac divina etiam & vivifica mysteria communicare fidelibus, qui sunt ex quacumque regione; hoc esse commune officium judicavimus, & iis, qui ex propria regione accedunt, & iis etiam qui ex aliena regione veniunt. Manus autem imponere, & sacros ordines conferre, non iis, qui undequaque veniunt; sed iis solis, qui sunt ejus diœcesis, unicuique antistiti canone cautum est: ne inter eos confusio seditioque versetur, a quibus & ordo & pacis bonum aliis quoque, certa debet regula tradi. Quoniam ergo hæc inquisita sic habere se invenimus, eos quidem, qui ante fuerunt, propemodum condemnare; & sacerdotalia munera, quæ jam obierunt, infirmare & vel eos, qui ordinarunt, segregationi subjicere; vel eos, qui ordinati sunt, sacerdotali nudare dignitate; durum omnino, & inhumanum existimavimus: sed eos non amplius ferre, qui in (1) nostrum præjudicium tam a ratione aliena fecerunt; & quæ prius quidem facta sunt, humane transmittere; id autem, quod futurum est; corrigendo tutum

1 proprium

A παρὰ τῆς ἡμῶν μετριότητος. ἀμφιβάλλειν γὰρ οὐ μικρῶς ἔφασκε, μή ποτε κρίμασιν ἀλλοτρίοις ἐπικοινωνοίη, παραχωρῶν ἱερᾶσθαι, οὓς αὐτὸς ἐξήτασε. περὶ ὧν οὔτε μαρτύρων, ὡς ἔθος αὐτῷ, παρασάντων ἐπύθετο, καὶ εἰ χρόνων εἶεν τῶν ὡρισμένων, πεπληροφόρηται· οὔτε δοκιμασίαν περὶ τοῦ βίου τούτων πεποίηται, καὶ τὸ πιστὸν τοῦ ἀξίους εἶναι τοῦ ἐπαγγέλματος ἐκ τῆς ἐνυπογράφου μαρτυρίας τῶν κατὰ πνεῦμα τούτους ὠδινησάντων παρείληφε· καὶ ταῦτα, πολλάκις ἐπέτινων προφανῶς ἐναντιουμένης τῆς ὄψεως περὶ τὴν τῶν χρόνων τέως εντέλειαν. καὶ τὸν τριακοντούτην εἶναι ὀφείλοντα, πολλῷ τῆς τοιαύτης λείπεσθαι προθεσμίας· προσμαρτυρούσης προδήλως ἔκ τε τῆς κατὰ τὴν ἡλικίαν τοῦ σώματος φαινομένης ἀτελοῦς καταστάσεως, καὶ ἐξ αὐτῆς τοῦ πώγωνος τῆς ἐπιψι-
B λώσεως, ἐφ᾽ ὧν δὲ βραχείας πανυ καὶ ἐνδεεστέρας πολλῷ τοῦ προσήκοντος τριακοντούτῃ πωγωνιήτῃ τριχώματος. ταῦτα λέγων, καὶ τὴν ὑφέρπουσαν τοῦτον ἀμφιβολίαν καὶ ἀπορίαν, ὡς οὐκ ἀνεύλογον, ἐξ ἔργων αὐτῶν παρεδήλωσε. παραστησάμενος τῇ ἡμῶν μετριότητι συνοδικῶς προκαθημένῃ, τὴν σήμερον δύο ἢ τρεῖς οὕτως ἔχοντας ὄψεως ἢ καταστάσεως, καὶ εἰς ἱερατικὸν προβιβασθέντας βαθμόν. οὓς μὲν, παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Δέρκου. οὓς δὲ, παρὰ τῶν θεοφιλῶν ἐπισκόπων, τοῦ τε Πραινέτου καὶ τοῦ Χαλκίδος. καὶ ἄλλους δὲ παρὰ διαφόρων οὕτω κεχειροτονημένους φάμενος εἶναι, καὶ διατρίβειν ενταῦθα, καὶ ἱερουργεῖν ἐθέλειν ὡς ἱερεῖς. Τὸ γοῦν
C τοιοῦτον τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν χαρτοφύλακος ἀξιοζήτητον πρόβλημα, οὐδὲ ἡ μετριότης ἡμῶν καταλιπεῖν ἐθέλουσα ἄλυτον, ἐπὶ κοινοῦ συνδιασκεψαμένῃ τῇ ἐνδημούσῃ θείᾳ καὶ ἱερᾷ ἐπέτρεψεν ἀδελφότητι. τοίνυν καὶ περὶ τοῦ προκειμένου διαγνωμονῆσαι θέλοντες, διακριθῆναι πρότερον ἐζητήσαμεν, τίνα μὲν τὰ τῶν ἁπανταχῆ ἀρχιερέων εἰσὶ κοινότερα ἐνεργήματα, τίνα δὲ ἰδιικώτερα· τουτέστι, ποῖα μὲν οἱ ἐγχώριοι τῶν ἀρχιερέων οὐ κωλύονται διαπράττεσθαι, ἐπὶ τοῖς ὁθενδηποτε σφίσι προσερχομένοις. τίνα δὲ ἀπείργονται ποιεῖν ὑπερόρια. 1 καὶ ἐπειδὴ τὰ περὶ τούτων φιλοκρινοῦντες ἐφούρομεν, τὸ μὲν ἀμυήτους τὸν περὶ πίστεως λόγον διδάσκειν, καὶ κατηχεῖν, εἶτ᾽ οὕτω καὶ φωτίσματος ἀξιοῦν, ἀλ-
D λα καὶ τῆς τῶν θείων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων μεταλήψεως μεταδιδόναι τοῖς ἐξ οἱασοῦν ἐνορίας πιστοῖς, ἐνέργημα εἶναι τοῦτο κοινότερον διεγνώκειμεν, ἐπί τε τῶν ἐκ τῆς οἰκείας ἐνορίας ὡρμημένων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἐξ ἀλλοδαπῆς ἐρχομένων. χειροθεσίας δὲ ἱερατικῆς ἀξιοῦν, οὐ τοὺς ἁπανταχόθεν ερχομένους, ἀλλ᾽ ἢ μόνους τοὺς ἐκ τῆς οἰκείας ενορίας ἑνὶ ἑκάστῳ ἀρχιερεῖ κεκανόνισται· ἵνα μὴ τὸ ἄτακτον τούτοις καὶ στασιῶδες ἐμπολιτεύοιτο, ἐξ ὧν τὸ εὔτακτον καὶ τὸ τῆς εἰρήνης καλὸν καὶ τοῖς ἄλλοις ὀφείλεται κανονίζεσθαι. ἐπεὶ οὖν οὕτω ταῦτα ζητήσαντες, εὕρομεν, τὸ μὲν σχολὴν τῶν προγεγονότων καταψηφίσασθαι, καὶ ἀκυρῶσαι τὰς ἤδη σφίσι προτετελεσμένας ἱερατικὰς ἐνεργείας, καὶ εἴτε ἀφορισμῷ
E τοὺς χειροθετήσαντας καθυποβαλεῖν, εἴτε τοὺς χειροτονηθέντας τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἀπογυμνῶσαι, σκληρόν τι καὶ ἀπηνὲς ὅλως ἐλογισάμεθα· τὸ δὲ καὶ ἔτι ἀναχέσθαι τῶν ἐπὶ κρίματι σφετέρῳ τὰ τοιαῦτα διαπραξαμένων παράλογα, καὶ τὰ μὲν προτετυγμένα φιλανθρώπως παραδραμεῖν, τὸ δὲ μέλλον επιδιορθωτικῶς, ἀσφαλίσασθαι, ἅτε κοινῇ συμφέρον καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ἐπεκρίναμεν. λοιπὸν καὶ ὁμοφρονοῦντες ἀποφαινόμεθα ἅπαντες, μηκέτι το ἀπὸ τοῦδε τολμῆσαι τινὰ τῶν πλησιοχώρων εἴτε καὶ πορρωτέρων ἀρχιερέων, τῶν

ANNO CHRISTI 1171.

τε

ANNO CHRISTI 1171.

τε ἐκ τῆς ἡμετέρας συνόδου, τῶν τε ἐξ ἑτέρας, χεῖρα τελεσικὴν ἐπιθεῖναι ἐπί τινι τῶν τῆς ὑπὸ τὴν βασιλίδα ταύτην καὶ μεγαλόπολιν ὄντων ἐνορίας, καὶ οἱουδήτινος αὐτὸν ἀξιῶσαι τῶν ἱερωμένων τόπου τε καὶ βαθμοῦ. ἀλλ' ἕκαστον εἰδέναι τὰ ἑαυτοῦ δίκαια, καὶ τούτοις ἀρκεῖσθαι καὶ μόνοις· τῶν δ' ἄλλοις ἀνηκόντων ἀρχιερατικῶν δικαίων μὴ κατεπεμβαίνειν ἀναιδῶς, καὶ τὸ ὅλον καταφρονητικῶς. εἰδέναι ὀφειλόντων τῶν ἀθετῆσαι τολμησάντων τὰ οὕτω κανονικῶς παρ' ἡμῶν διατεταγμένα, ἀλλὰ καὶ τῶν προσερχομένων αὐτοῖς καὶ ἱερωσύνης ἀξιουμένων, ὡς οὗτοι μὲν, ὡς παρὰ κανόνας χειροτονηθέντες, οὐδὲν ἱερατικὸν λειτούργημα ἐνταῦθα διενεργήσουσιν, ἀλλ' ἐν ἐκείναις ταῖς ἐνορίαις ἀδεῶς ἱεράσονται, ἐν αἷς καὶ τὸ χρίσμα τῆς ἱερωσύνης ἐδέξαντο· οἱ δὲ χειροτονήσαντες, ἐξ οἵας ἂν εἶεν συνόδου, ἀλειτουργητίας ἐπιτιμίῳ ἀπεντεῦθεν ἔσονται ὑποκείμενοι. ὡς μηδὲ μετὰ πρώτην ἢ δευτέραν παραίνεσιν (πρώτην δὲ φαμὲν τὴν καὶ παρὰ τοῦ πρὸ ἡμῶν ἁγιωτάτου κυρίου Λουκᾶ συνοδικῶς περὶ τούτου γενομένην ἔγγραφον ἐπιφώνησιν) ἀποσχέσθαι τῆς τοιαύτης ἀκανονίστου θελήσαντες πράξεως. διὸ καὶ τετύπωται παρεκβληθῆναι καὶ δοθῆναι τὴν τοιαύτην σημείωσιν. ἀφορισμοῦ δὲ προσεπιτιθέαμεν ἐπιτίμιον, καὶ ὃς ἂν πρῶτος τῶν τὰς τοιαύτας διενεργούντων ἀκανονίστους χειροτονίας τὰ παρ' ἡμῶν διωρισμένα ταῦτ' ἐπιγνώσεται, εἰ μὴ καὶ τοῖς πλησίον αὐτοῦ ἱερωτάτοις ἀρχιερεῦσι τὰ ὁρισθέντα γνωρίσειεν. ἃ δὴ καὶ ἐπὶ πασῶν τῶν ἐνοριῶν τῶν ὑπὸ τὰς ἁπανταχοῦ ἁγιωτάτας ἐκκλησίας, ἤγουν μητροπόλεις, ἀρχιεπισκοπὰς, τὸ ἐνεργόν τε καὶ ἀναλλοίωτον ἕξουσι. καὶ οὐδεὶς τῶν ἱερᾶσθαι τὸ ἀπὸ τοῦδε μελλόντων εἰς ἕτερον ἀρχιερέα παρ' ἐνορίαν ἀφίξεται, καὶ παρ' ἐκείνου τοῦ τῆς ἱερωσύνης ἀξιωθήσεται χαρίσματος. ἀπεντεῦθεν γὰρ ὑπόδικοι ἔσονται καὶ ἀμφότεροι, ὅ, τε χειροτονηθεὶς ἱερεὺς, καὶ ὁ χειροτονήσας τοῦτον ἀρχιερεὺς, τοῖς οἷς περὶ τούτων ἤδη συνοδικῶς διωρισάμεθα φθάσαντες· Ἵνα δὲ μὴ πρόφασις εἴη, καὶ τοῦτο δῆθεν εὐάφορμος, τοῖς μὴ βουλομένοις ἐνταῦθα χειροτονεῖσθαι, προσερχομένοις τῷ θεοφιλεστάτῳ ἡμῶν χαρτοφύλακι, τὸ καινοτομίαν ἴσως ὑφίστασθαι πλείονα τῆς εἰωθυίας συνηθείας ἔκπαλαι δίδοσθαι. καὶ τοῦτο παρὰ τῆς ἡμῶν μετριότητος συνοδικῶς διωκονόμηται σήμερον. διωρισάμεθα γὰρ, τὸ ἀρχαῖον ἔθος ἐπὶ τούτοις μὴ παραβαίνεσθαι. ἀλλ' ἐκεῖνα δίδοσθαι μόνα τοῖς τε ἐπισκοπειανοῖς καὶ τῷ κατὰ καιροὺς θεοφιλεστάτῳ χαρτοφύλακι, τὰ εἰωθότα παρὰ τῶν χειροτονουμένων ἄνεκαθεν καταβάλλεσθαι.

A reddere. ut (5) quod nobis ipsisque conferat, censuimus: & deinceps unanimes omnes pronuntiamus, nequis deinceps ex finitimis audeat antistitibus, nec ex ulterioribus, sive ex nostra sint, sive ex aliena synodo, manum sacros ordines conferentem imponere alicui eorum, qui sunt hujus Imperialis & magnæ civitatis diœcesis, nec ullo sacratorum loco & gradu eos dignos judicare: sed sciat unusquisque sua jura, & iis vel solis sit contentus. Episcopalia autem jura, quæ ad alios pertinent, ne impudenter & omnino contemptim invadant. Monendique sunt, qui a nobis sic canonice constituta, infirmare & negligere ausi fuerint, & qui ad eos accedunt, & sacerdotio digni B habiti sunt; eos quidem qui præter canones ordinati fuerint, nullum hic munus sacerdotale exercituros, sed in illis regionibus secure sacra celebraturos, in quibus etiam sacerdotii unctionem acceperunt: qui autem ordinaverunt, ex quacumque sint synodo, non celebrandorum sacrorum pœnæ fore deinceps obnoxios, ut qui nec post primam vel secundam admonitionem (primam autem dicimus, qua a sanctissimo nostro prædecessore domino Luca synodaliter facta est, denuntiationem) ab ea actione canonibus repugnante sejungi voluerint. Quocirca etiam cautum est, hanc emitti, & dari declarationem. Segregationis autem pœnam ei im- C ponimus, qui primus contra has canonicas ordinationes facientium, hæc a nobis definita cognoverit, nisi etiam finitimis suis antistitibus, quæ decreta sunt, nota fecerit. Quæ quidem in omnibus regionibus quæ sunt sub sanctissimis ubique ecclesiis, nimirum metropolibus, archiepiscopatibus, & episcopatibus, exercebuntur, & immutabilia permanebunt. Et nemo eorum, qui deinceps (6) sunt sacrandi, ad alium antistitem ultra regionem accedet, & ab illo sacerdotali unctione dignus judicabitur. Deinceps enim abhinc erunt obnoxii utrique, tam qui ordinavit antistes, quam qui ordinatus est sacerdos, iis quæ de his jam prius synodaliter D statuimus. Ne autem sit prætextibus isque satis elegans, iis, qui nolunt, hic ordinari, ad religiosum nostrum chartophylacem accedentibus, quod majorem forte subeant innovationem, quam olim dari fuerit consuetudo: ei quoque rei a nostra mediocritate hodie provisum est. Cautum est enim, ne antiqua in iis consuetudo transiliatur: sed illa sola dentur episcopi ministris, & religiosissimo hujus temporis chartophylaci, quæ ab iis, qui ordinantur, jam olim dari consuevere.

ANNO CHRISTI 1171.

5. id vero publice ac nobis ipsis profuturum censuimus: ac proinde unanimes.

6. sacris initiandi sunt.

Γ. Περὶ συνηθείας μὴ βεβαιωθείσης διὰ δικαστικῆς διαγνώσεως.

ΣΥνηθείας οὔσης, οὗτος ἀπὸ ἱερέων λαϊκῶν μονάσαντας, καὶ ὄντας πρότερον καταγεγραμμένους τῆς διακονίαν ἱερέων, καὶ μετὰ τὸν μονάδα βίον τῷ τῶν διακόνων συγκαταλέγεσθαι σώματι, καὶ μετὰ λαϊκῶν ἱερέων πειρωμένους συναναστρέφεσθαι. ὁ παναγιώτατος ἡμῶν δεσπότης, κύριος Μιχαὴλ, τὴν μακρὰν τοιαύτην συνήθειαν ὡς οὐδὲν ἐλογίσατο· καὶ διωρίσατο. ἀπὸ μόνων λαϊ-

E

III. De consuetudine non confirmata judiciali sententia.

CUm moris fuisset, ut qui ex laicis sacerdotibus monachi facti essent, quoniam prius ministerio sacerdotum adscripti fuissent, post susceptam vitam monachicam in corpore & collegio ministeriorum recenserentur, & cum sacerdotibus laicis conversarentur: sacrosanctissimus dominus noster Michael hanc longam consuetudinem pro ni-

ANNO CHRISTI 1173.

nihilo reputavit; ac decrevit, ut ex laicis sacerdotibus solum ministeria constituerentur, monachi autem in recessibus suis assidui essent.

A κῶν ἱερέων τὰς διακονίας στνίςασθαι, καὶ οὗτος μοναχους παρὰ ταῖς οἰκέιαις προσεδρεύειν μοναῖς.

IV. De nuptiis cum cognata prius desponsata.

Δ. Περὶ γάμου μετὰ συγγενοῦς τῆς προμνηστευθείσης.

MAle permissum fuit domino Michaeli Pleuræ, matrimonio conjungi cum domina Anna Spanopolina, quæ (7) patruelis erat Mariæ Serbilii filiæ, antea illi desponsæ. Nam tametsi lege mortis ante nuptias ab ea sponsa separatus est, neque cum illa se commiscuit: attamen ipsius (8) patruelem uxorem ducere non debuit. Neque enim conjunctio, sed precationum ceremoniæ, ut sponsalia tamquam nuptiæ reputentur, faciunt. Si igitur laicus tale quidpiam facere prohibetur, profecto (9) consecratus multo magis: Tali namque temporibus sanctissimi illius patriarchæ, domini Michaelis Anchiali, per synodalem commentarium vetitum est legitime conjungi cum ea muliere, quæ cognata ejus fuerat, quæ obligatoriis scriptis dumtaxat illi obstricta fuisset, neque sponsaliorum preces cum ipso excepisset: quod aut mortua, aut pœnitudine ducta alteri viro conjuncta esset: extra quam si eam nec dum sexennem mors, arrhabonis instar, abstulerit. Visum est enim concilio, in sexennem mulierem (10) copulæ concupiscentiam non cadere. Verum hoc in laicis non obtinebit. Nam qui altari deserviunt, soli unius uxoris ejusdemque virginis viri nominari, ipsique ejusdem status esse debent.

7. consobrina

8. consobrinam

9. sacerdos

10. coitus

KΑκῶς ἐξεχωρήθη ὁ Πλευρῆς κύριος Μιχαὴλ συζυγῆναι τῇ Σπανοπωλίνῃ κυρίᾳ Ἄννῃ, πρώτῃ οὔσῃ ἐξαδέλφῃ τῆς προμνηστευθείσης αὐτῷ Μαρίας τῆς τοῦ Σερβιλίου. κἂν γὰρ νόμῳ θανάτου πρὸ τοῦ γάμου διεζύγη τῆς τοιαύτης μνηστῆς, καὶ οὐδὲ συνεμίγη αὐτῇ· ἀλλ' οὐκ ὤφειλεν ἐξαδέλφην αὐτῆς πρώτην λαβεῖν. οὐδὲ γὰρ ἡ συνάφεια, ἀλλ' ἡ τῆς εὐχῆς τελετὴ, ποεῖ B τὴν μνηστείαν ὡς γάμον λογίζεσθαι. εἰ γοῦν λαϊκὸς τοιοῦτόν τι ποιεῖν κεκώλυται, πολλῷ μᾶλλον ἱερωμένος· ὁ τοιοῦτος γὰρ ἐκωλύθη διὰ σημειώματος συνοδικοῦ ἐπὶ τῆς ἐφημερίας τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυρίου Μιχαὴλ τοῦ Αγχιάλου, συνάπτεσθαι νομίμως γυναικὶ συγγενεῖ οὔσῃ, τῇ διὰ δεσμωτικῶν μόνων ἐγγράφων κατεγγυηθείσῃ τούτῳ, καὶ μὴ φθασάσῃ λαβεῖν μνηστείας εὐχὴν μετ' αὐτοῦ, ἢ ὡς θανούσῃ, ἢ ὡς ἑτέρῳ ἀνδρὶ συναφθείσῃ. ἐκ μεταμελείας· εἰ μή πω ταύτην ἐξαετῆ οὖσαν ὁ θάνατος ἠρραβωνίσατο. ἔδοξε γὰρ τῇ συνόδῳ μετὰ ἐξαετοὺς γυναικὸς ἐπιθυμίαν φθορᾶς μὴ μεσολαβεῖν. τοῦτο δὲ ἐπὶ λαϊκῶν οὐ κρατήσει· μόνοι γὰρ οἱ τοῦ βήματος μιᾶς γυναικὸς, καὶ ταύτης παρθένου, C ἄνδρες ὀφείλουσιν ὀνομάζεσθαι, καὶ αὐτοὶ δὲ τῆς αὐτῆς εἶναι καταστάσεως.

V. De nuptiis duorum fratrum cum filia fratris sororisve uxoris Joannis, & filia ejus, ex alio suscepta.

Ε. Περὶ γάμου δύο ἀδελφῶν μετὰ ἀνεψιᾶς τῆς γυναικὸς Ἰωάννου καὶ θυγατέρος αὐτῶ ἐξ ἑτέρας γυναικὸς ἤτοι 1 Θεοδώρου.

1 Θεοδώρας

PAtriarchæ Michaelis decretum, Joannis (3) forte filiam, & filiam fratris sororis ve uxoris ejus, duobus fratribus jungi permittit; utpote quam Joannes ex altera uxore susceperit.

3. (verbi caussa)

TΟ σημείωμα τοῦ πατριάρχου Μιχαὴλ, τὴν θυγατέρα τοῦ Ἰωάννου τυχὸν, καὶ τὴν ἀνεψιὰν τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, δυσὶν ἀδελφοῖς ἐπιτρέπει συζευχθῆναι. ἣν ἐξ ἑτέρας ἔσχεν ὁ Ἰωάννης γυναικὸς δηλονότι.

VVESTMONASTERIENSE CONCILIUM

Occasione electionis Richardi in Cantuariensem archiepiscopum,

habitum anno 1173.

Ex Parisio an. 1173. affert Wilkins Conc. Brit. t. 1. p. 474.

EOdem anno (1173.) pridie nonas julii suffraganei Cantuariensis ecclesiæ, & ejusdem loci senior pars conventus de electione archiepiscopi tractantes, elegerunt Richardum, priorem Dorovernensem. Igitur electione facta, electus ille regi fidelitatem juravit, salvo ordine suo, nulla prorsus habita mentione de regni consuetudinibus conservandis. Acta autem sunt hæc apud Westmonasterium in capella sanctæ Catharinæ, justitiario assensum præbente. In hoc quoque concilio recitatæ fuerunt literæ domini papæ in audientia episcoporum omnium, & baronum, hæc inter cætera continentes: Universitatem vestram monemus, & auctoritate, qua fungimur, districte præcipimus, ut natalem Thomæ, martyris gloriosi, Cantuariensis olim archiepiscopi, diem videlicet passionis ejus solemniter sub annis singulis celebretis, & apud eum votivis orationibus satagatis peccatorum veniam promereri; ut qui pro Christo in vita exilium, & in morte virtutis constantia martyrium pertulit passionis, fidelium jugi supplicatione interpellatus, apud Deum pro nobis intercedat. E Apicibus autem vix perlectis, levaverunt vocem omnes in sublime dicentes: *Te Deum laudamus*. Et quoniam suffraganei ejus debitam patri reverentiam aut exulanti, aut ab exilio revertenti, vel etiam reverso non exhibuerant, sed potius fuerant persecuti, ut suum publice omnibus confiterentur errorem & iniquitatem, ex ore unius episcopi, omnium episcoporum est expressa confessio dicentis: Adesto, Domine, supplicationibus nostris, ut qui ex iniquitate nostra reos

ANNO CHRISTI 1173.

nos esse cognoscimus, beati Thomæ martyris tui, atque pontificis intercessione liberemur.

ANNO CHRISTI 1173.

CANONES CONCILII SUB RICHARDO ARCHIEP. CANTUAR. HABITI.

Ex M. S. Cotton. afert. Wilkins Concil. Brit. t. I. pag. 474.

I. Nullus præsumat intrare ecclesiam absque præsentatione advocati ecclesiæ, & impersonatione diœcesani episcopi, vel officialis ejus per ipsum.

II. Monachi albi non præsumant amodo detinere decimas, quas colunt in parochiis ecclesiarum, quas eædem habere solebant. Item non præsumant habere ecclesias contra statuta ordinis sui. B

III. Clerici focarias non habeant.

IV. Conjugati ecclesias non habeant, seu ecclesiastica beneficia.

V. Filii non succedant patribus in ecclesiis.

VI. Nullus det ecclesiam in dotalitium.

VII. Nulli detur ecclesia, qui signum clericale non habeat.

VIII. Excommunicationi subjaceant qui detinuerunt decimas de lana, de lino, & similibus.

IX. Non pro communione, vel chrisC mate, vel baptismate, vel extrema inunctione, vel sepultura denarius, vel aliquod pretium exigatur.

X. Clerici non eant ad tabernas, vel potationes publicas.

XI. Laici ecclesias ad firmam non habeant.

XII. Judæi non recipiant fidelitatem a Christianis, nec Christiani faciant.

XIIII. Christiani non fœnerentur.

XIV. Ecclesiæ exhibeantur honorifice in libris, & ornamentis, & utensilibus necessariis. D

XV. Clerici comam non nutriant, nec habeant vestes inordinatas.

XVI. Amodo officium suum non exerceant, qui in alienis episcopatibus furtive ordines susceperunt.

XVII. Clerici publicis muneribus non fungantur, nec causas sanguinis agant.

XVIII. Non in ecclesiis vel locis consecratis judicia sanguinis vel mortis exerceantur.

XIX. Judæi non præsumant amodo evacuare parochias ecclesiarum per occupationes suarum domorum vel terrarum. E

XX. Non occulta fiant matrimonia, sed palam in facie ecclesiæ.

XXI. Monachi firmas non teneant, vel canonici claustrales curam parochiarum tangant.

XXII. Uxorati relictis uxoribus aliis adhærentes, cum corripiuntur, non appellent.

XXIII. VVallenses non vendant ecclesias, vel dent in dotem, vel consanguineis adhæreant, vel commutent uxores.

XXIV. Pro monachis, canonicis, monialibus in monasterio recipiendis nihil exigatur

XXV. Non dicantur præfationes præter ea, quæ statuta sunt.

XXVI. Non fiat intinctio corporis in sanguine Christi.

XXVII. Vicarii perpetui, qui personis ecclesiarum fideli sacramento obligantur, se contra personam non erigant.

XXVIII. Pensiones aliis non faciant clerici in ecclesiis occulte & sine assensu episcopi, ut alii eisdem succedant.

XXIX. Terræ non accipiantur amodo in pignus, quin fructus terræ medio tempore percepti in sortem computentur.

XXX. Laici non recipiant præmia pro præsentatione personæ, nec episcopi pro præsentatione, nec officiales sui.

XXXI. Donationes ecclesiarum, & præsentationes personarum factæ viventibus irritæ sunt.

XXXII. Non in vasis stagneis officia divina celebrentur.

XXXIII. Victus in causa ei, qui vicit, expensas solvat.

XXXIV. Ecclesia vel ambitus ecclesiæ hominem non tueatur, qui ibidem hominem occiderit.

XXXV. Non contrahatur matrimonium inter aliquos infra annos, nisi ex dispensatione inter principes vel magnos viros, reconciliationis vel pacis causa.

XXXVI. Leprosi inter sanos amodo non conversentur.

XXXVII. Clerici vel monachi vel ecclesiis dediti non negotientur.

CON-

ANNO CHRISTI 1175.

CONCILIUM apud VVODESTOCH

Pro eligendo Norvvicensi episcopo, & abbatibus nonnullis per Angliam

Anno 1175. celebratum.

Ex Hoved. in eund. an. & Bromton. in Chron.

Wilkins Conc. Brit. t. I. ad an. 1175.

DE *hoc concilio Hovedenus ita ait:* Eodem anno in octabis nativ. S. Johann. Bapt. venerunt ambo reges usque ad wodestoch, & occurrerunt eis illuc Richardus, Cant. Archiepiscopus, &c. & Hugo, Dunelmensis episcopus, qui illuc venerat pro negotio suo. Venerunt etiam illuc omnes abbates Cant. diœcesis, & magnum celebraverunt concilium de pastore eligendo ad sedem pontificalem Norvvicensis ecclesiæ, & de pastoribus eligendis ad abbatias, quæ tunc vacabant per Angliam -- Johannes vero de Oxenforde, clericus regis, electus est ad episcopatum Norvvicensis ecclesiæ &c. Prædictæ autem abbatiæ distributæ sunt viris religiosis, sicut dom. regi & prædicto archiepiscopo placuit. *Bromtonus in Chronico ita de hoc concilio loquitur:* Finito sic dicto concilio, dicti reges peregrinatione sua ad B. Thomam Cantuariensem peracta, usque Radinges inde redeuntes, in ipsa die Pentecostes curiam suam & festum regium tenuerunt: Et inde dom. rex unum de clericis suis ad ecclesiam Norvvicensem, & ad abbatias per Angliam tunc vacantes, cum literis suis misit, significans priori & conventui domorum vacantium, quod ipse prior cum 5. vel pluribus de discretioribus vel sapientioribus domus suæ, qui ad hoc sufficerent, in nativitate B. Joh. Bapt. obviam ei & domino Cant. archiepiscopo apud Oxoniam venirent ad pastorem domui suæ necessarium eligendum. Et præcepit quod unusquisque prior literas sui conveutus de ratihabitione secum B ferret. Similiter Cant. archiepiscopus illud idem per unum de clericis suis ad dictas domos vacantes cum dicto regis clerico scripsit & mandavit -- circa octabas nativit. B. Joh. Bapt. regibus prædictis usque Wodestoch venientibus, Richardus, Cant. archiepiscopus, & VIII. episcopi ejusdem provinciæ, & plures abbates de eadem eisdem ibidem ad illum terminum occurrerunt, de pastore ad sedem Norvvicensem, & aliis pastoribus ad abbatias tunc vacantes eligendis, & instituendis, coram dictis regibus ibidem concilium celebrantes. *His addit Chronicon VValt. Conventr.* In eodem vero concilio confirmata est per mandatum Alexandri, C summi pontificis, electio Gaufridi, Linc. Episcopi. Sed dominus rex, pater ipsius, noluit ut tunc consecraretur, quod ille infra annos ætatis erat, & nesciebat si necessarius esset ad regimen suscepti ordinis; & misit eum rex Turon. ut ibi scholas exerceret, & disceret, donec dignus fieret tanti honoris dignitate.

AD SALMANTICENSE, quod dicunt, CONCILIUM

Anno 1175. celebratum

ADNOTATIO CRITICA.

HIspanum quoddam concilium a Hiacyntho diacono cardinali tit. S. Mariæ in Cosmedim A. S. L. indictum habitumque fuisse Cardinalis de Aguirre in sua Conciliorum Hispaniæ collectione diligenter adnotavit, ex quo Venetus Labbei editor illud in suam transtulit. Sed uterque in eo deceptus est, quod Salmanticæ coactum scripserint. In epistola enim Alexandri III. Zamorensi episcopo directa, quæ legitur in appendice ad Concilium Lateranense III. part. X. cap. XXVIII. locus, ubi patres convenerunt, sidetur; Salmanticæ vero latuisse Zamorensem episcopum, venire ad Synodum recusantem, ibique a nuncio suo repertum pontifex ibidem affirmat. Urbs ergo illa non quidem concilii sedes, sed Zamorensis episcopi latebra fuit.

DU-

DUBLINENSE CONCILIUM

In Hibernia celebratum, in quo jus regium in Hibernia confirmatur.

Anno IV. Henrici II. in Hibernia, Domini vero anno 1176. a Viviano A. S. L. celebratum.

Wilkins Conc. Brit. ad A. 1176.

HOc *de concilio ita loquitur Giraldus Cambr. lib. II. Hib. expug. c. 17.* Interea Vivianus legationis vice per Hiberniam fungens, convocata Dublini episcoporum synodo, jus Anglorum regis in Hiberniam, & summi pontificis confirmationem viva voce publice protestatur; tam clero, quam populo sub anathematis interminatione districte praecipiens & injungens, ne ab ejus aliquatenus fidelitate ausu temerario resilire praesumant. Et quoniam consuetudinis erat, ut ab Hibernicis ad ecclesiarum refugia victualia transferrentur Anglicanae familiae, licentiam dedit, ut quoties in expeditionem profectis, aliunde alimenta non obvenerint, in ecclesiis reperta (justae taxationis ecclesiarum custodibus soluto pretio) extrahantur.

Hoveden refert in ann. MCLXXVI. Vivianum missum fuisse ab Alex. papa in Scotiam, Hiberniam, & insulas adjacentes ad causas ecclesiasticas determinandas; venientemque in Angliam, postulatum esse a rege H. quod sine ejus venia ingressus esset hoc regnum. Huic igitur ut satisfaceret, jurasse, nihil se facturum in legatione sua contra voluntatem regis: concessamque sic ei licentiam transeundi in Scotiam, rege subsidium administrante.

AD CONCILIUM NORTHAMPTONIENSE

In quo de subigendis Anglicanae ecclesiae Scotis episcopis actum,

Anno 1176. celebratum

ADDITIO.

Ex Wilk. Conc. Brit. I. ad A. 1176.

COncilii *hujus acta ex Hovedeno Labbeus refert. Superest ut ea ipsa ex Hettore Boethio lib. XII. hist. Scot. pag. 272. edit. an. 1574. repraesentemus.*

Subsequenti anno Hugo Cardinalis ac diaconus sancti Angeli, a summo pontifice legatus in Angliam missus, quo ecclesias Anglicanas, summa prius diligentia inspectas, si quibus opus esset, reformaret; ac deinde una opera idem facturus in Scotiam pergeret. Confectis in Anglia rebus, ex universa Scotia episcopos ad se Northamptoniam ad certum diem evocat. Citati comparent. Ibi concilio facto, quum mandata sua a pontifice jubente episcopos omnes Scotiae archiepiscopo Eboracensi subesse, exposuisset, prolixa oratione persuadere conatus est, aequo ut id animo facerent. Omnibus enim episcopis aliarum regionum patronum quendam ac veluti caput esse, cui subsint, ne protinus querelae causaeque omnes ad pontificem summis cum laboribus tum expensis deferantur. Nullam esse in tota Scotia civitatem metropolitanam, quo in rebus ambiguis consultatum conveniant; nullam amicitiae, qua vel maxime adversus hostes muniti sint, occasionem inter ipsos esse. Quamobrem non modo opportunum Eboracensem archiepiscopum esse non magnis terrarum spatiis distantem, sed etiam divitiis opibusque praepotentem, qui, si qua ulli necessitas ab hostibus ingruat, mox auxilio esse possit. Ad haec id religioni nostrae maxime convenire, ut libenter majoribus sese subjiciant. Maximum enim id meritum esse, si complurium imperio ex ordine subessent. Ita enim virtutes summas humilitatem ac obedientiam maxime in nobis lucere, si taciti ac lubentes multorum feramus imperia.

Ad ea Gilbertus adolescens, eruditione pariter & sanctimonia conspicuus, ad hoc concilium a rege Scotorum Willhelmo missus, ut, ne qua nec adversus se, nec regnum suum a cardinale injuria fieret, prospiceret, respondit. Jam inde ex quo fidem Christianam suscepissent, liberam fuisse Scotiam, nulli extra suam regionem, praeter quam uni pontifici, velut Christi vicario subjectam. Iniquum modo poscere pontificem, Scotos Anglis, quibuscum bella prope continua gerant, subdi. Quod si pietatem quaerat, & concordiam inter ipsos, primum nihil usquam ab episcopis commissum esse, quamobrem libertate sua merito privari debeant. Deinde non esse necesse ad exteros novorum bellorum seminarium jacere: si quid inter eos correctione dignum (quod hactenus, inquit, factum non est) committatur; id regi curae fore. Pietatem vero ac reliquas virtutes, habere se insignes virtutibus ac eruditione viros, qui laboribus & vigiliis doceant. Itaque regem plurimum orare atque obsecrare S. Pontificem, uti impraesentiarum contentus sit, nec regnum suum, nunquam de ipso aut Romana sede male meritum, hostibus suis obnoxium faciat. His atque aliis rationibus Gilbertus egregie causam libertatemque Scoticae ecclesiae tutatus est. Re igitur infecta legatus abiit. *Succinctiori stilo eadem recitat Lessaeus de rebus gestis Scotor. & qui prae caeteris nominandus erat, Joh. de Fordun in Scoti-Chron. p. 714. seqq.*

HAL.

ANNO CHRISTI 1176.

HALLENSE MAGDEBURGICUM CONCILIUM

A VVigmanno Magdeburgensi archiepiscopo circa annum 1176. habitum.

An. 1176. circ.

„ Vigmannus Magdeburgensis archi„ episcopus, ut malis occurreret, quæ „ insanus ludi hastilis (torneamentorum) furor „ in German. invexerat, *convocatis suffra„ ganeis suis omnes ejus* (ludi hastilis) *re„ ceptatores excommunicationis vinculo inno„ davit*, ut scribit vetustus author Chroni„ ci Vetero-Cellensis inter scriptores Germa„ nicos Menkenii to. II. pag. 394. Nequic„ quam tamen id valuit, ut ad sanitatem „ morbo affectæ mentes redirent. Cum igi„ tur Conradus filius Theodorici marchionis „ Misnensis semel ea belli imagine oblecta„ retur , accidit ut ictu lanceæ confossus „ perierit anno 1176. die XV. Kal. decem„ bris. Is casus occasionem habendi conci„ lii Wigmanno archiepiscopo præbuit, „ quid de sepultura immortui in anathemate „ principis deliberandum esset, consultu„ rus. Patrum sententiam, totamque rem in „ eo concilio gestam ita narrat idem Vetero„ Cellensis historicus.

Cum archiepiscopus idem convocatis suffraganeis suis, cum magna cleri frequentia, in ecclesia Hallensi, conventum haberet, pater occisi, scilicet Theodoricus marchio & fratres ejus, Otto Misnensis, Dedo comes de Rochliz, Heinricus comes de Wittin, Fridericus comes de Brene cum multis nobilibus viris, & ministerialibus advenientes, pedibus archiepiscopi ac totius cleri cum lachrymis provolvuntur, postulantes, ut occiso communionem concederent fidelium sepulturæ; asserentes constanter, eum, ante finem suum, pœnitentem, & absolutum, communionem Dominici corporis meruisse. Cum enim comes idem moriturus vulnere debilitatus jaceret, contigit sacerdotem quendam religiosum transire, qui, petentibus amicis ejus, ad vulneratum accedens, magna ab ipso instantia rogatus est, ut pœnitentiam ejus & confessionem susciperet, & a vinculo excommunicationis eum absolveret, fideliter promittens, si divina misericordia vitæ spacium sibi largiretur, numquam de cetero se tali causa excommunicationis sententiam meriturum; quin pocius & de hoc & de aliis suis peccatis B Deum sibi modis omnibus placaturum; super hoc autem ad militandum Deo cruce signari devote petivit, ut ejus contritio manifestius appareret. Sacerdos vero ille cordis in eo contriti signa percipiens, confessione ejus audita, & pœnitentia injuncta, ab excommunicationis nodo eum exsolvit; sicque reconciliatum, Dominici corporis participem faciens, sicut petierat, cruce signavit: quibus peractis modico post tempore expiravit. Cum itaque principes prædicti coram archiepiscopo eorum cognato (quia filius sororis patris ipsorum fuit) & clero hæc assererent; sacerdos horum omnium executor, cum præsens esset, juramento hoc C confirmare, ut nulla remaneret dubietas, rogabatur; quod ille alacriter adimplevit. Ipsi præterea principes prædicti, exigente hoc ab eis archiepiscopo, juraverunt a torneamento perpetuo abstinere, nec usquam in omni ditione sua hujusmodi exercitium permittere, hominesque suos, & ministeriales ab eo modis omnibus coercere. Sicque demum archiepiscopus mortuo sepulturam concessit, salva tamen sedis apostolicæ auctoritate. Unde factum est, ut tamdiu sepultura careret, donec unus militum familiaris ejus, Wernherus nomine, consensum de hoc summi Pontificis reportaret.

REDONENSE CONCILIUM

A Bartholomæo Turonensi Archiepiscopo anno 1176. celebratum.

Concilii Redonensis ex suffraganeis Turonensis archiepiscopi Bartholomæi, eodem præside, celebrati duplex mentio in vetustis monumentis occurit. Inter selecta testimonia pro ecclesia Turonensi contra Dolensem, quæ extant inter acta in causa Dolensis episcopatus, vulgata in Anecdotis Martene to. III. pag. 913. Hugo decanus Turonensis asseruit: *Vidi etiam, quod cum dominus Turonensis* (Bartholomæus, cujus supra meminerat) *celebraret concilium Redonis, abbas sancti Jacobi, qui est de episcopatu Dolensi, venit cum aliis abbatibus, qui ad vocationem prædicti archiepiscopi Turonensis venerant.* Certum annum ejusdem concilii sub Bartholomæo archiepiscopo indicat anonymus author Chronici Kemperlegiensis vulgatus a Baluzio Miscellan. to. I. pag. 516. qui ad annum 1176. scribit: Bartholomæus archiepiscopus Turonensis *concilium habuit cum episcopis Britanniæ Redonis.* Nec plura ille, sicut nec alius quisque de hoc concilio.

AD

ANNO CHRISTI 1177.

AD VENETUM CONCILIUM

Quo pax inter Fridericum Imperatorem & Alexandrum III. pontificem coaluit,

Anno 1177. celebratum,

ADDITIO.

I*Is, quæ Labbeus ad Venetum Concilium istud congessit, pauca addenda succurrunt, cum summa diligentia omnia sparsim de illo a Scriptoribus tradita conjunxerit. Id unum desiderandum supererat lectoribus, ut conditiones initæ inter Sacerdotium & Imperium pacis relatas e vetusto aliquo monumento legerent. Eas vero opportune suppeditat Lunigius Spicileg. Ecclesiast. pag. 162. ubi affert conditiones utrinque vel oblatas vel forte conventas, & in publicas tabulas relatas; easque hic repræsento.*

FRidericus imperator Alexandrum pontificem in catholicum & universalem pontificem recipiet, ac debitam ei reverentiam adhibebit, perinde ac catholici ipsius antecessores catholicis ejus antecessoribus præstiterunt, eademque successoribus ejus catholice ineuntibus exhibebit.

Reddet veram pacem Alexandro & omnibus successoribus ejus & universæ Romanæ C ecclesiæ.

Quæcunque possidet, aut tenet, sive præfecturam, sive rem aliam, quam Rom. Eccl. habuit, & ipse, vel per se, vel per alios abstulit, bona fide restituet, salvo omni jure Romanæ ecclesiæ. Quasque possessiones restituet, ad eas etiam retinendas auxilio erit.

Imperator & pontifex ad honorem & jura ecclesiæ atque imperii conservanda se invicem adjuvabunt. Pontifex, ut benignus pater, devotum & charissimum filium & imperatorem christianissimum: imperator, ut devotus filius & christianissimus imperator, dilectum reverendum patrem & B. Petri Vi- D carium.

Quæ a tempore schismatis, vel occasione ipsius, aut sine ordine judiciario ecclesiasticis ab imperatore vel suis erepta sunt, eis restituentur.

Beatrix imperatrix recipiet Alexandrum pontificem in catholicum & venerabilem pontificem. Henricus rex, filius eorum, similiter recipiet eum, atque ei & catholicis successoribus ejus debitam reverentiam adhibebit, & sacramento eodem se obstringet, quo se imperator obstrinxerit.

Fridericus imperator & Henricus rex filius ejus, pacem veram reddent Gulielmo regi Siciliæ ad annos quindecim, sicut per E sequestres pacis est constitutum.

Imperatori Constantinopolitano & adjutoribus ecclesiæ Romanæ pacem reddent, nec mali quidquam referent per se, vel per suos, pro opera ecclesiæ Romanæ impensa.

De controversiis, quæ ante tempora Adriani pontificis inter ecclesiam & imperium versabantur, sequestres ex parte pontificis & imperatoris constituentur, quibus mandabitur, ut eas pro arbitrio transigant. Quod si illi non consenserint, judicio stabitur pontificis & imperatoris, vel eorum, quos ipsi delegaverint.

B Christiano cancellario, Moguntinus archiepiscopatus; Philippo, Coloniensis concedetur, & plenissimo jure firmabitur.

Primus archiepiscopatus, qui in Theutonico regno vacaverit, Conrado, (a) auctoritate pontificis & auxilio imperatoris deferetur, qui idoneus videatur.

Ei, qui se Callistum (b) appellat, abbatia tribuetur. Illi, qui dicuntur ejus cardinales loca repetent, quæ primum habuerunt, nisi ea sponte & judicio dimiserant, & in ordinibus, quos ante schisma habuerant, relinquentur.

Gero (c), nunc dictus Halberstatensis, deponetur, & Ulricus restituetur.

Alienationes a Gerone factæ, & beneficia data similiter, & ab omnibus intrusis, auctoritate pontificis & imperatoris delebuntur & suis ecclesiis restituentur.

De electione Brandeburgensis episcopi, qui in Bremensem archiepiscopatum lectus fuerat, cognoscetur: &, si rite factum fuerit, ad eam ecclesiam traducetur. Et quæcunque ab Aldevino, qui nunc præest Bremensi ecclesiæ, alienata sunt, prout rite factum visum fuerit, eidem ecclesiæ restituentur. Quæ Salisburgensi ecclesiæ tempore schismatis adempta sunt, ei plene reddentur.

Omnes clerici ex Italia aut aliis regionibus, quæ sunt extra Theutonicum regnum dispositioni & judicio Alexandri pontificis & successorum ejus relinquentur. Si vero imperator rogaverit pro ordinibus aliquorum, usque ad decem vel duodecim exaudietur.

Garsidonius Mantuanus, episcopatui quondam suo restituetur, (d) ita ut ille, qui nunc est episcopus Mantuanus ad episcopatum Tridentinum traducatur: nisi forte inter pontificem & imperatorem convenerit, ut alius ei episcopatus indulgeatur.

Archiepiscopus de Savo in archipresbyteratum quondam suum, & alia beneficia, quæ ante schisma habuit, restituetur.

Omnes ordinati a quondam Catholicis in Teutonico regno restituentur ordinibus suis ita perceptis.

De Argentinensi & Basiliensi dictis episcopis, qui ordinati fuerunt a Vidone Cremensi, in eodem regno prædicti sequestres rem committent decem vel octo hominibus, quos ipsi elegerint, qui jurejurando affirmabunt, se illud consilium pontifici atque imperatori daturos, quod se juste dare posse, sine animæ suæ atque ipsorum detrimento statuerint; & pontifex atque imperator eorum consilio obtemperabit.

(a) Moguntiæ, cujus sedem Christian. occupaverat.

(b) erat is Abbas Strumiens. in pontif. electus

(c) Hunc a Schismaticis assumptum contra Ulricum episcopum antiquiorem narrant annales Bosoviens.

(d) E quo tanquam schismaticus dejectus fuerat substituto Vidone, eique defuncto Joannes successit, qui nunc quidem cessit Gersidonio sed ipse ad Tridentin. eccles. non transiit, cum in vacuam illam cathedram Samson adscitus fuerit.

Pon-

ANNO CHRISTI 1177.

Pontifex aut legatus ejus coronabit & Henricum filium eorum in catholicum & Romanum regem.

Pontifex & cardinales pacem reddent Friderico imperatori & Beatrici imperatrici & Henrico regi, filio eorum & omnibus adjutoribus eorum: Pontifex & omnes cardinales promittent, se observaturos hanc pacem in verbo veritatis, & privilegium condent sigillis suis appositis.

Pontifex, subito advocato concilio, prout subito advocari potuerit, cum cardinalibus, episcopis & aliis religiosis hominibus, qui interfuerint, excommunicationem statuet in omnes, qui hanc pacem violare voluerint, deinde in generali concilio.

Plerique nobilium Romanorum & capitaneorum Campaniæ hanc pacem firmabunt. Imperator pacem cum ecclesia & pacem cum rege Siciliæ ad quindecim annos, & inducias cum Lombardis a proximis Kalendis augusti usque ad sex annos firmabit jurejurando suo, principumque suorum, mandabitque, Lombardos, qui in parte sua sunt, prout in tabulis induciarum communibus est descriptum, eas inducias confirmare. Si quis vero ex parte imperatoris has inducias jurare noluerit, imperator præcipiet omnibus, qui in parte sua sunt, pro officio fidelitatis & gratiæ suæ, ut Wallum (f) præstent auxilium, & volentibus offendere, ne impedimento sint. Si quis offenderit, culpa vacuus sit. Nec mandatum hoc revocabit imperator, donec induciæ stabunt.

Henricus rex, filius ejus, pacem cum ecclesia & cum rege Siciliæ ad quindecim annos, & inducias cum Lombardis ad sexennium scripto confirmabit, ac sui principumque suorum subscriptione.

Si vero, quod absit, pontifex præmoriatur, Fridericus imperator & Henricus rex filius ejus hanc formam pacis & compositionis firmiter observabunt successoribus ejus, & universis cardinalibus & toti S.Rom. Eccles. & regi Siciliæ, & Lombardis, & cæteris qui secum sentiunt. Etsi, quod absit, imperator præmoriatur, pontifex & cardinales & ecclesia Romana prædictam pacem firmiter observabunt successori ejus, & omnibus ex Teutonico regno, & cæteris adjutoribus eorum, & successores pontificis similiter observabunt.

AD TARSENSE CONCILIUM

Pro ecclesiæ concordia anno 1177. celebratum

ADDITIO.

„ TArsensis concilii acta, Labbeo ignota, Galano indicante dedit Venetus Lab. editor to. XIII. p. 402. sed cum oscitantius forte & obiter volum. primum Galani Conciliat. Eccles. Armen. cum Romana evolverit; ideo actorum ejusdem concilii partem sive non vidit, sive non animadvertit. Omisit enim Orationem ad Patres ejus concilii, quam Galanus nactum se afferit inter acta concilii Tarsensis, & tanquam eorundem actorum portionem ipse reliquis quæ excripsit Venetus editor, præmisit. Hanc ergo, ne deinceps in Collectionibus concilii Tarsensis acta mutila legantur, hic supplendam duxi. Adjeci & fragmentum epistolæ synodicæ, quam ejus concilii Patres dederunt ad Manuelem imperatorem, quod fragmentum sub nomine Gregorii patriarchæ & concilii Tarsensis ad Manuelem, idem Galanus part. II. tomi I. pag. 42. nactum se in codice Armeno scripsit & evulgavit.

FRAGMENTUM EPISTOLÆ

Gregorii patriarchæ & Concilii Tarsensis ad Manuelem Græcor. Imperat.

HUmana voluntas in Christo non obsistebat voluntati divinæ; quemadmodum appetitus carnalis in nobis concupiscit adversus spiritum; sed illi obsequebatur: & quando hæc volebat, & permittebat; tunc caro proprias suas passiones experiebatur: sicut accidit in tentatione post jejunium quadraginta dierum, quando permittere voluit, ut natura corporis esuriret. Et quamvis aliam Christus dixerit voluntatem Patris, & aliam suam, inquiens: *Non sicut ego volo, sed sicut tu:* hoc tamen non contradictionis indicium fuit, sed fiduciæ argumentum, tanquam Filii ad Patrem. *Et infra*: Sicut duas esse diximus voluntates, nullam invicem contrarietatem habentes, hoc est, divinam, & humanam: ita pariter duplicem esse credimus operationem, divinam scilicet, & humanam in unione, hoc est, non attribuentes sublimiora opera soli Divinitati absque carne, neque humiliora soli humanitati absque Divinitate: alioquin quomodo filius hominis de Cœlo descendens diceretur, aut quomodo Deus fuisse crucifixus? Ex una igitur persona utramque operationem processisse, credimus; quæ quidem aliquando, ut Deus, operabatur divina; & aliquando, ut homo, efficiebat humana: quemadmodum a principio usque ad finem omnia ejus dispensationis opera manifestant. Natus est enim ex fœmina, ut homo; & genitricis virginitatem integram conservavit, ut Deus: similiter, mortuus est secundum naturam humanam, ut homo; & mortuos suscitavit virtute divina, ut Deus: non proinde alius mortuus dicitur, & alius mortis eversor; sed idem ipse, & mortuus dicebatur, & vivus: quia idem Christus secun-

ANNO CHRISTI 1177.

cundum naturam mortalem homo erat, & secundum immortalem naturam Deus erat: sicut & secundum divinitatem erat rerum omnium una cum Patre Creator, & secundum humanitatem erat una nobis creatura. Hactenus Armeni Patres Tarsensis concilii.

ORATIO AD ARMENOS

Concilii Tarsensis Patres habita a sancto Patre Niersese Lamproneusi.

Galano Conc. cl. Arm. n Rom. I. p.326.

O Quos omnes in unum hic hodie spiritum, in unum corpus collectos, unum universitatis totius caput repræsentantes circumspicio, Patres sacrosancti, & summi apices veritatis; o Christianæ Duces, ac pastores Reipublicæ; vigiles Domus Dei præsides, & custodes: Ecquisnam vos, una simus conspirantes, ad hunc tranquillitatis portum advocavit pacificatores universi: nisi qui de cœlo nobis donatus est, spiritus Dei pacificus? Verum & ad quid, profecto, nisi ad instaurationis sublapsi, perculsique Templi Dei fundamenta, ac principia jacienda? Ejus, inquam, templi, quos pessimus Nabuchodonosor, ille nimirum, qui causa malorum omnium est, evertit. *Et post alia perplura, in suæ nationis Pseudodoctores insultans, ait.* Hinc proferunt aliqui verba, & miserabili mente nos ad inimicitiam provocant: qui licet ex sapientibus, caritatis tamen dulcedine insipidi sunt. Fructus spiritus, ait Apostolus, est caritas, gaudium, & pax; non autem istorum, quorum est schisma, invidia, ira, & contradictio; quæ nobis præscribunt, ut separemur a multitudine aliarum Christianarum nationum, ab amore, concordia, communione, & legibus Ecclesiarum illarum: proh divinæ legis neglectio! Defleat nos Jeremia, aut alius ei similis queribundus Propheta. Christum pacis mediatorem, fomitem odii, & contradictionis accepimus. Ecquomodo non digni lacrymis sumus? caput anguli parietis unionis, fatui Prophetæ instrumentum divisionis in medio nostrum fecere. Ecquomodo non defleant nos veritatis discipuli? quæ enim in finibus orbis ecclesia Christi est, quæ Christum Dominum, Deum & hominem non confiteatur? quod si res ita se habet; quare igitur tanta in medio nostri exorta est contradictio; qui bellum adversus alias gerimus nationes; opinantes, quod illæ, Christum ex duabus naturis ineffabiliter unitum confitendo, substantias, ac proprietates dividant naturarum, & essentias non quasi unitas, sed potius divisas confiteantur: & hoc totum contendimus sive in Theuniensi Concilio, sive in Manaschiertensi, sive in Siuniensis Doctoris epistola, sive in Scirachensis, sive in Daronensis, sive tandem in qualibet alia; ubi circa talem materiam pugna committitur adversos eos, qui Christum in personam divinam dividunt, & humanam. At vero Nestorii quidem opinio ista est, non autem ecclesiæ Dei magnæ, & throni imperialis totius Orbis. Illi namque contemptores divisionis fuerunt, ac sunt: Christoque tribuunt duarum naturarum nomen, haud alia mente, quam ut

A eundem Christum, Deum & hominem confiteantur: non autem quod ejusmodi intellectu compositionem ineffabilem dividant. In hoc vero quænam nobis est materia contradictionis? idem enim est, Deum & hominem asserere Christum, ac dicere duas naturas: *Et paulo post adducens Patres Armenos Catholicos, inquit:* Sed quare dicunt, nemo ad hodiernum usque diem hoc nobis manifestavit? cum præcipue multi ex nostris antiquis patribus, sanctorum imitatores facti, id ipsum dixerint: sed cum mores hominum ad adversandum ei, quod veritati patrocinatur, proni sint; declinantes a pace, versa ad inimicitiam provocantia dilexerunt. Verum si non sic: ubi relinque-B mus verba Joannis Philosophi, & Patriarchæ, qui hoc ad nos sanctorum Patrum testimoniis traditum, admandavit? ubi Jeseris Patriarchæ, suique assensum Concilii? ubi concordiam Papchenis patriarchæ cum ecclesia magna Græcorum? nec non ejusdem successorum, & Regum, & Doctorum; ex quibus unus erat, gratiæ divinæ opus, & plurimis excelsior, Angelus in corpore, Gregorius Narechensis (ubi denique verba sancti Patris nostri * Niersesis, quem propriis oculis vidimus, & cujus eloquio edocti sumus? Hi plane omnes cælestem hanc manchinationem conceperant, quam vos jam aggressi estis perficere, ipsaque eccle-C siæ Dei succurrere: quin etiam quamplures alii una cum his Patres nostri, nostræque nationis patriarchæ; qui quidem satis manifesti sunt volentibus scire, & in disciplina verborum eorundem laborare. *Et iterum sermonem convertens ad hæreticos, ait:* At quod alii rursus fuerint, qui adversum hos contenderunt, & ipse quidem scio, & verborum eorum virtutem agnosco, nec sum ignarus. Quapropter & illos deprehendo, sive sanctos dicant, sive doctos, in charitatis tamen lege veritate minime decoratos: qui haud sibi ascripsere pro culpa, ecclesiæ Christi unitatem animo perverso destruere; D unde & in hoc ipsum sese merserunt impudenter: quibus parcat Deus vestris orationibus secundum hanc magnam peccatorum partem, & errorum; nec amplius pessimum hujus illuviei malum augescere sinat, cujus non alium inspicimus fructum, nisi solum nominis Christi contemptum; & quo plures jam iniquinatos intueor, & lacrymis ingemisco; quia ex frequentiori usu natura ipsorum odium facta est adversus alias Christianorum gentes, & Ecclesias; quare pravum inimicitiæ fomitem iniquis blasphemiarum verbis exaturantes, Christo fieri videntur exigentia vindictæ. O miseriæ calamitatem! quin & si acceptabilem articulorum fidei confessionem ab aliis audiant, nolunt E tamen in charitate humiliari; sed potius ad alias versi opiniones, si illi, inquiunt, nostra odio habent, idcirco & a nobis ipsi quoque odio habebantur. Et quidem * ab illis fortasse sese abduxit tentator, & apud vos solummodo struit dolos; maxime, quia vos ab illis, non illi a vobis sciffi sunt; vos illos, non illi vos ab initio dimisere: atque, ut Apostoli verbis utar, vos oleaster sylvestris contra naturam excisi estis a bona oli-

* Niersæs Ghelajensis patriar.

* laudat ecclesiam catholic.

ANNO CHRISTI 1177.

oliva; non enim vos illos, sed illi potius, radix cum sint, vos olim portabant sufferendo; at nunc, cum non simus tales, quales antea, infirmati sunt & illi ad legem amoris, hæc pro materia accipientes. *Et inferius item*: Rejicite procul a cordibus pravum thesaurum, qui nobis diversas peperit calamitates; sed quas? ecquisnam eas valeat recensere? Hinc cœpimus esse sine Rege, sine Principatu, misere sub Gentilium redacti dominium: constitutiones nostræ, sub schismate existentes, pravæ radicis germina pejora esse cœperunt: Populi nostri insipientes; principes, socii furum; Ecclesiæ, speluncæ, atque alienigenarum tabernæ; aliaque permulta, quæ quidem percurrere verbis menteque recolere, difficile admodum est. *Et post alia demum*: Præterea & aliis causis: quandoquidem illi Christianæ fidei, & constitutionum ecclesiasticarum, ipsorumque Apostolorum fundamentum, ac principium præseferunt, idque throno imperturbabili; nos autem quodcunque habemus, ab illis mutuatum accepimus; ii sapientiæ culmen adepti sunt, atque a Paulo Apostolo irrigati floruere: sacri etiam libri, qui apud nos, ipsorum quoque sunt; et scripta Patrum eorum, illis thronum Regni, fidei Christianæ robur, & columnam,

A Caritus largitus est: Apostolo * attestante, quod cum ipsorum principatus occiderit, Christi Regnum sempiternum dominabitur: Nondum, inquit, Romanorum auferetur dominium; nondum adveniet homo iniquitatis, filius perditionis, qui a Domino Jesu Christo disperdetur. Vides jam, quantum testimonium perhibeat Patriarcharum Apostolus, hæc dicens. Non quod ipse inter spiritualia, ac de Christi imperio gloriantes, secularem magnifaciam principatum. Sed ut sapientibus ostendam, quod illi & sæculari potiuntur throno una cum spirituali, voluntate divina. Quamobrem in Ecclesiæ ipsorum ordinibus decora est immutabilitas, ac mutationes quidem ad majorem
B gloriam Dei. Nos autem quot Reges insipientes sortiti simus, aut quomodo fuerint ecclesiæ nostræ leges a stultis Principibus confusæ, jam in historiarum libris eruditi estis: nec erubescere scripta debemus, ad finem correctionis, &c.) Hæc omnia * piissimus, ac nobilissimus Lampronensis, coram Tarsensi Armenorum Patrum Concilio; cujus quidem inscriptio, & Acta, quemadmodum in Armeno codice extant post præfatam Orationem, ita prorsus hoc in loco exponentur.

ANNO CHRISTI 1177.

* forte S. Gregorio Illuminatore.

* Hæc de suo addit Galanus.

CONSTANTINOPOLITANA SYNODUS

Sub Theodosio Patriarcha anno 1177. habita,

An. 1177. „ Demetrii Chomatiani Bulgariæ metropolitæ scriptum quoddam de connubio cum sobrina mulieris, quam vir aliquis, vitiavit dum lego, incidi in concilium sub Theodosio die XXX. julii indictione X. habitum, quod antequam profero, emendasse juvat chronologiam, quam Cuperus in histor. CPtanorum Patriarch. statuit, „ ratus Theodosium anno 1179. ut citius cœpisse. Habemus enim in promptu documentum, quo Theodosium hunc vel ipso anno 1177. sacris præfuisse probemus; exhibet vero illud concilium, quod hic profero ex eodem scripto Demetrii, legendo in Jure Græc. Roman. Leunclav. to. I. lib. VI. Resp. II.

Quumque rationibus hujusmodi & actis deinceps sacrosancta Constantinopolitana synodus moveretur, habita tempore Theodosii, piæ recordationis, sanctissimi Constantinopolitani patriarchæ scriptum quoddam julii mensis die trigesimo, indictione decima, exposuit: cujus hæc ipsa verba sunt.

Sanctissimus Aprous metropolitanus, frater & consors ministerii mediocritatis nostræ, Romanus ille Artabasdus, scriptum in synodo protulit, quod ad verbum hæc continebat. Puella quædam, cujus nomen Irene, precibus sacris intervenientibus, cum Joanne quodam sponsalia contraxit, quum annum ætatis decimum ageret. Hæc sponsalia quum esse nefaria pronuntiatum fuisset, factum est scriptum synodale, permittens inter personas hasce desponsas divortium, propterea, quod essent ipsa sponsalia nefaria, ceu dictum fuit. Vult ergo nunc Irene legitime copulari cum Theodoro, qui Joannis est sobrinus. Hoc in matrimonio contrahendo, nunquid impedimenti sit, interrogo? Petiit igitur a mediocritate nostra, & sacro concilio fratrum; uti, num contractus ille scripto comprehensus, aliquod habeat obstaculum, intelligeret. Responsum nobis est, & a fratrum cœtu præsente, contractum ejusmodi prorsus ab omni pro-

„ Ὁ ἱερώτατος μητροπολίτης Ἄπρω, ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς τῆς ἡμῶν μετριότητος, Ῥωμανὸς ὁ Ἀρταβασδος, ἔγγραφον προεκόμισε συνοδικῶς, τάδε κατὰ ῥῆμα διαλαμβάνον. Κόρη τὶς Εἰρήνη καλουμένη, ἔλαβεν οὐχὴν μνηστείας μετά τινος Ἰωάννου, δεκαέτης ἤδη τότε οὖσα, τὴν ἡλικίαν. λαληθείσης δὲ τῆς περὶ τούτου παρανόμου μνηστείας, γέγονε σημείωμα συνοδικὸν, ἐπιτρέπον διαζυγῆναι τοὺς τάχα μνηστευσαμένους, διὰ τὸ εἶναι τὴν μνηστείαν παράνομον, ὡς διείληπται. βούλεται γοῦν σήμερον ἡ Εἰρήνη νομίμως συναφθῆναι τῷ Θεοδώρῳ δευτέρῳ ὄντι ἐξαδέλφῳ τοῦ Ἰωάννου. E καὶ ἐρωτῶ, εἰ ἔχει τινὰ παρεμποδισμόν. ἠξίωσεν οὖν τὴν ἡμῶν μετριότητα, καὶ τὴν ἱερὰν ἀδελφότητα, μαθεῖν εἴπερ οὐκ ἔχει κώλυμα τινὰ τὸ, περὶ οὗ γέγονεν ἡ γραφὴ, συνάλλαγμα. ἤκουσε δὲ ἐκ ταύτης, καὶ ἐκ τῆς παρουσιαζούσης τῶν ἀδελφῶν ὁμηγύρεως, ὅτι τὸ τοιοῦτον συνάλλαγμα πανταχόθεν ἀκώλυτόν ἐστιν. ἐπεὶ γὰρ ἡ μετὰ Ἰωάννου τελεσθεῖσα μνηστεία, ὡς ἀνυπόστατος λύεται, διὰ τὴν

τῆς

ANNO CHRISTI 1178. 1179.

„ τῆς Εἰρήνης ἀνηβόλητα, καλῶς ἡ Εἰρήνη δευ-
„ τέρῳ ἐξαδέλφῳ αὐτῦ καλὰ νόμον γάμυ συ-
„ ζευχθήσεται οὔτε γὰρ συγγενικὸν πρόσω-
„ πον τῇ Εἰρήνῃ λογίζεται ὁ Θεόδωρος, οὔτε
„ τοῖς ἐξ ἀγχιστείας δεσμοῖς καὶ ὅροις συσφίγ-
„ γεται, διὰ τὸ ὑπερβῆναι τ ἐξ ἀγχιστείας
„ βαθμόν:

A hibitione immunem esse. Quum enim sponsalia cum Joanne contracta, veluti quæ constare non possint, propter ætatem Irenæ impuberem, solvantur: recte sobrino ejus Irena secundum matrimonii legem copulabitur. Quippe Theodorus pro persona Irene cognata non habetur, nec adfinitatis ullius vinculis atque terminis adstringitur, propterea quod extra gradum adfinitatis positus sit.

CONCILIUM AD HOCHENAVV IN DIOECESI SALZBURGENSI

A Conrado archiepiscopo anno 1178. habitum.

Hansiz ... r. Sac. ... pag. ... 8.

ANno 1178. *synodus valde celebris habita est in Kalend. februarii a domino Churado Salzburgensi archiepiscopo A. S. L. & ab omnibus suffraganeis ejus episcopis multisque principibus de rebus ecclesiasticis. Habita est autem in episcopatu Salzburgensi in loco qui Hochenavv dicitur*. Ita chronicon Reicherspergense. Adelzreiterus ait, hic ejuratum Callixtum pseudopapam; abjectum schisma; actum de reparandis templis, aris, sacrisque, de canonicis institutis & juribus sartis tectis habendis; de pace denique & tranquillitate publica. Ibi fortassis Richero Brixinensi propter piaculum proditi nuper Alberti archiepiscopi persuasum, ut de sede, quam ingratiis ejus adierat, deliberaret abire, quod paulo post fecit. Hæc Hansizius.

AD CONCILIUM LATERANENSE III. OECUMENICUM

Ab Alexandro III. papa anno 1179. celebratum

ADDITIO.

... 1179. „ COncilii generalis Lateranensis III. canones in omnibus passim conciliorum collectionibus occurrunt. Addita sunt veterum scriptorum excerpta plura, quibus integrorum actorum defectus utcumque suppletur. Unicum mihi post messis col- D lectos manipulos spicilegium superest. Utile tamen & ad plenam concilii ejusque canonum scientiam necessarium. Id vero tunc primum dabo, postquam nonnulla admonuero quæ ad hunc scopum collimant. Ad hoc Lateranense concilium delatum fuisse Petrum Lombardum Parisiensem episcopum, quod scripserit, Christum secundum quod est homo, non esse aliquid, Baronius & ex illo Binius cæterique scripserunt. Negavit Pagius, eo persuasus argumento, quod literas Alexandri ad Willelmum Senonensem errorem hunc damnandum edicentes, (quas literas Parisius & ex eo Baronius cum anno habiti E concilii illigat) ante aliquot annos scriptas fuisse oportet; Willelmus enim jam inde ab anno 1176. Senonenses infulas cum Remensibus commutaverat. Id vero ego quidem admitto de literis illis, quas inter acta concilii Lateranensis referri nequaquam posse consentio. Verum ad concilium Romanum seu Lateranense causam illam delatam fuisse ambigi nequaquam potest, id afferente eorum temporum scriptore, Gualtero priore S. Victoris Parisiensis in suo opere M. S. apud eundem Pagium ad A. 1179. Forte etiam literæ ea de re tunc a Pontifice datæ sunt ad Walterum non amplius quidem Senonensem sed Remensem archiepiscopum; nec illæ aliæ fortasse sunt ab iis, quarum fragmentum legitur in codice decretali, quod extat in appendice ad concilium hoc Lateranense parte XLIX. cap. XX. cujus inscriptio est *Remensi archiepiscopo*. Has ergo literas tanquam actorum ejus concilii portionem, ut hic referam, eruditi lectores facile permittent.

„ Primo tamen dandam censeo epitomen canonum Lateranensium ex scriptore eorum temporum æquali historiæ Romanorum Pontificum, quam ex M. S. codice Zvvetlensi produxit P. Pez Anecdot. to. I. part. III. Is vero aut hor, quem sub Cælestino papa III. scripsisse non dub to, cum ejus consecratione relata opus suum absolvat; alium capitulorum ordinem, numerum canonum minorem exhibet, quin & nonnulla ab editis diversa aliquando & nova profert. Quæ sit hujus discriminis causa eruditi lectores dijudicent, quod ut facilius expediant, brevioribus additis notis, in quibus discrepent ab editis, indicabo. Post canones addam excerptum ex bulla Clementis papæ III. ad Henricum Bituricensem archiepiscopum, quo canonis X. Lateranensis sanctio quædam refertur cum additione, quæ in edito canone non legitur. Tertio succedet fragmentum epistolæ Alexandri III. ad Remensem archiepiscopum de sententia Petri Lombardi, qua de re supra egi. Supplementum hoc claudent Patrum subscriptio-

ANNO CHRISTI 1179.

" ptiones, quas correctiores præ editis omnibus exhibet P. Martene Vet. Mon. tom. VII. pag. 78. Labbeus e vetustis schedis dederat illas mancas corruptasque; auctiores ex alio M. S. codice vulgavit Dacherius Spicileg. to. XII. Vet. edit. Illas iterum e M. S. codice S. Victoris Parisiensis multo correctiores & nonnihil auctas produxit P. Martene Vet. Monu. to. VII. pag. 78. qui & variantia catalogi Dacheriani diligenter adnotavit: Marteniano labore ad illustrandum hoc Conciliorum supplementum utendum duxi.

CANONES CONCILII LATERANENSIS III.

Ex Anonymi Zwvetlensis historia Romanorum Pontificum.

IN quadragesima convocatis diversarum nationum & regionum infinitis episcopis & prælatis, ad insolentias & enormitates, quæ tempore schismatis excreverant, sedandas, Romæ synodum celebravit, in qua synodica capita statuit XIX. (a)

I.

Quod sacerdos dotem ecclesiæ vel decimas alienas [alienans] privandus est officio & beneficio. [b]

II.

Quod nullus clericus vel presbyter habeat plures ecclesias vel canonicas in diversis partibus. (c)

III.

Quod clericus [d] sacerdos manifeste fornicariæ cohabitans privandus est officio & beneficio.

IV.

Quod nullus episcopus debet ordinare clericum nisi ad certum titulum. (e)

V.

Quod nullus episcopus vel archidiaconus debet exactionem habere vel collectas in clericis suis. [f]

VI.

Quod magistri scholarium non debent aliquid exigere ab iis quibus prædicant verbum Dei. (g)

VII.

Quod episcopus, quando circuit episcopatum, non debet habere plures equitaturas quam XXXV. vel tantum XXX. archiepiscopus non plures quam XL. & sic de cæteris. (h)

VIII.

Quod schismatici, qui juraverunt non atroci coactione, non promoveantur. (i)

IX.

Quod usurarii excommunicentur; nec ad religionem venientes recipiantur [k] nisi reddantur mala requisita, si possunt.

X.

Quod hæreici, sicut Cattarii, sive alio nomine Paterini excommunicentur, & sepultura careant. (l)

XI.

Quod laici decimationes non habeant. [m]

ADNOTATIONES IN SUPRASCRIPTOS CANONES.

[a] In editis sunt XXVII. Sed forte canon. I. de electione summi Pontificis ab Anonymo non ponitur in censum.
(b) In editis non legitur.
(c) In editis can. XIII.
(d) Nomine clerici sacerdotis hic designatur clericus in sacris. Canon iste est in editis XI.
[e] In editis can. V.
(f) In editis can. IV. & VII.
(g) In editis expressis verbis non legitur; quanquam & id deducitur ex cap. XVIII. qui tamen non indiscriminatim omnibus magistris vetat ne auditores suos pretio doceant; sed gratis docere eos magistros jubet, qui beneficium ab ecclesia, ut id præstent, accipiunt.
(h) In editis IV. Sed ibi archiepiscopis concessi LX. vel L. equites; episcopis XX. vel XXX.
(i) Deest in editis.
[k] In editis XXV. sed nihil ibi de vetito ingressu in Religionem.
(l) In editis canon. XXVII.
(m) In editis can. XIV.

XII.

XII.

Quod nullus clericus investituram sumat a laico. (n)

XIII.

Quod non fiat sacerdos nisi filius legitimus. (o)

Capitula de nigris monachis.

I.

Quod nihil debent exigere ab illis qui convertuntur ad religionem. [p]

II.

Quod nihil debent habere proprium.

III.

Quod nulla eorum appellatio facta tenet abbatem.

IV.

Quod abbas priorem canonice institutum non potest removere sine conniventia papæ, nisi causa cognita. Inter cætera unum statuit de scismaticis ut deponantur ab ordinibus & beneficiis, ita:

Quod a prædecessore nostro; *ut in edito can. II.*

(n) In editis ibidem.
(o) Deest in editis.
[p] Hic & tres sequentes canones unum cum X. in editis conficiunt.

EXCERPTUM E BULLA CLEMENTIS PAPÆ III.

In quo de canone Lateranensi decimo.

Extat in Anecdot. Mart. t. I. p. 630.

CUM in Lateranensi concilio fuerit generaliter interdictum, ne monachi aut etiam canonici regulares singuli in oppidis vel aliis locis popularibus habitent &c.

NOTA COLLECTORIS.

In editis id edicitur monachis; nihil vero legitur de regularibus canonicis.

FRAGMENTUM EPISTOLÆ ALEXANDRI III.

Edicentis, ut propositio quædam Petri Lombardi damnetur; e concilio forte Lateranensi scriptæ Remensi Archiepiscopo.

CUm Christus perfectus sit Deus & perfectus homo, mirum est, qua temeritate quisquam dicere præsumat, quod Christus non sit aliquid secundum quod homo. Ne autem tanta in ecclesia Dei possit nequitia suboriri, vel error induci: fraternitati tuæ, &c. quatenus convocatis magistris scholarum Parisiensis & Remensis & aliarum civitatum, authoritate nostra interdicas sub anathemate, ne quis de ceteró audeat dicere, Christum non esse aliquid secundum quod homo: quia sicut Christus est verus Deus, ita verus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.

„ Anonymus scriptor Annalium Bosoviensium in Eccardi corpor. Historic. to. I. „ pag. 1018. de rebus in hoc concilio gestis hæc scribit: In media quadragesima, Romæ, præsidente domino Alexandro papa, concilium est habitum cum tribus patriarchis, & archiepiscopis, episcopis & abbatibus, millenarium numerum excedentibus, præter præpositorum & clericorum ac laicorum infinitum numerum: ibi multa decreta sunt promulgata, omnibus subscribentibus; episcopi & clerici a scismaticis ordinati remoti; violenter extrusi sunt repositi. Pascha pene ab omnibus ibi celebrato dominus papa sub terminatione anathematis omnibus ad apostolicam sedem intendentibus pacem firmam constituit, omnesque cum apostolica benedictione dimisit.

SUBSCRIPTIONES,

Sive nomina prælatorum qui concilio huic interfuerunt.

ANno ab incarnat. Dom. MCLXXIX. præsidente sanctæ Romanæ ecclesiæ SS. papa Alexandro III. pontificatus ejus XX., mense martio, indictione XI. quinta, septima, & nonadecima die mensis, sedata jam discordia, quæ inter ecclesiam & imperium, occasione schismatis per Octavianum hæresiarcham adversus prædictum sanctissimum papam introducti, & per successores ejusdem Octaviani, Guidonem Cremensem & Johannem Strumensem diutius perdurantis longo tempore invaluerat, prædicto Johan-

ne

ANNO CHRISTI 1179.

ne (a) ultimo hæresiarcha, & Frederico Romanorum imperatore, qui huic rei se fautorem præstiterat, ad unitatem matris ecclesiæ redeuntibus, sedit, præsidente eodem summo pontifice Alexandro, sancta & generalis synodus in basilica Lateranensi, quæ appellatur Constantiniana, trecentorum duorum episcoporum, a diversis mundi partibus convocatorum, quorum nomina subtus annexa sunt.

De provincia Romana.

Hubaldus Hostiensis episcopus.
Hugo Terracensis. (Terracinensis.)
Johannes Fundanus.
Jonathas Soranus. (b)
Zacharias Marsus.
Odalrisius Walvensis.
Dodo Reatinus.
Formundus (c) Verulanus.
Leo Aletrinus.
Rodulfus Ferentinas.
Asæl Agninus. (d)
Petrus Signinus.
Milo Tiburtinus.
Gulfranus Senensis. (e)
Willelmus Lucensis.
Petrus [f] Lunensis.
Rufinis (g) Assisinas. (h)
Raincrus (i) Castellanus.
Transericus (k) Spoletinus.
Offreductus (l) Eugabinus.
Alloderius Gallensis.
Gisso (m Urbinas.
Nicolaus Sipræthonius. (n)
Jacobus Senogaliensis.
Acceptabilis Camerinensis.
Jordanus Humanensis.
Petrus Firmanus.
Rainaldus Esinus.

(Eugubinus) *Deest hic in Ughellio Sempronienfem emendat Lab. sed non est provincia Romana*

A Gentilis Autumanus. (o)
Munaldus (p) Fanensis.
Josellinus Ariminensis.
Johannes Sutrinus.
Martinus Nepezinus.
Gentius (q) Tuscanensis. [r]
Petrus civitatis Castellanensis.
Amatus (s) Narniensis.
Paulus Hortanus.
Petrus Amelinus.
Richardus Urbeventanus.
Gratianus Tudertinus.
Vivianus Perusinus.
Petrus Castrensis.
Leo Clusinus.
Martinus Grosetanus.
B Paulinus Sunensis. (t)
Petrus Pisaurensis. (u)
Julius Florentinus.
Lamfrancus Fesculanus.
Tedaldus (x) Placentinus.
Stephanus Monopolitanus.
Anselmus Melitensis. (y)
Radulfus Nelfensis S. Martii.

De provincia Capuanæ.

Alphanus (z) Capuanus archiepiscopus.
Petrus Theanensis. (a)
Rainaldus Benefranus.
Rainaldus Aquinas.
C Herveus Suessanus.
Porfirius Casertanus.

De provincia Amalfitanæ.

Dionysius Amalfitanus archiepiscopus.
Johannes Licturensis (b) episcopus.
R. Avellensis. (c)

Ser-

(a) Corrupte in Spicilegio pro *Johanne* legitur *idest*.
(b) Male in Branensi codice legitur Fundanus; alioquin duo eodem tempore extitissent ejusdem sedis episcopi. Porro hic Jonathas desideratur in sede episcoporum Soranorum apud Ughellum, ubi locus est vacuus ab anno 1167. ad annum 1221.
(c) Dictus etiam Fromundus, Faramundus, & Frajamundus.
(d) Sive Anagninus.
(e) Corrupte in Spicil. Sunensis.
(f) Hic emendandus videtur Ughellus, qui Petri pontificatum ad annum 1183. rejiciens, ait Alexandrum episcopum Lunensem interfuisse anno 1179. concilio Lateranensi, eique subscripsisse inter episcopos provinciæ Ravennatensis. Verum neque in Branensi neque in Victorino codice ullus inter episcopos provinciæ Ravennatensis reperitur Alexander episcopus Lunensis, sed Juvensis, ut in Victorino, aut Lurensis, ut in Branensi.
(g) Hic iterum hallucinatur Ughellus, qui in serie episcoporum Assisiensium pro Ruffino hoc loco collocat Petrum, quem ait interfuisse concilio Lateranensi: verum Petrus ille non Assisiensis sed Lunensis fuit episcopus. Ita Martene; sed in nova Ughellii editione error emendatus est.
(h) Spic. Asisinas.
(i) Spic. Raimerus.
(k) Spic. Rasisericus Sopolentinus.
(l) Dictus etiam Offredus & Offreduccius.
(m) Spic. Giusso.
[n] Spic. Simphonius.
(o) Spic. Aufumanus.
(p Spic. Mimaldus.
(q) Spic. Censius.
(r) Ex hac subscriptione castigandus venit Ughellus, qui in serie episcoporum Viterbiensium ait, nullum eo tempore extitisse Tuscanensem episcopum.
(s) Hujus loco substituitur in Italia Sacra Mazzius.
(t) Spic. Funensis.
(u) Spic. Piscariensis.
(x) Spic. Tedbaldus.
(y) Spic. Methensis.
(z) Spic. Palphanus.
(a) Spic. Themensis.
(b) Spic. Lictrensis.
(c) Spic. uno verbo Ravellensis.

De provincia Neapolitanæ.

Sergius Neapolitanus archiepiſcopus.
Bernardus Nolanus epiſcopus.
Bartholomæus Aceranus. (a)
Petrus (b) Inſulanus.

De provincia Salernitanæ.

Romoaldus (c) Salernitanus Archiepiſcopus.
Arnulfus Caputaquenſis (d) Epiſcopus.
Johannes Marſicanus.
Petrus Aenenſis. (e)
Johannes Sarnengis. (f)

De provincia Beneventanæ.

Balduinus Aliſanus (g) epiſcopus.
Petrus Teleſinus.
Potio (h) Triventinus.
Andreas Bozanenſis. (i)
Alarſius (k) Gardianus.
Gaufridus Termulanus. (l)
Petrus Larinenſis.
Robertus Civitatenſis.
Nicolaus Dracozanenſis. (m)
Robertus Florentinenſis.
Rofridus Monticorbinenſis. (n)
Rainaldus Luterinus.
Johannes de Monte-maran.
Johannes Aſculenſis.
Bartholomæus Arranenſis.
Jaquintus Frequentinus.
Rogerius Vicenſis.

De provincia Sipontinæ.

Gerardus Sipontinus archiepiſcopus. (o)
Simeon Veſtanus epiſcopus.

De provincia Tranenſi.

Amandus Vigilienſis epiſcopus. (p)
Richardus Andrenſis.

De provincia Barenſi.

Rainaldus Barrenſis archiepiſcopus.
Johannes Botuntinus (q) epiſcopus.
Majo Catharenſis.
Paulus Salpitanus.
Arpinus Paliniacenſis.
Caſiſus (r) Cuperſanenſis.
Rao Bithecenſis. (s)
Johannes Melficenſis.
Johannes (t) Cannenſis.
Johannes Lavellanus.

De provincia Brunduſinæ. (u)

Willelmus Brunduſinus archiepiſcopus.

De provincia Idrontinæ.

Jonathas Idrontinus (x) archiepiſcopus.
Petracius (y) Litienſis Caſtrenſis.

De provincia Tarentinæ.

Baſilius Tarentinus archiepiſcopus.

De provincia Archerontinæ. (z)

Petrus Venuſinus (a) epiſcopus.
Johannes Potentinus.
Robertus Tricharicenſis. (b)
Robertus Gravinenſis.
Robuam (c) Anglonenſis.

De provincia Coſana. (d)

Ruffus Cuſentinus archiepiſcopus.
Michael Mathuranenſis.

De provincia Reginæ.

Thomas Reginenſis archiepiſcopus.
Guido Neocaſtrenſis epiſcopus.

Phi-

(a) Spic. Achanus.
(b) Omiſſus in Italia Sacra.
(c) Spic. Rainaldus, melius Romualdus, cujus chronicon habes apud Muratorium.
(d) Sic. Capreaquenſis.
(e) Eunenſis.
(f) Spic. Sernenſis.
(g) Spic. Aliſanus.
(h) Spic. Petio.
(i) Spic. Boravenſis.
(k) Spic. Alaſius.
[l) Spic. Termilanus.
(m) Spic. Dracoranenſis.
(n) Hic deſideratur in Spicilegio.
(o) Hic & ſequens epiſcopus deſiderantur in Spicilegio.
(p) Hic & ſequens in Spicilegio collocantur ſub provincia Sipontina.
(q) Spic. Botintinus.
(r) Spic. Caſinus.
(s) Spic. Briecenſis.
(t) Hic corrigendus venit Ughellus, qui hunc Johannem ſubjicit Bonifacio Cannenſem eccleſiam adhuc adminiſtranti anno 1187. quo privilegium ab Urbano III. obtinuit, atque Johannem anno ſequenti interfuiſſe concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. qui ante ſeptem annos diem obierat ſuum.
(u) Spic. Brundeſiciæ.
(x) Spic. Hidrotinus.
(y) Spic. Peturejus, dictus etiam ab Ughello Penetranus.
(z) Spic. Veroſinæ.
(a) Spic. Veroſinus.
(b) Spic. Tritacenſis.
(c) Spic. Roboam.
(d) Spic. Cuſentinæ.

Philippus Crotonias Græcus,
Leratinus (a) epiſcopus Græcus,

De provincia S. Severini. (b)

Peregrinus [c] Embriacenſis (d) epiſcopus.
Perentinus (e) Strumbinus,

De provincia Siciliæ Meſſanenſis.

Nicolaus Meſſanenſis archiepiſcopus,
Guido Cephaledienſis epiſcopus.

De provincia Orientis Phenicis.

Willelmus Tyrenſis (f) archiepiſcopus,
Jocius Aconenſis epiſcopus,
Romanus Tripolitanus.

De provincia Cœleſyriæ.

V. Gambulenſis (g) epiſcopus.

Provinciæ Paleſtrinæ ſecundæ.

Heraclius Cæſarienſis archiepiſcopus,
Radulfus Sebaſtenus.

Provinciæ Paleſtinæ primæ.

Petrus Jeroſolymitanenſis eccleſiæ prior loco Patriarchæ.
Albertus Bethleemitanus. (h)

Provinciæ Piſanæ.

Hubaldus Piſanus archiepiſcopus.
Saganenſis epiſcopus de Corſica. (i)

De provincia Turrenſi (k) Sardiniæ.

Johannis Adarenſis. (l)
Cometa Ampurienſis. (m)

Provinciæ Januenſis.

Hugo Januenſis archiepiſcopus.

A Lodius Martinenſis. (n)

Provinciæ Ravennatis.

Girardus Ravennas archiepiſcopus.
Bernardus Parmenſis.
Albericus Reginus.
Arditio Mutinenſis.
Johannes Bononienſis. (o)
Henricus Cornolienſis. (p)
Johannes Faventinus. (q)
Alexander Juvenſis. (r)
Lamfredus Pompilienſis.
Leonardus Ceſanas. (s)
Gabriel Adrienſis. (t)
B Alericus (u) Bobienſis.

Provinciæ Mediolanenſis.

Algiſus (x) Mediolanenſis archiepiſcopus.
Johannes Bricienſis epiſcopus.
Galo (y) Bergamenſis.
Umfredus (z) Cremonenſis.
Albericus Laudenſis.
Obertus Terdonenſis.
Hubertus Aquenſis.
Guido (a) Saonenſis.
Lauterius Albiganenſis.
Stephanus Vigintimilienſis.
Milo Taurinenſis.
Garmarus (b) Ipporienſis.
C Bonifacius Novarienſis.

De provincia Aquilejenſi.

Garſentinus Mantuanus.
Anſelmus Cumanus.
Gerardus Paduanus.
Salomen Tridentinus.

Provinciæ Venetiæ.

Henricus Gradenſis Patriarcha.
Marinus Glogenſis (c) epiſcopus.
Leonardus Trecellenſis (d) epiſcopus.

De

(a) Spic. Eterantinus.
(b) Spic. Siciliæ Meſſanenſis.
(c) Spic. Pegrinus.
(d) Sive Umbriaticenſis.
(e) Spic. Jerenus.
(f) Spicil. Tyrenenſis.
(g) Spic. Glambulepcenſis.
(h) Spic. Bullemitanus.
[i] Spic. Corſim.
(k) Spic. Turrenenſi.
(l) Spic. Adarenenſi.
(m) Spic. Apurienſis.
(n) Spic. Joſephus Maranenſis epiſcopus de Corſica. Neque Joaphus, neque Lodius locum habent in Italia Sacra. Ita Mart. ſed fallitur, nam Lodius ſubſcripſiſſe conc. Later. ibid. legitur
(o) Omiſſus in Spicilegio.
(p) Spic. Cornelienſis.
(q) Spic. Faventinus.
(r) Spic. Lurenſis.
(s) Spic. Cæſarias.
(t) Spic. Arienſis.
(u) Ab Ughello in Italia Sacra prætermiſſus.
(x) Spic. Algeſius.
(y) Gaula appellatus in Italia Sacra.
(z) Spic. Vinfredus.
(a) Spic. Guigo.
(b) Spic. Gannarus, apud Ughellum dictus Germanus ſeu Goemanus.
(c) Spic. Glogenenſis.
(d) Spic. Tercellenſis.

De provincia Jadarensi. (a)

Andreas Albensis archiepiſcopus.
Lamfredus Abſarensis.
Drobo Vigilensis. (b)

De provincia Spaletensi. (c)

Rainerius Spaletensis archiepiſcopus.
Matthæus Nonensis epiſcopus.
Michael Scardonensis. (d)

Provincia Remensis.

Willelmus Remensis archiepiſcopus.
Nevelo Sueſſionensis epiſcopus.
Theobaldus Ambroſianus epiſcopus.
Reinoldus (e) Noviomensis.
Rogerius Laudunensis.
Deſiderius Morinensis.
Rogerius Cameracensis.

De provincia Rotomagensi.

Egidius Ebroicensis epiſcopus.

Provinciæ Senonensis.

Guido Senonensis archiepiſcopus.
Johannes Carnotensis.
Simon Meldensis.
Matthæus Trecensis.
W. Autiſſiodorensis.
Obaldus Nerveinensis (f)

Provinciæ Bituricensis.

Guarinus Bituricensis archiepiſcopus.
Girardus Caturcensis.
Seibrandus Lemovicensis.

Provinciæ Turonensis.

Radulfus Andegavensis epiſcopus.
Gaufridus Briocensis.
Eudo Lehonensis.

Provinciæ Burdegalensis.

W. Burdegalensis archiepiſcopus.
Johannes Pictavensis epiſcopus.
Ademarus Santonensis.

Provinciæ Auxitanæ. (g)

Arſius Convenarum epiſcopus.
Bernardus Olorensis. (h)
Ademarus Bajonensis.

A Garſias Vaſatensis.
Arnaldus Bigoritanus. (i)
W. Aquensis.

Provinciæ Narbonensis.

Pontius Narbonensis archiepiſcopus.
Johannes Magalonensis epiſcopus.
Raimundus Uticensis.
Bernardus Biterrensis.
Otho (k) Tercacensis.

Provincia Bracarensis.

Johannes Lucensis.
W. Elenensis.

B

Provinciæ Arelatensis.

Raimundus Arelatensis archiepiſcopus.
Fulco Maſſiliensis.
Pontius Gabilonensis. (l)
Petrus Avinionensis.
W. Tricaſtrinus.
Petrus Tolonensis.

Provinciæ Aquensis.

Bernardus archiepiſcopus Aquensis. (m)
Petrus Aptensis.
Henricus (n) Regensis.
C Bermundus (o) Seſtrensis.

Provinciæ Ebredunensis.

Petrus Ebredunensis archiepiſcopus.
Fulco Antipolitanus.
Raimundus Glaudetensis. (p)
W. Vinciensis.

Provinciæ Viennensis.

Robertus Viennensis Archiepiſcopus.
Odo Valentinus.
Robertus Diensis.
Johannes Gratianopolitanus.
D Artutius [q] Gebennensis.
Lambertus Maurianensis.

Provinciæ Darentaſiensis.

Aimo Darentaſiensis archiepiſcopus.
Cono Serdinensis.

De provincia Lugdunensi.

Engebertus Gabilonensis epiſcopus.

(a) Spic. Ladarensi.
(b) Spic. Viglensis.
(c) Deest hic titulus in Spicilegio, sed sine ulla distinctione legitur Renerus Spalitensis archiepiſcopus.
(d) Spic. Sardonensis.
(e) Spic. Reinaldus.
(f) Spic Navernensis, lege Nivernensis.
(g) Spic. Antiganæ.
(h) Spic. Clorensis.
(i) Spic. Bignitanus.
(k) Spic. Odo.
(l) Spic. Gabellionensis.
(m) Spic. Rainardus.
(n) Spic. Henricus.
(o) Spic. Bermerdus Seſterensis.
(p) Spic. Glatensis.
(q) Spic. Albicius.

ANNO CHRISTI 1179.

De provincia Bisontina.

Rogerius Lausanensis episcopus.
Rainaldus (a) Belicensis.

Provinciæ Terragonensis.

Berengarius (b) Terragonum archiepiscopus.
Raimundus Gerundensis. (c)
Bernardus Barchinonensis.
Petrus Ausonensis.
Pontius Bertosanus. (d)
Bergarius Ylerdensis.
Arnaldus Urgellensis.
Stephanus Oscensis.
Ruinensis: (e)
Petrus Pampilonensis.
Rodericus Calagoritanus.

Provinciæ Toletanæ.

Celebrinus Toletanus archiepiscopus.
Raimundus Palentinus (f) episcopus.
Gonsaldus Sogobiensis.
Michael Olxumensis. (g)
Odelricus Sequentinus

Provinciæ Compostellanæ.

Petrus Compostellanus archiepiscopus.
Santius Abulensis.
Petrus civitatis Roderici.

De provincia Trevirensi.

Arnaldus Trevirensis archiepiscopus.
Fredericus Metensis.

Provinciæ Coloniensis.

Radulfus Leodiensis (h) episcopus.

Provinciæ Maguntinæ.

Christianus Maguntinus archiepiscopus.
Otho (i) Babebergensis episcopus.
Arduicus Agustensis.
Bertholdus Constanciensis.
Olricus Spirensis.

A Goradus Garmatiensis (k)
Ulricus Curiensis.

De provincia Madeburgensi.

Udo (l) Citensis episcopus.
Sifridus Brandeburgensis. (m)
Martinus Misinensis.

De provincia Salseburgensi.

Conradus Salseburgensis (n) archiepiscopus.
Coronatis Ponensis. (o)
Theobaldus (p) Pataviensis.

Provinciæ Bremensis.

B

Bernoz Virinensis (q) episcopus.

Provinciæ Daniæ.

Omerus Burgalensis episcopus.

Insulæ Angliæ (r) provinciæ Cantuaricensis.

Robertus Herfodensis episcopus.
Rainaldus Batthoniensis. (s)
Johannes Norvicensis.
Adam de Sancto Asaph.
Richardus (t) Menevensis.

C *Item in Anglia provinciæ Eboracensis.*

Hugo Dunelmensis episcopus.

Provinciæ Scotiæ.

Gregorius Rosensis episcopus.

De insula Hiberniæ.

Catholicus Tuaimensis (u) archiepiscopus.
Laurentius Dublinensis archiepiscopus.
Constantinus episcopus de Quilidalina. (x)
Bricius Lunbriensis. (y)
Augustinus Guaterfordensis. (z)
Felix episcopus Lesmoniensis.

De Ungaria.

Andreas Bahasinensis archiepiscopus.

De

(a) Spic. Rantaldus.
(b) Bernardus.
(c) Gerdensis.
(d) Spic. Dertosanus.
(e) Spic. Hugo Rutenensis.
(f) Spic. Paletinus.
(g) Spic. Oximensis.
(h) Spic. Leodinensis.
(i) Spic. Odo Bambergensis.
(k) Spic. Guamarciensis.
(l) Spic. Odo Cistensis episcopus.
(m) Spic. Branderburgensis.
(n) Spic. Staburgensis.
(o) Spic. addit Episcopus.
(p) Spic. Thebaldus Patainensis.
(q) Spic. Virrensis.
(r) Spic. Provinciæ Angliæ.
(s) Spic. Baroviensis.
(t) Spic. Petrus.
(u) Spic. Terconensis.
(x) Spic. de Culerne.
(y) Spic. Lumbrensis.
(z) Spic. Guaterfundensis.

LEMOVICENSE CONCILIUM

In quo sententia Henrici Albanensis episcopi, & apostolicæ sedis legati, lata anno MCLCCCII. adversus abbatem S. Severi in gratiam Burdigalensis monasterii S. Crucis, anno 1180. habitum.

[Extat apud Mart. Vet. Mon. t. I. p. 81. ex archivo S. Crucis Burdig.]

HEnricus Dei gratia Albanensis episcopus, apostolicæ sedis legatus, dilectis in Christo filiis Arnaldo abbati, & fratribus S. Crucis Burdegalensis salutem & sinceræ dilectionis affectum.

Causam quæ inter vos & abbatem S. Severi, ejusque monasterium, super ecclesiam S. Mariæ de Solaco vertebatur, dominus Alexander papa tertius sub certa forma nobis commisit, appellatione remota, terminandam. Nos itaque mandatum apostolicum exequi volentes, partem utramque ad nostram præsentiam convocavimus, diem in octabis nativitatis S. Johannis assignantes. Ad quam diem cum tu, dilecti fili abbas sanctæ Crucis, ad castrum Descura, quod in Albigiensi episcopatu est, ad nostram præsentiam paratus & instructus veneris, abbas S. Severi nec venit, nec responsalis pro eo aut pro monasterio suo comparuit, qui causam vellet subire, licet ipsius actores essent, & causam eamdem coram Rom. pontif. suscitassent. Tamen abbas de Altoponte & duo clerici sine litteris abbatis vel capituli venerunt, qui dicentes se ab abbate S. Severi transmissos, allegaverunt eum gravi ægritudine detentum, quare ad diem assignatam non venisset. Verum fidem super his nobis nullam fecerunt. Et licet tu, sanctæ Crucis abbas, per advocatos tuos expensas tibi adjudicari propter defectum adversæ partis instanter postulares; tamen tam quæstionem expensarum, quam totam causam duximus protelandam; diem utrique parti peremtoriam assignantes octabam nativitatis S. Mariæ. Ad quam diem apud Anicium, ad nos tu nihilominus paratus & instructus testibus & instrumentis, cum multa difficultate laborum, & expensarum venisti, nec pars S. Severi venit, nec responsalis apparuit, qui pro eo vel saltim causam absentiæ allegaret. Sed cum te per plures dies detenuissemus, adversarios tuos expectantes, rationes & allegationes tuas, tam super causa principali, quam super quæstione expensarum, per advocatos tuos proponens, ut diffinitivam de omnibus daremus sententiam, instanter postulasti. Nos vero cum venerabilibus fratribus nostris Pictaviensi, Aniciensi, Magalonensi & Lodovensi episcopis, aliisque personis in utroque jure peritis, quæ nobis assistebant, consilio habito, abbatem & monasterium sancti Severi tibi condemnavimus in expensas, quas fecisti pro causa ad eumdem terminum prosequenda. Et licet major pars assessorum nostrorum in eo conveniret, quod totam causam diffiniremus, quia diem peremptoriam assignaveramus. Et quia pars sancti Severi, quæ monasterium sanctæ Crucis traxerat in causam, contumaciter absens videbatur, cum nec responsalis ejus absentiam excusans, appareret; tamen eamdem partem mansuetius portantes, aliam diem peremtoriam assignavimus in octabis Kalendarum Decembris, credentes quod in eadem terra tunc essemus, & ibi plenius de causa nobis posset liquere. Sane ad eam diem apud Vasatum, ubi venerabiles fratres nostri Auxitanus archiepiscopus & suffraganei sui, & prælati ejusdem provinciæ ad concilium quod ibi celebravimus convenerant, ambæ partes coram nobis præsentes fuistis. Et abbas sancti Severi pro se & monasterio suo causam per advocatos suos movens, asseruit, quod olim cum monasterium S. Severi per priorem & monachos suos ecclesiam S. Mariæ de Solaco in pace possideret, a monachis S. Crucis Burdegalensis exinde per violentiam fuerunt expulsi, & super eadem expulsione coram Romanis pontificibus & in synodis multas fecerant proclamationes, & in jus literæ fuerant contestati. Quare possessionem ejusdem ecclesiæ sibi restitui postulaverunt. Ad quod per advocatos tuos respondens, tam violentiam, quam expulsionem, & proclamationes, & litis contestationes constanter negasti: sed ecclesiam de Solaco monasterio S. Crucis per Amatum quondam Olorensem, & Hugonem Diensem episcopos, tunc apostolicæ sedis legatos, in concilio quod Burdegalæ celebraverunt, & postmodum per papam Paschalem tibi adjudicatam fuisse, asseverasti. Quarum sententiarum munimenta præ manibus dixisti habere. Addidisti etiam, quod post ipsas sententias, non solum per quadraginta annos ecclesia sanctæ Mariæ de Solaco a monasterio sancta Crucis in pace possessa fuerat & obtenta; sed ultra quam hominum memoria extaret. Sed ante omnia volebas tibi restitui expensas, quas tibi apud Anicium adjudicaveramus. Cumque super his hinc inde diu disputatum fuisset, & propter mutuas inficiationes de facto nobis minime constaret; præcepimus utrique parti, ut testes suos produceret ad suam intentionem probandam. Ubi abbas sancti Severi quatuor testes produxit, & tu consequenter quamplures. Quibus productis, abbas sancti Severi pro aliis testibus producendis inducias postulavit; allegans per machinationem & metum abbatis sanctæ Crucis testes suos sibi fuisse subductos. Sed quamvis hoc, tu abbas sancta Crucis, constanter negares, allegans quod post duos dies peremtorios sibi assignatos induciæ ulterius non essent dandæ; tamen alium diem peremtorium assignavimus, tertiam diem post Epiphaniam, ita quod tunc ad sententiam plenarie hinc inde veniretis instructi. Ad eamdem diem cum ambæ partes ad nostram præsentiam Santonas venissetis, pars abbatis S. Severi prædictam subductionem testium a te, abbas S. Crucis, sibi factam constanter iterato allegavit; & super hoc mo-

monachum quemdam & duos servientes suos testes produxit; quibus præstito juramento receptis, & diligenter examinatis, cum de facto minime convenirent, & viles & suspecti essent, nullam nobis in hac parte fidem fecerunt. Verum, licet tu & advocati tui attestationes publicari & sententiam dari postularetis, & consilium nostrorum esset assessorum, quod id ageremus; tamen sacramento in quarta monachorum manu ab abbate S. Severi ad ipsius oblationem suscepto, quod dilationem, prout videbatur, malitiose non requireret, atque ad diem quam sibi assignaremus, sine subterfugio de causa ipsa sententiam nostram reciperet, & quod eam observaret ac faceret a fratribus suis inviolabiliter observari; ad convincendam omnem malitiam, quartum diem perentorium, tertiam sequentis Quadragesimæ Dominicam, ei assignavimus, & testes quos sibi subtractos asserebat, sub excommunicationis pœna per litteras nostras districte commonuimus, ut super causa eadem perhiberent testimonium veritati. Et interim personis ab ipsis partibus electis, testium ipsorum committimus receptionem. Termino siquidem assignato, ambæ partes ad nostram præsentiam apud Lemovicas, ubi concilium de prælatis Bituricensis & Burdegalensis provinciarum celebravimus, instructi accessistis, & tres testes juratos abbas S. Severi produxit. Quibus receptis & examinatis, de assensu utriusque partis publicavimus attestationes; cumque attestationes ipsas partes conscripsissent, & super eis diu disputassent; pars S. Severi postulavit alias iterum inducias sibi dari, ad producendos testes de interruptione quietæ & longissimæ possessionis, quam de prædicta ecclesia de Solaco pars S. Crucis per multos testes se habuisse videbatur probasse. Ad quod advocati tui, abbas S. Crucis, responderunt, quod nulla penitus dilatio foret inde ulterius concedenda, cum jam quatuor peremtorias dilationes, præter omnem juris formam, præsertim cum abbas & fratres sancti Severi actores essent, eis concessissemus, & violentam expulsionem, & secutam possessionis interruptionem inter primos litis congressus fuissent contestati, & super violentia & interruptione testes, quorum attestationes erant publicatæ, producti essent & examinati. Id etiam contra testes abbatis S. Severi addiderunt, scilicet quia quidam eorum de auditu tantum factæ violentiæ & interruptionis testificati erant, non quod ipsi fieri vidissent. Alii quidam, qui se violentiam vidisse testabantur, & vacillabant, & in attestationibus suis ita contrarii ad invicem erant, quod eorum testimonia omnino repellenda erant & contemnenda, & propterea quia in probatione violentiæ defecerant, non erant admittendi ad probationem interruptionis quam protestabantur, violentiam, quam probare non potuerant, fuisse subsecutam. Nec non Amati quondam Olorensis episcopi, tunc apostolicæ sedis legati, privilegium ejusdem sigillo signatum nobis tradidisti, in quo continebatur, quod coram se & Hugone Diensi episcopo, qui similiter legatus erat, in concilio quod apud Burdegalam celebrarunt, in quo Burdegalensis, Auxitanus, Turonensis, & Dolensis archiepiscopi cum suffraganeis suis residebant, inter Arnaldum Trencardi olim abbatem S. Crucis, & Arnaldum sancti Severi, super jam dicta ecclesia S. Mariæ de Solaco quæstio ventilata fuit; & ad ultimum ita definita, quod cum in ipso Burdegalensi concilio multis testificationibus canonicis probatum fuisset Gregorium abbatem prædecessorem ipsius Arnaldi S. Severi, Romæ coram Alexandro papa de injuria quam faciebat Arnaldo abbati S. Crucis de ecclesia S. Mariæ de Solaco, adeo convictum fuisse, quod ipse abbas Gregorius in manu ejusdem Romani pontificis ecclesiam ipsam dimisit, firmiter promittens se ipsam non amplius invasurum. Et quod idem papa Alexander præfatum Arnaldum abatem S. Crucis, de eadem ecclesia S. Mariæ reinvestisset; ipsi Arnaldo S. Crucis abbati & successoribus suis, apostolica & concilii fultus auctoritate, ecclesiam S. Mariæ de Solaco, cum omnibus ad eam pertinentibus perpetuo jure possidendam adjudicavit, & eum exinde revestivit, & privilegium sigillo suo impressum exinde sibi fecit. Porrexisti etiam nobis privilegium Urbani papæ, in quo eadem sententia expresse confirmabatur. Præsentasti & aliud privilegium Paschalis papæ, in quo manifeste declaratur, quod cum inter Suavium S. Severi abbatem, & Fulconem S. Crucis abbatem super eadem ecclesia S. Mariæ de Solaco, in Lateranensi palatio iterato querela fuisset advecta, & coram eodem papa diu agitata, relectis instrumentis utriusque ecclesiæ, ac diligentius indagatis ab episcopis & presbyteris cardinalibus, qui præsentes aderant, judicatum fuisse, præfatam diffinitionem, quæ in Burdegalensi concilio, supra memorato, facta fuisset, perpetuum debere robur obtinere: atque idem Paschalis papa eamdem diffinitionem sua firmans assertione, scripto apostolico sancivit sæpefatam ecclesiam Beatæ Mariæ de Solaco, sicut diffinitum fuerat, a S. Crucis monasterio quiete in perpetuum possideri; & eodem scripto prohibuit, ne ex tunc clamor inde aliquis audiretur. Auditis itaque utriusque partis rationibus & allegationibus & attestationibus, atque instrumentis diligentius inspectis & sufficienter intellectis, & habita plenaria deliberatione cum venerabilibus fratribus nostris S. Lemovicensi episcopo, G. Autissiodorensi electo, abbate S. Martialis, aliisque pluribus personis honestis, & in divino & humano jure peritis, de communi eorum consilio, cum nobis constaret per multos testes juratos, contra quos nihil dicebatur, ecclesiam S. Mariæ de Solaco a monasterio S. Crucis, per prædictam Amati olim Olorensis & Hugonis olim Diensis episcoporum, & apostolicæ sedis legatorum sententiam, & Urbani papæ confirmationem, & Paschalis papæ decisionem, non solum per quadraginta annos, sed etiam per septuaginta & plures quiete possessam fuisse, neque de violenta ejectione, quam abbas S. Severi allegaverat, præter testium suorum vacillationem, contrarietatem & suspi-

ANNO CHRISTI 1181.

suspicionem, fides nobis aliqua facta fuisset, licet quatuor dies peremptorios ad testium productionem ei assignavissemus, & nullam concedendam sibi amplius dilationem cognosceremus; considerata forma commissionis, quam de eadem causa dominus Alexander papa tertius nobis injunxerat, abbatem & monasterium S. Crucis ab impetitione abbatis & monasterii S. Severi super ecclesia sanctæ Mariæ de Solaco per sententiam absolvi- A mus diffinitivam, & eamdem ecclesiam ab abbatibus & monasterio S. Crucis, sine inquietatione abbatum & fratrum S. Severi, adjudicavimus perpetuo possidendam; abbatibus & monasterio S. Severi super repetitione ipsius ecclesiæ perpetuum silentium imponentes. Datum apud Pictavim per manum Raimundi de Capella, sanctæ Romanæ ecclesiæ subdiaconi, anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXII. Kalendis aprilis.

CONCILIUM AQUILEJENSE

Quo Aquilejenses canonici ad vitæ communionem rediguntur, a Voldarico Aquilejensi Patriarcha,

anno 1181. celebratum.

Voldaricus Aquilejensis patriarcha, & apostolicæ sedis legatus canonicos suos ad commune vitæ institutum reducturus pleno Suffraganeorum concilio probandum consilium suum exhibuit, Extant apud de Rubeis in Monum. Eccl. Aquilejensis cap. 64. pag. 621. constitutiones in eam rem sancitæ, easque tamquam portiones actorum hujus concilii hic promendas censeo.

Voldaricus Dei gratia sanctæ Aquilegensis ecclesiæ patriarcha, apostolicæ sedis legatus, dilectis in Christo fratribus Luiprando decano cæterisque ejusdem ecclesiæ, tam futuris, quam præsentibus, in perpetuum.

Ad regimen & ministerium sanctæ Aquilegensis ecclesiæ, Deo dispensante, vocati, si decorem domus Dei diligimus, si ea quæ religionis sunt & honestatis in ipsa vel instituta confirmamus, vel neglecta instituimus, ab ipso profecto pastoralis sollicitudinis præmium expectamus & laborum, qui pastor vere & singulariter bonus, omnium est retributor, & corona pastorum. Eapropter, filii in Domino carissimi, qui sanctæ Aquilegensis ecclesiæ facies & decor vultus ejus esse debetis, ad honestiorem vitæ ac disciplinæ statum, auctore Domino, vos reducere cupientes; auctoritate D. Alexandri PP. III. & legationis, qua fungimur, necnon & metropolitica, qua vobis & sanctæ Aquilegensi ecclesiæ prætidemus, statuimus & in perpetuum confirmamus: ut de cætero in communi vita maneatis, in eodem dormitorio simul omnes dormiatis, in eodem refectorio cibum pariter omnes sumatis, nec extra commune refectorium alicui vestrum cibus sive potus ministretur; nisi forte aliqua fuerit infirmitate detentus, vel necessitate minutionis, * seu gratia hospitum ex licentia decani defuerint. Decernimus etiam, ut tu, dilecte in Christo frater decane, tuique successores, & magister scholarum, qui nunc est, & qui pro tempore fuerit, simplicem in victu, & duplicem in vestitu præbendam habeant: omnes autem canonici, ubicunque fuerint absentes, ea, quæ pro vestimentis provenire debuerint, percipiant. Si qui vero ex cotidianis canonicis, gratia studendi, scholas adiverint, ea, quæ pro vestibus dantur communiter cum aliis fratribus, & insuper gratia speciali dimidiam marcam annuatim obtineant. Statuimus præterea, ut omnia bona, tam ea quæ de præpositura, videlicet de ecclesiis, & prædiis; quam quæ de obedientiis proveniunt, in communes usus fratrum redigantur, utilitati vestræ modis omnibus profutura. Vassallos vero, & ministeriales, & beneficia ipsorum ad usus præpositi, qui pro tempore fuerit, reservamus; omni jurisdictione, potestate, & utilitate in bonis vestris, ecclesiæ scilicet, & prædiis ei sublata, nullius prædecessoris nostri privilegio obstante. Sane quicunque vestrum, Domino vocante, de hoc mundo migraverit; licet ei præbendam suam pro anima sua, cuicunque voluerit ad anni circulum dimittere. Quæcunque igitur in futurum persona hujus nostræ institutionis paginam perturbare, seu quoquo modo immutare attentaverit, & ea quæ honestatis intuitu statuimus, quiete in suo statu manere non permiserit; a communione sacratissimi corporis & sanguinis Jesu Christi aliena fiat, & iram omnipotentis Dei & Matris misericordiæ sentiat, tradita Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini, nisi resipuerit, & quod illicite præsumpsit, congrua satisfactione expiaverit. Omnibus autem eidem constitutioni nostræ suam firmitatem conservantibus sit pax, & gaudium in agnitione Domini nostri Jesu Christi, & revelatione justi judicii Dei. Amen. Acta sunt hæc concilio venerabilium suffraganeorum nostrorum, Bernardi Tergestini, & Justinopolitani, Jonathæ Concordiensis ...... tefridi Sextensis & Valchyonis Belinienfis abbatum, & totius Capituli communi assensu & voluntate. Anno Dominicæ Incarnationis mill. centesimo LXXXI. indictione XIV. tertio die intrante februario. Aquilegiæ feliciter. Ego Chuonradus domini patriarchæ capellanus jussu ipsius, & petitione canonicorum Aquilegensis ecclesiæ hanc paginam scripsi, & dedi.

* missio- sangui-

Lu-

ANNO CHRISTI 1181. 1182. 1183.

LUCIUS III.

Sedit ab anno 1181. usque ad 1185.

APPENDIX AD EPISTOLAS LUCII III.

JOANNI PRIORI DE VALLE S. JOANNIS SEITZENSIS

Permittit, ut episcopum quemcumque invitent ad Ordines accipiendos, si tempore ordinationis diœcesanus nequeat.

An. 1181. Extat apud Pez Cod. Dipl. pa. II. p. 35.

Lucius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis, Johanni priori, & fratribus de Valle sancti Johannis, salutem & apostolicam benedictionem.

Quanto ferventius observantiæ regulari, faciente Domino, insudatis, tanto sincerius universitatem vestram diligimus, & quieti vestræ attentius debemus & volumus providere. Eapropter vestris postulationibus annuentes, auctoritate vobis apostolica indulgemus, ut, si temporibus ordinationum diœcesani episcopi copiam habere nequiveritis, liceat vobis alium Catholicum invitare, de quo diœcesanum non oporteat timere antistitem, quod talis ordinationis occasione terminos episcopatus sui in aliena jura velit B extendere, & ipsius diœcesani minorare. Qui vocatus, auctoritate nostra, quod postulaveritis, largiatur: nec id a vobis in posterum, quasi debitum, requirere possit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationis omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Veronæ X. Kalend. Februarii.

CONCILIUM apud MALEBERGIAM

In quo Gaufridus Lincolniensis electus juri suo renunciavit.

Anno 1182. habitum.

An. 1182. Affert VVilkins ex Paris.

Gaufridus, Lincolniensis electus, & regis Anglorum filius, cum ejus electio esset a domino papa confirmata, postquam per septennium eidem ecclesiæ pacifice præfuisset, præsente rege & episcopis regni, in epiphania Domini apud Malebergiam electioni renunciavit, nemine compellente.

SYNODUS EPISCOPORUM ET CLERI ANGLIÆ

Anno 1183.

Ex Hovedeno in eundem annum.

An. 1183. Affert VVilkins.

Hoc anno venerunt nuncii papæ ad Henricum regem Angliæ, postulantes ab eo, & a clericatu Angliæ auxilium. Consuluit itaque rex episcopos suos, & clerum Angliæ de petitione summi pontificis; cui episcopi & clerus consuluerunt, ut ipse secundum voluntatem suam & honorem faceret auxilium dom. papæ, tam pro se ipso quam pro illis: quia tolerabilius esset, & plus placeret eis, quod dominus rex, si vellet, accepisset ab eis recompensationem auxilii illius, quam si permisisset nuncios dom. papæ in Angliam venire, ad capiendum de eis auxilium; quia si aliter fieret, posset verti in consuetudinem ad detrimentum regni. Adquievit rex consilio eorum, & fecit auxilium magnum dom. papæ in auro & argento.

AD

AD VERONENSE CONCILIUM

Adversus ejus temporis hæreses, aliisque de rebus disciplinæ

Lucio papa III. Friderico I. imperatore præsente, anno 1184. celebratum.

ADDITIO.

„ VEronensem conventum, concilii nomine nequaquam appellandum contendit Baronius, cui repugnat Pagius, concilii nomine dignum esse ratus conventum illum, in quo de causis ecclesiasticis ab episcopis, licet præsentibus laicis, tractatur. Optime ille; cui & vetustum ejus temporis monumentum adstipulatur; Literæ scilicet Adalberti Salzburgensis archiepiscopi de rebus hujus, quod appellat, Concilii, ad G. præpositum suum scriptæ, quas ex Codice Diplomatico Pezii part. II. pag. 47. inferius recitabo. Porro Adalbertus, qui in concilio Veneto ab Alexandro papa III. jussus Conrado æmulo suo archiepiscopatum Salzburgensem cedere coactus fuerat, dein, eo pontifice defuncto jus suum urgere cœpit, & quantum ex his literis colligimus, Lucium III. pontificem adjutorem nactus est. Has literas, utpote ex concilio & de rebus ejusdem concilii latas, hic subjicio.

ADALBERTI ARCHIEP. SALZBURG. AD SUOS EPISTOLA.

Quomodo Veronæ a Papa, & Imperatore exceptus sit, æmuli Gurcenses rejecti. De rebus in Concilio gestis, novis ex Oriente rumoribus &c.

An. 1184. ADei gratia Salseburgensis ecclesiæ archiepiscopus, apostolicæ sedis legatus, G. ejusdem ecclesiæ præposito venerabili, & universo capitulo, M. quoque Castellano, S. de Surbach, salutem, & sinceram dilectionem.

De nostro, & ecclesiæ nostræ statu præcipue vos sollicitos esse scientes, præsentibus litteris vestram minuere sollicitudinem non incongruum putavimus. Noveritis itaque, quod Veronam sani & hilares cum omni nostro venientes comitatu tam dominum papam, quam imperatorem per omnia in ecclesiæ nostræ honoris negotio ad voluntatem nostram expositos invenimus. Hermannus quoque, & præpositus Gurcensis gratiæ nostræ se penitus subposuerunt, in nullo deinceps ecclesiam nostram gravaturi. Quomodo autem reliqui Gurcensium contra nos crocitantes coram imperio refutati sint & confusi, a nobis plenius postmodum audietis, quippe qui tales & tanti non esse sunt adjudicati, quibus respondere deberemus. Privilegia sane & litteras de Gurcensibus, & de monetis, ab utraque dignitate, apostolica videlicet & regia, sicut voluimus, impetravimus, & legationem nobis, & successoribus nostris, per totam Noricam confirmavimus.

Rumores curiæ dignos relatu, alios nescimus, præter quod Cathari a domino papa, & toto concilio excommunicati, & ab imperatore cum tota substantia sua sint proscripti. Patriarcha, & episcopi Jerosolymitani, & Templarii, ac Hospitalarii plurimum domino papæ, & imperatori pro expeditione contra paganos transmarinos facienda supplicarunt, asserentes, sepulchrum Domini & totam illam ecclesiam in maximo periculo propter Salahdini immensam potentiam esse constitutam. Quorum petitioni annuendum imperator benigne deliberavit, & cum ad Teutonicas partes accesserit, se cum principibus de hoc acturum spopondit; ita tamen, ut a natali Domini proximo per annum, qui voluerint, ad ipsam expeditionem accingantur.

Quoniam vero negotiis nostris jam consummatis Frisacum in instanti revertimur, &, sicut non ignoratis, a festo S. Martini decimo quarto die apud Dirnstein colloquium cum duce Stirensi habere tenemur, rogamus vos quam intime, ut vocatis, & assumptis vobiscum Pabone de Eringen, & ministerialibus nostris, quos necessarios nobis in ipso colloquio deliberaveritis, remota omni occasione, quia necessitas, ut scitis, ingruit, ad nos ipsum colloquium celebraturi veniatis.

„ In eodem pariter concilio agitata est, sed non absoluta, causa duorum electorum ad cathedram Trevirensem, cujus electionis historiam cum causæ delatione ad pontificem, Veronæ concilium habentem hic exhibeo verbis Gloscheri in gestis Archiepiscoporum Treviren. in corp. Historico Eccardi to. II. pag. 2210.

Defuncto Arnoldo archiepiscopo, facta est dissensio de altero eligendo in ecclesia Trevérensi; nam præcedente vespera diei, qua sepeliendus erat, convenerunt canonici majoris ecclesiæ cum prælatis, ut deliberarent, quem eligerent; maxima autem pars cleri in personam Rudolfi præpositi majoris domus, mediante decano, consensit: Sed nocte sequenti negotio perambulante in tenebris omnino immutatum est, quidquid ante inchoatum fuerit: Nam post sepulturam patris sui cum ad electionem convenissent, Folmarus archidiaconus dixit illam externam denominationem ita promulgatam fuisse, ut cum major pars cleri vel populi faveret, ipse in episcopatum succederet, ad quod verbum factæ sunt partes, & inter partes altercationes graves. Tunc Wernherus de Bonlanden, annuente Palatino comite, instabat, ut electio ad imperatorem differretur; sed Folmarus insistebat, ut statim episcopus eligeretur, ex decretis probare intendens, quod nullo temporis spatio sedes episcopalis vacare deberet. Ad hæc multa fuerunt objecta; randem statuerunt, ut ad nonam verbum differretur, & tunc signo campanæ, om-

ANNO CHRISTI 1184.

omnibus convocatis, causa terminaretur: ita ab invicem digrediuntur: Sed Folmarus cum suis ad laicos, quorum tunc multitudo maxima in claustrum convenerat, egreditur, & ne aliqua mora electionis fiat, modis omnibus laborat, monet, & hortatur. Ejus in favorem Henricus dux de Lemburch multa perlocutus cum aliis nobilibus & ministerialibus atque civibus, monuit, ne ab invicem separarentur; et si digressi fuerant, revocarentur; ad quod missi sunt primo clerici, secundo nobiles & liberi, tertio ministeriales & cives idonei; qui reversi nunciant, quosdam longius recessisse, quosdam in vicino jam ad prandium consedisse, qui orarent, ut, juxta dictum, ad nonam expectarent; & tunc congregatis omnibus, pro episcopo constituendo, in pace tractarent. At illi non adquieverunt, sed absentibus aliis in electionem Folmari convenerunt, & raptum eum potius quam electum, magno concursu in oratorium & in sedem episcopalem traxerunt, & sic ad propria recesserunt. Circa nonam vero horam juxta condictum alii cum Palatino comite & Werhnero de Bolanden ad signum campanæ convenientes, qualiter talis electio cassaretur, omnibus modis elaborare intenderunt; & missa legatione imperatori dissentionem partium intimarunt, a quo ad Constantiam civitatem evocati sunt, ubi judicio principum sancitum fuit, quod imperator per consilium principum, si in electione discordarent, quam vellet, idoneam personam subrogaret: At ipse optionem electionis iterum in præsentia sua eis concessit, ita si præteritæ electionis discordiam deponere vellent. Ubi Folmarus interesse nolens, discessit: Alii vero, quamvis pauci Rudolfum præpositum iterum electum præsentaverunt, & ab imperatore investitum, ad propria reduxerunt. Qui cum Treverim venissent, fautores Folmari domum sancti Petri præoccupaverunt, & clausis introrsum januis, aditum omnem cum satellitibus & armis ei prohibuerunt. Sed apud sanctum Simeonem solemniter susceptus authoritate imperatoris episcopatum acquisivit. At Folmarus terra, marique laboriosum iter arripiens, Lucium papam adiit, causam dixit, justitiam a sede Apostolica expetiit. Papa dudum litteras omnium personarum ecclesiæ Trevirensis susceperat contra eum; & quia per subreptionem magis, quam per canonicam electionem obtinere vellet, audierat; unde & ad curiam suam die eis præfixa adversarios suos cum personis ecclesiæ evocavit; & audito electionis ordine, circa utramque personam, nihil eo tempore super hoc determinare judicavit, usque ad præsentiam imperatoris, qui de eodem negotio scripserat, quique jam in procinctu vix erat occurrere ei apud Veronam. Ubi dum convenirent, & de negotiis, quæ inter sedem apostolicam & imperium versabantur, quæstiones hinc inde discuterent, inter cæteras quæstiones ista habita est, non una de minimis. Imperator enim causam Rudolfi præpositi suam faciebat; unde & constanter petiit, ut eum quem per sententiam principum investisset, papa consecrare non differret; quod cum apostolicus more curiæ de die in diem protrahendo imperatori firmam spem suæ voluntatis exequendæ promitteret; tandem suggestum est imperatori a cardinalibus, quod ad sententiam dandam papa procedere non posset, nisi auditis allegationibus utriusque partis; ex consensu igitur imperatoris Rudolfus cum suis processit ad curiam, cui ex adversa parte Folmarus cum suis, quos evocaverat ad se, cum decano majoris ecclesiæ resistere paratus, litem causæ ingressus est. Lite igitur contestata, dum utrinque diu disputatum esset, & allegationes eorum in scriptum redactæ curiæ præsentatæ fuissent, quia ita perplexum erat negotium, ut hinc imperatorem, inde papam graviter tangere videretur, diffinitivam sententiam promulgare distulit, & sic non modicum temporis elapsum est.

„ Præstat denique ea proferre, quæ de hoc „ concilio narrat Anonymus Zwetlensis au- „ thor coævus in histor. Pontif. Roman.

Ipse (Lucius) & imperator Veronæ convenientes, ut inter spiritualem patrem, & filium dulcia (*) mitcentur colloquia, & tanquam ex duabus principalibus curiis, & duobus orbis capitibus una Republica effecta, ecclesiastica simul & sæcularia inter eos tractantur negotia; ubi etiam vicissim alterutrius delectati præsentia, & vigore suffulti, communi consilio omnium, qui ibi convenerant, archiepiscoporum episcoporum, & aliorum principum contra diversas hæreses, & earum auctores, quibus diversa nomina, diversarum ibidem professio falsitatum, Catharos, Paterenos, & eos qui se tam falso nomine humiliatos, vel pauperes de Lugduno, quam superbo mentiuntur, Passagenos, Josepinos, Arnoldistas, Publicanos insurgunt, & suo eos jure condemnant.

* miscerentur

VVin-

VVINDESORENSIS CONVENTUS

Episcoporum, & Cleri Angliæ pro eligendo archiepiscopo Cantuariensi Anno 1184. habitus.

Die S. Dunstani jussu regis magnus clericorum conventus factus est apud Windeioram ad eligendum archiepiscopum Cantuar, in loco Richardi modo defuncti: *Gervasius ita de eo loquitur*: Rex Angliæ misit nuncios & literas ad conventum Cant. Ecclesiæ, præcipiens, ut cum priore suo plures ad eum mitterent monachos ad Windesores. Quo cum venissent die ordinationis S. Dunstani simul cum episcopis & clero Angliæ, dixit ad monachos rex: Miseremini mei, domini mei & amici mei; vos enim estis fideles mei & amici, omnes fere nati de terra mea, unde mihi magis tenemini. Rogo igitur vos, per fidem, quam mihi debetis, loquimini cum episcopis meis, & inter vos tale habetote consilium, quod Dei & sanctæ ecclesiæ honor conservetur, & regni status perseveret in pace, & ut honor debitus mihi conservetur indemnis, quem prædecessores mei in hac causa noscuntur habuisse. Post varios deinde sermones inter regem, episcopos, & conventum Cantuar. ac post prorogationem concilii hujus, tandem prior electionem declaravit his verbis: Nos ergo in nomine sanctæ Trinitatis eligimus virum venerabilem dominum B. Wigorniensem episcopum, in patrem & pastorem Cantuariensis ecclesiæ. Et surgentes introduxerunt novum electum in ecclesiam, cantantes & Deum laudantes, sonantibus signis non solum Westmonasterii; sed etiam totius Londoniæ civitatis.

URBANUS PAPA III.

Sedit ab anno 1185. usque ad 1187.

AD EPISTOLAS URBANI III.

APPENDIX.

AD GUILLELMUM PRIOREM GRANDIMONTENSEM.

Varia statuit pro pace & quiete monachorum Grandimontensium.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Guillelmo priori Grandimontis, ejusque fratribus, tam præsentibus, quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Quanto per infusionem Sancti Spiritus cœlestis subditi magisterio disciplinæ odorem religionis in vestro ordine hactenus observatæ latius expanditis, ut secundum Apostolum conversatio vestra sit vitæ in vitam: tanto nostro imminet officio sollicitius attendendum, ne inimicus humani generis, qui semper circuit, quærens quem devoret, piis invidet studiis perfectorum, per suæ calliditatis astutiam adversus vos, Domino resistente, prævaleat, & propositum religionis & ordinis, sub quo laudabiliter militatis, virulenta suggestione immutet aliquatenus, vel perturbet, in vobis fraternæ pacis gratiam violando. Inde siquidem est, quod cum inter vos, permittente ipso qui fideles suos tentari non patitur supra id quod portare possint, seminarium scandali subortum fuerit, quod sollicitudine plurimorum adhibita, hactenus sedari nequiverit; ad nostram præsentiam quidam ex utraque parte fratrum litigantium accesserunt coram nobis & fratribus nostris, plurima de institutione vestri ordinis, & illatis hinc inde injuriis, proponentes. Nos vero, auditis omnibus diligenter quæ in nostro duxerunt auditorio proponenda, ut de cetero inimico virtutum omnium nocendi aditus claudetur, & in ordine vestro fraternæ pacis concordiam tam facile ipsius calliditas non turbaret, in his quæ generare videbantur materiam jurgiorum, manum correctionis apostolicæ de fratrum nostrorum consilio duximus apponendam. Inprimis siquidem statuentes ut qui, relicto sæculo, ad ordinem vestrum confugiunt, priori qui pro tempore fuerit, & successoribus ejus catholicis, vel capitulo, si prior non fuerit, obedientiam, & reverentiam promittant absolute. Fratribus autem singulis in his quæ ad commodum & honorem domus pertinent, fraternæ charitatis officium, & auxilium debitæ subventionis impendant. Majores se invicem, secundum Apostolum, arbitrantes, quatinus juxta apostolicam evangelicamque doctrinam se invicem honore præveniant, & qui forte major est meritis, non erubescat amore Domini fieri minoribus ministrator. Paci vestræ præterea providentes, statuimus, ut ad recipiendum alterius religionis hominem nemo vos cogat invitos, ne dum instituta relicti ordinis qui ad vos confugerit æmulatur, a vestræ observantia disciplinæ animos simpliciorum avertat, & aliis vos contingat injuriosos & molestos existere, si professos eorum volueritis retinere. Priori autem, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, plenam concedimus auctoritate apostolica potestatem: ita ut uni con-

ANNO CHRISTI 1185.

conversorum, qui magis idoneus fuerit in cellis vestris temporalia disponenda committat, qui de ipsius prioris mandato, eleemosinas depositaque recipiat, & eas in pios usus ac necessitatem domus provida consideratione convertat. Cura vero spiritualium libere de mandato prioris circa clericos ipsos resideat: ita quod nullus laicorum fratrum in confessionibus, pœnitentiis, divinis officiis celebrandis, & corrigendis excessibus clericorum, ullam sibi auctoritatem usurpet: sed hæc omnia per priorem jam dictum, vel de mandato ipsius, per clericos expleantur. Ad hæc, ad instar prædecessorum nostrorum felicis recordationis Alexandri & Lucii Romanorum pontificum, omnibus regulam vestram servantibus, sicut in vestro ordine; & suprapositis nostræ correctionis capitulis salubriter continetur, laborem loco pœnitentiæ, & in peccatorum suorum remissionem injungimus, quem in ipsa observantia patiuntur. Institutionem quoque quam ad castigationem vestram post confirmationem felicis recordationis Adriani papæ prædecessoris nostri salubriter addidistis, auctoritate apostolica confirmamus, & perpetuis decernimus temporibus valituram; statuentes ut liberum vobis sit, secundum regulam vestram, atque instituta ordinis, absque aliquorum gravaminibus vel molestiis, Domino famulari, salva in omnibus apostolicæ sedis auctoritate. Præterea domum & loca vestra, cum omnibus quæ in præsentiarum juste & pacifice possidetis, vel in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poteritis adipisci sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus: statuentes ut ea firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam domum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemtoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructus bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

✠ Ego Urbanus catholicæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

✠ Ego Paulus Prenestinus episcopus Ss.

✠ Ego Johannes tituli S. Marci presbyter cardinalis subscripsi.

✠ Ego Petrus Le Bon presbyter cardinalis tituli Sanctæ Susannæ subscripsi.

† Ego Laborans presbyter cardinalis sanctæ Mariæ trans Tyberim tituli S. Callixti SS.

† Ego Pandulfus presbyter cardinalis tituli duodecim Apostolorum subscripsi.

† Ego Albinus presbyter cardinalis tituli S. Crucis in Jerusalem subscripsi.

† Ego Melior presbyter cardinalis SS. Johannis & Pauli tituli Pammachii subscripsi.

† Ego Adelardus tituli S. Marcelli presbyter cardinalis subscripsi.

† Ego Jacinthus S. Mariæ in Cosmedim diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Bobo S. Angeli diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Octavianus SS. Sergii & Bacchi diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Rollandus S. Mariæ in Porticu diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Rad S. Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis subscripsi.

Datum Veronæ per manum Moysis Lateranensis canonici vicem agentis cancellarii Idibus Julii, indictione IV. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXXVI. pontificatus vero Domini Urbani papæ III. anno primo.

AD FRIDERICUM IMPERATOREM

De injuriis ecclesiæ Romanæ illatis ab eo conqueritur.

Ex Ludevvig. Reliq. t. II. p. 409.

URbanus episcopus servus servorum Dei Karissimo in Christo filio F. illustri Romanorum imperatori semper augusto salutem & apostolicam benedictionem.

Si datum esset desuper & celesti prudentia stabilitum, ut inter ecclesiam & imperium ad salutem Christiani populi tanta esset connexio caritatis, quod adversus eam nec susurronum & malignantium studia prævalerent, nec ab alterutra partium aliquid in præjudicium alterius vel dispendium ageretur, gratum nobis existeret & acceptum, & universis Deum timentibus, sicut credimus, complaceret. Cum ad hoc sapientia Dei duorum statuerit censuram gladiorum, ut dum alter alteri cohæreret, iniquorum malitiam districtio unius compesceret, & contemnentes alterius potentia refrenaret. Quod nos piis, sicut convenit, affectibus intuentes ab ipsis nostræ promotionis iniciis firmum concepimus propositum, & tenemus inter ecclesiam & imperium, si per tuam serenitatem pacem perpetuam & concordiam reformare, & ut salva conscientia loquamur, nequaquam occasionem quæsivimus vel quærimus ab hoc proposito desistendi. Sane imperiales apices ea qua decuit benignitate suscepimus, eorumque serie plenius intellecta, ut tuæ celsitudini de nostra conscientia certius innotescat, serenitati tuæ per singula duximus capitula respondere. Recolimus siquidem nec sine multimoda commendatione referimus, quod in promotione nostra pacem ecclesia tua excellentia prosecuta debita reverentia & devotione suscepit, quo circa nos

ANNO CHRISTI 1185.

nos manus Domini noluit non ex nostris meritis, sed ex sua misericordia operari. Attendentes, sicut credimus, quod sicut princeps es ex divina institutione catholicus, ita in ecclesia Dei revereri & servare debeas catholicam unitatem. Postquam fatemur nos a tua magnitudine per litteras, & nuncios accepisse, quod patrimonium ecclesiæ, sicut ad tuum spectat officium, sub tua volebas protectione recipere, & ad hoc fine nostræ consistere beneplacito voluntatis, Henricum illustrem regem excellentiæ tuæ filium destinare. Bona utique & commendanda promissio, si debita efficacia compleretur, sed quod sine admiratione non ferimus, res in contrarium versa est, cum idem illustris filius tuus non ad defensionem terræ nostræ, sed potius videatur ad oppressionem intendere, & a civitatibus & aliis locis, quæ nostræ jurisdictionis existunt, Narnia videlicet, Viterbio, Verusio, * & quibusdam aliis, forum & alia indebita servitia exigat, & quibusdam denegantibus, que postulat, pro suæ voluntatis arbitrio comminetur. Placuit ergo promissio, placuit & affectus, & quia contrarius effectus existit, grave gerimus, nec tuæ credimus excellentiæ convenire. Quod autem Novarianis pro culpa sua a Christi corpore, quod est ecclesia, separatos tua serenitas evitavit, debita commendatione prosequimur, nec aliter saluti & honori tuo, qui universos extollentes se adversus Deum & ecclesiam ejus accepta debes potestate reprimere, & statuta ecclesiastica firmiter observare, congrue providisses. Ex eo vero quod nobis super facto Cremonensi intimasti, eo gravius admiramur, quo affectum tuum ad hoc cognoscimus aliena forte suggestione inductum, ut pro his quæ gratiarum deberes prosequi actione concepisse in contrarium videaris. Nam cum Cremonenses ipsi sepius ad nostram presentiam accessissent, humiliter postulantes, ut eos sub apostolicæ sedis protectione deberemus recipere, licet id salva conscientia potuerimus admisisse, qui universis ad nos devote clamantibus favorem tenemur apostolicum impertiri; ne tamen contra tuam excellentiam de favore nostro insolentiores existerent, petitionem ipsorum nequaquam admisimus. Et ut tua providentia non ignoret, quod inter te & ipsos pacem & concordiam noluerimus disturbare, quod si forte voluissemus, aliter negotia processissent. Venerabili fratri nostro, Cremonensi episcopo, cum ad tractatum ipsius pacis intenderet, dedimus in mandatum, ut de reformanda concordia omni, qua posset, sollicitudine laboraret. In quo, si quam habeas materiam conquerendi, serenitas tua consideret, quod nos id, recurrentes ad conscientiam, non videmus. Episcopis autem vel civitatibus Lombardiæ nequaquam nos prohibuisse meminimus, ne magnitudinis tuæ impugnatione Cremon. ipsorum * assisterent, & consilium & auxilium debitum ministrarent. Licet episcopos ab initio potuerimus prohibuisse, cum ecclesiis Italicis nequaquam hactenus fuerit consuetum, hanc servitutem imponere, & imperialibus privilegiis expresse, sicut tua serenitas non dubitat, habeatur, quod ipsis ecclesiis novas conditiones propterea non debeat inducere altitudo *, non grave excellentiam tuam gerere volumus vel molestum, si eas qui sibi commissas ecclesias tam indebitæ conditioni subjicere præsumpserunt, auctore domino pastorali officio compescimus. Quibusdam tamen pro certo injunximus, ut possessiones & bona ecclesiarum Cremonensis diœcesis in imperialis collatione auxilii non vastarent, quod quidem injuncti nobis officii debitum requireret, quod tenemur ecclesiarum omnium statui providere. Si quæ vero alterius tenore litteræ emanarunt, eas nobis libenter volumus præsentari, & si de nostra conscientia processerunt, cum nonnullæ sicut a serenitate tua, ita & a nobis litteræ subreptitiæ impetrentur, nequaquam denegabimus veritatem. In his omnibus & aliis, dum conscientiam & affectus nostros sollicita investigatione discutimus, nil in nobis varium contra tuam exccellentiam invenimus, ex quo justam habeas materiam conquerendi, nisi forte occasionem divertendi postules ab amico. Nos vero quot & quanta a te & excellentiæ tuæ ministris, contra constitutionem divinam & ecclesiasticam libertatem impune hactenus sustinuimus, attemptare, nequaquam sine conscientiæ damno recolimus & imperialem providentiam non credimus ignorare. Nam, ut cetera transeamus, nuper in Taurinensi & Hiponensi * diocesibus ministeriales tuos diceris statuisse, quod ecclesiasticos viros indebitis exactionibus & molestiis prægravantes eos ad secularia judicia pertrahant, & suis compellant jussionibus obedire. Memoratus etiam filius tuus & Bertoldus ecclesias Tusciæ congregati exercitus mole devastant, eisque collectas pro sua voluntate statuunt. Dux Spoletanus ita statum ecclesiarum, circa quas de mandato tuæ celsitudinis commoratur, in spiritualibus & temporalibus noscitur attulisse *, eas viris ecclesiasticis pro sua conferens & auferens voluntate, capiens clericos & ad redemptionem compellens, qui viri ecclesiastici, qui in terra commissa suæ poteståti consistunt, propria coguntur tecta deserere, & in obbrorium ecclesiastici ordinis vitæ stipendia mendicare. Id idem Galterus ministerialis in Marchia Tusciæ & alii per regiones alias perpetrare non cessant.

Margin notes: locus obscurus. — f. Perusio — f. ipsos — * locus mendosus — * l. Eporediensi — * f. abstulisse

AD MAGDEBURGENSEM ARCHIEPISCOPUM

Ejusdem argumenti, & ut sequestrem pacis sese interponat.

Ex eodem p. 42.

URbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Magdeburgensi archiepiscopo, salutem & apostolicam benedictionem.

Firmum in corde nostro propositum habendi te sincerius in visceribus Jesu Christi caritas illa fundavit, quæ diffusa per spiritum in cordibus electorum, ita corpus ecclesiæ compage suæ virtutis annectit, ut & caput membris ineffabili junctura cohæreat, & membrorum officiosa diversitas ab unitate capitis non recedat. Noverit ergo tua fra-

ANNO CHRISTI 1186.

ternitas, quod nos circa te & commissam tibi ecclesiam caritatis hujus ardore ferventes, fiduciam de te gerimus spiritualem, quod sicut paternitatem tuam nexu quodam singularis dilectionis amplectimur; ita etiam recompensatione laudabili a tua devotione suscepta copiosius semper in tuis affectibus oblectemur. Hac ergo suadente fiducia, materiam tibi nostræ immodicæ turbationis exponimus, ut nostris te participante molestiis, de prudentia & subsidio tuo majus in domino solatium capiamus. Commonita, inquam, frequenter a nobis imperialis culminis altitudo, ut ecclesiæ Romanæ restituat possessiones ejus, quas detinet occupatas, non ea, qua debuit serenitate respondit, nec videtur velle perficere, per quod inter ecclesiam & imperium firma possit pax & A concordia provenire. Unde hoc ipsum per litteras tibi duximus apostolicas intimandum, rogantes attentius & mandantes, quatinus cum ad partes illas accesserit, in quibus ejus alloquio tua fraternitas potiatur, suadere sibi & consulere non omittas, ut ecclesiam Dei sicut ad suam spectat gloriam & salutem oculo benigniori respiciat, & materiam fomitemque discordiæ, sicut decet ejus magnificum principatum, funditus e medio laudabili pietate præcidat. Quod si forsitan te commonente non fecerit, culpam dissensionis & odibilis simultatis in eam partem noveris esse refundendam, quæ culpam videtur præstare discidii, cum in manu ejus potestas hæreat & facilitas emendandi. Dat. Veronæ VI. Kal. Marcii.

AD MOSOMENSE CONCILIUM

A Folmaro Trevirensi archiepiscopo in causa electionis suæ contra Rudolphum æmulum,

Anno 1186. *celebratum*

ADDITIO.

„ Folmarus ad Trevirensem cathedram in „ dissidio electus apud Urbanum III. pa„ pam causæ suæ victoriam obtinuerat, au„ ctusque apostolicæ sedis legatione venit „ in Galliam. Trevirim dein venturus, cum „ pervenisset Mosomum concilium habuit, „ de quo pauca ex magno Chronico Belgi„ co ad annum 1186. Pagius ad eumdem „ annum, & ex eo Venetus Labbei editor. „ Multo plura dat vetustus author rerum „ ab archiepiscopis Trevirensibus gestarum „ in Martene Veter. Monum. to. IV. pag. „ 219. quem hic exscribo:

Folmarus legationem sedis apostolicæ a papa per nuntios impetravit, ut facta sua majorem auctoritate summi pontificis sortirentur vigorem. Accepta igitur suæ voluntatis plenitudine, statim Treverensibus & D suffraganeis ecclesiis concilium indixit apud Mosomum castrum archiepiscopi Remensis, qui eum eo tempore manu tenebat, & solatium ei per se & suos in multis exhibebat. Universi itaque tam cleri quam prælati suffraganearum ecclesiarum, & plurimi pastores ecclesiarum de archidiaconatu, quod inter Treverim & Ivodium castrum constitutum est, timentes ordini suo, ad concilium istud, antecedente eos Metense episcopo, Dominica qua cantatur *invocavit*, convenerunt. Petrus vero Tullensis, & Henricus Virdunensis episcopi, appellatione interposita, non venerunt. Venerunt & multi tam magistri quam clerici de Francia, inter quos etiam quidam episcopi, animantes eum, ut auctoritatis sibi concessæ potestate uteretur, & subditos suos a subjectione resilientes, censura ecclesiastica coerceret. Horum ergo suffragiis animatus, prælatorum quosdam & clericorum Treverensium excommunicavit, quosdam ab officio & beneficio suspendit, quosdam vero

sine spe veniæ deposuit. Petrum etiam Tullensem episcopum excommunicavit, Henricum Virdunensem ultro se offerentem, ab C episcopatu deposuit; & sic in absentes grassatus, non convictos neque confessos damnavit. Hæc ergo causa malorum iracundiæ fomitem ministravit, & indignationem imperatoris contra eum magis ac magis accendit.

„ Porro Tullensem episcopum ideo diris „ devovit Folmarus, quod rogantem illum „ per urbem ejus transitum, recipere recu„ savit; quod recipi illum ab imperatore „ æmulo ejus favente nollet. Quæ pariter „ causa Virdunensem episcopum a sede de„ jecit, quamquam ille interposita ad pon„ tificem Romanum appellatione sententiam „ in se latam elusit.

„ Hanc tamen Folmari severitatem in „ episcopis puniendis detestatus est Grego„ rius VIII. qui dum hæc agerentur Urba„ no III. successit, scriptisque literis ad „ eundem Folmarum acta ejus omnia in „ concilio rescidit. Vulgavit literas illas Lu„ devvig Reliquiarum to. II. pag. 428. ex „ quo huc transferendas, utpote ab hoc con„ cilio haud penitus alienas, censui.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei venerabili fratri F. Trevirensi archiepiscopo salutem & apostolicam benedictionem.

Propositum vincit effectus; & supervenientes causæ sæpe compellunt mutare, quod E firma dispositum fuerat voluntate. Nec locus ex hoc reprehensioni relinquitur, cum Salomon dicat: *Omnia tempus habent, & tempus loquendi & tempus tacendi.* Ex hoc siquidem est, quod ecclesia Dei sua interdum variat, pro filiorum necessitate, instituta, & cohibet aut differt sæpe vindictam, quam quieto & pacato tempore statuerat exercendam, juxta hoc quod Salomon dicit: *Sapiens*

ANNO CHRISTI 1186.

piens videns malum declinat; stultus transilit confidenter. Hæc vero cautela, etiamsi alio tempore potuerit intermitti, hoc vero tempore tanto circumspectius est tenenda, quanto ex casu orientalis ecclesiæ in majore tribulatione videtur christianus populus constitutus. Nec facile patet ex humana infirmitate successus, nisi ad hoc magnorum principum corda contigerit ex sancti spiritus inspiratione moveri. Ex eo siquidem est, & ex aliis multis causis, quod nos corda sublimium principum & ecclesiæ defensorum, imperatoris scilicet & filii ejus, ad bonum volentes per humilitatem ecclesiæ provocare, in bona cum ipsis mansuetudine ducimus ambulandum, & non tam contra eos humanum requirendum auxilium, quam divinum, si debitam, quod non credimus, ecclesiæ reverentiam decreverit subtrahendam. Proinde quod tua fraternitas a domino Urbano prædecessore nostro recedens & provinciæ Trevirensis fines attingens durius, quam e re visum fuit, se ce- A pit in episcopos & personas alias exercere, & cum in scandalum multos miserit, paucos ad se provocavit in gratiam, nos ex consueto sedis apostolicæ moderamine providere volentes, .enim asperitate tua multorum a te facias animos alienos, & tandem ipsam etiam censuram ecclesiasticam, si servata non fuerit, contentibilem reddas, litteris tibi presentibus inhibemus, ne ad excommunicationem vel depositionem personarum Trevirensis provinciæ sine conscientia & licentia nostra procedas; sed ita in omnibus modestiam teneas, ut ex animositate aliqua vel indignatione præterita ecclesiæ causam & tuam facias graviorem. B Cum etenim non prorsus ignores, quid nobis super negotio tuo visum fuerit a principio, bene, sicut credimus, tibi prospicies, si talem in omnibus exhibere te cures, ut sinistram de te habere opinionem minime debeamus. Datum apud Forum novum II. Kal. Decembris Indictione VI.

CONCILIUM apud EGENESHAM

Anno 1186. coactum.

Ex Chron. Gervasii col. 1480.

n. 1186. ffert Vilkins onc Brit. I. ad inc an.

MEnse Majo hujus anni coadunato clero Angliæ apud Egenesham in præsentia regis & archiepiscopi (Balduvini) multæ factæ sunt electiones priorum in episcopos & abbates, &c.

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

Anno 1186. habitum.

AD CONSTANTINOPOLITANUM ISTUD CONCILIUM

Data est novella Isaacii Angeli Græcorum imperatoris, quam ex Jure Græco Romano Leunclavii tom. I. lib. 2. huc transfero.

ΙΣΑΑΚΙΟΥ ΤΟΥ̃ ἈΓΓΈΛΟΥ.

Σημείωμα βασιλικὸν, ἀκυροῦν τὰς γινομένας ψήφους ἀπουσίᾳ τινὸς τῶν τῇ μεγάλῃ πόλει ἐνδημούντων ἀρχιερέων· διοριζόμενον δὲ καὶ εἰς τὸ ἑξῆς μὴ ἄλλως γίνεσθαι ψῆφον, εἰ μὴ πάντες οἱ ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει ἐνδημοῦντες ἀρχιερεῖς μετακληθῶσι, καὶ ἢ παρουσιάσουσιν, ἢ δώσουσι γνώμας. μηνὶ Σεπτεμβρίῳ, ι, ἡμέρᾳ δ, ἐπινεμήσεως ε.

Ὁ Μὴ ἐλέγχων, φησὶν ἡ γραφὴ, τὴν ἁμαρτίαν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὡς ὁ τὸν ἰὸν ἀφεὶς τῷ δηχθέντι ὑπὸ ἰοβόλου. πρὸς τί δὲ ταῦτα παρὰ τῆς βασιλείας μου τῷ τοῦ λόγου προθύρῳ προβέβληται, προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει σαφέστατα. καὶ γὰρ τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Κυζίκου ὑπομνήσαντος πρότριτα τὸ κράτος ἡμῶν, ὡς ἔστιν οὗ τινὰ παρὰ τοὺς ἱεροὺς καὶ θείους κανόνας, καὶ τοὺς φιλευσεβεῖς νόμους προβαίνουσιν ἐν ταῖς

ISAACII ANGELI

Scriptum imperatoria manu subsignatum, quod irritas facit electiones, quæ fiunt per absentiam pontificis alicujus, in urbe commorantis; atque statuit, in posterum non aliter fieri electionem debere, nisi omnes in urbe degentes pontifices arcessiti fuerint, & vel præsentes adfuerint, vel sententias suas exhibuerint. Act. mensis Septembris die X., feria quarta, indictione V.

QUI non arguit peccatum fratris sui, ait scriptura, similis est ei, qui venenum relinquit admorso ab animali venenoso. Quorsum autem hoc a majestate mea in orationis ipso vestibulo prolatum sit, ubi progressa fuerit oratio, clarissime indicabit. Quippe quum sanctissimus Cyzici metropolitanus majestati nostræ nudiustertius suggesserit, nonnumquam aliqua præter sacros

An. 1186. Ex jure Græc. Rom t. I. p. 169.

cros divinosque canones, & religiosas leges in synhodicis confratrum suorum conventibus fieri, atque obsecraverit, ut eorum ratio habeatur apud tribunal majestatis meæ, juncto sanctissimo domino meo & universali patriarcha, quum periti gubernatoris ecclesiæ locum sortita sit mea majestas ab eo, qui eam unxit, & imperio præfecit, habeatque licentiam corrigendi ea, quæ præter ecclesiasticos fortasse canones admittuntur: noluit majestas mea rejicere preces metropolitani supplices, nec indiscussas relinquere. Quamobrem arcessito hodie sanctissimo domino meo & universali patriarcha, atque etiam ceteris sanctissimis patriarchis, videlicet Antiocheno, & Hierosolymitano, prætereaque commorantibus in hac magna urbe pontificibus; requisivit ab indicato metropolitano Cyzici, qui & ipse præsens erat, ut audiente hoc religioso cœtu diceret atque proponeret, quæ vellet. Is autem denuo nihil dissimilans, ea ipsa proposuit, de quibus etiam nudiustertius ad majestatem meam retulerat, nimirum divinos sacrosque canones in nonnullis negligi ac violari. Confestimque ante alia proposuit, quod quum ecclesiæ suos amiserunt episcopos, & electiones fiunt, non convocentur ad futuras electiones universi commorantes in urbe pontifices, sed absque nonnullorum comministrorum & confratrum advocatione, præter canones electio procedat. Quale quiddam usuvenerit etiam in electionibus ecclesiarum, quæ indicabuntur. Adeoque prætendebat, in electione Claudiopolitana, & Maroneæ, nullam prorsus sui rationem habitam a confratribus & comministris suis, qui eam electionem confecissent; nec se a quoquam ad eam arcessitum, quum quidem in urbe degeret, nec a synhodicis tribunalibus ceterisque congressibus semet abstineret. In electionibus autem aliarum trium ecclesiarum, Dyrrachii, Mileti, & Christianopolis, quum res ei denuntiata fuisset, atque ipse responsionem instituisset, ac manifeste diserteque, quid sibi displiceret, ostendisset; quodque subortum esset inter se, fratrumque cœtum, ex sui contemtu, scandalum; quasique pacem, & concordiam, ab eis requireret: confratres suos id responsum flocci fecisse, atque habuisse ludibrio, quumque semet ab eo disjunxissent, non interveniente ipsius præsentia, nec alia quapiam commonitione, in his etiam ecclesiis eos, quos ipsis visum fuisset, elegisse. Quod autem divini sacrique canones hujusmodi electiones rejiciendo improbent, id etiam in medium adducebat, utque canones legerentur, obsecrabat; qui quidem ab eo in medium exhibiti, ad verbum relecti fuerunt. Eorum unus, sanctæ ac universalis primæ synodi quartus erat canon, hæc continens: Episcopum par est maxime quidem ab omnibus, qui sunt in provincia, constitui. Sin id difficile fuerit, vel propter urgentem necessitatem, vel ob prolixitatem itineris: tunc omnino tres in unum congregati, consentientibus electioni etiam iis, qui absunt, eamque per literas adprobantibus, ordinationem perficiant. Confirmatio autem eorum, quæ fiunt, in qualibet provincia metropolitano permittatur. Alius item canon erat decimus nonus Antiochenæ synodi, qui hæc

συνοδικαῖς τῶν συναδελφῶν αὐτοῦ συνελεύσεσι, καὶ παρακληθέντος τηρηθῆναι ταῦτα παρὰ τῷ τῆς βασιλείας μου βήματι, συνάμα τῷ ἁγιωτάτῳ μου δεσπότῃ καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ, ὡς καὶ τὴν τοῦ ἐπιστημονάρχου τῆς ἐκκλησίας τάξιν λαχούσης τῆς βασιλείας μου, παρὰ τοῦ ταύτην χρίσαντος τε καὶ βασιλεύσαντος, καὶ ἐφειμένον ἐχούσης διορθοῦσθαι τὰ παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας ἴσως γινόμενα· οὔμενουν καὶ ἀπεώσατο καὶ ἡ βασιλεία μου τὴν τοῦ μητροπολίτου ἱκέσιον δέησιν, καὶ ἔασεν ἀδιαίτητον. διὸ καὶ μετακαλεσαμένη τὴν σήμερον τὸν ἁγιώτατόν μου δεσπότην καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑτέρους ἁγιωτάτους πατριάρχας, τόν τε τῆς θεουπόλεως Ἀντιοχείας, καὶ τὸν Ἱεροσολύμων, ναὶ μὴν καὶ τοὺς ἐνδημοῦντας τῇ μεγάλῃ πόλει ἀρχιερεῖς, ἀπήτησε τὸν διαληφθέντα μητροπολίτην Κυζίκου παρόντα καὶ αὐτὸν ἐν ἐπηκόῳ τοῦ φιλοθέου τούτου χοροστασίου εἰπεῖν καὶ προθέσθαι ὃ βούλεται. ὁ δὲ καὶ πάλιν μηδὲν ὑποστειλάμενος, ἐκεῖνα ταῦτα προέθετο, ἅπερ καὶ πρὸς τὴν βασιλείαν μου πρότριτα ἀνήνεγκε, τὸ τοὺς ἱεροὺς καὶ θείους δηλαδὴ κανόνας καὶ νόμους ἔν τισι παραθεωρεῖσθαι καὶ παραβαίνεσθαι. καὶ εὐθὺς πρὸ τῶν ἄλλων προέθετο, ὅτι ἐκκλησιῶν χηρευουσῶν καὶ ψήφων γινομένων αὐτῶν, οὐ συγκαλοῦνται ἐπὶ ταῖς γενησομέναις ψήφοις ἅπαντες οἱ ἐνδημοῦντες τῇ μεγάλῃ πόλει ἀρχιερεῖς, ἀλλὰ καὶ ἄτερ τῆς τινῶν συλλειτουργῶν καὶ συναδελφῶν μετακλήσεως, τὰ τῆς ψήφου παρὰ κανόνας προβαίνει. ὁποῖον δή τι γέγονε καὶ ἐπὶ ταῖς ψήφοις τῶν ῥηθησομένων ἐκκλησιῶν. καὶ προΐσχετο, ὡς ἐπὶ τῇ ψήφῳ μὲν τῆς τε Κλαυδιουπόλεως, καὶ τῆς Μαρωνείας, οὐδόλως ἠξίωται λόγου παρὰ τῶν ψηφισαμένων ταύτας συναδελφῶν τούτου καὶ συλλειτουργῶν, οὐδὲ μετεκλήθη πρὸς τὴν ψῆφον παρά τινος, καὶ ταῦτα τῇ μεγάλῃ πόλει ἐνδημῶν, καὶ τῶν συνοδικῶν δικαστηρίων μὴ ἀπολιμπανόμενος, καὶ τῶν λοιπῶν συνελεύσεων. ἐπὶ δὲ ταῖς ψήφοις τῶν ἑτέρων τριῶν ἐκκλησιῶν, Δυῤῥαχίου, Μιλήτου, καὶ Χριστιανουπόλεως, δοθείσης τούτῳ εἰδήσεως, καὶ αὐτοῦ ποιησαμένου ἀπόλογον, καὶ ἐνδειξαμένου φανερῶς ἀποπεφασμένον τὸ τούτῳ δυσαρεστούμενον, καὶ τὸ μέσον αὐτοῦ τε καὶ τῆς ἀδελφότητος διὰ τὴν περιφρόνησιν σκάνδαλον, καὶ οἷον ἀπαιτοῦντος τὴν εἰρήνην καὶ τὴν ὁμόνοιαν, οἱ τούτου συναδελφοὶ παρὰ φαῦλον ἔθεντο καὶ ἀπεῤῥάπισαν τὴν ἀπόκρισιν. καὶ ἀποσχοινίσαντες ἑαυτοὺς χωρὶς τῆς αὐτοῦ παρουσίας, καὶ ἑτέρας τινὸς ὑπομνήσεως, κἀπὶ ταύταις ταῖς ἐκκλησίαις τοὺς δοκοῦντας αὐτοῖς ἐψηφίσαντο. ὅτι γοῦν οἱ θεῖοι καὶ ἱεροὶ κανόνες τὰς τοιαύτας ψήφους ἀποδοκιμάζοντες μεμισήκασι, προτίθησι τέως τὰ περὶ τούτου, καὶ τοὺς κανόνας παρακλητεύει ἀναγινώσκεσθαι, οἵτινες καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκδοθέντες ἐπὶ τοῦ μέσου, κατὰ ῥῆμα ὑπανεγνώσθησαν. ὧν ὁ μὲν εἷς, ὃ ἦν κανὼν τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς α συνόδου, οὕτω διεξιών. ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι. εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τὸ τοιοῦτον, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξάπαντος τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνηγμένους, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων, καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι. τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ. ὁ δὲ ἕτερος κανὼν ἦν καὶ αὐτὸς ιθ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου,

δια

ANNO CHRISTI 1186.

ANNO CHRISTI 1186.

διαλαμβάνων οὕτως αὐτολεξεί. ἐπίσκοπον μὴ χειροτονεῖσθαι δίχα, συνόδυ καὶ παρυσίας τοῦ ἐν τῇ μητρυπόλει τῆς ἐπαρχίας. τούτυ δὲ παρόντ© ἐξάπαντ©, βέλτιον μὲν συνεῖναι αὐτῷ πάντας ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ συλλειτυργοὺς, καὶ προσήκει δὶ ἐπισολῶν τοὺς ἐν τῇ μητροπόλει συγκαλεῖν. καὶ εἰ μὲν ἀπαντῷεν πάντες. βέλτιον. εἰ δὲ δυσκερὲς ἔιν τοῦτο, τούς γε πλέιυς ἐξάπαντ© παρεῖναι δεῖ, ἢ διὰ γραμμάτων ὁμοψήφυς γίνεσθαι. καὶ οὕτω μετὰ τῆς τῶν πλειόνων ἤτοι παρυσίας, ἢ ψήφυ, γίνεσθαι τὴν κατάςασιν. ει δὲ ἄλλως παρὰ τὰ ὡρισμένα γίνοντο, μηδὲν ἰσχύειν τὴν χειροτονίαν. εἰ δὲ κατὰ τὸν ὡρισμένον κανόνα γίνοιτο ἡ κατάςασις, ἀντιλέγοιεν δὲ τινες δὶ οἰκείαν φιλονεικίαν, κρατεῖν τὴν τ̃ πλειόνων ψῆφον. ταῦτα τῦ ἱερωτάτυ μητροπολίτυ Κυζίκυ προβαλλομένυ, οἱ ἀντικαθιςάμενοι τύτῳ ἀρχιερεῖς, κ̀ πρὸ τῶν ἄλλων ὁ Ἐφέσυ ὁ Ἰκονίυ, κ̀ ὁ Ἀβύδυ, μὴ ἀληθεύειν τὸν Κυζίκυ προΐσχοντο, ἐφ' οἷς κ̀ προέθετο, τὸ μὴ μετακληθῆναι, δηλονότι κ̀ αὐτὸν ἐπὶ ταῖς ψήφοις τῶν ῥηθεισῶν ἐκκλησιῶν. αὐτὸς γάρ φησιν ὁ Ἰκονίυ, γάμυ γεγονότ© ἐπὶ ἐξαδέλφῃ τοῦ ῥαιφερενδαρίυ, εὑρὼν ἐκεῖσε μετακληθέντα καὶ τὸν Κυζίκυ, δέδωκε τούτῳ εἴδησιν τῆς γενησομένης ψήφυ τῇ ἐπιούσῃ, ἐπί τε τῇ Κλαυδιυπόλει, καὶ τῇ Μαρωνείᾳ. ἐπὶ δὲ ταῖς λοιπαῖς ψήφοις τῶν ἑτέρων ἐκκλησιῶν, καὶ ἐγγράφως γίνεσθαι διετείνοντο τὴν τύτυ μετάκλησιν. καὶ εἰς παράςασιν τῆς βεβαιολογίας αὐτῶν, καὶ σημείωμα ἐνεφάνιζον τοῦ Ναρσίτυ, γεγονὸς κατὰ τὴν κγ τοῦ Αὐγούςυ, τῆς πρὸ μικροῦ διελθούσης δ' ἐπινεμήσεως, ὃ καὶ ἀναγνωσθὲν ἐπὶ λέξεων εἶχεν οὕτως. Μηνὶ Αὐγούςῳ κγ, ἡμέρᾳ ζ, ἐπινεμήσεως δ, ἐπὶ παρυσίᾳ τοῦ εὐλαβοῦς ἐπισκοπειανοῦ κυροῦ Κωνςαντίνυ τοῦ Χειρομάχυ, Θεοδώρυ τοῦ Φιαλίτυ, καὶ Μιχαὴλ τοῦ Χαμαύλη, ὁρισθέντες παρὰ τῦ παναγιωτάτυ ἡμῶν δεσπότυ καὶ οἰκυμενικῦ πατριάρχυ, εἰδήσει καὶ τοῦ τιμιωτάτυ Χαρτοφύλακ© τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας κυροῦ Εὐςαθίυ τοῦ Χανδρηνοῦ, μετακαλέσασθαι τὸν πανιερώτατον μητροπολίτην Κυζίκυ κῦρον Ἰωάννην ἀνελθεῖν κατὰ τὴν αὔριον εἰς τὴν θείαν καὶ ἱερὰν σύνοδον, καὶ παρυσιάσαι ἐπὶ ταῖς μελλούσαις γίνεσθαι ψήφοις τ̃ χηρευυσῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, ἢ γνώμην ἐκθέσθαι, καὶ ἀναδιδάξαι τοῦτον, ὡς εἰ μὴ οὕτω ποιήσει, μέλλυσιν αἱ τοιαῦται ψῆφοι προβῆναι καὶ ἀπυσίᾳ αὐτῦ, διὰ τὸ περὶ τούτων μηνυθῆναι αὐτὸν διαφόρως καὶ παρὰ τοῦ εὐλαβοῦς ἐπισκοπειανοῦ, κυροῦ Κωνςαντίνυ τοῦ Χειρομάχυ, καὶ μὴ θελῆσαι τὰ τούτυ μηνύματα ἐκπληρῶσαι, ἀφικόμεθα τὴν σήμερον ἐν τοῖς κελλίοις τοῦ ῥηθέντ© πανιερωτάτυ μητροπολίτυ, τοῖς διακειμένοις πλησίον καὶ σύνεγγυς τῆς σεβασμίας μονῆς τῶν ςυδίυ, καὶ ἐντυχόντες τούτῳ ἐκεῖσε ἐπὶ κλίνης κειμένῳ, ὡς ἀῤῥώςως ἔχοντι, ἔπομεν πρὸς αὐτὸν καθὼς παρὰ τῆς πατριαρχικῆς καὶ θείας μεγαλειότητ© ὡρίσθημεν, ὅσα ὁ λόγ© ἀνωτέρω ἐδήλωσε, παρεγγυησάμενοι τούτῳ. ὡς εἴπερ ἴσως οὐ θελήσει οὗτ© ἢ παρυσιάσαι κατὰ τὴν αὔριον εἰς τὰς γενησομένας ὡς εἴρηται ψήφυς τῶν χηρευυσῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, ἢ γνώμην ἐπὶ ταύταις ἐκθεῖναι, προβήσονται αὗται καὶ ἀπυσίᾳ αὐτῦ. ὁ δὲ πρὸς ἡμᾶς ἀπεκρίθη ταῦτα. ὡς καὶ ἄλλοτε προέβησαν ψῆφοι ἐκκλησιῶν παρὰ τῶν τούτυ συναδελφῶν ἄνευ

A ipſa verba complectitur: Epiſcopus ne ordinator abſque ſynhodo, & ejus præſentia, qui eſt in provinciæ metropoli, qui omnino ſi adſit, præſtat quidem eſſe cum eo cunctos in ea provincia comminiſtros, atque par eſt eos, qui ſunt in metropoli, convocare. Ac ſi quidem compareant omnes, id melius eſt. Sin illud difficile ſit, omnino majorem adeſſe partem oportet, vel per litteras ſuffragari. Atque ita cum plurima vel præſentia, vel ſuffragio, conſtitui epiſcopum. Sin aliter res, præter hæc modo definita, geratur: nullum ordinatio robur habeat. Quod ſi ſecundum canonem præſcriptum epiſcopi fiat inſtitutio, nonnullis ob inſitum ſibi rixandi ſtudium contradicenti-
B bus: ſuffragium plurium valeat. Hæc allegante pro ſe ſanctiſſimo Cyzici metropolitano, adverſæ partis pontifices, ac præ ceteris Epheſinus, Iconienſis, Abydenus, non vera dicere Cyzicenum ajebant de iis, quæ proponeret, quod ſcilicet nec ipſe fuiſſet arceſſitus ad electiones dictarum eccleſiarum. Quippe dicebant, ipſum Iconienſem, quum conſobrinæ Referendarii nuptiæ celebrarentur, ac ibidem invitatum Cyzicenum quoque reperiſſet, ei poſtridie futuram Claudiopolis & Maroneæ electionem intimaſſe. In ceteris autem electionibus aliarum eccleſiarum etiam per ſcripturam adfirmabant eum vocatum. Ad cujus eorum adſeverationis
C probationem, inſinuabant inſtrumentum patriarchalis notarii, Stephani Narſitæ, factum die XXIII. Auguſti, elapſa paulo ante IIII. indictione, quod perlectum hujuſmodi ad verbum erat. Menſis Auguſti die XXIII., feria VII., indictione IIII., in præſentia reverendi Epiſcopiani, domini Conſtantini Chiromachi, Theodori Phialitæ & Michaelis Chamulæ, nos deputati a ſanctiſſimo domino noſtro & univerſali patriarcha, & interveniente notitia maxime venerabilis Chartularii ſanctiſſimæ Dei majoris eccleſiæ, domini Euſtathii Chandreni, ad arceſſendum ſanctiſſimum metropolitanum Cyzici, dominum Joannem, ut in craſtinum veniret ad
D ſacram ſanctam ſynhodum, & præſens adeſſet futuris electionibus viduarum ſanctiſſimarum eccleſiarum, vel ſententiam exponeret; & ut ei ſignificaremus, futurum, ut niſi compareret, ejuſmodi electiones etiam ipſo abſente procederent, propterea quod de his varie monitus eſſet etiam a reverendo Epiſcopiano, domino Conſtantino Chiromacho, nec ejus denuntiationibus parere voluiſſet; venimus hodierno die ad cellulas dicti ſanctiſſimi metropolitani, ſitas propter venerabilem manſionem Studianam. Quumque reperiſſemus eum ibidem in lectulo jacentem, ut qui non recte valeret, diximus ei, quemadmodum a patriarchali & ſacra dignitate
E deputati eſſemus, ad ea, quæ ſupra indicata ſunt, ipſum exhortantes. Quippe ſi fortaſſis ipſe vel præſens eſſe die craſtino futuris (ut dictum eſt) electionibus viduatarum ſanctiſſimarum eccleſiarum, vel ſententiam de iis ſuam exponere nollet: eas etiam ipſo abſente proceſſuras. Ille vero nobis reſpondit, etiam alias factas eſſe pro eccleſiis electiones a confratribus ſuis, abſque præſentia ſententiaque ſua. Quapropter idem ab eis etiam in viduatis modo eccleſiis faciundum.

ANNO CHRISTI 1186.

dum. Non enim venire se posse ad sacram sanctam synhodum, & electionibus adesse, propterea quod acriter ægrotaret. Inde multum a nobis rogatus, ut vel sententiam suam exponeret; ne id quidem facere voluit. Ad horum igitur indicationem, præsens instrumentum confecimus; quod in litteras relatum, & pro more corroboratum, dedimus mense & indictione supra scriptis. Humilis diaconus sanctissimæ Dei majoris ecclesiæ, & patriarchalis notarius, Stephanus Narsites, subscripsit.

Itaque verbis hujus instrumenti abutentes adversarii Cyzizeni, ad omnes electiones etiam Cyzizenum arcessitum fuisse dicebant, ac se quidem, quod sui fuisset muneris, fecisse; verum ipsum noluisse comparere: addentes, episcopianos quoque jussu religiosissimi Chartularii de more missos ad eas fuisse Cyzizeni cellulas, in quibus commorabatur; ubi & patriarchalis notarius in electione secunda præsens fuerit, uti dictum est: atque hos pro more Cyzizenum ad electiones per ipsos conficiendas arcessivisse. Quumque rediissent isti primum ad sanctissimum dominum meum & universalem patriarcham, deinde ad ipsos quoque dixisse, non invenisse hominem in cellulis suis: intellexisse vero, in quodam cum suburbano degere. Sed ad illa quoque fortiter sese comministris suis Cyzicenus opposuit, quum ad Iconiensis orationem adjiceret, si maxime quis concederet, rem ita gestam esse; nunquam tamen ejusmodi citationem electionis caussa obiter ad metropolitanum esse factam a confratre: sed ab illis, qui pro more mittuntur arcessitum ad electionem, designato fatali electionis die, legarisque denuntiatoribus a Chartulario; atque ita citatis vel in persona propria comparentibus, vel per litteras electionem adprobantibus, aut rejicientibus: quorum quidem sententia scripto comprænhensa, sic exprimi per electionis decretum debeat, ut etiam absentes per litteras adfuisse videantur. Quandoquidem igitur, inquit, die proximo ante fatalem electionis diem, quemadmodum Iconiensis narrat, ad urbem fui; similiterque subsequutis electionem diebus: quonam pacto fides illis adhibenda, qui dicunt, electionis tempore me ad urbem non fuisse? Simul petebat, electionis quoque decretum proferri, & perlustrari, an invenirentur eidem inscripta; quæ a fratribus suis prætexerentur. Præterea si solus, inquit, electionibus ipse non interfuisset; fortassis ratione non carerent, quæ proferrentur. Sed quum alii quoque metropolitani secum ab electione, qua prospectum sit ecclesiis, abfuerint; ac ne ipsi quidem arcessiti fuerint: palam parere veritati adversarios refragari. Ad instrumenti sane verba, rursus indicata superius in medium adferebat: quod nimirum ipse, qui nollet indomitum illud scandalum, quod animum ejus urebat, occultare; etiam in citationis instrumento caussam ipsam expresserit, eorum correctionem postulans, quæ ipsum ad indignationem commovissent. Illos autem electionis auctores, hoc ejus responso spreto, pro arbitrio suo liberam electionem instituisse. Secundum hæc primæ sedis episcopus Cæsariensis, qui præsens aderat, exclamavit & ipse, dicens: ex eo tempore, quo

A παρουσίας αὐτοῦ καὶ γνώμης. τοῦτο γοῦν γενέσθω παρ' αὐτῶν καὶ ἐπὶ ταῖς νῦν χηρευούσαις ἐκκλησίαις. οὐ γὰρ δύναται ἀπελθεῖν εἰς τὴν θείαν καὶ ἱερὰν σύνοδον, καὶ παρουσιάσαι ἐπὶ ταῖς ψήφοις διὰ τὸ δεινῶς νοσηλεύεσθαι. πολλὰ γοῦν παρακληθεὶς παρ' ἡμῶν, κἂν γνώμην ἐκθέσθαι, οὐδὲ τοῦτο ποιῆσαι ἠθέλησεν. εἰς δήλωσιν οὖν τούτων, τὴν παροῦσαν σημείωσιν ἐξεθέμεθα οὖν παρεκβάλοντες καὶ σύνηθως πιστωσάμενοι, ἐπιδεδώκαμεν μηνὶ καὶ ἐπινεμήσει τοῖς προγεγραμμένοις. ὁ εὐτελὴς διάκονος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ πατριαρχικὸς νοτάριος, Στέφανος ὁ Ναρσίτης.

Τοῖς οὖν ῥήμασι τοῦ τοιούτου σημειώματος ἀποχρώμενοι οἱ τοῦ Κυζίκου ἀντίθετοι, ἔλεγον ἐν πάσαις ταῖς ψήφοις μετάκλητον γενέσθαι καὶ τὸν
B Κυζίκου. καὶ αὐτοὶ μὲν τὸ οἰκεῖον ποιήσασθαι, τοῦτον δὲ μὴ θελῆσαι παρουσιάσαι. προστιθέμενοι, ὅτι καὶ ἐπισκοπειανοὶ κατ' ἐπιτροπὴν τοῦ θεοφιλεστάτου χαρτοφύλακος κατὰ τὸ ἔθος ἀπεστάλησαν εἰς τὰ, ἐν οἷς καταμένει, κελλία, ὁ Κυζίκου, ἔνθα καὶ ὁ πατριαρχικὸς νοτάριος ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ ψήφῳ ἐπιδεδήμηκεν, ὡς διείληπται, καὶ μετεκαλέσαντο τοῦτον κατὰ τὸ σύνηθες εἰς τὰς προβησομένας παρ' αὐτῶν ψήφους. οἵτινες ἐλθόντες πρῶτον μὲν εἰς τὸν ἁγιώτατόν μου δεσπότην καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην, εἶθ' οὕτω καὶ πρὸς αὐτοὺς, εἶπον μὴ ἐφευρεῖν τοῦτον ἐν τοῖς αὐτοῦ κελλίοις. μαθεῖν δὲ, ὅτι ἔν τινι τῆς πόλεως προαστείῳ διάγει. ἀλλὰ καὶ πρὸς ταῦτα ὁ Κυζίκου γενναιότερον ἀντικατέστη τοῖς τοιούτοις
C συλλειτουργοῖς, πρὸς μὲν τὸν τοῦ Ἰκονίου λόγον προσθέμενος, ὡς οὐδέποτε τοιαύτη πρόσκλησις ἐκ τοῦ παρήκοντος περὶ ψήφου πρὸς μητροπολίτην γέγονε παρὰ συναδελφοῦ αὐτοῦ, εἴγε καὶ δοίη τις τοῦτο γενέσθαι. ἀλλὰ παρὰ τῶν συνήθως στελλομένων εἰς τὴν τῆς ψήφου μετάκλησιν, κυρίας τυπουμένης τῆς ἐπὶ τῇ ψήφῳ ἡμέρας, καὶ παρὰ τοῦ χαρτοφύλακος στελλομένων τῶν μηνυτῶν, καὶ οὕτω τῶν μηνυθέντων ἢ αὐτοπροσώπως παρουσιαζόντων, ἢ διαγραμμάτων ὁμοψήφων γινομένων, ἢ καὶ ἀντιγνωμονούντων, δήλης πάντως γινομένης τῷ ψηφηφορικῷ τῆς ἐγγράφου γνώμης αὐτῶν, καὶ διὰ τῶν γραμμάτων παρεῖναι δοκούντων καὶ τῶν ἀπόντων. ἐπεὶ οὖν φησὶ πρὸ μιᾶς τῆς ἐπὶ τῇ ψήφῳ κυρίας, κατὰ τὸν τοῦ Ἰ-
D κονίου λόγον, τῇ μεγάλῃ πόλει παρῆν, καὶ ἑξῆς ταῖς μετὰ τὴν ψῆφον ἡμέραις, πῶς ποτε ἄρα καὶ πιστευτέοι οἱ λέγοντες, μὴ παρεῖναι τοῦτον τῇ μεγάλῃ πόλει κατὰ τὸν τῆς ψήφου καιρόν. καὶ ἐζήτει προκομισθῆναι καὶ τὸ ψηφηφορικὸν, καὶ ἀναθεωρηθῆναι τοῦτο, εἰ ἄρα εὕρηται ἐγγεγραμμένα τὰ παρὰ τῶν συναδελφῶν αὐτοῦ προτεινόμενα. κἂν μὲν οὖν αὐτός φησι καὶ μόνος τῶν ψήφων ἀπελιμπάνετο, ἴσως ἂν εἶχε λόγον τὰ προβαλλόμενα. ἐπεὶ δὲ καὶ ἕτεροι σὺν αὐτῷ μητροπολῖται ἀπελείφθησαν τῆς ψήφου τῶν ψηφισθεισῶν ἐκκλησιῶν, καὶ οὐδὲ αὐτοὶ μετεκλήθησαν, φαίνονται προφανῶς ταῖς ἀληθείαις ἐναντιούμενοι οἱ ἀντιτέθοι. πρὸς μέντοι τὰ τοῦ σημειώματος ῥήματα, αὐτὰ καὶ πάλιν τὰ ἀνωτέρω διαληφθέν-
E τα προέθετο, ὅτι περ αὐτὸς μὴ θέλων τὸ ὑποκνίζον τὴν τούτου ψυχὴν σκάνδαλον ἀνημέρωτον ἐπικρύπτειν, καὶ ἐν τῷ μετακλητικῷ σημειώματι τὴν αἰτίαν ἐξέφηνε, ζητῶν τὴν διόρθωσιν ἐφ' οἷς ἀγανακτικώτερος γέγονεν. οἱ δὲ ψηφισάμενοι, παραγκωνισάμενοι τὸν τούτου ἀ-

ANNO CHRISTI 1186.

πόλογον, τὴν ψῆφον κατὰ τὸ δόξαν αὐτοῖς αὐτόνομον πεποιήκασιν. ἐπὶ τούτοις παρὼν καὶ ὁ * πρῶτος θρόνος Καισαρείας, ἀνέκραξε καὶ αὐτὸς λέγων, ὡς οὐδὲ οὗτος ἀφ' οὗ καιροῦ κεχειροτόνηται ἀρχιερεὺς, εἰς ψῆφον ἀνελθεῖν μετεκλήθη, καὶ ταῦτα τριῶν ἐκκλησιῶν ψηφισθεισῶν, Δυρραχίου, Μιλήτου, καὶ Χριστιανουπόλεως. ἀλλ' οὐδὲ τὴν σήμερον ἐδόθη τούτῳ παρά τινος εἴδησις τῆς πρὸς τὴν βασιλείαν μου τῶν μητροπολιτῶν συνελεύσεως· αὐτὸς δὲ οἴκοθεν κινηθεὶς, συνεισῆλθε τοῖς λοιποῖς ἀρχιερεῦσιν εἰς τὸ βῆμα τῆς βασιλείας μου· καὶ ὁ Λευκάδος δὲ συνῳδὰ τῷ Καισαρείας ἐφθέγγετο, καρδιαλγῶν ἐφ' οἷς οὐκ ἠξίωτο λόγου ἐπὶ ταῖς ψήφοις τῶν ῥηθεισῶν τριῶν ἐκκλησιῶν. οὗ χάριν ὡς μὴ ἀνελθὼν, οὐδὲ ὁμόψηφος γέγονε τοῖς ψηφισαμένοις αὐτάς. ἀλλὰ καὶ ὁ Καρίας εἰσελθὼν εἶπεν, ὡς συνελθόντων αὐτῶν ἐπὶ τῷ ποιήσασθαι ψήφους τῶν χηρευουσῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, ἐπεὶ τινὰς τῶν ἐνδημούντων ἀρχιερέων τῇ βασιλευούσῃ, οὐκ εἶδε παρουσιάζοντας, ἤρετο εἰ γνῶμαι τούτων εἰσίν. ἤκουσε δὲ, ὡς ὁ Κυζίκου παρὰ τοῦ Ναρσίτου διαμηνυθεὶς παρουσιάσαι ἐπὶ ταῖς μελλούσαις προβῆναι ψήφοις ἔφησε, καὶ ἄλλοτε τῇ αὐτοῦ ἀπουσίᾳ τοιαύτας ψήφους γενέσθαι. οὐ καινὸν δὲ καὶ αὖθις τοῦτο πραχθῆναι. οὐκ ἀγαθὴν οὖν ἔμφασιν αὐτὸς κατανοῶν ἔχειν ταῦτα τὰ ῥήματα τῶν ἀδυνάτων εἶπεν εἶναι προβῆναι ψήφους τὴν σήμερον. καὶ μάλιστα, ὅτι καὶ ἕτεροι τῶν ἀδελφῶν ἀποδημοῦσιν, ἤγουν ὅ, τε πρωτόθρονος, ὁ Χαλκηδόνος, καὶ ὁ Λευκάδος. ἠκολούθουν δὲ αὐτῷ καί τινες τῶν Μητροπολιτῶν, ὅ, τε Μηθύμνης, ὁ Ναζιανζοῦ, ὁ Παροναξίας, καὶ ἕτεροι. ἀλλ' ὑπερίσχυσαν, φησὶν, οἱ ἄλλως λέγοντες, καὶ τὰ τῶν ψήφων προέβαινον. οὗ λόγους τοῦ Καρίας ᾠκειοῦντο ὡς ἀληθεῖς, παρόντες ὁ Μηθύμνης, ὁ Ναζιανζοῦ, καὶ ὁ Παροναξίας. ἦσαν οὖν τὰ μέρη ἐν τούτοις ἀντιπαλαμώμενά τε ἀλλήλοις καὶ ἐναντιούμενα. ἡ γοῦν βασιλεία μου ἐπιστατικώτερον προσχοῦσα τοῖς παρὰ τῶν μερῶν προτεθεῖσι, καὶ μὴ θέλουσα, παραθραύεσθαι καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς, καὶ τὰς ἀποστολικὰς καὶ συνοδικὰς παραδόσεις, καὶ τοὺς ἱεροὺς κανόνας αὐτῶν, καὶ καταλαβοῦσα μηδέν τι ἐν δυνάμει δικαιολογήσασθαι τοὺς ἀντιδίκους τοῦ Κυζίκου συναδελφοὺς τούτου καὶ συλλειτουργοὺς, ἀλλὰ παρὰ τὰ διωρισμένα τοῖς διαληφθεῖσιν ἱεροῖς κανόσι καὶ τῷ ἀρχαιοπαραδότῳ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἔθει ἐπὶ ταῖς ψήφοις, προβῆναι τὰς ψήφους τῶν ῥηθεισῶν ἐκκλησιῶν, τῆς Κλαυδιουπόλεως, τῆς Μαρωνείας, τοῦ Δυρραχίου, τῆς Μιλήτου, καὶ τῆς Χριστιανουπόλεως, ἀκολούθως τούτοις διέγνω καὶ ἀπεφήνατο, συνδιαγνωμονησάντων τῇ βασιλείᾳ μου καὶ τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν, μηδὲν ἰσχύσαι τὴν χειροτονίαν καὶ τὰς ψήφους τῶν οὕτω ψηφισθέντων, ὡς εἴρηται, ἀλλ' ὡς δὲ μηδὲ γεγονυίας λογισθῆναι, καὶ τὴν γεγονυῖαν χειροτονίαν τοῦ χειροτονηθέντος Μαρωνείας, καθὼς ὁ ἄνωθεν καταστρωθεὶς ιθ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου διαλαμβάνει κανὼν, λέγων ῥητῶς οὑτωσί. εἰ δὲ ἄλλως παρὰ τὰ διωρισμένα γίνοιτο, μηδὲν ἰσχύειν τὴν χειροτονίαν, ἀλλ' ἑτέρους ψήφους γενέσθαι ἐπὶ ταῖς ῥηθείσαις ἐκκλησίαις, ἐφ' αἷς αἱ ψῆφοι καὶ αἱ χειροτονίαι παρὰ κανόνας προέβησαν, ὡς διείληπται. Καὶ γοῦν τὸ ἀπὸ τοῦδε καὶ εἰς τὸ ἑξῆς θεσπίζει τὸ κράτος ἡμῶν, ἐκ τοῦ ἀπαραιτήτου πάντας τοὺς ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει ἀρχιερεῖς συγκαλεῖσθαι, καὶ ἢ παρεῖναι τοὺς πάν-

pontifex ordinatus esset, nec se fuisse adpellatum, ut ad electionem veniret, idque factis ecclesiarum trium electionibus Dyrrhachinæ, Milesiæ, Christianopolitanæ. Immo nec hodie uno die significatum sibi fuisse a quoquam de metropolitanorum ad majestatem meam conventu: sed suapte sponte motum, cum reliquis pontificibus majestatis meæ tribunal adiisse: Cæsariensis orationi consentanea proferebat & Leucanidis episcopus, quiritans nullam sui rationem habitam in electionibus dictarum trium ecclesiarum. Ideoque se, qui non accessisset, nec vota sua conjunxisse cum earum electionum auctoribus. Sed & Cariæ pontifex ingressus dixit, se congressis episcopis ad instruendas electiones pro viduatis sanctissimis ecclesiis, quandoquidem nonnullos pontificum, qui ad urbem imperatoriam erant, præsentes non cerneret, interrogasse, num eorum sententiæ haberentur. Responsum vero sibi fuisse, Cyzicenum a Narsita citatum, ut electionibus suscipiendis interesset, dixisse: etiam alias absente se hujusmodi electiones fuisse factas, neque novi quidquam futurum, si rursus idem confieret. Quæ verba quum indicare quiddam non bonum perspiceret, dixisse se, fieri nullo modo posse, ut hodierno die electiones istæ procederent: præsertim, quod alii quoque fratres abessent peregre, videlicet primæ sedis antistes, Chalcedonensis, & Leucadicus. Sequutos quoque sententiam suam metropolitanos quosdam, Methymnæum, Nazianzenum, Paronaxium, & alios. Verum prævaluisse, qui aliter censerent, & electiones institutas fuisse. Quam Cariæ pontificis orationem ceu veram amplectebantur, qui aderant, Methymnæus, Nazianzenus, Paronaxius. Hoc modo partes ipsæ quasi manus inter se conserentes, sibi adversabantur. Quamobrem majestas mea perite animum advertens iis, quæ fuissent a partibus proposita: nec leges ecclesiasticas, & apostolicas atque synhodicas traditiones, sacrosque canones earum violari volens, quum etiam depræhendisset, adversarios Cyziceni, confratres & comministros ejus, nihil, quod robur haberet, allegasse; sed præter sancita supradictis sacris canonibus & antiquitus accepta magnæ ecclesiæ consuetudine in electionibus, indicatarum ecclesiarum, Claudiopolitanæ, Maroniensis, Dyrrhachinæ, Milesiæ, & Christianopolitanæ electiones processisse: vestigiis ipsorum canonum insistens statuit atque pronuntiavit, eamdem promulgantibus cum majestate mea sententiam sanctissimis quoque patriarchis, nullam vim antistitum sic electorum, ceu dictum est, ordinationem & electiones obtinere: sed pro non factis habendas, deque facta ordinatione Maroneæ pontificis ordinati censendum, sicut insertus ille supra XIX. Antiochenæ synhodi canon tradit, hæc diserte proferens. Sin aliter res, præter hæc modo definita, geratur, nullum ordinatio robur habeat: sed aliæ fiant electiones pro dictis ecclesiis, in quibus electiones & ordinationes præter canones processerunt, uti dictum fuit. Quamobrem deinceps & in posterum sancit imperatoria majestas nostra, citra recusationem universos, qui ad urbem sunt, pontifices esse convocandos: qui vel

ANNO CHRISTI 1186.

ANNO CHRISTI 1186.

omnes adsint electionibus, si fieri potest, vel per litteras adstipulentur; nec in rebus minime ludicris esse ludendum, sed extra omnem adfectum illos cæteris præferendos, quos præter doctrinam vita quoque repræhensionis expers ornat; aut si doctrina forte claudicet, quibus ætas provectior, & multi pro ecclesia labores exantlati, quod alioqui deest, supplent. Nam sic electiones modo Deo grato fient, nec ad judicium atque periculum animi eorum, qui eliguntur, quique suffragia ferunt. Metropolitani quidem præsentes, hi erant. Cæsariensis. Ephesinus. Cyzicenus. Sidensis. Amasiensis. Neocæsariensis. Cariensis. Laodicenus. Iconiensis. Sylæensis. Hierapolitanus. Eucatiensis. Cerasuntius. Abydenus. Larissensis. Corinthius. Methymnæus. Paronaxius. Præconesius. Herculanus. Leucadicus. Garellius. Nazianzenus.

A τας ἐπὶ ταύταις, εἰ δυνατὸν, ἢ καὶ διὰ γραμμάτων ὁμοψήφους γίνεσθαι, καὶ μὴ παίζειν ἐν οὐ παικτοῖς. ἀλλ᾽ ἐκείνους προτιμᾶσθαι τῶν ἄλλων πάθους ἐκτὸς, οὓς μετὰ τοῦ λόγου καὶ βίος κοσμεῖ ἀνεπίληπτος· ἢ τοῦ λόγου σκάζοντος ἴσως, οἷς ὁ μακρὸς χρόνος, καὶ τὸ περὶ τὴν ἐκκλησίαν πολύπονον, τὸ ἐνδέον ἀποχαρίζεται. οὕτω γὰρ ἂν αἱ ψηφοθεαρέστως γίνοιντο, καὶ οὐκ ἐπὶ κρίματι καὶ κινδύνῳ τῆς τῶν ψηφιζομένων καὶ ψηφηφορούντων ψυχῆς. οἱ μέντοι παρουσιάσαντες μητροπολῖται, ἦσαν οὗτοι. ὁ Καισαρείας. ὁ Ἐφέσου. ὁ Κυζίκου. ὁ Σίδης. ὁ Ἀμασείας. ὁ Νεοκαισαρείας. ὁ Καρίας. ὁ Λαοδικείας. ὁ Ἰκονίου. ὁ Συλαίου. ὁ Ἱεραπόλεως. ὁ Εὐχαίτων. ὁ Κερασοῦντος. ὁ Ἀβύδου. ὁ Λαρίσσης. ὁ Κορίνθου. ὁ Μηθύμνης. ὁ Παροναξίας. ὁ Προικονήσου. ὁ Ἡρακλέος. ὁ Λευκάδος. ὁ Γαρέλλου. ὁ Ναζιανζοῦ.

ANNO CHRISTI 1186.

ANNO CHRISTI 1186.

AD CONCILIUM HIBERNICUM

Anno 1186. *celebratum*,

ADDITIO.

Hibernicum istud concilium ex Giraldo Cambrensi de gest. suis lib. 2. cap. 13. notam diligentiam fugit utriusque Anglici collectoris, Spelmanni primum, dein & Vvilkins. Novit Venetus Labbei editor indicante Pagio ad An. 1186. 10. *sed nihil ultra attulit, quam quæ ex eodem Pagio accepit. Quare ingens illud Orationis in eadem synodo habitæ fragmentum, quod integram potius orationem dixeris, importuno satis consilio omisit. Hanc igitur suppleturus, totam ex integro Giraldi de concilio hoc narrationem huc transfero.*

Accidit autem cum in media Quadragesima, scilicet ad *Lætare Jerusalem*, Joannes Duolinensis archiepiscopus convocatis suffraganeis episcopis Duolinensibus in ecclesia S. Trinitatis concilium teneret; primo die sermonem fecit ipse de sacramentis Ecclesiæ, secundo die abbas de Malkinglas Albinus, qui et postea Fernensis episcopus erat, de continentia clericorum sermonem texens prolixiorem, totam in clerum, qui de Wallia & Anglia in Hiberniam advenerant, denique culpam refudit, docens munditiam cleri Hyberniæ quanta fuerit, donec ex contagio advenarum, quum a convictu mores formantur, & qui picem tangit coinquinabitur ab ea corruptelam contraxerunt. Ad cumulum quoque confusionis finito sermone ipsius, clerici nostrates de Wesrfordiæ finibus se invicem super concubinis publice ductis, domumque traductis & nuptiis solemniter factis coram archiepiscopo & universo concilio constanter accusarunt, & accusatos incontinenti testium productione pariter & susceptione, instigante ad hoc archiepiscopo Giraldi consilio, ut statim publica justitia sequeretur, cum magna cleri Hibernici tam irrisione quam insultatione convicerunt. Archiepiscopus autem ut Hibernicorum insultationem reprimeret, sibique tales immunditias & enormitates displicere probaret, in convinctos illico sententiam dedit, & ipsos omni tam officio ecclesiastico, quam beneficio suspendit. Die vero tertio archiepiscopus Giraldo archidiacono sermonem injunxit; qui de pastorali officio materiam sumens, in primis quæ ad laudem cleri Hibernici vere dici poterant non suppressit, deinde de vitiis eorum & excessibus, præcipue vero de ebriositatis incommodo, cunctos in commune notando; demum ad prælatos ipsorum se convertens eos super incuria & negligentia pastorali irrefragabili ratione convicit; unde & de sermone ejusdem partem hæc continentem verbis eisdem, quæ etiam in Tipographia Hibernica ultima distinctione reperies, hic interserere præter rem non putavi.

Est autem terræ istius clerus satis religione commendabilis, & inter varias, quibus pollet virtutes, castitatis prærogativa præeminet, & præcessit. Item psalmis & horis, lectioni, & orationi vigilanter inserviunt; & inter ecclesiæ septa se continentes, a divinis, quibus deputati sunt officiis non recedunt. Abstinentiæ quoque, & parsimoniæ ciborum non mediocriter indulgent, ita ut pars maxima cotidie fere, donec cuncta diei compleverint horarum officia, usque ad crepusculum jejunent. Sed utinam post longa jejunia tam sobrii fuerint quam seri, tam veri, quam severi, tam puri quam duri, tam existentes quam apparentes. Inter tot enim millia vix unum invenies, qui post jugem quam jejuniorum quam orationum instantiam vino variisque potionibus diurnos labores enormius quam deceret nocte non redimat. Diem itaque naturalem tamquam ex æquo dividentes, lucidaque spiritui tempora, nocturna quoque carni dedicantes, sicut de luce lucis operibus indulgent, sic & in tenebris ad tenebrarum opera convertuntur. Unde hoc pro miraculo duci potest, quod ubi vina dominantur, venus non regnet. Vix autem hoc Hieronymo persuaderi posset dicenti, quod venter mero æstuans facile despumat in libidinem. Vix & Paulo, qui ait (Ephes. V. 18.) *nolite inebriari vino, in quo est luxuria*. Sunt tamen nonnulli inter hos optimi, & sine fermento sincerissimi. Est enim gens hæc cunctis fere in actibus immoderata, & in omnes effectus vehementissima. Unde & sic mali deterrimi sunt, & nusquam pejores, ita & bonis laudabiliores non reperies. Sed inter avenas & lolia triticum rarum; multos nimirum vocatos invenies, parvos selectos: grana rarissima, paleas multas. In episcopis vero, & prælatis hoc præcipue reprehensione dignum invenio, quod in populi tam enormiter delinquentis correctione desides nimis sunt & negligentes. Quod igitur nec prædicant nec corripiunt, hinc ipsos prædico corripiendos. Quod non arguunt, hinc arguo. Quod reprehendere negligunt, hinc reprehendo. Quoniam, ut ait Gregorius, *præconis officium suscipit, quisquis ad sacerdotis gradum ascendit*. Sacerdos ergo si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est Præco mutus? Si enim prælati a tempore Patricii per tot annorum curricula prædicationi, & instructioni, item increpationi, & correptioni pro officii debito viriliter institissent, & enormitates gentis nimia aliquatenus extirpassent, & aliquam in eis proculdubio formam honestatis, & religionis impressissent; præcipue quidem ubi adeo prælatis bonis & prædicatoribus opus esset. Ut enim de pejuriis eorum & prædationibus, de furtis & latrociniis, quibus totus hic populus propemodum, imo præter modum indulget; de viciis variis, & immunditiis nimis enormibus, quos *Topographia* de-

declarat, ex toto non omittamus, gens hæc gens spurcissima, gens vitiis involutissima, gens omnium gentium in fidei rudimentis incultissima. Nondum enim decimas vel primitias solvunt, nondum matrimonia contrahunt. Non incestus vitant, non ecclesiam Dei cum debita reverentia frequentant. Nec infantes ante fores ecclesiæ sacerdotes eorum more debito catechizant, nec mortuorum corpora ad ecclesiasticam sepulturam debitis obsequiis prosequuntur. Quinimmo, quod detestabile valde est, & non tantum fidei, sed & cuilibet honestati valde contrarium, fratres pluribus per Hyberniam locis fratrum defunctorum uxores, non dico ducunt, sed traducunt; immo verius seducunt, dum turpiter eas & incestuose cognoscunt. Veteris in hoc testamenti non medullæ sed cortici adhærentes; veteresque libentius in vitiis quam in virtutibus imitari volentes. Non ergo prælatus in ipsis fuerat, qui tamquam tuba vocem exaltaret, non fuit qui ex adverso ascenderet, & murum pro domo Israel opponeret. Non fuit, qui usque ad exilium, ne dum usque ad sanguinem pro ecclesia Christi dimicaret, quam ipse sibi suo pretioso sanguine acquisivit. Unde & omnes sancti terræ istius confessores sunt & nullus martyr, quod in alio Regno christiano difficile erit invenire. Mirum itaque quod ubi gens crudelissima & sanguinis sitibunda, fides ab antiquo fundata, & semper tepidissima, pro ecclesia Christi corona martyrii nulla. Non igitur inventus est in partibus illis, qui ecclesiæ surgentis fundamenta sanguinis effusione cœmentaret, non fuit qui faceret hoc bonum, non fuit usque ad unum. Sunt enim pastores qui non pascere quærunt, sed pasci; sunt prælati, qui non prodesse cupiunt, sed præesse; sunt episcopi, qui non omen, sed nomen, non onus, sed honorem amplectuntur. Hujus itaque terræ prælati intra ecclesiarum septa de antiqua consuetudine se continentes, contemplationi solum fere semper indulgent; ubi & Rachelis pulchritudine sic delectantur, ut Liæ lippitudinem fastidio ducant. Unde accidit, ut nec verbum domini populo prædicent, nec scelera eorum annutient, nec in grege commisso vel extirpent vitia, vel inserant virtutes. Cum omnes fere Hiberniæ prælati de monasteriis in clerum electi sint. Quæ Monachi sunt, sollicite complent omnia; quæ vero clerici vel prælati, fere prætermittunt universa. Sin autem tantam curam agentes & tamquam sibi sollicitati pro grege commisso sollicitari negligenter omittunt, & proponunt, illud Hieronymi ad Rusticum monachum vel prorsus ignorantes vel dissimulantes. *Sic vive in monasterio, ut clericus esse merearis: longo tempore disce, quod postmodum doceas, & inter bonos semper sectare meliores; & cum in clerum electus fueris, age ea quæ clerici sunt.* Et illud ad eundem: *si clericatus titillat desiderium, disce prius quod possis docere, ne sis miles antequam tyro, ne magister antequam discipulus.* Sed male sibi provident, male sui curam agunt, cum his, quorum custodiæ ex suscepti regiminis officio sunt deputati, per incuriam, & negligentiam curam &

locus corruptus.

providentiam subtrahunt, & subducunt. Seipsos enim multo gravius quam illos, & damnabilius seducunt. Scire igitur debent, quod sicut Hieronymus ad Eleutherium testatur, cum alia sit causa monachi, alia clerici; & clerici oves pascant, monachi pascantur; sic se habent monachi respectu clericorum, tamquam grex respectu pastorum. Monachus enim tamquam unius custos vel singularis dictus sive solius curam agit. Clericus vero circa multorum curam sollicitam tenetur. Est itaque monachus tamquam granum tritici solum manens. Est autem clericus tamquam granum germinans, & in horrea Domini multum fructum afferens. Bipertiti ergo hujusmodi prælati ex monacho quædam contrahant, quædam ex clerico; ex monacho contrahant columbinam simplicitatem; ex clerico vero serpentinam prudentiam; hinc sapientiam, inde eloquentiam; hinc verba, inde opera; hinc conscientiam, inde scientiam; hinc fœcundi fiant, inde facundi: & sic utrumque compleant officium, ut inter sacerdotes tabernaculum eorum vestimenta tintinnabulis ambiantur; & in ore ipsorum tam instructionis quam increpationis verbum resonans audiatur. Fatuos enim & elingues prælatos, & plus monachi quam clerici præferentes manifeste redarguit Hieronymus dicens: *Innocens & absque sermone conversatio quantum exemplo prodest, tantum silentio obest; latratu namque canum & baculo pastorum lupi sunt arcendi.* Similiter & in primo bibliothecæ prologo: *sancta quippe rusticitas sibi solum prodest, & quantum ex vitæ merito ædificat ecclesiam Dei, tantum nocet cum destruentibus non resistit.* Error enim, ut ait Innocentius, *cui non resistitur, approbatur, & veritas cum minime defensatur opprimitur.* Idem Eleutherius: *negligere quum possis perturbare perversos, nihil est aliud quam fovere; nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare, præsertim quum ad hoc ex officio teneatur.* Mirum autem quum omnino tam desinentes officii, tam subditorum salutis negligentes semper extiterint, quod tot ex ipsis in terra pro sanctis habentur, & ab accolitis tamquam sancti tam devote coluntur & venerantur. Unde & unum duorum inevitabile est, non evitari. Aut enim ab agiographis nostris tam circa pastoralis officii debita, quam aliarum quarumlibet rerum instructionem multa ad terrorem constat emissa; & quoniam *misericordiæ Domini plena est terra.* Ps. 33. 5. magis sperandum de clementia, quam timendum de justicia; aut potius ecclesia militans in multos decipitur, triumphans vero non irridetur. Unde & nonnullos quos recipit hæc, abdicat illa; & e diverso illa quoque inter electos non immerito multos honorat, quos ista tamen prorsus ignorat. Quidam enim intus esse videntur, qui foras missi sunt; & quidam foras mitti, qui tamen intus existunt; quia, quod altum est hominibus, abominabile est apud Deum; sicut & e diverso plerunque contingit.

Finito vero sermone & favorabili nostratium murmure subsecuto, non hodie quod heri

ANNO CHRISTI 1187.

heri, sed vice versa grandi clero Hibernico confusione perfuso, multa in adversarios insultatione pariter & exultatione capita nostrates erexerunt. Eodem die cœnante cum archiepiscopo Ossiriensi episcopo Felice, qui monachus erat mutilatus, ut videbatur, & eunucatus, quum quæsisset ab eo archi- A episcopus quid ei visum fuisset de archidiaconi sermone, respondit ille, quia multum benedixit mala. Vocavit, inquit, potores. Certe vix me continui quin statim in ipsum involavi; vel saltem quod verbis talionem reddendo quod acriter & non responderim.

ANNO CHRISTI 1187.

GREGORIUS VIII.

Sedit ab anno 1187. eodemque obiit.

AD EPISTOLAS GREGORII VIII.

APPENDIX.

Germano clero electionem suam nunciat, & ad expeditionem pro recuperanda Palæstina, animum ut adhibeant, hortatur.

Extat in non. vvetlen. ult. Pon. om in necdot. z. t. I. III. p. 3.

GRegorius archiepiscopis, episcopis, abbatibus & prælatis ecclesiarum in Theutonia.

Inter Divinæ dispensationis arcana, quæ Deus in hominibus operatur, magna causa ammirandi & stupendi nobis existit, quod prælationes, & subjectiones hominum ita dispensat, ut is, qui ponendus est in imo, constitui videatur in summo, & e converso. Hoc ipse quoque Salomon ammirabatur dicens: *vidi servos in equis, & dominos quasi servos ambulantes super terram.* Hoc autem, utinam nobis admirari & videre so- C lummodo datum esset, & non etiam experiri? qui cum ad minorem locum vocati fuissemus a Domino, & nunquam fideliter, sicut oportuit egisse * in eo, ad sublimitatem celebrioris loci repente assumpti sumus, & debilibus humeris nostris tantum est onus impositum, ut, quantum distant cœli a terra, tantum distare vires ab onere videantur. Prædecessore siquidem nostro Urbano, XIII. Kal. Novemb. in bona confessione viam universæ carnis ingresso, & tradito solemniter sepulturæ, convenimus sequenti die in unum, & Missa in honorem Sancti Spiritus, sicut moris est, celebrata, processimus seorsum in unum locum, nos episcopi, presbyteri, D & diaconi * canonibus, & postpositis diversis ecclesiasticis negotiis, & præcipue calamitatis Orientalis ecclesiæ, quæ diebus illis audita fuerat, ad electionem pontificis visum est procedendum, ne, si forte dilationem acciperet, detrimentum ex tarditate per diversas partes Christiano populo proveniret. Cum autem requisitæ fuissent civium voluntates, placuit omnibus mediocritati nostræ onus ecclesiasticæ provisionis imponere, & tantum instare, ut non una excusatio mea, cum multæ mihi suppeterent, audiretur. Non satis occurrebat mihi, quid agerem, dum nec contradicendo, nec acquiescendo erat tuta libertas, hinc me multo defectu E virtutis & scientiæ dejiciente, hinc me concordi fratrum voluntati, & instantia provocante. Tandem vero considerantes, quod non sint hominis viæ ejus, nec in eo est, ut ambulet & dirigat gressus suos, & quod Christus pro nobis mortuus est, & resurrexit, Divinæ misericordiæ nos commisimus, & fratrum acquievimus voluntati, non quod nos ministros idoneos crediderimus, & tantum onus a nobis bene portari posse; sed ne multum videremur abundare in sensu nostro, & non satis de Domini Dei nostri confidere pietate. Quoniam igitur in Romanæ ecclesiæ nos decet reverentia permanere, universitatem vestram præsentium significatione credimus ammonendam, quatinus in ipsius ecclesiæ devotione persistatis, sicut justum est vestræ expedire saluti. Super negotio autem & contritione Orientalis ecclesiæ per apostolica scripta vos sollicitos reddimus & attentos, rogantes, monentes, & exhortantes in Domino, ut ad liberationem illius terræ per vos ipsos, sicut expedire cognoscitis, intendatis, & Charissimum in Christo filium nostrum Fridericum, illustrem Romanorum imperatorem semper augustum & proceres & Theutonici regni populum universum curetis monere diligentius, & exhortari, ut pium Omnipotentis obsequium taliter attendant, ut ex hoc vobis & eis æternæ vitæ retributio debeat a tributore omnium in se sperantium augmentari. Ad hoc dilectos filios nostros B. Subdiaconum nostrum & Priorem de Pontid. latores præsentium, litteratos viros, providos & honestos, quos pro vocatione nostra nuntianda transmittimus, & caritatis vestræ reddimus propensius commendatos. Data feria VI. Kal. Novemb. Indict. VI.

* leg. egissemus

* canonice

Scripsit & aliam ad universos fideles Ecclesiæ pro eadem commonitione, in qua plenius de excidio terræ Transmarinæ, & miserabili eventu conquestus est, quæ a multis habetur. *Ita Anonymus.*

AD FRIDERICUM IMPERATOREM.

Pacis consilia, & se in illum fovere, & probare quod eadem ipse nutriat, significat.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei Karissimo in Christo filio Friderico illustri regi Romanorum imperatori, semper Augusto salutem & apostolicam benedictionem.

VEnientes ad nos imperialis magnificentiæ nuncii, venerabilis frater noster O. Brandenburgensis episcopus & S. abbas Hersueldensis, qui ad antecessorem nostrum Urbanum fuerant destinati, honoraverunt nos

Extat apud Ludevvig. Reliq. t. II. p. 425.

ANNO CHRISTI 1188. nos præsentia corporali & decenti reverentia curaverunt & proposuerunt ea, quæ ad prædictum antecessorem nostrum ab imperiali excellentia receperat in mandatis. Et quidem nos valde gratum habuimus, quod sententiam illam imperiali animo fixam cognovimus esse, qua dicitur: *persequimini pacem, & comprehendite eam*. Arbitramur autem, quod de hac re non sit apud nos multa opus instantia, cum hujus rei bonum semper habuimus desiderium, & nunc tanto amplius habemus, quanto magis hujus & loci necessitas, quem tenemus, & communis utilitas Christiana deposcit. Ceterum non est nobis visum idoneum, ut, antequam ad ecclesiam de vocatione nostra imperiales apices pervenirent, aliquem deberemus habere B tractatum, per quem indecenter & contra honestatem sacerdotalis officii, favorem imperialem appetere videamur. Speramus enim secundum animum, quem jam tribuit nobis Dominus, quod taliter in veritate sua nos diriget, &, quæ ad pacem sunt, faciet semper inquirere; ut nec magnitudo imperii, nec alii quoque reges ac principes Christiani occasionem justam ex nobis inveniant, quo minus devoti Deo minusque reverentes debeant ecclesiæ apparere. Cognoscimus siquidem insufficientiam nostram, & scimus non nisi per magnorum auxilium impositum onus utiliter portare, ac malis illis occurrere, quæ hoc tempore in populo Christiano C acciderunt. Imperiali ergo celsitudini Deus inspiravit, ut id, quod nunciis ostendit & literis, etiam per opera exequatur, nec tam ex opinione colligat, quam ex opere, quod de nostra debeat excommunicatione sentire, quia Deo auctore taliter nos disposuimus habere, quod ex nostra culpa non debeat ecclesia Dei in scandalo remanere. Datum Parm. III. kal. Decembris, Indictione VI.

A AD HENRICUM IMPERATOREM ROMANORUM ELECTUM.

Similis argumenti.

Gregorius episcopus servus servorum Dei Karissimo in Christo filio Heinrico illustri regi, electo Romanorum imperatori salutem & apostolicam benedictionem:

LAborantibus nobis in hoc mari magno & spacioso, & diversis cogitationum fluctibus agitatis, consolatio ex litteris regiis nobis accessit, dum ita regium animum ad ecclesiæ reverentiam didicimus inclinatum, ut non sine fructu laboraturos nos cum adjutorio Dei ad salutem populi Christiani æstimemus, si magnitudinis tuæ favorem, sicut pro certo speramus, contigerit nos habere. Monemus igitur & exhortamur in Domino, quatinus erga matrem tuam ecclesiam in bono, quo cepisti proposito, perseveres, & gratum te Deo & ministris ejus per verba & opera studeas exhibere. Speramus enim, quod in diebus ministrationis nostræ taliter circa celsitudinem regiam Rom. præstante domino se gerat ecclesia, ut regia celsitudo honorem suum sibi gaudeat conservatum, & populus Christianus per contrarias voluntates eorum, quibus principaliter commissus est gubernandus, sperata non debeat utilitate frustrari. Nos tane multa & sublimia verba non solemus habere, nec volumus, sed a domino Deo requirimus, ut in veritate nos faciat & rectitudine ambulare, nec tam verborum foliis, quam pomorum fructibus mediocritatem nostram adornet. Noverit ad hæc magnificentia regia, quod nuncii, quos misisti, taliter se gesserint, ut bene in eis magnificentia regia debeat complacere. Dat. Parm. III. die Kal. Decembris. Indictione VI.

Ibid. p. 427.

CONVENTUS MOGUNTINUS

Seu Curia Dei, in quo Fridericus imperator aliique episcopi & principes crucem in expeditione pro recuperanda Hierosolyma assumpserunt,

Anno 1188. *celebratus.*

An. 1188. „ LAbbeus in sua Conciliorum coactione locum concedendum censuit conventui ad Gysortium, in quo Galliæ Angliæque reges cum episcopis et principibus plane multis nomen in sacram expeditionem Hierosolymitanam dederunt cruce assumpta e manu Henrici Albanensis A. S. L. Simili ego pariter consilio suum assignandum esse locum censui conventui alteri in Germania habito, cui idem apostolicus legatus non dissimili de causa interfuit, ubi & Fridericus imperator cum episcopis & principibus imperii non raris eidem sacræ expeditioni assumpta cruce nomen dederunt: ita vero rem describit Gloscherus vetustus author rerum a Trevirensibus episcopis gestarum inter Historicos medii aevi Eccardi to. II. pag. 2218.

Igitur vir venerabilis Henricus episc. Albanensis de nocte consurgens transivit montana cum festinatione, & venit in terram, quam monstraverat sibi papa, & prædicavit in ea, prædicationem dicens; qui non bajulat crucem suam & sequitur Christum, non est eo dignus. Facta autem hac voce convenit multitudo ad curiam Moguntinam, quæ appellabatur curia Christi, ubi Christianissimus imperator cum filio suo duce Sueviæ, & principibus populi sui, & cum multitudine valida armatorum, sumpta cruce, sequutus est Christum, commendans filio suo regi cum cæteris imperii gubernaculis.

„ In hoc pariter conventu Fridericus invisum sibi Coloniensem archiepiscopum „ gratiæ suæ restituit. Grave enim tulerat „ imperator quod archiepiscopus ille Folmaro Trevirensi electo contra Rodulphum „ æmulum ejus, cui ipse favebat, adhæsisset. „ Id tradit Albericus Monachus Trium fontium

ANNO CHRISTI 1188.

„ tium in chronico ad annum 1188. his ver-
„ bis: Imperator contra Colonienfem archiepifcopum habuit difcordiam, quibus apud Maguntiam mediante Legato pacificatis cruce fignatus eft imperator idem, cum fexaginta octo magnis principibus.

„ Extant in Diplomatario Viennenfi in
„ Ludevvig Reliquiis to. II. pag. 449. num.
„ CLXV. Henrici Albanenfis A. S. L. ad
„ conventum hunc principes invitantis, lite-
„ ræ enciclycæ, quas hic exhibeo.

Kariffimis in Chrifto fratribus & amicis, venerabilibus Dei gratia archiepifcopis, epifcopis, abbatibus, præpofitis, & aliis ecclefiarum prælatis & dilectis in Domino nobilibus viris, ducibus, comitibus, marchionibus & aliis principibus univerfis per regnum Teutonicum conftitutis, ad quos litteræ iftæ pervenerint. Heinricus eadem gratia Albanus epifcopus, apoftolicæ fedis legatus, falutem in Domino.

Ex quo vox illa turturis, vox gemitus, vox doloris fines noftros lamentabilis nuper novitate rumoris afperfit, quis ad tantam ftragem non ingemifcat populi Chriftiani? quis terram illam fanctam, quam redemptionis noftræ ipfi dedicaverunt pedes Domini, fpurcitiis paganorum exponi non doleant? quis crucem falvificam captam non deploret? & conculcatam ab ethnicis, & fanctuarium domini profanatum? Heu, heu ad auditum quendam fimilem, cum fixuras clavorum crux ipfa fufciperet, terra tremuit, fol expavit, petræ fciffæ funt, & aperta credimus monumenta. Cujus ergo vel faxeum pectus auditus ifte non emolliat, cum fputis afficitur, configitur, habetur contumeliis crux admirabilis, noftrorum curatio vulnerum, reftitutio fanitatum, lignum dulce, fignum vitæ, vexillum militiæ chriftianæ? Fateamur neceffe eft, quamvis quidem minora patimur, fed majora quam potuerimus vel timere. Verum tamen quia univerfæ viæ Dei mifericordia & veritas, eatenus nos dejicere non debemus, quin fperandum nobis fit, quod qui, peccatis exigentibus, populum Chriftianum, qui jam poft concupifcentias fuas oculos fuos ftatuerat declinare in terram, de juditio flagellavit, redemptionem nobis de mifericordia fua refervant. Quomodo namque afportari permitteret lignum crucis ab ethnicis, nifi iterum crucifigendum ab eis? Ecce videmus iteratum redemptionis noftræ myfterium, dum pro nobis fuo nunc nomini non pepercit vel cruci, qui quondam proprio Filio non pepercit, fed pro nobis omnibus tradidit illum. Non enim abbreviata eft manus Domini, nec brachium Domini infirmatum eft, ut falvare non poffit; fed operatur mifericordiam fuam infcrutabilis altitudo Dei, ut torpentem mundi devotionem fic excitet, atque per obfequium veftrum & aliorum, quos ad hoc eligere dignatus fuerit, nobis falubriter & fibi gloriofe de barbaræ nationis hoftilitate triumphet. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies falutis, in quibus utinam milites Chrifti abiiciant opera tenebrarum, & ad vindicandam injuriam crucis indui non differant arma lucis, loricam fidei, & falutis galeam affumentes. Malitia fuit, non militia, quod hactenus Chriftianorum cædibus & rapinis & execrabilibus torneamentis intenti ignem inextinguibilem & immortalium cruciatus vermium meruerunt. Felix eis adeft militia, in qua & vincere gloria, fed magis mori lucrum. Ad hanc invitat vos hodie qui amat animas, nec proprie pepercit injuriæ, ut neceffitatem fidelibus fuis imponeret ad hanc militiam compellentem. Adeft qui fignaculum vitæ gementibus fuper tantis malis ad evafionem intolerabilis percuffionis imponat; & quamvis multiplicia vafa interius exigentibus peccatis jam egreffi teneantur percuffiones; folos nocebunt eos, qui divinitus oblatum fibi vitæ fignaculum recufabunt. Inde eft, quod a fereniffimo domino F. Romanorum imperatore & femper Augufto, & nobis pariter, qui de mandato fedis apoftolicæ pro eodem negotio, quantum Domino cooperante facultas fuppetit, laboramus; follempnis eft curia conftituta apud Maguntiam, ad quam dominica, qua cantatur *lætare Hierufalem, diem feftum agant & conventum faciant omnes, qui diligunt eam.* Quoniam igitur eadem curia fingulariter eft Salvatori Domino deputata, ficut imperialis majeftas fua poteftate nos convocat, nofque ex parte Dei, & ea, qua fungimur, legationis auctoritate univerfitatem veftram ad eandem curiam convocamus, & nequis veftrum legitima & certa neceffitate prefentiam fuam predicto concilio chriftianitatis exhibere diffimulet, injungimus firmiter & mandamus. Vos autem, venerabiles epifcopos, in convocandis abbatis & aliis prælatis, qui fub vobis funt, una cum præfentium portitore, qui forte omnes adire non poterit, fore præcipimus ftudiofos. Illud etiam univerfitati veftræ duximus nominandum, ut ad curiam Jefu Chrifti in ea gravitate & modeftia, qua convenit, evectionum neceffitate & omni curiofitate & gloria temporali poftpofita, ftudeatis accedere, igne tamen Karitatis & obedientiæ ad exaltationem Chriftiani nominis unanimiter inflammati, ut fidem, quam lingua noftra loquitur, habitus, familia, & converfatio fateatur.

locus confufus

„ Infuper in alterutro ex his conventi-
„ bus, ad Giforticum nempe five Moguntino,
„ vel forte in utroque, latum credo ab Hen-
„ rico Albanenfi A. S. L. edictum illud
„ quod e MS. codice profert P. Martene
„ Vet. Mon. to. I. pag. 975. ex quo huc
„ transtuli.

„ Verum, poftquam hæc fcripfi, eafdem
„ ipfas Henrici literas vel edictum inte-
„ grius nactus fum in Codice Diplomati-
„ co Viennenfi in reliquiis Ludevvig to.
„ II. pag. 437. num. CLXIII. quare ex il-
„ lo defcribendas cenfui. Monuiffe tamen
„ juvat lectores, epiftolæ huic Ludewigianæ
„ affutum effe fragmentum alterius, ut con-
„ iicio, argumenti, & forte authoris. Id
„ ego prætereundum hic cenfui, quod fane
„ nihil quidquam in rem meam conferat:
„ Porro utrumque codicem Martenianum
„ fcilicet, & Ludewigianum inter fe con-
„ tuli, & quamquam Ludewigii editionem,
„ utpote pleniorem, hic repræfento; va-
rian-

ANNO CHRISTI 1188.

„ riantes tamen ex Martenio ad marginem „ adnoto diligenter.

EPISTOLA HENRICI EPISCOPI ALBANENSIS.

Ad universos ecclesiæ prælatos.

VEnerabilibus & in Domino sibi dilectissimis archiepiscopis, episcopis, cæterisque ecclesiarum Christi prælatis. H. Albanensis episcopus, & apostolicæ sedis legatus, per gloriam salutiferæ crucis ad perpetuæ lucis gaudia pervenire. Publicani, & peccatores violenter præripiunt regnum Dei, quod ab ipsis vim perpeti gratulantur, & qui duces esse debuerant, nec sequuntur. Propter quod præsens (*a*) potissimum (*b*) existit, attendendum, ut, quod Deus avertat, ex clericorum depravatione (*c*) incipiant resarcire principes tenebrarum, quæ ex laicorum conversione sustinent detrimenta. Cavendum etiam, ne mare dicat, ut Sydon erubescat; cavendum ne subjugale mutum, hominis voce loquens, incipiat redarguere insipientiam prophetarum. Vestris (*d*) itaque, dilectissimi, vestris non tantum inscribi frontibus signum thau, signum Dominicæ passionis, sed cordibus imprimi, his præsertim diebus, oportet. Atrum est atramentum, atrox atramentarium, quod a renibus ejus dependet, qui in lineo habitu singularis candoris, qualem fullo super terra facere nequeat, omnimodæ scilicet puritatis, (*e*) quam impenitens nullus attingat, signaturus (*f*) & inugnitus advenit. Consideravit atramentum hoc, atritudinem hanc, hanc nigredinem, qui dicebat: *vidimus eum, & non erat species ei, neque decor*. Obsecro vos, dilectissimi, ne vos huic enormitati (*g*) pigeat conformari. (*h*) *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; quod deforme, formosius universis. Michi*, ait apostolus, *michi absit nisi in cruce Domini gloriari*. Emulamini ejus humilitatem, qui pro vobis annorum induit infantilium paupertatem, ignominiam crucis subire non renuit, reputari inter mortuos non refugit. Deponite veterem hominem cum actibus suis, & exuvias veteres exuat Salvatoris ore prudentia commendata serpentis. Non competit huic tempori, non merori, ut plus calcaria, quam altaria fulgeant, cum & illa forsitan oporteret (*i*) filiciis interim operiri. Idem quoque de sellis, de frenis, de faleris notabilibus & inanem præferentibus gloriam (*k*) sentiendum. In vestibus suis deponant clerici, quæ etiam reges abjiciunt, quæ signatorum Christi universitas noscitur abdicasse. Abjiciant varia, grisea, zebelinos & pelliculas ejusmodi grandis pretii, sed coram Deo periculi grandioris, nec minoris in veritate dedecoris, dum ad imaginem Dei creatus homo pelliculis murium sese credit ornari. Audiatur Petrus, saltem diebus istis, qui nullo tempore debuit non audiri. Audiatur, ut appetere viros pudeat, pudeat clericos, quod eorum primus ad ipsorum gloriam primus in contumeliam (*l*) eorum etiam mulieribus interdicatur. Non manicæ, non calciamenta eorum, sive (*m*) etiam ministrantium eis cottidianis egeant consuturis; ne subtilitas linea ligandis eorum manibus & pedibus in vincula debeat graviora conjici, neve videantur funiculos texere, unde ligatis manibus & pedibus suis in exteriores tenebras demergantur. Manicatis etiam cappis non dissimuletis abjicere, quæ ex cappis & tunicis habitu duplicato duplicitatem redarguunt animorum. Qui ex lino & lana contextam vestem prohibuit, si vidisset suo tempore vestes ex cappa (*n*) fieri, non laudasset. Prima fuit in cœlo generis humani transgressio, primam & æternam ex adversario jejunans Christus victoriam reportavit. Siquidem vicit mundum in appetibilibus suis. Concupiscentia carnis, concupiscientia oculorum & superbia vitæ, de voluptate, de curiositate, (*o*) & ambitione triumphans. Modum sibi & numerum in cibariis laici posuerunt, ut duobus ferculis sint contenti. Quod si vobis diceretur uno fore contentos, forsitan Germanicis aliquibus non placeret. Verumtamen si videtur sufficere quod ad cibum pertinet indicta frugalitas, vestrum erit imitatione dignum aliquid addere super deliciarum ineptiis declinandis. Et quidem mater vestra, sacrosancta Romana ecclesia, statuit & decrevit omnibus sextis feriis, & in adventu Domini in cibo quadragesimali clericis simul & laicis jejunandum. Feria IV. & sabbato a carnibus & sanguine (*p*) abstinendum; transgressores constitutionis hujus sacrorum reos canonum fore decernens. Sic (*q*) & familiis suis a summo pontifice & fratribus suis in secunda feria eadem abstinentia carnium est injuncta, quod in nobis (*r*) prælatos saltem, saltem majores voluntaria devotione deceat æmulari. Non competunt vina pigmentis delibuta merori, huic potissimum, cujus non expedit oblivisci. Nunquam negotiandum est clericis, nunquam vilius comparanda quæ venundari debeant pretio cariori, propterea quod sacrilegium fuerat semper, nunc præsertim gravius execrandum; & negotiis tamen ipsis deteriora videntur jurgia clericorum; oportuerat magis invicem supportare & donare vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam. Insatiabilis est ardor ambitionis, nec ydropis avariçiæ ex divitiis refrigeratur (*s*) adeptis. Quid gibbum gibbo camelus adjicit in variis dignitatibus, & multitudine præbendarum. Non sunt ipsa, quæ divinam erga hominem misericordiam provocent, sed iram potius minantur. (*t*) Ad negandum celestis regni per foramen acus introitum gibbus poterat abundare camelo. Itane vobis studia honestiora non suppetunt (*u*), ut in avibus ludere, nec venationibus pudeat occupari? Dum etiam vobis superfluitas resecatur crinium, (*x*) ab hujus vanitatibus abstinendum potius mementote. Aleam fugere Cato monuit, & gentiles, (*y*) de qua vobis ad exemplum sufficiat ad militiam Dei signatorum, quos hujusmodi ludos cernitis abdicasse. Sufficiat etiam in ecclesiis simplex cantus ad præsens; & quæ majorem (*z*) redolent gravitatem, organa conquiescant. Exhibeamus quod legimus, ut in vocem flentium organa transeant, & in lu-

ctum

(*a*) personis
(*b*) ad ecclesiasticis
(*c*) damnatione
(*d*) Literis
(*e*) pietatis
(*f*) signatum
(*g*) deformitati
(*h*) absunt hæ duæ sententiæ
(*i*) ciliciis
(*k*) fulgorem
(*l*) contumeliam tonsuratur
(*m*) Si vero
(*n*) ex cappa & tunica
(*o*) otiositate
(*p*) Sagimine
(*q*) sic ibi quoque
(*r*) In vo[bis]
(*s*) Refrigatur
(*t*) mereantur
(*u*) ut no[n]
(*x*) Crinium
(*y*) gentibus
(*z*) Min[…]

ANNO CHRISTI 1189. 1190.

ctum cithara convertatur. Ignoscite mihi, si dixero, quod salubrius, quam suavius debeat reputari. A populis exterminata in ecclesiis licentia jam ea (a) causa rescinditur. Quid festivitati & fatuitati? vel potius, ut apostolico sermone vos commoneam, quæ conventio Christi ad Belial? Nec vos latet in nonnullis ecclesiis enormitates aliquando consuetas aliquatenus resecari, & in olosericis cappis, quas offerunt, qui baculos ferunt, complacere. Quasi vero non de moribus, quam de vestibus amplior cura Deo; quasi (b) in feriis plusquam sericis delectetur. Veruntamen nec ed.ctum super his & hujusmodi generale procedit, nec perenne proponitur interdictum; sed, quod nulli debet esse molestum. (c) His diebus ab hujusmodi vobis indicitur abstinendum. De incontinentia vero clericorum, unde ira Dei contra nos maxime provocatur, & scandala gravissima inter clerum & populum excitantur, apostolica auctoritate firmissime præcipimus, ut omnes suspectas personas de domo & procuratione sua infra quadraginta dies removeant; quod si non fecerint, ab omni officio & beneficio ecclesiastico suspendantur. Quibuslibet itaque taliter actitandum, sicut personis ecclesiasticis est vivendum, ut qui hactenus consueverunt de quibusdam, tanquam de malefactoribus detrectare * ex bonis operibus vos considerantes, in tempore visitationis hujus ad glorificandum in vobis Dominum convertantur. Præterea torneamenta sub districta prohibitione interdicimus, ut quicumque talia per hoc triennium presumpserint, omni dominica die apostolica auctoritate excommunicati denuncientur. Et quicumque eundo vel redeundo eos hospitio susceperint, vel res suas eis vendiderint, simili excommunications sententia innodentur. Vestes notabiliter incisæ & algotate sub eadem distinctione prohibeantur. Velamina etiam mulierum quæ ad verecundiam designandam eis sunt concessa, sed nunc per insipientiam earum in lasciviam & luxuriam excreverunt, & immoderata longitudo superpelliciorum, quibus pulverem trahunt, ad moderatum usum, sicut decet verecundiam sexus, per excommunicationis sententiam cohibentur. Choreas & tabernas simili modo per hoc triennium interdicatis.

(a) Janicolis

(b) Non seriis

(c) hic desinit Mart. codex.

* l. detrahere

CONCILIUM CANTUARIENSE

Contra electionem Gaufridi in archiepiscopum Eboracensem,

Anno 1189. habitum.

Ex chron. Bromton. col. 1169.

n. 1189. extat apud Wilkins I. ad hunc an.

IBidem coram prædicto cardinali, & omnibus episcopis, & abbatibus, & clero ibi congregato, Hugo Dunelmensis, & Hubertus Saresbirensis episcopi, contra Gaufridum, Eboracensem electum, ad sedem apostolicam appellarunt, dicentes eum non fuisse canonice electum, pro eo quod dictus episcopus Dunelmensis, & dictus Hubertus, tempore electionis illius, Eboracensi ecclesiæ decanus aberant, quando ipse eligebatur. *De hoc concilio Radulphus de Diceto loquitur col. 650. dicens Johannes, comes Moritonii, frater regis, coram rege, coram legato, coram episcopis gravem querelam, deposuit, quod archiepiscopus post appellationem factam ad sedem apostolicam, totam terram suam sub interdicto concluserat.*

CONCILIA VVESTMONASTERIENSIA DUO

Alterum a Baldevvino Cantuariensi antistite; aliud vero a VVillelmo Eliensi episcopo A. S. L.

Anno 1190. celebrata.

n. 1190. apud Wilkins ibid.

PAuca de hoc concilio adnotat Matthæus Parisius, præter locum, in quo celebratum fuit: Tempore quoque sub eodem Baldewinus, archiepiscopus Cantuariensis, celebravit concilium apud Westmonasterium; ibique valedicens fratribus, iter arripuit Hierosolymitanum magnifice præparatus: *Idibus Octobris sequentibus (juxta M. Parisium) Vvillielmus, Eeliensis episcopus, papæ legatus, concilium provinciale tenuit apud Vestmonasterium, in quo pauca vel nulla provisa sunt de ædificatione ecclesiæ Anglicanæ.* Hemingford pag. 528. ita de hoc concilio ait: Episcopus Eliensis, ut ad summum evectus videretur, generale concilium ex Anglia terrore maximo Londoniæ congregatum, quanto gloriosius, tanto & vanius celebravit, sub specie scil. religionis agens propriæ negotium vanitatis, quod utique agebat fortius eo, quod metropolitanæ ecclesiæ vacabant utræque. *Gervasius concilium hoc sub anno MCXCI. collocat, addens*, quod episcopus Roffensis & prior Cantuar. legatum rogaverint, imo jusserint, ne quid in hoc concilio contra jura Cantuariensis ecclesiæ, vel contra dignitatem vel appellationem archiepiscopi præsumatur.

ANNO CHRISTI 1190. 1191.

CONCILIA ANGLICANA DUO

Alterum Glocestriæ, aliud vero Glavorniæ

Anno 1190. *celebrata.*

An. 1190. Extat apud Wilkins Conc. Brit. t. I. ad hunc annum.

HOc anno Willielmus, episcopus Eliensis, papæ legatus, regeque absente, procurator regni, synodum tenuit apud Glocestriam, cujus mentionem facit Radulph. de Diceto col. 655. *In festivitate B. Petri, quæ dicitur ad vincula, Vvillielmus, Eliensis episcopus, apostolicæ sedis legatus, convocavit multos apud Glocestriam.* Et fol. 520. dicit, *quod Vvillelmus, Angliæ legatus, convocavit Angliæ episcopos apud Glavornam.* Quid autem ibi actum sit, haud recenset.

COELESTINUS PAPA III.

Sedit ab anno 1191. *usque ad annum* 1198.

AD EPISTOLAS COELESTINI III.

APPENDIX.

COELESTINUS PAPA III. AD CANONICOS GENUENSES

Cœlestinus episcopus servus servorum Dei

An. 1191. Affert Ughell. ex autographo in Genuens.

DIlecto filio Ogerio præposito, Othoni archidiacono, & canonicis Januensibus tam præsentibus quam futuris canonice substituendis in perpetuum.

Effectum justa postulantibus indulgere, & vigor æquitatis, & ordo exigit rationis; præsertim quando petentium voluntates & pietas adjuvat, & veritas non relinquit. C Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus & Januensem ecclesiam, in qua divino estis obsequio mancipati, ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis recordationis Alexandri, Urbani, & Gregorii Romanorum pontificum sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiam juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque D successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam videlicet S. Laurentii in Accon cum pertinentiis suis: ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ cum pertinentiis suis: ecclesiam S. Jacobi de Galignano cum pertinentiis suis: ecclesiam sanctæ Mariæ de Quic. cum pertinentiis suis: ecclesiam de Veguli, & ecclesiam S. Bartholomæi de Stallano cum pertinentiis suis: ecclesiam S. Antonini de Auripalatio cum omnibus pertinentiis suis: ecclesiam S. Salvatoris de Sarzano cum omnibus pertinentiis suis: ecclesiam S. Joannis de Sexto cum decimis, & possessionibus ejusdem loci, Donationes E Gibelleti, & aliorum locorum, quas Bertandus comes S. Ægidii rationabiliter ecclesiæ vestræ fecit, sicut in ejus instrumento habetur, & vos legitime possidetis. Concessionem preterea, quam bonæ memoriæ Syrus Januensis archiepiscopus super decimis, & terris decimalibus civium Januensium vobis fecit, sicut rationabiliter facta est, & in autentico scripto ipsius archiepiscopi continetur, ratam esse decernimus, & obtinere præcipimus firmitatem. Honestas etiam, & rationabiles consuetudines, quas in oblationibus vivorum, & in candelis, aliisque oblationibus defunctorum, ad quorum exequias invitamini, hactenus habuistis, necnon antiquam consuetudinem, & rationabilem, quam in perceptione antiquarum oblationum ecclesiæ, vel in aliis proventibus, vel processionibus ecclesiæ ipsius habetis, ratas habemus, & eas vobis, vestrisque successoribus auctoritate apostolica confirmamus. Præterea beatæ memoriæ Lucii papæ prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, ut missam pro defunctis sequenti die post eorum tumulationem, in ecclesia, in qua sepulti fuerint, celebrare possitis, quandiu videlicet in exequiis ipsis aliquo impedimento detenti non celebrabitis. Et ut præsente archiepiscopo, si ipse pro aliquo impedimento missam celebrare nequiverit, vos etiam libere celebretis. Atque ut idem archiepiscopus in nullum canonicorum sine aliorum consilio sententiam ferat; & si tulerit, minime teneat, sicut vobis statutum, & hactenus observatum, firmum, & inviolabile manere sancimus. Concedimus insuper, & auctoritate apostolica confirmamus, ut institutio, quæ assensu, & voluntate bonæ memoriæ Hugonis Januensis archiepiscopi super numero clericorum in ecclesia vestra recipiendorum provide facta est incussa, & stabilis perseveret: nisi forte in tantum augeri contigerit ecclesiæ facultates, ut merito possit, et debeat etiam canonicorum numerus augmentari. Illam quoque ordinationem, qua provisum est inter vos, ut capitulum vestrum puniendi canonice fratrem suum, qui se in utilitatibus ecclesiæ pertractandis a communitate capituli nequiter segregaverit, habeat potestatem, in sua firmitate concedimus permanere. Sententiam insuper, quæ pro vobis circa ecclesiam S. Bartholomæi super legato Willelmi Gatæ per judices a sede Apostol. delegatos ratio-

ANNO CHRISTI 1191.

tionabiliter noscitur promulgata, sicut in in scripto autentico continetur, auctoritate apostolica confirmamus. Compositionem praeterea quae facta est inter ecclesiam vestram, & abbatem S. Syri de loco benedictionis, & forma obedientiae, sicut absque pravitate facta hinc inde recepta est, & in scripto publico continetur, ratam esse censemus & praesenti privilegio roboramus.

Sententiam quoque ab abbate S. Andreae de Sexto inter vos, & fratrem Justum ex delegatione apostolica canonice promulgatam auctoritate sedis apostolicae confirmamus: adjicientes etiam indulgemus, ut liceat ecclesiae vestrae praeposito de consilio archiepiscopi sui, eos, qui eidem ecclesiae decimas subtrahunt, vel res ejus auferre praesumunt, vinculo anathematis innodare. Cum autem generale interdictum terrae fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare.

Auctoritate quoque apostolica prohibemus, ne quis in vos, vel ecclesiam vestram excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiam, sine manifesta & rationabili causa, promulgare praesumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessionem auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicae auctoritate, & dioecesani episcopi canonica justitia, & Januensis archiepiscopi debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ego Coelestinus Catholicae ecclesiae episcopus. SS.

† Ego Albinus Albanensis episcopus. SS.

† Ego Octavianus Hostiensis, & Velletrensis episcop. subsc.

† Ego Joannes Praenestinus episcopus. SS.

† Ego Petrus Portuensis, & S. Ruffinae episcop. SS.

† Ego Pandulphus Basilicae XII. Apostolorum presb. card. subsc.

† Ego Mel. SS. Jo. & Pauli pres. card. tit. Pammac. SS.

† Ego Jordanus presb. card. S. Pudentianae tit. Pastoris.

† Ego Joannes tit. S. Clementis card. Tuscanensis episc.

† Ego Joannes Fel. tit. S....

† Ego Romanus tit. S. Anastasiae presb. card. SS.

† Ego Joannes tit. S. Stephani in monte Coelio presb. card. subsc.

† Ego Cinthius S. Laurentii in Lucina presb. card. subsc.

† Ego Fidantius tit. S. Marcelli presb. card. SS.

† Ego Grat. SS. Cosmae, & Damiani diac. card. SS.

† Ego Gregorius S. Mariae in Porticu diac. card. SS.

† Ego Gregorius S. Mariae in Aquiro diac. card. subsc.

† Ego Gregorius S. Georgii ad Velum aureum diac. card. subsc.

† Ego Lotharius SS. Sergii, & Bacchi diac. card. SS.

† Ego Petrus S. Mariae in Vialata diac. card. SS.

† Ego Cencius S. Luciae in Orfea diac. card. SS.

Datum Laterani per manum Ægidii S. Nicolai in carcere Tulliano, Diaconi Cardinalis IX. Kal. Maji, Indictione XI. incarnationis Dominicae an. MCXCIII. Pontific. vero D. Coelestini papae tertii anno 3.

IDEM CAPITULO LINGONENSI

De residentia canonicorum Lingonensium.

Extat in Gall. Chr. t. IV. p. 194. appen. nov. edit.

COelestinus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis decano & capitulo Lingonensi, salutem & apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus inclinati, institutionem a bonae memoriae P. quondam Tusculano episcopo in ecclesia Lingonensi factam, & per delegatos postmodum judices Clarae-vallis, & Longivadi abbates innovatam, & communi omnium canonicorum juramento firmatam; videlicet ne quis praebendae fructum praesumat accipere, nisi annuatim sedecim septimanas in ecclesia moram fecerit continue, vel interpolatim; ita quod uni principalium horarum matutini vel majoris missae, sive vesperarum intersit officio; salva tamen ecclesiae consuetudine de scholaribus, vel collateralibus episcopi & decani ad sedem apostolicam accedentibus, auctoritate apostolica confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo ut nulli, &c. Datum Laterani IV. idus Martii, Pontificatus nostri anno sexto.

ADMONITIO COLLECTORIS IN SEQUENTEM EPISTOLAM

QUam statim subdo ex Martene Veter. Monu. to. I. pag. 104. epistolam, Labbeus pariter exhibuit; seu potius ex illa fragmentum ex Matthao Parisio acceptum dedit; est vero fragmentum illud inscriptum archiepiscopo Senonensi; cum nostra haec sit Remensi archiepiscopo directa. Ex quo inscriptionis discrimine intelligimus epistolam es-

ANNO CHRISTI 1191.

se encyclicam ad omnes Galliæ episcopos, inscriptione tantummodo variata missam.

EPISTOLA COELESTINI PAPÆ III. W. REMENSI ARCHIEPISCOPO ET SUFFRAGANEIS EJUS.

Rescissionem divortii regis Philippi augusti cum I. regina sua ipsis notificat, eosque monet, ut, ne aliam superducat, prohibeant.

COElestinus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus W. Remensi archiepiscopo, sanctæ Sabinæ cardinali, apostolicæ sedis legato & suffraganeis ejus, salutem & apostolicam benedictionem. B

Cum in regno Galliæ catholici semper æquitatis cultores divina fuerint principes institutione promoti, a sacrosancta Romana ecclesia, cujus fidem & unitatem servarunt, quadam sint prærogativa privilegium benedictionis & gratiæ consecuti; quorum quidem exaltationem & gratiam nos etiam adhuc in minori officio constituti & libenter promovimus, & libentius consuluimus promovendam. Nunc autem in apostolatus culmine divinitus provocati, carissimum in Christo filium nostrum PH. regem Franciæ recolendæ memoriæ prædecessorum suorum tam bonitate quam prudentia successorem, paternæ sumus caritatis brachiis amplexati, C dignis eum titulis honorare, & quantum cum Deo possumus, exaltare propensius cupientes. Cæterum cum fama hilaris & jocunda de matrimonio inter carissimos in Christo filios nostros Ph. illustrem Franciæ regem, & J. * reginam illustrem, sororem carissimi in Christo filii nostri * Kan. regis Danorum illustris, solemniter & rite contracto, prius ad notitiam sedis apostolicæ pervenisset, postmodum de ipso matrimonio ad suggestionem quorumdam, tale quid, ordine turbato, non sine honestatis ecclesiasticæ læsione, fuisse præsumptum audivimus, de quo & propter injuriam, & propter infamiam consulentibus & consentientibus ir- D rogatam, non modicum contristamur. Et quidem si magnitudo regia considerasset attentius, audissent, & secum nihilominus qui hujus præsumptionis cooperatores fuerunt, quantum sit matrimonii sacramentum; non fuisset, ut credimus, hoc modo processum. Constat enim cuique divinam paginam revolventi, quod ipse Dominus matrimonium instituit, & in paradiso ante peccatum ad officium propter sobolem propagandam, dicendo: *Crescite & multiplicamini, & replete terram*; & extra paradisum post peccatum propter fornicationem vitandam. Unde primus homo spiritu afflatus, inquit: *Propter hæc relinquet homo patrem & matrem, adhærebit* E *uxori, & erunt duo in carne una*. Quanta sit etiam matrimonii dignitas, & quam circumspecta debet ad tractandum de ea procedere gravitas, Dominus innuit, qui cum interrogatus fuisset, si licitum esset uxorem dimittere, & quæsitum esset super hæreditate duorum fratrum communiter dividenda, in uno tacens, & in altero sic respondens: *Quæcumque dimiserit uxorem suam propter * causam fornicationis, mœchatur*. Per hoc nimirum ostendit, A quod ecclesia in cognitione matrimoniorum, quasi ceteris difficiliori, cum majori, quam in aliis procedere debeat gravitate; & cum ipse alibi dicat: *Quod Deus conjunxit, homo non separet*; adverti potest quam graviter ille delinquat, & quantum sit ei ab ira ventura timendum, per quem tanti sacramenti Christi & ecclesiæ religio perturbatur. Præterea non est a temeritatis vitio alienum, quod in tam arduo & difficili negotio non fuit censura sedis apostolicæ requisita, per quam vel ipsum canonice finiretur, vel committeretur aliquibus, qui idem, servato juris ordine, secundum statuta canonica terminarent. Hic revera contra veneranda sanctorum patrum consilia processum est manifeste, qui majores & difficiliores quæstiones ab universis ad sedem apostolicam consueverunt debere perferri; quod usque in hodiernum diem non solum a Gallicana ecclesia, præterquam in præsenti articulo, verum etiam a longe remotioribus devotissime observatur.

Ut autem inde aliquantulum ordinamur; nonne hoc negotium de præcipuis & magis arduis negotiis unum esse dinoscitur, utpote quod inter tam eximias regales personas, & a progenitorum regali prosapia descendentes, super causa tam difficili vertitur, ut secundum statuta patrum deberet auditorio Romanæ ecclesiæ reservari? Si hoc & alia privilegia hujus sedis beati Petri, cui nos licet immeriti præsidemus, quæque remotissimi etiam barbari custodiunt illibata; quanto diligentius ea servare tenentur constituti propius & Latini, & qui de beneficiis prædictæ sedis copiosius & frequentius sustentantur? Non utique mediocriter errat, qui privilegio beati Petri obviare non timet, & canonicis sanctionibus contraire. Verum prælati ecclesiæ, qui huic rei favorem aut consilium præbuerunt, & si non ob aliud, saltem metu pœnæ debuerunt ab hujusmodi abstinere, & illud specialiter sollicita mente revolvere, quod in sacris canonibus de Theugaldo Trevirensi & Gontario Coloniensi archiepiscopis legitur, qui depositionis sententia meruere percelli, pro eo quod in matrimoniali causa Lotharii regis & Thebergæ uxoris ipsius normam æquitatis nequiter temerantes, sanctiones canonicas excesserunt. Quod vero hic fuerit æque vel magis excessum, ex ipsa rei evidentia demonstratur: nam cum regina per verba præsentis temporis, expresso utrinque consensu, hinc inde primo præstitis juramentis, sacerdotali benedictione, sicut est consuetudinis, accedente, postquam fuit in reginam inuncta & honorifice coronata, præfato regi copulata matrimonialiter fuerit, & etiam cognita, sicut fertur, nihil debuit contra ipsam indefensam & ignorantem, quid penitus ageretur, utpote linguæ Francorum ignaram, tam inordinabiliter a quolibet attentari. (*a*) Nos vero qui ipsum regem catholicum (*b*) & ecclesiæ Romanæ valde devotum ab inclytæ memoriæ progenitoribus suis specialiter in visceribus caritatis habemus, magis volentes animæ suæ saluti, & integritati famæ consulere, quam ei male sua-

* Ingeburgam
* Kanuti
* l. præter

(a) Hic incipit Lab fragmentum, sed hinc inde truncatum.
(b) Lab. Francorum.

ANNO CHRISTI 1191.

suadentium satisfacere voluntati; per dilectum filium * Centen. subdiaconum, notarium nostrum, apostolicæ sedis legatum, ad hoc specialiter missum, & litteras nostras, rogavimus excellentiam ejus, monuimus & attentius fuimus exhortati, ac ei in remissionem injunximus peccatorum, ut illud evangelii attenta consideratione revolvens, quo dicitur: *Nihil prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur*. Dum tempus haberet, de animæ suæ salute esset sollicitus, & prædictam uxorem suam, quam a se consilio iniquo amoverat, quamque generositatis egregiæ ac multæ decus honestatis adornat, maritali affectione tractaret; nec illis aures contra hanc accommodaret, qui quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi quærentes, ad imitationem hominis inimici, qui in agro bene seminato zizania respersit, pro lucro reputant, si possunt inter aliquos odium, & discordiam seminare. Sed idem rex prædictum

Centium

A legatum & litteras nostras devotione qua decuit, sicut accepimus, non recepit. Nos autem, sicut novit Dominus, licet propter hoc simus plurimum conturbati: pro salute tamen animæ ejus, de qua nos oportet propensius cogitare, amplius contristamur, volentes ipsum ea semper efficere, quæ creatori suo placere debeant, & animæ suæ dispendium non incurrat. Inde est quod publicum instrumentum super ipsa genealogia, ex parte venerabilium fratrum nostrorum Lundensis archiepiscopi & suffraganeorum ejus nobis transmissum, & famam publicam attendentes, sententiam illam divortii contra ordinem juris prolatam, de fratrum nostrorum consilio cassantes, & penitus irritantes, B fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus atque præcipimus, quatinus, si forte præfatus rex conditionis oblitus, ea vivente aliam superducere voluerit, vos auctoritate freti apostolica id eidem inhibere firmiter procuretis.

CONCILIUM LONDINENSE ET CANTUARIENSE

De electione novi archiepiscopi Cantuar. tractantia

Ex Radulpho de Diceto, col. 666.

[...]1. 1191. [...]fert [...]ilkins [...]. ad [...]1191.

UT eo melius acta concilii & negotium electionis innotescant, literas episcoporum suffraganeorum Cantuariensis ecclesiæ papæ Cœlestino scriptas, ex Rad. de Diceto recitabimus.

Cœlestino papæ, suffraganei Cantuariensis ecclesiæ debitam subjectionem.

Cum ad nostram pervenissent notitiam Baldwium, patrem nostrum, Cantuariensem archiepiscopum, apud Acon viam universæ carnis ingressum, verentes ne monachi S. Trinitatis in archiepiscopo substituendo sibi quippiam vendicare præsumerent, de communi consilio venerabilem fratrem nostrum Richardum Londoniensem episcopum, ad quem electi nominatio de jure dignoscitur pertinere, præmisimus apud Cantuariam. Junctus est ei comes in itinere quidam regis justitiarius. Igitur in ecclesia Cantuariensi, præsentibus monachis & audientibus, Romanæ sedis audientiam appellavit, inhibens ex parte summi pontificis, ne quid in electione facienda præsumerent attentare citra conscientiam episcoporum, & etiam citra regis assensum. Postmodum autem, ut nobis archipræsulem eligeremus, ad vocationem domini Londoniensis, qui decanatum obtinet inter suffraganeos, convenimus Londoniis: convenerunt & monachi.

Dilationem accepit electio, quibusdam dissensionibus ad invicem emergentibus. Dominus itaque Londoniensis, totius Anglicanæ vicem gerens ecclesiæ, rursus Romanæ C sedis audientiam appellavit, R. episcopo Bathoniensi, cum reliquis episcopis contra monachos appellante. Paucis diebus elapsis, constituimus accedere Cantuariam, ut sub præsentia tam cleri, quam populi, tam episcoporum, quam monachorum archiepiscopum eligeremus, diem ad hoc faciendum eligeremus; diem ad hoc faciendum constituentes 4. non. Decembris. Interim autem comes Moritonii, domini regis frater, & dominus Rothomagensis, Bathoniensis, Roffensis, Herefordensis, Menevensis, Coventrensis episcopi, cum pluribus regni magnatibus, pro quibusdam magnis regni negotiis transitum fecerunt usque Cantuariam. Cumque super negotiis ipsis in palatio Cantuar. archiepiscopi residentes tractarent, ingressi sunt coram eis G. dictus prior, quidam monachorum, & manus injicientes in D Bathoniensem, & eum electum suum nominantes, de medio residentium substulerunt. Quos memorati præsules & regni proceres e vestigio subsecuti, denuo vestram appellaverunt præsentiam. 5. cal. Decembris,

STA-

STATUTA SYNODALIA ODONIS EPISCOPI TULLENSIS

Anno 1192. edita.

Ex autographo Belli-prati.

Dedit Martene Anecdot. tom. IV.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti Odo Dei gratia Leuchorum episcopus omnibus ecclesiasticis personis in episcopatu nostro constitutis in perpetuum.

Noverint in posterum, ac memoriter teneant universi, quod dilecti nobis in Domino fratres & amici archidiaconi, & abbates de episcopatu nostro ad nos venientes, & pro lacrymabilibus injuriis, quibus ecclesiæ nostræ & ecclesiarum ministri quotidie oppressi irremediabiliter laborant & afficiebantur, pariter ingemiscentes; unanimiter nos rogaverunt, ut contra tyrannidem raptorum & quorumlibet malefactorum in eos desævientium, illud auxilii & protectionis consilium atque tutamen eis misericorditer exhiberemus, quod ex injuncta nobis cura & officio pastorali eis paterne exhibere debebamus. Unde nos communicato cum eis consilio, sicut rationabile nobis visum fuit, & eorum discreta consideratio nobis consuluit, statuimus quod in præsenti pagina capitulatim annotari præcepimus.

CANONES.

I.

Statuimus itaque, & sub anathemate interdiximus, ut quando per quodcumque castrum seu villam in episcopatu nostro consistentem bona ecclesiarum nostrarum, seu cujuslibet clericorum nostrorum per injustam ablationem deducta transire, vel forte ibi pernoctare contigerit, ita quod exinde nihil prorsus ibi remaneat, interim divina ibi non celebrentur. Ubicumque autem bona illa vel ex toto, vel ex parte receptari, vendi, aut quocumque modo expendi contigerit, divina ibi fieri omnino interdicimus, & emptores pariter cum prædatoribus eadem excomunicationis sententia innodatos esse usque ad integram restitutionem, & condignam satisfactionem decernimus: hoc adjicientes, quod interim si qui ibi manentes, & illius injuriæ non consentanei nec auctores in extremis positi fuerint, confessionis & viatici suffragio fungantur: sepulturam vero in atrio non habeant, donec ablatis ex integro restituti, & divina ibi celebrentur, & extra atrium positi sine omni emendatione debito atrii honore donentur.

II.

Constituimus etiam, ut si aliquis de principibus at nobilioribus hujus terræ bona quælibet ecclesiarum seu clericorum nostrorum in propria persona sua per violentiam diripuerit, & in villam suam deduxerit; in eadem villa, & in tota alia terra sua divina non celebrentur, donec ablata ex integro restituantur. Si vero milites, vel quicumque de familia tam principum quam nobilium aliorum bona quæcumque similter ecclesiarum seu clericorum nostrorum violenter acceperint, & in villam domini sui deduxerint; divina ibi penitus non celebrentur, donec ablata cum satisfactione ex integro restituantur: & cum ipsi maleficii auctores a nobis nominatim excommunicati fuerint, & hoc per episcopatum nostrum innotuerit; ab omnibus presbyteris, ubicumque divina fient, singulis dominicis dieb us nominatim excommunicentur. Si vero pro rigore justitiæ capitalia ex integro reddita fuerint, ipsa tamen non nisi satisfactione nobis prius facta, nullatenus absolvantur. Hoc vero nunc superaddimus, quod quicumque aliquem de hujusmodi malefactoribus, a nobis nominatim excommunicatis in domo sua receperit apud sese eum pernoctare sustinuerit, pariter cum illo excommunicatus sit, nisi per ignorantiam se hoc fecisse probare possit: quod sola manu sua ei facere licebit si voluerit: si autem se inde purgare non potest, & ad emendationem culpæ pro nocte illa decem solidos solvere voluerit, & totiens decem solidos quot noctibus illum recepit, a sententiæ vinculo absolutus erit.

III.

Quia vero diligenti ac perutili consideratione hæc deliberavimus, & communi omnium subditorum nobis clericorum tam rogatu quam assensu hoc teneri decrevimus ac præcepimus, statuimus, quod quicumque subditus nobis simpliciter clericus, seu etiam monachus hoc nostrum mandatum transgressus fuerit

rit, & beneficio, si habuerit, & officio careat in perpetuum.

I V.

Porro de his qui corpus alicujus defuncti violenter in cimeterio tumulaverint eo tempore quo villa illa a christianitatis obsequio propter justitiam suspensa fuerit; constituimus, ut quamdiu ibi sepultum fuerit, divina ibi penitus non celebrentur; & cum ejectum fuerit, nec in illo, nec in alio cimeterio deinceps umquam sepeliatur. De his vero qui corpus sic tumulaverunt, si quis ante reconciliationem obierit, similiter christiana sepultura careat in perpetuum.

V.

Et quoniam gravis & intolerabilis plaga domibus religiosorum imminet ex hoc, quod potentes terræ boves seu cetera animalia, vel carros ad carrucandum sibi violenter diripiunt; irrefragabili determinatione constituimus, ut illi qui talem violentiam fecerint, statim sub interdicto excommunicationis teneantur; & illi qui eis dederint vel vendiderint quod carricabunt, postquam violentiam illam cognoverint, similiter excommunicentur, & villa illa, ad quam deportatum fuerit quod carricaverint, ab omni christianitatis obsequio suspendatur, quousque damna domibus illata ex integro restaurentur, & digni de cetero Deo nobisque satisfiat.

V I.

De fugitivis vero qui professiones suas irritas facientes, de quolibet ordine ad sæculum revertuntur, similiter constituimus, ut singulis dominicis diebus per universas parochias excommunicentur; & si uxores duxerint, uxores similiter & familiæ eorum excommunicentur, & omnes qui eis aliquam christianitatis A communionem scienter præstiterint, sub interdicto cum eisdem teneantur.

V I I.

Si quis vero nobilium vel potentum terræ tempore, quo excommunicatus fuerit a nobis, presbyterum aliquem adduxerit, & contra interdictum nostrum divina sibi celebrare fecerit, ille, qui taliter celebrare præsumserit, excommunicetur, & officio & beneficio ecclesiastico in episcopatu nostro careat in B perpetuum.

V I I I.

Constituimus etiam, ut si aliquis presbyter a nobis excommunicatus in diœcesi nostra divina celebrare præsumserit, beneficio, & officio ecclesiastico careat in perpetuum.

I X.

De hæreticis autem qui vocantur *VVa- C doys*, omnibus fidelibus tam clericis quam laicis in remissionem peccatorum suorum præcipimus, ut quicumque eos invenerint, vinculis astrictos teneant, & ad sedem Tullensem puniendos adducant.

X.

Illud sane memoriæ commendandum, quod si qui pro executione hujus justitiæ a propriis sedibus suis, quod absit, expulsi fuerint apud nos nostro patrocinio nostraque dispositione victus & vestitus D administrationem, prout dignum fuerit, indubitanter invenient. Omnibus hujus cartæ tenorem servantibus sit pax & gaudium per omnia sæcula sæculorum.

Actum legitime, publice recitatum, canonice in sancta Tullensi synodo confirmatum, indictione XVIII. idus Maji anno dominicæ incarnationis MCXCII.

CON-

ANNO CHRISTI 1193.

CONCILIUM CANTUARIENSE

Jussu regis, & per summonitionem episcopi Londoniensis convocatum anno 1193. Ex Rad. de Diceto fol. 669. & Chronic. Gervasii fol. 1569.

An. 1193. Extat ap. Wilkins t. I.

RAdulphus de Diceto sequentem in modum de hoc concilio commentatur: *Richardus, Dei gratia rex Anglorum, dum teneretur in vinculis, & de consilio vacantis ecclesiæ Contuariensis sanctam in animo gereret solicitudinem, scripsit in hæc verba:*

Richardus, Dei gratia rex Anglorum, charis & fidelibus suis R. eadem gratia Londoniensi episcopo, Cantuariensis ecclesiæ decano, & universis Cantuariensis ecclesiæ suffraganeis, salutem. Vestræ volumus libenter fraternitati consulere, & Cantuariensem ecclesiam, quæ vestrum omnium mater & caput est, de persona idonea Deo, nobis & vobis, & toti regno nostro accepta, quæ ad pacem & tranquillitatem sanctæ ecclesiæ & regni nostri aspiret, in quantum ad nos pertinet ordinare.

Commonitoriis igitur hujusscemodi lectis in medium, ad vocationem domini Londoniensis plures episcopi convenerunt, quidam suæ causam absentiæ satis probabilem vel per litteras, vel per nuncios allegarunt. Convenerunt ad vocationem ejus plures locorum conventualium principales personæ. Dies dominica præfinita fuit electioni, scilicet tertio cal. Junii. die dominica, die constituta, die sanctificata, Hubertus Saresbiriensis episcopus (monachis Cantuariensibus prænominatus) ab episcopis electus est in archiepiscopum. Electionem factam Londoniensis episcopus in publico recitavit apud Vvestmonasterium in sede regia, loco celebri, loco faciendis electionibus archiepiscoporum a multis temporibus consecrato. Vvalterus, Rothomagensis archiepiscopus, capitalis Angliæ justitiarius, dedit assensum, & auctoritate regia factam confirmavit electionem. Igitur Londoniensis episcopus juxta suorum dignitatem prædecessorum, & Deo laudes persolvendas exsolvit, & benedictionem omnibus, qui convenerant, gratanter exhibuit. De summonitione ad concilium ita loquitur Gervasius: *Episcopus Londoniensis, qui inter episcopos decanatus præeminet dignitate, & ad quem specialiter pertinet ad nutum archiepiscopi, vel Cantuariensis ecclesiæ episcopos convocare, episcopis Angliæ citatorias misit literas in hunc modum.*

Richardus, Dei gratia Londoniensis ecclesiæ minister, venerabili fratri & in Christo charissimo S. Dei gratia Cicestrensi episcopo, salutem & sinceræ dilectionis instantiam. Ne mater nostra Cantuariensis ecclesia viduitatis suæ tempore, si diutius protrahatur, in spiritualibus sive temporalibus detrimentum patiatur, Johannis, comitis Moretonii, & Willelmi archiepiscopi Rothomagensis, & aliorum, quibus constat, de voluntate domini regis, assensu communi provisum est, ut eidem ecclesiæ de idoneo pastore maturius provideatur, & ipsius electio loco competentiori, in ecclesia videlicet metropolitana, a filiis suis rite celebretur. Eapropter fraternitati vestræ mandamus, quatenus die Lunæ proximo post festum S. Andreæ apostoli præsentiam vestram apud Cantuariam, occasione, excusatione cessantibus, nobis exhibeatis, ibidem per Dei gratiam cum fratribus & coepiscopis nostris de electione Cantuariensis archiepiscopi tractaturi. Valete. *Hunc in modum aliis scripsit episcopis.*

Convenerunt igitur apud Cantuariam ille Rothomagensis, R. Batoniensis, H. Cestrensis, & G. Roffensis.

Nonis Novembris sequentibus (ut ait Rad. de Diceto) *habitus est generalis conventus episcoporum Cantuariæ ad solennem archiepiscopi susceptionem & inthronizationem. Convenerunt & aliæ conventualium ecclesiarum personæ principales. Ordinatis igitur, quæ fiunt in applausibus hujuscemodi, dextravit archiepiscopum Londoniensis episcopus, sinistravit Vvintoniensis, & sic in sede sua solenniter collocatus est, & receptus in osculum.*

CONSTITUTIONES

Sive Statuta ecclesiæ Lichefeldensis in Anglia per Hugonem Nonant. editæ. Ex MS. Cott. Vitel. A. X. fol. 169. sequ.

Extant ap. Wilkins t. I. p. 496.

UT quilibet, qui filius ecclesiæ censeri desiderat, recte possit dicere cum psalmo: Quomodo dilexi legem tuam, Domine, totum diem —— mea est. Constitutiones & consuetudines ecclesiæ Lich. antiquas & approbatas hactenus præsentis opusculi series manifestat. Ad recordationem modernorum & memoriam posterorum, ne quis quoquomodo vel casu deinceps in hac parte subire perjurius videatur; qui ad antiquas & approbatas Lich. ecclesiæ consuetudines observandas ex juramento præstito solenniter obligatur.

Est in ecclesia Lich. consuetum antiquitus & statutum, ut eidem ecclesiæ juxta morem aliarum ecclesiarum cathedralium in Anglia, pro modulo suo, tam in altari majori, quam in choro, quam etiam in capitulo per ministros honestos, juxta distinctionem graduum in divinis officiis die noctuque adhibitis officiorum suorum solennitatibus debitis, singulis quibusque diebus, juxta temporis exigentiam & distinctionem horarum in ordinibus, dignitatibus, & sacris indumentis ministrantium, in modis honestis psallentium atque cantantium, & accentu recte legentium, in numero & solemnitate luminarium, in pulsationibus horarum, in habitu & tonsura, secundum morem aliorum canonicorum secularium, in modo solenni installationem, eidem ecclesiæ deserviatur solenniter & ho-

ANNO CHRISTI 1193.

& honeste. Quod ut fiat, mos est, ut a Festo nativitatis beatæ Mariæ usque ad Pascha matutinæ circa mediam noctem dicantur; a Pascha vero usque ad festum sanctæ trinitatis in aurora, & inde eadem hora in festis trium lectionum. In festis vero IX. lectionum mat. in vesp. celebrentur usque ad festum nativitatis beatæ Mariæ, adhibitis solemnitatibus ipsis matu. adjunctis, secundum quod in ordinali vel consuetud. continetur. Missa vero beatæ Mariæ ante Primam pulsetur & celebretur. Pulsata vero Prima, statim dicatur ipsa hora in choro. Qua finita, chorus capitulum intret, & ibi legatur martyrologium. Post sequatur *Pretiosa*, cum suis orationibus. Deinde dicatur psalmus. *Deus misereatur nostri* cum *Gloria Patri*, *Kyrie eleyson*, *Christe eleyson*, *Kyrie eleyson*, *Pater noster*, *Et ne nos*, *Salvos fac servos tuos & ancillas tuas*, *ostende nobis*, *Deus*, *misericordiam tuam*, *mitte eis*, *Domine*, *Dominus vobiscum*, *Oremus*, *Ecclesiæ quæsumus*, *Domine*, *preces*. Et in fine orationis: *Et nos famulos tuos ab omni adversitate custodi per Dominum nostrum*. Si non sequatur memoria vel oratio, tunc finiatur cum. *Per Christum Dominum*. Si vero memoria pro vivo sequatur, statim post pronunciationem dicatur psalmus. *Levavi*, cum *Gloria Patri*, *Kyrie eleyson*, *Verba*, *salvum fac*, *Mitte ei*, *nihil proficiet*, *Dominus vobiscum*, *Oratio*, *Prætende*, *Domine*, *faciem*, *Per dominum nostrum*, nisi sequatur oratio. Post cujus pronunciationem dicatur. *De profundis*, *Kyrie eleyson*, *Pater noster*, *Et ne nos*, *Requiem æternam*, *A porta*, *Credo*, *Dominus vobiscum*, *Oremus*, *Deus indulgentiarum*. Si anniversarius dies non fuerit, tunc. *Fidelium Deus omnium*, & oratio pro benefactoribus, & pro fratribus, finiendo. *Per Dominum nostrum Jesum Christum*. Deinde legatur tabula, quæ non legatur nisi in sabbatis, vel in vigiliis duplicium festorum. Quibus peractis sileant omnes, donec dignior persona, quæ in capitulo fuerit, dicat. *Benedictus*, & respondeant. *Dominus*. Et sic negotia tractentur, quæ in capitulo fuerint tractanda. Veruntamen in tempore quadragesimali dicitur commendatio in capitulo cum prostratione: quam sequitur pro defunctis, sed sine diacono & subdiacono revestitis, sicut in omni missa in capitulo celebranda, nisi in vigiliis, quæ contingunt diebus dominicis, & in die Sanctæ Ceddæ, & annunciationis beatæ Mariæ; quibus diebus missa de jejunio fiat in capitulo: Deinde consueverunt clerici entrare chorum, & in diebus pro festis tertiam & sextam ante missam cantare. In festis vero IX. lectionum tertiam tantum, sextam vero & nonam post missam cantare, excepto tempore quadragesimali, quo quidem tempore horæ diei dicuntur, juxta quod in ordinali & consuetud. continetur de illis. Inchoatum item magna missa semper circiter horam nonam, secundum anni tempora, cum diacono & subdiacono revestitis, consideratis eorum officiis (&) solennitatibus, indumentis in ordinali præscriptis. Ita quidem quod semper in duplicibus festis, habentibus sibi processionem adjunctam, duo diaconi & duo subdiaconi, cum duobus thuribulariis & aliis duobus, in cappis sericis, duas cruces, evangelium legentem præcedentibus cum ceroferariis præcedant. In festis vero IX. lectionum, quando invitatorium a tribus cantatur, & in omnibus diebus dominicis, crux portetur cum thuribulo & ceroferario ante eum, qui leget evangelium, & in his sequatur ordinale & consuetud. succentor. Item deservitur majori altari cum ceroferario & thuribulo in omnibus festis IX. lectionum ad utrasque vesperas, & ad matutinum & ad missam, in quibus scilicet festis hebdomadariis ad matut. & ad vesperas cappa serica utatur, sicut in ordinali plenius est expressum. Finita autem missa, statim debet in choro septima vel nona inchoari, secundum quod prædictum est. Et factis pulsationibus consuetis post missam faciendis, sic itur ad mensam. Post prandium vero, si classicum pro defunctis debet fieri, fiat ante pulsationem vesperarum. Debent etiam vesperæ sic pulsari, cantari, & finiri, secundum anni tempora, quod inter vesperas & crepusculum in hieme aliquod sit intervallum. In æstate vero, quando cœna matut. præcedet, majus debet intervenire spatium propter multa. Vespere vero semper completorium sequitur sine mora, quod in choro cantabitur, secundum quod in ordinali continetur. In quadragesima solet quædam pulsatio fieri post prandium ad convocandum clericos. Quibus congregatis, & finita pulsatione, statim incipiatur, *Dirige*, sine nota, vel cum nota, quando scilicet fit servitium pro regibus, archiepiscopis, episcopis, vel quatuor principalibus personis ecclesiæ. Percantatoque officio usque ad laudes, statim legitur collatio in medio chori; quam statim sequitur completorium. Collatio vero non legatur in diebus dominicis, nec in vigiliis, nec in die sancti Ceddæ, quia propter devotionem illius sancti, utræque vesperæ post prandium debent cantari, & officium illius semper cum *Te Deum*, *Gloria in excelsis*, Sequent. & *Ite missa est*, solemniter celebratur. Item in nocte Natalis repræsentatio pastorum fieri consuevit; & in diluculo paschæ repræsentatio Resurrectionis dominicæ, & peregrinorum repræsentatio die lunæ in hebdomada Paschæ, sicut in libris super his & aliis compositis continetur. Solemnitas autem cœnæ, & pedum ablutio fit in choro, secundum quod in ordinali & consuetud. continetur. Die vero Pentecostes, & tribus diebus sequentibus dum cantatur seq. nebulæ (a) consueverunt dispergi. Decanus autem dignitates suas & capitulum dignitates suas habent & exemptiones, secundum quod in consuetud. continetur. Sunt etiam & aliæ constitutiones novellæ nostris quasi temporibus institutæ; puta constitutiones Huberti, archiepiscopi Cantuar. domini papæ legati, & constitutiones aliæ per dominum Hugonem episcopum de consensu capituli sigillatæ pariter & servatæ: quæ quidem etsi non sunt antiquæ, tamen sunt a capitulo approbatæ, ad quas fideliter observandas singuli de capitulo per sigilli capituli appositionem se contineri obligarunt, in his, in quibus compa-

(a) panis genus teretis & subtilis qui calenti ferro decoquitur. Vide Cang.

ANNO CHRISTI 1193.

patiuntur, ut in sequentibus manifeste patebit. Solet etiam ignitegium (a) qualibet nocte per annum pulsari, sed ante matut. in æstate in festis IX. lectionum.

(a) Campana quæ certa noctis hora qua ignis cooperitur pulsatur. Vide Cang.

De personis in ecclesia Lich. constitutis.

Personas & earum officia, dignitates, & consuetudines, quibus ecclesia Lich. ordinatur & regitur, institutiones episcoporum, decanorum, & capituli appropriatas præsens tractatus explanat. Quatuor autem sunt personæ principales in ecclesia Lich. scilicet decanus, præcentor, thesaurarius, & cancellarius.

De officio Decani.

Decani officium est, quod omnibus canonicis & vicariis in animarum regimine & morum correctione præmuniat, & quod debeat omnes causas capitulum spectantes audire, & judicio capituli terminare, excessus clericorum, scilicet in villa Lich. & in paroch. communæ, & in præbendis per appellationem corrigere, & delinquentium personas juxta delicti quantitatem (&) personæ qualitatem digna animadversione punire. Præterea canonici institutionem ab episcopo, possessionem de præbendis a decano accipiunt. Decani est etiam canonicis jam institutis communam ecclesiæ suo jure conferre, & eis stallum proprium in choro, & locum in capitulo, per ministerium præcentoris vel succentoris assignare; vicarias vacantes ad præsentationes canonicorum præsentium, vel justa & probabili causa, vel de licentia decani vel capituli ob quamcunque causam absentium, de clericis idoneis ordinare. Præterea omni duplici festo, absente episcopo, & in prima dominica Adventus, & in dominica Palmarum, & in capite jejunii, & in tribus diebus ante Pascha, & in vigiliis Pentecostes, & in anniversariis episcoporum, decanorum, & in exequiis canonicorum ecclesiæ decedentium divinum tenetur exequi officium.

De officio cantoris.

Cantoris officium est chorum in cantuum elevatione & depressione, vel per se vel per succentorem suum regere, & in omni duplici festo lectiones legendas canonicis præsentibus injungere, chronica paschalia singulis annis mutare, cantores, lectores, & ministros altaris in tabula ordinare. Ad illum pertinet instructio puerorum et disciplina, et eorumdem admissio et ordinatio. Præterea in majoribus duplicibus festis tenetur interesse regimini chori ad missam cum cæteris rectoribus chori. Item in omnibus duplicibus festis rectores chori de cantibus injungendis et incipiendis tenetur instruere. Præterea omnes cantus ab episcopo incipiendos ipsi episcopo in propria persona tenetur injungere.

De officio Cancellarii.

Cancellarii officium est in scholis regen-A dis et libris corrigendis curam impendere, lectiones auscultare et terminare; sigillum ecclesiæ custodire, literas et chartas componere, et literas in capitulo legendas legere, lectores in tabula notare, omnes etiam lectiones, quæ in tabula non scribuntur, ad missam tenetur injungere.

De officio thesaurarii.

Thesaurarii officium est ornamenta ecclesiæ & thesauros custodire; luminaria ministrare per manus sacristæ de bonis assignatis sacristiæ: videlicet in festis duplicibus decem cereos ultra magnum altare ad missam & matutinum & utrasque vesperas, B & ad completorium in quadragesima, & super altare sancti Ceddæ II. cereos & super quolibet altare unum cereum invenire. In festis vero IX. lectionum ad matutinum & ad missam, & ad utrasque vesperas, & ad Completorium in quadragesima IIII. cereos ultra magnum altare, & in II. super candelabra portabilia vesperis, matutinis, missis, super candelabra stantia ad magnum altare, & ad completorium per annum II. cereos, & in omnibus missis in capitulo II. cereos, & in sepulcro unum cereum continue ardentem a terminatione missæ in Parasceves usque ad diluculum in die Paschæ. Præterea magnum cereum Paschalem & omnes C candelas in abaconis, in choro, & singulis noctibus ad matutinas, quæ dicuntur in media nocte, vel in cereo cuilibet canonico & vicario, qui matutinis interfuerit, unam candelam ad longitudinem unius pugni et unius pollicis, XXIV. etiam cerulos ultra magnum altare tribus noctibus ante Pascha, & XXV. candelas ad minus super hastam in die nativitatis Domini, & sanctorum Stephani, Johannis, & Innocent. Et super quodlibet altare in ecclesia Lich. in festo sancti (in) cujus honorem altare fuerit dedicatum, ad matutinas, & ad missam, & ad utrasque vesperas II. cereos; & in purificatione beatæ Mariæ cuilibet ca-D nonico, & vicario, & aliis personis honestis, juxta gravitatem earum singulis cereum & pueris candelas. Præterea coram domino episcopo, in stallo suo officium exequente, ad utrasque vesperas, & ad matutinam II. cereos tenetur ministrare; & lumen etiam tenetur invenire ad omnes missas, quæ in ecclesia Lich. celebrantur. Præterea unam lampadem ante magnum altare, & unam ante altare sancti Ceddæ continue ardentes, & unum ante altare sancti Thomæ teneretur invenire. Præterea in anniversariis episcoporum (&) decanorum, qui fuerint in dignitatibus constituti, quorum corpora requiescunt in ecclesia Lich. dum E cantatur *Placebo*, & *Dirige*, et missa pro eis, tenetur circa tumulum eorum IV. cereos ministrare. Est autem sacrista perpetuus; percipiet omnia bona, quæ sunt vel erunt assignata sacristariæ, qui inde debet campanas ecclesiæ congrue suspensas in congruo statu conservare, et earum usibus necessaria providere; ornamenta ecclesiæ suis expensis reficere; panem vinum, et aquam, et candelas singulis altaribus eccle-

siæ

ANNO CHRISTI 1193.

ANNO CHRISTI 1193.

ſiæ miniſtrare, incenſum, carbones, ſtramen, juncos, et mattas per totum annum eccleſiæ comparare. Et ſacriſtæ pertinent omnia chriſmalia et candelas cum corporibus mortuorum, et ceragium; quod eleemoſyna carucariorum nuncupatur, de his præbendis, ſcil. Pipa majore, Weford, Freford, Hyntes cum omnibus capellis, Wyrley, Byſcopeſhill, Stotfold, Cornborwla, Gaya, præbenda de Horeburne in villa de Lich. & omnes candelas quæ offerantur in eccl. Lich. niſi in altari beatæ Mariæ, & omnes candelas, quæ offerentur in capella de Stow in feſto ſancti Ceddæ, exeptis illis, quæ ſunt fixæ ad pedes imaginis ſancti Ceddæ, et in capella ſancti Michaelis, & omnium ſponſalium et purificationum dictarum præbendarum, ubicumque in villa Lich. fiat. Debet etiam ſacriſta in omni duplici feſto, quando fit proceſſio in cappis ſericis, cappas ipſas canonicis & clericis liberare, et omnia, quæ ad ſacriſteria pertinent, providere, eccleſiæ cuſtodes pro voluntate ſua inſtituere, et theſaur. curam operis eccleſiæ, et omnium quæ pertinent ad opus eccleſiæ vel per ſe vel per alios viros idoneos et fideles tenetur agere, ſecundum quod ſtatutum eſt a domino Alexandro epiſcopo, et capitulo. Notandum eſt, quod quater in anno ſolet eccleſia pannis ſericis ornari et cordis, a nativitate Domini uſque ad purificationem, et in feſto ſancti Ceddæ, et a Sabbato Paſchæ uſque ad octav. ſanctæ Trinitatis, ab aſſumptione beatæ Mariæ uſque ad feſtum ſancti Michaelis; et hoc fit per miniſtrum ſacriſtæ.

De modo pulſationum.

PUlſatio ad horas, et alio modo facienda ad theſaurarium pertinet; quæ quidem hoc modo fieri debet. In omni pulſatione ad veſperas, præter quam ad veſperas in quadrageſima, et ad omnes matutinas, & primam horam diei, et collationem in quadrageſima, debet primus pulsus durare ad æſtimationem itineris unius milliaris et plus ignitegii fere tantum. Item pulſatur ad omnes veſperas et matutinas IV. vicibus viz. primus pulſus fit per campanam minimam in eccl. majori; ſecundus per campan. dulc. ad æſtimationem unius quarentenæ; tertia pulſatio per aliquam groſſarum campanarum, quarta vero per claſſicum, rationabili intervallo nullatenus prætermiſſo. Completorium vero per illam per quam nona pulſatur. Sexta non pulſatur. Tertia autem per campanam dulcem debet pulſari. Quælibet vero magna miſſa idem claſſicum habet, quod fit ad matutinas et ad veſperas, idem fit in fine miſſæ; et hic modus pulſationis locum habet in omni feſto IX. lectionum, et quotieſcumque chorus regitur, excepto quod quando invitatorium a tribus cantatur; tunc primus pulſus ad matutinas et ad utraſque veſperas fit per duas minimas campanas. Reliqui vero pulſus ſequuntur formam ſimplicium feſtorum IX. lectionum. hoc adjecto; quod ſi fieret aliquod feſtum IX. lectionum Prima & Nona & completorium per aliquam magnam campanam; ſi vero non feriatur, iſtæ tres pulſationes fiunt per campanam dulcem. Si in feſtis duplicibus, campanis duplicatis. Adicimus etiam quædam, viz.

A quod in nocte nativit. Domini, & Omnium Sanct. et in nocte Paſchæ pulſatur claſſicum ab omnibus campanis, quæ ſunt in eccleſia; in feſtis vero IX. lectionum in ſolemnibus, pulſatur ſequenter, in feſtis trium lectionum, quando chorus non regitur, magna campana in tertio pulſu ad veſperas. Pulſationes vero ad proceſſionem et ad miſſam beatæ Mariæ fiunt ter alternatim per aliquam magnam campanam. Item ſi contingat, quod feretrum debeat per aliquas partes remotas diœceſ. ad eleemosynas colligendas deportari, ſolemnis debet fieri pulſatio quando feretrum affertur, et refertur. Et hoc ſemper obſervandum eſt, quotieſcumque aliquod feretrum inferetur, vel aſ-
B feretur. Ad proceſſiones autem, quæ fiunt in ſimplicibus diebus, et in tribus diebus ante aſcenſionem Domini, et quando cantantur, *ſequenter*, et *Te Deum laudamus* vel in ſolemnibus feſtis IX. lectionum, pulſationes fiunt per campanam dulcem et ſociam ſuam ſive in proceſſionibus, quæ fiunt in feſtis duplicibus pulſantur tantum duæ magnæ campanæ; in proceſſionibus vero, quæ fiunt venerationis cauſa, pulſantur omnes campanæ; et quotieſcumque Dominus aliquod miraculum per beatum Ceddam dignatus fuerit operari. In anniverſariis et pulſationibus pro mortuis, juxta quod dignitas perſonæ requirit, diſcretio attenden-
C da eſt, ſecundum exigentiam rationis, ſed maxime quod nulla fiat penitus pulſatio, antequam pulſetur ad miſſam beatæ Mariæ, nec poſtquam completorium fuerit, pulſatur, niſi caſus importunus et inopinatus eccleſiæ contingat, quod abſit. Providere etiam tenentur, quod omnes pulſationes ſuis temporibus fiant per totum annum, tam de die quam de nocte.

De dignitate eccleſiæ Lich.

Dignitas autem eccleſiæ Lich. hæc eſt, ut quicumque capellanus notus vel ignotus in aliquo altari, principali tamen excepto, ce-
D lebraverit, oblationes omnes argenti, quæ ſibi offeruntur, ad uſus ſuos libere poterit retinere, niſi pro aliquo quinque presbyterorum celebrare ſit requiſitus.

De dignitate perſonarum.

Archidiaconi officiales ſunt epiſcopi, quorum officium in extraminoribus adminiſtrationibus conſiſtit. Officium ſubdecani eſt, ſi decanus defuerit, ejus vicem ſupplere in eccleſia. Officium ſuccentoris eſt, vices præcentoris abſentis ſupplere, ſcholas cantus per officialem ſuum regere. Omnes etiam cantus debet injungere, qui non ſunt in ta-
E bula notati, et providere debet, quod præſentatio paſtorum in nocte nativitatis Domini, et miraculorum in nocte Paſchæ, et die lunæ poſt Paſcham honorifice et congrue fiant. Modum etiam et ordinem omnium proceſſionum, quæ fiunt per annum, providere, lectiones, quæ in feſtis duplicibus legantur et in miſſis, injungere; tempus autem inceptionis miſſarum et omnium horarum conſiderare, et obſervare; omnes etiam

etiam cantus ex parte sua incipere in festis trium lectionum; responsoriis tamen exceptis, *Gloria*, et *Alleluja*, quæ quidem incipi debent ab illis, qui ea sunt cantaturi, secundum quod eis fuerit injunctum. Item singulis diebus Sabbati, postquam dicitur *Benedicite* in capitulo, tenetur ordinare coram omnibus servitium totius hebdomadæ sequentis.

De dignitate decani & canonicorum.

Dignitas decani est, ut primam vocem habeat in capitulo, tanquam caput capituli, ut eidem in choro vel capitulo intranti, vel transitum ibi facienti, clerici omnes teneantur assurgere, et chorum intrantes vel exeuntes in parte occidentali eidem inclinare. Item dignitas decani est, et omnium canonicorum, ut episcopo in nullo respondeant, nisi in capitulo, et judicio tantum capituli pareant. Habeant etiam curam suam in omnibus præbendis suis, et dignitatem archidiaconatus, ubicumque præbendæ assignatæ fuerint in diœcesis Lich. sive in ecclesiis, vel domibus, aut terris, ita quod nulla omnino exigentia in domo, vel alias vel in alia, vel in aliqua consuetudine ab episcopo vel ab alio fiat in præbenda eorum; sed omnes dignitates et libertates plenarie et pacifice habeant, quas hucusque consueverunt habere usque ad mortem Hugonis de Patishull episcopi. Præterea si decanus, aut alius canonicus per aliquam præbendam transitum fecerit, de jure et dignitate sua debet ei hospitium a canonico, cujus fuerit præbenda, per unam noctem exhiberi honorifice, si fuerit canonicus præsens, sive absens. Et si culpa illius canonici, vel servientis sui in hospitio, sicut decet, non fuerat admissus, expensæ illius noctis canonico super hoc querenti de præbenda ipsa, judicio capituli, in integrum restituentur per aliam noctem, vel alias; si rationabilis causa exegerit, fratri suo et canonico hospital. gratiam tenebitur exhibere; et si necessitas evidenter appareat, equos eidem debet invenire. Item cum decanus fuerit in villa, non debet classicum ad vesperas, nec ad matutinas pulsari; quousque constiterit sacristæ de præsentia ejus in choro, sive de absentia ejus voluntaria sive necessaria, quia postquam classicum pulsatur, nullus erit ulterius expectandus, nisi solus dominus episcopus, cum fuerit in villa. Item in præsentia episcopi nullus præsumat præferre librum deosculandum vel textum post evangelium, nisi decanus, vel ille, cui decanus in hac parte detulerit. Item decanus habet curam archidiac. in ecclesia, et villa Lich. in omnibus. Item cum omnes alii executores divini officii, sive canonici sive vicarii in vestiario cappas sericas in festis IX. lectionum ad vesperas & ad matutinas induere debeant, & capitulum in ultimo stallo versus orientem ex parte chori dicere & collectas ad lectionem, solus decanus ex dignitate sua nec ad cappam inducendam, nec ad capitula, nec ad collectas dicendum, stallum suum mutabit; sed cum reverentia ad eum est cappa serica, præcedentibus cereis, deferenda, & semper cum ad vesperas vel matutinas celebraverit, excellentiore m canonicum, qui præsens fuerit, secum habebit, qui in altari incenset cum eo, et postquam reversi fuerint in choro, idem canonicus, quicumque fuerit cum principali rectore chori; decanum in stallo suo incensabit, ceroferariis coram stallo suo cremantibus, quousque *Benedicamus* dictum fuerit. Item quotiescumque chorus incensatur, ex quacunque parte fuerit, semper erit decanus primus incensatus, et primus textum deosculabitur, et primus pacem ad missam recipiet, & semper dicet, *Confiteor* ad completorium, et ad primam, nisi episcopus præsens fuerit, cui omnes honores sunt et reverentiæ non immerito exhibendæ, nec est lectio ad collationem terminanda, quousque decanus, si præsens fuerit, dicat *Tu autem Domine*, vel excellentior canonicus, qui præsens fuerit in choro lector *Miserere nostri*. Item nullus canonicus stationarius in villa Lich. recedet per tres noctes moraturus, nisi licentia decani petita. Vicarii vero nullo modo recedant a villa, per tres noctes moraturi, nisi per licentiam decani, nec minuant, nisi prius in capitulo licentia publice requisita. Item decanus jurisditionem archidiac. habet in præbendis canonicorum, & in ecclesiis ad communam pertinentibus, ita quod eas visitare tenetur, & officium archidiaconi penitus exercere, & procurationes recipere, & causas parochianorum præbendarum per appellationem ad eum devolutas, judicio capituli terminare, juxta statuta ecclesiæ facta temporibus Hugonis, bonæ memoriæ, licet hujus ecclesiæ episcopi memorati a constitutionibus legati prædicti vires texerint, in parte capituli concurrente sensu.

De dignitate quinque capellanorum.

Dignitas autem quinque capellanorum hæc est, quod nullus præter hebdomadarii licentiam in magno altari celebret; episcopo tamen & decano exceptis, quorum interest in majoribus duplicibus festis divinum officium exercere. Veruntamen in omni duplici festo tenetur hebdomadarius rogare aliquem canonicum capellanum pro eo officium exercere, & in vigiliis Paschæ, & Pentecostes, & in die Cinerum, et in tribus diebus ante Pascha. Si vero canonicus capellanus præsens non fuerit, vel non poterit exequi officium, quinque capellani tenentur in capitulo providere, quod gravior persona post canonicum officium exequatur. Quinque etiam capellani providere tenentur, quod ille, qui vacuus fuerit, missas celebret in capitulo, quæ ibi fuerint celebrandæ.

Statutum domini Huberti, apostolicæ sedis legati.

Hubertus, Dei gratia Cantuariensir archiepiscopus, totius Angliæ primas, & apostolicæ sedis legatus, omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, æternam in Domino salutem.

No-

Noverit universitas vestra, quod cum injunctum nobis legationis officium exequi cepimus, inter cæteras filias nostras, ecclesiam sancti Ceddæ Lich. dignam duximus visitare, et in forma, quam nobis sedes Romana præscripsit, si quæ videremus evellenda, diligenter evellere, sicut inserere meliora. Cum vero ipsius ecclesiæ negotia curaremus interius perscrutari, aliis ad nostram cohortationem reductis in melius, et hic invenimus correctione dignum, quod canonici ecclesiæ memoratæ in ea, sicut et ordo rationis exegit, minime resident. Nos itaque ut bona ecclesiastica percipientes ecclesiæ deservirent, et quos labor assiduus cruciavit, remissius torquerentur, consilio discretorum, qui nobiscum aderant, et assensu capituli providimus de residentia statuenda, quod succedente tempore volumus ad honorem ecclesiæ præfatæ jugiter observari. Ut igitur in ipsa ecclesia divina laudabilius celebrentur, et per divisionem redituum portione flagello diviso laboris affligeret, provisum est a nobis, ut plerique de illa universitate, qui majores et præsentes erant, unanimiter consenserunt, ut canonici per quatuor partes anni in ecclesia sua residentiam faciant, cum hac consideratione; ut quia XXI. sunt nunc per quatuor anni quartas, et numerus ille in quatuor dividetur in hunc modum; ut anno a festo S. Michaelis inchoato, in prima quarta decanus, Alanus, Peche, Nicolaus, Benedictus, Petrus Collingis, Dionysius, Henricus de Leeck; in secunda quarta præcentor, archidiaconus, Willielmus Surdenn, Philippus canonicus, Arnulphus, Robertus de Jalopi; in tertia quarta thesaurarius, Robertus de Bega, Adam Panton, Robertus canonicus Rogerus de Bagusa; in quarta cancellarius, Nicolaus, filius comitis Andr. Giffardus, Henricus canonicus, Walterus de Tillebury in ecclesia sua laudabiliter & ordinate resideant, & in locis uniuscujusque vel conditione qui ei in præbend. successerit, pari ratione succedat; ita igitur ut semper quinque ad minus inveniantur in eadem ecclesia residentes, et ne simul qui minores habent reditus, connumerentur, vel qui minus in hospitalitatis onus sufficiunt, sustineant. Statuimus etiam, ut quia cum minoribus resideant & majores, & qui residere debuerint, in residentia sua per quartam ei deputatam assidue perseveret, nisi vocante negotio familiari vel necessario, de licentia fratrum & assensu divertat per æquale spatium temporis; demum cum libuerit, hanc ejus absentiam in propria persona suppleturus. Et ne impune ferat negligentiam suam, qui noluerit in ecclesia sua modo, quo diximus, residere; pro pœna sibi noverit infligendum, ut ea occasione habeat quintam præbendæ suæ in communam & usum residentium assignare. Hoc autem nulla ratione volumus prætermitti, quin omnes canonici, ubicumque fuerint, ad ecclesiam memoratam in festis principalibus sine contradictione veniant, vel qui venire distulerit, saltem fratres per nuncium visitet præsentem, & literas, quibus absentia ejus necessaria verisimiliter excusata, absentiæ similiter causa rationabilis allegetur. Præterea de residentibus & illud censuimus observandum, ut simul omnes divinorum celebrationi secundum harum distinctionem diligenter intersint, debitam impendant operam & devotam. Et si quis nocturnis officiis interesse contempserit, communa diei sequentis, si quam recepturus fuerit, sine contradictione privetur. Quod si, ut frequenter assolet, clerici ecclesiæ communam non habuerint, qui laborem prælibatum negligenter omiserit, nisi infirmitas vel causa rationabilis eum habeat excusatum, pro quantitate præbendæ suæ, in usus eorum, qui vigilaverint, de suo plus minusve refundat, sub hac consideratione, ut qui præbendam C. G. habet, pro noctis unius excessu in uno denario teneatur, qui reditus ampliores, arbitrio decani & fratrum ad pœnam ampliorem inevitabiliter obligetur. Cætera decano & capitulo corrigenda relinquimus; injungentes, ut, quæ prælibavimus, omnino & irrefragabiliter observentur, & in ecclesia sæpe dicta ex visitatione, quam jure legationis fecimus, in memorabile perpetuum relinquantur, tanto quidem custodienda propensius, quanto & ea domini papæ, qua fungebamur, auctoritas ordinavit, & usque in hodiernum diem ordinationem eorum, sigillum nostrum & præsens pagina protestantur. Hiis testibus magistro P. de Leche, archidiacono Wigorn. Viviano, archidiacono Derbiæ, Waltero, præcentore London. Ranulpho, thesaurario Sarum, magistro Symone de Sywel, magistro W. Mediolanec. London. magistro W. de Somercote, magistro W. de Kall. Johanne de Ken. Johanne de Sancto Laurentio, A I. Roberto; clericis, et aliis.

FRANCFORDIENSIS CONVENTUS

In quo lex quædam pro clericis ab Henrico III. imp. condita est,

Anno 1195. *habitus.*

L*Egis ecclesiasticæ in hoc sæcularium principum conventu latæ meminit sequens Henrici VI. præceptum, quod huc transfero e Lunig. Spicil. pag.* 258.

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, civibus Hildesch. universis gratiam et omne bonum.

Cum in solemni curia in Franckenvord, B ex communi consensu principum a nobis sit decretum, ut quicumque seculare judicium adversus aliquem clericum exercuerit, in his, quæ sanguinis judicium requirunt, ante degradationem ab episcopis faciendam, præter id, quod in canonem latæ sententiæ incidit, a quo præter indultum speciale domini papæ nequit absolvi, ex nostra sit sententia proscribendus; et dilectus princeps noster Conradus Hildesch. episcopus per suam nobis querimoniam patefecerit, quod vos, auctoritate propria, clericos temere judicando morti feceritis destinari, in quos degradationis sententia non processerat, vobis auctoritate regia firmiter præcipiendo mandamus, quatenus ei et ecclesiæ suæ, in quam deliquistis, prout ejus gratiam invenire poteritis, emendetis. Alioquin vos in media quadragesima, ut pro tantis respondeatis excessibus, ad nostram præsentiam, ubicumque fuerimus, evocamus. Datum Franckenvordii idibus Febr. 1195. Indic. 7.

REMENSIS PROVINCIÆ CONCILIABULUM

In quo rescissum est matrimonium Ingeburgis cum Philippo Galliæ rege

Anno 1195. *habitum.*

R*Erum in concilio isto gestarum narrationem instituit author vitæ Innocentii III. apud Baluzium præfixus epistolis Innocentii* C *III. §. XLVIII. & XLIX.*

Motum est verbum divortii celebrandi propter affinitatis obstaculum quod eis quidam existere mussitabant, dicentes quod secunda contigerat primam uxorem in gradu consanguinitatis quarto vel quinto. Sed aliis asserentibus quod id sine turpi nota subito fieri non valeret, aliquantulum est dilatum, et interim suggestum est Regi ut ad illam accederet, si forsan affectu mutato carnaliter illam cognoscere posset. Convocatis igitur præfato Remensi archiepiscopo in sua provincia tunc apostolicæ sedis legato, & aliis quibusdam episcopis, coram eis accusatum est matrimonium, ipsa regina quid ageretur penitus ignorante, utpote quæ compatriotis remissis ad propria, quasi sola remanserat, linguæ Francorum prorsus ignara; et affinitate per quosdam testes in continenti jurata, mox idem archiepiscopus sententiam divortii promulgavit; quæ cum reginæ per quemdam exponeretur interpretem, illa ultra quam dici posset admirans, flens, et ejulans, exclamavit; *Mala Francia, Mala Francia*; et adjecit; *Roma, Roma*. Non enim aliter noverat Gallicis verbis talem exprobrare sententiam aut sedem apostolicam appellare. Protinus ergo rex illam a regno Francorum emisit, & in quodam cœnobio monialium extra regni fines fecit utcumque deponi.

ADDENDA

AD STATUTA SYNODALIA ODONIS EPISCOPI PARISIENSIS

Edita apud Labbeum concil. tom. XIII. Ven. edit.

I.

PRohibeant sacerdotes publice laicis sub anathemate cum Judæis commercia facere, mutuo ab eis pecuniam ad usuram rei aliquid accipere, eis vendere vel mutuo dare, vel ab ipsis emere; quorum enim dispar est cultus, nullus debet esse animorum consensus.

II.

Insuper laicis prohibeatur sub pœna excommunicationis, ne præsumant disputare cum Judæis de fidei Christianæ articulis.

III.

Item, omnes illos Christianos, qui cum Judæis cohabitant, & annua stipendia ab eis accipiunt, ipsis in domibus eorum serviunt, excommunicatos haberi, et a sacra communione arceri præcipimus.

IV.

Item, confessor non debet ad singula peccata terrere confitentem, sed elicere aspidem de caverna, persuadendo per exempla David, S. Petri, Magdalenæ et Latronis, et hujusmodi, tandem terreat et injuncta pœ-

pœnitentia ſpem ſpondeat, ſi tamen vitaverit reſiduum, ad quod juſta Auguſtinum neceſſe eſt fugere occaſiones et opportunitates peccatorum.

V.

Non reſpiciat confeſſor vultum pœnitentis, præſertim mulieris, niſi forte in tranſitu, ſed cito et verecunde, ut percipiat ſigna contritionis, nec requirat nomina perſonarum, cum quibus confitens peccavit, niſi forte in caſu, ut poſſit ſuum parochianum obſtinatum, vel ſuam parochianam per ſe vel per alios ſui criminis comites ab obſtinatione peccati deterrere, ita tamen quod perſonam ſibi confeſſam in nullo reddat notabilem. Ita etiam quærat ſi confitens voluerit ſponte alium nominare; de alieno parochiano forſan debet aliquas circumſtantias ejus ordinario intimare.

VI.

Non dicantur duo introitus ſub uno canone, quia in nullo officio eccleſiaſtico ſit talis monſtruoſa mixtura, ſed celebrata integra miſſa una, poteſt ſacerdos extracta clauſula * addere plures, prout tempus exigit, vel ipſius devotio vel audientium.

* casula

VII.

Item nullus bis in die miſſam audeat celebrare, niſi grandi neceſſitate, ut in Natali Domini, ubi non eſt ſacerdos alius; A nam ſi tres ſunt, ſinguli debent ſingulas celebrare. Tamen dominus papa & epiſcopi non ſic.

VIII.

Item, quando celebrata miſſa, ſupervenit ex opinatu cadaver, ſi deſit coadjutor, debet idem pro defuncto celebrare; quia non eſt corpus humanum ſepulturæ ſine miſſa tradendum, ſi ſit congrua celebrandi hora, et niſi poſt communionem receperit ſacerdos ablutionem ſeu explanationem. Nam poſt receptionem ablutionis, nullus debet celebrare, quia ibi purum vinum eſt vel aqua, ſed non in piſcina proiici, ſed B ab alio jejuno ſumi debet prima ablutio, quia ibi remanet aliquid de ſanguine.

IX.

Si ſit ſacerdos celebraturus (nam ſi feſtum habens propriam miſſam ſupervenit in die inofficiata, id eſt habente proprium officium) debet unam miſſam integram decantare, illam ſcilicet quæ celebrior videbitur conſiderata loci & temporis ratione; poſtmodum ſubjungere officium alterius miſſæ. Tertius caſus vel deinceps bis in die celebrandi nobis interim non occurrit, niſi forte aliquis habeat eccleſiam ſimul & C capellam, quod non eſt diu de facili tolerandum, niſi habeat coadjutorem. Item in defectu Viatici poteſt bis celebrare aliquis.

INNOCENTIUS PAPA III.

Sedit ab anno 1198. uſque ad 1216.

ἸΩΑ'ΝΝΟΥ ΤΟΥ͂ ΚΑΜΑΤΗΡΟΥ͂.

Συνοδικὸν ψήφισμα, κωλύον τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα, λαβεῖν εἰς γυναῖκα διςεξαδέλφας δύν· ᾧ καὶ μᾶλλον ςοιχεῖν δεῖ, κἂν οἱ πολιτικοὶ δικαςαὶ τοῦτο οὐ κωλύουσιν ἐν τῷ ἀκολουθοῦντι ἑξῆς ψηφίσματι.

Ἰωάννης ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνςαντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης, τῷ ἐν κυρίῳ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ, τῷ ἱερωτάτῳ μητροπολίτῃ Δυῤῥαχίου, καὶ ὑπερτίμῳ. καὶ τῷ θεοφιλεςάτῳ ἐπισκόπῳ Δεαβόλεως.

Ἐν κυρίῳ ἀγαπητὲ ἀδελφὲ καὶ συλλειτουργὲ, ἱερώτατε μητροπολίτα Δυῤῥαχίου καὶ ὑπέρτιμε, καὶ σὺ θεοφιλέςατε ἐπίσκοπε Δεαβόλεως, ὁ Καπανδρίτης Ἀλέξιος ἐπὶ τοῦ πρὸ ἡμῶν ἁγιωτάτου πατριάρχου παραςὰς τῷ ἱερῷ συνεδρίῳ τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγίας συνόδου, κατὰ τὸν Φεβρουάριον μῆνα, τῆς παρελθούσης πρώτης ἐπινεμήσεως, ἀφηγήσατο· ὡς νομίμῳ γάμῳ συνεζυγη τῇ ἀπο τοῦ θέματος Δυῤῥαχίου ὁρμω-

JOANNIS CAMATERI. CPTANI PATRIARCHA.

D *Decretum ſynodale quod prohibet unum & eumdem ſobrinas duas, uxores ducere:*

Joannes miſeratione Dei archiepiſcopus Conſtantinopolis, novæ Romæ, & univerſalis patriarcha, dilecto in Domino fratri & comminiſtro, ſanctiſſimo & honoratiſſimo Dyrrachii metropolitano, itemque religioſiſſimo epiſcopo Deabolis.

E

Dilecte in Domino frater & comminiſter, ſanctiſſime Dyrrachii metropolitane & hypertime, tuque religioſiſſime Deabolis epiſcope: Cum Alexius Capandrites ſub deceſſore noſtro ſanctiſſimo patriarcha comparuiſſet coram ſacro conſeſſu ſanctæ ſynodi noſtræ, menſe Februario, prætetita prima indictione: narravit, ſe matrimonio legitimo fuiſſe copulatum Eudociæ, ortæ ex di-

Affert Leunclav. JurisGræc. Rom. t. I. p. 285.

ditione Dyrrachina, ſorore germana venerabilis illius Sebaſti domini Conſtantini Bojoannis, quæ amiſerat priorem conſortem ſuum, præſidem illum Dyrrachitam, Bardam Macrommatum: & hoc nomine confecta fuiſſe conſueta inſtrumenta matrimonialia. Præterea preces ſacras tam ſponſalium, quam nuptiarum, interveniſſe. Verum poſt ſeptem menſes a tali horum vitæ ſocietate, memoratum Sebaſtum Bojoannem invitaſſe per ſimulationem in domum ſuam tum ipſum Capandritam, tum ſororem ſuam germanam, ceu dictum eſt, illius conjugem ſecundum leges factam; velut excipiendos convivio, pro more adfinium. Qui quum ad domum ejus acceſſiſſent, Bojoannem ſe quidem vinculis conſtrictum ferreis in cuſtodiam dediſſe, diremptum ab illa conjuge ſua, ſpoliatumque præterea rebus iis, quas ſecum adtuliſſet: at illam conjugem ſuam invitam alteri copulaſſe, vi adhibita. Quibus recenſitis etiam inſtrumentum inſinuavit tuum, religioſiſſimi Deabolis epiſcopi, quo ſignificabatur ex conſentiente magiſtratuum Coloniatarum confeſſione, qui & nominatim eo in inſtrumento exprimebantur, cognatum illum ſuum Capandritam mortis interventu amiſſa uxore, quæ primo ipſi matrimonio juncta fuerat, copulatum eſſe ſecundis nuptiis, nulla interveniente vi mulieri commemoratæ: prætereaque adorandum edictum imperatorium, quo ſanciebatur, ſiquidem indicata Eudocia nulla intercedente vi, per ſacras preces ei copulata fuiſſet; ut nemo moleſtias auderet exhibere dicto Capandritæ. Secundum igitur hæc omnia, ſynodale tunc inſtrumentum factum fuit, quo juxta Capandritæ petitionem pronuntiatum eſt, ac decretum, quid in ea cauſa eſſet agendum. Atque huic inſtrumento ſynodali etiam productæ (ceu dictum eſt) a Capandrita chartæ, videlicet adorandum illud edictum imperatorium, & inſtrumentum abs te religioſiſſimo Deabolis epiſcopo profectum, ad verbum erant inſerta. Quia vero nunc rurſum mediocritati noſtræ relatum eſt ex parte mulieris iſtius, ſororis ſcilicet venerabilis illius Bojoannis, quod cum prius legitime junctus ipſi maritus, primicerius ille Bardas Macromatus, naturæ debitum perſolviſſet; ipſa quæſtoriam verita poteſtatem, quod talia ſæpius in rebus hujuſmodi evenire ſoleant, ad tempus in ditionem Colonienſem migraverit ad cognati cujuſdam ſui domum, deferens eo ſecum res ſuas potiores, & ad tranſportandum faciliores, quaſcumque potuiſſet avehere. Tum Capandritam hunc non paucis armatis hominibus coactis, prædonis in morem adveniſſe, raptumque ſui commiſiſſe, ablatis etiam rebus iis, quas ſecum habuiſſet; atque ita de loco in locum eam tranſportaſſe, captivamque traxiſſe quocunque vellet, quum ne quidem ei permitteret adſpicere ſorores ſuas germanas; quæ hoc facto cognito, ad eam quærendam venerant. Hoc modo Capandritam per vim contraque leges ei fuiſſe copulatum haudquaquam conſentienti, tum propter ipſius abſurditatem facti, tum quod accurate ipſa noſſet, ſobrinam ſuam fuiſſe priorem Capandritæ conjugem, quam mor-

A μένῃ Εὐδοκίᾳ, τῇ αὐταδέλφῃ τοῦ πανσεβάστου Σεβαστοῦ, κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Βοϊωάννου, ἀποβαλούσῃ τὸν πρότερον ὁμόζυγα αὐτῆς, τὸν Δυῤῥαχίου ἐκεῖνον ἄρχοντα, Βάρδαν τὸν Μακρόμματον. καὶ προέβησαν ἐπ' αὐτῇ καὶ γαμικὰ συνήθη συμβόλαια. καὶ ἐπὶ τούτοις ἱερὰ εὐχὴ τῆς τε μνηστείας καὶ τοῦ γάμου ἐπεδόθη αὐτῷ. μετὰ δὲ μῆνας ζ τῆς αὐτῶν τοιαύτης συμβιώσεως, ἐσχηματίσατο ὁ διαληφθεὶς σεβαστὸς ὁ Βοϊωάννης, προκαλεῖσθαι αὐτόν τε (καὶ) τὸν Καπανδρίτην, καὶ τὴν αὐτοῦ μὲν κατὰ νόμους γεγονυῖαν σύζυγον, αὐταδέλφην δὲ οὖσαν ἐκείνου, ὡς εἴρηται, εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, συνεστιαθησομένους συγγενικῶς. προσφοιτησάντων δὲ τούτων τῇ κατοικίᾳ αὐτοῦ, τοῦτον μὲν σιδηροῖς δεσμοῖς B κατασφαλισάμενος, ἔμφρουρον εἶχεν, ἀποδιελὼν τῆς τοιαύτης συζύγου αὐτοῦ, προσαφελόμενος καὶ ἃ ἐπεφέρετο οὗτος πράγματα. τὴν δὲ τούτου σύζυγον ἄκουσαν βιασάμενος, ἑτέρῳ ἡρμόσατο. ταῦτα ἀφηγησάμενος, καὶ σημείωμα, ἐνεφάνισε σοῦ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Δεαβόλεως, δηλοῦν ἐκ συμφώνου ὁμολογίας τῶν Κωλωνειατῶν ἀρχόντων, τῶν καὶ κατόνομα ἐν τῷ τοιούτῳ δηλουμένων σημειώματι, ὡς ὁ τοιοῦτος προσγενὴς αὐτῶν ὁ Καπανδρίτης, θανάτῳ ἀποβαλὼν τὴν ἐκ πρώτου συνοικεσίου συναφθεῖσαν αὐτῷ γυναῖκα, συνεζύγη δευτέρῳ γάμῳ βίας ἁπάσης ἐκτὸς τῇ διαληφθείσῃ γυναικί. ἀλλὰ δὴ καὶ βασιλικὸν προσκυνητὸν πρόσταγμα, αὐτὸ τοῦτο διοριζόμενον, τὸ, εἴπερ ἡ ῥηθεῖσα Εὐδοκία C βίας ἁπάσης ἐκτὸς, μεθ' ἱερᾶς εὐχῆς συνεζύγη αὐτῷ, μηδένα, τολμᾶν ὀχλήσεις ἐπάγειν τῷ δηλωθέντι Καπανδρίτῃ. ἐπὶ τούτοις γοῦν πᾶσι καὶ σημείωμα τηνικαῦτα προέβη συνοδικὸν, δι' οὗ κατὰ τὴν Καπανδρίτου παράκλησιν ἀπεφάνθη καὶ ἐγνωματεύθη, τὸ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ὑποθέσει ποιητέον. ᾧ δὴ συνοδικῷ σημειώματι καὶ τὰ παρὰ τοῦ Καπανδρίτου, ὡς εἴρηται, προκομισθέντα χαρτία, τό, τε βασιλικὸν προσκυνητὸν δηλονότι πρόσταγμα, καὶ τὸ σοῦ, τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Δεαβόλεως σημείωμα, ἐνεγράφησαν κατὰ ῥῆμα. ἐπεὶ δὲ νῦν πάλιν ἀνηνέχθη τῇ ἡμετέρᾳ μετριότητι παρὰ τοῦ μέρους τῆς τοιαύτης γυναικὸς, τῆς αὐταδέλφης δηλονότι τοῦ πανσεβάστου Βοϊωάννου, ὡς τοῦ πρότερον συζυγέντος D νομίμως ταύτῃ ἀνδρὸς, τοῦ πριμμικηρίου ἐκείνου Βάρδα τοῦ μακρομμάτου τῷ χρεὼν λειτουργήσαντος, τὴν πρακτορικὴν δειλιάσασα δυναστείαν, ὁποῖα πολλάκις ἐν τοῖς τοιούτοις φιλεῖ γίνεσθαι, πρὸς καιρὸν εἰς τὸ θέμα Κολωνείας μετετοπίσθη πρὸς οἰκίαν τινὸς τῶν αὐτῇ προσγενῶν, ἐπιφερομένη καὶ ὅσα τέως ἴσχυσεν ἐπάγεσθαι κρείττω καὶ εὐμετακόμιστα τῶν ταύτης πραγμάτων. ὁ δὲ τοιοῦτος Καπανδρίτης λαὸν ἔνοπλον οὐκ ὀλίγον συναγαγὼν, λῃστρικῶς ἐπελθὼν, ἁρπαγὴν αὐτῆς ἐπλημμέλησεν, ἀφελόμενος καὶ ὅσα προσῆσαν αὐτῇ πράγματα, ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετάγων αὐτὴν, καὶ αἰχμάλωτον ἕλκων ὅπου ἠβούλετο, μὴ συγχωρουμένην ἰδεῖν μηδὲ τὰς αὐταδέλφας αὐτῆς, τοῦτο μαθούσας, καὶ εἰς ἀνα- E ζήτησιν ταύτης ἐλθούσας. καὶ οὕτω βιαίως καὶ παρανόμως συνεζύγη αὐτῇ μὴ συντιθεμένῃ, διά τε τὸ αὐτόθεν τοῦ πράγματος ἄτοπον, καὶ διὰ τὸ ἀκριβῶς εἰδέναι, ὡς δισεξαδέλφη ταύτης ἦν ἡ πρότερον σύζυγος τοῦ τοιούτου Καπανδρίτου, ἣν θανάτῳ αὐτὸς ἀπεβάλετο· διὸ καὶ καιροῦ δραξαμένη, τὴν μετ' αὐτοῦ συνοίκησιν ἐκφυγεῖν εἵλετο, ἵνα, μὴ κρίμα ψυχικὸν ἐν συνειδήσει ἐπισπῷτο ἐκ τῆς μετ' αὐτοῦ συμβιώσεως, διὰ τὴν καθ' αἷμα, ταύτης ἐγγύτητα πρὸς τὴν

προ-

ANNO CHRISTI 1199.

πρότερον σύζυγον τούτου, ἣν καὶ δευτέραν (ὥς φησιν) ἐξαδέλφην οὖσαν αὐτῆς. καὶ ἐρώτησιν ἔθετο ἐπὶ τούτοις διά τινος τῶν αὐτῆς πρὸς τὴν ἡμῶν μετριότητα προκαθημένην συνοδικῶς, τοῦ ἐπὶ τῷ τοιουτοτρόπως προβάντι συνοικεσίῳ ποιητέου. ἤκουσεν ἀπό τε τῆς ἡμῶν μετριότητος, καὶ τῆς ἱερᾶς ἀδελφότητος, ὡς εἰ οὕτως ἔχει τὰ τῆς ἀληθείας, αὐτόθεν ἔχει τὸ διεσπασμένον τὸ οὕτω προβὰν συνοικέσιον. καὶ ὁ μὲν βίαν πλημμελήσας, ἐκεῖνα πάντως ἄξιος ἐστι παθεῖν, ἅπερ οἱ θεῖοι καὶ φιλοσεβεῖς νόμοι διακελεύονται, ἐπιγνοὺς καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἱερῶν κανόνων ἐπιτιμώμενα τοῖς ἐν συνειδήσει δυσὶ δισεξαδέλφαις συζευγνυμένοις, ὡς ἕκτου ἐξ αἵματος εὑρισκομένου βαθμοῦ. ἡ δὲ ἀποστᾶσα τούτῃ διὰ τὰς τοιαύτας αἰτίας, οὐδέν τι πρόκριμα ὑποστήσεται, ὅθεν καὶ παραδηλοῦμεν ὑμῖν, μετακαλέσασθαι καὶ ἀμφότερα τὰ μέρη, καὶ ἀκριβῆ * κατὰ συστάδην θέσθαι ἐξέτασιν τῶν παρ' αὐτῶν λεγομένων, καὶ συνοδικῶς ἀφηγηθέντων. καὶ ἐν οἵῳ τούτων εὑρήσετε τὴν ἀλήθειαν ἐπιφαίνουσαν, ποιῆσαι κατὰ τὴν ἐπὶ τούτῳ ἐξενεχθεῖσαν συνοδικὴν ἀπόφασιν. ἔρρωσθε. Μηνὶ Φεβρουαρίῳ. ἐπινεμήσει δευτέρᾳ.

A te amiserat. Ideoque ipsam, occasione captata, maluisse fuga cohabitationem ejus deserere, ne damnationem animæ sciens prudensque sibi conciliaret ex tali vitæ consortio, propter sanguinis cum ejus priore conjuge propinquitatem, quæ Eudociæ sobrina (velut ipsa prædicat) fuerit. Quibus expositis per quemdam ex suis interrogabat mediocritatem nostram, in concilio præsidentem, quid de conjugio in hunc modum contracto faciundum esset. Responsum est tum mediocritate nostra, tum sacro cœtu fratrum; siquidem ita comparata sit rei veritas; ipso facto diremptum esse matrimonium sic contractum. Et ille quidem, qui vim intulit, omnino ea perpeti meretur, B quæ sacræ piæque leges statuunt, adgnoscens & illas pœnas, quæ per sacros canones irrogantur iis, qui scientes ac prudentes cum duabus sobrinis copulantur, quum is gradus ex sanguinis conjunctione sextus esse depræhendatur: hæc vero, quæ propter hujusmodi causas ab eo divertit, nullum præjudicium substinebit. Quamobrem vobis etiam significamus, ut utramque partem arcessatis, & ambobus coram constitutis, accuratum examen habeatis eorum, quæ ab eis dicuntur, & exposita sunt in synodo; ac utra tandem in parte veritatem evidentem inveneritis, secundum pronuntiatam de ea synodalem sententiam agetis. Valete mense Februario, indictione secunda.

CONCILIUM VVESTMONASTERIENSE

Anno 1199. habitum.

HOc anno celebratum est concilium apud Westmonasterium 13. Cal. Octobris, præsidente H. Cantuariensi archiepiscopo, præsentibus episcopis W. Lodoniensi, G. Roffensi, H. Saresbirensi, I. Oxoniensi, R. Eliensi, G. Coventrensi, K. Bangorensi, episcopo Landavensi, R. de sancto Asaph, G. electo Herefordensi, cum abbatibus, & prioribus diversi ordinis, qui ad vocationem domini Cantuariensis eo convenerant, ut de causis ecclesiasticis tractarent. G. prior Cantuariensis sedit ex opposito contra dominum archiepiscopum a latere episcopi Roffensis. Archiepiscopus Eboracensis concilio non interfuit, cum esset in Anglia, ne quis ejus allegaret absentiam: cum juxta priscorum consuetudinem ad vocationes Cantuariensis concilio teneretur interesse, vel justam absentiæ suæ causam allegare. Dominus Lincolniensis a Roma rediens, gravi tractus infirmitate, tunc temporis apud vetus Templum Londoniis lecto decubuit. Dominus Wintoniensis & dominus Cicestrensis corporis sui infirmitatem prætendentes, literatorie se excusaverunt.

AD CONCILIUM DIVIONENSE, ET VIENNENSE

Anno 1199. habita.

ADNOTATIO CRITICOCHRONOLOGICA.

IN tradendis rebus conciliorum Divionensis, & Viennensis duplici errore huc usque peccatum est. Erraffe enim Rigordum in vita Philippi augusti censet Labbeus, quod scilicet unius tantummodo Divionensis concilii author ille meminerit, cum re ipsa duo intercesserint Divionense, & Viennense, teste authore vitæ Innocentii III. apud eundem Labbeum. Rigordum tamen excusare pronum est, cum afferat, non ambigue, sententiam quidem interdicti latam fuisse in concilio Divionensi; ejus tamen executionem ex indulgentia legati dilatam usque ad viginti dies post natalem Domini diem Constituta quidem die iterum episcopos convenisse apud Viennam, ut censuram executioni mandarent, non meminit Rigordus, quod postremus iste conventus non quidem novum esset concilium, sed prioris, Divione habiti, velut complementum, & accessio. Hinc Viennenses patres non quidem suo, sed concilii Divionensis nomine sententiam hanc interdicti promulgarunt, ut legitur in titulo ejusdem sententiæ ex Martenii anecdotis Tom. IV. pag. 147. in collectione Veneto-Labbeana recitatæ: *Forma interdicti domini Petri Capuani promulgata in concilio Divionensi &c.*

ANNO CHRISTI 1199. Diligentiam pariter accurati chronologi exigit annus, cui utrumque (si duo, & non potius unicum per longius temporis spatium prorogatum appellare malueris) concilium illigandum est. Divionense enim A recte anno 1199. assignatur; Viennense, quod post viginti a nativitate Domini dies convenit, nonnisi ad sequentem annum 1200. pertinet. ANNO CHRISTI 1199.

RICHARDI REGIS ANGLIÆ STATUTUM

Pro immunitate hominum sacrorum.

COLLECTORIS PRÆMONITIO.

An. 1199. *Statutum istud Richardi, quod omnes fugit concil. Anglicanorum collectores, insertum legi in epist. Innocentii III. ad Humbertum Cantuariensem in registro Innocentii vulgato a Baluzio lib. I. pag. 220. Innocentius enim statutum illud in literas suas integrum* B *transtulit, dignumque censuit, quod Apostolica authoritate confirmaretur; quam ipsam confirmationem, & contentum in ea statutum, hic exhibeo.*

INNOCENTIUS PAPA HUBERTO CANTUARIENSI ARCHIEPISCOPO.

MOnet nos apostolicæ sedis, cui licet immeriti præsidemus, authoritas pro statu omnium ecclesiarum provida circumspectione satagere, & ne malignorum rapinis, vel molestiis exponantur, apostolicum ipsis patrocinium exhibere. Eapropter, venerabilis in Christo frater, tuis justis pre- C cibus & honestis gratam conniventiam impendentes, statutum illud, quod carissimus in Christo filius noster R. illustris Anglorum rex super libertate ac immunitate ecclesiarum & personarum ipsarum post redemptionem sui provida deliberatione fecisse dignoscitur, sicut in scripto ipsius regis exinde confecto plenius continetur, authoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus; & ad hujus rei perpetuam firmitatem, continentiam ipsius rescripti de verbo ad verbum his duximus inserendam.

„ Richardus Dei gratia rex Angliæ, dux „ Normanniæ, Aquitaniæ, comes Andega- „ vensis, archiepiscopis, & episcopis, & „ universo clero regni Angliæ, salutem. „ Gratias agimus affectuosas universitati „ vestræ pro eo quod de thesauris, & or- „ namentis ecclesiasticis, & facultatibus „ vestris ad corpus nostrum redimendum „ tam benigne nobis, & liberaliter subve- „ nistis, & quod nobis in tanta necessitate „ res ecclesiarum vestrarum, & vestras gra- „ tis exponere voluistis. Ne igitur quod de „ mera liberalitate a vobis actum est ad „ liberationem corporis nostri, & ineffa- „ bilem honorem & utilitatem nostram, „ futuris temporibus trahatur in conse- „ quentiam, & sanctæ matri ecclesiæ vel „ vobis dispendium pravæ importet con- „ suetudinis, ad omnium volumus notitiam „ pervenire, quod ea, quæ nobis in prædi- „ cto necessitatis articulo contulistis, nec „ unquam ex debito, vel per consuetudi- „ nem exegimus, nec posteris sumus tem- „ poribus exacturi, nec hac vel alia occa- „ sione volumus dignitatibus sanctæ matris „ ecclesiæ in aliquo vel ejus libertatibus „ obviare, sed pro omni posse nostro, & „ scientia (Deo volente) volumus omnem „ ejus immunitatem, & universas ejus di- „ gnitates, & libertates (ut dignum est) „ conservare integras, & pro loco & tem- „ pore, in quibus licuerit, augmentare. „ Nulli ergo &c.

Dat. Perusii XV. Cal. Octobris.

ANTIBARENSE CONCILIUM

In Dioclea Dalmatiæ provincia,

In causa episcopi Soacensis de crimine homicidii accusati

Ab A. S. IL. anno 1199. habitum.

An. 1199. *QUanquam ex collectione Labbeana notum est concilium quoddam Dalmati-* E *num; hoc tamen quod ex epistolis Innocentii III. a Baluzio vulgatis lib. 2. epist. 180. expressi, concilium, aliud plane ab illo reputandum est; cum ad id tantummodo coactum ab apostolicæ sedis legatis videatur, ut de causa Soacensis episcopi quem homicidii reum postulaverant, cognosceretur. Ad totam vero hujus accusationis seriem, totiusque rei hujus discussionem noscendam sufficiunt ipsæ Innocentii literæ, quas ideo hic damus.*

INNOCENTIUS ANTIBARENSI ARCHIEPISCOPO.

CUM accessisset nuper ad apostolicam sedem venerabilis frater noster B. Soacensis episcopus, super eo, quod dicebatur de homicidii crimine infamatus, coram nobis, & fratribus nostris misericordiam sedis apostolicæ suppliciter implorabat. Cum autem nobis de facti serie non constaret, de processu ipsius a dilectis filiis Johanne capellano & Simone subdiacono nostris, qui rei veritatem plenius cognoverunt, dum in par-

Anno Christi 1199.

partibus Diocliæ legationis officio fungerentur, inquisivimus diligenter: ex quorum assertione tenuimus quod cum ingressi provinciam Dalmatiæ superioris fuissent, a majore parte Cleri, & populi Soacensis de reatu homicidii dictum invenerunt episcopum infamatum. Cum autem ad ipsius ecclesiam accessissent, in præsentia ejusdem Cleri, & populi Soacensis infra Missarum solennia quidam de civibus, S. nomine, libellum ipsis accusationis porrexit, asserens se testibus probaturum quod episcopus reus esset homicidii perpetrati. Episcopus vero per instrumentum purgationis oblatum, quo jurasse cum duobus episcopis dicebatur se nec fecisse homicidium illud nec fieri præcepisse, innocentiam suam ostendere satagebat. Quod tam tua quam illorum episcoporum assertione qui compurgatores fuisse dicebantur, falsum penitus repererunt, cum nullum a compurgatoribus exhibitum fuerit juramentum. Unde causam ipsam, ut populi scandalum sedaretur, duxerunt juris ordine pertractandam, & per receptionem testium productorum in Concilio apud Antibarum congregato, voluerunt per confessionem ipsius intelligere plenius veritatem: cujus fuit tale responsum, quod nec fecerat neque præceperat fieri homicidium perpetratum, & tam accusatores quam testes inimicos suos existere capitales. Et cum homicidium illud a T., & J. Presbyteris assereret perpetratum, objectum fuit ei ab accusatore prædicto quod præscriptum T. in Presbyterum ordinarat, in quo se confessus est peccavisse. Verum cum dicti Legati pariter pertractarent super his quæ coram eis fuerant actitata, die sequenti mitram eis & anulum in tua & episcoporum præsentia, qui convenerant ad Concilium, resignavit: quæ ab eisdem post aliquot dies repetiit, asserens se ab hoc velle ad sedem apostolicam proficisci, cui & adversariis pariter datis dimissionis, certus fuit a jam dictis Legatis terminus assignatus.

Ceterum inter alia quæ dictus Episcopus in nostra & fratrum præsentia recognovit, confessus est & non negavit se præfatum T. in Presbyterum ordinasse, postquam ipsum reatum homicidii audierat & crediderat commisisse; cujus factum, cum familiaris esset ipsius, non poterat penitus ignorare. Cum ergo secundum Apostolum episcopus bonum testimonium debeat & ab his qui sunt intus & ab his qui sunt foris habere, qui ad curam positus aliorum, in se ipso debet ostendere qualiter alios in domo Domini oporteat conversari, nec perferens memorandi criminis labem, lucidam gerat sacerdotii dignitatem; non attendentes, quod satius sit Domino in inferiori ministerio deservire quam graduum sublimitatem appetere cum scandalo aliorum, Episcopum ipsum monuimus diligenter ut postquam episcopalia insignia resignarat, citra pontificale fastigium creatori suo devotum impenderet amodo famulatum. Quod in humilitatis spiritu & contrito animo visus est acceptasse. Unde ipsius propositum dignis laudibus commendamus. Ceterum quoniam non sine nostro & Cleri posset opprobrio mendicare, cum de provisione ipsius propter locorum incertitudinem deliberare provide non possemus, ad petitionem ipsius fraternitati tuæ duximus apostolicas literas destinare, præcipiendo mandantes quatenus de Soacensis episcopatus proventibus ei competenter in necessariis facias provideri, ne pro defectu temporalium rerum propositum ejus valeat impediri. Et quoniam quidam coram te propriis nominibus designandi, eum dicuntur rebus propriis contra justitiam spoliasse, alii vero manus in eum sacrilegas injecisse; volumus, & mandamus ut si rem ita inveneris se habere, & primos ad ablata reddenda in integrum appellatione remota compellas, & alios excommunicatos publice nunties, & sicut excommunicatos tandiu facias evitari, donec passo injuriam S. C. & c. t. t. l. a S. a. u. a.

Datum Laterani VII. Idus septembris.

AD CONVENTUM EPISCOPORUM ET PROCERUM IN EXTREMIS LIMITIBUS REGNORUM FRANCIÆ, ET ANGLIÆ

Pro pace inter duos illos reges componenda

Anno 1199. habitum

ADDITIO.

An. 1199. „ Valterus Rothomagensis archiepiscopus, ut laicos quosdam homines ex „ utroque regno Angliæ, & Franciæ ab „ inferendis in ecclesiasticas res Dioecesis „ suæ injuriis poenarum terrore arceret, „ utriusque principis ditionem, quæ sibi „ episcopo parebat, interdicto subegerat. „ Actum ea de re in eo conventu, in quo „ pax inter utrumque regem sancita est; „ Quid tunc ea de re decreverint patres, „ tenemus ex literis Innocentii III. papæ „ ad eundem Valterum, legendis in collectione epistolarum ejusdem pontificis Baluziana lib. I. epist. CCLX. hic a me, „ tamquam necessarium ad hunc conventum „ additamentum, describendis:

INNOCENTIUS VALTERO ARCHIEPISCOPO ROTHOMAGENSI.

Anxietate cordis & amaritudine premimur, cum angustias, onera, & gravamina, quæ zelo justitiæ pro libertate ecclesiæ manutenenda æquo animo, & invicta for-

ANNO CHRISTI 1199. 1201.

fortitudine toleras, ad memoriam nostram reducimus, & meditatione sedula cogitamus. Veruntamen quod in te perfectionem virtutis adimplens, non potuisti a tuæ constantiæ proposito amoveri, tuam super hoc prudentiam commendamus, & fortitudini tuæ plurimum in Domino gaudemus. Nos autem fraternitati tuæ volentes patrocinium apostolicum impertiri, tam te, quam ecclesiam regimini tuo commissam sub beati Petri & nostra protectione suscipimus. Verum quia sicut ex literis tuis nobis innotuit, carissimi in Christo filii nostri Philippus Francorum, & R. Angliæ reges illustres, dum inter se componerent, statuerunt super caput tuum quatuor clericos eligendos, ad quos pertineat judicare utrum tenere, vel non tenere debeat sententia, quam in terram vel homines regum ipsorum pro suis A excessibus ordine canonico duxeris promulgandam; (quam si judicaverint non tenere, ipsis regibus, sive ei, in cujus terram, vel homines sententiam tuleris, licebit bona tua, et redditus occupare, donec lata sententia revocetur) fraternitati tuæ sub pœna officii, et beneficii districtius inhibemus, ne illi tam iniquæ conventioni authoritatem præbeas, vel assensum; sed, sicut consuevisti, et antecessores tui fecisse noscuntur, tuæ jurisdictionis officium per tuam provinciam studeas exercere; nosque sententiam ratam habemus, et habebimus, si quam in terras vel homines tuæ jurisdictioni subjectos hactenus canonice promulgasti, vel B amodo decreveris promulgare. Datum Romæ apud S. Petrum III. Nonas Junii.

FRITIZLARIENSE CONCILIUM,

In quo pro fide servanda supremis morientium voluntatibus Sanctio edita,

A Gerardo archiepiscopo Moguntino circa exitum sæculi XII. & sequentis exordium habitum.

An. 1199. Sæc. XII. exeunte, vel ineunte sequenti.

EXeunte sæculo XII., & XIII. exordiente Moguntinæ cathedræ insedebat Gerardus, sub quo habitum Fritizlariæ provinciale concilium his verbis indicatur in synodo diœcesana anni 1549. sub Sebastiano Moguntino archiepiscopo legenda apud Lunig. Spicil. Eccles. pag. 129. cap. XCVII. *Quamvis jam olim multis conciliis provincialibus, velut Fritizlariensi domini Gerardi, & aliorum archiepiscoporum Moguntinensium super testamentorum ordinatione cautum sit, quibus omnino suum robur manere volumus; videmus tamen &c.* Nec plura de Concilio hoc comperi.

AD CONCILIUM DIVIONENSE

Adversus incæstas Philippi regis nuptias

Anno 1199. *celebratum*

ADDITIO.

An. 1199.

COncilii Divionensis a Petro presbytero cardinali S. Marcelli A. S. legato habiti gesta intra sententiam interdicti in regnum Galliæ universum latam tota concludit Labbeus. Unum aliud addendum suppeditat liber V. epistolarum Innocentii III. collectionis Baluzianæ epist. XXXV. ad Bituricensem archiepiscopum, quod hic ipsis pontificis verbis dare placet. *Accedentes nuper ad Apostolicam sedem Burgenses de Charitate contra venerabilem fratrem nostrum Altissiodorensem episcopum querimoniam intenderunt, asserentes, quod cum olim idem episcopus in eos tamquam suspectos de hæresi excommunicationis sententiam promulgasset, ipsi tandem ad dilecti filii nostri Petri tituli sancti Marcelli presbyteri cardinalis Apostolicæ sedis legati præsentiam accedentes, juraverunt se mandatis ecclesiæ parituros. Unde cardinalis ipse in concilio apud Divionem habito præsentibus multis Archiepiscopis, & episcopis eos tam ab excommunicatione, quam infamia prorsus absolvit, & pœnitentiam eis competentem injunxit, quam ipsi postmodum humiliter compleverunt.*

PERTHUSANUM IN SCOTIA CONCILIUM

A Joanne Card. A. S. L.

Anno 1201. *habitum.*

An. 1201.

QUamquam Perthusanum concilium Collectores non fugit, vix tamen aliquid ultra ejus nomen sciverunt. Actorum portionem quandam hic trado ex novissima Britannicorum conciliorum editione acceptam.

CHAR-

ANNO CHRISTI 1201.

CHARTA CONFIRMATIONIS JOHANNIS CARDINALIS

In Scotia, & Hibernia legati de Ecclesiis Monachorum de Chelcho infra episcopatus sancti Andreæ & Glasguensis.

fert ilk. t. I. 508. ex hart. ec- Glaf- en. & Chal- ou in bliot. E- uden.

JOhannes titulo S.Stephani in Cœlio monte miseratione divina presbyter cardinalis, Apostolicæ sedis in Scotia, & Hibernia legatus, omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis litteras istas visuris, vel audituris, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod anno MCCI. incarnationis dominicæ, cum legationis officio ex præcepto domini Innocentii papæ in Scotia, & Hibernia fungeremur, in concilio a nobis apud Perth in Scotia celebrato, die S. Nicolai, in præsentia nostra ita convenit inter dominos sancti Andreæ & Glasguen. episcopos, & abbates, & monachos de Chelco, de omnibus ecclesiis, quas habent iidem monachi tam in episcopatu sancti Andreæ, quam Glasguen. nominatos in charta domini Rogeri episcopi sancti Andreæ, & charta bonæ memoriæ Jocelini, Glasguen. episcopi, ad usus proprios monachorum, scilicet, quod iidem monachi præstabunt clericos vel sacerdotes idoneos episcopis ad omnes ecclesias illas, qui erunt vicarii perpetui, & suscipient curam animarum de manu episcopi, & respondebunt episcopis de episcopalibus, de procurationibus vero secundum quod continetur in Lateranensi concilio. Ita quod si episcopus vel archidiaconus, vel decanus visitet parochiam suam, ecclesia, quæ tanti est, quod possit sufficere rationabiliter ad procurationem ipsis faciendam, faciat. Aliæ, quæ pauperiores sunt, conjungantur, duæ scilicet, vel tres, vel quatuor, vel quot sine gravamine possunt sufficere ad procurationem semel in anno, si episcopus, archidiaconus, vel decanus visitationem suam fecerit. Salvis tenuris & vicariis illorum qui nunc in quibusdam ecclesiis, ipsorum monachorum sunt vicarii perpetui, & per episcopum instituti. Cedentibus autem, vel decedentibus clericis, vel sacerdotibus, qui in ipsis ecclesiis ministrant, illi, quos abbas, vel monachi præsentabunt, recipientur ab episcopis, nisi episcopi rationabilem causam ostenderint, quare non sint recipiendi. De sustentatione autem ipsis clericis, vel sacerdotibus assignanda erit in provisione & voluntate abbatis & monachorum, ita tamen quod nullus sit defectus de episcopalibus, & quod clericus, vel sacerdos præsentatus concedat, se esse bene pacatum. Et si forte aliquis evenerit (*a*) defectus de illis, quæ rationabiliter tenentur esse in ecclesia, vel de episcopalibus secundum constitutionem Lateranensis concilii, episcopi authoritate episcopali clericos per ecclesiam compellent ad defectum supplendum in illis ecclesiis. In episcopatu Glasguensi excipitur (*b*) ecclesia sancti Jacobi de Rokesburc cum pertinentibus suis, quæ libera est, & quieta a synodalibus & auxiliis, & hospitiis, & conrediis. In illa tamen sicut in aliis ecclesiis ipsorum monachorum erit vicarius perpetuus. Ut autem hæc conventio firma & inconcussa futuris temporibus inter ecclesias sancti Andreæ & Glasguen. & monasterium Chelchoense, episcopos, & abbatem, & monachos prædictarum ecclesiarum inperpetuum inviolabiliter observetur, nos eam sigilli nostri impressione duximus roborandam. Rogerus etiam episcopus S. Andreæ, & Willelmus, Glasguensis episcopus, & O. abbas de Chelcho, sigilla sua ad conventionem illam confirmandam apposuerunt. Testibus Johanne Aberdonense episcopo, Johanne Dunkeldense episcopo, Richardo Moraviense episcopo; Henrico Guidone, Nigello de Abbirbroth, de Lundoris, de Kilwinning abbatibus; Radulpho, Willielmo, Radulpho, de Melros & Edinburc, & de Jedwiud abbatibus; Herberto decano Glasgu. (*c*) magistro Will. de Line, magistro Isaac, clericis sancti Andreæ; Symon de Quincy, magistro Michaele, magistro Petro, & Radulpho, clericis domini Glasguensis episcopi, & multis aliis.

(a) Chart. Chalcens. *defectus evenerit.*

(b) Ibid. *excipiuntur ecclesiæ de Rokesburc, quæ liberæ sunt, & quietæ .... & conrediis. In illis tamen, sicut & in aliis ecclesiis ipsorum monachorum, erunt vicarii perpetui.*

(c) Ibid. Magistro archidiac. Laodon. R archidiacono Glasg. & aliis.

COMPOSITIO

facta inter episcopos sancti Andreæ & Glasquensem, & abbatem & conventum de Chelcho.

JOhannes miseratione divina titulo sancti Stephani in Cælio monte presbyter cardinalis, apostolicæ sedis legatus, venerabilibus in Christo fratribus, episcopis, abbatibus, prioribus, & universis ecclesiarum prælatis per regnum Scotiæ constitutis, præsentes literas inspecturis, salutem in salutis authore. Eorum nos decet utilitati, & quieti ampliori cura, & solicitudine providere, qui pro insigniis devotionis suæ, majori sunt privilegio, & libertate donati. Hinc est quod cum monasterium de Chelcho specialiter beati Petri juris existat, & ad Romanam ecclesiam nullo pertineat mediante; illud, sicut justum est, ab æmulorum suorum insidiis volumus communire, ne, quod absit, dictum monasterium & res ejus in aliquo patiantur contra justitiam detrimentum. Cum igitur congregato concilio authoritate nostra in partibus Scoticanis controversia quædam, quæ inter abbatem, & fratres ejusdem loci, & venerabiles sancti Andreæ, & Glasguen. episcopos suborta fuerat super institutionibus ecclesiarum, per amicabilem compositionem fuerit studio nostro mediante sopita, compositionem ipsam rationabiliter factam, sicut in eorum authenticis plenius continetur, sigillo nostro signatis, authoritate legationis, qua fungimur, confirmamus. Adiicimus autem, ut cedentibus vel decedentibus vicariis in ecclesiis, quas monachi Chelchoenses in proprios usus habere noscuntur, per chartas episcoporum, super quibus sunt apostolicis privilegiis communiti, liceat eis vicarios perpetuos infra tempus in Lateranensi conci-

ANNO CHRISTI 1205. cilio constitutum, episcopis præsentare. Quod si episcopi malitiose vel pro suæ voluntatis arbitrio noluerint ad ecclesias admittere clericos vel sacerdotes, ab ipsis monachis præsentatos, cum forte eos minus idoneos asseverant, in arbitrio trium bonorum virorum communiter electorum erit vicarios illos præsentatos, si idonei fuerint, approbare, &, si minus idonei, reprobare. Interim vero liceat dictis monachis ecclesias, earum proventus & obventiones in manus proprias retinere, donec ad dictas ecclesias aliquis idoneus admittatur; ita tamen, quod medio illo tempore sæpe dictis ecclesiis, sicut condecet, in divinis officiis honeste ministretur. Ut autem hæc nostræ concessionis, & confirmationis pagina futuris temporibus dicto monasterio Chelchoen. valeat, & inconcussa servetur, ad cautelam ejusdem monasterii præsentem paginam sigilli nostri impressione jussimus communiri. ANNO CHRISTI 1205.

AD CONCILIUM ANTIOCHENUM

Anno, ut fertur, 1205. habitum

ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Ex anno 1205. ad 1203. vel 1204. CONcilium istud Antiochenum a Petro cardinali legato celebratum, ut interdicti sententiam in Armenos infligeret anno 1203. habitum fuisse, arbitror. Etenim coactum oportet postquam Petrus venit in Syriam, quod non prius anno 1203. contigisse censeo, cum Innocentius literis ad Soffridum cardinalem legatum datis anno illo, die IV. id. augusti scribat, Petrum illum, quo tempore Soffridi ejusdem literæ pontifici redditæ fuerunt, *navem transfretaturum* intrasse. Sed neque post annum 1204. differi potest, cum celebratum fuerit quo tempore ambo legati cardinales Soffridus, & Petrus in Syria agebant; anno vero 1204. exeunte uterque Constantinopolim adivit, nec exinde Soffridus ultra rediit in Syriam. Cum vero satis multa agitata fuerint postquam desiit concilium illud, ex quo turbæ excitæ sunt plurimæ, hinc ad annum potius 1203. quam ad annum 1204. referendum puto.

MONTILIENSE CONCILIUM

Contra Albigenses

Anno forte 1205. *habitum*.

An. forte 1205. LAbbeus in sua conciliorum collectione anno 1207. assignat concilium contra Albigenses in provincia Narbonensi, sed loco incerto celebratum. Nomen loci hujus nunc tandem innotuit, ex quo P. P. Bollandiani ad diem IV. augusti vitam S. Dominici a Jordano ejus discipulo scriptam e tenebris eruerunt. Ita enim legas ibidem cap. I. num. 15. & 16. *Eo tempore dominus Innocentius papa duodecim abbates Ordinis Cisterciensis cum uno legato contra hæreticos Albigenorum ad prædicandum fidem direxerat; qui celebrato cum archiepiscopis, & episcopis, aliisque illius terræ prælatis concilio &c. Interim dum sic consiliarentur ad invicem, accidit præmemoratum Oxomensem episcopum* (Didacum, cui S. Dominicus socius accesserat) *per Montem-Pessulanum iter agere, ubi concilium agebatur*. En igitur certum concilii locum. Sed de anno, quo illud habitum fuit, unde pariter, & prædicatio S. Dominici, illustris Ordinis Prædicatorum institutoris cœpit, difficilis controversia est. Vincentius quidem Bellovacensis sæculi hujus scriptor cum Nangio annum 1207. designat. Sed eorum sententia sustineri vix potest; etenim, teste eodem B. Jordano, Didacus Oxomensis episcopus post concilium istud prædicationem pro reducendis ad fidem Albigensibus cæpit, & in ea *duobus annis permansit, quibus expletis* rediit Oxomium, & post paucos dies obiit. Obitus ejus annus 1207. ex ipso ejus epitaphio eruitur. *Hic jacet Didacus Azebes episcopus Oxomensis. Obiit Æra MCCXLV.* idest anno 1207. Refertur illud a Tamajo in Martyrologio Hispano ad diem VI. februarii, quem emortualem ejus fuisse asserit. Si ex anno 1207. demas biennium, superest annus 1205. concilio assignandus. Sed P. Eccardus in sua Bibliot. PP. Prædic. tom. I. p. 8. censet annum hic exprimi juxta stylum veterem, quo annus a martio incipit; unde annus æræ 1245. stylo veteri cum februario mense conjunctus, est stylo novo annus æræ 1246. & Christi 1208. Sed an. 1207. Didacum reipsa patriam jam repetiisse colligo ex instrumento donationis cujusdam factæ a Berengario archiep. Narbonensi in gratiam monasterii Pruliani, in quo Virgines Deo sacras collegerunt Didacus, & S. Dominicus, teste Bernardo Guidonis in libro fundationum Conventuum Ordin. Præd. ubi instrumentum illud refert. Extat liber ille in Collectione Veter. Monum. Martenii tom. VI. col. 437. in quo & instrumentum consignatur anno 1207. die XV. Kal. Maii. In eo vero archiepiscopus nonnulla largitur sanctimonialibus Pruliani *noviter conversis monitis, & exemplis fratris Dominici Oxomensis, & sociorum ejus*. Nulla hic mentio de episcopo Didaco, qui monasterii illius potissimus author extitit, cujus silentii nulla idonea ratio excogitari potest, quam, quod episcopus provinciam jam deseruisset, totamque illius curam in S. Do-

ANNO CHRISTI 1205. 1206. 1207.

S. Dominicum transtulisset. Anno igitur 1207. nondum media sui parte evoluto Didacus jam redierat in patriam, cujus proinde reditum ut omnes admittunt si statim obitus consequutus fuit, decessisse illum anno 1207. statuamus oportet, concilium vero anno 1205. optime assignatur.

ANNO CHRISTI 1205. 1206. 1207.

ARDREATINUM IN SARDINIA

A Ricco Calaritano archiepiscopo, in causa census cujusdam a monachis non soluti

Anno 1205. *habitum.*

An. 1205. Extat ap. Martol. Hist. Cass. I. par. p. 427.

RIcus Dei gratia Kallaritanus archiepiscopus cunctis Dei fidelibus, ad quos literæ istæ pervenerint, salutem perpetuam. Cum prioratus de Nurchi deberet Turritano archiepiscopo pro ecclesia S. Mariæ de Chennor solvere viginti Pisanæ monetæ, & pro ecclesia S. Jorgii de Barache unam libram argenti, tam in consecratione novi archiepiscopi, quam in adventu legati Romanæ ecclesiæ censuali jure præbere, & monachi illi per aliquod tempus dictum censum negligerent exhibere, & ad instantiam domini B. Turritani archiepiscopi causa ipsa fine debito terminanda mini a domino papa commissa fuisset; in Turritana ecclesia constitutus partibus coram me convocatis, cum dictus archiepiscopus in litis initio restitutionem census requireret, & monachi prædicti quoddam instrumentum bonæ memor. Alberti, quondam Turritani archiepiscopi de relaxatione census ostenderent, & archiepiscopus non minus restitutionem census, quo injuste fuerat expoliatus, instanter repeteret; monachi prædicti de jam dicto censu, tam non soluto, quam & solvendo se in sæpe dicti archiepiscopi potestate omnibus modis dederunt, & ipse archiepiscopus, tanquam vir religiosus, & pius, ad preces nostras, & aliorum bonorum virorum, omnem negligentiam tunc usque factam super solutionem census pro reverentia Dei, & Cassinensis ecclesiæ relaxavit, & in futurum dictos viginti solidos remisit in perpetuum. De dicta libra argenti dixit & statuit, ut certis temporibus, scilicet, ut prius fuerat, & supra scriptum est, Turritano archiepiscopo semper, et pacifice persolvatur; quam indulgentiam dicti monachi valde libenter, et cum plena gratiarum actione receperunt, et ut nulla possit, quod factum erat, deleri memoria, hujus conventionis factæ seriem me scribere rogaverunt, et proprio sigillo munire. Hæc acta sunt in ecclesia S. Mariæ de Ardrea, ubi pro concilio conveneramus. Testes donnus Gregorius Autthensis episcopus, qui hujus concordiæ auctor extitit principalis, & donnus Joannes archipresbyter S. Gavini, & domnus Jorgius Scarpa prior S. Gavini, & D. Raffael, & Jantus Merla. Anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo quinto, indictione septima, tertio nonas Madii.

SYNODUS APUD PERTHUM IN SCOTIA

Anno 1206. *habita.*

An. 1206. Extat ap. Wilk. t. I. p. 514.

MEnse aprili anni 1206. concilium nationale Scoticum, quod in charta originali vocatur synodus generalis, apud Perthum celebrabatur. Constat hoc ex charta penes vicecomitem de Arbuthnot.

LONDINENSE ET OXONIENSE CONCILIA

Pro decernendo regi pecuniarum subsidio

Anno 1207. *coacta.*

An. 1207. Wilk. p. 515.

REx Joannes post reditum suum a transmarinis, convocatis episcopis, abbatibus & prioribus, comitibus & baronibus, & magnatibus regni, celebravit concilium Londini in octavis circumcisionis, ibique convenit episcopos & abbates, ut permitterent personas & beneficiatos ecclesiarum dare regi certam summam redditum suorum. In quod cum non consentirent prælati ecclesiarum, data est dilatio usque ad sequens concilium celebrandum Oxoniæ in octavis purificationis beatæ Mariæ; ibique congregata infinita multitudine prælatorum ecclesiæ & magnatum regni, exegit ab episcopis & abbatibus, quod prius exegerat ab eis. Sed consilio inito, omnes, tam Cantuariensis, quam Eboracensis metropolitæ unanimiter responderunt, Anglicanam ecclesiam nullo modo sustinere posse, quod ab omnibus sæculis prius fuit inauditum. Rex ergo, saniori usus consilio, exactionem illam penitus relaxavit.

CON-

ANNO CHRISTI 1207. 1208.

CONCILIUM APUD VALLEM GUIDONIS

In quo pro servandis diligenter rebus ecclesiasticis statuta condita sunt

Anno 1207. *vel* 1208. *habitum*.

ANno 1207. vel forte sequenti ab episcopis Turonensis provinciæ habitum fuisse concilium apud Vallem Guidonis (qui modo locus appellatur Laval in Cenomanensi diœcesi) disco, non quidem a collectoribus, quorum diligentiam fugit; sed ex actis concilii Salmuriensis a Petro de Lambale Turonensi archiepiscopo anno 1253. legendis apud Labbeum to. XIV. col. 136. edit. Venet. Canone enim IV. ejus concilii statutum est, ut rerum, & bonorum ecclesiasticorum catalogus in orchivis custodiatur, prout *in Concilio apud Vallem Guidonis a felicis recordationis Gaufrido prædecessore nostro provida fuit dispensatione statutum*. Gaudfridus hoc anno Turonensis archiepiscopus renunciatus, anno sequenti 1208. decessit, ut intra hoc biennium concilium istud, de quo silent omnes, statui oporteat. Ad istud forte Concilium referendum est pariter statutum aliud de supplendo in cœnobiis antiquo monachorum numero, quod ab eodem Gaufrido sancitum fuisse in canone XIX. ejusdem Salmuriensis concilii legimus.

AD S. SEVERUM IN CAPITE VASCONIÆ CONCILIUM

Anno 1208. *habitum*.

Sententia Navarri episcopi Conseranensis, & apostolicæ sedis legati, lata in concilio provinciali anno MCCVIII. apud S. Severum in capite Vasconiæ celebrato, adversus ejusdem villæ burgenses.

Ex schedis Stephani Dulaura Ord. S. Ben.

An. 1208. Extat apud Mart. Vet. Mon. t. VII. p. 91.

QUoniam labenti inhæremus, & omnia temporalia ad occasum veniunt successive: fidelium charitati præsentium & futurorum luce clarius innotescat, quod homines sancti Severi de Vasconia in diœcesi Adurensi, conquesti sunt de abbate & conventu ejusdem loci; mihi Navarro Coseranensi episcopo, apostolicæ sedis legato; attentius supplicantes, ut ad eundem locum accederem, & causam eorum fine debito terminarem. Quorum precibus acquiescens, veni ad locum superius nominatum, & post multa verba hinc inde prolata, ad ultimum partes convenerunt, ut homines sancti Severi coram nobis de querimoniis abbati & conventui responderent, inviolabiliter servaturi quidquid nos per sententiam diceremus. Hoc utique viginti de melioribus totius villæ pro se & reliquo populo communiter juraverunt: & hoc idem ut similiter abbas & conventus coram nobis de omnibus querimoniis hominibus responderent, & sententiam nostram inviolabiliter observarent. Abbas ad nostrum libitum firmavit, ut decebat. Quapropter, & ut de communi bono totius provinciæ terminaretur, maturiori usi consilio, ibidem celebravimus provinciale concilium. Homines vero statim ab eo, quod firmaverant, voluerunt aliquatenus deviare. Tandem episcoporum consilio ad viam regiam revertentes, illi iidem viginti pro se ac reliquo populo, sub religione sui juramenti, solemniter promisetunt, ut quidquid ego Navarrus Coseranensis episcopus, apostolicæ sedis legatus, super prædictis querimoniis per arbitrium definirem, ipsi modis omnibus observarent; vel quinque millia solidorum morlanorum solverent mulctati. Abbas etiam compromisit similiter illa observare. Igitur in præsentia nostra constituti, proposuerunt homines in hunc modum, videlicet quod abbas & monachi vendebant in exequiis mortuorum, cruces, thuribula; locum ubi defunctus ponebatur, indumenta sacerdotalia, pulsationem campanarum, locum etiam in claustro vel cœmeterio ad corpora tumulanda, benedictionem in nuptiis, & signaculum parvulorum. Dicebant insuper, quod quamdam partem villæ claudere tenebantur. Abbas quidem & monachi de sæpe dictis hominibus hujusmodi querimonias in medium protulerunt: videlicet quod contra prohibitionem eorum capellani, quemdam hominem mortuum extraxerunt de domo, & sepelierunt eum in cœmeterio, ac deinde post eamdem prohibitionem, auctoritate diœcesani episcopi confirmatam, in malitia perstiterint usque ad undecim corpora in eodem cœmeterio per violentiam tumulantes. In eodem quoque cœmeterio tumbas lapideas construxerunt, quas jure hereditario non probabant amodo possidere. Postea in contemtum universalis ecclesiæ horribilius erigentes calcaneum, in loco publico pinnaculum construxerunt, ibidem campanas & cymbalas suspendentes, quas ad matutinas & singulas horas diei pulsare, contemnentes matrem ecclesiam, præsumpserunt. Populus insuper ad eundem locum conveniebat, matutinarum & aliarum horarum officia a quibusdam laicis auditurus; ibidem, novo & inaudito modo, horas minus catholicas celebrant. Unam de campanis contra ec-

ANNO CHRISTI 1208.

ecclesiam sæpe dicto abbati abstulerunt & monachis, occasione cujusdam dominæ, cui jus decimarum illius ecclesiæ, unde campana fuerat, competere asserebant; & in eodem facto violentas manus in quemdam monachum injecerunt. Portas itaque fregerunt ecclesiæ. Oblationes in diebus Lunæ per violentiam assumentes, pauperibus tribuebant. In januis ecclesiæ offerentes diebus dominicis & festivis, quidquid offerebatur dabant pauperibus minus juste. Baptizaverunt parvulos suos in parochia aliena, cum capellanus præsto esset libentissime in porta ecclesiæ baptizare. Constituerunt, quod mulieres tempore prægnationis, & ipsi in missis mortuorum, & nuptiarum, more solito non offerrent. Et quia una offerre postea ausa fuerit, quidam dehonestavit eam, verba plena convitiis inferendo. Decimas, & primitias de omni re acquisita licite non solvebant. Extraneos insuper atrocius affligentes, ut nihil penitus monachis venderetur prohibuerunt omnibus publice per præconem. Abbatis præconem obmutescere facientes, alium qui quotidie præconaretur, auctoritate consulum & populi creaverunt. Claves etiam villæ, quas abbas jure dominii penes se tenebat, auferre ei per violentiam præsumpserunt: Cum monasterium silvam haberet, quæ vulgo dicitur Bedat, clamavit præco ut omnes pariter, causa secandi arbores, & ad silvam irent; quod adimplentes celeriter cum securibus...... & aliis ferreis instrumentis, ligna & arbores succidentes, cum jumentis nemus communiter intraverunt. Possessiones etiam rusticorum & villanorum sancti Severi emptionis titulo & pignoris sibi vendicant violenter. Quid plura? Volentes monasterium privari omni dominio, leges consuetudinarias condiderunt, quas si quis transgreditur, certa punitur summa pecuniæ. Quarumdam confratriarum occasione, conjurationes faciunt manifeste. Jus quoddam, quod vulgo dicicitur Lezna, de quibusdam, quæ extra villam in foro, pacis tempore vendebantur, & pedagium salis, ferni & piscium, negant, pariter retinentes. Pro clausura in januis villæ quasdam conchas ad tempus abbas concesserat; sed ipsi replicant, quod pro clausura villæ essent in perpetuum, ac ideo eas sibi vendicant & usurpant. Cum monasterium donatione fundatoris aquas habeat ab antiquo, ipsi novo piscandi genere, & ubicumque volunt, retia immittere in capturam non verentur. Homines monasterii censuales, qui propter guerras, vel etiam sponte villas deserunt, ex quo villam intraverunt, burgenses reputant; & multoties eos qui remanserunt in villulis, vexant indebite & prædantur. In eadem villa propria auctoritate collectas faciunt, in quibus quasdam domos monasterii, & servientes abbatis & monachorum, computant, & damnificant ut vicinos. Ad ultimum, quemdam hominem abbatis & monasterii occiderunt. Omnia superius prælibata fuerunt proposita coram episcopis, abbatibus, & aliis bonis viris, qui ob hoc a nobis fuerunt convocati. Quorum consilio voluimus dare sententiam, cum jam, excepto Adurensi, recessissent omnes episcopi. Sed homines villæ processum nostrum impedientes, ex certa scientia, ut videbatur, addiderunt aliqua in hunc modum. Petrus de Gavared conquestus est, quod de consilio abbatis & monachorum ejusdem loci, molendinum ejus quondam fuerat destructum. Conquestus est similiter quidam alius, quod quemdam consanguineum suum monachaverunt pro molendino quodam, quod sibi jure hereditario competere contendebat. Conquerebat etiam tota vicinia, quod abbas apud Miremontem ad expeditionem eos adduxerat, & inde Petrus *de Mauleon* & alii vicini damna plurima populo inferentes, eos quotidie infestabant.

His igitur rite peractis, primum capitula quæ coram episcopis fuerunt proposita atque diligentissime ventilata, Deum solum præ oculis habentes, diffinimus tali modo. Abbas & conventus nihil ex pacto ulterius requirant pro omnibus spiritualibus superius memoratis; sed ostendatur hominibus locus cimiterii: licet enim commune sit omnibus, qui ecclesiastica indigent sepultura, in abbatis tamen est custodia constitutum. Consuetudines a prædecessoribus erga ecclesiastica usu approbatas, scilicet in donationibus relictis, & oblationibus, decernimus eos cogi per censuram ecclesiasticam observare. De parte ville dicimus quod eam non tenetur claudere abbas, nec monachi, ut iidem confitentur homines..... conchas concesserit; de quibus conchis dicimus, ut secundum arbitrium per quascumque manus hominum villæ abbas voluerit, clausuræ villæ vel annuatim vel in perpetuum assignentur. Super querimonias abbatis & monachorum, dicimus quod pro mortuo, quem homines villæ de ecclesia extrahentes in cimiterio posuerunt, duplici pœna sacrilegii puniantur, & mortuus ad ecclesiam reportetur, & iterum in cimiterio sepeliatur. Alii mortui, quia excommunicati mortui sunt, a cimiterio proiiciantur: pro quorum quolibet pœnam sacrilegii solvant homines, & pro quolibet tumulo, quem contra prohibitionem abbatis, vel monachorum, in cimiterio construxerunt, pro pinnaculi erectione, & campanis, celebrationeque horarum, de jure ad multas pœnas sacrilegii tenentur, quas misericorditer relaxamus. Injungentes, ut infra annos, id est discretionis, omnes a minimo usque ad maximum jurent communiter, ne de cetero tale quid vel simile attentent; pinnaculum sine mora et dilatione aliqua destruatur; campanæ dentur ecclesiæ, vel deleantur, ea excepta quæ monachis fuit ablata, quibus sine mora restituetur. Et pro violenta manuum injectione in monachum, ac quia januas ecclesiæ confregerunt, et oblationes acceperunt per violentiam, ad pœnam sacrilegii teneantur. Pueros, quos fecerunt alibi baptizare, reportent ad ecclesiam, cum consuetis oblationibus, et illas quas in januis ecclesiæ receperunt pauperibus largientes, restituant monachis et abbati. Violentiam quam fecerunt oblationes in ecclesia capientes, de cetero non attentent, et pro parvulis alibi baptizatis ad pœnam ecclesiasticam, scilicet septem solidos, et di-

ANNO CHRISTI 1208.

midium teneantur. Quia mandaverunt uxoribus, et aliis hominibus quod non offerrent, ut consueverant, quilibet reddat legem ecclesiæ, et sic vitium corrigatur, ut manifestum sit jus ecclesiæ non perire. De decimis et primitiis dicimus quod de omnibus licite acquisitis integre persolvantur. Quod nisi fecerint, utraque potestate, videlicet ecclesiastica, et civili, eas reddere compellantur. Quia præconem auctoritate propria constituerunt, secundum leges ad confiscationem tenentur rerum & corporum; sed quia tantum eos punire noluimus, pro qualibet clamatione quam preco fecerit, ad legem consuetam, id est ad mulctam & emendam, quælibet de populo teneatur. Quicunque nemus intraverit, legem solvat similiter consuetam. Pro quolibet rossino & qualibet securi & arbore incisa eamdem nihilominus persolventes. Quia clares villæ abbati per violentiam abstulerunt, licet ad confiscationem omnium tenerentur, tamen quod factum gerere nolumus, ab illa die qua abstulerunt ei claves, pro qualibet die quilibet de populo legem consuetam abbati monachis solvat. De jure quod Lezna dicitur, quod in die mercati nihil vendatur in villa penitus de illis quæ in foro vendi solent, unde abbas illud jus accipit. Quod si forte contingeret, abbas Leznam accipiat, & pro injuria damnum insuper consuetum. Conjuratione quæ nomine confratinarum vel alio modo factæ sunt, penitus deleantur & contra voluntatem abbatis nullo modo fiant de cetero. Si forte fierent, teneantur ad damnum, & conjuratio destruatur. Collectæ vero ab abbatis nuncio semper fiant; quod si non fieret, quilibet de populo consuetum damnum solvat. In quibus utique collectis domus quæ in horto abbatis sunt, & servientes abbatis, vel monachorum, qui tamen eorum panem comedunt nullam præbeant portionem; nisi forte domos vel alia bona in villa habeant, quibus justum sit & idoneum partem dare. De terris rusticorum & vilicanorum, quos sine consensu abbatis in pignus accipiunt, vel emunt, decernimus quod cetero non fiat; quod si fieret, hujusmodi contractus decernimus irritandos. Super pedagio ferri, salis, & piscium, abbas curiam convocet, & quod curia dixerit, faciat observari. De aliis Leznis & pedagiis dicimus quod, sicut quiete habuit, possideat nunc & semper. Quocunque modo homines monasterii censuales villam intraverint, sic intra villam abbas plenum jus in illis habeat, ac si in villulis permanerent. Si vero aliquis rusticorum a villa voluerit pervenire, ut ibi uxorem recipiat; si a burgensibus requiratur, abbas non deneget, nisi forte mansus vacuus remaneat. De damno illato hominibus monasterii, qui habitant in villulis, dicimus quod illi, de quibus conqueritur abbas, damnum restituant, & legem dent nihilominus consuetam, vel jurent quod non fecerint, si voluerint subterfugere prælibata. De homicidio, si forte a consanguineis vel amicis defuncti aliquis personaliter impetatur, abbas justitiam faciat sicut oportet. De piscibus capiendis, dicimus quod infra terminos de quibus supra molendinorum vel etiam infra opus protenditur, nulla extendant retia, nec alio modo pisces capiant; sed extra terminos modum non ponimus nec mensuram. Quia prohibitum fuit, ne monachis victualia venderentur, duodecim jurati principales jurent, quod de mandato eorum, vel consilio non emanavit; etsi jurare noluerint, quilibet eorum, & etiam omnes alii abbati & monachis legem solvant. Hæc, inquam, auctoritate episcoporum & concilii sunt peracta: sed ea quæ post discessum concilii homines, ut superius, addiderunt, aliorum consilio terminavimus, secundum quod credimus, ut decebat. De priori molendino non cognoscimus, quod domus vel collegium teneatur. Sed si de aliquo personaliter querimonia proponatur, abbas sibi faciat justitiam competentem. De secundo molendino, quia in vita monachi possederunt illud in patientia, dicimus quod in pace possideant nunc & semper. Querimoniam abbatis de quodam homine, & querimoniam populi de Miremonte, et de alienatis monasterii possessionibus ab abbate, vel monachis, frustatorias judicamus. Quædam capitalia usque modo dicere distulimus, quæ nunc aperire decrevimus; videlicet quod claves portarum villæ sub custodia abbatis sint nunc & semper. Præconem villæ abbas eligat & constituat. Justitiæ & placita in manu abbatis & coram eo, vel suo præposito diffiniantur. Mandata & prohibitiones ex parte abbatis factæ non violentur. Constitutiones, collectæ, taliæ, consilio & arbitrio abbatis semper fiant. Et ut hæc & prælibata cautius & inviolabiliter observentur, sigillo nostro proprio corroboravimus. Hæc omnia per me Navarrum diffinitive per sententiam promulgata fuerunt apud S. Severum in claustro, anno millesimo ducentesimo octavo ab incarnatione Domini idibus Octobris.

ANNO CHRISTI 1209.

AD CONCILIUM LAMBETHENSE

Seu constitutiones Stephani de Langton Cantuariensis episcopi

Anno 1209. *editas*,

VARIANTES QUÆDAM SELECTÆ.

An. 1209. N*Ovissimus conciliorum magnæ Britanniæ collector constitutiones hasce, ante a Spelmanno vulgatas, ad duplicem MS. codices, Eliensem scilicet & Lambethensem recensens, has majoris momenti variantes notavit.*

	Edit. Labb.		*Codd. MSS.*
Stat. I.	habuerit	*Elien.*	habuerit animalia
	optimo	*Cod. uterq.*	optime puta domino, cui de consuetudine debetur, quæ in Anglia vocatur Herietum, & cui de jure &c.
	tam personalium.	*Cod. uterq.*	quam prædialium addit
	oblationum.	*Cod. uterq.*	oblationum ad liberationem animæ suæ.
	in bonis.	*Cod. uterq.*	*omittit*.
Statut. I.	hactenus ad solutiones.	*Eliens.*	hactenus ad solutionem mortuarii de jure debiti.
Stat. II.	potationum	*Eliens.*	potationem communionem per salute
	prout Deus dederit imprimetur, ac expietur.	*Codd.*	recepturi prout Deus dederit, expedietur.
	Viatores & peregrinos.	*Eliens.*	Viatores peregrinos.
	mutato nomine	*Eliens.*	& mutato nomine.
Stat. III.	si in festis IX. lectionum.	*Codd.*	Si in quadragesima in festo IX. lectionum.
	vel pro ecclesiæ suæ negotio	*Codd.*	*deest*.
	manifeste absente	*Codd. addunt*	Not. de ista materia Extr. de celebr. Missæ c. consuluisti.
		Eliens. superaddit	ex parte & ibi ..... & Omnes Doctores & S. in constitutione Oxon. quæ incipit: Ad hæc diximus.

AD MONTILIENSE CONCILIUM,

In quo Raymundus Tolosanus comes ejusque fautores ad obsequium Ecclesiæ agente Milone A. S. L. reducti sunt,

Anno 1209. *habitum*

ADDITIO.

„ IN Montiliensi concilio ad obsequium ecclesiæ saltem in speciem rediisse Tolosanum comitem cum fautoribus suis narravit Labbeus, apud quem legas pariter expressam juratam formulam, qua se ecclesiæ obstrinxere Raymundus, factioni ejus addicti principes, item et consules Avenionenses. Quæ pariter injuncta sunt Tolosano a Milone Apostolicæ Sedis Legato idem Labbeus adjecit, nec omisit ea quæ de concesso ab eodem comite pleno jure ecclesiis quinque provinciarum in veteri charta reperit. Repetenda hic ex me supersunt *præcepta facta baronibus* Tolosani factiosis a Milone A. S. L. quæ ut dare possem, fecit Martene Anecdot. to. I. pag. 815. ex quo hic opportune subjungo.

„ Addo juratas formulas aliorum principum, quæ cum desint apud Labbeum suppleanturque a Baluzio in collectione epistolarum Inno. III. tom. 2. pag. 367. res ipsa ut hic darentur postulabat.

PRÆCEPTA FACTA BARONIBUS

A domino Milone sedis apostolicæ legato.

IN nomine Domini, anno pontificatus domni Innocentii papæ III. duodecimo, XIV. calendas Julii, ego Milo domni papæ notarius, apostolicæ sedis Legatus, vobis baronibus, videlicet Guillelmo de Baucio, Hugoni de Baucio, R. de Baucio, Dragoneto, Guillelmo Alnaudi, R. Dagot, Ricano de Ca- An. 1209.

Caranpno, Br. de Lauduno, G. de Lauduno, A. de Andusia, P. Buremundi, R. de Usetia, et decano filio vestro, R. de Pasqueriis, R. Gancelini, sub debito præstiti juramenti præcipio, ut mainadas nullo unquam tempore habeatis.

Item ut Judæos ab omni administratione publica et privata removeatis omnino, et nullo umquam tempore eos ad eamdem vel ad aliam restituatis, nec alios Judæos ad administrationem aliquam assumatis, nec eorum consilio contra christianos utamini.

Item, ut ecclesias incastellatas ad arbitrium diœcesanorum episcoporum diruatis; vel etiam reservetis, si quas duxerint reservandas, quæ diœcesanis episcopis vel aliis ecclesiarum prælatis, ad quas pertinere noscuntur, tradantur, & ab eis perpetuo possideantur.

Item præcipio, ut ecclesias et domos religiosas in libertate plenaria conservetis, videlicet quod albergarias, procurationes et exactiones quascumque nullatenus exigatis vel percipiatis; sed omnia sine diminutione servetis, et defunctis earum episcopis vel aliis rectoribus, ipsas nullatenus spolietis, nec administrationi earum seu custodiæ, occasione alicujus consuetudinis vel aliqua alia, eorum successoribus reserventur, et electioni episcopi vel alterius rectoris ecclesiæ faciendæ per vos vel per quamcumque aliam personam nullatenus admisceatis, nec umquam violentiam faciatis, vel aliquod impedimentum præstetis, quominus electio libere et canonice celebretur.

Item præcipio, ut pedagiorum et quidagiorum exactiones penitus dimittatis, nisi quas regum vel imperatorum concessione probaveritis vos habere, nec dimissa pedagia, seu quidagia denuo resumatis.

Item præcipio, ut pacem seu treugam secundum quod vobis injunctum fuerit, observetis.

Item præcipio, ut de vobis conquerentibus, secundum meum vel alterius legati vel judicis delegati seu ordinarii arbitrium, justitiam faciatis.

Item præcipio, ut eos quos episcopi hæreticos nominabunt receptatores vel fautores eorum hæreticos habeatis.

FORMA JURAMENTI

Baronum, Civitatum, aliorumque locorum domino papæ danda.

IN nomine Domini. Anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo, XIV. Kal. Julii.

Nos consules villæ sancti Ægidii de consensu et voluntate domini Raymundi comitis Tolosani præcise juramus super sancta Dei evangelia manu tacta tibi magistro Miloni domini papæ notario, apostolicæ sedis legato, quod bona fide, sine omni malo ingenio, & sine omni fraude, consulemus & operam dabimus, pro posse nostro, quod dictus dominus comes tam per se, quam per successores suos super iis omnibus, pro quibus fuit excommunicatus, quæ videlicet exponuntur in forma, secundum quam ipse

A antequam absolveretur juravit, pareat omnibus mandatis ecclesiæ, & quod ea in perpetuum servet; ita ut si quod illorum non fecerit vel contravenerit manifeste, nos ei nullum consilium vel auxilium seu obsequium per nos vel per homines, sive amicos nostros aliquatenus impendemus, scientes ex hoc ipso dicti comitis delicto absolutos nos esse a fidelitate, si qua vel servitio illi ullo modo tenebamur. Immo quousque plene paruerit, faciemus contra ipsum pro posse nostro quidquid Romana ecclesia, vel ejus nuntius, sive legatus nobis mandaverit faciendum; non obstante fidelitate vel jure aliquo vel servitio, si quo ipsi ullo modo

B tenebamur; a quo tam tu, quam dictus comes nos absolvistis & absolvitis, si forte ipse, ut dictum est, contra præcepta quæ sibi facta sunt vel fuerint, venerit manifeste. Tunc etiam pro jure sive servitio, si quod in villis nostri consulatus et ecclesiæ sancti Ægidii, scilicet in villa de Seura et de Stagello et de sancta Columba et de Speriano et de toto territorio Camartinnani, et in aliis, si qua sunt, quæ ipsa villa S. Ægidii habere dinoscitur, fidelitatem Romanæ ecclesiæ faciemus, ipsam eidem fideliter et perpetuo servaturi. Item stratas publicas securas servabimus, et faciemus per totum nostrum districtum inviolabiliter observari. Item pedagia seu quidagia vel exactiones

C aliquas a transeuntibus per stratas vel etiam per flumina nullatenus accipiemus, nisi quæ vel quas antiqua Regum vel Imperatorum concessione cons terit nos habere. Item ecclesias omnes et domos religiosas in nostro districtu tam in villa quam extra in plenaria servabimus libertate, videlicet quod ab eis exactiones aliquas seu tallias nullatenus exigemus, et defunctis earum abbate vel aliis rectoribus, ipsas vel domos earum nullo modo spoliabimus, nec administrationi earum, seu custodiæ occasione alicujus consuetudinis vel aliqua alia, nisi forte rogati ab abbate vel capitulo, nos immiscebimus; sed omnia sine diminutione aliqua defuncto-

D rum successoribus reserventur, et electioni abbatis vel alterius rectoris ecclesiæ faciendæ per nos vel per quamcumque aliam personam nos nullatenus immiscebimus, nec aliquam violentiam faciemus vel impedimentum præstabimus, quo minus electio canonice ac libere celebretur. Item pacem seu treugam, sicut nobis injunctum fuerit, bona fide observabimus. Item si abbas vel capitulum vel alia persona ecclesiastica nobis aliquos hæreticos nominaverit vel credentes, vel per nosmetipsos cognoscere poterimus aliquos hæresim prædicare vel facere conventicula aliqua, ipsos persequemur secundum legitimas sanctiones, & eorum bona infiscabi-

E mus. Hæc autem omnia singulis annis per manus abbatis nostri successores nostros jurare faciemus. Si quis autem hæc jurare noluerit, ipsum tamquam hæreticum habebimus manifestum, nec ejus judicium sive auctoritas vigorem in aliquo sortiatur.

Ego Willelmus de Balcio princeps Auraicensis pro animæ remedio & progenitorum meorum omnibus ecclesiis & domibus religiosis sitis in meo districtu immunitatem se-

ANNO CHRISTI 1209.

secundum statuta canonum & plenissimam libertatem concedo; ita videlicet quod albergarias, procurationes, vel exactiones quascunque seu tallias nullo unquam tempore per me vel per alios requiram in eis, & requirentes sive postulantes pro posse meo fideliter coercebo. Defunctis etiam earum episcopis vel rectoribus aliis, ipsas vel domos earum per me vel per alium nullo modo spoliabo, nec administrationi earum seu custodiæ occasione alicujus consuetudinis vel aliqua alia me ullatenus immiscebo, sed sine diminutione aliqua defunctorum successoribus reserventur. Electioni etiam episcopi vel alterius rectoris ecclesiæ faciendæ per me vel per quamcunque aliam personam me nullatenus immiscebo, nec aliquam violentiam faciam vel impedimentum præstabo quo minus electio canonice ac libere celebretur. Præterea possessiones & jura ecclesiarum, si qua injuste detineo, eis restituo pleno jure. Insuper promitto, quod omnia jura ecclesiarum & domorum religiosarum, sicut decet catholicum principem, in præfato meo districtu totis viribus protegam & defendam. Si quis autem contra præfatam immunitatem & libertatem a me indultam ecclesiis et aliis domibus religiosis venire præsumpserit, ipsum pro posse meo viriliter coercebo. Istam autem concessionem et promissionem feci apud sanctum Ægidium anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo, XIII. Kal. Julii, ad mandatum et exhortationem magistri Milonis domini papæ notarii apostolicæ sedis legati.

In nomine Domini. Anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo, XIII. Kal. Julii.

Nos Consules Nemausenses de consensu & voluntate domini Raymundi comitis Tolosani præcise juramus super sancta Dei evangelia manu tacta tibi magistro Miloni domini papæ notario A.S. L. quod bona fide, sine omni malo ingenio, & sine omni fraude, consulemus & operam dabimus pro posse nostro, quod dictus dominus comes tam per se quam per successores suos super iis omnibus pro quibus fuit excommunicatus, quæ videlicet exponuntur in forma secundum quam ipse antequam absolveretur juravit, pareat omnibus mandatis ecclesiæ, & quod ea in perpetuum servet, ita ut si quod illorum non fecerit vel contra venerit manifeste, nos ei nullum consilium, vel auxilium, seu obsequium per nos vel per homines seu amicos nostros aliquatenus impendemus, scientes ex hoc ipso dicti comitis delicto absolutos nos esse a fidelitate si qua vel servitio illi ullo modo tenebamur. Immo quousque plene paruerit, faciemus contra ipsum pro posse nostro quidquid Romana ecclesia vel ejus nuntius sive legatus nobis mandaverit faciendum, non obstante fidelitate vel jure aliquo vel servitio, si quo ipsi ullo modo tenebamur, a quo tam tu quam dictus comes nos absolvistis & absolvitis, si forte ipse, ut dictum est, contra præcepta quæ sibi facta sunt vel fuerint venerit manifeste. *Reliqua prout in præcedenti formula.*

In nomine Domini. Anno duodecimo pontificatus domini Innocentii papæ III. VII. Kal. Julii.

Nos consules & consiliarii Arausicenses de consensu & voluntate domini Willelmi de Baucio principis nostri præcise juramus super sancta Dei evangelia manu tacta tibi magistro Miloni domini papæ notario, apostolicæ sedis legato, quod bona fide, sine omni malo ingenio, & sine omni fraude consulemus & operam dabimus pro posse nostro, quod Raymundus comes Tolosanus tam per se, quam per successores suos super iis omnibus pro quibus excommunicatus fuit, quæ videlicet exponuntur in forma secundum quam ipse antequam absolveretur juravit, pareat omnibus mandatis ecclesiæ, & quod ea in perpetuum servet, ita ut si quod illorum non fecerit vel contra venerit manifeste, nos ei nullum consilium vel auxilium seu obsequium per nos vel per homines vel amicos nostros aliquatenus impendemus, immo quousque paruerit plene, faciemus contra ipsum pro posse nostro quicquid Romana ecclesia vel ejus nuntius vel legatus nobis mandaverit faciendum. Item stratas publicas &c. *Ut in reliquis formulis.*

In nomine Domini. Anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo, VI. Non. Julii.

Ego Artaudus de Rosilo juro tibi magistro Miloni domini papæ notario, apostolicæ sedis legato, quod quicquid dominus papa vel tu seu nuntius alius vel legatus ejus mihi de pedagiis seu quidagiis tam in terra quam in aquis dimittendis præceperit, bona fide observabo. Similiter stratas publicas securas servabo. Item pacem seu treguam, secundum quod mihi injunctum fuerit, jurabo & tenebo. Item hæreticos vel credentes pro posse meo persequar, et eorum bona ubi potero occupabo; Judæos ab administratione publica vel privata penitus in meo removebo districtu, nec illos vel alios unquam ad aliquam administrationem assumam. Ecclesias incastellatas secundum mandatum diœcesani episcopi destruam, vel ei restituam, nec aliquas de cetero incastellabo vel incastellatas retinebo. Ecclesias in plena libertate servabo. Et confiteor quod pro his omnibus observandis & aliis, si qua mihi præcepta fuerint, ut dictum est, castrum meum de Rosilon vobis nomine Romanæ ecclesiæ tradidi, quod neque vobis neque custodibus ejusdem castri per me vel per aliam quamcumque personam auferam vel auferri faciam, immo si ab aliquo fuerit ablatum, pro posse meo ad recuperandum illud et restituendum vobis vel custodibus qui pro tempore fuerint dabo operam bona fide. Volo etiam ut idem castrum meis sumptibus custodiatur. Hæc omnia, sicut supra scripta sunt, bona fide observabo. Sic Deus me adjuvet, et hæc sancta Dei evangelia.

In

In nomine Domini. Anno duodecimo pontificatus domini Innocentii papæ III. VI. Non. Julii.

Nos episcopus, decanus, vicarius, et ceteri canonici Valentini præcise juramus super sancta Dei evangelia tibi magistro Miloni domini papæ notario, apostolicæ sedis legato, quod si Raymundus comes Tolosanus tam per se quam per successores suos super iis omnibus pro quibus fuit excommunicatus, quæ videlicet exponuntur in forma secundum quam ipsi antequam absolveretur juravit, non paruerit omnibus mandatis ecclesiæ, vel ea in perpetuum non servaverit, vel contra ipsa vel aliquod illorum venerit B manifeste, ei nullum consilium vel auxilium seu obsequium per nos vel per amicos seu homines nostros aliquatenus impendemus; immo quousque plene paruerit, faciemus contra ipsum pro posse nostro quicquid Romana ecclesia vel ejus nuntius sive legatus nobis mandaverit faciendum. Item stratas publicas securas servabimus et faciemus per totum nostrum districtum inviolabiliter observari. Item pedagia seu guidagia vel exactiones aliquas a transeuntibus per stratas vel etiam per flumina nullatenus accipiemus, nisi quæ vel quas antiqua regum vel imperatorum concessione constiterit nos habere. Item pacem seu treguam, sicut nobis a legato C vel nuntio Romanæ ecclesiæ injunctum fuerit, bona fide observabimus, & faciemus nostros homines observare pariter & jurare. Item hæreticos & credentes seu receptores & fautores eorum, prout poterimus, persequemur, eorum bona omnia, ubi potestatem habebimus, infiscantes. Et hæc omnia facimus universos cives nostros & alios homines jurare, & faciemus tam eos quam successores eorum in posterum, prout melius poterimus, observare.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione Domini MCCIV. IV. Idus Julii.

D Ego Milo domini papæ notarius A.S. L. vobis G. Aidemari & Lamberto dominis de Montilio sub debito præstiti juramenti præcipio, ut pedagia seu guidagia in toto vestro districtu tam in terra quam in aquis nullo unquam tempore accipiatis, nisi quæ antiqua regum vel imperatorum concessione probaveritis vos habere. Item præcipio ut pacem et treguam, secundum quod vobis injunctum fuerit, obervetis, & faciatis a vestris hominibus observari pariter et jurare. Item præcipio ut de vobis conquerentibus, secundum meum vel alterius legati vel judicis delegati seu ordinarii arbitrium, justitiam faciatis. Item præcipio ut stratas publicas E securas servetis, et cruce signatos, tam in eundo quam in redeundo, pro posse vestro ab omnibus defendatis. Item præcipio, ut eos quos episcopi vel alii clerici vobis hæreticos nominabunt, et receptatores vel fautores seu credentes eorum tamquam hæreticos et puniatis per bonorum infiscationem & alias secundum legitimas sanctiones. Item præcipio, ut ecclesias & domos religiosas in A libertate plenaria conservetis, videlicet quod in eis albergarias, procurationes, vel exactiones quatcumque seu tallias nullatenus exigatis vel percipiatis, & defunctis earum rectoribus, ipsas nullo modo spolietis, nec administrationi earum seu custodiæ occasione alicujus consuetudinis vel alias vos immisceatis; sed omnia sine diminutione aliqua defunctorum successorisque reserventur, & electioni rectoris ecclesiæ faciendæ per vos vel per quamcunque aliam personam vos nullatenus immisceatis, nec aliquam violentiam faciatis vel impedimentum præstetis, quo minus electio canonice ac libere celebretur. Item præcipio ut Judæos ab administratione publica vel privata removeatis omnino, & nullo unquam tempore eos ad eamdem vel ad aliam restituatis, nec alios Judæos ad administrationem aliquam assumatis, nec eorum consilio contra Christianos utamini. Item præcipio, ut ecclesias incastellatas ad arbitrium diœcesanorum episcoporum diruatis, vel etiam reservetis, si quas duxerint reservandas; quas ipsi diœcesanis episcopis tradatis, vel aliis ecclesiarum prælatis, ad quos pertinere noscuntur, ut perpetuo possideantur ab eis. Item præcipio, ut si comes Tolosanus tam per se, quam per hæredes suos contra præcepta, quæ sibi facta sunt vel fient in posterum, super iis omnibus pro quibus fuit excommunicatus, quæ videlicet exponuntur in forma, secundum quam ipse antequam absolveretur juravit, venerit manifeste, vos nullum consilium vel auxilium seu obsequium per vos vel per vestros homines seu amicos ei aliquatenus impendatis; immo quousque plene paruerit, faciatis contra ipsum pro posse vestro quicquid Romana ecclesia vel ejus nuntius sive legatus mandaverit faciendum. Item præcipio, ut per vos vel vestros homines vel aliam quamcunque personam consilium vel opem non detis, ut munitiones vestræ, quas modo facio per Vivariensem episcopum nomine Romanæ ecclesiæ custodiri, eidem vel custodibus ejus vel aliis qui pro tempore fuerint auferantur; & si forte aliquo casu eis ablatæ fuerint, modis omnibus, quibus poteritis, laborabitis, ut recuperentur & restituantur eisdem. Item præcipio ut homines de Montilio faciatis Vivariensi episcopo fidelitatem pro custodia munitionum secundum voluntatem ipsius jurare, & pro expensis quas in munitionibus vestris Montilii custodiendis fecerit, cum eas a vobis petierit, secundum suum arbitrium ei, etiam antequam factæ fuerint, si voluerit, satisfaciatis. Item præcipio, ut si forte per vos vel hæredes vestros contra supradicta vel aliquod prædictorum aliquando veneritis manifeste, jus omne quod habet ecclesia Romana in Montilio & ejus pertinentiis in ipsius potestate sine contradictione aliqua penitus dimittatis; ita quod dominus papa per se vel legatum suum disponat & faciat de castro illo sicut decreverit faciendum. Similiter tibi G. Aidemari præcipio, ut si forte, ut dictum est, per te vel hæredes tuos contra supradicta veneris manifeste, jus omne quod habes in castro de Rochamaura Vivarensi episcopo, qui pro tempo-

ANNO CHRISTI 1209.

pore fuerit, penitus sine aliqua quæstione dimittas, sicut tu ipse, quando mihi jurasti, te ad hoc obligasti spontanea voluntate.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ejusdem incarnationis MCCIX. IX. kal. Augusti, anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo.

Nos consules Montispessulani juramus super sancta Dei evangelia manu tacta tibi magistro Miloni domini papæ notario A. S. L. de mandato et auctoritate tua, quod bona fide sine omni malo ingenio, et sine fraude, consulemus et operam dabimus pro posse nostro, quod dominus Raymundus comes Tolosanus tam per se quam per hæredes suos super iis omnibus pro quibus fuit excommunicatus, quæ videlicet exponuntur in forma secundum quam ipse antequam absolveretur juravit, pareat omnibus mandatis ecclesiæ, et quod ea in perpetuum servet; ita ut si quod illorum non fuerit, vel contravenerit manifeste, nos ei nullum consilium vel auxilium seu obsequium per nos vel per homines sive amicos nostros aliquatenus impendemus; immo quousque plene paruerit, faciemus contra ipsum pro posse nostro quicquid Romana ecclesia vel ejus nuntius sive legatus nobis mandaverit faciendum. Item stratas publicas per totum nostrum episcopatum securas servabimus et faciemus inviolabiliter observari. Item etc. *ut in reliquis formulis. In fine scribitur.* Hæc omnia successores nostros singulis annis faciemus jurare. Si quis autem hæc jurare noluerit, ipsum hæreticum habebimus manifestum, nec ejus judicium sive auctoritas vigorem in aliquo sortiatur. Et ego supra memoratus Milo domini papæ notarius apostolicæ sedis legatus auctoritate legationis, qua fungor, ad prædicta exequenda vobis prædictis consulibus et successoribus vestris potestatem et autoritatem concedo. Hæc omnia pro posse suo bona fide & sine aliquo malo ingenio corporaliter juraverunt se observaturos B. Caput de bove, Deodatus de Rocennaco, P. de Bisanchis, Regordus, P. Belliani, et G. de Planterio consules. Et hoc idem simpliciter juravit se tenere pro seipso, I. Luciani Montis pessulani bajulus. Actum est hoc in ecclesia sanctæ Crucis in præsentia domini Willelmi Magalonensis episcopi, B. præpositi, B. de Mesca sacristæ, B. de Agrifolio, P. de Lunello, I. de Montelauro archidiaconi, B. de Maurino sacerdotis, Michaelis de Sauzeto diaconi, Berengarii Lamberti, I. de Latis, P. de Montelauro causidicorum, et Vigenis Laurentii notarii publici, qui rogatus hæc scripsit.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ejusdem incarnationis MCCIX. III. Kal. Augusti, anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo.

Nos consules civitatis Arelatensis juramus super sancta Dei evangelia manu tacta tibi magistro Miloni domini papæ notario apostolicæ sedis legato de mandato et au-

A ctoritate tua, quod bona fide, sine omni malo ingenio, et sine fraude, consulemus & operam dabimus, pro posse nostro, quod dominus R. comes Tolosanus tam per se, quam per hæredes suos super iis, pro quibus fuit excommunicatus, quæ videlicet exprimuntur in forma secundum quam ipse antequam absolvetur juravit, pareat omnibus mandatis ecclesiæ, & quod ea in perpetuum servet; ita ut si quod illorum non fecerit vel contravenerit manifeste, nos ei nullum consilium vel auxilium seu obsequium per nos vel per homines sive amicos nostros aliquatenus impendemus; immo quousque plene paruerit, faciemus contra ipsum pro posse nostro quicquid Romana ecclesia vel ejus

B nuntius sive legatus nobis mandaverit faciendum. Item stratas publicas, *ut in aliis formulis. In fine legitur.* Hoc autem nos dicimus facturos si ab ecclesiastico judice certiorati fuerimus. Hæc omnia singulis annis successores nostros faciemus jurare. Si quis autem hæc jurare noluerit, ipsum tamquam hæreticum habebimus manifestum, nec ejus judicium sive auctoritas vigorem in aliquo sortiatur. Et ego supra memoratus Milo domini papæ notarius A. S. L. auctoritate legationis, qua fungor, ad prædicta exequenda vobis prædictis consulibus & successoribus vestris potestatem & auctoritatem con-

C cedo. Hæc omnia pro posse suo bona fide & sine aliquo malo ingenio corporaliter juraverunt se observaturos B. Roniarda, R. Petrus de super Rhodano, Cabritus, B. Ferreoli, R. de Farnaria, R. Garmerus, consules. Et hoc idem juraverunt simpliciter se tenere pro posse suo cives Arelat. infrascripti, scilicet Ugo de Arenis Cepo, P. de Leone, R. Berennus, B. Scopha, P. Bonus, D. de Nemauso, M. Gervasius, P. de Thoro, P. Raymundi, U. de Thoro. Actum est hoc in palatio domini archiepiscopi super portam S. Stephani, in præsentia S. præpositi Arelatensis ecclesiæ, Ber. sacristæ, Theodosii canonici Jaauensis, & P. Fortis notarii Arelatensis, qui rogatus hæc

D scripsit.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ejusdem incarnationis MCCIX. IV. Non. Augusti anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo.

Nos consules & omnes homines Argentariæ juramus super sancta Dei evangelia manu tacta vobis Burno Vivariensi episcopo & G. Bodi, ad hoc specialiter delegatis a domino Milone domini papæ notario, A. S. L. de mandato & auctoritate ipsius legati quod bona fide, sine omni malo ingenio, & sine fraude, consulemus & operam dabimus

E pro posse nostro, quod dominus R. comes Tolosanus tam per se quam per hæredes suos super iis omnibus, pro quibus fuit excommunicatus, quæ videlicet exponuntur in forma secundum quam ipse antequam absolveretur juravit, pareat omnibus mandatis ecclesiæ, & quod ea in perpetuum servet, ita ut si quod illorum non fecerit vel contravenerit manifeste, nos ei nullum consilium vel auxilium seu obsequium per nos vel

vel per amicos nostros aliquatenus impendemus; immo quousque plene paruerit, faciemus contra ipsum pro posse nostro quicquid Romana ecclesia vel ejus nuntius sive legatus nobis mandaverit faciendum. Item stratas publicas per totum Vivariensem episcopatum securas servabimus & faciemus inviolabiliter observari. Item ecclesias omnes & domos religiosas in Vivariensi episcopatu tam in civitate Vivariensi quam extra in plenaria conservabimus libertate, videlicet quod ab eis exactiones aliquas seu tallias nullatenus exigemus, & defunctis earum rectoribus, ipsas vel domos earum nullo modo spoliabimus, nec administrationi earum seu custodiæ occasione alicujus consuetudinis vel aliqua alia, nisi forte rogati ab episcopo vel capitulo, nos immiscebimus; sed omnia sine diminutione aliqua defunctorum successoribus reserventur, & electioni episcopi vel alterius rectoris ecclesiæ faciendæ per nos vel per quamcunque aliam personam nullatenus immiscebimus, nec aliquam violentiam faciemus vel impedimentum præstabimus quo minus electio canonice ac libere celebretur. Item pacem seu treuguam, sicut nobis per ecclesiam Romanam vel ejus legatum seu nuntium injunctum fuerit, bona fide observabimus, & faciemus per episcopatum Vivariensem pro posse nostro in perpetuum observari. Item si episcopus vel capitulum Vivariense vel alia persona ecclesiastica nobis aliquos hæreticos in episcopatu Vivariensi nominaverit, vel credentes, vel per nosmetipsos cognoscere poterimus aliquos hæresim vel facere conventicula illicita, ipsos persequemur secundum legitimas sanctiones, & eorum bona omnia pro posse nostro infiscabimus. Item Judæos ab omni administratione publica vel privata omnino removebimus, & nullo unquam tempore eosdem vel alios ad eandem administrationem vel aliam assumemus, nec eorum consilio contra Christianos utemur, nec in domibus suis Christianos vel Christianas ad servitium eorum permittemus habere; & si contra hanc prohibitionem habuerint vel tenuerint, tam Judæorum quam Christianorum morantium cum eis bona omnia infiscabimus. Item etiam ecclesias incastellatas Vivariensis episcopatus ad arbitrium diœcesani nostri episcopi vel aliorum prælatorum, ad quos pertinere noscuntur, penitus diruemus, vel etiam reservabimus si quas duxerint reservandas; quas ipsi episcopo vel aliis prælatis trademus, ut perpetuo possideantur ab eis. Item de nobis conquerentibus secundum arbitrium magistri Milonis domini papæ notarii A. S. L. vel tuum, domine Vivariensis episcope, vel alterius legati, seu judicis ordinarii vel delegati justitiam faciemus. Item si quis de Vivarensi episcopatu propter suos excessus excommunicatus fuerit, & commonitus ab ecclesiastico judice non satisfecerit infra mensem, ei centum solidos Podienses auferemus; immo quolibet mense, in quo excommunicatus permanserit, ei summam auferemus præfatam; si vero solvendo non fuerit, eum sub banno ponemus. Hoc autem nos dicimus facturos si ab ecclesiastico judice certiorati fuerimus. Hæc omnia singulis annis successores nostros consules faciemus jurare. Si quis autem hæc jurare noluerit, eum tamquam hæreticum habebimus manifestum, nec ejus judicium sive auctoritas vigorem in aliquo sortiatur. Et nos B. Vivariensis episcopus & G. Todi vobis ex parte domini legati supradicti ad prædicta omnia exequenda auctoritatem & potestatem concedimus vobis prædictis consulibus & toti populo Argentariæ. Hæc omnia pro posse nostro nos observaturos juramus in animam nostram & in animam totius populi. Ego Vv. Garns, R. Belceda, Ber. Roquerius, Argentariæ consules; P. Mazel, S. Mascals, R. Chairicus. Bern. Dalbiges, Ermengaus, R. de Riberia, R. Salgues, Ber. de Fisac, Vv. Esteves, P. Faber, & totus populus Argentariæ.

Nos Ugo & R. nepos ejus de Baucio promittimus vobis domino Miloni domini papæ notario A. S. L. sub debito juramenti, quod vobis apud sanctum Ægidium præstitimus quod quam cito per vos vel nuntium vestrum fuerimus requisiti, castrum de Alansone vobis vel cui mandaveritis assignari omni occasione postposita faciemus, & ex nunc idem castrum profitemur nos vestro nomine possidere. Volumus etiam ut idem castrum nostris custodiatur expensis.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ejusdem incarnationis MCCIX. II. Non. Septembris anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo.

Ego G. de Fabrano Dei gratia comes Forncalcariensis juro super sancta Dei evangelia manu tacta tibi magistro Miloni domini papæ notario A. S. L. quod stratas publicas per totum meum districtum securas servabo & faciam inviolabiliter observari. Item pedagia &c. *ut in reliquis formulis. In fine legitur.*

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ejusdem incarnationis MCCIX. IV. Idus Septembris, anno pontificatus domini Innocentii papæ III. duodecimo.

Nos consules & cives Cavellicenses juramus super sancta Dei evangelia manu tacta tibi magistro Miloni domini papæ notario A. S. L. de mandato & auctoritate tua, quod bona fide, sine malo omni ingenio, & sine fraude, consulemus & operam dabimus pro posse nostro, quod dominus R. comes Tolosanus &c. *sicut in reliquis formulis juramenti.*

AD CONCILA AVENIONENSIA DUO

Ab Hugone Regiensi episcopo & Milone A. S. L.

Anno 1209. habita,

ADNOTATIO CRITICA ET ADDITIO.

COncilia Avenionensia duo, tota licet antiquitate invita, Labbeus vel potius Cossartius ex conjectura distinxit. Horum alteri tribuit canones XXI. ibi apud eum legendos; in alio vero anathemati traditum Raymundum Tolosanum censet. Hanc ejus B conjecturam falsi convincit, quod modo daturus sum, additamentum, demonstrans prius illud concilium anni 1209. anathematis sententiam in Raymundum tulisse; ex quo conficitur, alteri Avenionensi concilio, quod ille anno 1210. pro ferenda in comitem sententia assignat, nihil agendum superesse. Est vero additamentum istud synodica concilii Avenionensis ad pontificem Innocentium III. nomine utriusque legati apostolici, Hugonis Regiensis & Milonis scripta, quam repeto ex Baluzii collectione epistolarum Innocentii III, tom. pag. 366. cui epistolam alteram adjungo tunc pariter, sed privato nomine, ab eodem Milone A. S. L. C ad pontificem scriptam, & a Baluzio ibidem vulgatam, in qua res in eodem concilio actas illi exponit.

DOMINO PAPÆ.

Sanctissimo patri ac domino Innocentio Dei gratia summo Pontifici, Hugo Regensis episcopus, & Milo humilis servus ejus, voluntarium debitæ servitutis obsequium.

CUm nuper apud civitatem Avinionensem pro statu provinciæ cum multis archiepiscopis & episcopis & aliis ecclesia- D rum prælatis essemus in concilio congregati, de consilio & assensu reverendi patris Abbatis Cisterciensis, & sacri approbatione concilii comitem Tolosanum anathematis vinculo innodavimus, & totam ipsius terram ecclesiastico supposuimus interdicto, pro eo quod idem comes venerabiles patres Carpentoratem & Vasionensem episcopos cum suis clericis non restituit pleno jure, sicut ego Milo ei præceperam sub religione præstiti juramenti & pœna in ipso juramento adjecta; pro eo etiam quod hæreticos & credentes de terra sua non expulit, nec eos ad arbitrium tradidit signatorum; ecclesiis quoque & religiosis domibus ac personis mi- E serabilibus justitiam, sicut ei præceptum fuerat, non exhibuit, nec ad respondendum de se conquerentibus aliquos constituit responsales; similiter incastellatas ecclesias ad diœcesanorum episcoporum arbitrium non destruxit, & pedagia seu exactiones indebitas non dimisit. Hanc autem sententiam ita duximus moderandam, quod si comes ipse usque ad proximum festum omnium sanctorum ad præsentiam nostram accesserit, & super prædictis satisfecerit competenter, non sit hac excommunicatione ligatus; alioquin tam ipse quam terra ipsius, ut supra diximus, & excommunicationis & interdicti sententia teneatur. Quia igitur, sancte pater, veridica multorum relatione didicimus, quod comes ipse ad sedem est apostolicam accessurus, ut intercessione illustris regis Ottonis, regis quoque Franciæ, ac plurium aliorum, de quorum dilectione se jactat, terræ suæ, quæ tota pene in manibus vestris consistit, restitutionem obtineat, & sic esset novissimus error longe priore deterior, totius negotii veritatem vestræ sanctitatis auribus duximus declarandam; ut si forsan idem comes ad vos, sicut speratur, accesserit, in successore Petri petræ, quæ Christus est, inveniat firmitatem, indubitanter scientes, quod per Dei ac vestram gratiam taliter est ligatus, quod deinceps recalcitrare non poterit, nec vestris sanctis jussionibus obviare; nisi forsan, quod Deus avertat, quod circa ipsum factum est aliquorum instantiá dissolvatur. Roncellinum quoque sancti Victoris Massiliensis monachum apostatam & perjurium in eodem concilio anathematizavimus & maledisimus, non solum propter quandam nobilem, quam traduxit, sed propter alias causas multiplices, quas, cum sint notoriæ, supervacuum credimus enarrare. Hugonem etiam ferum castaldum ipsius Roncelini seu bajulum excommunicavimus nominatim, & omnes qui ei, sicut ipsius castaldo vel bajulo de cætero responderent. Multos alios quoque nobiles & burgenses Massilienses sententia eadem ligavimus, qui dictum Roncelinum in sua iniquitate defendunt. Civitatem Massiliensem similiter ac totam aliam terram Roncelini prædicti ecclesiastico supposuimus interdicto, pro eo quod eundem Roncelinum de monasterio per violentiam extraxerunt, & ipsum in sua malitia & pertinacia manutenuerunt, huc usque ejus dominium tanto tempore sustinentes. Item pro eo quod violentiam quam hominibus Montispessulani & peregrinis tam in rebus quam in personis idem fecerat Roncelinus, non prohibuerunt, cum possent. Pro eo etiam quod ea quæ statuta fuerant apud sanctum Ægidium pro quiete ac statu totius provinciæ noluerunt sicut aliæ civitates & castra jurare. Præfatus etiam dominus abbas de consilio omnium prælatorum ecclesiæ, qui fuerant in exercitu congregati, consules & consiliarios Tolosanos excommunicationis sententia innodavit, & totam civitatem ecclesiastico supposuit interdicto, pro eo quod hæreticos & credentes, quorum ibi est maxima multitudo, noluerunt cum rebus suis ad arbitrium tradere signatorum. Hæc ideo, pater sancte, vestris auribus duximus intimanda, ut si forsan aliqui prædictorum ad præsentiam vestram miserint vel accesserint, de his quæ acta

ANNO CHRISTI 1209.

acta sunt circa eos sciatis plenius veritatem.

LITERÆ MAGISTRI MILONIS

Missæ ad dominum papam.

Sanctissimo patri & domino Innocentio Dei gratia summo pontifici, Milo humilis servus ejus voluntarium debitæ servitutis obsequium.

POstquam cum exercitu signatorum a Lugduno per provinciam usque ad Montempessulanum processi, reverendo patri Cisterciensi abbati & principibus visum fuit plurimum expedire quod ad terram nobilium virorum comitum provinciæ & Furcalcariensis, partim pro reformanda concordia inter eos, partim pro collecta facienda per ecclesias ad opus & subsidium exercitus Jesu Christi, celeriter remearem. Cumque Arelatensem civitatem venissem oculata fide perspexi quod alias fama intellexeram * nuntiare. Videlicet quod vir nobilis Willelmus Porcelleti munitionem quamdam fortissimam super duabus ecclesiis & in cimiterio ipsarum constructam in insula quadam juxta ripam Rhodani, non longe ab eadem civitate, in perniciem transeuntium possidebat, domosque Domini converterat in speluncas latronum. Innumera enim maleficia, rapinæ scilicet, exactiones indebitæ, furta, & ceteræ abominationes committebantur in ea, & timebantur nihilominus in futurum committi. Propter quod me cum circumstantibus civitatibus continuo ad ipsam destruendam accinxi. Et quia timuit dictus nobilis ne terra ipsius tota in exterminium & direptionem veniret, non expectata manu militari, quamvis invitus, præfatam munitionem mihi tradidit subvertendam. Ea igitur funditus demolita, continuo Massiliam properavi, civesque Massilienses diligenter admonui ut pacem & alia, quæ circum adjacentia loca juraverant, jurarent & ipsi, & præcipue de facto Roncelini, in quo multum ecclesiam Dei scandalisaverant, satisfacerent competenter. In quorum nullo preces meas seu mandatum exaudire curarunt, excusationes in peccatis suis frivolas, scilicet Roncelini absentiam, allegantes; &, quod non sine verecundia multa & rubore sustinui, mihi publice, licet falso, in faciem objecerunt quod cum Romana ecclesia ei communicasset in multis, non tamquam apostatam seu excommunicatum ipsum vitare debebant. Exinde per Aquensem civitatem Avinionem revertens, præfatum comitem Fulcalcariensem vocavi, eum diligenter inducens, ut, sicut comes Tolosanus, ceteri barones & civitates, se ad observantiam pacis & eorum quæ statuta fuerunt apud S. Ægidium obligaret. Ad quod, licet a principio difficilis multum extiterit, postmodum tamen, secundum voluntatem meam & consilium archiepiscoporum & episcoporum qui apud Avinionem ad concilium fuerant congregati, ad observandum quæcunqne volui præcipere tam suam quam multorum commilitum suorum juratoriam mihi & insuper trium castrorum pignorativam exhibuit cautionem; quæ castra

*nuntiante

A quibusdam discretis personis ecclesiasticis nomine vestro custodienda commisi. Circa vero comitem provinciæ ac terram ipsius, pro eo quod in Siciliam cum sorore profectus fuerat, quæ stabilienda fuerant stabilire nequivi. Ad communem tamen utilitatem & quietem totius provinciæ multa in præfato concilio statuta fuerunt; & prædictus Roncelinus præcipue, tamquam apostata & perjurus, cum omnibus fautoribus suis & complicibus fuit nominatim anathematis vinculo innodatus, totaque civitas Massiliensis & terra ipsius ecclesiastico districtissime interdicto subjecta. Præfati quoque domini Cisterciensis abbatis fuit consilium & voluntas ut formam juramenti baronum, civitatum, B aliorumque locorum, sicut in authenticis, quæ penes me habeo, continetur, vobis seriatim transmitterem, ponendam, si vestræ sanctitati videbitur, in regestis. Quæ forma ab originalibus sumpta & diligenter correcta in quaterno, meo sigillo signato, quam attulit lator præsentium, plenius continetur. Quia igitur, sancte pater, ad hoc res per Dei gratiam jam devenit, ut in tota provincia sit summa pax & tranquillitas reformata, dummodo facile non solvantur quæ multa sunt deliberatione statuta, beatitudinem vestram humili supplicatione deposco, quatinus si forsitan, sicut a multis creditur, Tolosanus comes, pacis & justitiæ C inimicus, ad præsentiam vestram accesserit pro recuperandis castris, quæ mihi vestro nomine assignavit, quod se jactat posse facile ottinere, non vos moveat ejus lingua solis mendaciis & contumeliis erudita; sed, sicut meruit, de die in diem manus ecclesiæ sentiat graviores. Cum enim super quindecim ad minus capitulis præter alias juratoriam ab eo receperim cautionem, fere in omnibus manifestissime dejeravit; in his præcipue quæ in aliis litteris continentur factis nomine domini Regensis & meo. Unde a jure quod habet in civitate Melgorii cecidit manifeste, & septem munitissima castra quæ de suis habeo in commissum Romanæ eccle- D siæ ceciderunt. Avinionenses quoque, Nemausenses, & homines sancti Ægidii, sicut in forma juramenti quod mihi vestro nomine præstiterunt, plenius continetur, de omni jure quod in civitatibus illis habet hominium Romanæ ecclesiæ parati sunt exhibere. Verum, sicut in prefatis habetur litteris, adhuc usque ad proximum festum omnium Sanctorum expectabitur; in quo, si non venerit satisfacturus de omnibus, contra ipsum tam spiritualiter quam temporaliter procedetur. Castra siquidem quæ de suis habeo, adeo sunt artificio & natura loci munita, ut cum auxilio civitatum, locorum etiam & baronum, qui ecclesiæ mul- E ta sunt devotione ac juramento astricti, facillimum sit ipsum exterminare de terra quam sua vita turpissima diutius maculavit. Ad hæc, in eo quod Romana ecclesia tenet, castra, ullatenus ipse non læditur; immo per hoc & his diebus extremum evasit supplicium, & illesa remansit alia terra sua. Comes quoque Fulcalcariensis multique alii barones & nobiles, qui mihi multa castra munitissima reddiderunt, non solum ea

non

ANNO CHRISTI 1209.

ANNO CHRISTI 1210. non repetunt, sed offerunt alia inceſſanter, quoniam id tranquillitati provinciæ admodum expedire cognoſcunt. Si autem, quod Deus avertat, idem Toloſanus comes ſine alia ſatisfactione recuperaverit ſua caſtra, quicquid factum eſt contra hæreticos & pro pace ac quiete provinciæ ſtabilitum, prorſus ad nihilum redigetur, & melius eſſet nihil inchoatum fuiſſe, quam relinquere taliter inchoata. Parcat mihi veſtra benignitas, ſancte pater, ſi prolixius, vel aliter quam debuerim, forſan ſcripſi. Nam ex abundantia cordis os loquitur; & zelum bonum habeo, qui utinam ſcientia ſit conditus. Licet enim A tam comes ipſe, quam præfatus nobilis, cujus adeo munitionem deſtruxi, quod pro centum milibus ſolidorum in ſtatum priſtinum reparari non poſſet, occulte mihi exitium machinetur, ſicut multorum certa relatione cognovi, nihil me tamen ab eo quod cœpi poterit revocare, quamvis uterque mortem fuerit machinatus legati. (a) Nam & comes ſemper poſtea interfectorem ipſius familiarem habuit & amicum, cum eſſet antea inimicus; & Willelmum Procelleti germanum interfectoris ejuſdem poſtea ſemper habuit commenſalem. ANNO CHRISTI 1210.

(a) Petri de Caſtronovo.

GNESNÆ IN POLONIA CONCILIUM

Quo anathema dictum eſt in epiſcopum, & decanum eccleſiæ Poſnanienſis

Anno 1210. *circiter habitum.*

An. 1210. Regiſt. lib. XIV. INnocentius papa III. in epiſtola regiſt. lib. XIV. data anno XIV. pontificatus ſui die XIV. Kal. aug. ideſt Chriſti 1211. ad Henricum Gneſnenſem archiepiſcopum hæc de concilio provinciali Gneſnenſi ſcribit. *Cum enim tu* (Philippo) *quondam epiſcopo & .... Decano Poſnanienſibus in plena ſynodo vinculo excommunicationis aſtrinxeris, iidem canonici diutius communicaverunt eidem: quanquam ipſis non licuerit ignorare ſententiam in provinciali concilio ſolemniter promulgatam.* Hæc tantum de concilio iſto ſcimus.

CONVENTUS AD RAVENICAM,

In quo de bonis eccleſiaſticis a laicis poſſeſſis reſtituendis actum & conventum eſt,

Anno 1210. *habitus.*

An. 1210. QUod conventum hunc laicorum & eccleſiarum præſulum inter eccleſiæ Dei concilia adſciverim, fecit & conventus ipſius celebritas, & cauſæ plane eccleſiaſticæ tractatio. Latini, qui non diu ante Conſtantinopolitanum imperium occupaverant, una cum civili principatu loca pariter eccleſiaſtica plura ſibi retinebant. Grave id viſum eccleſiarum expoliatarum præſulibus, querelaſque ea de re ſuas ad imperatorem detulerunt. Sed tanta erat occupantium potentia, ut agere pro authoritate nec ſummo principi liceret. Quamobrem ut componendæ pacis ratio aliqua iniretur, viſum eſt ſolemnem conventum ex principibus eccleſiaſticis laiciſque indicere, in quo partibus auditis conventum eſt in ſententiam, quam ſtatim recitabo, acceptam ex epiſtola Honorii papæ III. ea de re ſcripta & vulgata a Baluzio in Collect. epiſtolar. Innocentii III. to. 2. lib. XVI. pag. 835. In his literis compoſitæ litis conventiones in publicas tabulas relatæ continentur. Sed principes fidem ſuam minime tunc liberarunt, cujus pervicaciæ ſuæ merito a judicibus ab Innocentio III. deſtinatis anathematis ſententiam retulerunt. Tum appellatum eſt ad pontificem; & pontifex cauſæ cognitionem diſtulit ad legatum ſuum eo ſtatim mittendum, ut ex epiſt. Innocentii 98. regiſt. lib. 16. diſcimus. Quid inde acciderit, indicat Honorius papa III. in ea epiſtola, cujus ſuperius memini. Surdis auribus reſtitutionem rerum occupatarum occinuerunt legati. Iterum ergo obſtrepitum eſt anathematum fulmine, quo fragore territi laici principes confugerunt ad Honorium III. Innocentii ſucceſſorem, a quo illæ propoſitæ ſunt pacis conditiones in iiſdem Honorii litteris legendæ. Ubi ſita jaceat Ravenica, locus habiti conventus, nullibi me legiſſe recolo; forte tamen locus erat in principatu Achajæ, ut ex literis indicatis Honorii papæ colligitur.

TABULÆ CONVENTIONIS

Inter eccleſiarum & imperii CPtani principes.

IN nomine Domini. Amen. Ad honorem Dei & ſanctæ matris eccleſiæ, & domini papæ Innocentii III. Hoc eſt pactum ſive conventio ſuper univerſis eccleſiis poſitis ſive ſitis vel fundatis in Theſſalonica uſque Chorinthum, quod intervenit inter dominum Thomam Dei gratia Conſtantinopolitanæ eccleſiæ patriarcham & archiepiſcopos, Athenienſem, Lariſſenſem, Neopatrenſem, & epiſcopos infra ponendos, & barones inferius propriis nominibus declarandos.

Renuntiaverunt quidem domini Nameus Roffredus comeſtabulus regni Theſſalonici, Otto de Roccha dominus Athenarum, Guido marchio, Ravanus dominus inſulæ Nigripontis, Raynerius de Traval, Albertinus de Canoſa, Thomas de Stromoncort, comes Bertuldus, Nicolaus de ſancto Omer, Guil-

ANNO CHRISTI 1210.

Guillelmus de Blanel, Guillelmus de Arsa pro se & hominibus suis & fidelibus & vassallis, in manibus supradicti domini patriarchæ recipientis pro ecclesia nomine domini papæ & suo, & archiepiscoporum & episcoporum infra dictos terminos positorum & ecclesiarum cunctarum, omnes ecclesias & monasteria, possessiones, redditus, mobilia, & immobilia bona, & universa jura ecclesiæ Dei, volentes & firmissime promittentes dictas ecclesias & monasteria cum omnibus rebus suis habitis & habendis, & personas in eis positas & ponendas, & claustra ecclesiarum, & servientes, & servos, & ancillas & homines, & universa suppellectilia & bona libera & absoluta per se successoresque suos, homines, milites, vassallos, fideles, servientes, & servos in perpetuum permanere ab omnibus angariis & parangariis, taliis, servitiis, & servitutibus universis, excepto acrostico tantum, quod eis debent cuncti sive Latini sive Græci tam in dignitatibus quam in minoribus officiis & ordinibus constituti propter terras quas tenent ab ipsis, si quas tenent vel tenuerunt, quod tempore captionis civitatis regiæ Constantinopolitanæ solvebatur a Græcis, et nihil aliud debent, et nihil aliud præfati barones per se, successores suos, vassallos, homines, fideles, servientes et servos, sibi in prædictis ecclesiis sive monasteriis vendicare, nihilque in posterum usurpare; sed si qui ex prædictis clericis tam prælatis quam ceteris ecclesias vel monasteria destruere voluerint, debent, quantum eis licuerit, repugnare decenter et turbare ne compleant quod nequiter conceperunt. Si qui vero fuerint de clericis Latinis vel Græcis, sive monachis, papatibus vel calogeris, in dignitatibus vel minoribus ordinibus, vel officiis constituti, qui dictorum baronum terras detineant & laborent, & actosticum solvere noluerint, termino inter eos statuto, nisi solverint quod tenentur, potestatem habeant nominati barones accipiendi de bonis eorum tantum quod eorum debitum, & nihil amplius, persolvatur; sed in cunctis absoluti & liberi quantum ad personas & res ipsorum & ecclesiarum quæ superabundant debitum perpetuo in posterum perseverent. Heredes quoque sive filios clericorum sive papatum & uxores eorum non capiant vel detineant vel faciant detineri vel capi quandiu ad mobilia eorum feras poterint extendere manus, sive de eorum mobilibus eis poterit super debiti quantitate satisfieri competenter. Filii quoque laicorum Græcorum sive clericorum seu papatum in baronum servitio juxta morem solitum perseverent, nisi per archiepiscopos vel episcopos vel de eorum licentia fuerint ordinati. Post ordinationem vero eodem privilegio gaudeant quo funguntur clerici in obedientia Rom. eccl. constituti. Si qui vero Papatum vel monachorum Græcorum baronum detinuerint & laboraverint terras quæ ad ecclesiarum vel monasteriorum non pertineant jura, eodem modo prædictis respondeant dominis quo fecerint laici qui eorum terras detinent & laborant. Alioquin si prefati barones contra jamdicta venerint, vel aliquod præmissorum, post admonitionem per suos excommunicentur prælatos, & tamdiu in excommunicatione persistant quandiu de damnis & injuriis canonice satisfecerint irrogatis. Ut autem præmissis fides plenior habeatur, de voluntate & consensu & auctoritate dominorum Thomæ patriarchæ & imperatoris Henrici Costantinopol. & archiepiscoporum & omnium barouum in præsenti chartula positorum appensa sigilla consistunt. Salvis in omnibus domini papæ auctoritate, reverentia, & honore. Acta sunt hæc apud Ravenicam anno Domini MCCX. indictione XIII. præsentibus archiepiscopis & episcopis, & electis, & clericis & militibus, videlicet Heracliensi, Atheniensi, Larissensi, Neopatren[illegible] archiepiscopis, Avallonensi, Fermopilensi, Davaliensi, Zaratoriensi, Citrensi electis, de quorum consensu & voluntate & auctoritate sunt præmissa peracta, & præsentibus cantore Leonardo, Jacobo presbytero, Henrico magistro, Bonifacio canonico ecclesiæ sanctæ Sophiæ de Constantinopoli, & priore Cruciferorum Bononiæ, archidiacono Thebano, decano Davaliensi, domino Arduino & Arnuldo capellanis imperatoris præfati, & præsentibus Guiffredo Marescalco totius imperii Romaniæ, & Rolandino de Canosa, & Rainorio de Gumbulla, & Guillelmo de Sarz, & Bonuz de sancto sepulchro, & Gerandino de Gummula, & Jacobe de Affesso, & Hugone de Settenguen, Albuin de Plunges, & Philippo de Momtis, & aliis pluribus. Hæc autem completa sunt mense Madii die secundo intrante.

KEL-

ANNO CHRISTI 1211. 1212.

KELMOELLOCENSE CONCILIUM IN IRLANDIA

In quo lis quædam inter canonicos ymelicenses coram Casellensi archiepiscopo agitata

Anno 1211. *vel* 1210. *habitum.*

LOcus iste, modo obscurus, situs erat in Irlandia in ditione Casellensis archiepiscopi; ibi vero concilium circa annum 1210. convenisse discimus ex his verbis Innocentii III. papæ in collectione epistolarum ejus Baluziana lib. XIII. epist. 195. *Ex literis tam supradicti archiepiscopi* (Casellensis) *quam capituli ecclesiæ Ymilcensis* (Kmeleis urbs modo eversa) *accepimus, quod cum tam super electione ac ordinatione* (in episcopum Ymelicense) *sæpe dicti VV. quam etiam super quibusdam ejus excessibus in concilio apud Kelmoelleco celebrato coram præfato archiepiscopo inter dictum Vv. & canonicos quæstio suborta fuisset, & demum ab utraque parte ad nostram audientiam appellatum &c.* Hæc tantum de concilio, omnibus conciliorum collectoribus huc usque ignoto.

NORTHAMPTONENSE IN ANGLIA CONCILIUM

Quo Joannes Angliæ rex a communione ecclesiæ exors declaratur,

Anno 1211. *habitum.*

QUæ turbæ Anglicanam ecclesiam per hos annos agitarunt, ex historia ecclesiastica notæ sunt. Joannes rex Stephanum Cantuariæ archiepiscopum electum agnoscere recusabat. Ea de causa interdicti censuræ Anglia subjecta est. Tunc habitum est concilium, de quo VvilKins ex annal. Margan. ad hunc annum ita differit.*

Quidam ex capellanis domini papæ legatus venit in Angliam, & a regiis custoditus, legationem suam est executus. Denique coacto concilio apud Nonthampton, præsente rege Joanne & proceribus Angliæ, cum idem rex ecclesiæ satisfacere nollet, coram omni concilio & in faciem suam a legato, viro virtutis, constanter excommunicatus denunciatur. Plures etiam minæ ex ore domini papæ per legatum intentantur, quæ omnia rex pro nihilo duxit. Auctor annalium Waverleiensium hoc concilium ad annum sequentem refert, & plura de colloquio & mutuis minis regis & legatorum papæ habet in Annal.

AD CONVENTUN APAMIENSEM

Quo leges ad subditorum mores componendos a Simone Monfortio cum episcopis conditæ,

Anno 1212. *habitum*

A D D I T I O.

SImon Monfortius, *celebre in expeditionibus contra Albigenses, nomen, ditionem suam quam hæresi inquinatam & moribus depravatam acceperat, reformaturus ac repurgaturus, ad Apameam, oppidum in ditione Tolosana* (ut arbitror) *conventum ex ecclesiasticis laicisque instituit, ut ex Vallisarnensi refert Labbeus tom. XIII. pag. 842. Ven. edit. Leges in eo conventu directæ, quas apud Labbeum frustra quæras, ex Martene Anecdot. tom. I. pag. 832. hic suppleo.*

CONSUETUDINES

*Quas dominus comes Montis fortis stabilivit apud * Pamias.*

* Apamias. MS. Castrifs. Ruthion. Albais.

HÆ sunt consuetudines & omnia privilegia ecclesiarum & domorum religiosarum a jure canonico & humano concessa, & libertates earumdem ab omnibus & ubicumque serventur & custodiantur.

I.

Ecclesias a laicis incastellari prohibemus, & in servitutem redigi, immo & incastellatas dirui præcipimus, vel servari arbitrio episcoporum; sed in castris & in villis aliorum dominorum episcopi non possint retinere tales munitiones.

II.

Item, omnes primitiæ sine difficultate aliqua reddantur ecclesiis, sicut consueverunt reddi in partibus istis, & omnes decimæ reddantur, sicut scriptum est, & præcipitur a papa.

III.

Item, nullus clericus tallietur occasione hereditatis, si quam habuerit, nisi esset mercator, aut usurarius, & idem de paupere vidua.

IV.

ANNO CHRISTI 1212.

IV.

Item, in dominicis diebus nullum fiat forum venale de cetero; & ſi inventum fuerit inſtitutum, in aliam diem ad arbitrium domini terræ & communitatis mutetur.

V.

Item, quicumque in quolibet crimine vel alio modo clericum ceperit, etiamſi non haberet niſi coronam, reddatur epiſcopo, vel archidiacono, aut mandato ſuo ſine dilatione. Quod ſi renuerit, ſtatim excommunicetur, & a domino ſuperiore reddere compellatur.

VI.

Item, nulli baronum, aut militum cogant dare talliam homines eccleſiarum & domorum religioſarum, illos ſcilicet homines, quos ex donatione & ex conceſſione regum & principum, & aliorum dominorum terrarum, vel alio juſto modo liberos poſſederunt uſque ad tempora iſta, ſed ſint liberi ab omni exactione illorum, in quorum terris vel villis morantur; ſi vero eorum poſſeſſio per malitiam hæreticorum, & aliorum malorum principum in hac parte interrupta fuerit, & hac de cauſa dubitatio exorta fuerit, ſine omni dilatione veritas inquiratur, aut probatio admittatur ſine diffugio; & ſi violentia interveniſſe vere fuerit inventa, ex tunc ab omni exactione & tallia abſtineant domini caſtrorum, aut villarum, in quibus habitant.

VII.

Item, parochiani cogantur venire ad eccleſiam dominicis & feſtivis diebus, in quibus ceſſatur ab operibus, & ibidem miſſam & prædicationem ex integro audire: ita quod ſi in his diebus feſtivis, dominus, vel domina cujuſlibet domus ad eccleſiam non venerint, & in villa præſentes fuerint nulla præpediti infirmitate, aut alia cauſa rationabili, perſolvent ſex denarios Turonenſis monetæ, quorum medietas erit domini villæ, & alia medietas per medium ſacerdotis & eccleſiæ.

VIII.

Item, in omnibus villis in quibus non ſunt eccleſiæ, & extant domus hæreticorum, detur domus una quæ aptior erit ad faciendam eccleſiam, & alia detur ſacerdoti ad habitandum. Si vero eccleſia ibi fuerit, & ſacerdos domum non habuerit, detur domus una in perpetuum presbytero, quæ vicinior erit eccleſiæ.

IX.

Item, quicumque de cetero dimittet in terram ſuam hæreticum morari, ſive per pecuniam, ſive propter quamcumque aliam cauſam, & fuerit inde confeſſus & convictus, ob hanc ſolam cauſam amittet in perpetuum omnem terram ſuam, & corpus ſuum erit in manu domini ad redimendum pro voluntate ſua.

X.

Item, cuilibet, ſive militi, ſive ruſtico, licitum erit delegare in eleemoſinam de hereditate propria uſque ad quintam partem, ad conſuetudinem & uſum Franciæ circa Pariſius, ſalvis tamen baroniis & fortiis, & jure alieno, & ſalvo integro ſervitio ſuperioris domini, quod debet habere dominus in reliqua terra, quæ remanet pro hereditate heredibus.

XI.

Item, in juſtitiis exhibendis, aut judiciis exercendis nulla exactio fiat a partibus ſub prætextu alicujus conſuetudinis, aut occaſione advocatorum aut aſſeſſorum, ſed gratis omnino exhibeatur juſtitia hujuſmodi, & pauperi non habenti advocatus detur ad omnia.

XII.

Item, nullus credens hæreticus, licet ſit reconciliatus, fiat præpoſitus, aut bajulus, aut aſſeſſor, in judicio teſtis, aut advocatus. Et idem prorſus ſit de Judæo, excepto hoc quod Judæus poterit contra Judæum teſtimonium ferre.

XIII.

Nullus hæreticus vetitus & reconciliatus habeat licentiam remeandi in villam, inqua converſabatur in illa perverſa parte, ſed extra villam illam poterit converſari, ubi comes permiſerit.

XIV.

Item, clerici, & quilibet viri religioſi, & peregrini, et milites liberi et immunes ab omni exactione pedagii, tranſeant per totam terram noſtram, niſi eſſent mercatores.

XV.

Item, barones Franciæ, & milites, tenentur ſervire comiti, quando, & ubicumque habebit guerram contra perſonam quamlibet, ratione hujus terræ acquiſitæ, vel acquirendæ in hac terra, & hoc cum numero militum ad opus quorum comes dedit terram ſuam & reditus: ita tamen quod ſi reditus ex integro ſecundum promiſſum fuerint aſſignati ſufficienter, tunc cum promiſſo numero militum tenebuntur ſervire baro, aut miles ſic aſſignatus, quamdiu habebit guerram dominus comes pro hac terra acquirenda, vel acquiſita, ſicut eſt dictum. Ille autem miles, cui non eſſet plenarie facta aſſignatio, ſecundum pactionem, non teneretur ſervire cum integro numero militum ad ſerviendum. Verum ſi comes * in neceſſitate ſua, aut terræ

* f. non neceſſitate

ANNO CHRISTI 1212.

ræ ſuæ, ſed pro voluntate vellet juvare aliquem, aut aliquos in guerra, ſive vicinos, ſive remotos, milites ſui prædicti non tenentur eum ſequi in hoc, aut eidem ſervire per ſe, vel per alios, niſi hoc fecerint pro amore & beneplacito ſuo.

XVI.

Item, milites Francigenæ qui debent ſervitium domino comiti, tenentur ei ſervire cum millibus Francigenis, nec poſſunt in loco militum Francigenarum ponere milites iſtius terræ in ſervitio ſuo uſque ad viginti annos: ſed ex tunc cum talibus militibus idoneis, quos in terra invenire poterit, quilibet ſerviet ei.

XVII.

Item, milites licentiati a comite, in Francia non debent morari ſine cauſa rationabili amplius, niſi uſque ad terminum ſibi præfixum a comite: & tamen comes tenetur eos expectare poſt terminum elapſum, ſalvo ſervitio ſuo uſque quatuor menſes; ſed ex tunc ſine omni reclamatione poterit terram eorum in manu ſua recipere communi, & inde facere libere voluntates ſuas; niſi poterint oſtendere comiti plenarie ſufficientem cauſam, aut inevitabilem, quare citius non potuerint venire.

XVIII.

Item, omnes barones, milites & alii domini in terra comitis tenentur reddere caſtra & fortias comiti, ſine dilatione & conditione aliqua, irato & pacato ad voluntatem ſuam; ſcilicet quotieſcumque voluerit illas fortias & caſtra quæ tenent ab eo, & ipſe comes tamquam bonus dominus in illo ſtatu & valore, in quo receperit, tenetur reddere eiſdem ſine diminutione & damno, peractis negotiis ſuis.

XIX.

Item, ad bellum campale, ſive nominatum, vel ad ſuccurrendum comiti, ſi fuerit obſeſſus, vel arcebatur, tenentur omnes ire communiter, barones, milites, majores, minores qui fuerint citati. Quod ſi baro, miles, vel alius dominus terræ in hac ſumma neceſſitate comprobatus fuerit non veniſſe ad commune, auxilium daturus, niſi ſufficienti cauſa poſſet excuſari, terra quam tenet a comite, erit in manu & voluntate comitis. Alii autem minores, ſcilicet burgenſes, rurales, & agricolæ tenentur ire in ſupradictis articulis, ſi citati rationabiliter fuerint, de qualibet domo duo meliores, ſi ibi fuerint: ſi autem in domo non fuerit niſi unus, ille idem tenebitur ire. Qui autem non ierit, & ſuper hoc comprobatus fuerit, niſi ſufficienti cauſa poſſit excuſari, bona mobilia erunt in manu & voluntate comitis & domini, ſub quo manebit per medium.

A

XX.

Item, barones, milites, & alii domini terrarum, qui debent ſervitium comiti, ſi citati ad quindenam non venerint ad locum præfixum a comite ad exercitum: ita quod infra quindenam iter arripuerit, ſexta pars redituum ſingulorum unius anni, ſcilicet terræ illius quam tenent a comite, erunt pro emenda in manu & voluntate comitis, niſi cauſa ſufficienti poterit excuſari. Si vero venerit, ſed non cum debito numero militum, pro quolibet milite qui deerit, dabit duplicia ſtipendia, quamdiu ibidem ſine debito numero militum fuerint. Hæc eadem

B

pœna erit baronibus & militibus indigenis, ſi comiti debitum ſervitium non reddiderint.

XXI.

Item, nullus in terra comitis, quæ ſubeſt ditioni ac poteſtati ſuæ, attentet firmare de novo, aut reædificare caſtrum vel fortiam quæ diruta ſunt ſine aſſenſu comitis.

XXII.

Item, milites indigenæ, qui fuerint catholici, & hucuſque in fide catholica perſeveraverint, tenentur præſtare ſervitium

C

dominis ſuis, ſive comiti, ſive aliis, quod debebant, antequam cruce ſignati veniſſent dominis propriis indigenis. Illi autem, qui fuerint credentes hæreticorum, tenebuntur ſervire comiti & baronibus ad arbitrium ipſorum.

XXIII.

Item, nulli judicentur credentes fuiſſe hæreticorum, aut fuiſſe hæretici, niſi teſtimonio epiſcoporum & ſacerdotum.

XXIV.

D

Item, nullus baro, aut miles, aut quilibet alius dominus, cui comes dederit terram in partibus iſtis, poterit exigere ultra menſuram talliæ ſtatutam & confirmatam litteris eorumdem dominorum & comitis, ſive nomine talliæ, ſive quæſtus, ſive nomine bonitatis, vel cujuſcumque alterius cauſæ, ſalvis tamen cenſu & aliis reditibus vinearum, domorum, & aliarum rerum & juſtitiis. Hæc enim tallia pro omni alia tallia, ſive quæſtu, ſive demanda eſt inſtituta & commenſurata, ultra quam non liceat aliquid exigi, aut extorqueri amplius ab aliquo. Quod ſi quiſquam ultra exigere comprobatus fuerit, & clamor fuerit comiti,

E

tenebitur ad villam & dominum villæ, in qua hoc factum fuerit, mittere, & per eumdem compellitur dominus conſtituere & authenticare quod ultra cartam ſuam exegerit, & cogitur cartam ſua ſervare.

XXV.

Item, licitum erit omnibus hominibus qui poſſunt talliari tranſire a dominio unius ad do-

ANNO CHRISTI 1212.

dominium alterius pro voluntate sua: ita tamen quod illi, qui dicuntur liberi, cum omnibus mobilibus suis poterunt transire sine aliqua contradictione ad dominium alterius, relicta hereditate & hostisia priori domino suo, cum omnibus iis quæ tenent ab aliis. Alii vero qui dicuntur homines proprii servi, poterunt similiter transire libere ad dominium alterius, non solum relicta hereditate & hostisia, sed mobilibus priori domino suo: ita quod prior dominus, occasione mobilium aut quæstæ, vel alterius rei, postquam relicto dominio remanserunt sub dominio alterius, nihil amplius poterit exigere ab eo ubicumque fuerit: ita tamen quod non poterunt transire in dominio clericorum, aut ecclesiarum, quousque in hoc consenserint, & super hoc litteras suas dederint comiti, aut baroni.

XXVI.

Item, nullus homo mittatur in carcerem, aut retineatur captus, quamdiu poterit sufficientes plegios dare quod stabit juri.

XXVII.

Item, nullus dominus recipiat plegios, aut cautionem ab hominibus suis, ne cum voluerint, recedere possint a dominio sub sua forma scripta.

XXVIII.

Item, secundum consuetudinem antiquam terrarum & villarum, recipient ab hominibus suis jornalia in operibus suis, & secundum consuetudinem antiquam dent eis ad comedendum.

XXIX.

Item, si homines principum & dominorum indigenarum, in hac terra super talliis & exactionibus nimis aggravati fuerint & conquesti comiti, comes debebit convenire dominos & milites, ut super talliis & exactionibus mensuram servent competentem & rationabilem; & si necesse fuerit, poterit eos compellere ad hoc conservandum, ne eorum subditi nimis aggraventur, propter nimiam malitiam dominorum suorum.

XXX.

Item, in nemoribus, aquis, & pascuis habeant usuarium suum homines villarum, sicut habuerunt a triginta annis usque huc; & si contentio inde orta fuerit inter populum & dominum, qui in possessione est, remaneat in eadem, donec inquisita fuerit veritas per juramenta antiquorum, qui sunt in eadem terra, vel alio modo.

XXXI.

Item, nullus capiatur pro debito domini sui, nisi plegius fuerit, aut debitor.

XXXII.

Item, nullus baro, seu miles, seu burgensis, seu ruralis audeat pignorare, vel capere res alterius per violentiam; nec ille cui injuria facta fuerit, audeat se vindicare sine licentia superioris; sed referat clamorem ad superiorem. Si autem contra hoc fecisse convictus fuerit, aut confessus fuerit; ille qid prius receperit, alterius dabit pro emenda domino superiori; si baro fuerit, viginti libras; si miles, decem; si burgensis, centum solidos; si ruralis, viginti solidos; & insuper ad mandatum domini reddet totum quod ceperit injuriam passo, & pro damno, si quod habuerit, plenarie satisfaciet ei. Qui autem se vindicaverit, eodem modo prorsus emendabit superiori; & insuper illi de quo se vindicavit, faciet emendam quadraginta solidorum, facta restitutione ablatorum & damni: hoc tamen excepto, quod cuilibet licet incontinenti vim vi repellere.

XXXIII.

Item, nulli barones, milites, burgenses, seu rurales audeant aliquo modo se colligare, mediante fide, seu sacramento, aut conjurationem aliquam facere, etiam sub prætextu confratriæ, aut alterius boni, nisi de voluntate & assensu domini. Quod si aliqui fuerint comprobati conjurasse contra dominum, erunt tam ipsi, quam res eorum, in manu & voluntate domini. Si vero conjurati fuerint, licet non contra dominum, tamen in aliorum damnum: si inde fuerint convicti, aut confessi, dabunt singuli decem libras, si fuerint barones; si simplices milites, centum solidos; si burgenses, sexaginta solidos; si rurales, viginti solidos. Excipiuntur autem ab hujusmodi pœna negotiatores, aut peregrini, qui jurant pro societate sibi servanda.

XXXIV.

Item, quicumque in terra comitis poterit capere hostes fidei & suos, & non ceperit, & poterit inde comprobari, aut convinci, terra sua erit incursa, & corpus suum in manu & misericordia comitis. Hoc ipsum fiet de illo, qui cum viderit tales, & noluerit proclamare & sequi eos secundum mores terræ bona fide.

XXXV.

Item, quicumque conducet de cetero victualia, aut res alias quaslibet, aut quoscumque homines, sine licentia comitis Tholosani, vel ad quoslibet alios hostes Christi, & super hoc convicti fuerint, aut confessi, perdent hereditatem in perpetuum cum aliis bonis suis, ob hanc solam causam. Si autem serviens aliquis, aut bajulus, sine licentia domini sui fecerit hoc ipsum, amittet omnia bona sua, & corpus suum erit in manu & misericordia comitis. Omnes autem res captæ & homines in hujusmodi conductum

ANNO CHRISTI 1212.

ctum, illius erunt sine diminutione, aut reclamatione, qui capient eos.

XXXVI.

Item, quod tutela & cura orphanorum in manu illius, qui propinquior invenitur, usque ad sexdecim annos; & si nullus propinquitatis inveniatur, erunt in manu domini de quo movet feudum usque ad eumdem terminum, comes, vel alius dominus poterit dare pro recompensatione alicujus assignationis promissæ. In decimo-sexto autem anno reddetur terra ex integro orphanis hujusmodi, & tunc tenebuntur persolvere servitium domino suo. Et istud capitulum pertinet ad eos tantum, quibus dominus comes dedit terram in partibus istis.

XXXVII.

Item, pistores, secundum modum & mensuram, sive pondus a domino suo datum eis, panem faciant et vendant. Et si hoc non servaverint, quotiescumque contra hoc fecerint, panem totum amittant, et idem fiat de tabernariis.

XXXVIII.

Item, meretrices publicæ ponantur extra muros in omnibus villis.

XXXIX.

Item, pedagia quæ a principibus et aliis dominis sunt instituta a triginta-quatuor annis et circa, tollantur absque dilatione aliqua.

XL.

Item, census reddantur dominis statutis terminis in domibus suis, quotiescumque transierint statutum terminum, pro singulis terminis transactis persolvent dominis pro emenda quinque solidos. Quod si tres annos permiserit transire absque solutione census, dominus poterit dare absque ulla reclamatione terram ejus alteri, vel vendere; si in manu sua eam retinuerit, tenebitur reddere; si pro singulis terminis transactis persolvatur, sicut dictum est, quinque solidis pœna.

XLI.

Item, possessiones censuales non dentur, vel vendantur cum diminutione domini superis.

XLII.

Item, barones, milites, burgenses, et rurales succedant heredes in hereditatem suis secundum morem & usum Franciæ circa Parisius.

XLIII.

Item, maritagia mulierum revertantur ad heredes ipsorum, ut possint inde contendere* testamentum, si voluerint.

*condere

XLIV.

Item, nullæ viduæ, magnates, aut heredes, mulieres nobiles habentes munitiones in castro audeant nubere infra decem annos, sine licentia comitis pro voluntate sua indigenis istius terræ, sed Francigenis, quibus voluerint, poterunt nubere, non requisita licentia comitis, vel alterius; sed termino elapso, poterunt nubere communiter.

XLV.

Item, omnes uxores proditorum et hostium comitis, licet catholicæ fuerint, eo vivente, terram exibunt comitis, ne aliqua suspicio habeatur de eis, et habebunt terras et reditus maritagii sui, præstito tamen sacramento, quod nullam inde faciant portionem maritis suis, quamdiu permanserint in guerra contra christianitatem et comitem.

XLVI.

Item, quælibet domus inhabitata terræ comitis acquisitæ persolvat tres denarios Melgorienses annuatim domino papæ et sanctæ ecclesiæ Romanæ, in signum et in perpetuam memoriam, quod per ipsius auxilium contra hæreticos acquisita fuit comiti, et ejus successoribus concessa in perpetuum. Terminus autem erit ejusmodi colligendi ab initio quadragesimæ usque ad Pascha.

XLVII.

Item, nullus baro, sive miles, vel quilibet alius dominus in terra nostra recipiat in curia sua duellum pro aliqua causa, nisi pro proditione, vel latrocinio, vel pro rapina, vel pro perjurio.

XLVIII.

Item, nullus baro, aut miles, vel dominus, faciat tallias in terra sua, donec mensura posita fuerit in talliis, secundum quod constitutum est in colloquio domini comitis et baronum apud Apamiam.

XLIX.

Item, nullus baro, sive miles, sive serviens, intrabit modo castrum quod suum erat tempore hæreticorum, si comes eum, aut aliquis, cui comes dederit. *

* Deest aliquid

L.

Hæ sunt consuetudines, quas dominus comes debet servare inter se et barones Franciæ, et alios, quibus dedit terram, tam inter barones et milites, quam inter burgenses, et rurales in partibus istis. Succedant heredes et hereditatibus suis, secundum morem et usum Franciæ circa Parisius.

ANNO CHRISTI 1212.

II.

Item, in placitis, judiciis, dotibus, feudis, portionibus terrarum, comes tenetur servare baronibus suis de Francia, et aliis A in quibus dederit terram in partibus istis eumdem usum et eamdem consuetudinem, quæ servatur in Francia circa Parisius.

Actum apud Pamiam in palatio nostro, anno Incarnationis Domini MCCXII. prima die Decembris.

AD CONCILIUM PARISIENSE

A Roberto de Corceone Card. A. S. L.

Anno 1212. celebratum.

ADDITIO.

Ex MS. Aquicinctensi.

An. 1212. Ex Mart. Vet Mon. t. VII. p. 97.

IN *Ms. Aquicinctensi habetur illud concilium cum titulo*, Incipiunt institutiones domini papæ & magistri Roberti cardinalis. *Et in prima quidem parte capitis 19. lacuna ita repleri debet*. Adhuc autem auctoritate prædicta decernimus, ut si quis beneficium, cui annexa est cura animarum, sciens & prudens alicui clerico habenti in alia ecclesia personatum vel beneficium, cui annexa est cura animarum; * tam dans quam accipiens se noverint excommunicationis vinculo innodandos. Sed & secundam collationem decernimus non tenere. Insuper statuimus quod si quis in diversis ecclesiis sive in eadem plures habuerit personatus, quibus animarum cura sit annexa, & uterque sit sufficiens, uno illorum, quem maluerit, infra duos menses dimisso, altero sit contentus; alioquin omnes personatus amittat &c.

* deest aliquid

Post quod statutum sequitur.

I.

CUm multa oriantur scandala & opprobria, *quæ nocent* ecclesiæ libertati, de eo quod perversa consuetudine quorumdam eorum filii ad interventum pecuniæ vel alio D turpi modo succedunt in præbendis & parochiis ipsorum; auctoritate, qua fungimur, statuimus ut filii priventur beneficiis sic impetratis.

Post cap. XX.

II.

Si prælatus vel quæcumque persona emerit prioratum continentem decimas vel parochias, vel alia bona spiritualia, cum hæc de jure vendi non possint, denuntiamus talem contractum illicitum penitus irritandum. Et si ceperit talem prioratum ad vitam suam E pro certa pecunia causa meliorationis, & non illum melioraverit, sed potius in deteriorem statum reddiderit; soluta summa pecuniæ, quam pro illo tradidit, restituat pristinæ dignitati.

III.

Statuimus præterea, ut quicumque officialis infamatus fuerit super venditione justitiæ vel cujuscumque sacramenti, ab illo officio removeatur ab episcopo. Episcopus autem, si eum amovere neglexerit, canonice puniatur.

IV.

Item, statuimus ut nulli habenti curam parochialem liceat sæculares scientias addiscere, ex quibus nullatenus possit subditorum suorum saluti prodesse. Immo si a prælato suo licentiam adeundi scholas obtinuerit, C nihil nisi veram litteram aut sacram paginam ad informationem parochianorum suorum addiscat. Si enim de scholis suis omnibus quisquilias sæcularis scientiæ attulerit, & nullos flores de pratis cælestis philosophiæ, secundum evangelium, tamquam infatuatus rejiciatur, et ab omnibus conculcetur.

V.

Item statuimus contra prælatos et patronos, ne intuitu mutui, aut indebiti servitii a feneratoribus accepti, ad præbendas vel ecclesias filios vel nepotes feneratorum admittant.

VI.

Si abbas, vel prior, vel patronus aliquis indignum præsentat episcopo pro cura pastorali obtinenda, statuimus ut talis præsentator et receptor canonica pœna lata contra illos, qui opus Dei faciunt fraudulenter, puniantur.

VII.

Si quis autem prælatus beneficium non vacans, contra concilium Lateranense * alicui contulerit, in eo puniatur, in quo deliquit, scilicet, ut illa vice careat auctoritate conferendi tale beneficium, quod indigne præsumpsit conferre, et major, cui data est potestas, auctoritatem habeat conferendi illud.

*Later. III Can. VIII.

VIII.

Si abbas, vel prior, vel alius prælatus concesserit beneficium non vacans, et super hoc det ei literas patentes, vel certas pensio-

fiones decernimus illam penfionem non tenere & penfiones illas non debere perfolvi. Quod fi actum fuerit, irritetur, et in pœnam ipforum concedimus, quod epifcopus loci conferat beneficium illud cum vacaverit.

IX.

Nullus quæftuarius vel conductitius prædicator pro hofpitali vel pro alia domo admittatur ad prædicandum aliquo modo, propter enormia fcandala quæ feminanr hujufmodi pfeudoprædicatores; tamen nuntii fideles canonici vel capellani cathedralis ecclefiæ boni teftimonii, vel boni presbyteri, parochiales fcilicet, ad arbitrium archiep. vel epifcopi loci, vel eorum quorum intereft, pro hofpitali & aliis caufis pietatis admittantur pro acquirendis eleemofynis ad ufus pauperum, vel reparationem ecclefiarum, nec talis adminiftrator, qui fuper arcas & afferes miffam celebret in contemptum Dominici Sacramenti.

X.

Item ftatuimus fub pœna fufpenfionis, ne aliquis facerdos aut in nundinis aut alibi bifaciet, (*a*) aut trifaciet miffas contra canonicas fanctiones.

(*a*) Bifacia-... ft duas ...fas fub ... cano- ...licere; ...aciare ...o tres. ...e fi lu- ...lib. 1. ...ntiquis ...efiæ ...ibus, ...ar. 1. ...o.

XI.

Cum multæ parochiales ecclefiæ propter inopiam facerdotum debito fervitio defraudentur, ftatuimus ut auctoritate legationis noftræ, & fub pœna excommunicationis præcipimus, quatenus a patronis & ab aliis, quorum intereft, tam competenter provideatur facerdoti, ut divina ibidem poffit honefte celebrare. Competens autem judicamus fecundum interpretationem domini papæ factam. Si autem aliquæ ecclefiæ, quæ olim opulentæ, ab aliquo fuerint refectæ, nifi canonice factum fuerit, id irritum judicamus, & beneficia ecclefiarum redintegrari pleniffime præcipimus, & ne de cetero fiat, fub pœna excommunicationis inhibemus.

XII.

Nullus facerdos fæcularis vel religiofus, vel alius clericus ab epifcopo admittatur ad curam animarum, nifi præmiffa canonica examinatione. Unde fi epifcopo præfentetur facerdos, qui fit quafi truncus, nefciens idioma illius parochiæ, ad quam præfentatur, talis non recipiatur. Et epifcopus, fi dignus præfentetur, non differat illum recipere bona fide, & talis fit ætatis qui fuerit præfentatus, qualem determinat concilium Lateranenfe, (*b*) & in brevi poffit & debeat ordinari.

(*b*) Later. ... can.

XIII.

Cum quidam canonici juraverint, quod refidentiam facerent in diverfis ecclefiis, ftatuimus ut compellantur ad alterius refignationem, & in altera debitam facientes refidentiam, una illarum fint contenti.

A

XIV.

Statuimus ut de novalibus laici nullo modo decimam percipiant, immo eam fine aliqua diminutione ecclefiæ perfolvant.

XV.

Si quis habens parochiam in aliqua ecclefia præbendetur; ad alterius beneficii refignationem, cujus voluerit, compellatur.

XVI.

B De canonicis & clericis tenentibus parochias & præbendas, in inferioribus ordinibus conftitutis, & nihilominus matrimonio copulatis, ftatuimus, & fub pœna fufpenfionis & excommunicationis prohibemus, ne fic uxorati in fcandalum populi miniftrent altari. Decrevimus etiam eos privandos beneficio ecclefiaftico, illis dimiffis in matrimonio, eo quod nullatenus debent arare in bove & afino.

XVII.

Si quis uxoratus clericus in inferioribus ordinibus conftitutus, teneat præpofituras & baillivas ecclefiæ, in qua non poteft de C jure, obftante matrimonio, defervire; cum illa bona, quæ tenet de ecclefia, non poffint ad laicos ufus tranfire, ftatuimus fub pœna excommunicationis, quod tales, quod tenent, ecclefiæ penitus reftituant.

XVIII.

Si quis in facris ordinibus conftitutus de facto contraxerit matrimonio, ab omni officio & beneficio fufpendatur, & non poffit abfolvi, nifi per dominum papam.

XIX.

D Sacerdotes qui ex negligentia vel avaritia noluerunt habere libros ad matutinas per fingulas ferias decantandas; immo tota feptimana, omiffis canonicis horis & matutinis, miffam celebrant; ftatuimus, & fub pœna fufpenfionis præcipimus, ut libros ad hoc deputatos, aliis expenfis omiffis, adquirant, & fecundum canonicas fanctiones horas matutinales & alias canonicas decantent.

XX.

Item fecundum canonicas fanctiones fub pœna excommunicationis præcipimus, quod fi quis clericus infamatus fuerit, quod illud E beneficium per fimoniam adquifierit: fi defecerit in purgatione, vel alias canonice fuper hoc convictus fuerit, a beneficio & officio fic adquifito fufpendatur.

XXI.

Statuimus ut cum contigerit aliquam præbendam in ecclefia vacare, ftatim dignæ perfonæ, ne perdat fervitium, fecundum infti-

ANNO CHRISTI 1212.

tuta canonica conferatur, ut illa prava aboleatur consuetudo, qua quædam ecclesiæ solent tot vacantes præbendas a collatione tamdiu suspendere, ut unusquisque ex communi assensu nepoti vel consanguineo suo quocumque parvo vel indigno possit ad arbitrium suæ voluntatis mendicare. *

* vendicare

XXII.

Inhibemus, ne quis clericus in sacris ordinibus constitutus, in sotularibus habeat rostra, & ne palliolo de cendallo inhoneste amictus, saltem per plateas incedat.

XXIII.

Item, ne quis clericus in sacris ordinibus constitutus, nisi forte quem paupertas attenuat, in supertunicali, sine cappa vel mantello per vicos civitatis incedat.

Expliciunt institutiones in Clericis.

INCIPIUNT DECRETA

De regularibus & monachis.

CAp. 8. *post hæc verba*, Recipiatur in aliud cœnobium religionis, *additur:* Salva regula B. Benedicti & privilegio domini papæ.

Post caput IX.

Quia multa scandala & enormia contingunt ex crapula quorumdam monachorum, ante carniprivium per tres septimanas vel per mensem se delicatis carnibus & exquisitis sallamentis sese ingurgitantium; statuimus sub pœna excommunicationis, ne a modo talibus intendant commessationibus, sed sicut in aliis temporibus monasticæ vitæ & ordinationi religiosæ se conforment.

Cap. XXVI. ita legitur.

Prioratum etiam nulli clerico vel laico liceat ad vitam emere, nec ad terminum; nec in fraudem istius constitutionis aliquid facere præsumat, cum dicat Apostolus, *Ab omni specie mala abstinete vos*, & in clerico tale lucrum turpis quæstus reputari debeat; generaliter vero nec clericis nec laicis prioratus vel domus religiosæ ullo modo dentur ad firmam.

Post caput XXVII.

Constituimus etiam ut abbates & priores & præpositi religiosorum, si fuerint manifeste remissi & negligentes circa observantiam ordinis, & correptionem subditorum, non promoveantur ad dignitates seu majora officia: & si post admonitionem superioris se non correxerint, ab officio quod est abbatis, vel prioratus, vel præposituræ deponantur. Si vitam reprobam manifeste duxerint, id constituimus observandum.

Item, cum abbates & monachi & viri religiosi præ aliis omnibus signum humilitatis debeant habere; ne a modo dextrarios equitate præsumant prohibemus districte. Non etiam frequenter & manifeste excedant in sumtibus, nec juvenes evidenter nimis lascivos & suspectos in familia sua habeant.

DE PRÆLATIS INSTITUTIONES.

Sequentes constitutiones in concilio Parisiensi quartam partem faciunt, hic vero tertiam.

Post caput IX. additur.

Nullas exactiones super sacerdotes vel abbatias vel clericos alios facere præsumentes.

Post caput XVII.

Item, si prælatus aliquis in officio suo dolose vel negligenter manifeste se habuerit, ita quod sit verisimile, quod bonus vir ita se non haberet; ad majorem administrationem non promoveatur de cetero.

Cap. XIX. additur.

Ad quæ facienda sacerdotes proprios præcipimus advocari.

Post caput XX.

Si autem prælati aut canonici aut quæcumque aliæ personæ in hoc summæ infamationis vitium post Remense concilium inciderint, ipso facto, tamquam si in clericum manus violentas injecerint, sciant se excommunicationis & tanto arctiori vinculo se noverint innodatos, quanto hoc vitium quod fit contra formam et figuram Jesu Chr. flagitiosius noscantur incurrisse, juxta illud Augustini super Genesim: *Fere dimisit Dominus incarnari, quia prævidit hoc tam perniciosum flagitium patrandum in forma quam sumpsit de Virgine gloriosa.* E tales non absolvantur nisi a papa.

Post caput XXI.

Si vero magistri puerorum & alii qui super hoc manifeste suspecti & infamati sunt, de cetero incidant in hoc vitium, ipso facto sciant se excommunicatos.

Hoc autem & cetera supradicta sub pœna suspensionis & excommunicationis episcopis præcipimus.

INSTITUTIONES DE MONIALIBUS.

In concilio Parisiensi non quarto sed tertio loco ponuntur.

Cap. II. additur.

Et sint lampades ardentes tota nocte in dormitorio.

Cap. V. additur.

Ante septennium nulla de cetero recipiatur.

Omit-

Omittitur vero cap. IX. X. XI. XII. XIII. XV. & seq.

PARS V. DE USURARIIS ET RAPTORIBUS.

I.

Statuimus quod nullus simoniacus vel fenerator, vel raptor possit condere testamentum, vel legare aliquid uxori suæ, vel filiis, aut filiabus, vel nepotibus, aut monasteriis, aut quibuscumque personis; cum offerre aliquid de rapina nihil aliud sit quam immolare filium in conspectu patris, et cum ex præcepto Domini nulli liceat offerre pretium carnis aut prostibuli super altare Domini.

II.

Statuimus sub pœna excommunicationis, ne nutrix Christiana nutriat filium Judæi, et ne Christianæ obstetrices intersint puerperio Judæarum, nec alii Christiani eis serviant, ne per superficialem legis suæ probabilitatem, quam prave exponendo prætendunt, servientes Christianos secum commorantes in suæ incredulitatis inducant barathrum.

III.

Statuimus sub pœna excommunicationis, ne quis clericus nundinarius vel alius feneratori serviat, aut computationes usurarum aut venditiones usurarii ad terminum vel contractus ejus usurarios de nundinis ad nundinas scribat, et quod nullus advocatus cautam usurarii vel hæretis defendat. Cum submonitus desistere noluerit, primo ab officio et beneficio suspendatur, deinde excommunicetur.

IV.

Statuimus de speciali mandato domini papæ in remedium usurariorum volentium converti ab usuris, ut ea quæ per usuram adquisierunt vel rapinam, in manus sui prælati, legati, vel missi, corde et ore resignent, ut ipse Deum habens præ oculis, de illicite adquisitis ex quo posita sunt in ordinatione sua, consideratis diligenter omnibus penes ipsum circumstantiis, ordinet secundum Deum quæ viderit ordinanda: ut si indigeat, si plures parvulos habeat, si crucem accipiat, si valetudinarius existat, cum eo licite disponere valeat, dando ei auctoritate ecclesiæ, cujus vice in hac parte fungitur, quæ viderit secundum statum ejus expedire, vel militibus, aut monasteriis, aut quibuscumque personis de eis conquerentibus, a quibus fenerator usuras accepit, restituat. Prædictus prælatus mediator inter feneratores et spoliatos partem usurarum ab eo raptarum, secundum quod Deus ei inspiraverit, dummodo spoliatus sicut fenerator in arbitrium prælati se absolute posuerit, restituat. Si autem per ista sana & dulcia consilia feneratores se magis contra ecclesiam obduraverint, & converti ab usura noluerint aliquo modo, immo, eam & statum suum in ea pertinaciter defenderint, nolentes audire aut prælatum solum, aut eum cum testibus, aut ecclesiam, tunc ferro est utendum ad resecandum talia putrida membra, ne totum corpus scandalizent, & ne per eos sincera pars trahatur, sicut fit per hæreticos, quibus hi obdurati sunt deteriores.

V.

Omnibus prælatis in virtute Spiritus Sancti & sub interminatione districti judicii præcipimus, ut ad extirpandam infectionem totius ecclesiæ, videlicet usuram quocumque modo aut manifestam, aut aliqua simulatione palliatam inquisitiones faciant canonicas & legitimas de his qui super hoc fuerint infamati, non habito respectu ad mundanum timorem, vel amorem, vel gratiam, vel odium. Sub pœna igitur excommunicationis & in remedium pœnitentiæ minoribus parochianis injungant, & si necesse fuerint, specialiter per censuram ecclesiasticam compellant, ut super his veritati testimonium perhibeant. Nomina autem illorum, de quibus eis per testes constiterit, quod sint usurarii, in matricula scribantur, & si post trinam admonitionem factam publice & nominatim, tamquam nolentes audire solum prælatum, vel ipsum cum testibus, vel ecclesiam, tamquam ethnici & publicani coram omnibus denuntientur excommunicati, pulsatis campanis, extinctis candelis, singulis Dominicis diebus & festivis excommunicentur, nec eis liceat appellare, & omnia ecclesiastica sacramenta eis denegentur, oblationes eorum nullatenus recipiantur, & cum in fine vitæ suæ ad ammonitionem prælatorum suorum noluerint desistere, vel usuras restituere pro posse suo recusaverint, præcipimus ne quis sacerdos vel monasterium eleemosynam ejus, vel eum ad sepulturam in morte recipiat, immo de ipsis consilio prudentium duximus sic statuendum, ut dominus terræ bursam & totam ejus possessionem per usuram adquisitam saisiat, ut ordinet de ea arbitrio ecclesiæ, & canes civitatis carnem eorum turpiter ab ecclesie foribus ejectam corrodant, & dæmones eorum animas impœnitentes divino judicio asportent.

VI.

Sub eadem districtione præcipimus, quod postquam fenerator nominatim fuerit excommunicatus, omnes ei servientes, præter personas exceptas a canone Gregorii & istius Innocentii, excommunicationis simili vinculo innodentur.

VII.

Si qui sacerdotes, vel abbates, vel quæcumque personæ religiosæ hujusmodi feneratores post denuntiationem in ecclesiis factam, ad oblationem, aut sepulturam, vel habitum religionis sine sufficienti satisfactione spoliatis exhibitæ, scienter receperint, ipso fa-

facto se noverint excommunicatos, & ab officio & beneficio suspensos, et non possint absolvi, nisi a summo pontifice.

VIII.

Cum ex insita antiqui hostis malitia sint a feneratoribus & exactoribus fere in singulis urbibus & oppidis & villis totius regni Franciæ pertinacissime synagogæ constitutæ, quas vulgariter comunias vocant: quæ diabolica instituta, ecclesiasticis institutis contraria penitus in conversionem * totius ecclesiasticæ jurisdictionis adinvenerint, præcipimus sub interminatione districti judicii, ne quis occultatione conquestionis factæ coram episcopo, de usura vel aliis criminibus illatis a prædictis feneratoribus, compellantur sustinere pœnas statutas a prædictis synagogis, quas in defensione suæ usuræ, et subversione totius ecclesiæ statuerunt. Est autem hæc una pœna, quod si quis conqueratur episcopo de usuris vel indebitis exactionibus, tot a cavillationibus accusatur erga dominum terræ, quod statim ad interventum magnæ summæ pecuniæ datæ domino terræ ab ipso capiatur, et captus tandem in carcere detineatur, quoad usque destiterit a causa proposita coram episcopo contra feneratorem. Alia est poena eorum, quod si quis coram episcopo proponat querelam de aliquo tali feneratore, statim judicio synagogæ, id est communiæ, et nihilominus poena XL. librarum puniatur, et aliæ multæ pœnæ infligantur eisdem. Unde sub poena suspensionis et excommunicationis statuimus, quod nullus advocatus sciens et prudens defendat tales synagogas contra ecclesias vel episcopos, cum jura ecclesiastica nihil in his, quantum in se est, pro quæstu enervare videantur.

* subversionem

IX.

Generaliter autem omnibus principibus, baronibus, vel quibuscumque justitiariis sæcularibus et sub poena excommunicationis districte inhibemus, ne aliquid statuant vel præcipiant manifeste vel occulte, quominus fideles quicumque venire audeant ad ecclesiam, justitiam et ibi plenum jus accipere vel facere, quominus audeant dare vel offerre ecclesiæ vel sacerdoti vel ad alios pios usus, eleemosynas, oblationes, et alia quæ solent facere more consueto vel ex debito, vel secundum quod Deus eis inspiraverit: indubitanter scituri, quod si hoc fecerint et pertinaces extiterint, cum illud hæresim sapiat, ne tamquam hæretici puniantur, poterunt sibi timere.

X.

Cum uxor feneratoris agit causam spoliatorum, vivat parce de iis quæ ministrat ei vir suus de spoliis usuræ, non quia ipse possit ei dare, cum non sint suæ, sed quia ipsa advocatrix est spoliatorum pro melioranda eorum causa, emolliendo cor viri sui, et inducendo virum suum ad faciendam condignam restitutionem sic ablatorum. Si autem invenerit cor viri sui impoenitens et incorrigibile, et se nihil erga ipsum perficere posse pro facienda debita restitutione; tunc tenetur modis omnibus quærere separationem mensæ ejus et convivii, sed numquam thori, ut prius mendicet ab amicis vel aliis quo vescatur et vestiatur, quam hujusmodi tam morticino et quasi idolotito fœdæ usuræ contra Deum pascatur. Et si ad tantam devenerit valitudinem, ut sit tota decrepita vel leprosa, aut ab omnibus deserta, ut nullus ei velit panem porrigere, in ingruentis mortis articulo; in tanta necessitate potest sumere cibum a viro suo, non animo rapiendi sicut vir, sed animo restituendi, cum Deus concesserit ei opportunitatem. Hoc idem præcipimus filiis et filiabus, et nepotibus foeneratorum, quam cito paternis alis volitare incipiunt, sicut cum pulli corvorum sunt implumes, et solo rore coeli, non morticino pascuntur; ita a malitia paterna judicantur immunes, cum adeo pueriles sint quod animum non habent consentiendi.

ITEM DE USURARIIS.

I.

Cum feneratores et maligni ecclesiæ persecutores ubique erigant synagogas malignantium, contradictionibus suis contra Deum et ecclesiam propositis, ipsi de novo erexerunt novas scholas filiorum suorum et doctrinas illorum contra vera rudimenta scholarum, facientes eos informari ad scribenda debita patrum suorum per usuram adquisita; ideoque statuimus, ut a modo non liceat illis hæc artificia scribendi, sed veram doctrinam addiscere, cum nulli liceat locupletari jactura alterius.

II.

Statuimus, quod si quis vassallus, vel filius ejus, vel quæcumque persona subjecta principi per violentiam ceperit clericum vel bona ipsius, vel cruce signatum, vel aliquam personam religiosam vel bona ecclesiæ; si raptor post primam & secundam admonitionem satisfacere noluerit, excommunicationis vinculo innodetur, & si princeps sub cujus dominio noscitur permanere, monitus noluerit compellere eum ad satisfactionem, prout debet, vel si manum auxiliatricem ei ad hujusmodi maleficia perpetranda exhibuerit, simili coercionis vinculo constringatur.

III.

Dicimus de parte raptoris, quod si filium suum post ammonitionem factam receperit, nec pro ipso emendaverit, excommunicationis vinculo innodetur.

De stratis publicis.

I.

Si qui clerici aut laici publicas stratas per se vel per alios frangant, & bona transeuntium rapiant, & ipsos in carcere detineant, si mo-

ANNO CHRISTI 1213.

si moniti a tali malitia non desistant, vel suos desistere faciant, simili sententia percellantur.

II.

Statuimus etiam quod cum villa aliqua subjicitur interdicto, non relaxetur interdictum, nec excommunicatio sine assensu episcopi, donec satisfactum sit sacerdoti de suis damnis quæ passus est ratione interdicti.

III.

Cum nulla institutio principis possit infringere statuta novi & veteris testamenti, aut instituta canonum, præcipimus ut in omni causa liceat cuilibet fideli inducere testes fideles contra Judæum & infideles.

De Templariis & Hospitalariis.

Statuimus ut Templarii & Hospitalarii canonici in ecclesiis suis idoneos constituant capellanos, qui curam habeant animarum in eisdem, & sub excommunicatione inhibemus, ne formam privilegiorum suorum excedant.

De decimis solvendis.

In decimis reddatur ecclesiis decima portio cum integritate. Qui non reddiderint, excommunicentur.

De sortilegis.

Pithonissas, & sortilegas, & earum fautores & receptatores, & ad ipsas currentes excommunicamus.

De meretricibus.

Inhibemus etiam ne publicæ meretrices, quarum cohabitatio ex frequenti usu ad nocendum efficacior pestis est, intra civitatem vel oppida permittantur habitare, immo potius juxta leprosorum consuetudinem sequestrentur. Quod si præmonitæ secedere noluerint, per excommunicationis sententiam percellantur.

De leprosis.

De domibus, *extat in concil. Paris. part. 3. cap. 9.*

Emendationes etiam non spernendas canonum quorumdam Concilii hujus dedit Cl. Dubois in tom. II. pag. 253. historiæ ecclesiæ Parisiensis, quod sane volumen alterum post authoris funus anno 1710. Lutetiæ prodiit. Accepisse vero illas ex M. S. codice vir ille doctus testatur. En ejus verba: In prima parte, capitulo X. *primi sacerdotis*, lege *proprii.* Capitulo XVI. post hæc verba: *vel in aliis locis*, adde, *religiosis*. Cap. XVII. post hæc verba: *extra eligant*, adde *vel inquirant idoneam personam. Quod si in Capitulo persona idonea & utilis inveniatur, ipsam eligant*. Cap. XVIII. *vel electiones fiunt*, lege, *sunt*, *in aliquibus ecclesiis*, adde, *faciendæ; sive ardua vel majora negotia peragenda; dies in Capitulo publice præfigatur una, quæ &c.* Ibidem: *conveniunt*, lege *convenerint*. Cap. XIX. Post *cura animarum*, sic lacunam imple: *sciens conferat alicui Clerico habenti in alia ecclesia prioratum, cui similiter annexa est cura animarum.* Ibidem post hæc, *plures habuerit*, adde, *personatus*. Ibidem *patronatus*, lege, *personatus*. In parte 2. Cap. XII. *Sed adeo discrete, & provide*, lege, *sed adeo discreti sint, & providi.* Ibidem *ut & vel honesti*, lege, *ut etiam viri honesti*. Cap. XVIII. dele & *cujusmodi*, & lege *crimen*. In parte 3. Cap. 1. lege, *sed nec earum parentes familiarem habeant ad eas & secretum &c.* Ibidem post, *mulierum*, sic lege, *qui enim cum parentibus earum sunt*. Cap. XII. post hæc verba *monasterii sui*; adde, *& si etiam manifeste, & frequenter excedant in sumptibus, juvenes &c.* In parte 4. Cap. IV. *Pellitas etiam*, sic corrige, *pellibus etiam variis, in palliis &c.* Cap. XX. *finiantur* lege, *feriantur*. Cap. XXI. *infatuati*, lege, *infamati*.

AD CONCILIUM VAURENSE

In causa Petri Aragonum regis comitis Tolosani fautoris,

Anno 1213. habitum

ADDITIO ET EMENDATIONES.

1213. PRæter epistolam synodicam ad pontificem Innocentium III. ab omnibus simul Patribus Vaurensibus scriptam, non dubito quin in eodem concilio & a privatis aliis episcopis aliæ pariter datæ sint ad eumdem ea pariter commendantes, quæ omnes simul in synodica significaverant. Ex his quasdam evulgavit Baluzius in Collectione epistolarum Innocentii III. tom. 2. pag. 765. quas, utpote ad concilium istud utcumque spectantes, hic dandas censui. Addam & synodicam ipsam Vaurensium & acta cætera concilii ex eodem Baluzio accepta. Quamquam enim extant in Labbeo; adeo tamen fœde corrupta sunt & luxata, ut reproductionem efflagitent. Et ipsam pariter debeo Baluzio ibidem, cujus editionem si quis cum editione Labbeana conferre voluerit, intelliget profecto Labbeanis hisce multum deesse ad perfectionem, quippe quæ sæpe luxata sit, integris periodis manca, ut non raro alium sensum reddat. Fac periculum in scheda petitionum regis Aragonensis ad conc. Petit rex ignosci comiti Tolosano; *quod si forte, addit pro* per-

ANNO CHRISTI 1213.

ersona comitis nollet ecclesia petitionem audire, petit & rogat idem pro filio; ita quod pater nihilominus satisfaciat personaliter pro excessibus suis &c. Ita legit Baluzius, & quidem optime; sanam hanc lectionem ita vitiat editio Labbeana; *ita tamen quod puer nihilominus satisfaciat personaliter pro excessibus &c.* Hinc cætera discas, simulque intelligas quanti futuræ sit momenti ad historiæ ecclesiasticæ sinceritatem, novam editionem auctorem concilii Vaurensis ad Baluzianam reformationem exigere. Dabitur ergo hic scheda petitionum regis Aragoniæ cum responso ad singulas illas a concilio reddito. Addam synodicam concilii ad Innocentium III.; sicut & privatas alias literas a patribus quibusdam eidem concilio præsentibus ad pontificem datas, quæ nunc primo in collectionem conciliorum veniunt. Quo vero intelligant lectores, sæpe discrimen inter novam ex Baluzio editionem a veteri Labbeana, variantia omnia mutato charactere distinguenda curavi.

PETITIONES REGIS ARAGONENSIS

In concilio apud Vaurum.

QUoniam sancta mater ecclesia non solum verbera sed, *ubera* quoque docetur habere, devotus ecclesiæ filius Petrus Dei miseratione rex Aragonensis pro comite Tolosano ad sinum ejusdem matris ecclesiæ *cupiente* redire, a sanctitate vestra petit humiliter & rogat instanter quatenus faciendo satisfactionem personalem pro excessibus *quamcunque* ipsi ecclesiæ visum fuerit expedire, ac pro damnis & injuriis illatis diversis ecclesiis & prælatis satisfaciendo secundum quod clementia matris ecclesiæ ipsi comiti duxerit injungendum, restituatur clementer & misericorditer ad possessiones suas et alia quæ amisit. Quod si forte pro persona comitis nollet ecclesia ipsius regis petitionem audire, petit et rogat hoc idem pro filio, ita tamen *quod pater* nihilominus satisfaciat personaliter pro excessibus suis, vel in frontaria Sarracenorum eundo in subsidium Christianor. cum militibus suis, vel in partibus transmarinis, secundum quod ecclesia melius arbitrabitur expedire, et infans de terra sua in tam fideli cura & tam diligenti custodia ad honorem Dei & sanctæ matris ecclesiæ habeatur usquequo de bonitate sua signa compareant manifesta.

Et quoniam comes Convenarum nec fuit unquam hæreticus, nec eorum susceptor, sed potius impugnator, et ideo terram dicitur amisisse, quia astitit consobrino & domino suo comiti Tolosano, petit idem rex & rogat pro eo quod sicut pro vassallo suo, ut restituatur ad terram suam, satisfaciendo quoque ad arbitrium ecclesiæ, si apparuerit eum in aliquo deliquisse.

Item *cum* comes Fuxensis nec hæreticus *fuerit* nec sit, pro eo memoratus rex petit et rogat sicut pro sanguineo suo carissimo & *vassallo*, cui sine verecundia in jure suo deesse non potest, quatenus pro reverentia ipsius et gratia restituatur ad sua, satisfaciendo nihilominus ad arbitrium ecclesiæ in iis et pro iis super quibus clementiæ matris ecclesiæ eundem apparuerit deliquisse.

Item pro Gastone de Bearno vassallo suo petit sæpedictus rex et rogat affectuose, quatenus restituatur ad terram suam et fidelitates vassallorum suorum; maxime cum paratus sit *juri* parere, et ad arbitrium sanctæ matris ecclesiæ satisfacere coram judicibus non suspectis, si *vobis* causam ipsius audire, et expedire non licet.

In omnibus tamen præmissis duxit memoratus rex misericordiam potius quam judicium invocandum, mittens ad clementiam vestram *episcopos*, clericos, et barones suos super præmissis, ratum habiturus quicquid a vobis cum eis fuerit ordinatum; supplicans ut talem habere dignemini circumspectionem et diligentiam in hoc facto, ut in negotio Christianitatis in partibus Hispaniæ ad honorem Dei et sanctæ ecclesiæ dilatationem prædictorum baronum et comitis Montisfortis subsidium possit habere. Datum Tolosæ XVII. Kalend. Februarii.

Responsum Prælatorum in Concilio apud Vaurum.

ILlustri et dilecto in Christo Petro Dei gratia regi Aragonum, comiti Barchinonensium, concilium apud Vaurum, salutem & sinceram in Domino dilectionem. Petitiones et preces vidimus, quas pro Tolosano et ejus filio, & Fuxensi et Convenarum comitibus, & nobili viro Gastone de Bearno vestra regalis serenitas destinavit; in quibus etiam literis inter cetera ecclesiæ filium dicitis vos devotum. Super quo *multiplices* Domino Jesu Christo ac regali vestræ celsitudini gratiarum referimus actiones, & in cunctis in quibus secundum Deum possemus, propter illam mutuam dilectionem, quas vos sancta Romana ecclesia mater, sicut intelligimus, amplectitur, et vos ipsam, necnon et ob reverentiam excellentiæ vestræ regalis admitteremus affectuosius preces vestras. Super eo quod pro comite Tolosano & ejus filio petitis & rogatis, hoc duximus serenitati regiæ respondendum. Quod tamen causa comitis quam causa filii, quæ pendet ex facto patris, auctoritate superioris extat nobis exempta; cum idem comes Tolosanus venerabili fratri Regensi episcopo et magistro *Thedisio* a domino papa negotium suum fecerit sub certa forma committi. Unde sicut credimus, memoriter retinetis quot & quantas gratias dicto comiti post multos excessus ipsius dominus papa fecit, nec non & quam gratiam ad intercessionem vestram & preces venerabilis pater Narbonensis archiepiscopus apostolicæ sedis legatus, tunc abbas Cisterciensis, apud Narbonam & Montempessulanum eidem comiti faciebat biennio, si bene meminimus, jam transacto. Volebat siquidem idem legatus omnes dominicaturas & proprietates eidem comiti remanere integras & illæsas, & ut illa jura quæ habebat in castris aliorum hæreticorum, quæ de feudo ejus erant, sive alberga, sive quista, sive cavalgata, eidem integra remanerent. De illis præterea castris quæ erant

ANNO CHRISTI 1213.

rant aliorum hæreticorum, quæ de feudo ejus non erant, quæ idem comes dicebat eſſe ad minus quingenta, volebat præfatus legatus ut quarta vel etiam tertia pars eorum cederet in proprietatem comitis ſupradicti. Spreta vero idem comes illa magna gratia domini papæ ac prædicti legati & eccleſiæ Dei, veniens directo contra omnia juramenta quæ olim præſtiterat in manibus legatorum, & addens iniquitatem iniquitati, crimina criminibus, mala malis, eccleſiam Dei & chriſtianitatem, fidem & pacem cum hæreticis & *rotariis & aliis peſtilentibus fortius* impugnavit & damnificavit, adeo ut omni gratia & beneficio reddiderit ſe indignum. Quod autem petitis & rogatis pro comite Convenarum, taliter ſuper hoc duximus reſpondendum. Pro certo intelleximus, quod cum poſt exceſſus ſuos multiplices & juramenti tranſgreſſionem, fœdus cum hæreticis & eorum fautoribus contraxiſſet, & ipſam eccleſiam, *tamquam in aliquo* læſus eſſet, cum eiſdem peſtilentibus impugnaſſet, licet poſtmodum fuerit *diligenter* admonitus, ut ceſſaret a cœptis, & rediens ad cor, reconciliaretur tandem eccleſiaſticæ unitati; nihilominus idem comes in ſua nequitia extitit *& exiſtit* excommunicationis & anathematis vinculo *innodatus*; de quo etiam, ut dicitur, comes Toloſanus aſſerere conſuevit, quod eum ipſe comes Convenarum ad guerram impulit & induxit. Unde idem comes auctor *extitit* per hoc guerræ & malorum quæ inde eccleſiæ multipliciter provenerunt & exiſtit. Veruntamen ſi taliter ſe exhibuerit ut abſolutionis beneficium mereatur, poſtmodum, cum fuerit abſolutus & habuerit *perſonam* ſtandi in judicio, ſi de aliquo quereletur, eccleſia ei juſtitiam non negabit. Petiit præterea & rogavit pro comite Fuxenſi regia celſitudo. Ad quod taliter reſpondemus, quod conſtat de ipſo, quod hæreticorum extitit a longo tempore receptator, *& in præſentiarum etiam receptator eſt eorum & defenſor*; præſertim cum non ſint dubium quin credentes hæreticornm hæretici ſit dicendi: qui etiam poſt multiplices exceſſus ſuos *& graviſſimos, poſt dirutionem & ſpoliationem eccleſiarum*, poſt præſtita *corporaliter* juramenta & obligationes tam perſonarum quam rerum, poſt injectionem manuum in clericos & deſtructionem eorum in carcerem, pro quibus cauſis et multis aliis *excommunicationis* & anathematis eſt mucrone percuſſus, poſt illam etiam gratiam, quam idem legatus ad interceſſionem et preces veſtras olim ipſi comiti faciebat, cruentam cædem exercuit in ſignatos tam clericos quam laicos, qui in paupertate et ſimplicitate ſua in Dei ſervitium contra Vauri hæreticos ambulabant. Qualis autem et quanta erat illa gratia, bene recolit, ſicut credimus, *veſtra* regia celſitudo, ad cujus *interceſſionem* et preces cum eodem comite compoſitionem legatus faciebat; ſed quod non fuit facta illa compoſitio, per comitem ipſum ſtetit. Extant *etiam* literæ veſtræ ad

A dominum comitem Montisfortis, regali ſigillo munitæ, talem *ſuper illa gratia* clauſulam continentes. *Dicimus etiam vobis quod ſi comes ſæpedictus noluerit ſtare placito illi, & vos poſtea non audiveritis preces noſtras quas pro eo faciemus, non erimus inde ultra diſpacati.* Veruntamen ſi dederit operam ut abſolutionis beneficium conſequatur; ſi poſtmodum, cum abſolutionis fuerit gratiam conſecutus, de aliquo quereletur, juſtitiam ei eccleſia non negabit. Poſtulaſtis inſuper & rogaſtis pro Gaſtone de Bearno ut reſtitueretur ad terram ſuam & ad fidelitates vaſſallorum ſuorum. Super quo vobis taliter reſpondemus, ut alia multa, immo potius infinita, quæ in ipſum Gaſtonem di-
B cuntur, ad præſens, ſilentio tranſeamus, confœderatus *eſt cum* hæreticis & receptatoribus ſeu defenſoribus eorumdem contra eccleſiam & ſignatos. Eſt eccleſiarum & perſonarum eccleſiaſticarum manifeſtiſſimus *& graviſſimus* perſecutor. Venit ad obſidionem Caſtrinovi in auxilium Toloſani *& Fuxenſis comitum contra eos qui de mandato domini papæ inſequebantur hæreticos & fautores eorum*. Interfectorem *ſanctæ memoriæ* fratris Petri de Caſtronovo apoſtolicæ ſedis legati habuit ſecum, *rotarios* diu tenuit atque tenet; in anno præterito *rotarios ſuos* in cathedralem eccleſiam *Oloronis* induxit; ubi amputato fune, de quo pendebat pyxis
C continens corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti, in terram cecidit, et, quod nefas eſt dicere, ipſum corpus Domini eſt per terram *expanſum. Rotarius quidam in irriſionem & contumeliam ordinis clericalis ſe induit pontificalibus ornamentis, pontificem cantantem miſſam repræſentare intendens; qui etiam dicitur prædicaſſe ibidem, & oblationes rotariorum recepiſſe.* Tranſgreſſus quoque juramenta, manus in clericos violentas injecit. Pro quibus et aliis cauſis pluribus, quas ad præſens tacemus, idem Gaſto excommunicationis eſt et anathematis nexibus innodatus. Veruntamen ſi ſatisfecerit eccleſiæ, prout debet, et abſolutionis benefi-
D cium conſequatur, *poſtmodum, cum fuerit abſolutus*, et conqueſtus fuerit de aliquo, audietur de jure ſuo. Aliter ſiquidem pro prædictis ſic excommunicatis, cariſſime princeps, veſtram regiam majeſtatem intercedere non deceret, nec nos pro talibus et in talibus auderemus aliter reſpondere. Ad hæc, ſerenitatem veſtram regalem monemus in Domino et hortamur quatenus ad memoriam dignemini revocare honorem, quem vobis apoſtolica ſedes fecit, et illum quem in præſentiarum illuſtri regi Siciliæ ſororio veſtro facit; quid etiam domino papæ in veſtra promiſiſtis unctione, et quid apoſtolica ſedes vobis dederit in mandatis. Oramus
E ut Deus ad honorem ſuum et ſanctæ Romanæ eccleſiæ per multa tempora vos conſervet. Quod ſi per hanc noſtram reſponſionem veſtræ regiæ majeſtati non fuerit ſatisfactum, nos ob reverentiam veſtram et gratiam *factum* domino papæ curabimus intimare. Datum Vauri XV. Kal. Februarii.

ANNO CHRISTI 1213.

SYNODICA CONCILII AD PONTIFICEM.

Sanctissimo in Christo patri ac beatissimo domino suo Innocentio Dei gratia summo pontifici, devoti et humiles servi ejus archiepiscopi, episcopi, et alii ecclesiarum prælati *in concilio* apud Vaurum pro sanctæ fidei congregati negotio, cum omni affectione longum vitæ spatium et salutem. Ad agendas paternitatis vestræ sollicitudini dignas grates cum nec lingua nec calamus nobis sufficiat, retributorem omnium bonorum exoramus, ut nostrum in hac parte suppleat defectum, & abunde vobis retribuat omne bonum, quod nobis & nostris aliisque B partium nostrarum ecclesiis tribuistis. Cum enim in partibus ipsis pestis hæretica *ibi* antiquitus seminata nostris *temporibus* usque adeo succrevisset, quod cultus divinus ibidem haberetur omnino in obprobrium & derisum, & in clerum & bona ecclesiastica hinc hæretici, inde *rotarii* grassarentur, & tam princeps quam populus in reprobum sensum *dati* a fidei rectitudine *deviarent*, *tandem vigilantiæ vestræ sollicitudine faciente, ita nos ex altis oriens misericordia visitavit*, ut per *sanctos* exercitus signatorum, quo ad emundandas spurcitias pestis *hujusmodi* sapientissime *deputatis*, & Christianissimum eorum principem comitem Montisfortis, intre- C pidum *Christi* athletam, & invictum dominici prælii bellatorem ecclesia, quæ tam miserabiliter *corruerat*, caput *inceperit* relevare, & in parte maxima *jam* destructis adversitatibus & erroribus universis, terra dudum a cultoribus *falsorum* dogmatum conculcata, nunc divino cultui *laudabiliter* assuescat. Restant vero adhuc reliquiæ dictæ pestis, *Tolosana* videlicet civitas, cum castris aliquot, ubi tamquam sordes in sentinam cadentes residuum pravitatis hæreticæ se collegit: quorum princeps, comes scilicet Tolosanus, qui ab antiquis temporibus, sicut multotiens jam audistis, hæreticorum & fautor extitit & defensor, pro viribus quæ sibi D remanserunt impugnat ecclesiam, & quoad potest, pro fidei hostibus, ejus cultoribus se opponit. Ex quo enim a sanctitatis vestræ rediit præsentia cum mandatis in quibus ultra omnem suorum exigentiam meritorum, egeratis misericorditer cum eodem, introivit, sicut manifeste videtur, angelus Sathanæ in cor ejus, & gratiæ vestræ beneficiorum ingratus, de iis quæ coram vobis promiserat nihil implevit. Immo pædagia sæpius abjurata vehementer adauxit, et, *ac si mandatorum ipsorum beneficio renuntiasse intenderet*, ad omnes, quos scivit, *vestros*, et ecclesiæ Dei adversarios se convertit. Sane per Ottonem, Dei et ecclesiæ inimicum, o- E pinatus contra ipsam ecclesiam vires assumere sub ipsius confidentia, manifeste, sicut asseritur, minabatur, quod ecclesiam de finibus suis, et clerum radicibus extirparet, hæreticos et *rotarios*, quos multotiens abjuraverat, *ex* tunc ferventius solito fovere studuit et tenere. Cum enim catholicorum exercitus obsideret Vaurum, ubi sedes erat Sathanæ *atque* erroris hæretici primatia, ipse in subsidium perversorum misit milites et clientes, et in castro suo, quod *Casseri* appellatur, fuerunt inventi et combusti a crucesignatis plusquam quinquaginta hæretici *de vestitis*, præter credentium eorum multitudinem copiosam. Invocavit etiam contra Dei exercitum Savaricum regis Angliæ *inimici ecclesiæ* senescallum, cum quo Christi pugilem prædictum comitem Montisfortis apud Castrum novum Arrii obsidere præsumpsit; sed, Christi dextera faciente, cito fuit ejus præsumptio in confusionem conversa, B ita ut pauci catholici infinitam Arrianorum multitudinem effugarent. Prædictorum autem Ottonis et regis confidentia defraudatus, ut qui baculo arundineo nitebatur, cogitavit iniquitatem abominabilem et catholicis auribus detestandam, & ad regem Marrochitanum suos nuntios destinavit, subsidium ejus, non solum in terræ nostræ, sed totius Christianitatis *excidium*, implorando. Sed conatum *ejus & damnabilem intentionem superna* pietas impedivit. Episcopum Agennensem a sede propria expellendo, bonis omnibus spoliavit. Abbatem de *Moissiaco* cepit, et abbatem Montisalbani fere per annum tenuit captivatum. *Rotarii* quoque ipsius & com- C plices peregrinos clericos & laicos innumerabiles variis affecere *martyriis*, & nonnullos detinent ac diutius tenuere captivos. In omnibus iis non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta; ita ut fiat cottidie semetipso deterior, & omnia mala, quæ potest, per se ipsum & filium ac complices suos Fuxensem & Convenarum comites & Gastonem de Bearno, viros sceleratissimos & perversos, contra Dei ecclesiam operetur. Cum autem ultione divina & censura ecclesiastica memoratus athleta fidei, comes Christianissimus *Montisfortis*, terram ipsorum tamquam hostium Dei & ecclesiæ sancto & justo prælio occupaverit fere totam, ipsi D adhuc persistentes in sua malitia, & humiliare se sub potenti manu Dei contemnentes, nuper ad regem Aragonensem recurrerunt, per quem forte intendunt vestram circumvenire clementiam & ecclesiam suggillare. Adduxerunt enim ipsum Tolosam nobiscum, qui de mandato legati & delegatorum *vestrorum* apud Vaurum conveneramus, colloquium habiturum. Qui quæ ac qualia proposuerit, & quæ nos ei duxerimus respondenda, ex rescriptis, quæ vobis sigillata mittuntur, plenius cognoscetis. *Mittitur etiam sanctitate vestræ consilium quod delegatis vestris super facto comitis Tolosani tribuimus requisiti*. Omnes igitur unanimiter & con- E corditer hæc præmissa sanctitati vestræ intimamus, liberantes animas nostras, ne per defectum significandi in negotio fidei de contingentibus aliquid omittatur. *Demum vero pro animabus nostris ac commissarum nobis ecclesiarum substantiis vestræ misericordiæ supplicanter exposcimus per viscera misericordiæ Dei nostri, ut liberationis & pacis, immo vitæ nostræ negotium, quod in parte maxima jam feliciter promovistis, cum manifesta justitia*

ANNO CHRISTI 1213.

stitia & potentia sit in promptu, feliciori fine dignemini consummare, ponentes ad radicem arboris damnosæ securim, & eam, ne noceat ultra, perpetuo succidentes. Pro certo namque sciatis quod si terra, quæ dictis tyrannis cum tanta justitia & multa Christianorum effusione sanguinis est ablata, ipsis aut eorum hæredibus restituatur, *præter scandalum fidelium, qui hoc negotium promoverunt,* non solum fieret novissimus error pejor priore; sed excidium exinde clero & ecclesiæ inæstimabile immineret. Ad hæc, quoniam enormitates, *blasphemias*, abominationes, & alia scelera, prædictorum per singula præsenti paginæ non credidimus adnotanda, ne librum texere videremur, quædam in ore nuntiorum posuimus, quæ sanctis auribus vestris poterunt viva voce referre.

EPISTOLÆ EPISCOPORUM QUORUMDAM AD PONTIFICEM DE FACTO COMITIS TOLOSANI.

SAnctissimo in Christo patri ac beatissimo domino Innocentio Dei gratia summo pontifici, devoti & humiles servi ejus, Willelmus Burdegalensis, Vasatensis & Petragoricensis episcopi, cum omni affectione vitæ spatium & salutem. Ad agendas paternitatis vestræ sollicitudini dignas grates cum nec lingua nec calamus nobis sufficiat, retributorem bonorum omnium exoramus, ut nostrum suppleat in hac parte defectum, & abunde vobis retribuat omne bonum quod in Narbonensi & Auxitanensi provinciis, & etiam in partibus nostris tam ecclesiis quam ecclesiarum prælatis paterna misericordia tribuistis. Cum enim in dictis partibus pestis hæreticæ pravitatis jam adeo pullulasset, quod eisdem corruptis penitus, partes affines affectura morbo simili videbatur. Cumque rotariorum violentia, principibus omnibus ejusdem terræ consentientibus & hoc idem facientibus, ecclesiam fidemque catholicam omnemque religionem Christiani nominis impugnaret, vestræ providæ discretioni placuit has incommoditates sapienti consilio refrænare, quia fidelium signatorum & comitis Montisfortis mediante labore, mandatum vestrum in parte maxima tam hæreticos quam rotarios de sedibus suis ejecit; ita quod divinus cultus & pax ecclesiastica videntur in dictis partibus reflorere, nec jam aliud restat nisi illud quod per sanctitatem vestram feliciter est inceptum, per eandem felicius consummetur. Quocirca paternæ sanctitati cum omni devotionis affectu duximus supplicandum, quatenus ad extirpandas reliquias Pestium prædictarum dignemini salubre consilium adhibere; ita quod flores pacis, qui jam videntur oriri, in hoc quod in isto negotio est inceptum, ad consummationem fructus faciant expectatos. Si vero quod absit, opus tam laudabiliter inceptum cum manifesta iustitia & potentia sic in promptu imperfectum relinqueretur, non solum foret novissimus error pejor priore, sed excidium exinde clero & ecclesiæ irrecuperabile immineret. Bene & diu valeat sanctitas vestra.

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo reverendissimo Innocentio Dei gratia summo pontifici Bertrandus dictus episcopus Bitterrensis, servus ejus humilissimus & fidelis, cum sanctissimorum pedum osculo salutem & vitam. Cum ineffabili Dei clementia vestræque ministerio sanctitatis terra nostra ac aliæ circumpositæ, in quibus diabolus peccatis populi exigentibus tantam sibi potentiam usurparat, ut omnem in eis rectitudinem pervertisset, & per ministros ipsius sponsa Christi opprobriis, blasphemiis, & quæcumque possint excogitari afficeretur injuriis, & omnis divinus cultus esset in opprobrium & derisum, in lucem pacis ac fidei tam feliciter cœperint respirare ut errorum & aliarum perversitatum auctoribus jam pro parte maxima exturbatis, vexilla ibi ecclesiæ sint erecta, & ad divini cultus augmentum pax & securitas habeatur, remansit adhuc ibi magna quædam errorum omniumque vitiorum sentina, Tolosa videlicet civitas, & alia quædam loca, in quibus totius pravitatis hæreticæ reliquiarum spurcitia se collegit, quæ nisi fuerit per longanimitatem vestræ sanctæ sollicitudinis avulsa funditus & radicitus extirpata, genimina proculdubio viperarum & spuria vitulamina iterum pullulabunt, & longe deteriorem priore morbum facient redivivum. Nos igitur, beatissime pater, quos tamquam propius positos magis negotium istud tangit, sanctissimam pietatem vestram rogamus, fusisque votivis lacrymis exoramus in visceribus Jesu Christi, quatenus nostro aliorumque prælatorum jugulis & ecclesiarum substantiis, quibus comitis Tolosani & filii ejus, si resurgerent, gladius inexorabiliter immineret, misericorditer prospicientes in posterum, negotio pacis & fidei, quod tam prudenter ac potenter hactenus promovistis, finem perfectum & stabilem imponatis. De infidelitate namque dicti comitis & immanitate quam per satellitem suum exercuit in legatum, super quo per ratihabitionem & honorem & beneficia quæ ipsi occisori exhibuit convincitur manifeste, satis potest vestræ sanctitati constare. Provideat quoque vestra paternitas ne rex Aragonensis, qui, ut salva reverentia unctionis loquamur, factus videtur filius infidelis, & præsumptuose se jactat, quod dicto comiti & complicibus ejus hæreticis, rotariis, sacrilegis, homicidis, & omnium flagitiorum generibus irretitis restitutionis terrarum suarum & gratiæ vestræ beneficium obtinebit, ad vestram præsentiam eos ducens, aliquatenus vos circumveniat. Profecto namque, si dicta civitas, quæ nidus hæreticorum existit & extitit ab antiquo, ita quod, sicut legitur, ob causam similem fuit olim eversa funditus & etiam exarata, remanserit pestilentibus memoratis, adhuc flamma egredietur de ipsa, quæ partes nostras & alias circumpositas pejus solito profligabit.

Sanctissimo patri & domino suo Innocentio Dei gratia summo pontifici Bermundus sola Dei miseratione minister Aquensis humilis, salutem, & seipsum ad pedes. Compendiosa narratione beatitudini vestræ duximus intimandum, quod reformatio pacis & ecclesiæ ac alia bona quæ per sollicitudinem vestram in partibus nostris dignatus est Domi-

ANNO CHRISTI 1213.

minus operari nulla possent ratione secundum inferiores causas durare in posterum, si forte Tolosanus comes aut filius ejus peccatis nostris exigentibus terram quovis ingenio recuperaret amissam. Ideoque sanctitati vestræ humiliter supplicamus, quatenus super hoc taliter & tam caute dignemini providere, si placet, quod novissimus error non sit pejor priore. Conservet Dominus sanctitatem vestram ecclesiæ sanctæ suæ.

BITURICENSE CONCILIUM

Quo Burdegalensis archiepiscopus non venit vocatus

Anno 1213. *habitum*.

An. 1213. DE hoc Bituricensi concilio nihil scimus, nisi quod scribit Innocentius papa III. in epistola ad Bituricensem archiepiscopum registri lib. XV. epistola 130. data Signiæ die V. id. Julii anno pontificatus XV. Narrat in ea pontifex certiorem se factum esse, quod Burdegalensis archiepiscopus ad concilium a Bituricensi archiepiscopo jure primatiæ invitatus venire neglexerit, cujus pervicaciæ reus *suspensionis ab officio metropoliticæ dignitatis* pœnam incurrit. Id merito factum agnoscit pontifex, quamquam sperare se significet actutum illum fore restituendum, si iterum ad concilium alterum vocatus paruerit. Nec de concilio hoc plura.

CONCILIUM AD S. ALBANUM IN ANGLIA

In causa pacis inter regem & ecclesiam,

Anno 1213. *habitum*.

An. 1213. Extat ap. Wilkins Conc.Brit. t. II.

DE *eo sic agit Matt. Paris.* Stephanus archiepiscopus Cantuar. 17. Calend. Augusti regem Johannem ducens in ecclesiam Wintonien. missam celebravit. In crastino autem misit res literas ad omnes vicecomites regni Angliæ præcipiens, ut de singulis dominicorum suorum villis, quatuor legales homines cum præposito apud sanctum Albanum pridie nonas Augusti facerent convenire; ut per illos & alios ministros suos, de damnis singulorum episcoporum & ablatis certitudinem inquireret, & quid singulis deberetur.... Dum hæc agerentur, interfuerunt concilio apud sanctum Albanum Galfridus, filius Petri, & episcopus Wintoniensis, cum archiepiscopo & episcopis, et magnatibus regni, ubi cunctis pace regis denunciata, ex ejusdem regis parte firmiter præceptum est, quatenus leges Henrici avi sui ab omnibus in regno custodirentur, et omnes leges iniquæ penitus enervarentur. *Hæc ille*.

AD CONCILIUM LONDINENSE

Eadem de causa eodem anno habitum,

A D D I T I O.

An. 1213. DE *hoc Matth. Paris. ait pergens l. c.* Eodem anno 8. cal. Septembris convenerunt in civitate Londoniarum apud S. Paulum Stephanus Cantuariensis archiepiscopus, cum episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, et baronibus regni: ubi archiepiscopus indulsit tam ecclesiis conventualibus, quam presbyteris secularibus, ut horas canonicas in ecclesiis suis audientibus parochianis suppressa voce cantarent. In hoc colloquio (ut fama refert) archiepiscopus memoratus, convocatis seorsum quibusdam regni proceribus, cœpit affari eos secretius in hunc modum. Audistis, inquit, quomodo ipse apud Wintoniam regem absolvi, et ipsum jurare compulerim, quod leges iniquas destrueret, et leges novas, videlicet leges Edwardi revocaret, et in regno faceret ab omnibus observari. Inventa est quoque nunc charta quædam Henrici primi, regis Angliæ, per quam si volueritis, libertates diu amissas poteritis ad statum pristinum revocare. Et proferens chartam quandam in medium, fecit eam, audientibus cunctis, recitari...... Cum autem hæc charta perlecta, et baronibus audientibus intellecta fuisset, gavisi sunt gaudio magno valde, et juraverunt omnes in præsentia archiepiscopi sæpe dicti, quod viso tempore congruo, pro his libertatibus, si necesse fuerit, decertabunt usque ad mortem. Archiepiscopus vero promisit eis fidelissimum auxilium suum pro posse suo; et sic confœderatione facta inter eos, colloquium solutum est.

ANNO CHRISTI 1214.

AD ROTOMAGENSE CONCILIUM

Anno 1214. habitum

ADDITIO.

P. Bessin in sua collectione conciliorum Rotomagensium acta quædam concilii Rotomagi habiti a Roberto de Corcon apostolicæ sedis legato recitat. Anno isto habitum illud colligit idem vir doctus ex chronico MS. sanctissimæ Trinitatis de monte Rotomag. in quo ad annum 1214. adnotatur. *Robertus de Corcione legatus apostolicus celebrato concilio primum Remis, deinde Parisiis Rotomagum venit.* Nihil quidem ille de concilio Rotomagi habito; sed forte in eo adventu suo legatus Normannos præsules ibidem ad se excipiendum nactus, quos condiderat Remis primum, deinde Parisiis auctos, canones confirmandos illis proposuit. Nam Parisienses canones eosdem plane esse cum iis quos sub nomine concilii Rotomagensis edidit pater Bessin, ex utrorumque collatione intelligimus. Gemina tamen eorum canonum editio in eo profuit, quod vitiatam luxatamque Parisiensium canonum editionem Labbeanam altera Bessini editio & sanet, & suppleat; quod in editione Veneto Labbeana tom. 13. præstitum est instituta diligenti editionis utriusque comparatione. Sed accuratum collatorem fugit insigne mendum, quod in canone 12. partis prioris concilii Rotomagensis sese offert, ex alia ejusdem canonis lectione, prout in concilio Parisiensi exhibetur, emendandum. Ita ergo legit canon Rotomagensis: *ne superflua multitudine annualium* (missarum anniversariarum) *se honerent sacerdotes. Nec aut a prædictis se exhonerent sacerdotes, suas missas faciant pro defunctis.* Postremum hoc nullum sensum refert; sed optimam exhibet emendationem lectio canonis XI. Parisiensis: *nec ut a prædictis se exhonerent, siccas missas faciant pro defunctis.* Igitur sacerdotes, ut eo plures anniversarias missas eadem die celebrarent, missas siccas legebant, quas pluries eadem die repeti posse vetabat nemo. Quid fuerit missa sicca exponit Bona Rer. Liturg. lib. I. cap. XV.

Animadvertere etiam juvat, canones Rotomagenses superare Parisienses; nam in Parisiensibus pars quarta, quæ ad præsulum disciplinam spectat, canonibus XXII. absolvitur, in Rotomagensi vero ad canones XXXVI. prorogatur. Demum pater Martene in sua collectione Monumentorum tom. VII. ex Aquicinctensi codice supplementa ad concilium Parisiense vulgavit, quæ legas ibidem col. 97. 106. Porro in codice illo titulus iste præfixus legebatur: *incipiunt constitutiones domini papæ & magistri Roberti cardinalis*; tum subduntur canones prout in editis concilii Parisiensis; sed ultra illos alii XXIII. in parte priori adduntur. Parti secundæ, quæ est de regularibus, non quidem canones novi accedunt, sed veteres auctiores exhibentur. In additamento ad canonem XX. quo pœna edicitur in clericos, qui infami vitio se polluerint, legitur: *si autem prælati &c. in hoc summæ infamationis vitium post Remense concilium inciderint, ipso facto sciant se excommunicationis vinculo innodatos.* Remense hoc concilium ipsum est, quod ab eodem Roberto celebratum discimus ex anonymo Rotomagensi, cujus verba supra adducta sunt. Cum autem additio hæc in qua mentio fit concilii Remensis in canonibus editis concilii Parisiensis & Rotomagensis non legatur; hinc aliqua suspicio suboriri posset, num forte canones, quos sub nomine Parisiensis concilii Labbeus edidit, falso inscripti sint, & ad Remense concilium pertineant; Concilium vero Rotomagense, cum nec additamentum hoc habeat, Remense præcesserit. Quamquam enim post concilium Remense & Parisiense Rotomagum venisse legatum asserit anonymus Rotomagensis, nihil tamen de concilio ibi tunc ab eo celebrato memorat; ideo forte, quod in priori alio adventu suo Rotomagum illud habuerit. Ultra hæc omnia Aquicinctensis codex integrum novumque titulum addit de *usurariis & raptoribus*, isque canonibus XIII. absolvitur. Tum alii canones septem succedunt, in quibus varia disciplinæ capita disponuntur. Tanta hæc in manuscriptis varietas ex eo forte provenit, quod cum Robertus tribus in locis concilia habuerit, prioris concilii statuta, ita in secundo & in tertio confirmari curavit, ut aliqua etiam pro opportunitate provinciæ adjicienda censuerit.

DU-

DUBLINENSIS SYNODI
CONSTITUTIONES

Ex regiſtro archiepiſcopi Dublinenſis circa annum 1271. *conſcripto, quod appellatur* Crede mihi *pag.* 106.

Anno incerto habitæ.

Ex Wilk. t. I. p. 548. qui hæc notat. Incertum ſub quo archiepiſcopo: ſi conjecturæ venia, dicerem ſub Fulcone de Saunford.

RE￼ctores eccleſiarum, & univerſi, quibus incumbit regimen animarum, plebes ſibi commiſſas exemplo bonæ converſationis in fide recta & bonis moribus diligenter inſtruant, & informent; ut autem liberius & efficacius officium impleant exhortantis, univerſi, curam habentes animarum, eccleſiaſticis officiis & aliis ſtudiis ſe exerceant, & orationibus & lectionibus jugiter intendant. Sint pudici, virtutum operatione præclari, humilitate præditi, pacifici, annunciantes bona, diſſenſiones, rixas, & ſcandala reſecantes.

Ab illicitis ſpectaculis ſe abſtineant, & præcipue torneamentis, luctis, & aliis, ubi ſanguinis effuſio poterit formidari. Tabernas & inhoneſta convivia non frequentent, extranearum fugiant conſortia fœminarum, & omnium, ex quarum cohabitatione ſiniſtra ſuſpicio poterit exoriri. Si quis autem de incontinentiæ vitio graviter diffamatus, non poterit canonice ſe purgare, habebitur pro convicto; convictis vero vel in jure confeſſis fructus beneficiorum ſeu ſtipendia ſubtrahantur, donec inde noſtram gratiam conſequantur.

Cæteri in ſacris ordinibus conſtituti, juxta modum culpæ canonice puniantur; graviore pœna vel animadverſione ſunt plectendi presbyteri, qui proprias filias, quas baptizaverint, vel ſemel ad confeſſionem admiſerint; & rectores, qui proprios parochianos corrumpere non verentur. Hæc autem, quæ ſupra diximus de pœna presbyterorum parochias regentium, ad alios extendi volumus, qui parochias non regunt; D cum omnes pari voto continentiæ ſunt aſtricti, & omnes deceat par honeſtas.

Concubinæ presbyterorum ſeu clericorum, qui in ſacris ordinibus fuerint conſtituti, de quibus conſtiterit, per excommunicationis ſententiam ad agendam pœnitentiam compellantur, earundem abſolutione nobis, præterquam in mortis articulo, reſervata. Si qui autem excommunicatione concepta, animo obſtinato in peccato pertinaciter perſeverent, corripiantur brachio ſeculari, & in vita careant communione fidelium, & in morte eccleſiaſtica ſepultura talibus denegetur.

Caveant inſuper rectores, ne publice fornicariis, aut de vitio incontinentiæ diffamatis parochias regendas committant, quod ſi forte præſumpſerint, xl. ſolidorum poena noverint ſe mulctandos. Sicut vita presbyterorum a vita vulgari debet eſſe ſejuncta; ita decet in habitu & inceſſu, ut a cæteris diſtinguantur. Propter quod inhibemus, ne cappis manucatis, vel aliis indumentis levitatis vel laſciviæ notam prætendentibus, publice utantur contra conſtitutionem concilii generalis, alioquin hujuſmodi indumenta fabricæ eccleſiarum, ubi degunt, vel quibus deſerviunt, applicentur.

Eligant itaque rectores eccleſiarum preB ſbyteros notæ ordinationis, & converſationis honeſtæ, potentes ope & ſermone, qui exemplo vitæ, & verbo doctrinæ parare Domino valeant plebem perfectam, qui circa correctionem parochianorum vigilent inceſſanter, & exceſſus ſubditorum diligentius inveſtigent, & corrigant, quæ ſunt familiariter corrigenda. Exceſſus autem, qui in publicam prodeunt notitiam vel famam, archidiaconis vel decanis ſine mora denuncient corrigendos, ad quod juramenti vinculo aſtringantur.

Ad hæc præcipimus, ut rectores vel eorum presbyteri ſingulis interſint capitulis, ut exceſſus denuncient ſubditorum & deC nunciationes, vocationes, & executiones, vel alias mandata recipiant, quæ occurrerint injungenda.

Nullus autem ad pœnitentiarium noſtrum Dublin. mittatur pro aliquo delicto, niſi de quo in jure confeſſus fuerit, vel convictus; enormia vero delicta nobis vel pœnitentiario noſtro, præterquam in mortis articulo, reſervamus. Literas autem decani vel officialis ad pœnitentiam gratis concedi præcipimus pœnitenti, & ut liqueat, qualis fuerit pœnitentia, & pro quo crimine ſit injuncta, poenitens literas poenitentiarias referat ad mittentem.

In ſingulis etiam decanatibus per capitulum duo eligantur presbyteri, qui moribus & ſcientia præditi, confeſſiones audiant ſacerdotum, ac pro lenitate ſtipendiorum viliores honeſtioribus, vel peritioribus imperiti præferantur. Stipendia presbyterorum unius anni taxanda duximus tres marcas, in ditioribus tamen eccleſiis juxta eccleſiarum facultates presbyteris volumus uberius provideri. Rectores eccleſiarum eccleſiis ſuis presbyteros non præficiant, donec ipſos archidiaconis vel eorum officialibus repræſentaverint.

Præcipimus ſacerdotibus ut jejuni intrent ſynodum; jejunio enim debet fieri & oratione. Item præcipimus diſtrictius, quod omnes E presbyteri, maxime curam animarum habentes, veniant ad ſynodum, & ſi gravi infirmitate detenti, aut alia neceſſitate inevitabili venire non poterint, ſuum capellanum mittant, aut clericum loco ſuo. Item præcipimus, quod in eundo ad ſynodum, & redeundo a ſynodo, honeſte ambulent presbyteri, & honeſta quærant hoſpitia, ut in eis circumſpecte ſe habeant, ne ſtatus clericorum vertatur in contemptum & oppro-

brium

brium populo, cum laicis esse debeant speculum & exemplum, de quorum ordinatione, vita, & scientia examinatione habita diligenti, illi, qui reperti fuerint idonei, admittantur, & stipendiorum quantitas in publicum rotulum capituli redigatur. Ordinati vero non a suis episcopis vel alias irregularitate notati, ad nos mittantur, pro gratia, si digni fuerint, obtinenda. Presbyteri sint seduli ad divina officia horis competentibus & statutis in suis ecclesiis celebranda, ne de desidia vel negligentia arguantur. Qui autem cantant, distincte proferant & aperte, non transiliendo, neque transcurrendo vel syncopando, sed cum debita reverentia, ut ad devotionem excitent animos subditorum: infirmos singulis diebus dominicis & festivis visitent diligenter. Caveant autem presbyteri, ne ad visitandum infirmos se exhibeant difficiles, quacunque hora fuerint requisiti; siquidem præsumpserint, canonicam non effugient ultionem. Nec, sicut hactenus a quibusdam est præsumptum, mittant cum eucharistia diaconos ad infirmos, dum ipsi in potationibus seu aliis voluptatibus carnis vacant, sed personaliter infirmos adeant, et confessiones audiant solerter, crimina et circumstantias criminum investigent, & infirmis, quæ foret pœnitentia injungenda, innotescant, & injungant, & poenitentiam recipiant, cum saluti fuerint restituti; cum non sit infirmis poenitentia injungenda pro furtis, & rapinis, seu damnis aliis irrogatis. Missarum celebrationem non injungant, rerum restitutione prætermissa, sicut a quibusdam fieri solet, qui non salutem quærunt animarum, sed compendium temporale; sed ante omnia rem restitui vel damna resarciri præcipiant defraudatis. Cum autem ad visitandum infirmos cum eucharistia accedunt in urbibus, & villis, ubi ecclesiæ sitæ sunt, pro reverentia corporis Christi superpelliciis sint induti, cum cruce, lucerna accensa, & campana, clerico vel aliquo alio præeunte.

Adhæc firmiter inhibemus, ne cuiquam communio corporis Christi vel morienti ecclesiastica sepultura prætextu cujuslibet debiti denegetur.

Nullus autem presbyterorum alienum parochianum ad confessionem vel communionem corporis Christi admittere præsumat, sine licentia proprii sacerdotis. Cum autem a sacerdote licentia petitur alteri confitendi, sacerdos personam designet, cui debeat confiteri, ne quis sub tali velamine nemini confitendo poenitentiæ desinat sacramentum. Ne autem presbyteri quæstum saluti animarum præferant, tractatum de decimis, sive aliis temporalibus in confessionibus non præmittant, sed diligenter exponentes confitenti, qualiter debeat confiteri, quique sit fructus poenitentiæ; ac omnibus expletis, tunc demum exigat, quæ de decimis vel aliis ecclesiæ debentur. Similiter & in sacro die Paschæ absque ulla exactione decimæ vel debiti sive oblatione liberaliter conferant corpus Christi, ne una manu porrigendo eucharistiam, altera recipiendo pecuniam, nostræ redemptionis ministerium sit venale;

A quod, si compertum fuerit, præcipimus graviter vindicari. Adhæc firmiter inhibemus, ne quis alienum parochianum ad matrimonium contrahendum, nisi tam ibi, ubi vir conversatus fuerit, quam ubi foemina degit, diligens scrutinium præmittatur, et referat literas suo prælato, quid per scrutinium appareat, continentes. Fidei dationes et de matrimonio contrahendo fieri prohibemus, nisi coram testibus fide dignis, et sub præsentia sacerdotis. Laici etiam, qui talibus interfuerint contractibus, puniantur. Quia vero exigentibus culpis nostris, fructus humanis necessitatibus cælesti miseratione provisos frequenter absorbet repentina calamitas tempestatum, orationum suffragiis est B Christi misericordia & piis precibus invocanda; ideo singuli presbyteri cum aeris intemperiem viderint imminentem, nec expectato nostro vel archidiaconorum nostrorum mandato, protinus per processiones & humiles orationes devotiones excitent subditorum, ne, dum jussionis nostræ auctoritas expectatur, ultra quam expediret, deprecatio fidelium prorogetur. Quia domum Dei decet ornari honore congruo, dicente psalmista: " Domine, dilexi decorem domus tuæ;" præcipimus in vasis, vestimentis, libris, & aliis ad divinum ministerium deputatis, ecclesiæ fabricæ vero in dealbationibus ecclesiarum, & fenestris vitreis, & aliis ad C honestatem ecclesiæ pertinentibus honorifice provideri. Item eucharistiam & chrisma sub clavibus præcipimus custodiri; si quis vero ea incaute reliquerit, tribus mensibus ab officio suspendatur. Ecclesias viris religiosis ad firmam dari firmiter inhibemus; et illis præcipue, qui in eisdem jus obtinent patronatus. Idem multo fortius de laicis quibuscunque. Decimas autem vendere nullus præsumat ante tempus, quo inde ex beneficio consuetudinis testandi habeant facultatem, sed nec laicis ullo tempore, donec fuerint a novem partibus separatæ.

Indulgemus vero clericis in suis ecclesiis residentibus, aut in nostro servitio commo- D rantibus, aut de nostra licentia causa studiorum absentibus, ut de fructibus terrarum ecclesiarum suarum, quas propriis sumptibus excolunt atque serunt, quacunque parte anni decesserint, testandi habeant facultatem.

Cum autem multoties repetitis vicibus in synodis duxerimus statuendum, et ante singulorum ordinum celebrationes solenniter commonendum, ut rectores in subdiaconos, vicarii in presbyteros, per interstitia temporum a canonibus diffinita se facerent ordinari; ideo, instanter ut hoc fiat, monemus et præcipimus, et quia hactenus rarus fructus exinde provenit, ne impunitas contemptum pariat ampliorem, decrevimus E nondum ordinatorum beneficia sequestrari.

De cætero siquidem admittendi fructus beneficiorum non percipiant, donec fuerint in sacris ordinibus constituti; vicarii autem per subtractionem fructuum cogantur in suis vicariis residentiam facere personalem. Religiosi ad vicarias ecclesiarum, quas habent in usus proprios, vicarios nobis idoneos repræsentent, alioquin taxatione vicariarum præhabita et alios curabimus ordinare. Ne autem con-

conniventia nostra consensum inducat, & taciturnitas culpæ pariat reatum; nos synodali diffinitione firmiter injungimus & monemus, ut ecclesiæ decimæ, pensiones, & alia quæcunque juris ecclesiastici, quæ per vitiosum ingressum sunt usurpata, sine mora salubriter resignentur, ne vitia possessionum a prædecessoribus ad posteros transmittantur, & ne supradicta percipiantur vel exigantur, sub interminatione divini judicii firmiter inhibemus, cum ad non imperia judicentur alienum invadere, & illicite detinere. Illum etiam abusum penitus reprobamus, quo religiosi a clericis ad beneficia præsentatis ante institutionem obtentam fidelitatis exigunt juramentum; qui autem tale sacramentum præstiterint, beneficiis ipsis noverint se privandos. Nec exactores relinquimus impunitos, cum simoniacam contineant pravitatem. Pensiones autem debitas temporibus statutis solvi præcipimus, sub pœna dupli fabricæ ecclesiæ Dublin. persolvendi. Simili pœna puniri volumus, qui synodalia, antequam a synodo recesserint, non persolverint. Quia causæ plerumque matrimoniales & aliæ per indiscretos examinatores periclitantur, & diutius protrahuntur; volumus, quod in singulis decanatibus sex vel quatuor fide digni eligantur & discreti, qui testes producendos diligenter examinent, & singulorum dicta integre & fideliter redigant in scripturam, non sicut fieri consuevit, scribendo, quæ cum aliis concordant vel per omnia idem dicant; cum talis sit obscuritas reprobanda. Ad hoc autem se obligent vinculo sacramenti, salario eis ob hoc accommodatione archidiaconi & capituli constituto.

Quia vero per falsas & excommunicatas exceptiones, quas advocati opponunt, plerumque jura partium pervertuntur; firmiter inhibemus, ne quis advocatorum ad patrocinium admittatur, nisi prius juret, quod causam injustam ex certa scientia non fovebit, non falsis probationibus seu allegationibus utetur, ad justitiam perimendam, vel justum judicium declinandum vel prorogandum. Qui autem in causa matrimoniali vel testamentorum falsas exceptiones malitiose opponunt, vel opponi procurant, vel qui in causa matrimoniali vel testamentaria, vel ubi de exhæredatione agitur, falsum perhibent testimonium, vel id fieri procurant, vel testes subornant, excommunicationis sententiæ se noverint subjacere. Excommunicamus omnes illos, qui pacem regis & regni perturbare, aut libertates ecclesiasticas, & præcipue hujus sacrosanctæ ecclesiæ Dublin. infringere, seu possessiones ecclesiasticas invadere, aut ad bona ecclesiastica manus injuriosas extendere præsumpserint, in præjudicium ecclesiasticæ libertatis. Item illos, qui in ecclesiastica beneficia se intrudunt, & eos, qui per laicalem potentiam seu aliam violentiam ea detinent occupata. Omnes autem incendiarios, et ecclesiarum fractores, veneficos, & veneficas, & magicis incantationibus utentes, & hoc fieri procurantes, & qui immunitatem ecclesiæ violaverint, denunciamus excommunicationis sententiam incurrere ipso facto. Prohibemus autem, ne excommunicationis sententia in genere vel pro damnis, vel pro injuriis proferatur, quoties dignosci poterit, quis adversus quem habeat altercationem, nisi evidens necessitas hoc exposcat. Excommunicamus & omnes illos, qui odio vel lucri causa aliis crimina falso imponunt, pro quibus mors, vel exilium, aut membrorum mutilatio, vel exhæredatio, seu bonorum spoliatio sequi debeat, si judicialiter convincatur. Qui autem ad diffamationem alterius aliquid proponit, quod mores sugillat, nisi hoc probare voluerit, canonice puniatur, & injuriam passo pro modo culpæ satisfacere compellatur. Hæc autem salubria statuta in singulis decanatibus proximis capitulis post singulas synodos recitentur, & per illos, qui capitulis præsunt, in singulis articulis exponantur, & ad eorum observantiam per censuram ecclesiasticam singulis districtius compellantur. Hæc autem & in singulis libertatem prætendentibus præcipimus publicari & districtius observari.

Excommunicamus omnes illos, qui gratia lucri, vel odii, aut alias contemnunt exequi domini regis mandatum contra excommunicatos editum, claves ecclesiarum contemnentes. Quoniam in partibus istis circa testamentum decedentium quædam inolevit confusio, quam emendari ordini ecclesiastico & honori pariter convenire censuimus; eapropter præcipimus, & sub pœna excommunicationis statuimus, ne cuiquam executori alicujus administratio testamenti committatur, nisi prius de omnibus bonis ipsius defuncti fiat fideliter inventarium, & loci ordinario ostendatur.

Item auctoritate præsentis synodi statuimus, ne aliqui religiosi, cujuscunque sint professionis, de executione testamentorum quoquomodo se intromittant, nisi de licentia ordinarii, coram quo testamentum fuerit probatum.

Item in probatione testamentorum, seu post probationem coram ordinariis, non committatur seu permittatur aliquibus commissio, seu administratio in bonis defunctorum, nisi faciles ad conveniendum, & tales sint, qui competentem & sufficientem administrationis possint reddere rationem, cum super hoc canonice per locorum ordinarios fuerint exquisiti.

Item testamentis coram ordinariis exhibitis, probatis, & approbatis, a laicis eorundem probatio non exigatur, nec impediant seu impedire procurent, quominus ultimæ voluntates defunctorum procedant in his, quæ de jure & consuetudine legari possunt; & si contra hujusmodi statutum venire præsumpserint, sciant se auctoritate præsentis synodi esse excommunicatos, et tanquam contra ecclesiasticarum libertatum violatores per censuram ecclesiasticam procedatur.

Item præcipimus, ne quis alicujus solutæ vel conjugatæ, propriæ vel alterius, impediat vel perturbet, seu impediri faciat justam testamentorum factionem; quia qui contra venerit, sciat se in excommunicationis sententiam incidisse. Item de portione

ne mortui vel mortuæ habeat eccleſia jus ſuum, deductis temen prius de communi, quæ debentur, et funeris expenſis.

Item præcipimus quod nullus executor aliquid retineat de bonis defuncti, emptionis titulo, vel aliquo alio modo, niſi fuerit ſibi a teſtatore inter vivos donatum vel in teſtamento legatum.

Item bedelli ſeu apparitores, archidiaconis noſtris vel decanis intendentes, ſubditis gravamina non inferant, ſententias autem excommunicationis vel interdicti ſeu ſuſpenſionis non ferant neque denuncient ſine ſpecialibus dominorum præceptis. Et ſi ſecus fuerit præſumptum, ſententiæ ſic latæ, ipſo facto non teneantur, neque ſerventur, & apparitores ſeu bedelli, qui confecerint, et oneroſi ſive injurioſi ſubditi inventi fuerint, graviter puniantur.

Præcipimus etiam quod capellani ſinguli in eccleſiis ſuis ter in anno denuncient omnibus, qui clericali privilegio gaudere voluerint, quod coronam et tonſuram patentem in locis debitis deferant competenter, maxime coram ſuis ordinariis, et in eccleſiis, et in congregationibus clericorum.

Si diſcordantes ſe ſibi invicem voluerint concordare, inhibemus, ne archidiaconi, officiales eorumdem, vel decani bonum pacis impedire præſumant, ſed licentia petita, liceat partibus a lite diſcedere, quomodocunque voluerint, ſi tamen cauſa compoſitionem admittat, non propter hæc eis aliquam poenitentiam infligant, niſi eis conſtiterit de actoris vel rei calumnia manifeſta. Quia vero juxta ſcripturæ teſtimonium legimus: " Segnius immutant animos demiſſa per aures, quam quæ ſint oculis ſubdita fidelibus; " præſentibus conſtitutionibus hanc ſalubrem duximus adnectendam, ut ſacerdotes ſinguli ſuis parochianis has conſtitutiones quater in anno ad minus legant, vel coram ſe legi faciant diligenter, ut tanto melius ſtatutorum recordentur, quanto ſæpius eorum auribus fuerint inculcata.

Item inhibemus expreſſe, ne aliquis capelanorum in dioeceſis Dublin. moras trahens, ſeu de novo ordinatus, ſine ſpeciali licentia noſtra vel archidiaconorum noſtrorum divina præſumat celebrare, ſeu quouſque nobis conſtiterit de eorundem ordinatione & converſatione.

Ut de ſolicitudine noſtri laboris immarceſcibiles juſtitiæ manipulos reportemus, accendatur noſtræ auctoritatis zelus adverſus ambitionis malum, diſſipemus & evellamus plantationes iniquas; ædificemus & plantemus in eccleſia Dei tales, quos humilitas, quos innocentia, quos vita probatorum, & literatura commendat; qui ſubjectos non devorent; qui divites non palpent; pauperes non gravent; qui minas divitum non timeant; qui crimina corrigant, marſupia non emungant: quorum ſermo ſit doctrina; quorum converſatio juſta; quorum auctoritas ſit non in habitu, non in faſtu, ſed in eruditione & defenſione fidei; quorum vita ſit publice commendabilis; quorum memoria in benedictione. Ut venalitas in domo Dei abjiciatur, qui ementes & vendentes de templo projecit, ſtatuimus, quod nullus firmarius alii proventus decimarum locare præſumat, ne quis firmam rerum eccleſiaſticarum habeat ordinarii conſenſu irrequiſito; ubi tamen eccleſiarum conditiones occaſione traditionis ad firmam meliorari contigerit, proventus decimarum ſuarum locari, ſeu ad firmam tradi, ſaltem ad tempus in jure ſtatutum, nullatenus prohibemus.

Prohibemus ſub interminatione anathematis, ne ſacerdotes vel clerici, curam habentes animarum, cauſa lucri negotientur; cauſa tamen neceſſitatis, ut honeſta mercimonia exerceant, & quæ ab honeſtate clericali non diſcrepant, ſuſtinemus.

Quum indignum eſt eis ab eccleſia ſubveniri, per quos conſtat in eccleſia ſcandalum generari; ſacerdotibus & clericis, ne miniſtri laicorum fiant, ne procuratores exiſtant eorundem, prohibemus.

Adjicimus etiam, quod quæſtuarii per civitatem vel dioeceſim Dublin. nullo locorum admittantur, quorumcunque quæſtuarii exiſtant, niſi literis noſtris patentibus muniantur. Quibus quidem quæſtuariis officium prædicandi penitus interdicimus; expoſitione autem ſui negotii tantum contenti permaneant.

BITURICENSE CONCILIUM

Pro reformatione eccleſiæ Bituricenſis

Anno 1214. *celebratum.*

CApituli nomine deſignari ſynodum tum apud eruditos conſtat, cum ex ſtatutis mox recitandis planum fiet. Edicitur enim in illis cap. X. Quater in anno celebretur generale capitulum, ideſt ſynodus. *Non abs re igitur hæc in capitulo Bituricenſi a duobus epiſcopis condita ſtatuta concilio cuidam Bituricenſi aſſigno.*

Statuta edita pro eccleſia Bituricenſi.

M. (Manaſſes III.) Domini gratia Aurelianenſis, & Willelmus Altiſſiodorenſis epiſcopi, univerſis præſentes literas inſpecturis, ſalutem in Domino. Cum ad nos ſuper quibuſdam negotiis Bituricenſis eccleſiæ mandatum apoſtolicum deſcendiſſet, in fine litterarum ipſarum fuit hoc capitulum ſub hoc tenore annexum: *Corrigentes & reformantes auctoritate noſtra in eadem eccleſia quæ correctionis & reformationis officio inveneritis indigere, contradictores cenſura eccleſiaſtica, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.* Nos ergo ſecundum formam auctoritate apoſtolica procedentes ſuper his, quæ corrigenda & reformanda invenimus, ordinavimus in hunc modum.

ANNO CHRISTI 1214.

I.

Clericus succentoris injungat omni die invitatorium in vesperis. Cancellarius vel qui loco ejus fuerit more solito lectiones similiter injungat. Ille cui injunctum fuerit, necesse habebit recipere & exequi per se vel per alium. Si contra venerit, si canonicus fuerit, solvat pœnam duorum denariorum Parisiensium, vicarius unum denarium Parisiensem, minor clericus unum denarium Parisiensem, vel stabit ante altare retro aquilam tamdiu donec a cantore vel ejus mandato ad locum suum revocetur.

II.

Universis & solis canonicis, qui matutinis interfuerunt, dabuntur duo Parisienses distribuendi ad *Benedictus*. Quicumque fecerit in Missa defectum, si sacerdos fuerit, puniatur in duodecim Parisiensibus, diaconus in sex, subdiaconus in quatuor.

III.

Nullus canonicus suam residentiam fecisse computetur in die, in qua non interfuerit matutinis aut missæ majori aut vesperis, nisi forte infirmus fuerit, aut valetudinarius, aut minutus, aut nisi eadem die intraverit civitatem, aut exierit non reversurus eadem die; hoc non mutato quod archiepiscopus habebit unum canonicum, qui facit residentiam secum per diœcesim, & duos cum visitat provinciam, vel cum vadit Romam.

IV.

De blado quadragesimæ nullus percipiat, nisi per viginti unum diem fuerit residens, sicut superius dictum est.

V.

Omnibus horis tractim cantentur psalmi, & cum pausationibus debitis, nullusque rideat inhoneste in choro, vel signa vel nutus faciat inhonestos, neque ita loquatur cum socio, quod a tertio possit audiri quamdiu horæ cantantur.

VI.

Omnes tam canonici quam vicarii, & alii clerici de choro, cappas habeant usque ad terram, & numquam sine superlitio sint in ecclesia, si cappam apertam habuerint; si vero cappas clausas habuerint, non poterunt esse sine rochetis, vel superlitiis, & omnes habeant honestas tonsuras.

VII.

Illi qui censas habent, jurent quod illas reddant terminis assignatis in domibus quæ sunt de ecclesia locandis, canonicus præferatur laico vel clerico qui non erit de choro, si tantum velit dare quantum alius bona fide, & nullo modo locentur personæ inhonestæ in claustro vel extra claustrum. Inhonestæ mulieres ejiciantur de claustro.

VIII.

Quamdiu horæ cantantur in choro, non cantetur in circuitu chori cum nota. Item cum cantatur major missa in choro, nullo modo celebretur in circuitu, nec post majorem missam.

IX.

Item, nullus vicarius, vel etiam clericus canonice induat sed ad missam celebrandam cum cantatur prima in choro, donec psalmus *Quicumque vult*, fuerit terminatus.

X.

Quater in anno celebretur generale capitulum. In crastino apostolorum Philippi & Jacobi, in crastino inventionis S. Stephani, & in die anniversarii S. Guillelmi, & in crastino Dominicæ qua cantatur *Reminiscere*; & quidquid ibi canonice statutum fuerit, de eis quæ possunt statui, inviolabiliter observetur, non obstante absentia alicujus vel aliquorum.

XI.

Incipiantur psalmi per unam septimanam in una parte chori, & in altera parte per aliam.

XII.

Nullus poterit intrare chorum in vigiliis anniversariorum post primum psalmum completum, neque ad missam post epistolam. Item canonicus tenebitur esse in choro ad totas vigilias vel ad totam missam defunctorum.

XIII.

Nullus audeat astare vel ire per claustrum absque indumentis ad chorum pertinentibus a matutinis usque ad majorem missam, & ab hora nona usque post completorium, nisi in quadragesima, vel nisi equitando, vel nisi transeundo, & exeundo claustrum.

XIV.

Hebdomadarii recipiant denarios qui pro pœnis superius statutis levabuntur, ita quod unusquisque recipiet eos in sua septimana, & ponentur in pixide quadam distribuendi post annum clericis de choro. Retinuimus enim omnimodam potestatem interpretandi verba obscure dicta, omissa supplendi, & coercendi eos, qui contra præscripta venient instituta. Actum in capitulo Bituricensi, anno ab incarnatione Domini MCCXIV.

AD

ANNO CHRISTI 1215.

AD CONCILIUM LATERANENSE IV. OECUMENICUM

Sub Innocentio Papa III.

Anno 1215. *habitum*

DISCUSSIO CRITICA.

. 1215. meis Anna- Eccl. ynald. otat.

CONcilium Lateranense IV. oecumenicum die festa S. Martini IX. novembris cœpisse Richardus a S. Germano asserit, cui veteres omnes adsentiuntur, nec discrepat Rainerus in chronico. Tribus sessionibus absolutum fuisse idem Rainerus cum Richardo a S. Germano testatur, amboque conveniunt die festa S. Andreæ ultimam sessionem habitam; at secunda, qua die coiverit, silet Richardus, & diligenter adnotat Rainerus his verbis: *Prima dies synodi fuit in festo S. Martini; secunda XII. cal. Decembris; tertia, die festo S. Andreæ completa est sancta, & universalis synodus.*

Hujus concilii canones LXX. editi sunt; nec sane plures memorat Albericus abbas in chron. qui ad hunc an. scribit. *Hæc sunt capitula hujus concilii numero septuaginta*, eorumque plures recenset. Sed cum ille excursis his canonibus nonnullis, subdat: *Sequuntur alia capitula usque ad duo & quinquaginta*, & pro *quinquaginta*, ut mendose legit textus, *septuaginta* reponendum sit; hinc suspicio non levis oriri posset, canones in eo concilio digestos, ad duos & septuaginta ascendisse, quamquam in gratiam numeri rotundi ad septuaginta tantummodo Albericus in exordio narrationis suæ definivit. Quidquid tamen de dispositione sit; forte enim constitutiones illæ, quæ in numeros septuaginta dispescuntur in editis, aliter dispositæ ad 72. pertingebant; omnes tamen sunt, nihilque in editis deesse colligimus ex summa eorumdem canonum, quam coævi plures authores, ut Albericus, & author Chronici Turonensis exhibent.

Præter canones, plura ibi a patribus disposita sunt, inter quæ non infimum locum tenent, quæ de Tolosæ principatu Monfortio *dimisso & concesso* (verba sunt sententiæ a patribus latæ) a Raynaldo in Annal. eccles. narrantur. Qua in re prætereunda minime duco ea, quæ Albericus in chronico memoriæ prodidit: *In eodem concilio papa comitem sancti Ægidii, qui vocabatur Tolosanus, & ejus filium videbatur velle restituere ad terras suas, quas ei catholici, una cum nobili Simone Montisfortis abstulerant, per Dei adjutorium, ac de mandato Romanæ ecclesiæ, & de ejus licentia possidebant; quod ne fieret, universum fere concilium reclamabat.* Mirifice his commendatur Innocentii clementia, qui tam multis injuriis a Tolosano affectus, adhuc tamen animum in illum inclinatum gerebat, nec induci poterat, ut principatu illum suo exueret. Licet autem Tolosano socium in crimine sese præbuit Raymundus Rogerius Fuxensis comes, mitius cum illo sese patres gesserunt, sive quod comes ille sponte se legato apostolico submiserit, ut ex Vallisarnensi notat num. 23. Raynaldus, sive quod defectionis non author præcipuus, sed socius fuerit. Utcumque res habuerit sese, constat oppidum Fuxense in custodia apostolici legati relictum fuisse, idque demum anno sequenti eidem Fuxensi comiti, qui legati *dispositionibus, & apostolicis mandatis humiliter paruit*, restitutum ab Honorio III. expeditis ea de re literis *Romæ VI. Idus Decembris, pontificatus sui anno* I., quas literas vulgavit Baluzius Miscellan. lib. 2. pag. 252.

Cossartius in additionibus ad idem concilium ex Parisio scribit, Stephanum archiepiscopum Cantuariensem, quod suo favore & consilio Angliæ principes ad perduellionem in regem suum induxisset, ejusque criminis causa dudum ab episcopo Wintoniensi a divinis suspensum, iterum discussa in concilio causa a pontifice eadem censura revinctum fuisse. Extant ibidem ex Parisio relatæ Innocentii literæ, quibus hanc Stephani censuram servandam, retinendamque pontifex edicit. Signantur illæ *Laterani pridie nonas Novembris*. Sed ex hac ipsa literarum adscriptione elicitur, nihil ea de re in concilio discussum; cum enim concilii sessionem primam actam constet die undecima novembris, hinc plane discimus confirmationem censuræ in archiepiscopum Cantuariensem, habitam die 4. novembris, in concilio statui non potuisse. Quare Parisius, qui confirmationem illam a patribus factam asserit, impudentissime mentitur. Facile etiam literæ illæ pontificiæ suppositítiæ sunt, cum nec in registro epistolarum Innocentii extent, & Radulphus abbas de Coggeshale, Anglicus & coævus scriptor de censura illa Stephani agens, literarum Innocentii veritatem suspiciosam sibi esse prodit: scribit enim in libello de motibus Anglicanis: *Vintoniensis episcopus, & Pandulfus, Norvicensis electus jam per literas domini papæ, vel veras vel fictas, vel per falsi suggestiones impetratas præmuniti, ad excommunicandum omnes regis infestatores, ipsum archiepiscopum ab officio suspenderunt, acclamantes in mari jam velificanti, eo quod sententiam excommunicationis in quodam sibi nominatos, qui regem infestabant, denuntiare noluisset, & quia sic ad concilium transiret; quorum tamen sententiam, licet iniquam, ob reverentiam domini papæ non contempsit, sed humiliter ac devote tenuit.* Ex his verbis coævi & oculati scriptoris eruimus, literas illas pontificis suspiciosas esse; insuper, quæ ex pontifice acceptæ, seu veræ seu fictæ literæ, ferebantur, longe præcesserunt diem quar-

ANNO CHRISTI 1215.

quartam novembris, cum ſuſpenſio intimata fuiſſet archiepiſcopo, dum mari ſe committeret, ut Romam ad concilium veniret. Nec aliam confirmationem hujus ſententiæ a pontifice datam Rodulphus memorat. Licet ergo ſuſpicari num pontifex re ipſa in Cantuarienſem epiſcopum latam cenſuram confirmaverit; id vero in concilio præſtitum fuiſſe, (ſi forte id factum admittamus) plane negari poteſt. Angliæ vero principes viros in concilio excommunicatione damnatos *multis* licet *contradicentibus*, aſſerit Albericus, & veteres omnes cum illo.

Hiſpani ſcriptores quidam tradunt in hoc Lateran. concilio aſſeruiſſe Patres Toletano archiepiſcopo primatum in univerſas Hiſpaniæ provincias, quæ ex Maurorum poteſta- B te ad chriſtianos rediiſſent. Id equidem eruitur ex veteri manuſcripto codice Toletanæ eccleſiæ, quem Garzias Loaiſa in notis ad decretum Gundimari vulgavit. In eo enim ſcribitur Rodericus Ximenius Toletanus archiepiſcopus ſtrenue cauſam ſuam in pleno concilio defendiſſe, fruſtra in contrarium adnitentibus archiepiſcopis Bracarenſi, Compoſtellano, Tarraconenſi, & Narbonenſi. Demum in eodem manuſcripto codice tempus rei geſtæ ita defenditur: *Acta ſunt hæc apud Lateranum VIII. idus octobris, anno incarnationis dominicæ MCCXV. pontificatus domini Innocentii papæ III. anno XVIII.* Hæc temporis adſcriptio, ſi admittatur, totum C illud ſcriptum manifeſte ſuppoſitionis arguit. Quomodo enim agitari hæc omnia potuerunt in concilio, ac dein definiri octavo idus octobris, cum prima concilii ſeſſio nonnisi XI. novembris celebrata fuerit? Inſuper Mariana lib. 12. cap. 4. aſſerit in eodem concilio cauſam quidem illam diſcuſſam; ſed, ait: *Lite integra diſceſſum eſt, neutro inclinatis ſententiis.* Suffragatur Surita Annalium lib. II. cap. 68. quin & ex duplici epiſtola Honorii III. altera ad Rodericum Toletanum, altera ad Bracarenſem archiepiſcopum, intelligimus Innocentium rem integram reliquiſſe.

Godefridus monachus coævus in chronico ad hunc annum literis prodidit Conſtantino- D politanos duos in patriarchas electos Romam veniſſe, *quos ambos*, ait, *conſilio cardinalium depoſuit*, (Innocentius) *& tertium ſubſtituit & inveſtivit, & ad ſedem propriam remiſit.* Cagius ex antiquis monumentis in Gallica, quam ſcripſit, hiſtoria imperii Conſtantinopolitani tradit, præſulem Heracleenſem & parochum S. Pauli de patriarchatu Conſtantinopolitano litigaſſe, cauſamque ſuam ad Lateranenſe concilium detuliſſe; utroque vero in concilio depoſito, tertium alium aſſumptum fuiſſe. Tertius iſte fuit Gervaſius quidam Tuſcus, qui in epiſtola relata a Camuzato in promptuario Tricaſſino fol. 313. ita appellat ſeſe: *Gervaſius permiſſio-* E *ne divina ſanctæ Conſtantinopolitanæ eccleſiæ patriarcha.* Datæ ſunt literæ illæ *Corinthi anno Domini* MCCXVI. quarto Kal. Junii, pontificatus anno primo. De hoc Gervaſio legendus Cuperus in tractatu præliminari ad Tom. primum actorum SS. auguſti, qui & admonet patriarcham hunc binominem fuiſſe, cum Everardus appelletur in literis Honorii III. datis anno MCCXVII. quarum excer- A pta Raynaldus ad annum illum dedit.

Denique in eodem concilio deliberatum fuiſſe de componendis Cypri eccleſiis ſcribit Stephanus Luſinianus in ea, quam vernacule ſcripſit, rerum Cypriacarum hiſtoria. Affirmat autem ex patrum ſententia archiepiſcopum totius inſulæ ex urbe Famaguſta Nicoſiam tranſlatum fuiſſe; creatum inſuper Latinum archiepiſcopum, *qui Latinis tantum præeſſet, cui & Græci ipſi paruerunt, ſublato e vivis Græco archiepiſcopo Simone.* Sed quoad concilii diſpoſitionem de rebus eccleſiæ Cypriæ plus aliquid elucere credo ex epiſtola Germani II. Conſtantinopolitani Græcorum patriarchæ ad Cyprios ſcripta, quæ data legitur anno Græcorum 6731. id- B eſt Chriſti 1223. Patriarcham illum per legatos ſuos interrogarunt Græci Cypriorum epiſcopi, num liceret poſtulatis Latinorum acquieſcere; tria enim a Latinis exigi ſignificabant. Primo clientelam, *manus manibus immittere, ſacerdotales ſacerdotalibus, noſtros Latinis.* Secundo, *ut Græcus ad ſacerdotalem honorem provehendus nullus omnino abſque Latini notitia conſtituatur* in dignitate ad ſe pertinente. Tertio, *ut Græci a ſuis quidem epiſcopis, cum neceſſe fuerit judicentur; ſi quis tamen e judicatis forſan voluerit ad Latinorum archiepiſcopum provocare, ſeu clericus, ſeu laicus ſit, ab illo controverſia diſcutiatur.* Quid ad hæc reſponderit patriar- C cha ſchiſmaticus in adnotationibus meis ad Raynaldi annales eccleſiaſticos ad annum 1225. prodidi. Has literas vulgavit Cotelerius in monumentis eccleſiæ Græcæ tom. 2. pag. 462. hiſque eccleſiaſtica erga Latinos Græcoſque in eadem inſula diſciplina, a concilio, ut credere par eſt, tradita intelligitur. Ex iiſdem pariter literis conſtat, Simone Græcorum metropolita in eadem inſula e vivis ſublato, Græcos non ſtatim quidem, uti falſo aſſerit Luſinianus, Latino archiepiſcopo paruiſſe; ſed alterum ſibi aſſumpſiſſe nomine Neophitum, quem tamen e ſede ſua pulſum per Græciam pererraſſe Germanus in eadem epiſtola aſſerit.

D In eodem pariter concilio *quamplures eccleſiarum prælati, magnique teſtimonii viri ſuadebant*, ut conſtitutio ederetur, qua omnes per orbem eccleſiæ vectigal aliquod ſolverent in commodum curiæ Romanæ; id tamen ne fieret *ſedes apoſtolica diſtulit.* Verba ſunt bullæ Honorii III. qua demum an. 1225. multam hanc eccleſiis Gallicanis indixit. Vide notas meas ad Raynaldum ad eundem annum 1225.

In hoc denique concilio Lateranenſi traditam Maronitis formam eccleſiaſticorum officiorum, aſſerit Albericus in chronico ad annum 1234. Ejus gentis, Maronitarum nempe, patriarcham Jeremiam concilio per E ſe interfuiſſe diſcimus ex commentatione quadam Mſ. quam in codice quodam evangeliorum Syriaco Mſ. bibliothecæ Laurentianæ legit P. Petrus Ambarachius ſeu de Benedictis Maronita ſocietatis Jeſu presbyter. Vulgavit illam Cl. Lamius in libro de erudit. Apoſt. pag. 299. edit. Florent. Patriarcham iſtum Jonam appellat idem Albericus in chron. ad an. 1205. aſſeritque *magno concilio interfuiſſe*, ac denique in patriarcham Alexandrinum aſſumptum fuiſſe.

BRI-

BRISTOLIENSE CONCILIUM IN ANGLIA

Quo principes Angliæ conjurationis reos Guala A. S. L. anathemati devovet,

Anno 1216. habitum.

Ex annal. VVaverl. in hunc annum.

1216. POst coronationem regis Henrici III. Gualo legatus concilium celebravit apud Bryſtoll, in feſtivitate S. Martini, in quo coegit XI. epiſcopos Angliæ & Walliæ, qui præſentes erant, & alios prælatos inferioris ordinis ſcilicet, & comites & barones, ac milites, qui convenerant Henrico regi fidelitatem jurare. Walliam totam interdixit, quia cum baronibus tenuit, & ipſos barones cum omnibus complicibus ſuis excommunicavit, in qua poſitus eſt Lodovicus (Galliæ regis filius) in capite.

GENUENSE CONCILIUM

In quo de mandandis executioni decretis concilii Lateranenſis IV. agitur,

Anno 1216. habitum.

1216. HOc anno 1216. concilium Genuæ convenit, quod eruditos huc uſque latuit, nunc vero beneficio cl. editoris Rer. Italic. tom. VI. col. 410. ex Ogerii Panis continuatione annalium Genuenſium Caffari in apertam lucem prodiit. Ita enim author ille ad hunc annum: *Die VI. Aprilis Otho* (Genuenſis) *archiepiſcopus cum Albiganenſi, & Brumatenſi epiſcopis, & multis abbatibus, canonicis, præpoſitis, archipresbyteris, ſacerdotibus, & clericis de Januenſi archiepiſcopatu concilium per tres dies celebravit, exponendo ea, quæ ad Lateranenſe concilium per dominum papam Innocentium tractata & ordinata fuerant, in quibus conciliis multi homines, & mulieres in nomine Domini ad honorem S. Sepulcri crucem cœperunt.*

AD CONCILIUM MELODUNENSE

In quo Philippi Galliarum regis cauſa diſcuſſa eſt

Anno 1216. habitum

COLLECTORIS ANIMADVERSIONES.

1216. HUic Melodunenſi concilio interfuiſſe S. Tyrienſem archiepiſcopum ab Innocentio III. miſſum ad agendum cum rege ſcribit Gervaſius abbas Præmonſtratenſis in ſua ad Innocentium III. epiſtola, quæ in codice ejus epiſtolarum P. Hugone Vet. Monum. tom. I. pag.3. vulgato, ſecunda eſt. Ex hoc vero colligo in hoc pariter concilio de ſubſidio Terræ ſanctæ ferendo egiſſe patres. Quin & excommunicationi devotos eos omnes Gallos, qui cum Ludovico Galliarum regis filio in Angliam tranſierant, de quibus in ea epiſtola Gervaſius.

HONORIUS PAPA III.

Sedit ab anno 1216. uſque ad 1227.

CONSTITUTIONES FACTÆ

IN ECCLESIA CATHEDRALI S. PETRI ET PAULI NOVÆ VILLÆ

Juxta Athrumiam, per Simonem, Dei gratia epiſcopum Midenſem, in ſynodo ibidem tenta

Anno MCCXVI.

Ex MS. penes Joh. epiſc. Klogherenſem.

1216. CUm dominus Johannes Paparo, presbyter cardinalis tituli S. Laurentii in Damaſo, ſummi pontificis & domini noſtri Eugenii III. legatus in Hibernia, in Synodo generali tenta apud Kenanas in Midia, anno gratiæ MCLII. inter alias ſalubres conſtitutiones tunc & ibidem factas, ordinaverit, ut decedentibus chorepiſcopis, & exiliorum ſedium epiſcopis in Hibernia, in eorum locum eligerentur, & ſuccederent archipresbyteri a diœceſanis conſtituendi, qui cleri & plebis ſolicitudinem gerant infra ſuos limites, & ut eorum ſedes in totidem capita decanatuum ruralium erigerentur; id-

ANNO CHRISTI 1216.

idcirco nos episcopus antedictus ejus ordinationi morem gerentes, statuimus & ordinamus, prout sequitur.

I.

In primis ut in ecclesiis Athrumensi, Kenanusensi, Slanensi, Skrynensi, Donnaclsacheling, olim sedibus episcopalibus in Midia, nunc vero capitibus ruralium decanatuum, archipresbyteri de futuro instituendi, non solum perpetuam & personalem residentiam faciant in iisdem ecclesiis; verum etiam cleri & populi infra limites eorum decanatuum solicitudinem gerant.

II.

Ut nullus in archipresbyterum ordinetur, nisi qui presbyter sit, sub pœna amotionis a suo officio.

III.

Item quod vacante per mortem, aut alio quovis modo archipresbyteratus officio, eligendus est per nos, aut successores nostros successor, quia jurisdictionem suam a nobis haurit.

IV.

Item, ut archipresbyteri quotannis, & sæpius, si opus fuerit, personaliter visitent statum & conditionem omnium ecclesiarum infra suos decanatus; &, si qua ecclesia separatione indigeat, hortentur gregem dominicum ad earum reparationem, actaque visitationis ad nos in proxima synodo transmitti curent. Videant etiam an domus pastorum & capellanorum sint sartæ tectæ; corruptelas morum in populo reformare studeant, & si quas abstergere nequeant, ad synodum diœcesanam referant, ut de iis emendandis cum consilio cleri deliberari possit.

V.

Item, ut procurent fidele transcriptum ad nos in synodo transmitti de statu & conditione librorum, vasorum, vestimentorum, & aliorum ornamentorum & supellectilium in ecclesiis infra suos decanatus, ut de iis reficiendis, quoties expedit, statuamus.

VI.

Curent insuper pœnitentias canonicas, a nobis vel officialibus nostris impositas delinquentibus, debite, & ea, qua decet, solemnitate peragi, & perimpleri in ecclesiis infra suos limites, quibus ipsi cum presbyteris parochialibus intersint, tanquam testes, ut qua humilitate & devotione pœ- A nitentiæ laboribus defuncti sunt, testificare possint.

VII.

Item, ut in admissione ad officium, juramentum præstent de fideli executione sui officii. Item de inquirendo & præsentando nobis & officialibus nostris nomina & cognomina omnium & singulorum infra suos decanatus, qui publice & notorie defamati aut vehementer suspecti sunt de aliquo crimine aut infamia, per auctoritatem nostram puniendi & corrigendi.

VIII.

B Item, ut capitula ruralia diligenter conservari faciant per se, aut per suos nuncios, in præcipuis locis decanatuum, de tribus septimanis in tres tenenda, & aliquando extraordinarie ad voluntatem nostram, si nobis visum fuerit aliquid in istis conventibus cum clero communicare.

IX.

In hisce capitulis ipsi præsint & moderentur tractatus cleri de communibus negotiis decanatuum; in iisdem etiam faciant inquisitiones fieri de beneficiis vacantibus & C de intrusis vi laica in beneficia. Curent insuper transcriptum fieri statutorum provincialium et diœcesanorum, eaque in singulis capitulis post proximas synodos recitari faciant & exponi clero infra suos limites, ne quis peccet in eadem per aliquem prætextum ignorantiæ; admoneant etiam curatores animarum, ut populo infra suas parochias publicari faciant, & exponi eas constitutiones, quæ ad plebem spectant & pertinent.

X.

Prohibemus archipresbyteris probationem D testamentorum, tractationem causarum matrimonialium, causas simoniæ, & omnes causas criminales, quæ deprivationem cleri, & amissionem beneficiorum exigunt.

XI.

Præterea decanis ruralibus districtius inhibemus, ne in suos subjectos exactiones vel tallias per se vel per suos exercere præsumant.

XII.

Quod si in præmissis negligentes aut re- E missi aut inobedientes fuerint, & de hoc constare poterit per testes fide dignos, a nobis aut successoribus nostris ab officio suo suspendantur, donec mores emendaverint.

ANNO CHRISTI 1216.

STATUTA IN CONCILIO APUD TOLOSAM

Promulgata per dominum Romanum S. Angeli diaconum cardinalem, A. S. L.

Anno Domini MCCXIX.

I.

An. 1219. Affert Mart. Vet. Mon. t. VII. p. 95. ex cod. MS. Biblioth. Regiæ.

INhibemus ne prælati, barones, milites seu quicumque domini terrarum hæreticis vel credentibus eorum ballivias seu administrationes terrarum suarum committant; sed nec eos, aut etiam aliquos diffamatos de hæresi, vel quos credant de hoc esse suspectos, in sua familia vel suo consilio habere vel retinere præsumant. Illos autem debent pro diffamatis habere, contra quos publica fama clamat, vel de quorum diffamatione apud bonos & graves coram episcopo loci legitime constiterit constitisse.

II.

Item, statuimus quod parochiani, dominus & domina cujuslibet domus, dominicis & festivis diebus, in quibus ab operibus est cessandum, teneantur ad ecclesiam venire, audituri ex integro prædicationem & divinum officium: nec inde recessuri donec missa compleatur omnino. Quod si alter illorum absens fuerit extra villam, vel alia legitima causa rationabili præpeditus, alter saltem teneatur venire. Quod si non fecerint, dummodo sint in villa præsentes, nulla infirmitate seu alia rationabili causa detenti, duodecim denarios Turonenses solvere quilibet teneatur, quorum medietas sit domini villæ, & alia sacerdotis ecclesiæ.

III.

Sabbato quoque circa vesperas, ob reverentiam B. Mariæ Virginis, ecclesias suas cum devotione visitent.

IV.

Dies festos dicimus sicut in canone continetur, Natale Domini, S. Stephani, S. Johannis evangelistæ, SS. Innocentium, S. Silvestri, circumcisionem Domini, Epiphaniam, Purificationem, Adnuntiationem, & Assumtionem, & Nativitatem B. Mariæ Virginis, Pascha cum duobus diebus sequentibus, Rogationem tribus diebus (a) Natale S. Johannis Baptistæ, inventionem & exaltationem Sanctæ Crucis, XII. Apostolorum, S. Mariæ Magdalenæ, S. Laurentii, S. Martini, S. Nicolai, dedicationem S. Michaelis, dedicationem cujuscumque ecclesiæ, etiam festivitates cujuslibet sancti, in cujus honore constituta est ecclesia. Item, omnem Dominicam. In his itaque diebus, & etiam in aliis festivitatibus est feriandum pro locorum consuetudine, prout prælatus injunxerit.

CONCILIUM ROMANUM

Pro ecclesiæ libertate, cujus aggressores anathemate puniuntur,

Anno 1220. habitum.

An. 1220. *FRidericus Romanorum rex Romam venit imperii coronam e manu Honorii papæ III. accepturus. In collatione imperialis hujus insignis concilium habitum si statuero, nihil contra veteres mores affirmaverim, cum reipsa in his rerum circumstantiis olim haberi consuevisse concilia affirmet Benzo Albensis de laudibus Henrici III. imperatoris ex me sæpius in hoc opere notus. Reipsa verò id tunc servatum docet Honorii papæ decretum, quod Gregorius papa IX. inserendum duxit in suis literis ad Theobaldum Navarræ regem, vulgatis apud Martene Anecdot. tom. 1. pag. 993. En verba Gregorii papæ.*

„ Cæterum cum olim felicis recordationis „ Honorius papa, prædecessor noster, in o„ mnes aliqua statuta contra ecclesiæ liber„ tatem edentes, nisi infra duos menses sta„ tuta ipsa revocent, excommunicationis „ sententiam tulerit; & super hoc canonem „ latæ sententiæ promulgarit, nos ipsius „ tenorem tibi, ne id tuam serenitatem la„ teat duximus transmittendum. Qui talis est. *Noveritis quod nos nuper in basilica principis apostolorum, præsente carissimo in Christo filio nostro F. illustri Romanorum imperatore & semper augusto, in celebratione missarum, postquam capiti suo imposuimus impe-*

(a) Hic haud dubium oscitantia scriptorum, omissa sunt festa Ascensionis & Pentecostes cum duobus sequentibus diebus. MARTENE

ANNO CHRISTI 1220.

perii diadema, de consilio fratrum nostrorum accensis candelis, excommunicavimus ex parte Dei omnipotentis, auctoritate beatorum apostolorum Petri & Pauli & nostra, omnes hæreticos utriusque sexus, quocumque nomine censeantur, & fautores, receptatores, & defensores eorum, necnon & qui de cetero servari fecerint statuta edita, consuetudines vel potius abusiones introductas contra ecclesiæ libertatem, nisi ea capitularibus suis infra duos menses post hujusmodi sententiæ publicationem, fecerint amoveri. Item excommunicamus statutarios & scriptores statutorum, nec non potestates, consules, rectores, consiliarios locorum, ubi de cetero hujusmodi statuta vel consuetudines editæ fuerint vel servatæ, necnon & illos qui secundum ea præsumserint judicare, vel publicam formam scribere judicata.

„ Datum Viterbii XII. calendas Martii „ pontificatus nostri anno IX.

DUNELMENSE CONCILIUM

Anno forte 1220. habitum.

COLLECTORIS PRÆMONITIO.

An. 1220. DUnelmense concilium, quamquam ex Spelmanno notum, in reliquorum conciliorum serie collocandum Labbeus minime duxit; quod scilicet ejus constitutiones eædem plane sint ad literam cum constitutionibus Richardi episcopi Sarum, quas ipse ex ejusdem Spelmanni collectione in suam derivavit. Usum se feliciter his Dunelmensibus profitetur Cossartius Labbei adjutor, ut vitiatum maxime textum Constitutionum Sarum opportune emendaret. Id ego consilium viri docti libenter secutus fuissem, intactas constitutiones hasce Dunelmenses relinquendo, nisi obstitissent nonnulla, quæ virum doctum in strue ingenti conciliorum digerenda nimis occupatum fugerunt. Instituta igitur ex integro nova utriusque collatione, comperi in constitutionibus Sarum plus multo emendandum ex Dunelmensibus superesse; id vero a me hic, exhibitis majoris momenti variantibus, diligenter præstitum est. Multas pariter ex constitutionibus Sarum Dunelmensis codex resecat, nam desinit in capite LXXIV. constitutionum Sarum; sicut & nonnullæ sanctiones in illis huc illuc leguntur, quas prætereunt Dunelmenses. Ita e. g. canon XLII. in Dunelmensibus deest, & alia passim; quæ tamen adnotare diligenter neglexi quod rem supervacaneam fore duxerim. Lemmata etiam canonibus præfixa multo aptiora sunt in Dunelmensibus quam in Constitutionibus Sarum, in quibus sæpe aliud quid indicant quam in canone contineatur; ut est illud canonis XXIII. *Quod pater debeat admitti ad levandum puerum;* cujus canon ne verbo quidem cum hoc titulo congruit In Dunelmensibus canon iste cum præcedenti recte continuatur titulo omisso. Sed neque lemmata ista corrigenda ex Dunelmensibus sumpsi; id enim mihi tunc tantummodo assumpsissem, si constitutiones Sarum ex integro dandas suscepissem, alioquin nudos titulos suppeditare lectoribus quibus canones ipsi suppetunt, supervacaneum judicavi. Denique unus est singularis canon in Dunelmensibus, cui nihil simile in Constitutionibus ad Sarum respondet; præter addititia multa in Dunelmensibus passim sese offerentia. Variantia igitur hæc, quarum pars menda constitutionum ad Sarum corrigit, pars illas plenius explicat, pars additamento auget, in causa fuerunt, cur ego in meo hoc Collectionis Labbeanæ supplemento Dunelmensi concilio locum suum peculiarem assignaverim.

DUNELMENSIUM CONSTITUTIONUM A CONSTITUTIONIBUS AD SARUM VARIANTIA.

	Ad Sarum.	*Dunelmenses.*
Can. XIV.	Quod a terragio corpus sepelire non differat.	Est quod pro altaragio corpus sepeliri non differat; sed post sepulturam si quod datum fuerit, in eleemosinam recipiat.
Can. XVI.	In Romano vel Anglico ..... patrem & matrem.	In Romano vel Anglico ..... imo patrem & matrem in necessitate sine præjudicio matrimonii.
XVIII.	In Gallico sive in Latino approbetur.	In Latino sive in Gallico seu in Anglico, approbet factum. Sin autem baptizet puerum: *non intendo te rebaptizare; & si non es baptizatus, ego te baptizo.*
XX.	Convertantur similiter alia.	Convertantur, nec semel ad ecclesiam cum pueris delati alii baptizandis pretio vel prece dentur similiter, &c.
	Deputentur.	Deputentur, & archidiaconi in suis visitationibus hac diligentia inquirantur.

Aper-

	Aperto.	Aperto, ut puer possit aerem trahere.
XXIII.	Vidimus nuper .... & quoniam, &c. observari.	*Deest & quoniam, &c.* observari: puero autem nunquam negetur baptismus.
XXIV.	Ultra quinque.	Ultra septem.
	Qualitatem personæ, &c..... in delicto factam.	Quantitatem pœnitentiæ &c.... in delicto factam & alias circumstantias.
XXV.	Laici qui statim	Laici statim
	Quoties monendi sunt laici ad confessionem.	*Deest.*
XXVII.	Non inquirat sacerdos; sed per confessionem potest inquirere, utrum sit clericus, laicus, monachus, sacerdos, diaconus; & semper.	Sacerdos vel diaconus & semper &c. *lectionem hanc ex collatione vitiosam esse patet.*
XXVIII.	Vel ejus legatus videlicet injectio &c. absolutio.	Vel ejus legatus, videlicet quod, si convalescat apostolico se respectui repræsentet; vel tali, qui cum eis possit dispensare. Absolutio
XXX.	Vel alicui auctoritate ejus .... sint etiam.	Auctoritate ejus. *Cætera desunt usque ad Cap. XXXI. sed eorum loco addit.* Et quoniam refrigescente charitate multorum, non solum usitata peccata multiplicant, sed etiam nova & inaudita cogitantur & perpetrantur; ad suscipiendos & audiendos publice pœnitentes in capite jejunii duo ad minus in ecclesia Dunelmensi constituantur confessores, qui eis pœnitentiam debitam injungant. *De inquisitoribus.* Item in quolibet decanatu duo vel tres viri Deum præ oculis habentes sint, qui excessus publicos prælatorum, personarum, & aliorum clericorum ad mandatum episcopi vel ejus officialium ipsi denuncient; per quos etiam publice pœnitentes de eodem decanatu ad clavem pœnitentiæ admittantur: & ad prædictos confessores in ecclesia Dunelmensi constitutos transmittantur cum literis, genus & quantitatem peccati continentibus, in capite jejunii & alio tempore competenti.
XXXII.	Fieri de iis, qui malitiose impediunt.	Fieri de his subornantibus testes, & de ipsis falsis subornatis testibus ad dissolvenda legitima matrimonia contracta vel ad impedienda legitime contrahenda, idem volumus observari.
XXXIII.	Sacramentis, & sacramentalibus abutentes vel ad usus profanos ducentes testes perjure.	*Deest.*
XXXIV.	Seu claves ecclesiæ.	Vel claves ecclesiæ receperit.
XXXV.	Unus per	Unusquisque per confessionem mundans & sanctificans.
	Digitos non labiis.	Digitos cum labiis tergat ablutis. Habeatque sacrarium supra se honestum.
XXXVIII.	Post primam... Post prima vero.	*Deest.*
XXXIX.	Secreto impœnitenti ... publice pœnitenti.	Secreto petenti ... publice petenti.
	Munda & honesta, in qua sit bursa	Mundam & honestam; ita scili-

ANNO CHRISTI 1220.

	Ad Sarum.	*Dunelmenſem.*
	burſa mundiſſima & in ea deferat corpus Domini ad egrotum.	licet quod una ſemper in eccleſia remaneat & in alia in qua ſit eucharíſtia in burſa poſita mundiſſima.
	Publice	Specialiter.
XL.	Alii propter ſordes quibuſdam ſunt horrori	Aut propter ſordes quibuſdam ſunt horrori.
XLI.	Indumentis ſacerdotalibus.	Indumentis ſacerdotalibus competentibus.
	Deducto pretio.	Deducta portio.
XLIII.	Reddere debeant.	Cedere ad debita.
	Annorum.	Anteceſſorum.
XLVII.	Ordinatione ſufficiens.	Ordinatione & litera.
LI.	Ne pro juſtitia facienda.	Ne pro cuſtodia & juſtitia facienda.
LVIII.	Filiolum fratrem vel ſororem.	*Deeſt* fratrem.
LXIV.	Ex ſanctorum nuptiis cognationi viri non copulanda.	Prohibitio conjugalis copulæ ex ſecundis nuptiis cognationi viri non copulando.
LXV.	Voluerit, & noluerit.	Valuerit & voluerit.
	Inter alia etiam ſinguli ... Sacerdotibus ſimiliter, &c.	*Deeſt.*
LXXIV.	In monaſteriis ſanctimonialium .... diviſa.	Monaſteriis religioſorum .... diviſa.

AD CONCILIUM LONDINENSE

Anni 1237. ab Ottone A. S. L. celebratum

EMENDATIONES.

Concilium iſtud ſero nimis ſenſi hic loco non ſuo exhiberi; oſcitantiæ veniam benigni lectores indulgeant.

OTtonis diac. card. tituli S. Nicolai in carcere, qui legatione ſedis apoſtolicæ in Anglia fungebatur, conſtitutiones in hoc Londinenſi concilio conditas, e M. S. codice nactus Labbeus dedit, legendas tom. XIII. pag. 1400. *Venetæ editionis. Has ego dum confero cum editione Anglicana earundem conſtitutionum ad M.S. codices exacta, vitiatas maxime deprehendi, emendandas juxta probatam ab eodem Anglico editore curata editione. Hanc ergo emendationem inſtituo ſubjectis ex utraque editione variantibus.*

VARIANTES.

	Labbei editio.	*Anglicana editio.*
In Præf.	Eccleſiæ retardat.	Eccleſiæ impedit, vel deturbat.
	Obſervanda.	Statuenda.
Cap. I.	De eccleſiarum dedicatione.	De conſecratione, & reformatione ſtatus eccleſiæ.
	Deo dicatis.	Dedicatis.
	De capellanis.	De capellis.
Cap. II.	Canonum girare	Canonum girare volumina.
	Minus grave.	Nimis grave.
	Euchariſtiam.	*Deeſt.*
Cap. III.	Vel utrumque.	Vel utcumque.
	Meditentur.	Inducantur.
Can. VI.	Irregulares & extraneos.	Irregulares, illiteratos, & extraneos.
	Vel eccleſiam	Vel eccleſiam cathedralem.
Cap. VII.	Vicarium.	Firmarios.
	Moribus.	Morbis.
Can. VIII.	Mediate.	Immediate.
Can. IX.	Edictos ſtatuimus ut in tota	Statuimus ut nulla eccleſia vel præbenda, vel quis alius redditus eccleſiaſticus in toto vel in &c.
Can. X.	Sic eluditur.	Sicque illudatur.
	Dabatur illi.	Dabatur alii.
	Perſonis & eccleſiis.	In propriis perſonis eccleſiis deſervire.
Cap. XI.	Quidam jacientes.	Quidam presbyteri jacientes.
	Reſtitutionem bonorum.	Reſtitutionem damnorum.

Gi- Gi-

	Labbei editio.	*Anglicana editio.*
Cap. XII.	Girare molimina.	Girare volumina.
	Pretemtionis.	Pofitionis.
	Difciplinis artis	Difcipulis hujusmodi artis.
	Sit magifter perfectus.	Sit facerdos alias magifter perfectus ordine.
	Alicujus confertur.	Alicui confertur.
	Hoc acto.	Hoc pacto.
	Diminutiones.	Divifiones.
	Quod caufa redditus, quam parochia congruis, &c.	Ut tam reditus, quam ecclefia congruis inter eos portionibus & regionibus dividantur.
Cap. XIV.	Cappis claufis.	Cappis & fupertunicis. *Ita legunt hanc conftit. Statuta Cicestrenfia anni 1246.*
	In veftibus calcaribus.	In veftibus thalaribus.
Cap. XV.	Proli.	Cum Proli.
	Et ecclefiaftica dividi fub morbo.	Ecclefiaftica diripi fubftantia confuevit, & ut animarum faluti, & ecclefiarum commodo confulatur huic morbo, qui multum invaluiffe afferitur, &c.
	Ecclefiafticos ordines.	Ecclefiafticos ordines, & beneficia.
	Difpenfatum.	Difpenfatum per Romanum pontificem.
Cap. XVI.	Studuerunt femper ecclefiaftici correctores; ipfum tamen tantæ improbitatis exiftit, ut femper fe ingerat in pudendum.	Statuerint fuper hoc ecclefiaftici rectores ipfum removere, cum tantæ improbitatis exiftit, ut femper fe ingerat impudent.
	Decreta Alexandri.	Decretalem Alexandri.
	Ab officio fint fufpenfi.	Ab officio, & beneficio fint fufpenfi.
	Nullo modo.	Nullo medio.
Cap. XIX.	Infirmario.	Infirmitorio.
Cap. XXII.	Bis in anno fcilicet & in majori Quadragefima.	Bis in anno, in adventu fcilicet & majori Quadragefima.
Cap. XXIII.	Si qui vero abbates archidiaconum, vel decanum habent ex privilegio, &c.	Si qui vero Decani, Archidiaconi, vel Abbates habent ex privilegio.
	Ad quod etiam volumus teneri, exemptos, vel fpeciali privilegio munitos.	Volumus &c. nifi fint fpeciali privilegio uniti.
Cap. XXIV.	Ecclefiafticis cujuslibet.	Ecclefiafticis, & civilibus.
	Procuratoris.	Procuratoris officio.
Cap. XXVI.	A judice miffus.	A judice juffus.
Cap. XXVIII.	Nomen habeat infculptum.	Nomen officii habeat, &c.
	Alicui.	Nec ad figillandum alicui.
Cap. XXIX.	Quod etiam.	Quod eam.
	Negant.	Necant.
Cap. XXXI.	Ad mandatum.	Ad mandatum ecclefiæ.
	Miffus fuit.	Miffus fuerit judicialiter.

GRÆCORUM CONCILIUM

In loco incerto forte Nicææ,

Anno 1220.

præfide Manuele patriarcha celebratum.

ΜΑΝΟΥΗΛ.

Α. Λύσεις ἐρωτήσεων τινῶν.

Ὁ Ἱερώτατ☉ μητροπολίτης Δυῤῥαχίȣ Ρωμανὸς, κατὰ Κύριον ἀγαπητὸς ἀδελφὸς καὶ συλλειτȣργὸς τῆς ἡμῶν μετριότητ☉, τῇ ἡμῶν σήμερον συνεδριάζων μετριότητι προκαθημένῳ συνοδικῶς μετὰ τῶν ἱερωτάτων αὐτῆς ἀδελφῶν, τȣ͂

MANUELIS.

I. Solutiones quarumdam quæftionum.

SAcratiffimus Dyrrachii metropolita Romanus, dilectus in Domino frater, & noftræ mediocritatis comminifter, noftræ hodie affidens mediocritati fynodice præfidenti cum fa- An. 1220. Ex Jure Græc. Rom. Leuncl. t. 1. p. 238.

ANNO CHRISTI 1220.

ſacratiſſimis ſuis fratribus. Cæſareæ, Cappadociæ, Metrophanæ: Sardium, Andronico: Philadelphi, Phoca: Pontheracleæ, Nicephoro: Smyrnæ, Georgio: Methymnæ, Michael: chartam in medium, ut legeretur, protulit: in qua erant interrogationes piiſſimi Bella epiſcopi, quærentes ſynodicas ſolutiones. Erant autem interrogationes hujuſmodi.

Quidam cum per odium aut aliam quamlibet ob cauſſam a ſuis uxoribus diſceſſiſſent, peregre degentes, non revertuntur: & cum incertum ſit, ubi agant, ſic eorum uxores durant per quinque annos vel plures. An eas oporteat aliis conjungi viris?

Quidam (1) ſacrificuli in magna quadrageſima præſanctificatos divinos panes in panariis recondentes: iis deinde opera dæmonis ex ſepto divino ſubreptis a muribus, & cane oſtium aperiente, vel etiam cum ſacerdos ſacrificaret, & ad menſas precationes legeret, deliteſcens mus, poſt oblationem conſecratum divinum corpus ſubripuit. Quam cenſuram merentur ſacerdotes?

(1) ſacerdotes.

Sacerdotes quidam a ſuis antiſtitibus excommunicati, excommunicationem contemnunt, & ſub pœnis cum ſint, ingrediuntur & ſacrificant. Quonam modo ſunt hi plectendi.

Laici cum ſecundas contraxerunt nuptias, liberis procreatis poſt quadrageſimum annum, poſtulant ad tertias convolare, ob præexiſtentem liberorum educationem, & ne (2) paſſim peccent. An ſine reprehenſione id faciant.

(2) promiſcue

Antimenſia ſcimus facta poſtquam antiſtes per ſe operatus fuerit dedicationem, & ex panno ſubſtrato circumvolventeque menſam, in fruſta diſſecto &(3) ſubſcripto, ſacerdotibus dari: nec poſſe ſine his ſacrificare. Ubi igitur horum eſt defectus, quid faciendum, ne ſine ſacrorum celebratione ſacerdotes maneant.

Suid. ἀντιμίνσιον

(3) picte

Quidam ſacerdotes in magna quadrageſima benedictiones clam fecerunt: quales tandem ſunt nuptiæ, & quibus tenentur pœnis ſacerdotes, qui ſic ſacras preces conceperunt?

Ad has igitur interrogationes mediocritas noſtra tales ſolutiones protulit.

Qui ob quamlibet cauſſam ab uxoribus ſuis receſſerunt, & alibi degunt, excommunicationem merentur, ſi perſeverent, nec velint ad uxores reverti. Si vero incertum ubi ſint, & mandato earum inquiſitio proceſſerit, præterieritque quinquennium, ex quo viri diſparuerunt, in bello fore capti, aut quo alio modo de medio ſublati: uxores eorum per legem non prohibentur aliis conjungi viris. Aliæ autem, quarum adhuc viri ſuperſunt, ſuos viros quærant.

Qui ſic deliquerunt ſacerdotes, ut præſanctificatos panes, a ſe factos, canes templi oſtium aperientes de medio ſuſtulerint: ad tempus in cognitione antiſtitis poſitum, a ſacrorum operatione ceſſent, quod diligenter non caverint. Alii autem, qui panes in oblatione per mures amiſerunt, inculpati

Καισαρείας, Καππαδοκίας, Μητροφάνους, τοῦ Σάρδεων Ἀνδρονίκου, τοῦ Φιλαδελφείας Φωκᾶ, τοῦ Ποντοηρακλείας Νικηφόρου, τοῦ Σμύρνης Γεωργίου, τοῦ Μηθύμνης Μιχαὴλ, χάρτην ἐπὶ τοῦ μέσου προέτεινε εἰς ἀνάγνωσιν. καὶ ὁ χάρτης ἐρωτήσεις τὴν τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Βελλᾶς, συνοδικῶν δεόμεναι λύσεων. εἶχε δὲ οὕτω τὰ τῆς ἐρωτήσεων.

Τινὲς τῶν οἰκείων γυναικῶν ὑποχωρήσαντες διὰ μῖσος, ἢ ἄλλην ὁποιανδήτινα αἰτίαν, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διάγοντες, μένουσιν ἕως αἱ γυναῖκες τῶν τοιούτων ἐπὶ πέντε ἢ καὶ πλείοσιν ἔτεσι, τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν ἀνεπιστρόφων ὄντων, καὶ ἀδήλων ποῦ ἄρα διάγοιεν. εἰ δεῖ τοίνυν ἀνδράσιν ἑτέροις ταύτας συζεύγνυσθαι.

Τινὲς τῶν ἱερωμένων ἐν τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ, προηγιασμένους θείους ἄρτους κρύψαντες ἐν ἀρτοφορίοις, εἶτα συνεργίᾳ δαίμονος ἐκ τοῦ σηκοῦ τοῦ θείου συληθέντων ὑπὸ μυῶν, καὶ κυνὸς παρανοίξαντος τὴν θύραν, ἢ καὶ ἐν τῷ ἱερουργεῖν τὸν ἱερέα καὶ ἐν τῇ τραπέζῃ τὰς εὐχὰς ὑπαναγινώσκειν, λαθὼν μῦς τις μετὰ τὴν προσκομιδὴν ἀφήρπασε τὸ ἱερουργούμενον θεῖον σῶμα· πῶς χρὴ εἰς τὰ τοιαῦτα ἐπιτιμηθῆναι τοὺς ἱερεῖς.

Ἱερεῖς τινὲς ἀφοριζόμενοι παρὰ τῶν οἰκείων ἀρχιερέων τοῦ ἀφορισμοῦ καταφρονοῦσι. καὶ ἐπιτετιμημένοι ὄντες, εἰσέρχονται καὶ ἱερουργοῦσι. πῶς δεῖ τούτους κολασθῆναι.

Λαϊκοὶ διγαμήσαντες καὶ παιδοποιήσαντες, ὑπερβάντες τὰ τεσσαράκοντα ἔτη, παρενοχλοῦσι καὶ εἰς τρίτον ἐλθεῖν συνοικέσιον, ἕνεκα τῆς ἀνατροφῆς τῶν προυπαρχόντων παίδων αὐτοῖς. καὶ τοῦ μὴ χύδην ἁμαρτάνειν, εἰ ἀνέγκλητον αὐτοῖς τριγαμῆσαι.

Ἀντιμίνσια ἴσμεν γινόμενα, ἐπὰν ὁ ἀρχιερεὺς δι' ἑαυτοῦ ἐνεργήσῃ τὸν ἐγκαινισμὸν, καὶ ἐκ τοῦ πανίου τοῦ ὑποστρωθέντος καὶ περιειλήσαντος τὴν τράπεζαν, εἰς βραχέα τεμνομένου καὶ γραφομένου, τοῖς ἱερεῦσι δίδοσθαι. καὶ ἄνευ τούτων μὴ δύνασθαι ἱερουργεῖν. ἔνθα οὖν ἐστι τούτων ἔνδεια, τί δεῖ πραχθῆναι· ἵνα μὴ μένωσιν οἱ ἱερεῖς ἄνευ ἱερουργιῶν.

Τινὲς ἱερεῖς λανθανόντως ἐποίησαν τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ εὐλογήσεις. ποταπὸς ἄρα ὁ γάμος οὗτος, καὶ ποίοις ἐπιτιμίοις ἁλίσκονται οἱ οὕτως ἱερολογήσαντες ἱερεῖς.

Πρὸς γοῦν ταύταις ταῖς ἐρωτήσεσιν ἡ μετριότης ἡμῶν τοιαύτας τὰς λύσεις ἐπήνεγκεν.

Οἱ ἀπὸ τῶν οἰκείων ὑποχωρήσαντες γυναικῶν ἄνδρες δι' ὁποιανδήτινα αἰτίαν, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διάγοντες, ἀφορισμοῦ εἰσὶν ἄξιοι, εἰ ἀνεπιστρόφως ἔχουσι, καὶ πρὸς τὰς οἰκείας γυναῖκας οὐ προχειροῦνται πάλιν νοστῆσαι. εἰ δὲ ἄδηλοι εἶεν, καὶ προέβη καὶ ἔρευνα τούτων ἐξ ἀποστολῆς τῶν γυναικῶν αὐτῶν, καὶ πενταετία παρῆλθεν ἐξότου ἀφανεῖς οἱ ἄνδρες τούτων ἐγένοντο, ἢ αἰχμάλωτοι τυχὸν γεγονότες, ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ ἀφανισθέντες· τῶν τοιούτων αἱ γυναῖκες ἀκωλύτως κατὰ τὸν ἐκχωροῦντα νόμον ἑτέροις συναφθεῖεν ἀνδράσιν, αἱ δὲ ἄλλαι ὧν οἱ ἄνδρες ἔτι περίεισι, τοὺς οἰκείους ἄνδρας ζητείτωσαν.

Οἱ πταίσαντες ἱερεῖς, οἱ τοὺς προηγιασμένους ἄρτους πεποιηκότες τοὺς ὑπὸ κυνῶν τῶν παρανοιξάντων τὴν τοῦ ναοῦ πύλην ἀφανισθέντας, τῆς ἱερουργίας πρὸς καιρὸν τὸν παρὰ τὴν διάκρισιν κείμενον τοῦ αὐτοῦ ἀρχιερέως παυσάσθωσαν, ὡς μὴ τὴν ἱκανὴν πεποιηκότες ἀσφάλειαν. οἱ δὲ ἄλλοι οἱ τοὺς ἄρτους ὑπὸ μυῶν ἐν τῇ προσκομιδῇ

ὀλε-

ANNO CHRISTI 1220.

ὀλέσαντες, ἀνεπιτίμητοι διαμενάτωσαν. ἐπεὶ πλεῖστα τοιαῦτα πολλάκις γίνονται. οἳ καὶ ἑτέραν προσφορὰν ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ εἰσάξουσι καὶ προσκομιδὴν ποιήσουσι, καὶ τὴν ἱερουργίαν τελειώσουσιν.

Οἱ ἀφωρισμένοι καὶ ἱερουργοῦντες, καθαιρέσεως εἰσὶν ἄξιοι. καὶ εἰς τὴν τοῦ ἐπισκόπου αὐτῶν τοῦτο κείσθω διάκρισιν.

Οἱ τρισὶ γάμοις συμπλακῆναι βουλόμενοι μετὰ τὴν τεσσαρακονταετίαν, ὡς πολυγαμίαν τοῖς Χριστιανικοῖς οὐκ ἀνήκουσαν ζητοῦντες, ἄπρακτοι ἀποπεμφθήσονται. εἰ δὲ καὶ βίαν ἐπάγουσι, καὶ ἐπιτιμηθήσονται.

Τὰ ἀντιμίνσια οὐκ εἰς πάσας ἀνάγκη κεῖσθαι τὰς ἁγίας τραπέζας, ἀλλ᾽ εἰς ἃς οὐ γνώριμόν ἐστιν εἴτε καθιερωμέναι εἰσὶν, εἴτ᾽ οὔ. τὰ γὰρ ἀντιμίνσια καθιερωμένων ἁγίων τραπεζῶν τόπον ἐπέχουσι. καὶ ἔνθα εἰσὶ γνώριμοι καθιερωμέναι τράπεζαι, οὐ χρεία ἀντιμινσίων ἐκεῖ.

Οἱ πεποιηκότες τὰς γαμικὰς ἱερολογίας ἱερεῖς ἐν τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ, εἰ μὲν ἐξ ἀφελείας τοῦτο πεποιήκασι, μετρίων ἐπιτιμίων εἰσὶν ἄξιοι. εἰ δ᾽ ἐκ σκαιοτροπίας καὶ κρύφα, μειζοτέρων ἐπιτιμίων, τῶν παρὰ τῇ διακρίσει κειμένων τοῦ ἀρχιερέως αὐτῶν. τὰ δὲ παρ᾽ αὐτῶν γινόμενα συνοικέσια, ὡς ἱερολογίαν δεξάμενα, τὸ στέργον ἕξουσι καὶ ἀπερικλόνητον. Εἶχε τὸ, Μηνὶ Ἰουλίῳ, ἐπινεμήσεως η, καὶ τὴν κηρίνην πρασίνην σφραγῖδα.

maneant, (multa enim ejuſmodi ſæpe accidunt) qui etiam aliam oblationem menſæ ſacræ apponent, oblationeque facta ſacrificium perficient.

Excommunicati, qui ſacrificant, depoſitione ſunt digni, idque in epiſcopi ipſorum cognitione poſitum eſto.

Qui tertiis nuptiis implicari volunt, poſt annum ætatis quadrageſimum; ut polygamiam Chriſtiani non convenientem quærentes, re infecta dimittentur: quod ſi etiam vim inferant, cenſuram ſubibunt.

Antimenſia in omnibus ſanctis menſis poni neceſſe non eſt, ſed in iis, de quibus incertum, conſecratæ ſint, nec ne. Nam antimenſia conſecratarum ſanctarum menſarum locum obtinent: nec iis opus eſt, ubi menſas conſecratas eſſe conſtat.

Sacerdotes, qui in magna (1) Carrena nuptiales fecerunt benedictiones, ſi per ſimplicitatem id fecerint, mediocri correctione ſunt digni: ſin autem per malitiam & clam commiſerint, majore pœna, quæ antiſtitis judicio irrogabitur. Ab iis autem facta connubia, ut ſacra precatione munita, rata inconcuſſaque manebunt. Habuit illud. Menſe Julio, Indict. 8. & viridis ceræ ſigillum.

(1) quadrageſima

Β. Περὶ μεταθέσεως ἐπισκόπων.

ΜΗνὶ Ἰουλίῳ ι, ἡμέρᾳ α, ἐπινεμήσεως κ, προκαθημένου τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου τοῦ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυρίου Μανουὴλ ἐντὸς τοῦ περιωνύμου καὶ πανυπερλάμπρου (1) συνόδου βασιλικῆς μονῆς, τῆς ἐπὶ ὀνόματι μὲν τιμωμένης τῆς ὑπεραμώμου θεομήτορος τῆς Γοργεπηκόου, τῶν Σάνδρων δὲ ἐπικεκλημένης· συνεδριαζόντων τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ αὐτοῦ καὶ ἱερωτάτων ἀρχιερέων, τοῦ Καισαρείας, Καππαδοκίας, Μητροφάνους. τοῦ Σάρδεων καὶ ἐξάρχου πάσης Λυδίας, Ἀνδρονίκου. τοῦ Φιλαδελφείας, καὶ τὸν τόπον ἐπέχοντος τοῦ Κλαυδιουπόλεως, Νικηφόρου. τοῦ Σμύρνης, Γεωργίου· τοῦ Δυρραχίου, Ῥωμανοῦ. καὶ τοῦ Μηθύμνης, Μιχαήλ. παρισταμένων καὶ θεοφιλεστάτων δεσποτικῶν ἀρχόντων.

(1) σεβαμίας

Ὅ ἐν σώμασιν αἱ ψυχαὶ, τοῦτ᾽ ἐν πράγμασιν οἱ καιροί· καὶ κινοῦσιν αὐτὰ, καὶ ἄλλως ἄλλοτε ταῦτα μετατιθέασι, εὐπροσώποις αἰτίαις ὑπείκοντες. εἰς τί δὲ ἡ καιρικὴ αὕτη μετάθεσις, καὶ ἡ τῶν πραγμάτων ἐναλλαγὴ καὶ μετάβασις; ὁ λόγος, καιροῦ καλοῦντος, μετατιθέσθω ταύτας, καὶ ἐναλλαττέσθω πρὸς τὸ σαφέστερον. ὁ τῆς ὑπὸ τὴν τῆς Λαρίσσης μητρόπολιν ἁγιωτάτης ἐπισκοπῆς Ἐζεροῦ ἀρχιερατικῶς προϊστάμενος Ἰωάννης, μακράν τ᾽ ἀνατλὰς ὁδοιπορίαν ἔγκοπόν τε καὶ δύσιππον, καὶ πρέσβυς ἀφικόμενος πρὸς τὸν κοσμικὸν φωσφόρον, τὸν κράτιστον καὶ ἅγιόν μου αὐτοκράτορα, ἐξ ἀποστολῆς τοῦ πανευτυχεστάτου δεσπότου καὶ ποθεινοτάτου υἱοῦ τῆς ἡμῶν μετριότητος, καὶ ἀμέσως τούτῳ προσομιλήσας, καὶ πρὸς τὸ καθ᾽ ἡμᾶς ἐκκλησιαστικὸν ἐπεχωρίασε στερέωμα. καὶ τοὺς φαιδρὸν ἴσα καὶ ἄστρασι λάμποντας ἱεράρχας, ἀδελφοὺς καὶ συλλειτουργοὺς τῆς ἡμῶν μετριότητος, τῇ ἡμῶν εὑρὼν συνεδριάζοντας μετριότητι, χάρτην ἐπὶ τοῦ μέσου προέτεινε, καὶ ἀπολογίαν ἐζήτει ἐγκάνονον. εἶχε δὲ οὕτω τὰ τοῦ προβλήματος.

Φῶς γνώσεως δοῦναί μοι ἐξαιτοῦμαι παρὰ τοῦ

II. *De tranſlatione epiſcoporum.*

MEnſe Julio, decima die, Indict. 20. præſidente ſanctiſſimo domino noſtro oecumenico patriarcha, domino Manuele, in celeberrima & ſuperilluſtri (2) ſynodo Imperialis manſionis, quæ honorata eſt nomine immaculatæ Dei matris Gorgepecoi, Sandrorum cognominata: aſſidentibus magnæ ſanctitati ejus & ſacratiſſimis antiſtitibus, Cæſareæ Cappadociæ, Metrophane: Sardium & totius Lydiæ exarcho, Andronico: Philadelphiæ & locum Syracuſam obtinente Phoca: Pontoheracleæ & Claudiopolitani legato Nicephoro Smyrnæ, Georgio: Dyrrachii, Romano: Metymnæ, Michaele adſiſtentibus & piiſſimis dominicis magiſtratibus.

(2) & ſplendidiſſima venerabili manſione regia

Quod in corporibus animæ, id in negotiis temporum occaſiones: & illa hæc movent, & aliter interdum mutant, probabilibus cauſis cedentes. Quorſum vero temporalis iſta tranſpoſitio, rerumque mutatio & tranſitus? Oratio, tempore exigente, has transferat, in apertius immutet. Joannes pontificatum adeptus ſanctiſſimi epiſcopatus Ezeri, qui eſt ſub Lariſſi metropoli longumque perpeſſus iter, præruptum, & equitibus difficile, & ſenex, mundanum adiens Luciferum, optimum & ſanctum meum imperatorem, mandato feliciſſimi domini & (3) dilectiſſimi noſtræ mediocritatis filii, & per ſeipſum cum eo collocutus, ad eccleſiaſticum noſtrum appulit firmamentum, & non aliter ac aſtra, clare fulgentes pontifices, fratres & comminiſtros noſtræ mediocritatis: cui aſſidentes eos inveniens, chartham in medium protulit, (4) canonicam defenſionem requirens. Quæſtio autem ſic habebat.

(3) deſideratiſſimi

(4) reſponſum canonibus conſentaneum

Lucem (5) notitiæ dari mihi poſtulo a ſan-

(5) intellectus

Anno Christi 1220.

ſanctiſſimo hero meo, & domino, œcumenico luminari, & a divina ſacraque pontificum, quæ ſub eo fit, congregatione: ad relationem, quam divino (1) confidens verbo, eorum celſitudini facere auſus ſum. Interroga (inquit) patrem tuum, & renuntiabit tibi: & ſeniores tuos, & dicent tibi. Licetne metropolitanis, epiſcoporum, quos ſub ſe habent, ſententia, juſtam ob cauſſam, quam tempus & res poſtulant, ab (2) epiſcope in epiſcopem, cum ambæ ſint ſub ejus metropoli epiſcopum transferre, necne? Conceſſam enim fuiſſe tranſlationem, & multos antiſtites, variis temporibus non in pares conditione, ſed ſublimiores ſedes tranſlatos fuiſſe dicunt ſacrarum tabularum periti. Sed nos hujus rei certitudinem a veſtra amplitudine ſcire avemus. Hæc quæſtione continebantur: & Ezerenſis ſcriptam de eo reſponſionem poſtulabat. Noſtra igitur mediocritas, cum (3) ſacra ipſius fraternitate hæc communi conſilio tractans, talia quædam ſynodice pronuntiavit. Siquidem ſynodi metropolitanus, ſuorum epiſcoporum conſenſu, dare cuipiam voluerit, incrementi ratione, aliam epiſcopen, in tua provincia ſitam: ſine (4) præjudicio id faciet. Nam & (5) a nobis talia per modum fraternæ dilectionis quotidie fiunt. Et faciet epiſcopus etiam in ea epiſcope totaque ejus diœceſi adminiſtrationem omnium pontificalium jurium, quæcumque & genuinus antiſtes ejus: excepto eo, in ſacro conthrono collocetur. Quod ſi rurſus cum ſua ſynodo metropolitanus ob cauſſam laudabilem, & probabilem prætextum (utilitas autem hæc animarum & eccleſiaſtici ſtatus adminiſtratio) comprobaverit, ut quis epiſcoporum ſub ſe poſitorum deponat quidem ſedem & epiſcopi nomen, ad aliam autem ſub ipſo metropolitano exiſtentem transferatur epiſcopen: id ſine dubio & impedimento faciet, quod hominum ſalutem & eccleſiaſticum decus noſtra mediocritas, ſacraque ipſius fraternitas, cum affectione requirat. Quamobrem & admittenda cenſebitur tranſlatio, ob prædictam cauſſam, & rata firmaque manebit, ut cui nihil adverſetur. Canonica enim obſervatio novit diverſis temporibus tranſlationes antiſtitum, epiſcoporum, & metropolitanorum factas, non in æquales ſedes, ſed & in ſublimiores & excellentiores, propter rationalium eccleſiæ Chriſti ovium refocillationem, & eccleſiaſticarum rerum gubernationem. Hæc e diariis ſynodicis annotationibus emiſſa, & ſubſcriptione ſignoque ſanctiſſimi domini noſtri & œcumenici patriarchæ, domini Manuelis, confirmata, data ſunt menſe & indictione ſubſcriptis anni 6758. Habuerunt hoc. Menſe Julio, indictione 8. per patriarchalem divinamque manum, & ſolitam plumbeam bullam.

(1) obtemperant

(2) epiſcopatu ad epiſcopatum

(3) cum ſacro ſuo fratrum cœtu

(4) ſine cujuſquam præjudicio

(5) & apud nos

A παναγιωτάτου δεσπότου μου καὶ κυρίου, τοῦ οἰκουμενικοῦ φωστῆρος, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν θείας καὶ ἱερᾶς τῶν ἱεραρχῶν ὁμηγύρεως, ἐπὶ τῇ ἀναφορᾷ, ἣν πρὸς τὸ ὕψωμα τούτων ποιήσασθαι κατετόλμησα, τῷ θείῳ πεισθεὶς ῥήματι. ἐπερώτησον (γάρ φησι) τὸν πατέρα σου, καὶ ἀναγγελεῖ σοι. τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἐροῦσί σοι. ἔξεστι τοῖς μητροπολίταις, γνώμῃ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπων, δι' αἰτίαν εὐπρόσωπον, ἣν ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ καὶ τὰ πράγματα, μεταθεῖναι ἐπίσκοπον ἀπὸ ἐπισκοπῆς εἰς ἐπισκοπὴν, ὑπὸ τὴν αὐτὴν μητρόπολιν τελούσας ἄμφω τὰς ἐπισκοπὰς, ἢ οὔ, ἐπιτετράφθαι γὰρ τὴν μετάθεσιν, καὶ πολλοὺς τῶν ἀρχιερέων, κατὰ διαφόρους καιροὺς, οὐκ εἰς ὁμοτίμους, ἀλλ' ἤδη καὶ εἰς ὑπερβεβηκότας θρόνους B μετατεθῆναι, οἱ τῶν ἱερῶν πυκτίδων λέγουσιν ἐπιστήμονες. ἀλλ' ἡμεῖς ἐκ τῆς ὑμῶν μεγαλειότητος τὸ περὶ τούτου βέβαιον γνωρίσαι δεόμεθα. Ἔλεγε ταῦτα τὸ πρόβλημα καὶ ὁ Ἐζεροῦ ἐζήτει ἐπ' αὐτῷ ἀπολογίαν ἔγγραφον. Ἡ γοῦν μετριότης ἡμῶν, μετὰ τῆς ἱερᾶς αὐτῆς ἀδελφότητος τὰ περὶ τούτου κοινολογησαμένη, τοιαῦτά τινα συνοδικῶς ἀποφαίνεται· ὡς, εἴπερ ὁ τῆς συνόδου μητροπολίτης, συναινέσει τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων, δοῦναι τινὶ θελήσει, κατὰ τὸν τῆς ἐπιδόσεως λόγον, καὶ ἑτέραν ἐπισκοπὴν, ὑπὸ τὴν ἐπαρχίαν αὐτοῦ καὶ ταύτην τελοῦσαν, ἀπροκριματίστως τοῦτο ποιήσει· ἐπεὶ καὶ παρ' ἡμῖν τοιαῦτα διὰ τὸν τῆς φιλαδελφίας ὁσημέραι τρόπον ἐνεργεῖται. καὶ ποιήσεται ὁ ἐπίσκοπος καὶ ἐν τῇ τοιαύτῃ ἐπισκοπῇ C καὶ πάσῃ τῇ ταύτης ἐνορίᾳ τὴν διεξαγωγὴν τῶν ἱεραρχικῶν ἁπάντων δικαίων, ὅσα καὶ γνήσιος ἀρχιερεὺς αὐτῆς, πάρεξ τοῦ ἐν τῷ ἱερῷ συνθρόνῳ ἐγκαθιδρύεσθαι. εἰ δ' αὖ γε μετὰ τῆς οἰκείας συνόδου ὁ μητροπολίτης, δι' αἰτίαν ἐπαινουμένην, καὶ ἀπολογίαν εὐπρόσωπον (ὠφέλεια δ' αὕτη ψυχῶν, καὶ κυβέρνησις ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως) εὐδοκήσει ἀποθέσθαι μὲν τὸν θρόνον καὶ τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ὄνομα τινὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων· μεταθεῖναι δὲ τοῦτον ἐν ἑτέρᾳ ἐπισκοπῇ ὑπ' αὐτὸν δὴ τὸν μητροπολίτην τελούσῃ· ἀνενδοιάστως τοῦτο καὶ ἀκωλύτως διαπράξεται, ὡς τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐκοσμίας ποθητῆς οὔσης καὶ παρὰ τῇ ἡμῶν μετριότητι καὶ τῇ ἱερᾷ αὐτῆς ἀδελφότητι. ὅθεν D καὶ δεκτὴ λογισθήσεται ἡ μετάθεσις διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν, καὶ ἕξει τὸ στέργον, καὶ ἐνεργὸν ὡς μηδὲν τὸ προσιστάμενον κεκτημένη. ἐπείπερ οἶδεν ἡ ἐγκάνονος παρατήρησις κατὰ διαφόρους καιροὺς μεταθέσεις γινομένας ἀρχιερέων, ἐπισκόπων καὶ μητροπολιτῶν, οὐκ εἰς ἰσοστασίους θρόνους, ἀλλά γε δὴ καὶ εἰς ὑψηλοτέρους καὶ ὑπερέχοντας διὰ καταρτισμὸν τῶν λογικῶν θρεμμάτων τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ, καὶ ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων κυβέρνησιν. Ταῦτα παρεκβληθέντα ἀπὸ τῶν ἡμερησίων συνοδικῶν παρασημειώσεων, καὶ τῇ ὑπογραφῇ καὶ σφραγῖδι τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυρίου Μανουὴλ βεβαιωθέντα, ἐπεδόθη μηνὶ καὶ ἐπινεμήσει τοῖς προγεγραμμένοις. ἔ- E τους ςψνη. Εἶχε τὸ, Μηνὶ Ἰουλίῳ ἐπινεμήσεως η, διὰ τῆς πατριαρχικῆς καὶ θείας χειρὸς καὶ τὴν συνήθη μολιβδίνην βοῦλλαν.

III. De jure patronatus.

Moderationi noſtræ relatum eſt a piiſſimo epiſcopo Dominico Demetrio, qui ſub provincia metropolitani Lariſſæi, eos qui jus fundationis (6) revocant in monaſterio, quod

(6) repetant

Γ. Περὶ * οἰκτητορικοῦ δικαίου.

ΑΝηνέχθη τῇ ἡμῶν μετριότητι παρὰ τοῦ ὑπὸ τὴν ἐπαρχίαν τῆς μητροπόλεως Λαρίσσης θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Δομινίκου Δημητρίου, ὡς * οἰκτητορικὸν δίκαιον ἀνακαλούμενοι ἐν τῷ ὑπο

* κτητορικοῦ

* οἱ τὸ κτητικὸν

ὑπὸ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ τελοῦντι ἀνακαλούμενοι ἐν τῷ ὑπὸ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ τελοῦντι ἄνεκαθεν μοναστηρίῳ τοῦ ἐν ἁγίοις μεγαλομάρτυρος Δημητρίου, τῷ ποκοβίκῳ ἐγχωρίως ἐπονομαζομένῳ· ὀρεγόμενοι μὲν κατεξουσιάζειν τέλεον τῆς τοιαύτης μονῆς, καὶ τοῖς ἀφιερωμένοις αὐτῇ πράγμασιν ὡς οἰκείοις χρᾶσθαι, τῆς δὲ παραλόγου ταύτης ὁρμῆς παρὰ τοῦ ῥηθέντος ἐπισκόπου ἀνακοπτόμενοι, καὶ μὴ ἐγχωρούμενοι τὸ τοιοῦτον ἄτοπον διαπράττεσθαι, εἰς ἄμυναν τούτου δῆθεν διεγειρόμενοι, πειρῶνται ἕτερον ἀνεγεῖραι ναὸν ἐπὶ σταυροπηγίῳ πατριαρχικῷ καὶ ἀποσπάσαι ἀπὸ τοῦ ἐπισκοπικοῦ μοναστηρίου τὰ παρὰ τῶν προγόνων αὐτῶν, ἢ τινῶν προσγενῶν αὐτῶν φιλοχρίστων, προσκυρωθέντα αὐτῇ κτήματα. ἀφιερῶσαι δ' αὐτὰ τῷ παρ' αὐτῶν ἐπὶ σταυροπηγίῳ πατριαρχικῷ ἀνεγερθησομένῳ ναῷ. Ἡ γοῦν μετριότης ἡμῶν τὸ τοιοῦτον αὐτῶν παράλογον διανόημα πρόῤῥιζον ἀποτεμεῖν βουλομένη, ὡς τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἀπηγορευμένον παντάπασι, διορίζεται διὰ τοῦ παρόντος αὐτῆς γράμματος ἀναπόσπαστα, μέχρι παντὸς μένειν παρὰ τῇ ἐπισκοπικῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Δημητρίου τὰ προσόντα αὐτῇ ὁποιαδή τινα, κτήματά τε καὶ πράγματα· καὶ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου Δομινίκου διεξάγεσθαι ταύτην, καὶ πνευματικῶς διιθύνεσθαι. οὔτε γὰρ τοῖς δομήτορσιν, οὔθ' ἑτέρῳ τινὶ ἔξεστιν ἀπὸ ἐπισκοπικῆς μονῆς ἀποσπᾷν κτήματα, καὶ προσκυροῦν ταῦτα πατριαρχικῇ μονῇ, ἢ εὐκτηρίῳ ναῷ. εἰ δέ τις βούλεται ἀνεγεῖραι μονὴν ἢ εὐκτήριον σηκὸν ἐπὶ σταυροπηγίῳ πατριαρχικῷ, εἰς μὲν τούτου ἀνέγερσιν οὐ κωλυθήσεται παρά τινος· φροντισάτω δὲ πρότερον προσκυρῶσαι αὐτῷ κτήματα ἀπὸ τῶν οἰκείων. τὰ γὰρ τῇ ἐπισκοπικῇ μονῇ προσόντα κτήματα, ἀναπόσπαστα παρ' αὐτῇ, ὡς εἴρηται, ἐς τὸ διηνεκὲς ἔσονται. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτου.

Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ ἑτέρας μονῆς ἀρχῆθεν διαφερούσης τῇ τοῦ Δομινίκου ἐπισκοπῇ, εἰς Κρόμπους μὲν οὔσης, ἐπ' ὀνόματι δὲ τῶν ἁγίων μεγάλων μαρτύρων Θεοδώρων τιμωμένης ἀνέφερε τῇ ἡμῶν μετριότητι ὁ αὐτὸς ἐπίσκοπος, ὡς φθάσειε καὶ ταύτην ὁ δεσπότης ἐκεῖνος κύριος Μανουὴλ ὑποθεῖναι εἰς μετόχιον τῇ ἐν τῷ θέματι τῶν Σερβίων πατριαρχικῇ μονῇ τῶν ἁγίων Θεοδώρων. οἱ δὲ μοναχοὶ τῆς τοιαύτης πατριαρχικῆς μονῆς τοῦ ἐπισκόπου κατεξανιστάμενοι, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀπαναινόμενοι ποίμανσιν, τὴν μὲν ἀναφορὰν αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ῥηθέντος ἐπισκοπικοῦ μοναστηρίου, τοῦ εἰς μετόχιον, ὡς εἴρηται, ἐκδοθέντος αὐτοῖς, τέλεον ἐξώθησαν, τὴν πατριαρχικὴν δὲ ἀντεισήγαγον· καὶ τὸ τοιοῦτον ὡς ἀκανόνιστον πάντῃ ἀπείργουσα ἡ μετριότης ἡμῶν, διορίζεται, ὡς ἐὰν (ὡς ὁ ἐπίσκοπος ἀνήνεγκε) πρὸ τοῦ εἰς μετόχιον ὑποτεθῆναι τῇ πατριαρχικῇ μονῇ, τὸ εἰς Κρόμπους μοναστήριον ἐπισκοπικὸν ὂν, καὶ παρὰ τοῦ κατὰ καιροὺς ἐπισκόπου Δομινίκου διεξήγετο, ἵνα ἔχῃ καὶ αὖθις ὁ ἐπίσκοπος τὴν οἰκείαν ἀναφορὰν ἐν αὐτῷ, ὡς γνήσιος ἀρχιερεύς. ὁ γὰρ ἐκδεδωκὼς τοῦτο τοῖς μοναχοῖς εἰς μετόχιον, τὴν χρηματικὴν μόνην δεσποτείαν ἐκδοῦναι ἠδύνατο, οὐ μὴν δὲ καὶ τὴν πνευματικὴν τοῦ ἐπισκόπου ἀναφορὰν, καὶ τὴν τῶν ψυχικῶν σφαλμάτων ἀνάκρισιν. ἐστεῖται γοῦν ἡ ῥηθεῖσα τῶν ἁγίων Θεοδώρων μονὴ ἡ εἰς Κρόμπους διακειμένη, ὑπὸ τὴν ἐπισκοπικὴν ἐξουσίαν καὶ διοίκησιν· εἰ μή πως δυνηθῶσιν οἱ τῆς πατριαρχικῆς μονῆς μοναχοὶ δεῖξαι ὡς καὶ τὸ τοιοῦτον μοναστήριον ἀνηγέρθη ἐπὶ σταυροπηγίῳ πατριαρχικῷ. Εἶχε τὸ, Μηνὶ Ἰουλίῳ, ἐπινεμήσεως η, διὰ τῆς πατριαρχικῆς θείας χειρὸς, καὶ τὴν κηρίνην πρασίνην σφραγῖδα.

ab initio sub ejus episcope fuit, magni inter sanctos martyris Demetrii, Procovico indigenarum lingua cognominato, cupientes quidem hujusmodi monasterium in suam potestatem redigere, & consecratis eis rebus ut propriis uti, sed per prædictum episcopum eo, qui præter rationem erat, impetu inhibitos, & non data facultate hujusmodi absurdum perpetrandi, ad ultionem ejus videlicet excitatos, templum aliud extruere conari sub patriarchali stauropegio: & ab episcopali monasterio divellere possessiones, quæ a majoribus eorum, aut quibusdam Christi amantibus cognatis illorum, ei tributæ sunt: templo autem ab eis sub patriarchali cruce extruendo consecrare. Nostra igitur moderatio iniquam hujusmodi ipsorum cogitationem radicitus excindere volens, ut sacris canonibus omni modo prohibitam per præsentes suas literas definit, quascumque possessiones, vel res, (1) episcopali monasterio sancti Demetrii semper ab eo indivulsa manere, idque ab episcopo Dominico administrari, & & spiritaliter (2) dirigi. Nec enim ædificatoribus, neque alii cuiquam licet ab episcopali monasterio possessiones divellere, easque patriarchali monasterio vel oratorio templo jure proprietatis tribuere. Quod si quis monasterium vel oratorium (3) septum sub patriarchali stauropegio extruere velit, a nemine quidem prohibebitur: prius tamen ei possessiones ex propriis assignari curet. Quas enim possessiones episcopale monasterium habet, ab eo divelli (ut dictum est) nullo umquam tempore, potuerunt. Et hæc quidem de eo.

Cum autem & de alio monasterio pertinente ab initio ad Dominici episcopen, in Crompis quidem existente, ornato autem sanctorum magnorum martyrum Theodororum nomine, mediocritati nostræ idem episcopus retulerit, (4) herum illum dominum Manuelem hoc subjecisse in metochium patriarchali monasterio sanctorum Theodororum, quod est in Serviorum provincia: monachos autem illius patriarchalis monasterii in episcopum insurgentes, ejusque (5) pastionem renuentes, relationem quidem ejus a prædicto episcopali monasterio, ipsis (ut dictum est) in metochium concesso, tandem rejecisse, patriarchalem autem pro ea introduxisse: rem hujusmodi, ut canonibus adversantem, omnino prohibens nostra moderatio definit, si (ut episcopus retulit) Cromporum monasterium, antequam in metochium patriarchali subiiceretur monasterio, episcopale fuit, & ab illius temporis episcopo Dominico regebatur; habeat rursum episcopus propriam in eo relationem, utpote legitimus antistes. Nam qui illud monachis in (6) metochium largitus est; pecuniarum solum dominium tribuere potuit, non autem spiritalem episcopi relationem, & (7) animalium peccatorum cognitionem. Prædictum igitur sanctorum Theodororum monasterium in Crompis situm, sub episcopali potestate & administratione dimittetur: nisi patriarchæ mansionis monachi ostendere potuerint, tale monasterium sub cruce patriarchica extructum fuisse. Habuit subscriptum, Mense Julio, indictione octava, patriarchali divina manu, & (8) cereo viridi sigillo.

(1) apud episcopale monasterium S. Demetrii semper indivulsus

(2) gubernari

(3) oratoriam ædem

(4) despotam illum

(5) pastoralem gubernationem

(6) ad usum fructum

(7) animæ delictorum examen

(8) cereum vide sigillum

AD

ANNO CHRISTI 1221. 1222.

AD PERTHUM IN SCOTIA CONCILIUM

A Jacobo A. S. L. Anno 1221. *habitum.*

An. 1221. PAucis verbis concilii hujus mentio fit in Chron. Paslat. *Anno Domini MCCXXI. magister Jacobus, canonicus sancti Victoris Parisius, apostolicæ sedis pœnitentialis, Scotiæ & Hiberniæ legatus, convocatis totius regni prælatis apud Perth. tenuit generale concilium quatuor continuis diebus;* quibus chronicon de Mailros in eundem ann. addit: *& incipiens ab octavis Purificationis.*

CANTUARIENSE CONCILIUM,

in quo veteratores quidam sententia lata damnantur,

Anno 1222. *habitum.*

Ex Paris ad hunc annum.

An. 1222. Affert Wilkins conc. Brit. t. I p. 548. HOc anno comprehensus fuit quidam paucis diebus ante concilium celebratum Cantuariæ, a magistro Stephano, Cantuariensi archiepiscopo, habens in corpore & membris, scilicet in latere, manibus & pedibus, quinque vulnera crucifixi; & in dicto concilio simul cum eo, utriusque sexus, scilicet hermaphroditus, ejusdem erroris, quo prior obcæcatus fuit, cum suo complice præsentatus, super quo convicti & publice confessi, judicio ecclesiæ puniti fuerunt. Similiter & quidam apostata Judæus factus ex christiano diaconus; qui similiter est judicialiter punitus; quem Falco statim arreptum suspendi fecit. Hæc Paris. Concilium hoc Cantuariense Matth. Westmonaster. Knyghton, & alii confundunt cum concilio Oxoniensi, quod jam sequitur.

AD OXONIENSE CONCILIUM.

Pro Angliæ reformatione

Anno 1222. *habitum.*

EMENDATIONES ET ADDITIONES.

An. 1222. Apud Wilkins t. I, p. 583. O*Xoniense concilium ex editione regia ex Collectione Anglicana Spelmanni dare se Labbeus profitetur. Reipsa tamen tale exhibuit, quale extat in collectione regia; nec summam diligentiam posuit ut cum Spelmanna editione conferret; ex quo factum est, ut quas emendationes ex postrema ista trahere poterat ad correctionem mendorum, quibus scatet editio Luparea seu Regia, omnes neglexerit. Hæc igitur collatio diligentiæ meæ commissa; quo munere strenue functus, hæc habui majoris momenti quæ proferam.*

Labbei editio.	*Anglicana.*
I.	*In proœmio.*
Ubi scilicet agitur contra misericordiam .... oppositiones opponit.	Contra matrimonium ... exceptiones opponit.
II.	I.
Ipsi etiam per confessarios discretos civitates proprias obeant.	Ipsi per confessarios discretos cicatrices proprias adducant (lege obducant).
XVI.	XVII.
Ægrotante uno presbytero aut alio debilitato.	Ægrotante &c. vel alias debilitato.
XVII.	XVIII.
Si ei super hoc merito videatur esse suspectus, non admittatur, cum talia, &c.	Si ei propter hoc merito videatur esse suspectus cum talia &c.

XXIX.

ANNO CHRISTI 1222.

Labbei editio.

XXIX.

Super hac postmodum volumus per ordinarium loci ecclesiæ justitiam exhiberi.

XXX.

Cæterum &c. inhibemus ne archidiaconi bonum pacis impedire faciant: & si aliquando discordantes ad invicem voluerint concordare, licentia petita, liceat partibus aliter per compositionem discere, quandocunque voluerint, si tamen &c.

XXXV.

.... in qua rexit defunctus.

XXXVII.

... Concubinis turpiter invadant ... pro dicto servitio reputatur.

XLIII.

Camerario autem vel camerariæ non liceat aliquid recipere. Alioquin &c.

XLIV.

Quam plene pœnituerit.

XLV.

Ubi reficiuntur de omnibus oppositis. Totum residuum.

XLVII.

.... ecclesiam vel monasterium, *& sic ubique*.

XLIX.

Monachi seorsum in misericordia; *& sic ubique*; morantur ... alios seniores.

Anglicana.

XXVI.

Super hoc nolumus per ordinarium loci ecclesiis justitiam exhiberi.

XXVII.

Cæterum &c. ne archidiaconi bonum pacis impedire præsumant, si quando discordantes se sibi ad invicem voluerint concordare, licentia petita, liceat partibus a lite per compositionem recedere, quandocumque &c.

XXVIII.

... quam rexit defunctus.

XXX.

... Concubinis turpiter ministrant ... ut quasi securius res agatur.

XLII.

Camerario etiam vel camerariæ non liceat alicui Monacho vel canonico vel moniali dare denarios vel aliquid aliud pro vestimentis; sed nec a monacho, vel canonico, vel moniali aliquid recipere; alioquin &c.

XLIV.

Quam plene pœnituerit ac de commisso tempus compleverit. *Additur in fine, quod deest in Labbe*: Si autem monasterium in quo moratur delinquens neminem viceversa mittere voluerit ad monasterium delinquentis, monasterium a quo venit ei vestes ministret.

L.

Ubi reficiuntur, & de omnibus appositis totum residuum &c.

XLVI.

... ecclesiam manerum vel prædium; *& sic ubique*.

XLIX.

Monachi seorsum in maneria morantur. *& sic ubique* ... duos ad minus seniores.

Præter hæc variantia, vel melius dixerim emendationes, integra etiam capita offert Anglicana, frustra in Labbei editione quærenda; sicut vicissim capita quædam dat Labbeus, quæ in Anglicanis desiderantur. Porro quæ in Labbeo redundant, ab eodem Collectore diligentius adnotantur. Quibus vero Anglicana editio superior est, hic legas.

XXXIII.

Ut abbates annuatim capellanos suos mutent.

Ut autem secundum canonicas sanctiones ab-

ANNO CHRISTI 1222.

Labbei editio. | Anglicana.

A abbatibus, a quibus minores vivendi normam habent assumere, super honesta conversatione testium copiositas suffragetur; decernimus, ut ipsi capellanos suos vel aliquem illorum singulis mutent annis: qui autem habent tantum unum, illum similiter mutent, nisi causa necessaria subfuerit, quatenus si de vita ipsorum, quod absit, contra eos scandalum oriatur, tanto plures innocentiæ suæ habeant testes, quanto eorum vita pluribus innotescit.

XXXIV.

Quod nulli prælati vendant corrodia.

B Præterea volumus, ut prælati domorum religiosarum corrodia vel stipendia clericis vel laicis non vendant; aut gratis concedant in perpetuum, vel ad tempus, nisi urgens necessitas hoc exposcat & diœcesani accedat consensus.

XXXIX.

De Judæis & mancipiis eorum.

Quoniam absurdum est, quod filii liberæ ancillæ filiis famulentur, & quoniam ex cohabitatione Judæorum cum Christianis non modicum solet in ecclesia Dei scandalum C plurimorum suboriri; præcipimus ut Judæi de cætero non habeant mancipia Christiana; ad quod observandum tam ipsa mancipia per censuram ecclesiasticam, quam ipsos Judæos per poenam canonicam sive extraordinariam, a dioecesano excogitandam, volumus efficaciter induci: & quoniam supra statuta juris non habent a nobis foveri, utpote qui per multa enormia his diebus commissa probantur multipliciter nobis ingrati; prohibemus, ne de cætero construant synagogas, sed præcipimus, ut super decimis & oblationibus ab interesse teneantur ecclesiis, in quarum parochiis commorantur.

D XL.

De impedimentis Judæorum.

Quoniam in partibus istis, sicut inter Christianos & Judæos confusio inolevit, ut fere nulla differentia discernatur, propter quod nonnunquam contingit, quod Christiani Judæis mulieribus, vel e contra commiscentur; præcipimus auctoritate præsentis concilii generalis, ut omnes omnino Judæi, tam masculi quam foeminæ, in veste superiori ante pectus tabulas laneas alterius coloris, quam vestis sit, deferant manifeste; ita quod utraque tabula duorum digitorum E mensuram habeat in latitudine, & quatuor in longitudine; & ad hoc faciendum per censuram ecclesiasticam compellantur. Ecclesias etiam de cætero nullatenus intrare præsumant. Et ne occasionem habeant ingrediendi, inhibemus districte, ne deposita eorum in ecclesiis conserventur; & si contra præsumptum fuerit, per episcopum loci corrigatur.

ANNO CHRISTI 1222.

Labbei editio.

STATUTA LEGENDA IN CONCILIO OXONIENSI

Edita per dom. Stephanum Langton, Cantuar. archiepiscopum, anno Dom. MCCXXII.

Ex M. S. Hatton. in bibl. Bodl. Oxon. 24.

x eodem ilkins id. AUctoritate Dei Patris omnipotentis, & beatæ Virginis, & omnium Sanctorum, & præsentis concilii, &c. ad excitandos affectus laborantium in vinea Domini Sabaoth, ut verum retributionis videantur recipere denarium.

De baptismo.

Baptismus cum reverentia & honore magno celebretur, & cum magna cautela; maxime cum distinctione verborum, & prolatione, in quibus tota vis consistit sacramenti, & salus puerorum, sed ut ita dicatur: " Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; " ubi nomen baptizandi imponatur, & sub eadem forma in lingua, quam melius noverint sacerdotes, doceant frequenter laicos baptizare debere pueros in necessitate, & mulieres, * patrem & matrem pueri in summa necessitate discrete, & modo debito baptizasse, & formam verborum in suo idiomate integre protulisse comprobet factum; sin antea puerum baptizet. Ad levandum puerum de sacro fonte tres ad plus recipiantur. Item, si in necessitate puer baptizetur a laico, sequentia immersionem non præcedentia per sacer-

Ad. & si venerit

A *Anglicana.*

XLI.

De conversatione regularium.

Quia vero nonnunquam serpens antiquus, qui jugiter sedet in insidiis sanctis viris, quanto magis invenit eos solitarios, & absque consolatione mutua conversantes, tanto facilius interdum eos suis insultibus obruit & confundit; provida deliberatione statuimus ut tam monachi, quam canonici regulares & moniales, in uno dormitorio pariter dormiant & quiescant, singulis personis singulis propriis lectis assignatis. In uno etiam refectorio simul edant, nec per B se cuilibet, sed communiter omnibus victualia præparentur. Nec singulis eorum vestibus denarii tribuantur, sed talia per certas personas ad hoc deputatas, puta camerarios vel camerarias, diligenter expediantur; qui, prout quilibet indiguerit, & facultates domus sustinuerint, eis indumenta ministrent. Et cum nova eis tradantur, vetera ab eis recipiantur indumenta, quæ in usus pauperum vel alias necessitates de consilio abbatis vel abbatissæ, prioris, priorissæ convertantur.

Præter hæc omnia ingens aliud additamentum ad statuta hujus concilii exhibet idem qui supra Anglicanus collector, ex quo huc transfero.

C dotem expleantur, & aqua, in qua domi baptizatus fuit puer, propter reverentiam baptismi, aut infundatur in ignem, aut in baptisterio ad ecclesiam deferatur. Item, de baptismate, & de confirmatione; si dubitetur, sine trepidatione conferatur, quare non dicitur iteratum, quod nescitur fuisse collatum; & quod baptizentur expositi, de quorum baptismo probabiliter dubitatur, sive inveniantur cum sale, sive sine sale, quo casu ita dicatur: " si tu es baptizatus, non te baptizo; sed si non baptizatus es, ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. " Nullus diaconus, aut inferior clericus baptizet, aut pœnitentias injungat; D sed soli sacerdotes, quibus id competit ex officio, nisi summa necessitate, puta, quum sacerdos absens est, aut nullus etiam præsens, & non potest, aut stulte non vult, & mors immineat puero, aut ægroto, aut de ea juste timetur. Item præcipimus, ut casulæ, quibus noviter baptizati induuntur, ad ecclesiam deportentur, nec ad communes usus per aliquem assumantur, propter reverentiam sacramenti; sed in usus ecclesiæ, prout necessitas exigit, reserventur. Item præcipimus ut fontes, in quibus pueri baptizantur, lapidei sint, & integri, & honesti, & quod non sint alicui contemptui aut horrori, sed magis honor & reverentia E ab universis exhibeatur eisdem.

De confirmatione.

Sacerdotes frequenter moneant populum ad confirmationem prælatorum: post baptismum enim suscipi debere sacramentum confirmationis. Quod si confirmandus fuerit adultus,

ANNO CHRISTI 1222.

tus, monendus est per sacerdotem loci, ut confiteatur prius, & postea confirmetur; veniat (ad) ecclesiam juvenis adultus confirmandus. Saepe dicatur laicis, ne expectent diu ad confirmandum adventum episcopi, sed adducant pueros ad eum, ubi adesse audiverint prope, quam citius poterint, & ut fascias seu ligationes secum deferant competentes, sufficienter longas & latas. Item ut nullus puer teneatur ad confirmationem a patre aut matre, vitrico & noverca, & prohibeatur saepe publice per sacerdotes in ecclesiis. Item caveant sibi diligenter parentes, ne parvulos suos iterato perferant (ad) confirmandum, cum & ipsi parvuli post sacramentum iteratum efficiantur irregulares si masculi fuerint, & ipsi tali negligentia gravi secundum canones subjaceant ultioni. Sciant etiam parentes illi, qui pueros tenent ad confirmandum, quod spirituale vinculum in hoc sacramento quoque contrahitur, ut in baptismo. Item parvuli confirmati tertia die post confirmationem deportentur ad ecclesiam, & frontes eorum per manus sacerdotum in baptisterio, propter reverentiam chrismatis, abluantur ibidem, & ligaturae ipsorum tunc similiter igne crementur.

De sacramento altaris.

Item ut rectores ecclesiarum & presbyteri videant, ut summa reverentia & honor maximus sacris altaribus exhibeatur, & maxime ubi sacrosanctum corpus Domini reservatur, & missa celebratur. Eucharistia in munda pixide argentea, aut eburnea, aut alia tanto sacramento digna & idonea conservetur, nec ultra septem dies conserventur hostiae, sed septimo, qualiter alias, renoventur. Eucharistia, tam calice quam lucerna praecedente, ad aegrotos per sacerdotem, aut in summa necessitate per diaconum, cum solennitate & reverentia deferatur, nisi forte remisso loci aut temporis inaequalitas interdicat. Proinde autem, & quod ita se habeant in eundo & redeundo, & hujus ministri ut debitum persolvant aegroto, D et audientes & videntes invitent ad exhibendam tanto sacramento reverentiam & honorem. Linteamina, corporalia, & alia indumenta altaris integra sint & mundissima, & saepe abluantur per personas in canonibus ad hoc deputatas, ad reverentiam & praesentiam Salvatoris nostri. Una quoque ecclesia calicem habeat argenteum cum patina, integrum & honestum. Item ampullae ad suggerendum vinum & aquam in sacrum sanguinem Jesu Christi mundae & integrae habeantur. Caute etiam provideant sacerdotes ecclesiarum & rectores, ut vinum habeant purum, & incorruptum, & quod non sit acetum, ad sacramentum altaris con- E ficiendum. Provisuri etiam sint nihilominus quod major pars vini, longe minor aquae misceantur in calice, ut aqua a vino absorbeatur: sufficit enim quod ibi sit aqua. Frequenter moneantur laici, ut ubicumque videant corpus Domini deferri, statim genua flectant tamquam creatori & redemptori suo, & junctis manibus, quousque transierit, orent humiliter, & hoc maxime fiat

A tempore consecrationis in elevatione hostiae, quum panis in verum corpus Christi transformatur, & id, quod est in calice, in sui sanguinem mystica benedictione transformatur. Verba canonis missae, praesertim in his, quae ad substantiam sacramenti pertinent, plene & integre & cum summa animi devotione proferantur, non tamen sit morosus sacerdos etiam in praemissis, quod fastidium ingerat auditoribus, & officium privet devotionis pinguedine, quia muscae morientes, importunae cogitationes, perdunt interim suavitatem unguenti sive pinguedinem devotionis. Item sanctorum patrum vestigiis inhaerentes prohibemus, ne quis sacerdos missas celebret bis in die, nisi in die B natalis Domini & in Resurrectionis Dominicae, aut in alia necessitate, videlicet cum in alicujus ecclesia corpus aliquod fuerit tumulandum, & ut tunc prior missa celebretur de die, si major institerit solennitas, & posterior pro defuncto. Item sacerdos, postquam sumpserit corpus Christi & sanguinem, aquam seu vinum remissum in calice aut digito superfusum sumere non audeat, si eadem die missarum solennia debeat iterum ex necessitate celebrare. Nulli clerico permittatur ministrare in officio altaris, nisi ad minus in superpellicio. Nullus sacerdos parochialis praesumat missam celebrare, antequam matutinale persolverit officium, & C primam & tertiam de die. Item tempore, quo missarum solennia peraguntur, accendantur duae candelae, una cum lampade ad minus. Provideant etiam archidiaconi, ut linteamina & alia ornamenta altaris, sicut decet, sint honesta, & libros habeant etiam idoneos ad psallendum pariter & legendum; & ad minus duplicia sacerdotalia vestimentorum, ut qui altari ministrant, superpelliciis induantur.

De poenitentia.

Sacerdotes in poenitentia injungenda diligenter attendant circumstantias, qualitatem, & genus peccati, & quantitatem delicti, tempus, locum, causam, moram in peccato factam, devotionem, & annuam poenitentiam, ut his consideratis & distincte pensatis, majorem aut minorem poenitentiarum injungant poenitenti. Item sacerdos ad audiendas confessiones communem sibi eligat locum in ecclesia, ut communiter ab omnibus videri possit; & in locis abditis non recipiat confessionem, & maxime mulierum, nisi pro magna necessitate aut infirmitate poenitentis. Item nullus sacerdos alterius parochianum admittat ad poenitentias, nisi de licentia sui presbyteri aut episcopi. Item in furto, rapina, fraude, simonia, & maxime detentione decimarum, seu abstractione alicujus juris ecclesiastici diligenter sibi caveant sacerdotes, ne alias injungant poenitentias, nisi cum satisfactione & restitutione facienda injuriam passis, cum non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Item sacerdos talem injungat poenitentiam uxori de acto occulto crimine, unde viro suo non reddatur suspecta: idem etiam de marito observetur. Item in majoribus, & accura-

ratioribus, & dubiis sacerdos consulat episcopum, aut illos, qui vices gerant episcopi, providos & discretos, quorum consilio certificatus, sciat, quos & qualem ligare possit & solvere; & ne, quod absit, poenitens in desperationem mittatur, moneat ipsum diligenter, ut interim quicquid boni facere potest, faciat, ut Deus cor suum illustret ad poenitentiam: & hoc illud faciat de eo, qui confitetur, & cum ab ipso peccato non vult abstinere, quo casu munus absolutionis ei imponi non potest cum venia non legaliter ei concessa, nisi prius se correxerit. Caveant sibi sacerdotes, ut cum peccata a poenitente inquirant, sed nomina propria, cum quibus peccaverunt, nullo modo inquirant; sed circumstantias peccati & qualitatem tantum; cum scriptum sit, *Deus vitam meam nunciavi tibi*, non alterius, & propria debet confessio non aliena. Item firmiter prohibemus, quod nullus sacerdos post lapsum in mortale peccatum ad altare praesumat accedere, nisi prius confiteatur. Quidam enim errant credentes, quod mortalia deleantur per confessionem generalem. Nullus sacerdos ira aut metu etiam mortis audeat detegere confessionem alicujus signo, vel verbo, generaliter, aut generaliter; & si super hoc convictus fuerit, sine spe relaxationis non immerito debet degradari. Item, cum saepe contingit, quod rectores ecclesiarum, & nonnulli sacerdotes & in sacris ordinibus constituti, eo quod nullius, ut eis videtur, quoad forum poenitentiale sint filii subjecti, aut omnino non confitentes, aut ad alios religiosos, vel ad eos accedant, qui nullam habent ipsos ligandi vel solvendi potestatem; statuimus, quod per singulos archidiaconos duo presbyteri idonei praeficiantur in singulis decanatibus, literaturae competentis, & probatae omnibus opinionis, ad confessiones talium audiendas, quibus per nos aut vices nostras gerentes ad id exequendum auctoritatem nostram volumus impertiri; prohibentes firmiter, ne religiosi monachi, videlicet anachoretae, heremitae, subditum alicujus audeant ad poenitentiam admittere, nisi cum licentia praelati, salva in omnibus apostolicae sedis auctoritate.

De extrema unctione.

Cum magna reverentia deferatur oleum infirmorum; infirmos etiam ipsos inungat sacerdos cum magna reverentia oratione celebrare, quae ad haec sunt ordinata. Item ad sacramentum extremae unctionis moneant saepe populum Domini sacerdotes, scilicet omnes a XIV. annis & supra, & quod omnes se communiter paratos exhibeant, cum necesse fuerit. Doceant frequenter populum sacerdotes hoc sacramentum licite posse iterari, scilicet in qualicumque periculosa infirmitate, ubi metus est mortis; & cum quis post susceptum convaluerit ab infirmitate, licite posse reverti ad opus conjugale. Item tam sacrum oleum sub fideli custodia clavis adhibita conservetur, ut non possit ad illud temeraria manus extendi ad aliqua horribilia exercenda.

De matrimonio.

Matrimonium similiter sicut & alia sacramenta cum honore & reverentia de die & in facie ecclesiae, non cum risu & joco, nec sic derisui & despectui celebretur. Item in matrimonio contrahendo semper in tribus dominicis & festivis diebus a se distantibus, quasi tribus edictis, perquirat sacerdos a populo sub poena excommunicationis de legitimitate sponsi & sponsae. Si quis autem sacerdos hujusmodi edictum non servaverit, poenam nuper in concilio super hujusmodi statuta non evadet. Item prohibeant presbyteri frequenter in ecclesia laicis, sub poena excommunicationis, nec dent fidem sibi mutuo de matrimonio contrahendo, nisi in loco celebri, & coram publicis & pluribus personatis ad hoc convocatis.

De ordinibus & ordinandis.

Cum quanta reverentia, cordis contritione, & animi devotione ad sacramentum ordinis sit accedendum, ex eo patet, quod non nisi a summo sacerdote in episcopo conferatur, nec passim, sed certis anni temporibus, & jejunio non solum ab ordinandis, sed ab universa plebe praemisso. Hinc est, quod sanctorum canonum statuta observantes, prohibemus, ut nullus ad ordines accedat aut admittatur, nisi qui fuerit canonice examinatus. Item minores clerici ad inferiores gradus non admittantur, nisi idoneos habeant procuratores, & per testimonium eorumdem admittantur. Nullus simoniacus, homicida, excommunicatus, aut suspensus, furarius, sacrilegus, incendiarius, aut falsarius, aut aliter hujusmodi canonicum impedimentum ad quoscumque ordines praesumat accedere. Ordinati in Hibernia, Wallia, seu Scotia, aut alias cum literis nostris commendatitiis seu dimissoriis, non quocumque modo, ad ordinis sic suscepti executionem in episcopatu nostro, nisi magna necessitas urgeat aut a nobis dispensetur, inducantur; nec tunc etiam admittantur, nisi prius constiterit legitime de eorum ordinatione, vitae munditia, pariter & literatura. Universi rectores ecclesiarum, qui vulgariter dicuntur personae, qui non sunt in sacris ordinibus constituti, ad ordinis celebrationem accedant, ut ibi promoveantur ad minus in subdiaconos, & ad hoc frequenter moneantur, &, si necesse fuerit, compellantur. Clerici, qui vicarias habent, servato debito & canonico ordinum instituto, faciant se promoveri in presbyteros, si voluerint poenam evitare canonicam, & in ecclesiis, in quibus vicarias obtinent, pariter deserviant. Idem dicimus de personis admissis ad sua beneficia, cum honore deserviendi in propriis personis in eisdem; prohibemus etiam, ut nullus abbas aut prior monachos aut canonicos suos ab aliis episcopis faciat ordinari, nisi cum literis nostris aut gerentium vices nostras assensum nostrum exprimentibus.

ANNO CHRISTI 1222.

De officio archidiaconorum.

Archidiaconi & eorum miniſtri curam habeant & ſolicitudinem, tam de his, quæ ad ſacramentorum pertinent reverentiam & Dei, de quibus præmiſſum eſt, quam de his, quæ inferius ſubnexa ſunt, ut fideliter & irrefragabiliter obſerventur tranſgreſſores, ſi qui fuerint in his, prout qualitas expoſcit, exercenda. Item injungimus archidiaconis & eorum officiariis, ut in viſitationibus eccleſiarum faciendis diligenter conſcribi faciant vaſa, veſtimenta, libros, & alia, quæ ad officium pertinent divinum; habeant quoque nihilominus conſiderationem ad fabricam eccleſiæ & maxime cancelli, ſi forte indigeant reparatione; ſi quos autem defectus invenerint, in his certum ſub pœna gravi præfigant terminum, iterumque ſuppleantur. Caute etiam per ſe & ſuos inquirant, ſi in parochia, in qua viſitationis officium impenderint, in rebus aut perſonis aliquid fuerit corrigendum, & exceſſus, ſi quos ibidem invenerint, aut tunc aut in proximo capitulo corrigantur.

De rebus eccleſiæ non alienandis.

Vaſa, aut veſtimenta ſacra, aut libros eccleſiæ ſibi tradita nullus laicus Judæis aut Chriſtianis impignorare, aut vendere, aut etiam poſſeſſiones, aut reditus pignori obligare, aut infeodare, aut aliquo modo alienare præſumet, niſi ingens neceſſitas id expoſcat, & prius dioeceſani epiſcopi aſſenſus accedat. Qui autem contra præſumpſerit, & quod fecerit vires nullas obtineat, & præſumptor etiam qualiter taliter ſpolietur, niſi quod alienaverat, intra tempus, quod ei dioeceſanus epiſcopus aſſignaverit, ſuis ſumptibus revocaverit. Is etiam, qui ſic eccleſiaſtica beneficia receperit, & commonitus detinere præſumpſerit, excommunicationis ſententia feriatur, antequam ea reſtituat nullatenus abſolvendus. Item, quod plures & non ſolum filiis & nepotibus ſuis, verum etiam concubinis ſuis immiſcent patrimonium Jeſu Chriſti, domos in laico feodo ædificare præſumunt, ad quas eccleſiaſticos reditus deportantes, dum proximis ſanguine bona eccleſiaſtica congregant, iram in die furoris Domini ſibi ad damnationem perpetuam theſaurizant; ne ſic de cætero fiat, diſtrictius inhibemus, ſtatuentes, ut qui aliter, niſi in neceſſitatis caſu, & aſſenſu dioeceſani epiſcopi fecerit, per annum, ad minus, a perceptione beneficii ſuſpendatur, niſi ad communitionem epiſcopi aut archidiaconi ſui, quod fecerit, citius emendaverit.

De teſtamentis.

Item, legitima teſtamenta clericorum beneficiatorum decentium volumus firmiter obſervari; nolumus tamen, quod concubinis ſuis aliquid in teſtamento ſuo reliquerit; quod ſi factum fuerit, de cætero totum illud epiſcopi arbitrio convertatur in uſus eccleſiæ, quam rexit defunctus.

A *De firmis.*

Nullus clericus aliquod beneficium eccleſiaſticum alicui laico tradat ad firmam, nec etiam fructus decimarum ante ſeparationem earundem vendere præſumat. Si quis clericus beneficium ſuum in caſu licito ad firmam committere voluerit, ſtatuimus, ut tali pacto committat, quod velit & valeat domos & ædificia ſuſtinere, & alia honorifica ipſius parochialia & epiſcopalia ſufficienter ſuſtinere. Qui autem beneficium ſic alterius ſuſceperit, archidiacono loci præſentetur in capitulo, & tanquam generalis procurator quoad illius beneficium pro tempore, quo
B inter eos convenit, ibidem ſtatuatur.

De decimis.

Decimæ, tam prædiales quam aliæ, ſine difficultate & ſine diminutione cum omni integritate ſolvantur, ſecundumque canonum inſtituta. Concedimus etiam, quod quilibet (in) parochia ſua habeat auctoritatem coercendi, & ſi contumaces fuerint, & commoniti ſe non correxerint, ipſos excommunicandi. Nullus laicus per quantumcunque temporis diuturnitatem immunitatem ſibi vendicet decimarum quarumcunque præſtatione, cum laicus ſecundum ſacrorum ca-
C nonum inſtituta decimas præſcribere non poſſit. Item in præſtandis decimis, & maxime prædialibus, nullæ deducantur expenſæ.

De ſententiis contra laicos.

Sub interminatione anathematis firmiter prohibemus, ut nullus conſtabularius, caſtellarius, aut alius alicujus poteſtatis alterius ballivus poſſeſſiones ſeu bona religioſorum ſive quorumcunque eccleſiaſtica, partim auſu temerario præſumat invadere, aut eos exactionibus injuſtis aut oppreſſionibus quibuſcunque indebite contra eccleſiaſticam libertatem attemptent moleſtare. Et ſi quid
D contra hanc prohibitionem noſtram in propriæ ſalutis diſpendium, quod avertat Deus, præſumpſerint, & commoniti ſe non correxerint, terras eorum per archidiaconos locorum ſine dilatione eccleſiaſtico ſupponi præcipimus interdicto; & tunc demum ſi ſic ad cor non redierint indurati, pulſatis campanis & candelis accenſis excommunicentur: monitione præmiſſa, præcipimus etiam, ut ſingulis annis ter aut quater in anno ſolenniter in genere excommunicentur fornicarii, perjuri ſuper ſacroſancta, incendiarii, uſurarii, fures, attrectatores, falſarii, & malitioſe impedientes executiones rationabilium teſtamentorum; ita quod qui
E ſcienter in diſpendium cujuslibet dejerarunt, non abſolvantur, nec eis poenitentia ab aliquo inferiori injungatur, quod, cum convaluerint, ad nos adeant, a nobis aut auctoritate noſtra poenitentiam ſuſcepturi.

De vita & honeſtate clericorum.

Et his duximus adjungendum, ne judicium ſanguinis in locis ſacris tractetur ſive in ec-

ANNO CHRISTI 1222.

ecclesia aut in cœmeterio. Auctoritate quoque generalis concilii distinctius inhibemus, ne quis clericus beneficiatus, aut in sacris ordinibus constitutus, literas sub pœna sanguinis infligendi scribere aut dictare præsumat, aut ubi judicium sanguinis tractatur A aut exercetur, intersit; noverint enim hoc modo ecclesia se indignos, cum per eos in ecclesia Dei per talia præscripta scandalum generetur.

Expliciunt statuta legenda; ut supra continetur, in concilio Oxon.

IN PRÆCEDENTIA STATUTA

Jo. Dom. Mansi

ADNOTATIO.

Statuta superiora cum præceptis antiquis diœcesis Rothomagensis legendis in Labbeo, to. XIII. pag. 1341. edit. Venet. in nonnullis conveniunt, & cum non abeunt in diversa, tunc idem est utrinque verborum sensus; quin & verba ipsa sæpe utrinque recurrunt. Undenam tanta affinitas; uter ex alio acceperit; dicant docti. Sunt etiam valde consentanea statutis pro diœcesi Constantiensi, quæ legas in editione Veneto Labbeana to. XIV. pag. 1287. ex editione Bessin in conciliis Rothomagensibus, quanquam varie sint altrinsecus additiones, interpolationes, & discrimina; verba sæpe congruunt; sæpe non ita.

Capi hinc conjectura valet veteres fuisse synodicas constitutiones per totam Galliam & vicinam Angliam celebres, quas varii episcopi in usus suos adoptaverint, in commodum suum hinc inde reformatas.

NICÆNUM vel forte CPTANUM GRÆCORUM SCHISMATICORUM CONCILIUM

In quo auditi legati a Cyprir episcopis Græcæ communionis missi, & remissi cum responso,

Anno Græcorum 6731. Christi 1222. habitum.

„ Cypri regnum, idem cum toto imperio „ Græcorum fatum expertum, Latini „ invaserant; iidemque ecclesiarum præsu„ les Latinos constituerant, ita tamen ut „ Græcis suos permitterent, quibus illi pa„ rerent, episcopos schismaticos. Sed cum „ plura Latini ecclesiarum episcopi, jure „ victorum usi, a Græcis earumdem eccle„ siarum episcopis exigerent, quæ sibi ne„ quaquam concedenda Græcorum episcopi „ præ religione censerent; sibique vero me„ tuerent si aperte resisterent, legatione „ missa patriarcham CPtanum consuluerunt, „ quid sibi ea in re præsentari fas esset. Il„ le, synodo convocata, quam CPoli habi„ tam ex his synodicæ verbis colligo, (*ma„ trem dico hanc Constantini urbem*) rem in „ medio consultandam proposuit. Visum „ est primo, ut Cyprii in iis quæ nec fidei „ nec SS. canonibus repugnarent, siquidem „ subducere se citra discrimen potuissent, id „ caute agerent; sin secus indulgentia qua„ dam id sibi dari scirent, ut agerent quæ „ declinare non possent. Verum tumultu„ ante plebe Græcorum, atque obtendente „ decreti hujus ambiguitate non tolli sed „ augeri Cypriorum perplexitatem; tandem „ apertius definitum: ne Græci sacerdotes „ manus suas in Latinorum episcoporum „ manibus inserere ulterius auderent, quod „ hoc argumentum esset fidelitatis & sub„ jectionis; cæterum poscentibus Latinis, „ ut cum Græcis dandus esset novus aliquis „ episcopus, is non inscio Latino episcopo „ daretur; postulantibus etiam ut integrum „ esset Græco ad Latinos appellare; in his „ plane dandum aliquid necessitati synodus „ censuit. Hæc omnia edocet synodica hu„ jus concilii ex Cotelerio in Ecclesiæ Græ„ cæ monumentis to. II. pag. 462. evulgata, „ ex quo hic datur.

GER-

ANNO CHRISTI 1222.

GERMANI SANCTISSIMI

Patriarchæ Constantinopoleos Epistola missa in insulam Cyprum, tam ab ipso quam a sacra Synodo, cum in ea insula summum sacerdotium teneret dominus Neophytus, & cogeretur a Latinis, illis subjici.

CYprus insula, illa percelebris, quam liquidum quidem ponti ostium undequaque cingit, ignea vero oratorum scriptorumque labia prædicant, commodo situ bonaque temperie gaudentem, quasi maris uber bonis abundans, & in loco sterili hortum, salsuginis solum dulcem succum fundens, aliam beatorum insulam, terram lacte manantem; quæ non modo ex seipsa feracitatem omnem profundat, sed etiam externis repleatur bonis, quotquot nimirum per liquidum in eam inferuntur.

Hæc porro ipsa Cyprus, antea felix atque splendida; non adeo ex naturæ donis insignis erat, quemadmodum jam sermo repræsentavit, neque eam quidquam e cæteris aliud tantum decorabat, quantum ipse pietatis fructus, atque Evangelii seges, ad centuplum bonis spicis foeta, quantum large fluentes doctrinæ latices, Scripturarumque floridum pratum, & ecclesiæ filiorum multitudo instar omnigenarum herbarum agri; velut insulam innovatam, ut cum scriptura loquar, & quotidie in melius renovatam ac proficientem. Unde factum est, ut in unam maximarum provinciarum promoveretur, & ad archiepiscopatus eveheretur dignitatem; sors eximia Christi effecta, atque per semetipsam directa propriumque sub pastoribus suis ordinans gregem.

Verum non erat scelesti Satanæ, hanc absque invidia intueri, qui terram minatur atque mare se deleturum. Scilicet armat manus barbaricas, & gentem inimicam excitat adversus ecclesiam, imo beneficam gentem, quæ hæc quidem dentibus comedit, illa vero unguibus dilacerat, alia autem pedibus conculcat, prorsusque omnia ad disperditionem vastat, juxta Danielis visionem. Constipati enim Latini, etiam Cyprios adorti sunt, alius quidam pontus immensus, & obvia quæque inundans, conspicuo illo insulamque ambiente imperuosior; quandoquidem conspicuus non eam obtegere contendit, sed propriis terminis circumscribitur, in semetipso fluctus confringens, & Creatoris providentiæ frenis obsecundans.

At Italorum audacia proprias transilit stationes, & fluctus iræ volvit, extra terminos currit, atque in exteros irruit. Ejusmodi atrox tempestas excitata est in præclara Cypro; cum qua foedus servat mare, & cicurem se reddit unda. Id sane diluvium,

ΓΕΡΜΑΝΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ

πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐπιστολὴ σταλεῖσα ἐν τῇ νήσῳ Κύπρῳ, παρά τε αὐτοῦ καὶ τῆς ἱερᾶς συνόδου, ἀρχιερατεύοντος ἐν τῇ αὐτῇ νήσῳ τοῦ κυροῦ Νεοφύτου, καὶ ἀναγκαζομένου παρὰ Λατίνων, ὑποταγῆναι αὐτοῖς.

A Ἡ Νῆσος ἡ Κύπρος, ἡ περιλάλητος, ἣν πόντου μὲν ὑγρὸν στόμα κύκλῳ προσπτύσσεται, πυρίμορφα δὲ χείλη ῥητόρων καὶ γραφέων διαφημίζουσιν, εὖ μὲν θέσεως, εὖ δὲ κράσεως ἔχουσαν, οἷα θηλὴν θαλάσσης βρίθουσαν ἀγαθοῖς, καὶ ἐν ἀτρυγήτῳ παράδεισον, καὶ τῆς ἅλμης πέδον γλυκύχυμον, καὶ νῆσον ἄλλην μακάρων, B καὶ μελιτόβρυτον γῆν· οὐ μόνον ἐξ ἑαυτῆς τὸ πάμφορον βλύζασαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξωθεν περιαντλουμένην καλοῖς. ὁπόσα ταύτῃ παρὰ τῆς ὑγρᾶς ἐπεισβάλλουσιν.

Ἡ δὲ ἡ Κύπρος αὕτη, ἡ πρὶν εὐδαίμων τε καὶ λαμπρά· οὐ τόσον ἐκ τῶν φυσικῶν χαρίτων ἐπίσημος ἦν, ὡς ὁ λόγος προδιεμόρφωσεν, οὐδ᾽ οὕτω ταύτην ἄλλο τι τῶν ἁπάντων ἐσέμνυνεν, ὡς ὁ τῆς εὐσεβείας μᾶλλον καρπὸς, καὶ ὁ τοῦ εὐαγγελίου σπόρος, ἑκατοστεύων εἰς εὔσταχυν, τά τε τῆς διδασκαλίας εὔρυτα νάματα, καὶ ἡ πολυανθὴς λειμωνία τῶν γραφῶν, καὶ ἡ τῶν τέκνων τῆς ἐκκλησίας C πληθὺς, ὡς τοῦ ἀγροῦ τὸ παμβότανον. ὥσπερ νῆσον ἐγκαινιζομένην, τὸ τῆς γραφῆς, καὶ ὁ σημέραι πρὸς τὸ κρεῖττον ἀνανεουμένην τε καὶ προβαίνουσαν· ἐντεῦθεν εἰς μίαν προήχθη τῶν μεγίστων ἐπαρχιῶν, καὶ πρὸς ἀρχιεπισκοπῆς ἐπήρθη ἀξίωμα. λάχος ἔκκριτον καθεστηκυῖα Χριστοῦ, καὶ καθ᾽ ἑαυτὴν διεξαγομένη, καὶ τὸ οἰκεῖον ὑπὸ ποιμέσι διατάττουσα ποίμνιον.

Ἀλλ᾽ * οὔκουν ἄρα τῆς τελχῖνος σατᾶν μὴ καὶ ταύτῃ * βάσκανον ἐνιδεῖν, τοῦ γῆν ἀπειλοῦντος ἐξαλείφειν καὶ θάλασσαν. ἀμέλει καὶ χεῖρας ὁπλίζει βαρβαρικὰς, καὶ πολέμιον ἔθνος ἐπήγειρε κατὰ τῆς ἐκκλησίας, καὶ μᾶλλον ὑποδρηστεῦον αὐτῇ. D ἔθνος, τὰ μὲν τοῖς ὀδοῦσιν ἐσθίον, τὰ δὲ σπαράσσει τοῖς ὄνυξιν, ἄλλα δὲ ποσὶ συμπατοῦν, καὶ ἁπλῶς τὰ πάντα πρὸς ἀφανισμὸν ἀχρειοῦν, κατὰ τὸν Δανιὴλ θεαματισμόν. οἱ γὰρ Φρακτοὶ Λατῖνοι καὶ τοῖς Κυπρίοις ἐπέβρισαν. πόντος ἄλλος τις ἀχανὴς καὶ κατακλύζων τὸ προστυχὸν, τῶν προφανοῦς καὶ τὴν νῆσον ὕπα ἔχοντος βιαιότερος, παρ᾽ ὅσον μὲν οὐ καλύψαι ταύτην φιλονεικεῖ, ἀλλὰ τοῖς οἰκείοις ὅροις συμπεριγράφεται, ἐν ἑαυτῷ συνθραύων τὰ κύματα, καὶ προνοίας χαλινοῖς ὑπείκων δημιουργοῦ.

Τὸ δὲ θράσος τῶν Ἰταλῶν, τοὺς οἰκείους ὑπερβαίνει σταθμοὺς, καὶ κύματα κυλίνδει θυμοῦ, καὶ E ὑπερόρια τρέχει, καὶ τῶν ὀθνείων κατεισπηδᾷ. τηλίκος ἐπερράγη τῇ καλῇ Κύπρῳ κλύδων ἀλλόκοτος. πρὸς ἣν ἡ θάλασσα σπένδεται, καὶ ἡμεροῦται τὸ ῥόθιον. ὁ δὴ τοιοῦτος κατακλυσμὸς, με-

* οὐκ ἦν
* βασκ-
ίως

[a] Est Germanus II. CP. qui vixit sæculo decimotertio sub Imperatoribus Latinis. Ad eum pertinent decreta Juris Græco-Romani p. 232. &c. non vero ad illum qui antea fuerat pontifex Hadrianopolitanus, ut dicitur in margine, quique est Germanus III. Patet ex p. 235. ubi notatur annus mundi 6743. qui est Christi 1235. De Cypro autem & Cypriis per illa tempora lege inter alios VVildebrandum ab Oldemborg in Itinerario p. 141, 142. in Symmictis Allatii.

ANNO CHRISTI 1222.

A μέχρι μὲν τινὸς τὰ ὡραῖα διέφθειρε, καὶ πᾶν ἀνάστημα κατέρριψε γῆς. ἤδη δὲ καὶ σωμάτων ἀνθρώπων παρήψατο. ἀλλ' ἦν ὅμως φορητὸν τὸ δεινὸν, καίπερ ὂν βαρυσύμφορον. ἐπεὶ καὶ πρὸς σωματικὴν ἀπέβλεπε λύμην καὶ σκηνωμάτων ἀπώλειαν, συντιθεμένων ἐπὶ βραχὺ καὶ λυομένων μετ' οὐ πολύ. τὰ νῦν δὲ ἀλλὰ καὶ ψυχῶν τὸ πρᾶγμα κατεκαυχήσατο, καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον τῆς εὐσεβείας διασαλεύειν ἐπιχειρεῖ. τοῖς γὰρ πολεμισταῖς Λατίνοις, καὶ ἱερατικὸν ἐκ τοῦ γένους οὐκ ὀλίγον τῇ νήσῳ προσεπιβὰν, τὰς ἐκκλησίας συνέχεε, καὶ πρὸς ἑαυτὸ πάντα τὰ θεῖα ἐφελκύσαι νεανιεύεται.

B Ἔνθεν ὁ μὲν γνήσιος καὶ κανονικὸς πρωτοποίμην ὁ μακαριώτατος ἀρχιεπίσκοπος Κυπρίων ὁ κῦρις Νεόφυτος, τοῦ οἰκείου θρόνου ἀποδιώκεται. παρένθετος δέ τις καὶ ἀλλότροος ἄνθρωπος ἐκ Λατινικῆς φυλῆς τῷ τοιούτῳ θρόνῳ ἐγκαθεσθεὶς, οὐκ ἂν ἄλλως ἀνήσειν τοὺς ἡμετέρους ἱερατικοὺς ἰσχυρίζεται ἐπισκόπους τε καὶ λοιποὺς τὸν Ῥωμαϊκὸν ποιμαίνειν καὶ διδάσκειν λαὸν, εἰ μὴ πρότερον τὴν παρ' αὐτοῖς ὑποταγὴν ὑπεισέλθωσι, καὶ συνθήκας καταθυμίους τῷ νέῳ ἀρχιερεῖ καὶ νόθῳ παρέξουσιν. ἦ μὴν καὶ τούτους ἐξοστρακισθῆναι τῆς νήσου παντάπασιν. ὡς τῶν ποιμένων καὶ διδασκάλων διασπαρέντων, κινδυνεύειν τῶν ἀγέλην Χριστοῦ εἰς κρημνοὺς ἀποπλανᾶσθαι καὶ βάραθρα.

C Ἦν μὲν πρὸ πολλοῦ θρυλλούμενα ταῦτα, καὶ εἰς ἀκοὰς τῆς ἡμετέρας ἐρχόμενα μετριότητος. τὰ νῦν δὲ καὶ ὁ θεοφιλέστατος τῆς κατὰ τὴν Κύπρον ἁγιωτάτης ἐπισκοπῆς Σολέας Λεόντιος, καὶ ὁ εὐλαβὴς καθηγούμενος τῆς τῶν Αψινθίων μονῆς ἱερομόναχος Λεόντιος, πρὸς τὴν ἡμῶν ἀναπεμφθέντες μετριότητα, παρά τε τοῦ οἰκείου μακαριωτάτου ἀρχιεπισκόπου καὶ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ δὴ καὶ παντὸς τῶν ἱερωμένων πληρώματος καὶ τῶν ὀχλώδους λαοῦ, τὰς τοιαύτας συνοδικῶς ἀνήγγειλαν συμφορὰς ἐνώπιον τῆς ἡμῶν μετριότητος· καὶ παραστάντες τὴν σήμερον ἐπὶ τῶν μέσου, διεπρεσβεύσαντο ὁπόσα παρ' ἐκείνων ἀνενεγκεῖν ἐπετράπησαν. ἔφασκον γὰρ, ὡς τῷ ἀρχιεπισκόπῳ κυρῷ Νεοφύτῳ, παρὰ τῶν Λατίνων οὐ συγκεχώρηται τῇ νήσῳ ἐνδιατρίβειν τὸ σύνολον. ὥστε τῶν σφῶν καὶ ἑτέρου ἀρχιεπισκόπου μηδόλως ἄλλον ἀκούειν ἀρχιεπίσκοπον στέγοντος. ἀμέλει καὶ τέλεον * ἐκείνους ἀπήλασαν. καὶ νῦν ἐν τοῖς μέρεσι τῆς ἀνατολῆς διάγει πλανώμενος.

D

* ἐκεῖνον

Αὐτοὺς δέ γε τοὺς ἐπισκόπους, φασὶ, καὶ τοὺς λοιποὺς ἱερατικοὺς, εἰς ὑποταγὴν ἐκβιάζεται ὁ τῶν Λατίνων ἀρχιερεὺς, καὶ οὕτως ἐάσειν τούτους καθυπισχνεῖται τὰς οἰκείας ἔχειν ἐπισκοπὰς καὶ ἱερατικῶς ἐνεργεῖν. καὶ παρεγκλητεύον τὸ ποιητέον μαθεῖν, παρά τε τῆς ἡμῶν μετριότητος καὶ τῆς ἱερᾶς ἀδελφότητος. διὰ γὰρ τῆς τούτων γλώσσης, τὰς τῶν Κυπρίων πάντων ἔλεγον παρεστάναι ψυχὰς, καὶ τὴν ἡμῶν γουνάζεσθαι μετριότητα, τῆς ἐκείνων σωτηρίας ἀντιποιήσασθαι, καὶ μὴ χώραν οὕτω πλατεῖαν καὶ πολυάνθρωπον καταλιπεῖν ἀπροστάτευτον, ὡς λιμὸν λιμῶξαι καὶ δίψαν

E παθεῖν, οὐ βρώματος οὐδὲ πόματος, ἀλλὰ τῶν ἀκούειν λόγον Θεοῦ.

Ταῦτα τοῦ ἐπισκόπου καθικετεύοντος, καὶ τοῦ ἡγουμένου προσλιπαροῦντος, ἡ μετριότης ἡμῶν μετὰ τῆς ἱερᾶς ἀδελφότητος, εἰς σκέψιν ἔθετο τὰ τοῦ πράγματος. καὶ ἐδόκει διπλοῦς ἑκατέρωθεν κίνδυνος καὶ ἀμφίκρημνος ὄλισθος. τό τε γὰρ τοσοῦτον ἐγκαταλειφθῆναι λαὸν προστασίας ἄτερ ποι-

A ad aliquod uſque tempus venuſtiora quæque corrupit, & in terram proſtravit quæcumque eminebant. Mox vero & hominum corpora attigit. Verumtamen tolerabilis erat calamitas, licet eſſet admodum gravis; quoniam ad corpoream ſpectabat noxam, & corporum perniciem, quæ ad breve temporis ſpatium compinguntur & ſolvuntur paulo poſt. Jam vero & res adverſum animas ſeſe ſuperbe extulit, conaturque rectum pietatis ſermonem concutere. Nam una cum bellatoribus Latinis non pauci ejuſdem generis ſacerdotes in inſulam ingreſſi, eccleſias conturbarunt, & ad ſe cuncta divina pertrahere petulanter nituntur.

B Hinc legitimus & canonicus paſtorum primus, beatiſſimus Cypriorum archiepiſcopus, dominus Neophytus, a ſua ſede pulſus eſt; adſciticius autem quidam & peregrinæ linguæ homo, e Latinorum genere, in eodem throno inſidens, non alia ratione ſe permiſſurum aſſeverat, ut noſtri ſacrati homines, tum epiſcopi, tum cæteri, populum Romanum ſeu Græcum paſcant & doceant, niſi prius ſubjectionem illam eorum ſubierint, & adſtipulationes novo nothoque pontifici gratas præſtiterint: alioquin eos omnino ex inſula ejiciendos eſſe: adeo ut paſtoribus & doctoribus diſperſis, periculum ſit ne Chriſti grex in præcipitia & barathra divagetur.

C Atque hæc quidem jam a longo tempore divulgata fuerant, & ad aures mediocritatis noſtræ pervenerant. Nunc vero religioſiſſimus ſanctiſſimi epiſcopatus ſoleæ in Cypro, Leontius, & reverendus Monaſterii Apſinthiorum Præpoſitus, ſacer Monachus Leontius, ad noſtram miſſi mediocritatem, tum a ſuo beatiſſimo archiepiſcopo, tum a reliquis epiſcopis, nec non ab omni ſacro cœtu, ipſaque plebe, haſce ſynodice calamitates coram noſtra mediocritate retulerunt; hodieque in medium prodeuntes, ex legatione quæ ab illis demandata ſibi fuerant prolocuti ſunt. Nempe dixerunt, nequaquam a Latinis conceſſum eſſe domino Neophyto archiepiſcopo, ut ullo modo in inſula maneD ret; cum alter ille eorum archiepiſcopus nullatenus alium ſuſtineret audire archiepiſcopum. Unde penitus eum expulerunt. Et nunc per Orientis plagas oberrat.

Addiderunt *Legati*, quod epiſcopos ipſos cæteroſque ſacri ordinis ad ſubjectionem, Latinorum pontifex cogit, atque ea conditione pollicetur ſe iis permiſſurum habere epiſcopatus ſuos, ſacraque obire munia. Tum obſecraverunt, uti a nobis & ſacra fraternitate diſcerent quid agendum eſſet. Ajebant quippe, cunctorum Cypriorum animas per ſuam linguam adeſſe, & mediocritatis noſtræ genua amplecti, ſuppliciterque orare, ut ſalutis eorum curam ſuſcipiamus,

E nec regionem adeo amplam, & populoſam patrocinio deſtitutam relinquamus, ita ut eſuriat & ſitim patiatur, non defectu cibi & potus, ſed audiendi verbum Dei.

Iſta cum epiſcopus oraret ſupplex, & abbas obſecraret, rem mediocritas noſtra una cum ſacra fraternitate deliberandam propoſuit. Viſumque eſt duplex utrimque imminere periculum, & caſum ex utraque parte præcipitem. Tantum enim populum abſque pa-

ANNO CHRISTI 1222.

pastorali patrocinio deseri, quorum sanguis per Deum e manibus pastorum requirendus est, peccatum est ingenti censura condemnandum: Latinorum autem voluntati cedere, & cum schismaticis consensionis facere foedus, dissonum videtur a canonum rigore, alienumque ab ecclesiasticis consuetudinibus. Erat igitur anceps disceptatio, & ad alterutrum propensio dubia. Verum postquam & mediocritas nostra & sacra fraternitas multas volutavit considerationes, demum censuit mediocritas nostra, ipsam speciem subjectionis quam Latini postulabant proferri ad synodum debere. Unde cohortata est episcopum & abbatem, ut spiritaliter cum veritate explicarent quænam illa essent, quæ a Latinis postularentur.

Responderunt illi tria hæc Latinos inevitabiliter requirere: *primum*, manus manibus immittere, sacerdotales sacerdotalibus, nostros Latinis: hoc namque esse infestis tutam cautionem, servilis in negotiis demissionis: secundum; ut Romanus ad sacerdotalem honorem provehendus, post electionem a popularibus suis factam, sive in episcopum promoveatur, sive ad aliam ordinationem, vel & Monachalem præfecturam assumptus fuerit, nullus omnino absque Latini notitia constituatur in dignitate ad se pertinente. Id porro Latinos propter turpe lucrum dumtaxat expetere contestati sunt. Tertium ad hæc adjecerunt; ut Græci a suis quidem episcopis, cum necesse fuerit, judicentur; si quis tamen e judicatis forsan voluerit ad Latinorum archiepiscopum provocare, tamquam oppressus videlicet, seu clericus seu laicus sit, ab illo controversia discutiatur. Super his mediocritas nostra post disquisitionem una cum fratrum congregatione, & inchoato definitivo decreto, nec non ea quæ visa sunt declarans, hunc in modum pronunciavit.

Omnes sacros canones, cunctas traditiones divinas, universos venerabiles piissimæ nostræ ecclesiæ ritus amplecti & servare illæsos ac inviolatos, jam sanximus tam manu quam lingua, adhucque sancimus, Christi gratiæ confisi. Ita siquidem & scripsimus & confessi sumus, tum singulis diebus pro iis decertamus, atque oramus, ut manus pariter & vox Jacobi Patriarchæ, consistant, qui etiam antequam nasceretur, a Deo dilectus est. Verumtamen ubi nulla injicitur abdicatio canonum, traditionum, rituum, ipsius fidei, si quid episcopi Cyprii ex industria & citra ecclesiæ Christi offensionem potuerint exsequi, atque ex eo quod videbuntur delabi, per id ecclesias suas revera decidentes, suffulserint, liberaverintque ab animæ perniciosa contritione quæ intentatur; in hac ego œconomia seu dispensatione veniam dandam arbitror, aut ut verius dicatur in hac simulatione; & culpæ immunes reputabuntur; ut qui eo in negotio magnum Paulum patronum habeant.

Postquam igitur hoc pacto pronunciata fuit nostræ mediocritatis sententia, cum tunc temporis adesset non modica Constantinopoleos alumnorum pars, eaque tripliciter divisa; nempe in Clericos, in Monachos, in Laicos; quorum alii jam illinc

Θεῷ ἐκ τῆς τῶν ποιμαινόντων χειρὸς, μεγάλην τὴν εὐθύνην ἔχει τὸ κατάκριμα. καὶ τὸ ἐνδοῦναι δὲ θελήσει Λατινικῇ καὶ σχισματικοῖς συνθέσθαι καὶ σπείσασθαι, ἀπᾶδον τῇ τῶν κανόνων ἀκριβείᾳ δοκεῖ, καὶ ἐκκλησιαστικῶν ἐθίμων ἀλλότριον. ἦν οὖν ὁ λόγος ἀμφίβολος, καὶ ἡ πρὸς θάτερον νεῦσις, ἀμφισβητήσιμος. ὡς δὲ πολλοὺς ἥ τε μετριότης ἡμῶν καὶ ἡ ἱερὰ ἀδελφότης ἀνείλιττε λογισμοὺς, τέλος καὶ αὐτὸ τὸ εἶδος τῆς ἀπαιτουμένης παρὰ τῶν Λατίνων ὑποταγῆς συνοδικῶς ἡ μετριότης ἡμῶν, * χρωματισθῆναι διενοήσατο. ὅθεν παρεγγυήσατο τῷ ἐπισκόπῳ τε καὶ τῷ καθηγουμένῳ, πνευματικῶς διευκρινῆσαι μετ᾽ ἀληθείας, τίνα γε ἄρα τὰ παρὰ τῶν Λατίνων ἀπῃτημένα εἰσί.

*χρημ

Καὶ οὗτοι τρία ταῦτα ζητεῖν ἀπαραιτήτως ἔφασαν τοὺς Λατίνους. χεῖρας χερσὶν ἐμβαλεῖν, ἱερατικὰς ἱερατικαῖς, τὰς ἡμετέρας Λατινικαῖς. τοῦτο γὰρ εἶναι ταῖς ἐπηρεασταῖς ἐχέγγυον ἀσφαλὲς, δουλωτικῆς ἐν πράγμασιν ὑποκλίσεως. δεύτερον, τὸ τὸν μέλλοντα Ῥωμαῖον εἰς ἱερατικὴν προβαίνειν τιμὴν, μετὰ τὴν τῶν ὁμοφύλων ἐπιλογὴν, εἰς ἐπίσκοπον προβιβάζεται, εἴτε καὶ εἰς ἀλλοίαν χειροτονίαν ἢ καὶ ἡγουμενείαν ἐγκέκριται, μὴ δίχα τῆς τοῦ Λατίνου εἰδήσεως τῇ προσφόρῳ ἀξίᾳ ὁποιονδήτινα ἐγκαθίστασθαι. τοῦτο δὲ χάριν αἰσχροκερδείας καὶ μόνης ἀπαιτεῖν τοὺς Λατίνους διεμαρτύροντο. τρίτον ἐπὶ τούτοις ἐπήγαγον, τὸ τοὺς Ῥωμαίους κρίνεσθαι μὲν παρὰ τοῖς οἰκείοις ἐπισκόποις ὅτε δεήσειεν· εἰ δ᾽ ἴσως τις τῶν κρινομένων θελήσειε πρὸς τὸν ἀρχιεπίσκοπον τῶν Λατίνων, ὡς δῆθεν βαρυνόμενος ἐκκαλέσασθαι, εἴτε ἱερωμένος ἐστὶν, εἴτε λαϊκὸς, ἵνα παρ᾽ αὐτῷ ἡ ὑπόθεσις ἀνακρίνηται. ἐπὶ τούτοις ἡ μετριότης ἡμῶν συνδιασκεψαμένη μετὰ τῆς τῶν ἀδελφῶν ὁμηγύρεως, καὶ τῆς ἀποφαντικῆς ἀπαρχομένης ἀπαγγελίας καὶ τὰ δόξαντα διασαφοῦσα, οὕτως εἴρηκε.

Πάντας μὲν ἱεροὺς κανόνας, πάσας θείας παραδόσεις, πάντα σεβάσμια ἔθιμα τῆς καθ᾽ ἡμᾶς πανευσεβοῦς ἐκκλησίας, στέργειν καὶ φυλάττειν ἀπαράτρωτά τε καὶ ἀπαρεγχείρητα καὶ χειρὶ καὶ γλώττῃ διεβεβαιωσάμεθά τε καὶ εἰσέτι διαβεβαιούμεθα, τοῦ Χριστοῦ τῇ χάριτι πεποιθότες. καὶ γὰρ οὕτω καὶ ἐνεγραψάμεθα καὶ ὁμολογήσαμεν, καὶ καθ᾽ ἡμέραν ὑπὲρ τούτων πυκτεύομεν καὶ εὐχόμεθα, ὅπως αἵ τε χεῖρες, ἥ τε φωνὴ, τοῦ πατριάρχου εἶεν Ἰακὼβ, τοῦ καὶ πρὸ γενέσεως ἀγαπηθέντος ὑπὸ Θεοῦ. ὅπου δέ γε οὐκ ἐπισείεταί τις ἀθέτησις τῶν κανόνων, τῶν παραδόσεων, τῶν ἐθίμων, αὐτῆς τῆς πίστεως, εἴ τι πῶς εὐμεθόδως καὶ ἀπροσκόπως τῇ ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ μετελθεῖν δυνήσονται οἱ Κύπριοι ἐπίσκοποι, καθ᾽ τοῦ δοκεῖν ὑποπίπτειν, καταπιπτούσας ταῖς ἀληθείαις τὰς ἑαυτῶν ὑποστηρίξαιεν ἐκκλησίας, καὶ τῆς ἀπειλουμένης ψυχολέθρου συντριβῆς ἀπαλλάξαιεν, συγγνωστέον ἂν οἶμαι τῆς τοιαύτης οἰκονομίας, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ὑποκρίσεως, καὶ * ἀκαταιτίατον λογισθήσονται, τὸν μέγαν Παῦλον εἰς τοῦτο συνήγορον ἔχοντες.

* ἀκαταιτίατοι

Ἐπεὶ οὖν οὕτως ἡ τῆς ἡμῶν μετριότητος διάγνωσις ἀπηγγέλλετο, καὶ παρίστατο τηνικάδε πλῆθος οὐ μετρητὸν τῶν τῆς Κωνσταντίνου θρεμμάτων, τριχῆ ἦν δεδασμένον· εἰς κληρικοὺς, εἰς μονάζοντας, εἰς λαϊκούς· τῶν μὲν ἤδη καὶ δεδιωγμένων ἐκεῖθεν, καὶ μητέρα ταύτην τὴν Κωνσταντίνου

φυ-

ANNO CHRISTI 1222.

φημὶ μεμισηθέντων διὰ τὴν πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα τελείαν ἀγάπησιν καὶ ὁμολογίαν, ἱδρῶσι σεμνυομένων. τῶν δ᾽ αὖθις, ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον, ἐπὶ τὴν μητέρα ἀναστρεψάντων, καὶ ταῖς γηραιαῖς αὐτῆς καὶ πτωχικαῖς ἀγκάλαις καὶ ἔτι ἐνθαλπομένων. οἱ τοιοῦτοι τὴν καρδίαν ἐκζέσαντες ὑπὸ τῶν πυρανθράκων τοῦ ζήλου, καὶ πῦρ οἱονεὶ πνεύσαντες, τὸν λόγον σφοδρυνόμενοι, πρὸς ἡμᾶς ἀπετείνοντο.

fugati fuerant, atque odio habiti propter perfectam erga cœlestem patrem caritatem & confessionem, qui & sudoribus laboribusque suis decorabantur; alii rursus, tamquam *ablactatum*, ad matrem redierant, (matrem dico hanc Constantini urbem) adhucque anilibus & inopibus ejus ultnis confoventur. Hujusmodi homines corde ex ignitis zeli carbonibus fervidi, ac velut ignem spirantes, acri voce usi, in nos contendebant;

Λαμψάτω λέγοντες τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· μὴ μόνον ἐξ ἔργων, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ ἐκ τῶν λόγων αὐτῶν. καὶ σκοτεινὸν μηδὲν μὴ δὲ ἀσαφὲς ταῖς ὑμετέραις διαγνώσεσιν ἐγκρυπτέσθω. ἐμάθομεν ἀφ᾽ ὧν ἐπάθομεν, τὴν Λατινικὴν δολοπλοκίαν· ἡμεῖς ἀρκούντως αὐτοῖς συνεπλάκημεν, πολὺν ἀνετλήμεν κάματον, ἐγκαρτερήσαντες φυλακαῖς, τῆς ἐνεγκαμένης ἀπελαθέντες, ἐξυβρισθέντες εἰς τοῦτο πώγωνος σέμνωμα· κἀκ τούτων πάντων, τὰς αὐτῶν ῥᾳδιουργίας ἐκμεμελετήκαμεν ἀκριβῶς. Λατῖνοι ἄλλα μὲν βάζουσιν, ἄλλα δὲ ἐν φρεσὶ κεύθουσι. χερσὶ χεῖρας ἐμβαλεῖν ἀπαιτοῦσι τὰς ἡμετέρας ταῖς ἑαυτῶν, καὶ τοῦτο παντάπασιν ἀκαταιτίατον καὶ ἀνεπίληπτον ἰσχυρίζονται. τὸ δὲ, οὐδέν τι ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ᾽ ἢ πατροπαραδότου πίστεως προδοσία, καὶ χειραγωγία πρὸς ὑποταγὴν τῆς σφῶν ἐκκλησίας, καὶ εἰς πάνθ᾽ ὅσα τὰ τῆς γηραλαίας εἴθισται Ῥώμης παραληροφρονήματα.

Dicentes; Luceat lux vestra coram hominibus non solum ex operibus, sed & jam ex ipsis verbis; nihilque tenebrosum aut obscurum in vestris decretis occultetur. Ex iis quæ perpessi sumus, Latinorum fraudes didicimus. Nos abunde cum iis congressi sumus, multum laboris toleravimus, perdurantes in carceribus, a patria expulsi, in barbæ decus contumelia affecti; atque ex iis omnibus, plene illorum fallacias edocti sumus. Latini alia quidem loquuntur, alia vero in mentibus occulunt. Postulant ut manibus manus injiciantur, nostræ suis, idque omnino extra culpam & reprehensionem esse affeverant. Cum hoc nihil aliud sit, quam fidei a majoribus traditæ proditio, & manuductio ad obedientiam illorum ecclesiæ exhibendam, atque ad omnia plane deliramenta, quæ in senili Roma usurpantur.

Οἷα γὰρ ἀεὶ πολέμοις ἀναστρεφόμενοι, καὶ καθαρῶς τυγχάνοντες ἀριμάνιοι πάντες ὁμοῦ λαϊκοί τε καὶ ἱερεῖς αὐτῶν, καὶ ἔθιμα τῶν πολέμων ἠκριβωθέντες, καὶ τοῦτ᾽ αὐτὸ τὸ διδόναι χεῖρας, σημεῖον ἥττης καὶ παντελοῦς δουλωσύνης νομίζουσιν ὡς ἐν ταῖς μάχαις εἰώθασιν οἱ ἁλισκόμενοι δρᾶν. παρακαλοῦμεν οὖν ἐντεθῆναι ῥητῶς ταῖς συνοδικαῖς διαγνώσεσι, καὶ τὸ μὴ δὲ χεῖρας δοῦναι τοῖς Ἰταλοῖς τοὺς Κυπρίους. εἰ καὶ τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἀμνημόνευτον παρατεθεώρηται τοῦτο. εἰ γὰρ μὴ οὕτω γενήσεται, κίνδυνος προφανὴς τὴν τετράγωνον καὶ στερεὰν καὶ δίχα ψόγου τῶν πρὸ σοῦ ἀρχιερέων οἰκοδομὴν ἄρτι καταπεσεῖν, ἣν ἐκεῖνοι συχνοῖς ἱδρῶσι καὶ ἐργομοχθίαις μακραῖς ἀνεδείμαντο, ἐπερείδοντες καθεκάστην ἡμᾶς ταῖς νουθεσίαις αὐτῶν, καὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων ἑδράζοντες, καὶ μὴ δεδοικέναι τοὺς τῶν πειρασμῶν ποταμοὺς μὴ δὲ τοὺς ἀνέμους ὑποτιθέμενοι.

Nam, utpote semper in bellis versati, quique sint plane Martii cuncti, laici simul & sacerdotes eorum, atque bellorum instituta probe noverint, id ipsum, tradere manus, censent esse signum devictionis & omnimodæ servitutis; quemadmodum in prælus ii facere solent qui superati fuerunt. Hortamur ergo ut synodicis decretis hoc etiam expresse inseratur, ne Italis Cyprii manus tradant; licet res non digna visa fuerit, cujus per sacros canones mentio fieret. Nam nisi ita fiat, apertum periculum est, ut mox concidat quadrangulum firmumque ac irreprehensibile pontificum, qui te præcesserunt, ædificium, quod illi permultis sudoribus longisque operum laboribus construxerunt, quotidie suis nos firmantes monitis, & super Apostolorum fundamentum stabilientes, neve tentationum fluvios ac ventos timeremus adhortati.

Ταῦτα τοῦ παρεστηκότος φιλοσεβεστάτου λαοῦ θερμῷ τῷ ζήλῳ πρὸς τὴν ἡμῶν ἀποτεινομένου μετριότητα προκαθημένην συνοδικῶς, ἡ μετριότης ἡμῶν συνιδοῦσα, ὡς ἐνταῦθα ὁ τῆς οἰκονομίας λόγος οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον θόρυβος γίνεται. καὶ ὡς οὐ μόνον οὐκ εὐθυπλοεῖ αὕτη πρὸς τὴν περιώνυμον Κύπρον ναυαγοῦσαν ἤδη διασώσασθαι, ἐνδιδοῦσα τὸν πόδα κατὰ νόμους ναυτιλικοὺς, καὶ τὸ ἱστίον βάπτον ἀποκενοῦσα. ἀλλά γε δὴ καὶ τοὺς τῆς οἰκείας * φροντίδος ἐπιβάτας στασιαστὰς ἐργάζεσθαι κινδυνεύει. καὶ ὡς μὴ ἀρκούντων εἰς κάκωσιν τῶν ἔξωθεν πειρατῶν, καὶ αὐτοὺς καθ᾽ ἑαυτῶν ἐκπολεμῶσαι τοὺς συμπλωτῆρας φόβος οὐκ ἀξυμφανής. πρὸς τοὺς Κυπρίους ταῦτα ἐξεῖπε. Παῦλος τὸ τοῦ Χριστοῦ στόμα, διὰ τοῦ ἐμοῦ στόματος γνωμοδοτεῖ, καὶ πρὸς τὴν ὑμῶν ἐρώτησιν ταυτὶ ἀποκρίνεται. παρακαλῶ ὑμᾶς ἀδελφοὶ, σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχὴν ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε ποιοῦντας, καὶ ἐκκλίνατε ἀπ᾽ αὐτῶν. οἱ γὰρ

* φορτίδος

Quæ cum adstans piissima plebs, fervido zelo prosequeretur ad nostram mediocritatem synodo præsidentem, conspiciens mediocritas nostra, quod hic oeconomiæ ratio juvaret nihil, sed magis fieret tumultus; quodque non modo non recta ipsa ad servandam percelebrem Cyprum jam naufragium facientem, tenderet, dum, juxta nauticas leges, pedem refert, velumque intinctum laxat; etiam periculum esset, ne propriæ navis vectores compelleret ad seditionem; quasi ad seditionem, quasi ad vexationem non sufficerent externi piratæ, aperte metuendum esset, ne ipsos inter se committeret navigationis socios; hæc ad Cyprios prolocuta est: Christi os Paulus, per os meum profert sententiam, atque ad interrogationem vestram, ista respondet; *Rogo vos, fratres, ut observetis eos qui dissensiones & offendicula, præter doctrinam quam vos didicistis,* fa-

ANNO CHRISTI 1222.

faciunt & declinante, ab illis. Hujusmodi enim Christo Domino non serviunt, sed suæ nequitiæ; & per dulces sermones & benedictiones seducunt cor da innocentium. Nobis omnino sufficit hæc defensio, & ad interrogationem aptissime se habet, abundeque potest id quod utile futurum est edocere.

Vos autem, o fratres in Christo Cyprii, imitatores sitis Constantinopolitanæ ecclesiæ; hujus pastores imitentur qui Cypri pastores sunt; sermonum fistula indesinenter insufflantes, & allicientes canticis adhortatoriis & salutaribus. Cyprii greges, Constantinopoleos pecora æmulentur. Hæc quippe longo intervallo a pastoribus dissita, cum immanibus lupis communem pastum habentia capillatum barbæ ornamentum detonsa, & carnibus concisa, fidei sigillum ab insidiis tutum servarunt, lupos que frustra hiantes arguerunt. Quod si ex iis nonnulli, perpauci numero, alicujus scabiei, vel etiam rabiosi morsus participes fuerint, verum ad *resinam in Galaat*, & ad spiritales hujusce loci medicos accurrerunt; per quos & ad pristinam redierunt sanitatem, non minorem, ac illæsi invulneratique laudem ipsi quoque consecuti, ob suæ infirmitatis agnitionem, & quod velociter medelam quæsierint.

Itaque si etiam contigerit, ut pastores Cyprii cum lupis congressi, & pro ovilibus suis pugnantes, eorumque salutis curam gerentes, nonnihil labascant, paullumque cedant, quod absit, hortamur eos, ne statim in desperationem incidant, neve salutis spem abjiciant, neque iniquitatem iniquitati adjungant, & in deterius progressum apprehendant, misceantur cum gentibus, earumque discant opera; sed confestim a lapsu erigant sese, & ad medicum recurrant. Atque hæc quidem ad hunc modum.

Cæterum quod spectat ad duo alia capita; videlicet, Ne citra Latinorum notitiam quilibet in congrua sibi dignitate spiritali constituatur, & ne Romani sive clerici sive laici prohibeantur ad Latinos appellare, in contentionibus vehementiorum negotiorum, si putaverint se a gentis suæ judicibus injuria affici; ea nostræ mediocritati videntur indifferentia, aperteque ob solam turpis lucri comparationem a Latinis requisita. Non parvus enim illis inde quæstus exhibetur. Atque mediocritas nostra hoc Cypriorum pastoribus consilium dat, ut in quibuscumque Latini pervicaces contentiosique apparebunt, cupiditate capturæ ac emolumenti, in iis cedant, nec ipsis obluctentur. Est quippe res laude digna corporali detrimento lucrum animæ comparare; quemadmodum cum æreis compensare aurea. Forsitan enim postquam manus pecuniis repleverint, eos absolvent a petita manuum traditione; illorumque manibus pondere depressis, hisce licebit sanctas manus elevare ad Deum, & absque ullo astu & præjudicio sacra celebrare mysteria.

Ista desumpta e diurnis synodorum annotationibus, & per subscriptionem sigillumque reverendissimi sanctissimæ Dei magnæ ecclesiæ Chartophylacis Theodori Stilbe confirmata, data sunt mense, & indictione supra scriptis, anno 6731.

A τοιοῦτοι, τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κακίᾳ. καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας, ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. ἀρκῶσα πάντως ἡμῖν ἡ ἀπολογία, καὶ ἁρμοδιωτάτως πρὸς τὴν ἐρώτησιν, καὶ ἱκανῶς ἔχουσα τὸ συνοῖσον ἀναδιδάξαι.

Ὑμεῖς δὲ ὦ κατὰ Χριστὸν ἀδελφοὶ Κύπριοι, μιμηταὶ γίνεσθε τῆς τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας. τοὺς αὐτῆς ποιμένας, οἱ τῆς Κύπρου ποιμένες μιμείσθωσαν. τῇ τῶν λόγων ἀπαύστως ἐμπνέοντες σύριγγι, καὶ ἀνακλητικὸν ἐπᾴδοντες καὶ σωτήριον. τὰ Κύπρια ποίμνια, * τῆς τῶν Κωνσταντίνου ζηλούτωσαν θρεμμάτων. καὶ γὰρ ταῦτα τοῖς μακροῖς ὅροις τῶν ποιμένων διεστηκότα, καὶ λύκοις δεινοῖς συμβοσκόμενα, καὶ τὸ τετριχωμένον τοῦ B πώγωνος κειρόμενα κόσμημα, καὶ κρεουργούμενα, ἀνεπιβούλευτον τὴν σφραγῖδα τῆς πίστεως διεφυλάξαντο, καὶ τοὺς λύκους χανόντας μάτην ἀπήλεγξαν. εἰ δὲ καὶ τίνες ἐξ αὐτῶν σφόδρα ὀλίγοι ψώρας τινὸς μετέχον, εἰ καὶ λυσσώδους τοῦ δήγματος, ἀλλὰ ταχέως πρὸς * τὴν ἐν Γαλαὰδ καὶ τοὺς ἐν τῷδε τόπῳ πνευματικοὺς ἀκέστορας * ὑπαινίττεται. παρ᾽ ὧν καὶ πρὸς τὴν προτέραν ἐπανῆλθον ὑγίειαν. οὐκ ἔλαττον τῶν ἀβλήτων καὶ ἀτραυματίστων καὶ οὗτοι ἐπαινεθέντες, διὰ τὴν τῆς οἰκείας ἀσθενείας ἐπίγνωσιν, καὶ τὸ ζητῆσαι ταχέως τὴν ἴασιν.

Καὶ τοὺς Κυπρίους τοιγαροῦν ποιμένας, εἰ συμβήσεται τοῖς λύκοις συμπλεκομένους, καὶ τῶν οἰκείων ὑπερμαχοῦντας ποιμνίων, καὶ τῆς αὐτῶν C φροντίζοντας σωτηρίας, ὑποκλάσαι τι καὶ ὑπενδοῦναι μικρὸν, ὅπερ ἀπείη, παρακαλοῦμεν μὴ εἰς ἀπόγνωσιν εὐθὺς ἐμπεσεῖν. μὴ δὲ ἀπελπίσαι τὴν σωτηρίαν, μὴ δὲ ἀνομίαν ἐπὶ τὴν ἀνομίαν προσθεῖναι, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀσπάσασθαι προκοπὴν, καὶ μιγῆναι τοῖς ἔθνεσι, καὶ μαθεῖν τὰ ἔργα αὐτῶν· ἀλλ᾽ εὐθὺς ἀνανεῦσαι τοῦ πτώματος: καὶ πρὸς τὸν ἰατρὸν ἐπαναδραμεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως.

Τὰ μὲν τοι ἕτερα δύο κεφάλαια. τὸ μὴ δίχα δηλαδὴ τῆς τῶν Λατίνων εἰδήσεως, τῇ προσφόρῳ πνευματικῇ ἀξίᾳ ὁποιονδήτινα ἐγκαθίστασθαι. καὶ τὸ μὴ κωλύεσθαι τοὺς Ῥωμαίους, εἴτε ἱερωμένοι εἰσὶν εἴτε λαϊκοὶ, ἐγκλητεύειν πρὸς τοὺς Λατίνους, ἐν ταῖς περὶ βιαιοτέρων πραγμάτων D φιλονεικείαις οἰομένους παρὰ τῶν ὁμογλώσσων κριτῶν ἀδικεῖσθαι. ἀδιάφορα δοκεῖ τῇ ἡμῶν μετριότητι, καὶ διὰ μόνην φανερῶς αἰσχροκέρδειαν τοῖς Λατίνοις ζητούμενα. οὐ μικρὸς γὰρ ἐντεῦθεν αὐτοῖς ὁ χρηματισμὸς ἀναφαίνεται. καὶ ἡ ἡμῶν μετριότης συμβουλεύει τοῖς τῶν Κυπρίων ποιμέσιν, ἐν ὅσοις ἐνστατικοί τινες καὶ φιλόνεικοι φαίνονται οἱ Λατῖνοι ἐφέσει λημματισμῶν, ἐνδιδόναι τούτοις, καὶ μὴ ἀνθίστασθαι. ἐπαινετὸν γὰρ σωματικῆς ζημίας, ψυχικὸν ἀλλάττεσθαι κέρδος. καθάπερ καὶ τὸ χαλκέων ἀνταμείβεσθαι χρύσεα. ἴσως γὰρ πληρώσαντες χρημάτων τὰς χεῖρας, ἀπολύσουσι τούτους τοῦ τῆς χειροδοσίας ζητήματος. κἀκείνων κατασπασθεισῶν κάτω τῷ βάρει, ἐξέσται αὐτοῖς ὁσίας χεῖρας ἐπαίρειν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ δίχα E σκινδαλμοῦ τινὸς καὶ προκρίματος, τὰ τῆς ἱεροτελεστίας ἀποπληροῦν.

Ταῦτα παρεκβληθέντα ἀπὸ τῶν ἡμερησίων * συνόδων παρασημειώσεων, καὶ τῇ * γραφῇ καὶ σφραγῖδι τοῦ τιμιωτάτου χαρτοφύλακος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας Θεοδώρου τοῦ Στιλβῆ βεβαιωθέντα, ἐπεδόθη μηνὶ καὶ ἐπινεμήσει * τῆς προγεγραμμένης, ἔτους ςψλά.

ANNO CHRISTI 1222.

* τῶν τῆς
* ῥητίνην
* ὑπανίσαντα
* συνοδικῶν
* ὑπογραφῇ
* τοῖς προγεγραμμένοις

ANI-

ANICIENSE CONCILIUM

In causa Electensium Monachorum de hæresi accusatorum,

Anno 1222. *habitum*.

An. 1222. Electensis in diœcesi Narbonensi abbas Roso hæresis suspicionem incurrerat; cujus judicandi causa Conradus Portuensis episcopus A. S. L. concilium indixit Anicium. Extant indictionis hujus literæ in Gallia Christiana nov. edit. tom. VI. pag. 110. in append. ex qua hic describo. Quanquam vero non constat ibi concilium literis illis indictum reipsa convenisse; illud tamen ea de causa habitum discimus ex epistola ejusdem Conradi ad capitulum Narbonense, aliisque ejus ad Honorium III. literis, in quibus postremis Electensem abbatem anathemati tradidisse se, & monasterium ipsum capitulo Narbonensi concessisse *de consilio plurium prælatorum sibi adsistentium*, affirmat. Cum vero nihil dicat de loco habiti concilii, nonnisi per conjecturam, certe non inanem, Anicium assigno. Habent ex his lectores concilii causam, habent & locum; nunc vero dare juvat literas Conradi de concilii indictione, & utramque ejus tum ad capitulum Narbonense, cum ad Honorium pontificem epistolam. Porro ex literis Honorii, ibidem in Gallia Christiana relatis, acta omnia in ea Electensi causa pontificem rata habuisse constat; nec nisi ab Honorii successore Gregorio IX. Monachos jure postliminii restitutos ex literis Gregorii, ibidem pariter legendis, discimus.

CONRADI PORTUENSIS EPISCOPI

A. S. L.
epistola ad Capitulum Narbonense, ut ad synodum Aniciensem ablegatos suos mittant.

C. Miseratione divina Portuensis & sanctæ Rufinæ episcopus, apostolicæ sedis legatus, dilecto in Christo capitulo Narbonensi salutem in Christo Jesu. Auctoritate legationis, qua fungimur, vobis mandamus, quatenus mittatis nobis aliquos vestrum pro universitate capituli apud Anicium octavo calendas Augusti, ubi sumus cum prælatis colloquium habituri: ibidem enim, Deo dante, ordinabimus de abbatia Electensi ad honorem Dei, & utilitatem ecclesiæ Narbonensis: tibi vero Ysarno de Conchis mandamus, quod decreta * nostra quæ habet scriptor apud Narbonam nobis afferas; quidquid enim ibi tradideris, tibi reddemus in continenti. Datum apud Divionem octavo calendas Julii.

vestra

CONRADUS PORTUENSIS EPISCOPUS

tradit monasterium Electi capitulo Narbonensi.

C. Miseratione divina Portuensis & S. Rufinæ episcopus, apostolicæ sedis legatus, carissimæ in Christo universitati capituli majoris ecclesiæ Narbon. salutem in Christo Jesu. Nisi funestissima proditorum negotii fides & pacis scelera ibi potissimum graviore pena plecterentur, ubi multis grassantibus opus est exemplo; profecto ecclesia Dei, quæ dudum etiam plerisque columnis suis nutantibus in partibus Albigen. est B concussa, ita in horrendum præcipicium corruisset, ut vix aut nunquam sub diluvio tam inundantiam infidelitatum, scelerum & proditionum adjicere posset ut resurgeret aut vigeret; per quod rationis suadela perorat ut tanto in prædicto negotio bene meriti sint ampliore remuneratione donandi, quanto pro fide Christi indefesse & constantius se variis jacturis & periculis exposuerunt, quatinus ceteros & pena terrens a malivolo proposito revocet, & beneficia demulcentia alios provocent ad ea quæ expediunt negotio memorato. Cum igitur Boso quondam abbas Electensis inveteratus dierum ma-C lorum cum quibusdam monachis suis in nerviculos testiculorum Leviathan perplexis villam Electensem inimicis Christi machinatione prodiderit inaudita, arma portantes usque in hodiernam diem contra ecclesiam Dei; ita etiam quod idem Boso hereticos induxerit hodie in eadem villa publice prædicantes; nos illos pestiferos, non monachos, sed demoniacos solemniter degradatos tradidimus Satanæ tanquam proditori Judæ in sceleribus adæquatos; statuentes ut de cetero a villa prædicta monachi perpetuo excludantur, & quia vos viriliter & plena devotione in negotio præstititis prædicto, multa damna, injurias & pericula hilariter D perferentes; sed & quia nihilominus tota universitas tam civitatis quam burgi Narbonensis multum efficaciter in eodem & pro eodem negotio laboravit; monasterium Electense cum omnibus suis pertinentiis vobis subjicimus, concedimus & conferimus cum tota ipsa villa Electensi, & pertinentiis ejusdem villæ, reservata vobis plene & integre ordinatione in monasterio & villa prædictis facienda de clericis & capellanis ac dignitatibus loco monachorum ejectorum; & nihilominus de consensu capituli vestri, reservato nobis ut possimus ordinare ea quæ vidimus expedire ad utilitatem & honorem capituli vestri de proventibus & redditibus E monasterii & villæ prædictorum, eo quod vos sitis pauperes, redditibus non abundantes, & pro negotio memorato exhausti. Hanc igitur collationem liberaliter a nobis facta suscipiatis præsentis scripti patrocinio & sigilli nostri munimine roboratam. Si quis autem huic collationi nostræ liberaliter factæ a nobis contraire præsumpserit, indignationem Dei omnipotentis, & nostram, necnon & excommunicationis sententiam,

nisi

ANNO CHRISTI 1222.

nisi monitus desistere valuerit, se noverit incurrisse. Datum apud Saviniacum anno Domini MCCXXII. XVI. cal. Octob.

EPISTOLA CONRADI PORTUENSIS EPISCOPI AD HONORIUM PAPAM

de meritis ecclesiæ Narbonensis in causa Albigensium, & de collatione ipsi facta abbatiæ Electensis.

SAnctissimo in Christo patri & domino amantissimo H. altissima providentia summo Pont. C. ejusdem miseratione Portuensis & S. Rufinæ episcopus, devota sanctorum pedum & manuum oscula, cum salute. Inter omnes ecclesias sola Narbonensis fidelius, firmius & efficacius negotio fidei & pacis astitit; nulla pericula, nulla dispendia, dum in ipso laboraret negotio, præformidans; sed quibuscunque modis hucusque potuit, verbis & operibus se totam exhausit pro negotio Jesu Christi, & tanquam una de fortioribus basibus ecclesiæ Romanæ, onera, pondus & pressuras perseveranter & infatigabiliter supportavit; apostolicam sedem in suis legatis, & specialiter in persona nostra tot honoribus & commoditatibus præveniens, ut credi debeat eam potius esse Romanam quam Narbonensem. Cum enim inimicorum proditionibus invalescentibus nos turpiter, & ultra quam opinari potest, nefarie ejecerint Biterrenses, ita ut jam facti fuissemus profugi super terram, sola Narbona nobis humanitatis reclinatorium expandit, per eam usque ad eam vias maris ineuntes, non invenientes ut caput nostrum alibi reclinaremus. Nos igitur considerantes merita fere inrecompensibilia ecclesiæ Narbon. puduit nos eam remunerare juxta meritum non posse; præsertim quia in frustratione sui meriti aliæ ecclesiæ cito teperent, & in ejusdem remuneratione ad sanctæ matris ecclesiæ subsidium provocarentur; eo etiam flagrantiori desiderio & majoris pietate compassionis ad ejus remunerationem anhelamus, quo in majori patientia & hilariori exhibitione sua devotio radicata, in omnibus angustiis & oneribus suis nullatenus sustinuit murmur aut querimoniam resonare. Porro dum multi libraminis examine in ejus remunerationem incendemur, contulimus ecclesiæ Narbonensis capitulo monasterium Electense cum omnibus suis pertinentiis: nos enim de consilio plurium prælatorum tunc nobis assistentium degradavimus abbatem Electensem, & quosdam monachos complices suos solemni sententia & legitima lata contra eos tanquam in negotio fidei & pacis nefandissimos proditores & manifestos hereticorum fautores; & deinde per omnia nobis & ecclesiæ sanctæ Romanæ contumaces & rebelles: quia etiam religionis dissolutio deformiter & dudum regnaverat ibidem, & quia ecclesiæ Dei consultum esse videbatur, si posteritati dictorum sceleratorum damnationis perpetuum memoriale relinqueretur ad detestationem tantæ perversitatis & tantæ præsumptionis temeritatem refrenandam; non solum de generali potestate nobis injuncta, sed etiam de speciali auctoritate, quam nobis gratia vestra concessit, statuendum duximus ut de cetero capitulum Narbonense, in quod memoratum monasterium pleno jure transtulimus, per clericos ibidem rite ordinandos tam spiritualia quam temporalia ibidem faciant ministrari. Ad majorem autem cautelam, indulgentiam gratiæ vestræ præsentibus duximus inserendam in hæc verba:

HOnorius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri C. episcopo Portuensi apostolicæ sedis legato, salutem & apostolicam benedictionem. Cum in terra legationis tuæ multi sint, sicut accepimus, solo nomine regulares, per quorum perversitatem ecclesiæ in quibus consistunt, fere penitus in spiritualibus & temporalibus sunt collapsæ, collocandi eos in aliis locis ad pœnitentiam peragendam, ac ordinandi easdem ecclesias de personis regularibus, seu etiam secularibus, prout pensatis locorum & temporum circumstantiis videris expedire, liberam tibi concedimus auctoritate præsentium potestatem. Datum Viterbii idus Decembris pontificatus nostri anno quarto.

Sanctitatis igitur vestræ gratiam, quæ nunquam nobis defuit, semper profuit, una cum ecclesia nostra Narbonensi suppliciter exoramus, quatinus prædictas donationem & constitutionem nostram ratam habentes approbetis & confirmetis, ut per hoc humilium devotio sanctæ Romanæ ecclesiæ in suis negotiis fiat paratior ad obsequendum, & rebellium contemptus ex aliorum castigatione debita refrenetur. Ut autem salva pace vestra loquamur, opprobrio sempiterno nostram credimus confundi personam, si in hac nostra petitione nos, quod absit, contigerit pati repulsam. Mittimus autem ad pedes sanctitatis vestræ carissimos nobis in Christo viros discretos, fidelissimos negotii fidei & pacis zelatores, N. de Conchis archidiaconum, & Stephanum Johannini canonicum ecclesiæ Narbon. ut & nos & capitulum prædictum in prædictis aliis negotiis suis dignemini efficaciter exaudire: eorum siquidem absentia nobis & negotio Jesu Christi est damnosa, & præsentia plurimum fructuosa. Conservet vos Altissimus ecclesiæ tuæ sanctæ.

EJUSDEM CONRADI LITERÆ ENCYCLICÆ

Abbas Electensis & monachi propter crimen hæreseos a monasterio suo ejiciuntur, & in eorum locum ordinantur canonici duodecim.

COnradus miseratione divina Portuensis & S. Rufinæ episcopus, apostolicæ sedis legatus, universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ex injuncto nobis legationis officio circa ordinationem ecclesiarum quadam speciali prærogativa sumus omnimodis obligati; specialius tamen circa ecclesiam Electensem, quam propter delictum abbatis & monachorum

ANNO CHRISTI 1223.

rum, qui relicta sinceritate fidei Christianæ hereticis & eorum fautoribus adhæserunt, contulimus juribus & pertinentiis suis dominio & jurisdictioni spirituali & temporali ecclesiæ Narbonensis perpetuo possidendam, quam ipsam circa negotium pacis & fidei semper firmam & stabilem invenimus ac devotam: quam collationem domnus papa Honorius postmodum confirmavit. Ad honorem igitur sanctæ & individuæ Trinitatis, & sanctæ Romanæ ecclesiæ ita duximus ordinandum. Volumus & statuimus, ut de cetero in ipsa ecclesia Electensi sint duodecim canonici continue residentes, videlicet sex presbyteri, duo diacones, duo subdiaconi, & duo acolithi, quorum quilibet decem libras Melgoriensium, modo currentium, pro victu & vestitu percipiat annuatim, quos præcipimus & mandamus in una domo comedere, & in uno dormitorio jacere, & habitare infra claustrum præfatæ domus, & habere hortum & viridarium quondam monachorum. Statuimus etiam, ut quicunque fuerit archidiaconus Narbonensis sit præpositus ipsius ecclesiæ, & præsideat in omnibus spiritualibus & temporalibus, & habeat pro beneficio quidquid ex jurisdictione villæ Electensis & aliarum villarum ad eandem ecclesiam pertinentium obvenerit; institutionem canonicorum & correctionem habeat ipse præpositus, obedientiam & reverentiam faciant dicti canonici præposito memorato; vacante vero præpositura casu quolibet contingente, archidiaconus Redensis, A qui pro tempore fuerit, ipsam præposituram regat, teneat & conservet, quousque fiat archidiaconus in ecclesia Narbonensi, ut sic de cetero sint viginti, & percipiant omnes redditus, proventus & obventiones quascunque poterunt ex eadem ecclesia Electensi & ejus appendiciis; exceptis prænominatis beneficiis & redditibus duodecim canonicorum & præpositi, & eos æqualiter dividant inter se: archidiaconus tamen duplicem recipiat portionem; excipimus etiam centum libras prædictæ monetæ, quas volumus cellarium sancti Justi habere, de quibus dabit quadraginta solidos annuatim unicuique hebdomadariorum institutorum ab archiepiscopo vel capitulo: volumus etiam ut ex B prænominatis duodecim constituatur unus sacrista, qui oblationes & mortuaria recipiat, et medietatem habeat ad incensum, pulsationem campanarum, et luminaria ecclesiæ procuranda; aliam medietatem alii duodecim æqualiter dividant inter se. Item statuimus, ut archidiaconus de consilio capituli S. Justi constituat bajulos et familiam in prænominata ecclesia Electensi, et prioratibus, et villis ad ipsam pertinentibus, secundum quod viderit expedire. Ad majorem autem istius ordinationis firmitatem sigillum nostrum apponi fecimus, contradicentes, si qui fuerint, vel rebelles, excommunicationis sententiæ supponentes. Actum anno Domini MCCXXIII. secundo nonas Octobris apud Viennam.

AD CONCILIUM PARISIENSE

In causa Albigensium

Anno 1223. habitum

A D D I T I O.

An. 1223. AD concilium hoc Parisiense, quo jure nescio, refert Labbeus epistolam Conradi Portuensis apostolicæ sedis legati, qua archiepiscopos cæterosque Galliarum præsules ad concilium Senonas invitat. Forte tamen postea variatum est in loco, ac pro Senonensi Parisiensis urbs substituta est. Cum vero epistolam eandem multo correctiorem dederit Martene Anecdot. to. I. pag. 901. insertam in literis Theobaldi archiepiscopi Rotomagensis, quibus provinciæ suæ præsules ad idem Senonense concilium invitat; ideo hic producendam, cum iisdem archiepiscopi literis, censeo. Hanc ipsam epistolam legimus in codice epistolarum E Gervasii abbatis Præmonstratensis dein Sagiensis episcopi, quem vulgavit Pater Carolus Ludovicus Hugo ejusdem ordinis Lotharingius in to. I. Monum. pag. 115. quanquam ibi Rotomagensis archiepiscopus scribitur G. nempe Gaufridus; cum Martene ac Parisius melius, ut opinor legerunt Th. *Theobaldus*, cujus nominis Rotomagensem præsulem anno 1222. et deinceps floruisse Sammarthani docent.

LITERÆ THEOBALDI

Archiepiscopi Rotomagensis ad suffraganeos, quibus mandatum Conradi Portuensis episcopi & S. A. L. significat, conveniendi Senonas adversus Bartholomeum Albigensium episcopum.

THomas Dei gratia Rotomagensis archiepiscopus, venerabilibus fratribus omnibus suffraganeis suis salutem, gratiam & honorem.

Litteras venerabilis patris C. Portuensis & sanctæ Rufinæ episcopi, apostolicæ sedis legati recepimus in hæc verba. Venerabilibus *fratribus* (*a*) Dei gratia archiepiscopo Rotomagensi & ejus suffraganeis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, capitulis in Rotomagensi provincia constitutis, C. ejusdem miseratione Portuensis & sanctæ Rufinæ episcopus, apostolicæ sedis legatus, salutem in Christo Jesu.

(a) Gerv. *patribus*

Dum pro sponsa veri crucifixi vestrum cogimur auxilium implorare, potius compellimur lacerari singultibus & plorare. Ecce enim

ANNO CHRISTI 1223.

enim derelicta est filia Sion sicut umbraculum in vinea, sicut tugurium in cucumerario, & sicut civitas quæ vastatur, dicere compellimur cum propheta: *nolite incumbere ut consolemini me super vastitate filiæ populi mei. Dies enim interfectionis est, conculcationis & fletuum.* Non est qui sustentet eum ex omnibus filiis quos genuit, & non est qui apprehendat manum ejus ex omnibus filiis quos nutrivit. Ecce annus retributionis judicii Sion. Possidet eam onocrotalus, ericius, & ibix. Ecce extenditur super eam mensura ut redigatur in nihilum & perpendiculum in desolatione. Ecce pro foribus in facie vestra lamiæ nudatis mammis catulos suos lactant, irruunt in Dominum servis videntibus & præsentibus, vispiliones & Isauri perfidiæ. Non est qui arripiat gladium ultionis, qui dirident sabbata nostra; & Dominum derelinquunt, blasphemantes sanctum Israel. Non est qui adstuat causam crucifixi, clamat propheta, sed Altissimus per prophetam: *surdi audite, cæci intuemini ad videndum.* Quis cæcus nisi servus meus, (*a*) nisi ad quem nuncios meos nisi? Quem non moveat quod Dagon erectus contra archam conculcat & confringit. Ecce quod vidimus (*b*) in finibus Brunarum, Croatiæ, & Dalmatiæ juxta Hungariam nationem, ut per antipapam moras antichristi de cetero breviores esse minime dubitetur, dum novus lucifer novæ arrogantiæ fellibus (*c*) intumescens, sedem suam contendit ponere in lateribus aquilonis, non tam ut sit similis altissimo apostolorum principis successori, quam ut ipsum cum universali ecclesia deprimat & annullet. Hinc est quod papa perfidiæ, qui maceriam vineæ Domini sabaoth jam pro magna parte dedit in direptionem, & singularis ferus vineam depascitur & conculcat: ad eum confluunt Albigenses, ut ad eorum consulta respondeat, ejus inhiantes doctrinis, & ejus damnati sectæ judicia complectentes. Iste satanas quemdam suæ perversitatis hominem usque in Agenum (*d*) dioecesim diffamavit, nomine Bartholomæum Carcassensem (*e*) Est enim de Carcassona oriundus, vices illius (*f*) agentem, ut illis corruptis partibus propinetur (*g*) uberius fel draconis in calice Babylonis. Cui Bartholomæo Uigorosus de Bathona (*h*) hæreticorum episcopus funestam exhibendo reverentiam, sedem & locum suum concessit in villa quæ dicitur * *Pojors* (*i*), & seipsum transtulit in

(a) *Addit Gervasius* & surdus
(b) *Gerv. ad.* loquimus *Hic incipiunt litera apud Labb. sed hinc inde detruncata*
(c) *Gerv.* follibus
(d) *Gerv.* Agensem
(e) *Gerv.* Cartes
(f) *Gerv. ad.* antipapæ
(g) *Gerv.* propinet
(h) *Gerv.* de Barcelona
* locus corruptus
(i) *Gerv.* Poreus

A partes Tholosanas. Iste Bartholomæus qui litterarum suarum undique discurrentium prius (*k*) salutationis alloquio seipsum intitulat in hunc modum, *Bartholomæus servus servorum hospitalis sanæ fidei tali salutem:* ipse etiam, quod est detestandum dictu & horrendum auditu, creat episcopos & ecclesias perfidiæ ordinare contendit. (*) Et inter has & alias enormitates nullus prosilit Mathathias, qui irruat in Judæum idolis sacrificantem: nullus Othoniel qui velit liberare Israel a jugo Cusaurachaim; (*l*) nullus accedit Sangar, qui vomere percutiat Philistæos; non est Gedeon qui liberet Israel de manu Madian. Ecce vir levites concidit in duodecim frusta uxorem quam acce-
B perat de Bethleem Juda, & mitit in terminos Israel. qua habitatores Gabaa turpiter sunt abusi: sed heu! filii Israel pariter non congregantur, ut hujus perpetratores flagitii persequantur: quæritur fides Jesu Christi, & non est qui apponat se murum pro domo Israel: non est qui ex adverso ascendat; & tandem sanguis proditorum (*m*) de manu negligentium requiretur. Hinc est quod monemus instantius, rogamus attentius, & per aspersionem sanguinis Jesu Christi propensius obsecramus a uctoritate domini papæ, qua fungimur in hac parte, districte præcipientes, quatenus veniatis Senonas in octava Apostolorum Petri & Pauli proxime futuri,
C ubi etiam alii prælati Franciæ, (*n*) favente Domino, congregabuntur, parati consilium dare super negotio prædicto Albigensium, & cum aliis qui ibidem aderunt providere, (*o*) alioquin inobedientiam vestram domno papæ curabimus significare.

Datum (*p*) Provin. VI. Nonas Junii. (*q*) Hujus authoritate mandati vobis mandamus prædicta die, Senonis personaliter intersitis. * Eccetis etiam eadem auctoritate omnes
D abbates, priores, decanos, archidiaconos, & capitula vestrarum dioecesum, ut ibidem conveniant eadem die attentius provisuri, ut negotium istud ita fideliter exequi studeatis, ne a Domino Jesu Christo, cujus fides in periculo constituta est, in districto examine propter hoc puniri debeatis, & ne a Domino papa possitis de negligentia seu inobedientia reprehendi. Datum anno gratiæ MCCXXIII. VI. Idus Julii.

ANNO CHRISTI 1223.
(k) *Ger.* Pi[...]
* *Hucusque litera in Lab. cætera usque ad* rogamus attentius *desunt.*
(l) *Ger.* Chusan. Rasathaim
(m) *Ger.* perditorum
(n) *Gerv.* futuri
(o *Ger. a*[...] super negotio Albigensium
(p) *Deest nomen in Ger. in Lab est* Planum
(q) *Ger. & Lab.* Julii
* accersatis

ERPHORDIENSE CONCILIUM

Anno 1223.

An. 1223. S*Igefridus Moguntinus archiepiscopus habuit concilium Erphordiæ in ecclesia B. Mariæ, & instituit, quod omne festum habens proprias laudes in novem lectionibus celebraretur.* Ita author chronici Sampetrini vulgati a Menken. rer. Germ. to. III. pag. 250.

AD

ANNO CHRISTI 1224. 1225.

AD MONTILIENSE CONCILIUM

Anni 1224.

ADDITIO.

In hoc Monspelienfi concilio datas non ambigo literas, quas hic refero ex Gall. Chrift. tom. II. pag. 423. append.

An. 1224. Raimundus affertur in Gal. Christ. t. II. p. 432. appen.

NOs R. * Dei gratia dux Narbon. comes Tolofæ, marchio Provinciæ, notum facimus præfentibus & futuris, quod in præfentia R. P. domini A. archiepifcopi Narbonenfis, & venerabilium dominorum epifcoporum, B. Biterrenfium & P. Ruthenenf. & abbatum Grandis-fylvæ, & Bellæ-perticæ, & Moyfiacenfis, & quorumdam aliorum, promifimus & conceffimus per bonam & firmam ftipulationem pro nobis & fucceffo-ribus noftris, & obligavimus nos corporaliter, præftito facramento, quod nos fervabimus, & obfervari perpetuo fideliter faciemus venerabili patri domino A. * Agennenfium epifcopo & Succefforibus fuis, omnia ea quæ in præfenti pagina inferius continentur: videlicet quia fæcularis juftitia civitatis Agennenfis & fuburbiorum, quæ ratione dominii habetur, dominium mutuum & quælibet obventiones quæ communiter a communitate villæ exhibebuntur, per medium inter nos & eundem dominum epifcopum a præpofitis ab ipfo & a nobis conftitutis fideliter dividantur. Pacis autem violatæ guagia * domnus epifcopus in terris & feudis fuis extra civitatem & fuburbia percipiemus integre & quiete. Si homines villarum, burgorum & caftrorum dominium & jurifdictionem ecclefiarum pertinentium pacem infregerint, guagia quæ pro violatione pacis ab eis habebuntur, inter dictum domnum epifcopum & nos communiter a ballivis fuis & noftris per medium dividantur; fi commune pro pace defendenda & emendis ablatorum faciendis in Agennenfi dioecefi colligatur, neuter altero in collectione, cuftodia vel expenfa majorem habebat poteftatem. Prædictas autem medietates juftitiarum, & monetam Agenni epifcopus tenebit a nobis in feudum; & in mutatione comitis feu epifcopi, tanquam domino jurabit epifcopus nobis & fuccefforibus noftris fidelitatem, falva in omnibus ecclefiæ Romanæ auctoritate, & dabit in commutatione comitis feu epifcopi accaptamentum in recognitione dominii unum hoftorium pro quo procurationem, quam ab eo requirebamus, remifimus; nos etiam jurabimus epifcopo, tamquam princeps, defenfionem & tutelam fibi & ecclefiis fuis in jure fuo & ecclefiarum fuarum exhibendam. Prædicta omnia conceffimus, & approbavimus, falvo in aliis nobis & ipfi & ecclefiis fuis tam in civitate quam extra plenius jure fuo. Et ut prædicta omnia plenam habeant firmitatem, figilli noftri munimine præfentes litteras fecimus roborari, & nos A. Dei gratia archiepifcopus Narbonenfis, B. Dei gratia Biterrenfis, & P. Rutenenfis epifcopi, & Helias Grandif-fylvæ, & ... Bellæ-perticæ & R. Moyfiac, abbates præfentem paginam in hujus rei teftimonium figillorum noftrorum appenfione fecimus communiri. Actum apud Montem-peffulanum, anno D. MCCXXIV. in vigilia beati Bartholomæi.

Arnaldo

Guaccia in guacia genus effe tributi notat Cangius v. Guaccia

AD CONCILIUM BITURICENSE

Pro variis difciplinæ capitibus, & in Albigenfium caufa

Anno 1225. *habitum*

ADDITIO.

An. 1225.

„ INter cætera, de quibus actum eft in Bituricenfi concilio, Romanus Card. A. S. L. admonuit Patres pontificem Romanum præbendas fingulas & alia id generis pofcere fibi folvendas ab ecclefiis collegatis aliifque. Bullam Honorii papæ id pofcentis, quam non dubito pro concilio lectam fuiffe, vulgavit Martene Anecd. tom. I. pag. 929. eamque, utpote ad hoc concilium pertinentem, huc transfero.

HONORII PAPÆ III. AD EPISCOPOS GALLIÆ.

Ex Mart. Anec. t. I. p. 929.

Petit ab eis unam præbendam in fingulis ecclefiis cathedralibus & collegiatis.

HOnorius &c. venerabilibus fratribus, archiepifcopis, epifcopis, & dilectis filiis univerfis ecclefiarum prælatis per regnum Franciæ conftitutis, falutem & apoftolicam benedictionem.

Super muros Jerufalem cuftodes pofiti, quanto eminentiorem fpeculam dignitatis attendimus, tanto in eminentiori debito follicitamur officii, ut vigilanti cuftodia nobis & aliis vigilemus; nobis quoque per meritum, aliis per exemplum, quatenus in confpectu Altiffimi confcientiæ puritas confervetur, & in facie propriæ famæ integritas non lædatur. Multum enim cedit ad commodum, ut & confcientiam fama non deferat, & famam confcientia contemni non exponat. Sed potius mutuis promoveantur fuffragiis, & mutuis fibi promotionibus fuffragentur:

ANNO CHRISTI 1225.

tur: propter quod in vestibus Aaron mala punica cum tintinnabulis dependebant. Porro dum attendimus, quid onus honoris exposcat, quid sarcina dignitatum desideret, multa nos cura sollicitat, multæ nos sollicitudinis urgemur instantia, qualiter Deo satisfaciamus & homini, & si non ut volumus & debemus, saltem prout permittimur & valemus. Sane multos multoties & audivimus & vidimus murmurantes propter expensas, quas venientes ad sedem apostolicam faciebant. Scimus autem quid ex talibus inferebat præsumtio detractorum, quid labia dolosa, quid lingua magniloqua præsumebant, cum nonnulli sermones in publico monstrantes, & mittentes periculosius jacula in occulto, Romanam niterentur mordere ecclesiam, parati non solum ea quæ vigor justitiæ, sed etiam quæ judicium æquitatis, nec non benignitatis gratia consummabat suis loquutionibus depravare; præsertim apud eos, qui aures prurientes habebant & graves & erectas ad malum. Illos quoque in talibus frequenter experti sumus ostendere, qui missi procurare negotia, dum ea quæ illis ad necessarias deputabantur expensas, suis voluptatibus applicabant, ad miserabile subsidium mendacii recurrentes, alienis moribus impinguebant, quod proprie defraudaverant. Quia vero in iis contra sedem apostolicam detractionis obrepebat occasio; & ecclesiis, & ecclesiarum prælatis, nec non & aliis videbatur imminere gravamen; cum fratribus nostris diligenter curavimus habere tractatum, quo studio, qua cautela, secundum Deum & hominem inveniremus in talibus salubrem provisionis effectum; & tandem, prout Domino placuit, communi & unanimi deliberatione consilii rem non novam, nec inexcogitatam a prædecessoribus nostris sumus aggressi, volentes, quod illi salubri consilio providerent efficaci opere consummare, videlicet ut ad opus sedis apostolicæ in singulis cathedralibus ecclesiis & aliis præbendalibus singulæ præbendæ reserventur, & interim donec id fiat, competentes in eis reditus assignentur. In monasteriis vero, & ceteris domibus regularibus, ac aliis collegiatis ecclesiis, nec non de bonis episcoporum secundum facultates suas constituantur certi reditus præbendas æquantes, quorum proventus in commune recepti tam in nostras, quam fratrum nostrorum necessitates, capellanorum, necnon cancellariæ, ostiariorum, aliorumque sedis apostolicæ officialium convertantur; ut sic & provideantur nostris in vitæ necessariis, & gratis omnibus omnia pro quibuscumque venientibus negotiis ministrentur, nec sit qui per se, vel per alium, expresse, vel tacite, aliquid exigat, vel etiam sponte oblata recipiat, præter villæ reditum consuetum. Quod si quis Gieziacus tantæ cupiditati animam audebit exponere, tantæ pœnæ duritiæ subjacebit, quod præter publicæ confusionis opprobrium, culpam in pœna cognoscet. Quis igitur frater gratiæ, quis devotionis filius, qui sponsi & sponsæ dilectus, ad hujusmodi statum ecclesiæ consilio & auxilio non assurget? An non licet, non decet, non expedit, ut sic filiæ dextram porrigant ad subsidia matris, quæ occupationibus multis & magnis involvitur pro necessitatibus filiorum? Nonne id quam plures ecclesiarum prælati magnique testimonii viri tempore generalis concilii suadebant? Nonne ad id toto videbantur desiderio aspirare? Tunc tamen sedes apostolica distulit, ne videretur ad hoc concilium evocasse. Ne igitur tam pii, tam sancti propositi consummatio retardetur, per quod crescere poterit decor ecclesiæ Dei, multaque subtrahi occasio detrahendi; universitatem vestram monemus, rogamus, & exhortamur in Domino per apostolica scripta vobis mandantes, quatenus ad executionem provisionis hujusmodi tam in cathedralibus, quam in aliis ecclesiis, ut dictum est, impendentes sic opere ut operam efficacem, quod interpetre facto monstretur quantum domus Dei vos decor alliciat, quantum sponsi & sponsæ amor accendat, quantum multorum relevatio moneat, quantumque utilitas generalis inducat. Ceterum cum ad relevanda ecclesiarum onera, & gravamina prælatorum, prout possumus, intendamus, de præbendis clericis Romanis, vel aliis a sede apostolica concessis duximus providendum, ut postquam fuerint supradicta completa, cum eos vacare contigerit, ad proprias ecclesias revertantur; ne si successive conferantur extraneis, sicut aliquando consuevit, filiis ecclesiarum, qui continuo servitio resident, redderentur inutiles, & voluntate quodammodo fierent alienæ.

Datum Lateranis V. Calendas Februarii, pontificatus nostri anno IX.

LONDINENSE CONCILIUM

In quo collatio quædam pecuniæ in Regis subsidium ecclesiasticis indicta est,

Anno 1225. *habitum.*

Ex VValt. Covent. Chron.

An. 1225. Ex Wilk. t. 1. p. 606.

IN purificatione beatæ Mariæ convocantur apud London. proceres Angliæ, ibique tractatu habito diffusiore cum clero & populo ibidem convocato, rex concessit libertates tam ecclesiæ quam regni, & forestæ, sicut chartæ suæ inde confectæ & singulis comitatibus liberatæ, plenius testantur; ibidemque concessa est domino regi a comitibus & baronibus & clero, & populo ibidem præsentibus XV. omnium mobilium, de communi assensu, præterquam de æquitaturis. Et ad hanc XV. fideliter solvendam obligati sunt per sententiam archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, comites, barones, & milites, universique alii & singuli utriusque sexus, præterquam de ordine Cisterciens. & Præmonstratens. Templar. & Hospitalar..... Archiepiscopus autem & epi-

ANNO CHRISTI 1225.

piscopi omnes excommunicaverunt in æstimatione XV. fraudem facientes, vel eam impedientes.

„ Res etiam hujus concilii ita narrat Matthæus Parisius ad An.1225. qui & Westmonasterii conventum hunc habitum indicat.

Anno Domini MCCXXV. Rex Henricus ad Natale tenuit curiam suam apud Westmonasterium, præsentibus clero & populo cum magnatibus regionis. Solennitate igitur, ut decebat, completa, Hubertus de Burgo, domini regis justitiarius, ex parte ejusdem regis proposuit coram archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, & aliis universis damna & injurias, quæ regi illata fuerant in partibus transmarinis; ex quibus non solum rex, sed & comites multi, ac barones sunt exhæredati cum ipso. Et cum multi sunt, in causa multorum subventio erit necessaria. Petiit ergo ab omnibus consilium pariter & auxilium, quibus corona Angliæ dignitates amissas, ac jura posset pristina revocare. Ad hoc quoque plene perficiendum regi sufficere credidit, si ei quintadecima pars omnium rerum mobilium totius regni Angliæ, tam a personis ecclesiasticis, quam a laicis donaretur. His in hunc modum prosecutis archiepiscopus & concio tota episcoporum, comitum, baronum, abbatum, & priorum, habita deliberatione regi dedere responsum, quod regis petitionibus gratanter acquiescerent, si illis diu petitas libertates concedere voluisset. Annuit itaque rex cupiditate ductus, quod petebant magnates; chartisque protinus conscriptis, & regis sigillo munitis, ad singulos Angliæ comitatus chartæ singulæ diriguntur. Et ad provincias illas, quæ in forestis sunt constitutæ, duæ chartæ sunt directæ; una scilicet de libertatibus communibus, & alteræ de libertatibus forestæ.

A

ADDITIO COLLECTORIS.

NOn dubito quin hoc ipso anno concilium aliud indictum fuerit Londinum, cujus indicationis literæ diem dominicam secundam post Pascha concilio illi habendo signant; literæ, inquam, habentur apud Wilkins pag.603. Cum tamen non satis constet utrum reipsa concilium illud convenerit; ideo ab iis afferendis supersedeo. Suspicor vero reipsa non coisse in unum episcopos, quod solvere regi auxilium pecuniarium, de quo agendum erat in eo concilio, inferiores diœcesis suæ clericos repugnantes nanciscerentur. Id constat ex actis ecclesiæ Sarum apud B eundem Wilkins ibidem legendis. Poscebat subsidium illud rex authoritate literarum Honorii papæ de quibus in concilio Londinensi ad annum 1226. licet enim Angliæ præsules quindenam sibi indixerint regi solvendam, præsentium necessitatum subsidium; sollicitandum tamen Honorium papam rex censuit, ut ejus authoritate aliquid forte ulterius sibi poscere liceret. Nisi reputemus antequam in concilium convenirent episcopi, regem id ab Honorio postulasse, ut ejus authoritas morosos, nec in solutionem illam inclinantes induceret. Nam Honorii literæ ad concilium Londinense producendæ, eo ipso tempore datæ sunt, quo C episcopi in concilium illud convenerunt. Forte igitur episcopi audita fama de subsidio a rege petendo, primo quidem se difficiles præbuerunt; quare ad eos urgendos rex pontificis literas procurabat. Dum ita res tractaretur Romæ, episcopi in Anglia convenientes tandem in regis voluntatem ivevunt, indicta quindena, de qua superius. Secundum hæc redditæ pontificis literæ in Anglia, iisdemque in rem suam Joannes rex usus est, ut morosos singularum ecclesiarum clericos cogeret ad solutionem. Res in annum sequentem extracta est, quo habitum constat concilium Londini, a me subjungendum.

ANNO CHRISTI 1225.

CONCILIUM PROVINCIALE SCOTICUM

In quo plura disciplinæ capita sancita sunt,

Anno 1225. habitum.

Ex chartular. Aberdonen. fol. 25. & Vet. Moravien. fol. II. in bibl. jurid. Edinburgh.

BULLA HONORII III. DE EODEM.

An. 1225. Extat ap. Wilkins tom. I. p. 607.

HOnorius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus universis episcopis regni Scotiæ, salutem & apostolicam benedictionem.

Quidam vestrum nuper auribus nostris intimaverunt, quod cum non haberetis archiepiscopum, cujus auctoritate possitis concilium provinciale celebrare, contingit in regno Scotiæ, quod est a sede apostolica tam remotum, statuta negligi concilii generalis, & enormia plurima committi, quæ remanent impunita. Cum autem provincialia concilia omitti non debeant, in quibus de corrigendis excessibus & moribus reformandis diligens est adhibendus cum Dei timore tractatus, ac canonicæ sunt relegendæ regulæ ac conservandæ, maxime quæ in eodem generali concilio sunt statutæ; per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus, cum metropolitanum noscamini non habere, auctoritate nostra provinciale concilium celebretis. Dat. apud Tyberim 14. Calend. Junii, pontificatus nostri anno IX.

Modus procedendi in concilio cleri Scoticani.

Primo induantur episcopi albis & amictis, cap-

ANNO CHRISTI 1225.

cappis, solennibus mitris, chirothecis, habentes in manibus baculos pastorales, abbates superpeliciis & cappis, mitrati cum mitris; decani & arcidiaconi in superpelliciis & almuciis et cappis. Alii vero clerici sint in honesto habitu & decenti. Deinde procedant duo ceroferarii; albis & amictis induti; cum cereis ardentibus ante diaconum, qui legat evangelium. Ego sum pastor, &c. quem comitetur subdiaconus, et petet diaconus benedictionem a conservatore, si præsens fuerit, vel ab antiquiore episcopo, si sit absens. Prælecto evangelio, obsculetur liber a conservatore, et singulis episcopis. Deinde incipiat conservator hymnum "Veni creator," et ad quemlibet versum incensetur altare ab episcopis. Quo facto, qui haberet dicere sermonem, accepta benedictione a conservatore, incipiat sermonem ad cornu altaris. Finito sermone, vocentur citati ad concilium, et absentes puniantur secundum statuta. Quibus statutis ibidem perlectis in publico, excommunicent episcopi secundum statuta, habentes singuli in manibus candelas.

Incipiunt statuta generalia ecclesiæ Scoticanæ. 1.

I.

Canones generalium conciliorum, ut Isidorus ait, a tempore Constantini imperatoris coeperunt, quibus sancta Romana ecclesia, fide catholica succrescente, et sancti patres in concilio Niceno convenientes, secundum fidem evangelicam et apostolicam certitudinem tradiderunt, inter cætera statuentes, sicut beatus Gregorius papa scribit, quod sicut sancti evangelii libros quatuor, sic quatuor concilia suscipiens venerari me fateor; Nicenum scilicet, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Calcedonense, in quibus hæreticæ pravitates, et fidei catholicæ impugnatores confundebantur, et religio christiana ad Dei laudem et omnium credentium salutem solidum recepit fundamentum: ex quo more per catholicorum principum provincias et regna salubriter institutum est, ut singulis annis provincialia concilia ad decorem domus Dei, et fidem catholicam firmiter observandam rite celebrentur. Cui mori felicis recordationis Honorius papa in ecclesia Scoticana consensum adhibuit specialem in hæc verba: Honorius episcopus, servus servorum Dei, &c. Auctoritate igitur Dei omnipotentis, & sacrorum canonum, ac sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ nos prælati ecclesiæ Scoticanæ concilium provinciale nostrorum prædecessorum more celebrantes, & laudabilem consuetudinem observantes, unanimi consensu statuimus & ordinamus, ut singulis annis singuli episcopi, & abbates, ac prioratuum priores in habitu solemni ad concilium celebrandum ad certum diem per conservatorem concilii sibi competenter præfigendum devote conveniant, ut per triduum, si necesse fuerit, in eodem concilio valeant pro necessitatibus divinis & ecclesiasticis commorari, & invocata Sancti Spiritus gratia, statum ecclesiasticum ibidem ad modum debitum & placentem Deo reformare. Si quis vero eorum canonica præditione fuerit impeditus, procuratorem vice sua sufficientem substituat. Non autem veniens personaliter, cum venire possit & noluerit, auctoritate concilii & arbitrio puniatur.

Quomodo conservator debeat legi.

II.

Statuimus etiam inprimis, ut quolibet anno verbum prædicationis cuilibet episcoporum, uni post alterum injungatur in proximo concilio, per se vel per alium proponendum, incipiendo ab episcopo sancti Andreæ; & quod unus episcoporum conservator statutorum concilii ordinetur de consilio reliquorum, qui de concilio ad concilium suo fungatur officio, ac manifestos & notorios ejusdem concilii, seu alicujus statuti in eodem violatores puniat, & ad debitam satisfactionem per censuram ecclesiasticam secundum juris exigentiam efficaciter compellat.

De fide catholica.

III.

Statuimus sacri approbatione concilii, ut prælati majores & minores fidem catholicam & apostolicam indubitanter teneant, & subditos suos utriusque sexus in articulis fidei diligenter instruant, monentes & inducentes parochianos suos, quod ipsi suis liberis eandem fidem exponant, & eos doceant fidem christianam observare.

Quod sacramenta ecclesiæ diligenter ministrentur.

IV.

Statuimus, quod sacramenta ecclesiastica cum devota reverentia in fide catholica celebrentur, sub certa forma a sanctis patribus & sacris scripturis tradita: 2 sub certis verbis catholice tradita, modis aliquibus immutare non liceat.

Quod ecclesiæ sufficienter ornentur.

V.

Adhæc statuimus, quod ecclesiæ ad modum facultatum ipsorum parochianorum & per ipsos parochianos, & cancella earum per ipsos rectores de lapidibus construantur, & postea consecrentur, & debitis ornamentis, libris, & vasis ornentur, & ad statum debitum reformentur.

De

1 Statuta hæc sub finem regni Scotorum regis Alexandri II. condita fuisse ex vetustate chartularii colligit clar. Rudimannus.

2 Deest *eum*

ANNO CHRISTI 1225.

De ecclesiis aedificandis.

VI.

Item statuimus, quod nulla ecclesia vel oratorium sine dioecesani consensu construatur, vel in constructis sine ejusdem consensu vel auctoritate divina officia aliqua temeritate celebrentur, quin potius secundum canones sacros profanentur.

De eodem.

VII.

Et quia praesens statutum minus plene in multis locis invenimus observatum, statuimus, ut quilibet nostrum in sua dioecesi diligenter * --- quo jure & qua auctoritate fuerunt constructae, quod si minus rationabiliter constructae fuerint, vel etiam imposterum construantur, secundum instituta canonica sint suspensae, proviso, quod cujuscunque auctoritate constructae fuerint capellae quaecumque, indemnitati in omnibus matricis ecclesiae sic prospiciatur, ut nullum ei praejudicium generetur, nec de oblationibus a privilegiatis alicubi aliquid recipiatur, nisi super hoc privilegium ordinario sufficiens exhibeatur: quod si aliqui contrarium fecerint, ipso jure sint suspensi.

Ne missae celebrentur in privatis locis sine licentia episcopi.

VIII.

Item nonnulli religiosi, & etiam alii, tam seculares quam ecclesiastici in privatis & inhonestis locis sibi faciunt divina celebrari, immo potius in scandalum totius ecclesiae profanari, ubi frequentius spurcitiae peccatorum committuntur, & animalia bruta commorantur, nulla petita licentia vel obtenta a locorum ordinariis, aut aliqua auctoritate exhibita. Quapropter ne de caetero hujusmodi fiant, sub poena suspensionis in personas, et interdicti in eadem loca, et etiam excommunicationis, si taliter delinquentes competenter moniti ab hujusmodi praesumptionibus non destiterint, firmiter inhibemus, volentes et statuentes, quod rectores ecclesiarum parochialium, et vicarii earundem, necnon etiam parochiales presbyteri hujusmodi sententias auctoritate concilii valeant in suis parochiis executioni debitae demandare.

De honestate clericorum.

XI.

Statuimus etiam, quod quaelibet ecclesia parochialis suum proprium habet rectorem aut vicarium, qui debitam curam animarum per se aut per alium idoneum ministrum de licentia sui dioecesani valeat exercere, et, quod iidem mundam et honestam ducant vitam, alioquin canonicae subjaceant ultioni.

A *Quod vicarii sufficientem habeant sustentationem.*

X.

Ad haec statuimus, ut vicarii ecclesiarum, sufficientem et honestam habeant sustentationem de proventibus ecclesiarum, quum qui altaribus deserviunt, de ipsius et ecclesiae proventibus vivere debent. Ita tamen, quod portio vicarii pura, libera, omnibus oneribus subductis, ad minus aestimationem decem marcharum attingat, si ad hoc suppetant ecclesiae facultates: proviso, quod in pinguioribus ecclesiis, secundum modum facultatum, et onera eisdem incumbentia, B sufficientes portiones vicariis assignentur.

De ornatu clericorum.

XI.

Ad haec statuimus, quod rectores et vicarii ecclesiarum, & etiam in dignitatibus constituti, ac sacerdotes, et clerici infra sacros ordines tam in statumentis, quam in habitu corporis decenter induantur: rubeis pannis, sive viridibus, seu virgatis non utantur, nec etiam pannis, qui nimia brevitate notentur. Vicarii quoque et sacerdotes clausa desuper habeant indumenta, tonsu- C ram deferant congruentem, ne intuentium, quorum forma et exemplum esse debent, offendat aspectum. Quod si ab ordinariis moniti emendare noluerint, ab officio suspendantur, et ecclesiasticis subjaceant disciplinis.

Quod nullus se intrudat in beneficio ecclesiastico.

XII.

Statuimus etiam, quod nullus rector, aut vicarius sine conscientia dioecesani, aut ejus officialis, super hoc potestatem haben- D tis, in possessionem ecclesiasticam intrudatur, vel aliquam in eadem exerceat administrationem; et qui secus fecerit, secundum canonum sancita a jure, quod sibi competiit, cadere debet, et nihilominus arbitrio dioecesani alias legitime puniatur.

De mansionibus beneficiatorum.

XIII.

Statuimus etiam, quod quaelibet ecclesia mansionem aliquam prope ecclesiam habeat, in quam episcopus, sive archidiaconus honeste recipi valeant; quam decernimus infra E annum debere fieri tam expensis personarum, quam vicariorum pro rata sua portionum: sustentatio autem domorum spectat ad vicarium, cum habeat usum earum, et commodum, et ad hoc per sequestrationem fructuum ecclesiarum compellantur.

Quod

* Deest vox aliqua in MS. forte *inquirat*, *inspiciat*, aut simile quid.

ANNO CHRISTI 1225.

Quod novi census non imponantur ecclesiæ.

XIV.

Statuimus etiam, quod novi census eccl. aut vicariis non imponantur, nec antiqui census augeantur; et si secus actum fuerit, secundum Lateranense concilium irritentur, et delinquentes in talibus, prout justum fuerit, puniantur.

De clericis ordinandis.

XV.

Ad hæc statuimus, quod nullus episcopus clericos diœcesis alterius episcopi ad ordines maxime sacros sine literis ordinarii sui vel ejus officialis admittat. Clerici autem transeuntes vel ignoti ad nullum officium ecclesiasticum sine literis commendatitiis certis admittantur, et si sine admissione episcopi, officialis, archidiaconi in ecclesiis parochialibus seu capellis se divinis immiscuerint, ipso facto sint suspensi. Ad hæc statuimus, quod quilibet sacerdos seu clericus ad religionem transiens, habeat annuale suum, sicut et alii, qui in Domino moriuntur.

De confessoribus constituendis.

XVI.

Quod in quodam concilio statutum est, approbantes statuimus, ut per quoslibet decanatus prudentes viri et fideles constituantur per episcopum confessores, quibus personæ vicarii et minores clerici valeant confiteri, qui decanis forsitan erubescunt confiteri, et verentur. In ecclesiis vero cathedralibus confessores institui præcepimus generales.

De locato & conducto.

XVII.

Cum laicis dari ecclesias ad firmam sit penitus inhonestum, et clericis quibuscunque ad longum tempus propter continuationem temporis, quod consuevit afferre periculum ecclesiis, posset esse damnosum; utrumque districtius inhibentes, statuimus, ut nec laicis unquam nec personis ecclesiasticis etiam ultra quinquennium ad firmam non conferantur, nec eo finito, renoventur eisdem, nisi prius ipsas alii habuerint mediate, salvis concessionibus religiosorum super garbis eis in proprios usus concessis; et, ut omnia sint in tuto, præcipimus, ut præsentibus episcopis vel archidiaconis firmarum fiat conventio, ex qua plures literæ scribantur, quarum una maneat penes episcopum, vel penes archidiaconos.

De cohabitatione clericorum & mulierum.

XVIII.

Licet ad profugandum a laribus ecclesiæ A putridum illud cupidinis libidinosæ contagium, quo decor ecclesiæ turpiter maculatur, studuerint semper ecclesiastici rectores, ipsum cum improbitatis tantæ existit, ut semper se ingerat impudenter; nolentes ergo tantam ecclesiæ ignominiam conniventibus oculis præterire incorrectam, statuta Romanorum pontificum, et maxime decretales Alexandri papæ super hoc editas exequendo, statuimus, et statuendo præcipimus, ut clerici, et maxime in sacris ordinibus constituti, qui in suis domibus vel alienis detinent publice concubinas, eas prorsus a se removeant infra mensem, alias de cætero nullatenus detenturi, alioquin ab officio et beneficio sint suspensi. Ita quod B usquequo super hoc satisfecerint, de beneficiis ecclesiasticis se nullatenus intromittant. Alioquin ipso jure ipsos eis decernimus esse privatos. Volumus quoque et districte præcipimus, ut archidiaconi et decani super hoc diligentem fieri faciant per omnes decanatus inquisitionem, et quod statuimus, observari.

De rebus ecclesiæ non alienandis.

XIX.

Statuimus etiam, quod ecclesiarum parochialium rectores seu vicarii easdem ecclesias sibi commissas nullatenus obligare va- C leant, nec fructus earum ad ulteriora tempora vendere, aut quibuslibet modis alienare, nisi quatenus ad eosdem rectores pro se viventibus, aut suo annuali poterunt pertinere, ne per obligationes et alienationes hujusmodi, ecclesiis ipsis et earum patronis, aut earum rectorum successoribus damnum aut injuria generetur.

Item de eodem.

XX.

Statuimus etiam, quod nullus rector aut vicarius parochialis ecclesiæ decimas aliquas D aut proventus alios ecclesiasticos personis conjunctis aut extraneis, præsertim laicis etiam ad usum perpetuum, quoad concedentes aut recipientes vixerint, dare valeant, vendere, vel quomodolibet alienare. Et si quid contra præsumptum fuerit, irritum sit et inane, et quod sic alienatum fuerit, ad jus et proprietatem suæ ecclesiæ integraliter revertetur.

Item de eodem.

XXI.

Adjicimus etiam, quod nullus rector, aut E vicarius decimarum seu aliorum proventuum ecclesiasticorum per unius anni spatium, antequam eædem decimæ seu proventus percipi debeant, venditionem, obligationem, seu aliam alienationem anticipare præsumat. Et si secus præsumptum fuerit, iidem contractus omni careant firmitate, quum per contractus hujusmodi ecclesiæ læduntur; rectores et vicarii depauperantur; ementes etiam plerumque suis pretiis defraudantur; jura etiam ordinariorum quandoque deferuntur,

tur, vel penitus enervantur.

Ne clerici vel monachi se negotiis immisceant.

XXII.

Cum jure divino et humano caveatur, quod nemo militans Deo, implicet se negotiis secularibus; statuimus, quod nemo religiosus, aut sacerdotes vel clerici sanctis ecclesiis astricti, actores vel administratores secularium personarum in negotiis secularibus fiant, vel administrationes ab eis rerum seu negotiorum secularium suscipiant, per quas ad ratiocinia teneantur; ne et ipsi in scandalum ecclesiæ per secularem potentiam graviter opprimantur, et ecclesiæ sibi commissæ ex hoc enormiter lædantur. Quod si aliqui adversus hoc imposterum venire præsumpserint, ab ecclesiastico ministerio fiant alieni, pro eo, quod clericali officio neglecto, fluctibus seculi vel potestatibus secularibus se [1] miscuerint.

De eodem.

XXIII.

Item salubri provisione decrevimus, ut clerici beneficiati de cætero domos aut possessiones laicas ad opus concubinarum et filiorum suorum emere non præsumant, nec etiam ad opus eorum domos construant in feodo laicali; sed nec etiam pecuniam ministrent ad hujusmodi emenda ad opus illorum, ut sic eis subtrahatur occasio malignandi. Si quis super hoc habeatur justa ratione suspectus, nisi ad arbitrium superioris se purgaverit, ipsius arbitrio puniatur. Præterea licet testamenta legitima clericorum beneficiatorum decedentium volumus observari; nolumus tamen, quod concubinis aliquid in testamento suo relinquant. Quod si de cætero factum fuerit, totum illud in usum ecclesiæ, quam rexit defunctus, episcopi arbitrio convertatur.

De interdicto.

XXIV.

Item statuimus, ut cum indultum sit Hospitalariis ac aliis religiosis quibusdam ab apostolica sede, ut in ipsorum jucundo adventu ad loca interdicta pro suis [2] confratriis, seu eleemosynis colligendis semel in anno loca ista debeant aperiri, quum ad divinorum celebrationem in locis hujusmodi nominatim excommunicati nullatenus admittantur, et ipsi præcipue, qui causam de testamentis dederunt interdicto. Prohibemus E etiam, quod hujusmodi exempti funera nominatim excommunicatorum, aut publicorum peccatorum, et violatorum ecclesiarum, et aliorum, quibus vivis non commu- A nicavit ecclesia, ecclesiasticæ sepulturæ tradere non præsumant; si vero in aliquo contra præmissa venire præsumpserint, privilegiorum hujusmodi ipsos fore decernimus abusores. Ipsos quoque ad ecclesias illas nullatenus admittendos, donec satisfactionem idoneam præstiterint de offensa. Et quod a loco sacro extrahantur corpora sic sepulta.

De testamentis & ultimis voluntatibus.

XXV.

Statuimus, ut cum de bonis in testamento alicujus cuicunque relictis, ordinariis locorum certa fuerit ratio facienda, quia Cister- B cienses, ac alii exempti ad hujusmodi rationem reddendam nullatenus compelli possunt, ut dicunt, quod religiosi hujusmodi executores nullo modo constituantur, nec in aliquo bona defunctorum administrent. Quod si fuerint constituti, pro non constitutis penitus habeantur.

De immunitate ecclesiarum.

XXVI.

Statuimus, quod fugientes ad ecclesiam defendantur ab eadem, nisi fuerint notorii depopulatores agrorum, aut publici et no- C torii prædones viarum publicarum, aut manifesti violatores aut effractores ecclesiarum, seu a canone vel ab homine excommunicati, quibus casibus adhuc sunt tuendi, donec diœcesanus vel ejus officialis pronunciaverit sententialiter eos ab ecclesia non esse defendendos.

Item de eodem.

XXVII.

Adjicientes, quod nullus vicarius, seu presbyter, seu clericus alius aliquem crucesignatum, seu clericum captum pro homi- D cidio, præda, latrocinio, maxime si super his maleficiis fuerint defamati, de manibus ballivorum laicorum requirat sine jussu et conscientia episcopi, archidiaconi, vel decani loci illius, ubi fuerit requirendus. Prohibemus etiam, ne laicus fidejussor inveniatur apud ballivum laicum pro talium captorum liberatione; statuentes, quod detentores talium privilegiorum, postquam canonice moniti fuerint et requisiti, ad liberationem eorundem per censuram ecclesiasticam compellantur.

De eodem.

XXVIII.

Statuimus etiam, clericos in quolibet ordine ab ecclesia esse defendendos, donec exigente justitia, propter immunitatem criminum

1 In MS. *junxerint* scriptum videtur.

2 In MS. *confricis*, forte pro *confratriis*, de quibus Car. du Fresne in Glossar. med. & infim. Latinitatis, in Addend. p. 1370. hæc habet: In fine subde, Helias de Rossiaco in abbatibus S. Martialis Lemovicens. *Exactionem quam episcop. Lemovicensis & canonici sub nomine confratriæ a populo violenter expetebant, -- irritam fecit.* Hæc clar. Ruddim.

ANNO CHRISTI 1225.

num a susceptis ordinibus degradentur, et ne maleficia transeant impunita, in maleficiis deprehensi aut manifesti convicti, arctæ custodiæ carceris diœcesani, quem quilibet episcopus habere tenetur, tales clerici commendentur, ac pane doloris et aqua tribulationis ibidem sustententur, ne fame vel siti in carcere suffocentur.

De festis.

XXIX.

Statuimus etiam, quod de cætero placita secularia in diebus dominicis ac in aliis festivitatibus solemnibus minime teneantur; neque in ecclesiis, cœmeteriis, aut aliis locis Deo dedicatis talia placita, et maxime causæ sanguinum, aut criminales, per quoscunque judices seculares locis aut temporibus prædictis agitentur.

Ut libertates ecclesiæ sine diminutione conserventur.

XXX.

Statuimus etiam, quod nulli permittatur violare aut diminuere libertates, seu immunitates aut consuetudines rationabiles rerum aut personarum ecclesiasticarum hactenus observatas, ac divino jure vel humano salubriter et rationabiliter introductas.

De crucesignatis ab ecclesia defendendis.

XXXI.

Statuimus autem, auctoritate concilii Lateranensis, quod crucesignati rite ab ecclesia tuendi sunt, nisi propter suorum scelerum immanitatem ab ecclesiastica defensione fuerint sequestrandi; super hoc justum judicium dioecesani modis omnibus expectetur.

Quod nami non capiantur per laicos in terris ecclesiasticis.

XXXII.

Statuimus, quod nullus vicecomes, ballivus, vel quicunque laicus namum capiat, vel capi faciat in foro aliquo, vel extra forum de rebus clerici vel etiam laici, manentis in terris ecclesiarum, vel etiam ad vendendum compellant sub æstimatione, quæ « *For le Roy* « vulgariter dicitur. Quod si secus actum fuerit, si capiens vel capi faciens ammonitus res taliter captas aut venditas infra terminum sibi statutum non restituerit, et etiam de injuria satisfacere contempserit, per excommunicationis sive interdicti sententiam, secundum quod videbitur expedire, sine moræ dispendio coerceatur.

Quod clericus non trahatur ad forum seculare.

XXXIII.

Statuimus etiam, quod si ecclesiastica persona contra aliam personam ecclesiasticam moveat quæstionem personalem, vel etiam realem, super rebus aut aliquibus bonis ecclesiasticis, eam coram judice ecclesiastico prosequatur, super hiis adversarium suum nullatenus ad forum vetitum pertrahendo. Quod si aliter ab aliquo præsumptum fuerit, si canonice monitus non destiterit, actor a jure, quod sibi competit, cadat; reus, si ulterius perseverent, et poenas prædictas contemnant, secundum sacros canones et auctoritate concilii excommunicati publice denuncientur. Adhæc, cum invasores ac perturbatores immunitatum, libertatum, possessionum ecclesiasticarum, necnon perturbantes pacem per aliquas fraudes, odia, vel machinationes, per sententiam latam a canone, ipso facto sint excommunicati, auctoritate eorundem canonum et concilii decrevimus eos debere excommunicatos publice denunciari.

De decimis & primitiis.

XXXIV.

Statuimus, secundum divinæ legis et humanæ præcepta, quod decimæ de omnibus, quæ innovantur, de quibus decimæ præstari debent, ut de blado, foeno, lino, de hortis, de molendinis, de piscariis, de foetibus animalium, lana, lacte, caseis, quocunque tempore fiant, pullis, ovis, negotiatione, venatione, silva cædua, de fructibus arborum, et aliis hujusmodi integre persolvantur his, ad quos pertinere noscuntur.

De decimis hortorum.

XXXV.

Ad hæc decrevimus, quod decimæ hortorum in civitatibus et burgis, ad quamcunque culturam redigantur, ad vicarium pertineant. Decimæ vero hortorum in villis, pro qua parte fuerint ad culturam segetis redacti, ad personam pertineant, et pro alia parte ad vicarium. Linum vero ubicunque seminatur, ad vicarium pertineat.

De decimis vaccarum.

XXXVI.

Item de vaccis foetis statuimus, ut si de earum lacte non fiat caseus, vel butirum, pro vacca tres denarii per annum, et pro ejus vitulo unus denarius eodem anno pro decima exigatur.

De decimis ovium.

XXXVII.

Item statuimus de ovibus, quod si oves, vel cætera animalia in diversis parochiis extiterint per diversa tempora, quælibet ecclesia pro rata temporis decimam percipiat, dum tamen per mensem integrum ad minus in alicujus parochia steterint, minoris autem temporis nulla ratio habeatur: fructus autem toto tempore, quo curantur, non quo percipiuntur, accipere debemus, et hoc ipsum

ANNO CHRISTI 1225.

sum inter episcopatus observetur.

De eodem.

XXXVIII.

Item statuimus, si parochianus alicujus ecclesiæ per mensem vel ultra, propter herbam cum suis averiis in alia parochia commoreretur, id, quod supradictum est de ovibus, observetur.

De eodem.

XXXIX.

Item statuimus, quod animalium, quæ cubant in una parochia et pascuntur in alia, per totum annum decimæ dividantur æqualiter; si autem communiter pascuntur in utraque parochia, et cubant tantum in una; illa, in qua cubant, tres partes recipiat, et quarta pars remaneat ecclesiæ, in cujus parochia pascuntur.

De decima fœni & molendinorum.

XL.

Item statuimus de decimis foeni et molendinorum, quod integre persolvantur; quas si aliquis solvere n lierit, post trinam admonitionem excommunicetur.

De mercenariis.

XLI.

Item statuimus, quod sufficiat a mercenariis, qui opera sua locant pro dimidia marca vel infra, exigere tres oblationes per annum pro decima mercedis, quam recipiunt.

De decima piscationum.

XLII.

Item statuimus de decimis piscatorum, quod nulla persona vel vicarius ab alienis parochianis decimas piscationum exigere præsumat, nisi quamdiu in sua parochia domos conduxerint, vel mansiunculas ad inhabitandum fecerint, vel ex mutuo seu commodato habuerint, nisi secus ecclesiarum aliqua legitima præscriptione fuerit munita.

Casus, in quibus excommunicantur, qui perturbant viros ecclesiasticos, seu eorum procuratores, ne faciant commodum suum de decimis suis.

XLIII.

Item statuimus, ne advocati ecclesiarum, seu quilibet laici impediant vel prohibeant, aut aliquo modo compellant personas, vel vicarios, seu procuratores eorum, quominus de decimis suis seu dominorum suorum libere valeant dispònere, vendere, vel alienare, quocunque modo voluerint; nec etiam suis vel alienis hominibus prohibeant, ne

A decimam emant seu etiam alias obventiones, nec etiam clericis aliquod impedimentum præstent, quominus ad opus proprium eas colligant, et pro arbitrio suo de eis disponant. Quod si quis contrafacere præsumpserit, vel quoquomodo in fraudem ecclesiasticæ libertatis et sacrorum canonum machinatus fuerit, auctoritate concilii generalis excommunicetur.

De furantibus decimas.

XLIV.

Item statuimus, quod quicunque filii perditionis decimas furtive subripuerint, aut vi B aut clam occupaverint, aut decimas segetum sectas in agris reliquerint, aut per agros projecerint, et ad horrea secundum rationabiles et antiquas consuetudines deferre contempserint, ecclesiastica censura ad satisfaciendum Deo et ecclesiæ, ac clericis læsis et damnificatis legitime compellantur.

De eodem.

XLV.

Adhæc statuimus, quod istæ sententiæ in singulis ecclesiis singularum dioecesium ad nos spectantium, per tres dies solemnes sin- C gulis annis publicentur.

De conspiratoribus.

XLVI.

Excommunicamus etiam omnes conspiratores contra proprios episcopos, vel alienos regni, et omnes conspiratoribus consentientes eo quod tales scismatici sunt, et infames.

De obedientia clericorum.

XLVII.

D Quoniam melior est obedientia quam victimæ, et contumacia seu inobedientia peccato ariolandi et idololatriæ comparatur; statuimus, quod omnes ecclesiastici viri, suis dioecesanis archidiaconis, decanis in mandatis licitis et canonicis contumaciter et sine manifesta causa rationabili resistentes, ab officio suspendantur, et crescente contumacia, pœnæ majori subdantur.

De quæstionariis qui non nisi semel in annô admittantur.

XLVIII.

E Quoniam quidam quæstionarii variis illusionibus animas simplicis populi seducunt, statuimus, quod cum aliquis quæstionarius ad aliquam ecclesiam accesserit, ministrans in eadem ecclesia eodem die negotium dicti quæstionarii parochianis suis reverenter exponat, secundum quod in literis domini papæ & diœcesani continetur: ita quod dictarum literarum tenorem nullatenus excedat. Ad alium diem autem infra annum illum eun-

ANNO CHRISTI 1225.

eundem quæstionarium in eadem ecclesia pro eodem negotio nullo modo admittat. Adhæc statuimus firmiter observandum, quod a principio Quadragesimæ usque ad octavas Paschæ negotium fabricæ ecclesiæ Glasvensis omnibus diebus dominicis & festivis fideliter & diligenter in singulis ecclesiis, post evangelium missæ, parochianis exponatur, & indulgentia eidem fabricæ subvenientibus concessa, quam in qualibet ecclesia scriptam esse præcipimus, aperte & distincte eisdem parochianis vulgariter dicatur, & eleemosynæ eorundem ac bona decedentium ab intestato, ac etiam pie legata secundum consuetudinem hactenus approbatam fideliter colligantur, & decanis locorum in proximis capitulis sine diminutione assignentur, & infra dictum terminum nullus quæstionem pro negotiis aliis in ecclesiis parochialibus admittat.

Quod excommunicati sint subvertentes libertatem ecclesiæ.

XLIX.

De prælatis & clericis stipendiis ecclesiæ militantibus, qui contra canonicas sanctiones & libertates ecclesiasticas & consuetudines ecclesiæ Scoticanæ hactenus obtentas consilium & auxilium laicis impendunt, & maxime de his, qui literas dictant, scribunt, & consignant, seu statuta condunt, per quæ jura seu statuta libertates ecclesiæ & consuetudines hujusmodi possunt subverti, & de aliis, scilicet statutariis 1, consiliariis, & eorum fautoribus statuendo decrevimus, quod quoniam omnes tales in canone latæ sententiæ incidunt pro excommunicatis publice denuncientur. Si quis vero beneficiatus inposterum super aliquo præmissorum fuerit convictus, auctoritate istius statuti noverit se beneficio suo fore privatum; si præditus dignitate vel prælatura aliqua, hujusmodi attentare præsumpserint, omni dignitate careat & honore; si laicus, & ab ecclesia infeodatus, feodo suo privetur. Si clericus hujusmodi facere præsumat, & postea ad ecclesiasticum beneficium fuerit præsentatus, nullatenus admittatur, nisi coram diœcesano suo super hoc purgaverit innocentiam.

Infrascripti excommunicandi sunt quater in anno

L.

Item statuimus, quod in singulis ecclesiis, tam militum quam aliorum, quater in anno in proximis dominicis post observationem quatuor temporum excommunicentur in genere sortilegi, venefici, incendiarii, ecclesiarum fractores, falsarii, usurarii manifesti, & scienter impedientes testamenta legitime facta, & etiam impedientes ordinarios, quominus de bonis ipsorum decedentium ab intestato, secundum consuetudinem ecclesiæ Scoticanæ, rite valeant ordinare; laici detinentes, invadentes, fraudantes, & auferentes possessiones, aut alia quæcunque jura ecclesiastica aut libertates; & omnes illi, qui se in beneficio ecclesiastico intrudunt; & testes scienter perjuri, per quos aliquis amittit hæreditatem, aut beneficium ecclesiasticum, seu terrenum; raptores etiam publici & notorii; & omnes scienter receptantes fures, vel raptores, ut furentur, vel rapiant, vel eos manutenent, vel pro eis fidejubent, cum ex dicta causa querelantur. Contra latronum & prædonum 2 flagitia, quibus nimis abundat regio Scoticana, quod nequaquam esset, ut accepimus, nisi majores eos defenderent, & manutenerent, aut pro eisdem scienter & prudenter fidejuberent, sic duximus statuendum, ut nemo eos protegat, manuteneat, seu defendat, vel in domibus teneat, vel ullos, quos sciverint, vel manifestum fuerit latrocinium ut prædam exercere: eos autem, qui contrafecerint, si tertio commoniti per ecclesiasticum judicem ipsos a se non abjecerint, ecclesiasticæ excommunicationi subjugamus. Monitionem autem volumus & statuimus sufficere generalem, & si fiat alicujus nomine non expresso, dum ita publice ac solenniter fiat, quod ad eorum notitiam valeat pervenire. Item omnes, qui in causa matrimoniali falsas exceptiones malitiose opponunt, vel opponi procurant, vel qui in causa matrimoniali falsum perhibent testimonium scienter, vel id fieri procurant, vel testes subornant, excommunicationis sententiæ se noverint subjacere.

De eodem.

LI.

Item excommunicamus illos, qui pacem regis aut regni perturbant; & omnes illos, qui odio vel lucri causa aliis crimina falsa imponunt, pro quibus mors, vel exilium, vel membrorum mutilatio, vel exhæredatio, seu bonorum spoliatio sequi debeat, si judicialiter convincantur.

De excommunicato per unum episcopum denunciando per alios, & de interdicto promulgando in terris excommunicati, si per quadraginta dies in pertinacia perseveraverit; & de pœna prælatorum ista non observantium.

LII.

Statuimus etiam, ut quoties aliquis ex nobis episcopis in aliquem nobis jure diœces. subditum sententiam excommunicationis ob aliquam causam rationabilem & legitimam promulgaverit, & eandem alicui nostrum demandaverit publicandam, & demandandum, quibus nostrum eam per suam diœcesim faciat publicari, & ipsum delinquentem denunciet excommunicatum, & eundem per seipsum tanquam excommunicatum evitet; & quatenus in eo est, ab aliis faciat evitari. Et si talis excommunicatus in sua pertinacia per qua-

1 In MS. *Statuariis*
2 In MS. post *prædonum* habetur *ne*, forte pro *nefaria*

quadraginta dies claves ecclesiæ contemnendo, animo perseveraverit indurato, & idem excommunicator extunc terras ipsius excommunicati in diœcesi sua sitas, & loca, per quæ transierit, & per triduum & amplius in eisdem fecerit moram, ecclesiastico supposuerit interdicto, & idem interdictum alicui nostrum demandaverit publicandum; quilibet nostrum terras ejusdem excommunicati in diœcesi sua sitas supponat interdicto, quousque per eundem excommunicatorem dictæ sententiæ fuerint relaxatæ. Loca vero, per quæ transierit, et quamdiu ibi moram fecerit, similiter ecclesiastico supponat interdicto. Ut tamen regiæ majestati debitus honor deferatur, si idem excommunicatus in comitatu domini regis, vel reginæ consortis suæ, communis congregationis ipsius regni magnatum extiterit, tunc dioecesanus loci ejus per se, vel per alium talem esse excommunicatum denunciet, eosdem canonice inducendo, ut ipsum excommunicatum a sua communione repellant, et evitent, et a suis faciant evitari. Alioquin cum sibi videantur favere, qui manifesto facinori negligunt obviare, idem locus per diœcesanum ecclesiastico supponatur interdicto, tamen regis et reginæ liberorumque suorum capellis in sua dignitate feliciter duraturis. Et ut divinus timor incutiatur fortius obstinatis, ad excommunicatorum insolentiam reprimendam, si necesse fuerit, brachii secularis auxilium, prout catholicorum regum temporibus fieri consuevit, et de jure debuit, invocetur. Et si aliquis nostrum aliqua levitate ab ecclesiastica et divina observatione recesserit, vel in aliquo eam impedierit, per sacri concilii deliberationem fratrum suorum atque prælatorum consiliis careat aliorum.

De pœna incestus clericorum.

LIII.

Si quis sacerdos cum filia sua spirituali fornicatus fuerit, sciat se grave adulterium commisisse; idcirco si foemina laica sit, omnia derelinquat, et res suas pauperibus tribuat, et conversa in monasterio Deo usque ad mortem serviat. Non debet episcopus vel presbyter commisceri cum mulieribus, quæ eis confessæ sunt peccata: si forte, quod absit, sic contigerit, sic poeniteat quomodo et de filia sua spirituali *. Episcopus annis quindecim, presbyter annis duodecim poeniteat, et deponatur tamen, si in conscientiam populi venerit.

Quod absolutio excommunicationis non sit extorquenda per laicos.

LIV.

Cum laicis de rebus seu personis ecclesiasticis nulla sit attributa potestas disponendi, quibus obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi; ad extirpandum constitutionis vitium, quod nuper inolevit in subversionem ecclesiasticæ libertatis; per quod gladius spiritualis et claves ecclesiæ gladio materiali subjiciantur; duximus statuendum, quod nullus, qui jurisdictioni præest, sententiam excommunicationis, interdicti, seu suspensionis in subditos suos, ex quacunque causa latam, ad mandatum alicujus secularis potestatis de cætero præsumat relaxare. Si vero secularis potestas in pertinacia sua perseverans, ad relaxandum sententias per res ecclesiæ mobiles sive immobiles, seu quovis alio modo compellat, loci dioecesanus auctoritate concilii & canonis puniat hujusmodi delinquentem.

De baptismo.

LV.

Quoniam baptisma prima tabula est post naufragium, & magna est virtus & efficacia hujus sacramenti, cum ab ipso Deo institutum sit, et ejus sanguine rubricatum; præcipimus, ut hoc sacramentum celebretur cum honore, & reverentia, & magna cautela, maxime in distinctione verborum, in quibus tota vis hujus sacramenti consistit, & salus puerorum. Forma autem baptizandi hæc est: " Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. " In Romano vero & etiam Anglico idiomate sub eadem forma doceant sacerdotes frequenter, & posse, & debere se baptizare pueros in necessitate. Et pater & mater baptizent filium suum in necessitate, cum aliæ desint personæ, & sine præjudicio matrimonii. Fontes sub sera clausa custodiantur. Chrisma similiter, & sacrum oleum, & eucharistia sub clave custodiantur. Si vero hi, ad quos spectat custodia, ea incaute reliquerint, tribus mensibus ab officio suspendantur. Et si per eorum incuriam aliquid nefarium inde contigerit, graviori subjaceant ultioni. Baptisterium habeatur in qualibet ecclesia baptismali lapideum vel ligneum, competens, quod decenter cooperiatur & reverenter conservetur, & in alios usus non convertatur. Aqua, in qua baptizatus fuerit puer, ultra septem dies in baptisterio non servetur. Si vero puer a laico domi baptizatus fuerit, aqua propter reverentiam baptismi, vel in ignem fundatur, vel ad ecclesiam deferatur in baptisterium fundenda. Item vas illud, in quo baptizatus fuerit, vel in igne comburatur, vel ad usus ecclesiæ deputetur. Cum autem laicus in necessitate baptizaverit puerum, sacerdos postea diligenter inquirat ab eo, quid dixerit, aut quid fecerit; & si inveniat laicum discrete etiam in forma ecclesiæ baptizasse in quocunque idiomate, approbet factum; sin autem, ipse sacerdos baptizet puerum, sic dicendo: " N. non te baptizo; sed si non es baptizatus, baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. " Sub ista forma, pueri, de quibus dubium est, an sint baptizati, baptizentur. Cum vero a laico baptizatus fuerit infans, postmodum allato puero ad fores ecclesiæ, suppleatur a sacerdote quod deest; sci-

* Vox *Carnali* alia manu superimponitur *spirituali*

ANNO CHRISTI 1225.

ſcilicet paululum * ſalis, & aurium & narium linitio cum ſaliva. Exorciſmi etiam dicantur, & ad fontes omnia fient puero, quæ fieri ſolent ſine immerſione & aquæ benedictione. Quando autem baptizatus fuerit puer, de quo dubium eſt an baptizatus fuerit, omnia fiant a ſacerdote, dum tamen ante immerſionem dicantur verba ſupradicta: " Non te baptizo, " &c. Ad levandum vero puerum de fonte tres ad plus admittantur perſonæ in baptiſmo. Marem duo mares, & una foemina ſuſcipiant; foemina vero duabus foeminis, & uno mare ſuſcipiatur. Plures tanquam teſtes non tanquam patrini, ſi haberi potuerint, habeantur, propter varias cauſas. Panni autem chriſmales non niſi in uſus ornamentorum eccleſiæ convertantur; nec ſemel ad eccleſiam cum pueris delati, aliis ad baptizandum prece vel pretio non tradantur. Similiter alia ornamenta eccleſiæ, quæ pontificalem acceperunt benedictionem, nullo modo in profanos uſus convertantur. Foeminæ moneantur, ut pueros ſuos caute alant, & juxta ſe de nocte non collocent, ne opprimantur; ſolos in domibus, ubi ignis fuerit, vel ſolos juxta aquam non relinquant. Et hoc omnibus diebus dominicis dicatur.

De ſacramento confirmationis.

LVI.

Quum ſacramenta confirmationis ad robur dantur pueris, ſacerdotes cum audierint adventum epiſcopi, moneant populum, ut deferant pueros ad epiſcopum confirmandos. Adultus autem, ſi tempus habuerit confitendi, prius confiteatur quam confirmetur. Hoc etiam laicis intimetur, quod contrahitur in hoc ſacramento, ſicut in ſacramento baptiſmatis proximitas ſpiritualis inter illos, qui ſuſcipiunt pueros, & illos, quorum ſunt pueri, & etiam illorum pueros. Mas vero marem coram epiſcopo teneat, & foemina foeminam.

De ſacramento pœnitentiæ.

LVII.

Quum remiſſionem peccatorum per veram confeſſionem conſequimur, præcipimus, ut ſacerdotes in danda poenitentia diligenter attendant qualitatem perſonæ, & quantitatem delicti, locum, tempus, cauſam, & moram in peccato factam, & alias peccati circumſtantias; ſimiliter devotionem poenitentis & ſigna contritionis attendant. In audiendo confeſſionem ſacerdos habeat vultum humilem, & oculos ad terram demiſſos, nec ſæpius indiſcrete faciem reſpiciat confitentis, & maxime mulieris, & patienter audiat quicquid dixerit, & in ſpiritu lenitatis eum ſupportet; & ei pro poſſe perſuadeat pluribus modis quod integre & de omnibus peccatis poeniteat, & confiteatur. Aliter vero confeſſio non eſt vera. Præterea inquirat uſitata ſingulatim; inuſitata autem non niſi a longe per circumſtantias, ut ſic expertis detur materia confitendi, & inexpertis nulla detur occaſio delinquendi. Perſonarum nomina, cum quibus peccaverit, non inquirat, ſed per confeſſionem poteſt inquirere, utrum laicus, vel clericus, ſacerdos, vel diaconus, vel monachus fuerit. Moneantur autem laici in principio Quadrageſimæ confiteri, & cito poſt lapſuras: præcipiant etiam parochianis ſuis, ut poſtquam ad annos diſcretionis pervenerint, omnia peccata ſua ſemel in anno confiteantur proprio ſacerdoti vel alteri ad ejus licentiam; & reverenter ad minus in Paſcha euchariſtiæ ſacramentum percipiant, niſi forte de conſilio proprii ſacerdotis ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abſtinendum; alioquin & vivi ab ingreſſu eccleſiæ arceantur, & mortui chriſtiana ſepultura careant. Caveat autem ſacerdos omnino, ne verbo, aut ſigno, aut aliquo modo peccatorem prodat, ſed ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſque expreſſione perſonæ ulla caute inquirat. In dubiis vero ſemper conſultet epiſcopum, aut diſcretos viros, quorum conſilio certificatus ſecurus ſolvere valeat vel ligare.

De ſacramento euchariſtiæ.

LVIII.

Excellentiſſimum dominici corporis & ſanguinis ſacramentum cum reverentia, devotione, & honore tractetur. Et propter hoc diſtricte præcipimus, quod ſacerdotes circa ea, quæ ad ſubſtantiam ſacramenti corporis & ſanguinis Domini pertinent, ſint diligentes, proviſuri quod euchariſtia in munda pixide conſervetur: nec ultra ſeptem dies conſerventur hoſtiæ conſecratæ, ſed qualibet die dominica innoventur, ita quod poſt receptionem hoſtiæ recenter conſecratæ ante ſumptionem ſanguinis dominici, reſervatæ hoſtiæ a celebrante miſſam ſumantur, vel aliquo bonæ conſcientiæ. Habeaturque certitudo circa hoſtiam conſecratam, ut non ſumatur non conſecrata pro conſecrata, nec conſecrata iterum conſecretur. Sacerdos autem miniſtraturus diligenter conſideret, ut hoſtia de puro frumento ſit, & integra, & integrum habeat circulum, & quod major pars vini, & modica aquæ, quæ a vino abſorberi poſſit, ponantur in calice. Caveat ne vinum ſit acetum, vel corruptum. Item præcipimus, ut ſacerdotes habeant canonem correctum, & verba canonis in miſſa rotunde dicantur & diſtincte. Omnes horæ & omnia officia aperte & diſtincte dicantur, ita quod præ feſtinatione nimia verba non præcidantur nec ſyncopentur.

De celebratione miſſarum.

LIX.

Item in celebratione miſſæ, hoſtiam conſecratam, pacem daturus ſacerdos, ori ſuo non apponat, quod ante perceptionem eam ore tan-

* In MS. papulum

tangere non debet; si vero de patena, sicut quidam faciunt, eam sumat post celebrationem missæ, tam patenam quam calicem faciat aqua perfundi, vel solum calicem, si eam de patena non sumat, habeatque sacerdos juxta altare pannum mundissimum, alio panno circumdatum undique, & honeste ac decenter coopertum, in quo post sumptionem sacramenti salutaris, digitos cum labiis tergat ablutos. Habeatque sacrarium super se honestum operculum. Hostiam vero non elevent antequam ista verba prædicantur: "Hoc est corpus meum." Item si sacerdos necesse habuit bis in die celebrare casu, quod nisi in die Nativitatis, vel Resurrectionis dominicæ, vel quum aliquod corpus præsens, est in ecclesia tumulandum, B vel aliqua evidens urgens necessitas, fieri prohibemus. Post primam celebrationem & corporis & sanguinis sumptionem nihil in calicem fundatur, quod a celebrante sumatur, sed tantum post celebrationem subsequentem. Post vero celebrationem diligenter absorbeantur stillæ de calice, & quod fuerit superfluum in calice, digitis sumatur ab aliquo bonæ conscientiæ, vel reservetur in vasi mundo, ad id specialiter deputato, & post celebrationem secundæ missæ sumatur a sacerdote.

De custodia eucharistiæ, & visitatione infirmorum.

LX.

His addimus etiam, quod cum eucharistia ad ægrotum fuerit deferenda, habeat sacerdos pixidem mundam, in qua sit bursa mundissima, & in ea deferat corpus dominicum ad ægrotum linteo mundo superposito, lucerna præcedente & tintinnabulo, ad cujus sonitum excitetur dovotio fidelium, nisi æger fuerit valde remotus. Habeatque sacerdos stolam quandam, quum vadit ad ægrotum, & si ægrotus remotus non fuerit, in superpellicio decenter ad ipsum accedat, aeris temperies patiatur. Habeatque vas argen- D teum vel stanneum ad hoc specialiter deputatum, quod deferat secum ad ægrotum, ut in eo valeat dare ægro, post sumptam eucharistiam * suorum digitorum. Deferat autem sacerdos corpus dominicum ante pectus suum reverenter.

De extrema unctione.

LXI.

Moneant diligenter sacerdotes infirmos parochianos suos a quatuordecim annis & supra ad extremam unctionem, & omnibus petentibus & poenitentibus gratis & liben- E ter exhibeant hoc sacramentum. Item denuncient eis, quod hoc sacramentum potest iterari scilicet in qualibet infirmitate, de qua timetur metus mortis, & quod post hoc sacramentum licet converti ad opus conjugale, & ad alia, ut prius licita. Oleum autem infirmorum cum reverentia deferatur ad

A infirmos, & eos cum honore sacerdos ungat & orationum celebritate, quæ ad hoc sunt ordinatæ, & nihil inde nec pro aliis sacramentis exigatur.

De vita & honestate clericorum.

LXII.

Ut clericorum mores & actus in melius reformentur, continenter & caste vivere studeant universi, præsertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis vitio præcaventes, & crapulis & ebrietate omnes clerici diligenter se abstineant; commercia secularia non exerceant maxime inhonesta; tabernas evitent prorsus, nisi causa necessitatis forte in itinere constituti. Coronam & tonsuram habeant competentem. Sacerdotes deferant cappas clausas, nisi justitia timoris exegerit habitum mutare (vel) transformare. Clerici vero cæteri in habitu, in gestu, & in omnibus honeste se habeant, ab illis se personis penitus abstineant, quæ in generali concilio continentur. Sacerdotibus vero præcipue & personis sub periculo officii et beneficii districte præcipimus, ut continenter & honeste vivant, concubinas suas procul expellant, et nullam familiaritatem cum eis de cætero habeant nec in domibus propriis nec in alienis, nisi velint officiis et C beneficiis contra hoc agendo privari. Advocatis vero, si sint clerici infra sacros, (ordines,) vel sacerdotes in foro seculari, nisi proprias causas prosequantur, vel miserabilium personarum, præcipimus, ut officiis ecclesiasticis, divinis et aliis bonis studiis se exerceant diligenter, divinum vero officium nocturnum pariter et diurnum, quantum Deus dederit, studiose et devote celebrent. Ad hæc præcipimus, ut quælibet ecclesia habeat calicem argenteum cum vasis decentibus et honestis; sindonem mundam et candidam amplitudinis congruentis, linteamina, et omnia alia ornamenta, quæ ad altaris spectant officium, habeant competentia, et libros ad psallendum idoneos et legendum, et sacerdotalia indumenta sufficientia pariter et honesta; et quod minus absurdum est in sacris sordes negligere quam dedecuerit in profanis, districte præcipimus, quod vasa ministerii, et vestimenta ministrorum, et pallia altaris, necnon et ipsa corporalia nitida et munda custodiantur, ne propter quorundam incuriam vel vestimentorum turpitudinem, vel sorditatem quibusdam sint horrori. Cereus quoque paschalis quolibet anno de nova cera fiat, et de cera, qua factus fuerit, post Pentecosten ad ecclesiæ usus convertatur, nec inde amoveatur.

Quæ sunt relinquenda successori.

LXIII.

Ad hæc sacræ synodi approbatione statuimus, quod si rector alicujus ecclesiæ decesserit, et ecclesia sua relicta fuerit sine indumentis sacerdotalibus competentibus, vel sine

* *ablutionem*, vel aliud quid deesse videtur.

ANNO CHRISTI 1225.

fine libris, vel fine utrifque; vel fi forte domos ecclefiæ reliquerit dirutas, vel ruinofas; de bonis ejus ecclefiafticis tanta portio deducatur, quæ fufficiat ad reparandum hæc, et defectus ecclefiæ fupplendum. Utenfilia quoque domus fucceffori fuo relinquat.

Quod novi cenfus non imponantur ecclefiæ.

LXIV.

Sicut in generali concilio eft ftatutum, firmiter prohibemus, ne novi cenfus imponantur ecclefiis, nec veteres augeantur; quodcunque contra hoc actum eft, ficut in eodem concilio cautum eft, irritum habeatur. Noverint etiam præfentati, quod de cætero jurabunt, quod nec promiffio nec pactio aliqua interfit inter ipfos et præfentatores propter beneficium habendum, et maxime de augenda penfione.

De matrimonio.

LXV.

Quum matrimonium ab ipfo Deo in paradifo nofcitur inftitutum, & quoad originem primum eft inter alia facramenta, ut liberius & canonice de cætero contrahatur, præcipimus ut nulli detur fides de matrimonio contrahendo, nifi coram facerdote & tribus vel quatuor viris fide dignis ad hoc fpecialiter convocatis. Nullus facerdos præfumat aliquas perfonas matrimonialiter conjungere, nifi prius terna denunciatione in ecclefia publice & folenniter præmiffa, fecundum formam concilii generalis; ita quod qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat. Inhibeant etiam facerdotes fub poena excommunicationis, ne quis celet impedimenta matrimonii malitiofe, & ne quis malitiofe matrimonium impediat. Ipfe etiam presbyter nihilominus inveftiget, utrum aliquod impedimentum obfiftat. Cumque apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreffe, donec quod fieri debeat fuper eo, manifeftis conftiterit documentis. Clandeftina quoque matrimonia fieri prohibemus, inhibentes ne quis facerdos talibus intereffe præfumat, & qui contra hæc fecerit, canonice puniatur. Denuncient etiam presbyteri parochianis fuis, quod matrimonium prohibitum eft infra quartum gradum confanguinitatis vel affinitatis: ultra quartum gradum legitime contrahitur. Inter compatres & commatres, & inter filium & filiam, & inter fufceptum & fufceptam, & filium & filiam fufcipientis matrimonium interdicimus. Statuimus etiam, ut capellani parochianos fuos publice fornicarios ftatim compellant cum fornicariis fuis contrahere, aut eas fimpliciter abjurare, nulla conditione adjecta.

Tuendi funt fugientes ad ecclefiam.

LXVI.

Firmiter prohibemus, ne quis fugientes ad ecclefiam, quos ecclefia debet tueri, inde violenter abftrahat, aut ipfos circa ecclefiam obfideat vel eifdem fubtrahat victualia.

Quod honefte ferventur ecclefiæ.

LXII.

Prohibemus etiam ne choreæ vel turpes & inhonefti ludi, qui ad lafciviam invitant, in ecclefiis vel coemeteriis fiant, nec caufæ feculares maxime in quibus agitur de judicio fanguinis, in eifdem tractentur. Statuimus etiam ut coemeteria per circuitum honefte claudantur, ne immundis & brutis animalibus pateat ingreffus. Ecclefiæ quoque integre & honefte fine ruina cuftodiantur.

Excommunicandi funt quatuor in anno.

LXVIII.

Excommunicentur quater in anno per totam dioecefim fortiarii & incendiarii manifefti, ufurarii, malefici, raptores publici, malitiofe impedientes teftamenta legitime facta, fcienter perjuri, per quos aliquis amittit hæreditatem, beneficium ecclefiafticum, vel terrenum.

Dandæ funt decimæ de omnibus, quæ renovantur.

LXIX.

Item decimæ reddantur de omnibus, quæ renovantur per annum, videlicet de agricoltura, negotiationibus, foeno, lino, lana, & lacte, & de proventibus molendinorum, & de omnibus aliis honeftis fructibus fecundum confuetudines approbatas hactenus & obtentas.

Quot collectæ dicendæ funt in miffis.

LXX.

Sacræ fynodi approbatione falubriter duximus ftatuendum, ut per dioecefim noftram in celebratione miffarum, præterquam in feftis duplicibus, dicantur quinque collectæ; una de pace ecclefiæ, fcilicet " Ecclefiæ tuæ, quas Domine preces, " &c. alia pro domino noftro rege, & regina, & eorum filiis, fcilicet " Deus, in cujus manu corda funt regum. "

De vifitatione infirmorum.

LXXI.

Item, cum presbyterum ad infirmum vocari contigerit, fi audita ejus confeffione forte teftari voluerit, ipfum diligenter moneat & inducat, ut fecundum facultates fuas refpiciat fabricam ecclefiæ cathedralis, cum ab ipfa parochiales ecclefiæ documenta falutis accipiant. Fiunt in hujus executione ftatuti per fuperiorem, prout expedire viderit.

Mo-

ANNO CHRISTI 1225.

Monitionem faciendo leprosis.

LXXII.

Item de his, qui lepræ morbum incurrunt, & de consuetudine generali a communione hominum separantur, statuimus, ut cum tales ad loca se transferant solitaria, moneantur efficaciter a presbyteris in eorum recessu, ut parochialem ecclesiam respiciant secundum suarum exigentiam facultatum, ad quod si induci nequiverint, nulla eis coactia inferatur, cum afflictis addi non debeat afflictio, sed ipsorum miseriis sit potius miserendum.

Quod perjuri in causa matrimoniali mittendi sunt ad episcopum.

LXXIII.

Item statutum a prædecessore nostro editum innovando firmiter prohibemus, ne presbyter parochialis aliquem in causis matrimonialibus aut aliis spontanee pejerantem ad confessionem suscipiat, sed omnes tales ad nostram præsentiam veniant, a nobis 1 poenitentiam recepturi.

De exequiis mortuorum.

LXXIV.

Item ad funera & exequias mortuorum laicorum cantus vel choreas fieri prohibemus, cum non deceat de aliorum fletu ridere, sed ibidem potius de hujusmodi sit dolere.

Quod luctæ vel ludi non fiant in ecclesiis, nec in cæmeteriis.

LXXV.

Huic etiam prohibitioni duximus 2 addendum, ut in aliquibus festivitatibus infra ecclesias vel coemeteria luctæ vel ludi de cætero fieri non permittantur; & qui ter monitus a sacerdote loci, ab hujusmodi cessare noluerit, ingressus ecclesiæ interdicatur eidem. Qui suspensus a sua insolentia non destiterit, excommunicationis sententiæ innodetur.

::::::::::::::::::::::

LXXVI.

Item audivimus a quibusdam, cum in die Paschæ fideles Christi suscipere debent eucharistiæ sacramentum, quidam presbyteri, quod dolentes referimus, illud præstare denegant impudenter, nisi prius oblationes suas tunc porrigant ad altare, & eodem die exactiones faciant a laicis, corpus Christi tenentes in manibus, ac si dicerent: Quid mihi vultis dare, & ego eum vobis tradam? Quod amodo fieri prohibemus sub obtestatione divini judicii districtius, permittentes ut presbyteri parochianos suos tempore congruo ad solutionem decimarum & jurium aliorum per censuram ecclesiasticam prævia ratione compellant.

Excommunicandi sunt, qui prohibent suos, ne emant decimas.

LXXXII.

Item quorundam relatu nobis innotuit, quod quidam domini feodorum homines sub se manentes a rectoribus ecclesiarum decimas emere non permittant, cum eas oporteat vendere vel ponere ad firmam, & in locis sylvestribus remotis colligi nequeant ab eisdem. Hoc de cætero modis omnibus fieri prohibemus, decernentes, ut qui talia commiserint, si commoniti non destiterint, a suis presbyteris excommunicationis sententia percellantur.

De locato & conducto.

LXXVIII.

Item firmiter prohibemus, ne de cætero ad firmam ecclesiæ conferantur, nisi de conscientia episcopi vel archidiaconi fiat conventio, ex qua plurimæ literæ conscribantur, quarum una remaneat penes ipsos. Item firmarius ecclesiæ eam alii non tradat ad firmam, cum negotiatio quædam videatur sub obtentu secularis commodi, & negotiatio clericis sit penitus interdicta.

Quod rectores ordinentur & serviant ecclesiis.

LXXIX.

Item irrefragabili constitutione sancimus, ut rectores ecclesiarum ad primos ordines veniunt ordinandi; ita quod quamcito fieri poterit, commode ordinentur. Qui parochialem habet ecclesiam, amodo per seipsum illi deserviat in ordine, quem ipsius ecclesiæ cura requirit, nisi prius in eadem vicarium habuerit canonice institutum. Qui vero ex dispensatione plures ecclesias habuerit parochiales, uni earum deserviat, idoneis & perpetuis vicariis in aliis constitutis. Et qui nec vicarium habuerit, nec residere voluerit, ille se sciat Lateranensis concilii auctoritate privatum, libere alii conferenda, qui quod dictum est, velit & valeat adimplere.

Quod laici non teneant placita in ecclesia.

LXXX.

Sub interminatione anathematis firmiter prohibemus, ne laici teneant placita sua secularia in ecclesiis vel coemeteriis, & ne laici secus altare, quum sacra mysteria celebrentur, stare vel sedere inter clericos præsumant, excepto domino rege & majoribus regni, quibus propter suam excellentiam in hac parte duximus deferendum.

Quod

1 MS. *præsenciam* 2 MS. *admittendum*

ANNO CHRISTI 1225.

Quod focariæ concubinæ sacerdotum vel clericorum beneficiatorum non admittantur in ecclesiam.

LXXXI.

Item prohibemus sub interminatione anathematis, ne focariæ concubinæ sacerdotum vel clericorum beneficiatorum, vel infra sacros ordines positorum admittantur in ecclesiis ad aquam benedictam, vel pacis osculum, vel ad aliquam communionem fidelium, nec aliæ fornicariæ ab aliquibus in domibus vel in terris scienter & prudenter receptentur.

Quod matrimonia sine bannis non contrahantur.

LXXXII.

Item prohibemus, ne qui matrimonium contrahant sine terna denunciatione solemniter facta in ecclesia, ubi degunt, si in eadem parochia manent; si in diversis, in utraque denuncientur sponsalia, & ne contrahantur sine fidelibus testibus & legitimis. Item prohibemus, ne matres aut nutrices teneros infantes secum in cunilibus collocare præsumant, propter frequentiam emergentium periculorum.

De potibus dandis ægrotis.

LXXXIII.

Item prohibemus, ne aliquis medicinæ ignarus sub pallio medicinæ potationes herbarum mortiferarum alicui conferat ægrotanti, nec aliquod sortilegium faciat vel exerceat.

De capellanis conducendis.

LXXXIV.

Item prohibemus, ne quis recipiatur capellanus ad curam parochiæ, ibidem moram facturus, ad minus quam per unius anni spatium, nec inde sine rationabili causa archidiacono exposita recedat. Discedentem vero absque literis archidiaconi nullus audeat recipere aut tenere. Explicit.

Ex auctoritate Dei Patris omnipotentis, & Filii, & Spiritus Sancti, nec non & sanctæ Dei genitricis Mariæ, & S. Michael. archangeli, & omnium angelorum & archangelorum, & sancti Johannis Baptistæ, & omnium patriarcharum, & sanctorum apostolorum, & evangelistarum, innocentium, martyrum, confessorum, atque virginum, A & omnium cælestium virtutum, & sanctorum canonum, & nostri ministerii excommunicamus, damnamus, anathematizamus, & a liminibus sanctæ matris Dei ecclesiæ sequestramus omnes conspiratores contra proprios episcopos vel alienos, regni, seu alios prælatos, omnes conspiratorios consentientes, eo quod omnes tales schismatici sunt & infames. Excommunicamus etiam omnes, qui causa matrimoniali, vel alia falsum perhibent testimonium scienter, exceptiones malitiose opponunt, vel opponi procurant, vel testes subornant, vel id fieri procurant in causa matrimoniali. Excommunicamus omnes illos, qui pacem regis & regni perturbant, & omnes illos, qui B odii vel lucri causa, aliis crimina imponunt, per quæ ipsorum fama lædatur, aut pro quibus mors vel exilium vel membrorum mutilatio vel exhæredatio seu bonorum spoliatio sequi debeant, si judicialiter convincantur. Excommunicamus omnes detentores decimarum suarum injuste, & omnes illos, qui decimas proprias seu alienas præter voluntatem dominorum ipsarum occupant & detinent violenter, seu rectores ecclesiarum, vel vicarios, aut eorum procuratores, quacunque calliditate impediunt, vel perturbant, quominus de decimis suis ad suam libere disponere valeant voluntatem; necnon & usurarios manifestos, raptores publicos, C impedientes testamenta legitime facta, incendiarios libertatum ecclesiasticarum & immunitatum in terris, vel in aquis, seu in nemoribus, aut pascuis, aut quibuscunque aliis rebus perturbatores, & violatores, aut eorum auctores, consilium, auxilium, & favorem eis præstantes; necnon sortiarias, & omnes eas foventes & protegentes, & in suis maleficiis manutenentes, ac etiam cum eis in maleficiis suis communicantes; invasores & raptores bonorum ecclesiasticorum, seu in terris [1] ecclesiasticis nonnulla vi præter voluntatem dominorum capientes, exceptis domini regis & reginæ, ac filii sui servitoribus pro eorundem necessariis, cum D ea alibi invenire non potuerunt, accipientibus, dummodo justum pretium solvant pro eisdem. Maledicti sint omnes prænotati; maledicti sint interius & exterius; a planta pedis usque ad verticem capitis, cum Datan & Abiron, quos terra vivos absorbuit; fiant dies eorum pauci, & dominationes eorum accipiant alii; filii eorum [2] orphani: & sicut hæc lucerna in præsenti extinguitur, sic extinguantur lucernæ eorum ante viventem in secula seculorum, & demergantur in inferno animæ eorum, nisi resipuerint, & ad satisfactionem & emendationem venerint. Fiat, fiat. Amen.

1 In autographo scriptum est *elementis*.
2. forsan deest *sint*.

AD

AD PARISIENSE CONCILIUM

Adversus Albigenses

Anno 1226. habitum

ADDITIO.

Literæ Romani Cardinalis & A.S.L. in hoc concilio datæ, in quibus de rebus tunc actis utcumque erudimur, extant apud Martene Anecdot. tom.1. pag. 931. in aliis literis ab episcopo Rothomagensi datis insertæ; quin & utrasque complectitur & continet epistola Abrincensis episcopi ibidem. Geminas illas Rothomagensis & Abrincensis hic omitto, utpote ad nostram rem non pertinentes; sed ab his secretas Romani A. S. L. literas, ad rem præsentem facientes, statim do.

EPISTOLA ROMANI CARD. A.S. L.

Ad Theobaldum archiepiscopum Rothomagensem.

VEnerabili in Christo patri Dei gratia Rothomagensi archiepiscopo, Romanus eadem gratia Sancti Angeli diaconus cardinalis, apostolicæ sedis legatus, salutem et sinceram in Domino caritatem. Rex regum et Dominus dominantium Jesus Christus, qui se cum ecclesia sua promisit usque ad finem sæculi permansurum, nec permissurum quod adversus eam mortis portæ prævaleant, nolens eamdem in fluctuum turbationem deficere, in cujus manu sunt omnia corda regum, et quo voluerit vertit illa; diebus istis ad revelationem ejusdem, quæ miserabiliter peccatis nostris exigentibus erat ab inimicis pacis et fidei depressa, mirabiliter operando; Regis Franciæ illustris cordi ratione * suæ gratiæ ex alto infudit, quod divina gratia faciente, negotium pacis et fidei contra hæreticos terræ Albigensis in se assumens, ad honorem Dei et ecclesiæ, crucis vivificæ a nobis est charactere insignitus, ad purgandam terram illam ab hæretica pravitate, et ad relevationem in illis partibus ecclesiæ Dei, quæ jam esse submersa penitus videbatur; cum quo plures archiepiscopi, episcopi, comites, et barones, et magnates regni Franciæ crucis similiter assumserunt (insignia,) propter quod eundem regem, familiam suam, et regnum suum, et omnes qui in hoc negotio ibunt, et personaliter laborabunt, in ecclesiæ protectione suscepimus, quamdiu fuerint in servitio Jesu Christi. Excommunicamus, et excommunicatum denuntiamus R. filium R. quondam comitis Tolosani, fautores, complices suos, et omnes qui consilium et auxilium eidem dederint contra ecclesiam Dei et fidem christianam, et contra Regem Franciæ, qui pro eadem defendenda laborat. Item excommunic. omnes illos, qui guerreabunt, vel invadent regnum Franciæ, sive sint de regno, sive de extra regnum; statuentes ut sententia excommunicationis nullatenus absolvantur, donec de damnis et injuriis dicto regi et suis satisfecerint competenter, et egrediantur regnum illi guerreatores vel invasores, qui sunt de extra regnum. Item excommunicamus omnes illos, qui sunt de regno Franciæ, qui inter se guerram moverint, nec treuguam, vel pacem fecerint ad mandatum dicti regis. Quia vero regnum magnum est, et magnos sumtus exigit et expensas, promisimus, sacro approbante concilio Bituricis congregato, eidem regi dare decimam omnium proventuum ecclesiasticorum legationis nostræ, usque ad quinquennium, si negotium tantum duraverit, deductis expensis illis, quæ proveniunt ex cultura vinearum et agrorum. Decimam autem illam prælati non solvent, nec clerici de familia sua, qui personaliter in hoc negotio laborabunt, nec alii quos nos et rex prædictus elegerimus ad personaliter laborandum in negotio supradicto. Fiet autem solutio decimæ duobus terminis per annum, videlicet in festo omnium SS. & in Pascha: & incipiet prima solutio in instanti festo omnium SS. Quocirca paternitatem vestram rogamus, et monemus attentius, qua fungimur auctoritate, mandantes, quatenus excommunicationis sententias prædictas per vestram provinciam denominari publice facientes, verbum crucis per personas discretas et litteratas, nec ecclesiis onerosas in eadem prædicari faciatis. Concedentes illis catholicis, qui crucis absumto charactere ad exterminium eorumdem supra hæreticorum se accinxerint, et in personis propriis laboraverint, et expensas (contulerint,) necnon et illis, qui in personis propriis illuc accesserint, sed in suis dumtaxat expensis juxta facultatem et quantitatem suam viros idoneos demonstraverint; ut illis similiter, qui licet in alienis expensis, in propriis tamen personis accepserint, ut illa gaudeant libertate, illoque privilegio sint muniti, quæ accedentibus in Terræ sanctæ subsidium conceduntur. Hujus quoque remissionis denuntiantes esse participes, juxta quantitatem subsidii et devotionis affectum, qui ad subventionem prædicti negotii Jesu Christi de bonis suis congrue ministrabunt, aut circa prædicta consilium et auxilium impenderint optimum. Monemus etiam discretionem vestram, et hortamur in Domino Jesu Christo, quatenus suffraganeos vestros ad hujusmodi Christi obsequium invitetis, ut signum crucis, tam vos, quam episcopi, accipiatis pro amore illius, qui pro vobis sanguinem suum fudit. Sic enim studeatis in hoc opere sollicitius vigilare, quod proximos ipse caritatis vestræ ardor accendat, vosque præter bonæ famæ mercedem, æternum possitis præmium a Domino expectare. Scientes quod præfatus rex ad mensem post festum Resurrectionis Dominicæ proximum erit Bituri personaliter cum exercitu suo, concedente (Deo,) profecturus viriliter et pru-

* f. rorem

ANNO CHRISTI 1226.

prudenter contra hæreticos supradictos, nosque similiter tunc ibidem personaliter erimus cum eodem. Datum Parisius nonis februarii.

AD CONCILIUM LEODIENSE

In causa necis S. Engelberto Coloniensi archiepiscopo collatæ

Anno 1226. habitum

ADDITIO.

DE *nece S. Engelberti Coloniensis archiepiscopi quæstio instituta est in concilio Moguntino, quod Germanicum Labbeus appellat, ut notat Cossartius ad idem concilium. Criminis hujus reus convincitur Fridericus Isemburgensis comes, cui proinde anathema a Patribus dictum. Molitionis ejusdem suspicione aspersi sunt pariter Theodoricus Monasteriensis episcopus & Engelbertus electus Osnabrugensis, qui ea de causa sistere se judicio jussi sunt. Quid in eo acciderit, licet non sileat Labbeus, fusius tamen narratur in Chronico Emmonis Abbatis Vuerum seu Floridi Horti in Frisia, vulgato a Matthæo Analect. tom. II. pag. 84. edit. anni 1738. Ita vero ibi.*

ILlis diebus dominus Conradus cardinalis, episcopus Portuensis et S. Rufinæ, cum Teutoniam visitaret, ad instantiam episcoporum, et omnium prælatorum ecclesiæ, nec non illustris Henrici filii Fretherici, celebrare constituit concilium in civitate Magunciæ, in quo priores ecclesiæ Coloniensis pilleum suum primo ter gladio incisum, et sanguine resperfum, deinde camisiam cum Wambicio, quasi recenter tinto ejulantes et cantantes: *videtis Jacob vestimenta &c.* inferebant; et ipse cardinalis flens cum omni multitudine subjunxit: *Fera pessima &c:* Deinde a Ministerialibus ecclesiæ Coloniensis accusati sunt, principaliter episcopus Monasteriensis et fratres et comites multi. Monasteriensis autem quasi moræ impatiens diem et locum petiit, ad se de objectis expurgandum. Præfixus est ergo ei dies Purificationis Beatæ Virginis, et pro loco civitas Leodiensis. Interea collegit expensas, et invitavit priores ecclesiæ cathedralis, necnon et priores totius episcopatus, videlicet abbates, præpositos priores, et Decanos. Invitavit quoque episcopos Bremensem, Verdensem Isonem comitem de Welpa, qui Verdensem ecclesiam annis 26. administravit, Mindensem, Trajectensem; & occurrit in comitatum suum Mindensis cum fratre suo Osnaburgensi. Aderant et abbates Frisiæ, sancti Bernardi, Floridi-Horti, & de Doccum. Et profecta est omnis multitudo VI. Kal. Febr. proxima feria post conversionem sancti Pauli. Et solutum est gelu forte, & tendebant versus Austrum. Euronothus & Africus flatibus & imbribus valde homines, & jumenta fatigarunt. Primo igitur die festi venerunt ad Lippiam, secundo Duzburch, tertio Nussiam, quarto Ruram, quinto Aquasgrani, VI. videlicet in Purificationis vigilia Leodium. Die igitur Dominico mane facto in equis pompatice ibant ad ecclesiam beati Lamberti cathedralem, & expectantibus episcopis & omnibus, post horam primæ, venit Vicarius quidam, & officium Missæ cœpit legere sine cantu. Ecclesia namque Coloniensis pro B signo mœstitiæ solemnitatem cantandi prohibuerat, donec ultio fieret condigna pro scelere, & totus clerus quasi in triduo ante Pascha in habitu lugubri, & voce submissa horas reddebat. Cardinalis interim misso episcopo Hildexmense proposuit, si placeret Dominis episcopis differri Capitulum in feriam sequentem; et placuit. Aderant ibi, ut fama fuit, episcopi IX. comites plurimi, et multitudo infinita. Die sequenti ascenderunt episcopi cum comitatu suo aulam episcopalem, in medium videlicet coenaculum, et moram fecit cardinalis, fluctuabat plebs avida novitatis, et implebat domum. Episcopi quoque plurimi expectabant. Sed pro si- C gno cunei episcopalis, cathedra pontificalis super capita manu ferebatur. Accessit tandem cardinalis et semel et secundo data indulgentia urgebat populum descendere, et descendit paulatim. Tandem placuit excommunicare remanentes, et in negotio illo alienos, et tunc timentes dederunt locum, et facto silentio post prælibationem paucorum verborum domini cardinalis, surrexit scholasticus domini Osnaburgensis Clricus, et pulchre peroravit pro electu ecclesiæ suæ, captando benevolentiam, elidendo malam præsumptionem, exhibendo contra inimicorum confictionem, justam satisfactionem. Surrexerunt et ministeriales Coloniensis ecclesiæ, D et comes Gelrensis contra Monasteriensem. Contra ministeriales Monasteriensis, pro Monasteriensi, et facto tumultu dilata est causa. Die vero proxima finxit se cardinalis iturum extra civitatem, et recessit populus de aula, et clerus: sed clam rediens cum episcopis intravit, et clausa janua dedit audientiam, et adjudicata est eis expurgatio per episcopos. Et subtraxerunt se episcopi, et territi defecerunt, et subsecuta est ab officio suspensio et beneficio. Et appositi sunt pro custodia spiritualium, et temporalium Dioecesis Monasteriensis, episcopus Patherbornensis et comes Gelrensis. Septimo igitur Martii profecti sunt Romam, et pridie Kal. Maii E innotuit rumor depositionis eorum, videlicet Monasteriensis, et Osnaburgensis electi fratris sui. Monasteriensis autem post brevi defunctus est, frater gratiam domini papæ invenit.

CON-

ANNO CHRISTI 1226.

CONCILIUM LONDINENSE

In quo decreta est solutio subsidii Regi præstandi

Anno 1226.

Quamquam concilii hujus acta perierunt, valent tamen pro concilio literæ Stephani Cantuariensis episcopi, in quibus rerum in concilio decretarum summa continetur. Sed antequam literas ipsas profero, juvat Honorii III. bullam, unde concilii hujus ratio petita est, hic omnium primam recitare.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, & dilectis filiis præpositis, ac aliis ecclesiarum prælatis, ac rectoribus per regnum Angliæ constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum ecclesia secularium principum necessitatibus sponte communicat, necessarium eis subsidium liberaliter impendendo; non est id libertatis ecclesiasticæ præjudicium, sed officium potius charitatis. Cum igitur charissimus in Christo filius noster Henricus, rex Anglorum illustris, vestræ subventionis auxilio dicatur quamplurimum indigere, universitatem vestram rogamus, & hortamur attentius, ac per apostol. scripta vobis mandamus, quatenus juxta facultates ecclesiarum competens ei subsidium impendatis; proviso, quod in singulis diœcesibus congruæ fiant hac de causa collectæ, & quæ collecta fuerint, testimonialibus literis diœcesani episcopi, & aliquorum abbatum, aliorumve prælatorum diœcesis assignentur viris fidelibus & discretis, quos hujusmodi curæ videritis deputandos; ipsique illa illibata conservent, donec deliberato consilio expendantur, ubi, & quando, & quomodo regi & regno videbitur amplius expedire. Unde quemadmodum de receptis, sic literas testimoniales recipiant de redditis vel expensis, quatenus omnibus tollatur suspicionis occasio, & collecta pecunia non in superfluas & inutiles prodigatur expensas, sed in necessarias & utiles provide convertatur: nolumus autem, hæc nostra gratia vestraque charitativa subventio trahatur in consequentiam vel exemplum. Vestra ergo solicitudo provideat, ut hæc ita hilariter fiant, fideliter, & diligenter, quod vestra charitas et prudentia ex hoc merito debeat commendari. Dat. Lateran. 3. non. Feb. pontif. nostri anno nono.

Literæ istæ pontificis in pleno concilio recitatæ sunt, & in earum obsequium decernuntur ea quæ in epistola Stephani Cantuariensis archiepiscopi referuntur. Cedo mihi easdem literas ex Wilkins.

Ex Wilk. Conc. Brit. t. I. p. 605. ibique & literæ Honorii.

Stephanus, Dei gratia Cantuar. archiepiscopus, totius Angliæ primus, et sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, venerabili fratri R. eadem gratia Sarum episcopo salutem in Domino.

Memoriter, sicut credimus, tenetis, qualiter scripserit dominus papa nobis et vobis pro competenti auxilio a personis ecclesiasticis de beneficiis suis domino regi liberaliter impendendo: propter quod vos et alios ecclesiarum prælatos nuper London. convocavimus, ubi tractavimus cum decanis cathed. eccles. præsentibus, et cum procuratoribus, ubi decani non erant præsentes, cum archidiaconis præsentibus, et cum procuratoribus absentium de negotio memorato; convenimus autem in hanc formam; videlicet quod ipsi monitis et mandatis domini papæ reverenter inclinati, volunt præstare sextamdecimam partem de omnibus ecclesiis, præbendis, et communiis, de quibus quintadecima soluta non fuit. Fiet quidem collecta in ecclesiis cathedralibus, per decanos et capitula in ecclesiis parochialibus per archidiaconos, et alios viros providos, & fide dignos, de consilio episcopi diœcesani eis adjungendos. Cujus collectæ medietas in festo Purificationis, & alia medietas in festo Trinitatis proximis venturis solvetur. Secundum æstimationem vero factam in collectione XX. fiet æstimatio redituum præmissorum. Fraternitati igitur vestræ mandamus, quatenus interponatis diligenter partes vestras, ut negotium memoratum, secundum formam præmissam, efficaciter et fideliter effectui mancipetur. Provisum est autem, et a domino rege concessum, quod ipse per literas suas patentes cavebit pro se et hæredibus suis, quod præfata concessio liberaliter facta non cedet in præjudicium ecclesiasticæ libertatis. Dat. an. Dom. MCCXXVI. mense Octobris. Valete in Domino.

Subjungo literas Henrici Angliæ regis de rebus in eodem concilio habitis ad clerum Anglicanum datas, apud eundem scriptorem legendas.

Ex eodem loco.

Henricus, Dei gratia rex Angliæ dominus Hiberniæ, dux Normanniæ & Aquitaniæ, comes Andegaviæ, ven. patri R. eadem gratia Sarum episcopo salutem.

Cum propter urgentia negotia nostra dominus papa Honorius III. archiepiscopis & episcopis regni nostri per literas suas dedisset in mandatis, ut clerum Angliæ sibi subditum monerent diligenter & inducerent, quod de beneficiis suis competens auxilium charitative nobis facere deberent, ad conservationem pacis ecclesiasticæ & regni nostri; clerus præfatus ad faciendum præmissa pia devotione inductus, liberaliter concessit & benigne sextamdecimam beneficiorum suorum, secundum æstimationem competentem unius anni factam, scilicet tempore quo collecta fuit XX. in succursum terræ sanctæ, nobis per manum suam propriam collectam largiri; ita tamen quod ex hac gratia gratis & liberaliter tunc nobis impensa, processu temporis, ecclesiis vel ecclesiasticis personis, seu beneficiis nullum posset aliquatenus præjudicium generari: nos igitur nolentes occasione gratiæ & liberalitatis nobis, ut præmissum est, affectu favorabili impensæ, ec-

ANNO CHRISTI 1228. seu 1229.

ecclesiis Dei, archiepiscopis vel episcopis, aliisve prælatis, clericis, aut ecclesiasticis, seu religiosis viris vel ecclesiasticis, possessionibus quibuscumque vel feudis vel nominibus eorum præjudicium vel gravamen aliquod aliquo tempore generari, nec similem præstationem trahi posse in consuetudinem vel debitum; præsentibus literis nostris cum multiplici gratiarum actione protestamur, beneficium taliter nobis collatum ex sola liberali gratia cleri processisse, nec illud a nobis vel hæredibus nostris occasione vel exemplo tali in debitum vel in consuetudinem trahi posse. In cujus rei testimonium has literas patentes fieri fecimus. Teste meipso apud Westm. 20. die Octobris, anno regni nostri decimo. Dat. per manus venerabilis patris R. Cicestrensis episcopi, & cancellarii nostri, coram H. de Burgo, justitiario nostro, J. Bathon. & R. Sarum episcopis.

W. decanus, & capitulum Sarum dilecto fratri & canonico suo N. salutem. Literas domini Cantuar. suscepimus continentes, quod cum nuper essent coram eo apud London. constituti decani cathedralium ecclesiar. vel eorum procuratores, & archidiac. diversarum eccles. vel procuratores eorum; insuper & viri religiosi, vel procuratores eorum, ad tractandum de competenti auxilio domino A regi præstando de ecclesiis, præbendis, & communiis per regnum Angliæ constitutis; tandem in hanc formam omnes convenerunt, videlicet, quod ipsi monitis & mandatis domini papæ reverenter inclinati, voluerunt præstare XVI. partem de omnibus ecclesiis, præbendis, & communiis, in quibus quindena soluta non fuit. Fiet autem solutio medietatis in festo purificationis beatæ Mariæ, & alterius medietatis in festo Trinitatis proxime sequenti. Fiet etiam hæc præstatio secundum æstimationem redituum, factam in collatione XX. quæ facta fuit in subsidium terræ sanctæ fraternitatem vestram igitur monemus attentius, & hortamur in Domino; firmiter injungentes, quatenus in præsenti E negotio voluntatem domini papæ, & aliorum patrum nostrorum attendentes, necnon & necessitatem domini regis pie considerantes juxta formam præscriptam, medietatem XVI. portionis præbendæ vestræ in purificatione beatæ virginis parati sitis apud Sarum exsolvere, & aliam medietatem in festo Trinitatis proxime sequenti secundum prætaxatam æstimationem. Valete.

Vix autem dubito concilium hoc plane diversum non esse ab eo, quod Vestmonasteriense appellat Labbeus, qui & ejus acta ex Parisio recitat legenda t. XIII. pag. 1103. edit. Venet.

CONSTITUTIONES ECCLESIÆ BARCHINONENSIS

Editæ per Johannem Sabinensem A. S. L. Cardinalem & Legatum in Spania

Circa annum 1228. seu 1229.

Affert Mart. Anecdot. t. IV. p. 595.

VEnerabili in Christo patri episcopo & dilectis filiis capitulo Barchinonensi Johannes ejusdem permissione Sabinensis episcopus, apostolicæ sedis legatus, salutem in Domino.

Attendentes ad nostram injunctam ecclesiam, visitantes eam ex debito nostræ legationis officio, & de statu ipsius tam in spiritualibus quam in temporalibus sollicite inquirentes, quædam invenimus corrigenda, ordinanda & reformanda; super quibus ea ordinanda duximus quæ subjectis sunt capitulis annotata.

I.

In primis igitur statuimus, quod in nostra ecclesia canonicorum quadragesimus numerus observetur: & quod restitutis per nos sacerdotibus ad possessionem quorumdam jurium vel consuetudinum, propter quæ canonicos se esse dicebant, super ... proprietatis eam pendebat, quia nimis erat numerus diminutus, quosdam ordinandos in ecclesia nostra decernimus canonicos, cum moderamine servato, quod prædictis presbyteris loca paterent, si forte per ipsos omnes vel aliquos ex ipsis per compositionem vel E sententiam in prædictum numerum venire contingeret; statuentes nihilominus quod in omnem eventum prædictus canonicorum numerus integretur. Et quoniam in choro nostro nec gradus nec sedes consuetudo rationabilis ordinabat; & ita statuimus, quod archidiaconus qui major est in ecclesia, in dextris chori locum primum: decanus primum locum in sinistris: & juxta archidiaconum cantor, & juxta decanum sacrista, juxta sacristam præcentor locum habeat; & post istos, in utroque choro alii canonici secundum ordinem quem habuerint & prioritatem canonicationis suæ sedes ordinarie servent. Circa sedem episcopi in tertio choro, sed de universis sacerdotibus; alii sex in apposita parte chori sinistri sedes obtineant. Aliis enim loca indifferenter pateant sacer- D dotibus & diaconis in utroque choro: ita videlicet quod in secundo & inferiori ordine sacellorum, cum ipsa sacella fieri contigerit, subdiaconi collocentur.

II.

De quotidianis distributionibus hic statuimus observandum, quod quicumque sive persona, sive simplex canonicus, aut sacerdos septimanarum vel altarium matutinis non interfuerit festivitatum, in constitutis ejusdem Dei officiis & missæ non interfuerit, pane & vino de cœna privetur, nisi fuerit infirmus, aut de certo mandato negotiis ecclesiæ occupatus, & pœna per præpositos mensium & ministerialem pro prædictis defectibus infligatur: hoc habito moderamine, quod pro defectu duarum noctium in septimana prædictam pœnam ammonitus incurrat. Præcentor provideat & disponat, ut in tabula pro septimanis & so-

de-

ANNO CHRISTI 1228. seu 1229.

lemnitatibus, defcribantur officia fingulorum; & feptimanas de miffa, epiftolam & evangelium presbyteris, & tam perfonis quam canonicis non presbyteris fecundum ordines fuos affignet. Et quicumque de miffa majori defectum fecerit, duarum dierum rationem; quicumque in miffa majori in epiftola & evangelio defectum fecerit, ejufdem diei portionem amittat. In majori altari nullus miffam celebret, qui non fuerit canonicus aut ad minus de noftris facerdotibus nifi caufa reverentiæ ad hoc forfitam admittatur. Canonicus cui affignata fuerit feptimana de epiftola vel de evangelio, per feipfum vel alium Canonicum in fefto IX. lectionum officium fuum adimpleat. In profeftis autem diebus eidem liceat honefto vicario, qui non fit canonicus, evangelium vel epiftolam commendare. Quod ut melius valeat adimpleri, præcipimus, quod tam perfonæ quam fimplices canonici ordines recipiant, quos dignitas & ecclefiæ neceffitas requirit: videlicet ut decanus afcendat ad ordinem facerdotii, & alii fecundum fuas dignitates & neceffitatem ecclefiæ, ordines recipiant: & ad hoc in præfenti per certam perfonam, & in futuro pœna confimili duximus compellendos in hoc præfenti ftatuto, mandantes quod quicumque de præfentibus canonicis in minoribus ordinibus conftitutus, in inftanti jejunio quatuor temporum in fubdiaconum non fuerit ordinatus, vocem non habet in Capitulo, donec eumdem ordinem fuerit affecutus. Et fi in fequenti jejunio quatuor temporum ad eundem ordinem non accefferit; quoufque eumdem ordinem habeat, canonica portione privetur. Subdiaconus quoque ad recipiendum ordinem diaconi pœna confimili compellatur. Abfentes vero cum ad ecclefiam redierint, fimili modo & ordine, & pari pœna perfonis addicta, & per fubtractionem omnium beneficiorum fuorum promoveri cogantur.

III.

Quicumque vero ex prædictis de injuncta fibi lectione vel refponforio in matutinis, vel alleluja in miffa, defectum fecerit: qui per alium non procuravit adimpleri, de portione ejufdem diei in fubtractionem quatuor denariorum puniatur.

IV.

Alii autem cappellani in ecclefia noftra beneficiati, qui quotidianas portiones nobifcum non percipiunt, ad explendum debitum fervitium nec non & officia, fi qua eifdem in tabella fuerint affignata, per fubtractionem alicujus portionis de fuis beneficiis compellantur: & hoc moderamini noftro duximus relinquendum. Nullus ex eis qui chorum frequentat, dum divina celebrantur officia, ecclefiam vel clauftrum proceffionis intret in habitu fæculari. Quod fi quis fecerit, fi quotidianam portionem recipiat, per duas dies privetur eadem. Si de capellanis fuerit, qui portionem non percipiat, per duos dies altaris fui beneficio fit privatus. De anniverfariis quoque ftatuimus, quod qui officio non interfuerit, careat portione quæ ipfi competeret, nifi infirmitate, vel inftructione, vel negotiis ecclefiæ fuerit excufatus.

V.

Peregrinantibus autem & ftudentibus de licentia capituli pœnas illas infligere non intendimus, quas per abfentiam fuperius defcripfimus infligendas.

VI.

Præterea cum in generali concilio fuerit conftitutum, & a nobis in explendo concilio renovatum, quod in fingulis cathedralibus ecclefiis fit unus magifter, qui in grammatica doceat, & vos hoc falubre ftatutum obfervare neglexiftis: quia neceffe eft, ut pœna ftatuta diligentiam introducat: nos fuper hoc articulo duximus ftatuendum, quod epifcopus cum de exercitu Majoricarum redierit, indicto fibi poft reditum duorum menfium fpatio ad providendum de magiftro, ex tunc quoties & quandocunque fuerit in ecclefia noftra de cetero magis deffectus; ipfe epifcopus a collatione beneficiorum & facello fuo, quod habet in ecclefia cathedrali, fit fufpenfus, donec patraverit quod fit de magiftro provifum.

VII.

Conftitutiones quafdam ecclefiæ noftræ inftrumento firmatas publico nobis exhibitas, approbamus, confirmamus, & in perpetuum obfervari mandamus: videlicet quod fi aliquis facerdos vel clericus beneficium in ecclefia noftra adeptus fuerit; ecclefiam quam extra tenuerit, vel beneficium dimittere compellatur: & quia nullus canonicus extra manens habeat cappellaniam, præpofituram, nec domos in ecclefia noftra, nifi fuerit affidue refidens & de gremio ecclefiæ.

VIII.

Ceterum cum reverenda et honorabilis ecclefia veftra exiftat, et in habitu decenti vos oporteat in ecclefia defervire, et præbenda manualis ad victum nobis non fufficiat et veftitum: unde requirit æquitas, et hoc ipfum poftulat neceffitas, quod ecclefiæ veftræ beneficia nequaquam taliter dividantur, quod aliis inebriatis, alii efuriant, alii faleratis mulis incedant, et alii egeant; propter quæ tam contra epifcop. quam contra fratres fuos aliqui fcrupulofo corde non abfque caufa, et cum gravi fcandalo moveantur. Quocirca in virtute obedientiæ, et fub obteftatione divini judicii præcipimus, ut epifcopus, cum præpofituras vel cappellanias vacare contigerit, fic eafdem difpenfare fatagat fecundum ecclefiæ facultates decenter, ut relevetur cujuflibet canonica paupertas: ita videlicet quod magis digni et magis meriti in majoribus honorentur beneficiis, et non carnem, fed Deum habeat præ oculis, nec in aliquas perfonas tanta congerat beneficia, quod minus condigne aliorum tenuitas

tas relevetur. Vacante autem in ecclesia vestra beneficio, districte et sub pœna excommunicationis prohibemus, ne quis illud beneficium dum vacaverit conveniat, per aliquam allegationem sibi vel alii obtinere attentet; sed cum beneficium vacaverit, conveniat capitulum, et singulorum voluntates adunatas singulis, qui bona fide in eodem articulo consulent ecclesiæ suæ; et ille obtineat beneficium, in quem vota plurium concordaverint.

IX.

Sub pœna quoque excommunicationis districtius inhibemus, ne inter vos juramenta vel colligationes clandestinæ fiant, per quas A indeterminate se quisque adstringat ad consentiendum in negotiis ecclesiæ voluntati alterius; ac communem utilitatem et honorem unusquisque magis attendat: quia magis Deo quam hominibus est placendum. Hanc igitur ordinationem meam sub pœna suspensionis et excommunicationis a vobis præcipimus inviolabiliter observari. Et venerabili patri archiepiscopo Terraconensi ejusdem ordinationis executionem duximus committendam. In virtute spiritus Sancti præcipientes eidem, ut omnia sua prædicta executioni mandare non omittat. Contravenientes, si qui fuerint vel rebelles, per censuram ecclesiasticam compescendo. Acta sunt hæc apud anno Domini m..... nono VIII. cal. Octobris.

GREGORIUS PAPA IX.

Sedit ab anno 1227. usque ad 1241.

AD CONVENTUM EPISCOPORUM ET PROCERUM

In quo Raymundus Tolosanus comes rediit in gratiam ecclesiæ, & S. Ludovici Francorum regis,

Anno 1229. habitum

A D D I T I O.

An. 1229. " Apud Martene Anecdotorum tom. 1. " ex chartario Campaniæ prodierunt " tabulæ ipsæ conventionis, quibus pax ista " inter Tolosanum comitem, et S. Ludovi- " cum Francorum regem coaluit. Has ta- " bulas, quippe quæ maxime pertinent ad " acta hujus conventus, ideo huc transfer- " re opportunum censui. Cum præsertim " literæ encyclicæ regis Francorum, quæ in " collectione Labbeana occurrunt, ad tra- " ctationem hanc non absolutam sed agita- " ri tantum cœptam pertineant. Sunt enim " postulationes a S. Ludovico rege proposi- " tæ. Quas vero ex Martene profero ta- " bulæ, conventionem ipsam partis utriusque " consensu firmatam exhibent. Cum vero " charta hæc signetur anno 1228. mense ja- " nuario stylo veteri, satis indicat fœdus " istud non nisi anno 1229. stylo novo abso- " lutum perfectumque fuisse.

* Hugonis

CHARTA H.* ABBATIS GRANDIS-SILVÆ.

De pactis inter regem Francorum & Raymundum comitem Tolosanum.

Extat in Mart. Anecdot. t. 1. p. 493.

Ego H. dictus abbas Grandis-Silvæ Cisterciensis ordinis, notum facio omnibus præsentibus & futuris, quod ego a Fromondo filio R. quondam comitis Tolosani per juramentum ipsius corporaliter præstitum & litteras suas patentes constitutus procurator ad componendum inter ipsum & R. & dominum regem Francorum, in talem pacem cum consilio comitis Campaniæ TH. consensi, sicut inferius continetur. Totum episcopatum Tholosanum, excepta terra marescalli, quæ remanebit ex parte regis Francorum, dimittet idem rex R. filio R. quondam comitis C Tholosani, tali modo & tali conditione, quod ipse R. ad præsens tradet regi filiam suam maritandam uni de fratribus suis, si ecclesia dispensaverit, & dictus R. a domino legato fuerit absolutus usque ad Pascha primo futurum, ita quod filia Remondi habebit totum episcopatum Tholosanum post mortem ipsius Farmundi sive idem F. habuerit alios filios sive non. Si puella moreretur antequam ipse Farmundus & filios & filias haberet, frater domini regis ex ea habebunt totum ipsum episcopatum, sive ipse R. habebit filios vel filias sive non post mortem ejusdem Remondi. Item si illa moreretur & F. non haberet filios vel filias de legitimo matrimonio procreatos, nihilominus D Tholosa cum toto episcopatu Tholosano reverteretur ad dominum regem vel fratrem ejus, si dominus rex voluntatem habuerit post mortem ipsius fratris R. Si autem R. decesserit sine filiis de legitimo matrimonio procreatis, etiam alia terra remanebit prædictæ filiæ suæ. Si autem ipsa puella moreretur antequam pater suus sine liberis, & dictus R. alios haberet de legitimo matrimonio procreatos, ad eos episcopatus Tholosanus devolveretur, ita tamen quod dictus R. in omnibus casibus supradictis, ut verus dominus, habebit plenum jus liberum dominium utendi et fruendi, et in morte pias eleemosynas faciendi secundum usus et consuetudi- E nes aliorum baronum regni Franciæ. Item dimittet eidominus rex episcopatum Agenensem, Rutenensem. De episcopatu Albiensi dimittet eidem R. dominus rex partem illam quæ est ultra fluvium de *Tart.* & Cuus

Cal-

ANNO CHRISTI 1229.

Calven remanebit domino regi, & quidquid est contra illud fluvium versus Carcasonam. A Episcopatum Caturcensem dimittet ea excepta civitate Caturcensi & feudis & aliis, quæ habuit in eodem episcopatu rex PH. avus istius domini regis tempore mortis suæ: ita tamen quod super hoc stabit idem R. & etiam dominus rex *haut & bas* voluntate domini legati & comitum Campaniæ & Math. quod si ipsi tres discordarent, valebit quod factum fuerit a domino legato cum altero eorum. De villa C. Antonii rogabit dominus Rex bona fide homines illius villæ quod revertantur ad dominium illius R. alioquin stabunt dominus rex & R. voluntati domini legati & comitum prædictorum supradicto modo. Supradicta omnia demittet ei dominus B rex salvo jure ecclesiarum de donationibus factis in terra & juribus aliorum. Loquentur dominus legatus & comes Campaniæ ac nuntii domini regis cum eodem Raymundo in primo colloquio quod habebunt. De omnibus supradictis quæ remanebunt eidem Raymundo faciet domino regi ligium hominium & fidelitatem secundum consuetudinem baronum domini regis Franciæ. Totam aliam terram quæ est circa Rhodanum in regno Franciæ, & omne jus quod ipsi R. competit vel competere posset in ea præcise & absolute quitabit domino regi & heredibus ejus in perpetuum; terram autem quæ est in imperio ultra Rodanum, & omne jus quod ipsi C Raim competit vel competere possit in ea præcise & absolute quitabit domino legato nomine ecclesiæ in perpetuum. Item omnes illi qui nati sunt de terra illa, qui fuditi fuerunt pro ecclesia & domino rege Francorum & comitibus Montisfortis & adhærentibus eis, vel propria voluntate recesserunt ab eadem terra, nisi sint hæretici, integre restituantur in statum pristinum, quoad hæreditates in terra quæ remanebit R. si vero aliqui homines qui remanebunt in terra quæ dimittetur Raymundo, voluerint redire ad mandatum ecclesiæ & domini regis, & R. faciet eis vivam guerram, nec pacem cum ipsis faciet, sine assensu ecclesiæ & domini regis; D idem Raymundus securitatem præstabit ecclesiæ & domino regi pro pace servanda. Imprimis jurabit quod bona fide, & sine fraude & malo ingenio observabit omnia supradicta; & faciet bona fide ab hominibus & vassallis & fidelibus suis firmiter observari. Facite etiam jurare illud idem omnes cives Tholosanos, & alios homines terræ suæ quæ remanebit sibi; & quod dabunt curam efficacem, quod ipse servet ea: ita videlicet quod si ipse R. venerit contra pacem istam, ipso facto sint absoluti a fidelitate & homagio, & omni alia obligatione quibus ipsi tenerentur, & adhærebunt ecclesiæ & domino regi contra ipsum, nisi infra XL. dies, E postquam fuerit monitus hoc emendaverit, vel juri steterit coram ecclesia de iis, quæ ad ecclesiam pertinent, & coram domino de iis quæ pertinent ad dominum regem, & tota terra ipsa incidet in commandam domini regis..... dem R. in eo statu, in quo nunc est, quoad excommunicationem & omnia alia quæ fuerunt statuta contra ipsum & patrem suum in concilio generali vel pastori* Renovabuntur autem juramenta prædicta de quinquennio in quinquennium, ad mandatum domini regis. Item dabit pro securitate ecclesiæ & domini regis in manibus ipsius domini regis Caput Castri novi, Caput castri Vauri, castrum de Monte-acuto, pennam de Algis. pennam de Agenn. Rupem Perusii, Castrum de Cordia, Castrum de Verduno, Castrum de Ville-Muro, & usque ad decennium tenebit dominus rex ea: ita quod primis quinque annis solvet idem R. pro expensis custodum quolibet anno mille & quingentas libras Turonenses. Si autem dominus rex voluerit diruere Caput Castri-Novi, Caput Vauri, Villæ-Mauri, & Verduni poterit hoc facere, & propter hoc non diminuetur summa prædicta mille & quingentarum librarum Turonensium. In aliis quinque annis si dominus rex voluerit tenere propriis expensis, faciet custodire reditus, & proventus castrorum erunt Raymundi. Diruantur muri & impleantur fossata istorum castrorum & villarum, scilicet de Fano-Jovis, de Castro-novo, de Labeteda; de Avinione; item de Podio-Laurentii, de S. Paulo, de sancto Vauro, de Rabesten, de Gaillac, de Monte-acuto, de Podio-celsi, de Verduno, de castro Sorraceni, de Moisac, de Monte-Albano, de Monte-cuto, de Agenna, de Condomo, de Sauduno, de Alta-ripa, de Cassoholio, de Pugeolio, de Alto-villari, de Villa-Perucii, de Lourac, de quinque alia ad voluntatem domini legati. Non poterunt ræedificari sine voluntate domini regis, nec alibi fient novæ fortalitiæ: villas tamen non infortiata bene poterit facere idem R. quæ remanebit ei, si voluerit. Si autem aliqua villarum, vel castrorum, quæ debent dirui, sicut d ctum est, essent hominum suorum, & nollent quod diruer........ Raymundus faciet eis vivam guerram, nec pacem vel treguas sine assensu ecclesiæ, vel domini regis cum eis faciet, donec diruantur & impleantur fossata. Si autem ecclesia non dispensaverit, ut dictum est, & non fuerit absolutus a domino legato, non tenebitur dominus rex servare pacem istam; & si per dominum regem...... quominus serventur supradictæ, Raymundus non tenebitur servare pacem istam.

Actum anno Domini MCCXXVIII. mense Januario.

* f. particulari

GRÆ-

GRÆCORUM SCHISMATICORUM SYNODUS

Sub Athanasio Patriarcha de quibusdam juris capitibus,

Circa hos annos celebrata.

JOannes Boivinus vir clarissimus in notis ad librum VI. Nicephori Gregoræ prodit in codice Græco regiæ Bibliothecæ extare opuscula quædam Athanasii Patriarc. Constantinopolitani, inter quæ unum, hunc titulum præfert: *Novella seu relatio Patriarchæ Dom. Andronicum Palæologum; de quibusdam juris capitibus, in modum novellæ, quam imperator approbavit.* De hac vero synodo nihil præter hæc pauca scimus.

CONSTITUTIONES

Bonæ memoriæ

DOMINI WILLIELMI DE BLEYS EDITÆ

Anno pontificatus sui XI. Christi 1229.

Extant apud Wilkins t. I. p. 623. ex MS. Wharthon. fol. 315.

QUoniam inter omnia sacramenta ecclesiæ, illud constat esse præcipuum, in quo sanctissima fit confectio corporis & sanguinis D. N. Jesu Christi, in præsenti synodo statuimus, ut idem sacramentum cum summa diligentia & debita devotione celebretur. Circa species, itaque, quæ ad idem sacramentum exiguntur, cura diligentior adhibenda est, ut scilicet oblatæ de puro grano frumenti fiant. Ministri ecclesiæ induti superpelliciis in loco honesto sedeant, quando oblatas faciunt. Instrumentum, in quo oblatæ coquendæ sunt, cera tantum liniatur, non oleo, vel alio sagimento; oblatæ honestum candorem & decentem rotunditatem habentes, supra mensam altaris offerantur. Vinum sani saporis, non acidum, nedum acetum, in calice infundatur, aqua modica vino admisceatur, ita quod a vino absorbeatur. Verba canonis in consecratione missæ maxime distincte, plene, & integre proferantur; hostiæ consecratæ in pixide munda & honesta reponantur, nec ultra septem dies conserventur; sed qualibet septimana innoventur. Eucharistia, tintinnabulo sonanti & lumine præcedente, nisi inæqualitas temporis vel loci remotio impediret, cum debita celeritate ad infirmum deferatur, & cum debita honestate infirmo detur. Dante scilicet superpellicio induto, & lumine cereo accenso, sufficiat infirmo semel in septimana corpus Domini suscipere, & semel in anno unctione infirmorum inungi.

De ornamentis ecclesiarum.

II.

In qualibet ecclesia hæc subscripta ad minus haberi debent. In ornatu altaris duo paria vestimentorum, cum duobus paribus corporalium, amplitudinis congruentis, cum una rochetta, unum festivale, & aliud feriale, in quo sacerdos altaris mortuus tumuletur, si necesse fuerit. Duæ palliæ altaris, una festivalis, & alia ferialis. Tria lintea, unum benedictum ad minus; duo calices, unus argenteus, in quo celebretur, alius stanneus non benedictus, cum quo sacerdos altaris sepeliatur. Duæ pixides, una argentea, vel eburnea, vel de opere lemonitico, vel alia idonea, in qua hostiæ reserventur, & sub fideli custodia clavi adhibita conserventur, secundum tenorem concilii; alia decens & C honesta, in qua oblatæ reponantur. Duo vasa unum vinarium, & aliquid aquarium. Unum par candelabrorum, unum thuribulum, unum chrismatorum decens & honestum, & sub fideli custodia clavi adhibita conservatum, secundum tenorem concilii. Duæ cruces, una processionalis & alia ad officium mortuorum.

De ornatu chori.

III.

In ornatu chori duo superpellicia, unum vexillum, unum velum quadragesimale, unum D sacrarium immobile, una lanterna vel bocca, unum tintinnabulum, cum quo corpus Christi deferetur ad infirmos præferendum & pulsandum, operimentum decens & honestum inter altare & summitatem chori; fenestræ vitreæ & chorus ipse decenter copertus.

De ornatu corporis ecclesiæ.

IV.

In ornatu corporis ecclesiæ corpus ipsum decenter coopertum, fenestræ vitreæ, fons baptismalis lapideus, & decenter coopertus, E vas stanneum vel plumbeum ad minus ad aquam benedictam, feretrum competens ad sepulturam mortuorum, una lancea ad vexillum deferendum.

De cœmeterio.

V.

In ornatu cœmeterii ipsum cœmeterium sit decenter circumvallatum muro, vel sepe, vel fossato; nulla pars cœmeterii ædificiis occupata sit, nisi tempore hostilitatis. Crux decens & honesta, vel in ipso coemeterio ere-

ANNO CHRISTI 1229.

erecta, ad quam fiet processio ipso die Palmarum, nisi in alio loco consuevit fieri.

De ministro altaris.

VI.

Item is, qui ministrat sacerdoti in celebratione missæ, superpellicio induatur, & non minialiter.

Item de ecclesiis dedicatis & altaribus.

VII.

Item in ecclesiis dedicatis annus, & dies dedicationis, & nomen dedicantis, & nomen sancti, in cujus honore dedicata est ecclesia, distincte & aperte scribantur circa majus altare, in loco ad hunc idoneo: idem fiat circa minora altaria.

De dedicatione eorundem, & de confessionibus audiendis, & quomodo sit pœnitentia laicis injungenda.

VIII.

Statuimus, ut sacerdos ante confessionem laici poenitentis instruat eum de fide secundum formam & ordinem contentum in symbolo apostolorum sub lingua ei nota, ut sacerdos ante confessionem poenitentis manu, * confortatione & exhortatione, ne desperet de magnitudine vel enormitate peccati, vel de multitudine peccatorum. Exhortatione ut & circumstantias peccati confiteatur, effundens cor suum sicut aquam coram Domino; ut sacerdos post confessionem poenitentis plenius instruat eum de septem vitiis & speciebus eorum, ut facilius revocet ad memoriam, in qua specie peccaverit; ut in poenitentia laico injungenda specialiter injungatur ei, ut septies in die dicat orationem dominicam, cum symbolo apostolorum, & semel in nocte; ut sacerdos laico injungens poenitentiam inter cætera, ut quotiens transitum facit per cœmeterium, dicat orationem dominicam pro animabus omnium fidelium defunctorum, quorum corpora ibi requiescunt, & transitum faciens per crucem, inclinet se & dicat orationem dominicam in honore crucifixi.

* forte moveat eum

De perjuris in causis matrimonialibus vel aliis.

IX.

Ut confitentibus se perjuros in assisa domini regis, vel in compurgatione super defamatione adulterii, vel causæ matrimonii a simplici sacerdote non injungatur poenitentia, sed ab episcopo, ad quem per sacerdotem, cui confitentur, sunt transmittendi. Sic sacerdotes injungunt parochianis suis in confessionibus de trecenariis ab ipsis faciendum. Item sacerdotes sæpius denuncient publice in ecclesia parochianis suis, quod cum ipsi ex casu infirmitatis volunt habere medicos corporum, prius sibi consulant de salute animarum suarum; & tunc demum ad remedium corporalis medicinæ procedatur, secundum tenorem concilii. Item denuncient sacerdotes publice in ecclesiis, quod si quis medicorum suadet aliquid alicui, quod vertatur in periculum animæ suæ, non admittat illud secundum tenorem concilii. Item sacerdotes frequenter in ecclesiis publicent, quod quilibet fidelis omnia sua solus peccata confiteri debet, saltem semel in anno, proprio sacerdoti, & ad minus semel, scilicet in Pascha, euchariſtiam suscipere secundum tenorem ejusdem concilii. Item, si alieno sacerdoti justa de causa peccata sua voluerit confiteri; licentiam prius postulet a proprio sacerdote, & ipse ei licentiam concedat, salvo jure ecclesiæ suæ. Item sacerdos caveat, ne verbo vel signo, vel alio quovis modo prodat aliquatenus peccatorem; sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque expressione alicujus personæ caute requirat, secundum tenorem concilii.

De confessoribus clericorum.

X.

In quolibet decanatu per capitulum loci sub periculo animarum eligantur duo sacerdotes, de quorum honestate & literatura constiterit, quorum alteri, cui voluerint, quilibet sacerdos de decanatu confessionem faciat.

De horis psallendis, & de aliis articulis contingentibus ecclesias & earum ministros.

XI.

Statuimus, ut singulæ horæ canonicæ psallantur, ut audito verbo ultimo versus præcedentis incipiatur sequens. Ut nullus sacerdos bis celebret in die, nisi in die natalis Domini, vel Resurrectionis dominicæ, vel corporis sepeliendi; & tunc calicis recentationem in prima celebratione non præsumat, antequam secundo celebret; ut in diebus dominicis & aliis festis præcipuis, in quibus non nisi semel celebrandum est, missa pro defunctis non celebretur, sed missa de die. Ne sacerdotes opera servilia & ordini incongrua faciant, nec cappas manicatas habeant, vel manicas laciatas, vel sotulares laciatos, vel hujusmodi. Nec sacerdotes ad tabernas accedant, nec scotalla, vel hujusmodi potantes faciant, nec in ecclesiis hujusmodi potationes denuncientur. Ut nullus epistolam legat in ecclesia, nisi fuerit subdiaconus, nisi causa necessitatis. Item nec sacerdotes pro exequiis mortuorum aut benedictione nubentium, vel consimilibus pecuniam exigant, vel extorqueant, contra formam concilii. Ut aqua benedicta pauperibus tantum scholaribus conferatur. Item in qualibet capella, quæ singulis septimanis diebus pluribus vel die tantum una cantariam habet, proprium ornamentum habeat tam in libris, quam in vestimentis, & ita muro vel sepe vel fossato circumdetur, ne ad eam pateat accessus animalium. Ne pallæ altaris etiam non benedictæ ad domos or-

ANNO CHRISTI 1229.

ornandas, vel thalamos nuptiales, vel ad alios usus communes tribuantur. Ne quis pannos chrismales in usus communes, sed tantum in usus ecclesiasticos convertat. Ne tigna ecclesiæ dedicatæ & dirutæ ad usus communes applicentur. Ne candelæ benedictæ in festo purificationis ad usus communes expendantur; sed si oportuerit, primo liquefiat cera, & sic expendatur. Ne cerei sophistici in ecclesiis habeantur; sed si inventi fuerint, confringantur; ut domus a coemeteriis ejiciantur, ut coemeteria munda conserventur; nec placita secularia in eis placitentur, sicut nec in ecclesiis; nec fora venalium in ipsis exerceantur, nisi in specialibus nundinis ecclesiæ. Ut in dominicis diebus mercata nullatenus exerceantur; ut cantilenæ seculares, quamdiu corpora defunctorum in domibus jacent, nec choreæ nec luctæ in eisdem fiant. Ut nec choreæ nec luctæ fiant prope coemeterium, quamdiu matutinæ, missa, & vesperæ cantentur. Ut laici non sedeant in choro inter clericos, nec crucem nec cereum deferant in processionibus, nisi ex causa necessitatis. Ut cum bladium in autumno collectum fuerit, solis debilibus & egenis personis spicas remanentes colligere liceat; & quilibet sacerdos illud denunciet in ecclesia; & si opus fuerit, injungat parochianis suis in confessionibus in Quadragesima. Item prohibemus sub interminatione suspensionis, ne presbyteri vel clerici in sacris ordinibus constituti, errabundi sint de nocte per villas, vel per provincias, nisi causa necessitatis oporteat infirmos visitare. Item statuimus, ut rectores ecclesiarum capellanos suos annuos exhibeant, in equis & victualibus, in eundo versus synodum & redeundo, & ne aliter inter eos conveniat. Item, ut quilibet capellanus annuus honestam & competentem habeat sustentationem, ad valentiam trium marcarum ad minus, nisi fuerit ad mensam. Ne mulieres cum peplis croceis admittantur ad aquam benedictam, vel panem benedictum. Ut sacerdos, quando negotia ecclesiæ parochianis suis exponit, & contradictorem inveniat, qui nolit cautionem præstare quod juri parebit in capitulo suo loci, vel coram episcopo de eo, quod objecit; habeat potestatem interdicendi ei ingressum ecclesiæ, sed non relaxabitur, nisi per episcopum, vel ejus officialem.

De excommunicatis & communicantibus cum eis.

XII.

Cum aliquis denunciatur excommunicatus, tam decanus loci, quam capellanus, cujus parochianus est denunciatus, sub periculo animæ suæ diligentem faciat inquisitionem de communicantibus cum excommunicato, & nomine eorum episcopo vel eius officiali denuncientur. Ut quando pulsatur campana pro terra sancta in celebratione missæ, quilibet hoc audiens extra ecclesiam & intelligens, flexis genibus dicat orationem dominicam, scilicet "Pater noster," pro succursu terræ sanctæ.

A *De capellanis annuis & clericis notatis vitio incontinentiæ.*

XIII.

Ut capellani annui amoveantur infra septennium, nisi ex justa causa & rationabili; ut sacerdotes annui ministrantes vitio incontinentiæ notati chartas suas conficiant, quod de cætero honestæ conversationis erunt, & caste vivent sub poena pecuniaria per cautionem fidejussoriam adhibitam; ita videlicet, quod si de cætero super eodem vitio convicti fuerint, vel quasi convicti, in episcopatu non ministrent.

B *De fidei datione in contractu matrimoniali.*

XIV.

Prohibemus sub poena suspensionis, ne sacerdotes intersint fidei dationi etiam per verba de præsenti factæ in contractu matrimoniali sine denunciatione præmissa. Item, ut nec sacerdos nec etiam laicus intersint fidei dationi factæ per verba de futuro in contractu matrimoniali; quod si intersint, tam fide obligati, quam illi, qui interfuerunt fidei dationi, gravi poena tam spirituali quam pecuniaria puniantur.

C *Qualiter decimæ garbarum solvendæ sunt.*

XV.

Statuimus, ut nullæ garbæ de blado decimando alicui pro servitio, vel aliquo alio modo dentur, antequam decimentur; vel si datæ fuerint, sub interminatione anathematis computentur. Si bladum detur ad metendum aliquibus de alia parochia maxime ad garbam aliquotam, quicquid de hoc provenit messoribus, sub interminatione anathematis computetur, antequam de campo asportetur. Quod si ad villam debeat, per dominum prædii ad villam deferatur, & ibi D decimetur. Ut nullus laicus ecclesiasticum beneficium per se, vel per alium ad firmam recipiat; vel decimas garbarum, antequam collectæ fuerint, emat. Ut de negotiatione vel artificio ecclesiæ illius parochiæ, in qua quis domicilium habet, decimas det, licet in alia parochia negotietur, vel artificio utatur.

De decimis provenientibus de nutrimentis animalium.

XVI.

Ne decimarum confusio provenientium de E lana, & agnis, & caseis omnium ecclesiarum personis amodo contentionis occasionem generet, cum consilio totius synodi nostræ in episcopatu nostro statuimus, quod in quacunque parochia per totum annum fuerit ovile ovium, licet oves parochiæ vicinæ limites transeant ad pascua quærenda, illi ecclesiæ integre reddatur decima, ubi fuit earum ovile & remanentia. Quod si oves ab una parochia in aliam ex toto translatæ fuerint,

erint, & per aliquam partem anni in ea moram fecerint, & per aliam in alia; ecclesiæ, in quarum parochiis sic moram fecerint, secundum quantitatem temporis, & moræ, proventum decimationis percipiant tam de lana, tam de agnis, quam caseis; ita scilicet quod ecclesia illa, in cujus parochia major mora fuerit, uberius recipiat; illi autem, in cujus parochia minorem moram fecerit, secundum quantitatem temporis & moræ, sicut diximus, minor portio decimæ remaneat. Similiter de decimis, quæ ex vaccis proveniunt, statuendum duximus, quod ubicunque fuerit earum receptaculum, licet in vicinis parochiis pascua quærant, ibi tota remaneat decima, ubi fuerit earum domicilium & remanentia.

De ecclesiis datis ad firmam sine consensu episcopi.

XVII.

Statuimus, ut ecclesiæ certis personis deputatæ, nulli dentur ad firmam, nisi justa causa subfuerit, & a suo episcopo approbata; & de ejus consensu alicui honestæ personæ detur ad firmam, de quo similiter præsumi debeat, quod fructus ecclesiæ in bonos usus convertat; ut decimæ foeni integre reddantur, vel decima pars prati in loco competenti, & sine præjudicio ecclesiæ assignetur, nisi prius fuerit assignata. Statuimus, ut nullus fiat decanus, nisi habeat beneficium; ut nullus decanus habeat apparitorem, nisi fuerit clericus, & ad minus ordinatus in acoluthum. Item cum persona vel vicarius decesserit, omnia instrumenta sua immobilia remaneant suo successori. Item una mensa cum duobus tripodibus, & major, si plures fuerint inventæ. Item una arca, & major, si plures fuerint. Item una olla ærea, & major, si plures fuerint inventæ. Item una carecca, et melior, si plures fuerint inventæ. Item una canna & major si plures fuerint inventæ. Item unum dolium et majus, si plura fuerint inventa. Ne terræ ecclesiarum dentur ad firmam laicis et liberis hominibus. Item cum persona vel vicarius decesserit; non fiat distributio rerum suarum, antequam constiterit episcopo, vel ejus officiali, ipsum condidisse testamentum, et interim faciet decanus omnia bona sua fideliter conservari. Item ne personæ vel vicarii habentes loca, in quibus ædificare possint in feodo ecclesiastico, in laicali ædificare præsumant. Item cum persona vel vicarius decesserit ante annunciationem beatæ Mariæ, omnes proventus, quos in terris ecclesiæ personaliter seminaverit, percipiet; si vero ad firmam dederit, nihil habebit. Prohibemus sub interminatione anathematis, ne ecclesiastica persona decimas ponat in laico feodo, cum habeat feodum ecclesiasticum, in quo possit ponere. Prohibemus, ne Judæi libros vel vestimenta vel alia ornamenta ecclesiastica loco pignoris vel alio modo recipiant; quod si fecerint nisi commoniti ea restituerint ecclesiis, de quibus surrepta fuerint, subtrahatur eis participium christianorum, secundum tenorem concilii. Item prohibemus sub interminatione anathematis, ne mulieres christianæ nutriant pueros Judæorum, nec habeant Judæi servientes mulieres christianas, quæ in hospitiis eorum pernoctent. Item ne christiani accipiant pecuniam Judæorum ad deponendum in ecclesiis quasi res proprias, ut magis salvo custodiantur. Item ne christiani accipiant pecuniam Judæorum, ad deponendum in ecclesiis, quasi res proprias; ut magis scilicet mutuo præstent denarios Judæis, ut eos tradant ad usuram spe lucri recipiendi.

De clericis coronatis captis, sive noti fuerint, sive ignoti.

XVIII.

Item si clericus captus fuerit, habens coronam et tonsuram competentem, et literatus fuerit, sive notus fuerit, sive ignotus, moneantur captores et detentores per decanum loci, ut eum libere et sine difficultate recedere dimittant; nisi forte deprehensus fuerit in manifesto delicto; & tunc exigat eum decanus loci, ut ei custodiendus dimittatur, auctoritate domini episcopi; quod si negatum fuerit, admonitione præmissa, eadem die excommunicentur nominatim. Et adeantur auctores captionis & detentionis & moneantur, ut clericum captum, sicut prædictum est, faciant dimitti; quod si infra triduum non fecerint, sive cives fuerint sive burgenses, civitas sive burgum interdicto supponatur. Si vero per constabularium sive castellanum captus fuerit, & detentus clericus prædicto modo; moneantur, ut supra dictum est de captoribus & detentoribus civitatis vel burgi; & eodem modo fiat executio sententiæ contra eum. Et si necesse fuerit, adeatur vicecomes loci, vel si absens fuerit, ipse, qui vices suas in absentia sua ipsius gerit, & moneatur competenter, ut clericum prædictum prædicto modo faciat liberari. Quod si infra octo dies non fecerit, supponatur terra ejus interdicto. Si vero terram in episcopatu non habuerit, post 8. dies suspendatur ab ingressu ecclesiæ; post 15. vero dies, dictus vicecomes, si in prædicta contumacia perseveraverit, nominatim excommunicetur. Item, si rector ecclesiæ pensionarius decedat circa festum sancti Michaelis, qui teneatur vel viris religiosis vel alii ecclesiasticæ personæ in aliqua pensione solvenda, statuimus, ut de bonis defuncti respondeatur ei, cui debetur pensio, usque ad annunciationem beatæ Mariæ sequentem; & successor ejus ab illo termino de debita pensione respondeat.

De cereo paschali ad ecclesias præsentando & actis consistorii.

XIX.

Ut post diem sanctæ Trinitatis fiant minores cerei de cereo paschali, qui cedant in usus communes altarium & pauperum mortuorum. Ut nullus nisi sacerdos admittatur ad aliquam ecclesiam, cujus æstimatio non excedit v. marcas, sed ad minus residentiam faciat in eadem ecclesia. Ut acta confecta in

ANNO CHRISTI 1229.

in consistorio episcopi communiter legantur, antequam recedat consistorium.

De decimis agnorum, vellerum, & hujusmodi aliis tangentibus clerum.

XX.

Ut autem in diœcesi nostra uniformis sit præstatio decimarum agnorum & vellerum, & ut laicis subtrahatur occasio malignandi; statuimus, ut præsente rectore ecclesiæ vel ejus ministro fiat prædictorum decimatio; quod si laici ad hoc induci non possint, per censuram ecclesiasticam ad hoc faciendum compellantur. Ut quilibet capellanus curam habens animarum ad synodum veniat, & suprascriptas constitutiones secum deferat, & cum lectæ fuerint in synodo, de eisdem distincte & aperte respondere, & cum requisitus fuerit, easdem legere sciat sub poena suspensionis. Ut rectores ecclesiarum, qui scienter faciunt sacerdotes incontinentes deservire ecclesiis suis, poena puniantur canonica. Ut rectores ecclesiarum libros habeant emendatos, quoniam per falsos libros in ecclesia multa leguntur indecentia. Ut sacerdotes moneant & efficaciter inducant parochianos suos, ut cruces, signa victoriæ nostræ, quæ pro pace vel pro defunctis aliquando fuerint electæ, & nunc jacent dirutæ, de novo erigantur, quoniam male credentes conjecturam capiunt confusionis christianorum præsentis, & futuræ. Ut sacerdotes prædicent parochianis suis, ne contra apostolum observent tempora & momenta; nolunt enim matrimonia contrahere, nisi crescente luna, nec introitum novæ domus solemnizare. Ut sacerdotes non sustineant in parochiis suis publicos fornicatores, vel aliquod mortale peccatum manifestum; quod si fecerint, puniantur tanquam pro propriis peccatis. Idem fiat de apparitoribus decanorum. Ut sacerdotes non admittant ad confessionem magnates & eorum familias, in quorum capellis divina celebrent, cum nullam receperint curam animarum ab episcopo, nec ei vel ejus officiali fecerint obedientiam. Et multi tales sunt irregulares, plures inhonesti, quidam a non suis episcopis ordinati; plures nunquam ordinem sacerdotalem receperunt. Ut sacerdos vocatus ad infirmum, ut animæ ipsius consulat, crucem secum deferre faciat, nisi loci remotio, vel alia justa causa impediat. Ut nullus archidiaconus vel decanus dispenset cum aliquo sacerdote, qui suspensus, vel excommunicatus divina celebraverit. Ut publicæ concubinæ sacerdotis vel ministrantis in sacris ordinibus aqua benedicta & pane benedicto interdicantur, & pax in ecclesia non detur; & si impoenitens decesserit, ecclesiastica careat sepultura. Si sacerdos circa hoc negligens fuerit, & de negligentia convictus, vel confessus, amplius in episcopatu non ministret. Ut quarta, quinta, & sexta feria diligens fiat ordinatorum examinatio, & circa promovendos ad sacros ordines inquiratur; si homicidæ vel advocati in causa sanguinis fuerint, vel executores servorum in publicis administrationibus, vel simoniaci, vel interventores simoniacarum pactionum; vel si furtive aliquem ordinem susceperint; vel a schismaticis, vel damnatis, vel nominatim excommunicatis; si fuerint bigami; vel corruptarum mariti; vel Deo consecratarum virginum violatores; si servorum filii; si a non suis episcopis præter suorum licentiam prælatorum fuerint ordinati. Ut clerici uxorati, coronati, & tonsurati a carcere liberentur per episcopum, si in tali habitu capti fuerint. Ut forma baptizandi pueros tempore necessitatis talis sit: "Baptizo te N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Vel Anglica vel Gallica aut alia verba dicantur æquipollentia; & postea non rebaptizetur solenniter; sed si de prædicta forma constiterit sacerdoti, suppleatur quod solet adhiberi, postquam puer a fonte levatus est. Si autem dubitetur de forma baptismi, an sit observata, baptizetur sic: Si non es N. baptizatus, "Baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen." Ut hi, qui decimas non solvunt, cum sint excommunicati ab episcopo, non absolvantur, nisi ab ipso, in cujus sententiam inciderunt, vel ab ejus poenitentiario. Ut ii, qui decimam foeni solvere contradicunt, familiæ suæ interdicantur omnia sacramenta ecclesiæ, præter baptismum parvulorum & extremam poenitentiam. Ut servientes mercenarii non cogantur decimam partem mercedis dare, nisi deductis necessariis expensis; sed ter in anno cogatur unusquisque offerre obolum ad minus, ut hi qui pecunia corrupti falsum dicunt testimonium, tanquam infames a testimonio repellantur, si super hoc fuerint convicti, vel præ jure confessi; & hoc in singulis ecclesiis per sacerdotes publice denuncietur. Et si vilis fuerit persona, fustigetur; digniores vero personæ pro modo facultatum pecuniarie puniantur, secundum arbitrium ordinarii. Eandem poenam statuimus contra testium corruptores. Ut bona beneficiatorum intestatorum, per episcopum vel per ejus officialem pro animabus ipsorum distribuantur; bona vero ministrantium in sacris ordinibus, si intestati decesserint, per archidiaconum, vel per ejus officialem; bona vero aliorum clericorum per personam, vel ejus capellanum. Si quis vero laicus inter vivos testamentum condiderit, & postea aliquo tempore morte præventus fuerit, nec testamentum ante mutaverit, per executores, vel per ordinarium loci, si desint executores, diligens fiat testamenti executio; & executores negligentes canonice puniantur. Si quis autem intestatus decesserit, dominus intestati habeat tantum, quod haberet, si testatus decessisset; & ecclesia loci similiter. Reliqua vero bona ipsius defuncti secundum dispositionem ordinarii pro anima ejus distribuantur, per visum domini sui, vel alicujus loco suo ad hoc deputati. Ut in singulis ecclesiis parochialibus, quarum parochia est diffusa, duo sint capellani ad minus; pensatis pariter magnitudine parochiæ, & ecclesiæ facultate; ne forte, quod absit, ægrotante uno capellano, aut alias debilitato, parochianis infirmantibus, aut divinis non valentibus officiis interesse, officia

ANNO CHRISTI 1231. 1232.

ficia debita subtrahantur, vel negentur ecclesiastica sacramenta. Vacante ecclesia, terræ non jaceant incultæ, sed per decanum A loci excolantur, sumptibus eisdem refundendis a persona futura &c.

TREVIRENSIS SYNODUS

In causa hæreticorum tunc Germaniam infestantium,

Anno 1231. circiter habita.

An. 1231. circiter.

CONCILII nomen & acta unus suppeditat anonymus scriptor rerum sub archiepiscopis Trevirensibus gestarum, vulgatus a Martene Vet. Monum. tom. IV. pag. 244. bis verbis: Eo tempore Trevirorum archiepiscopus (Theodoricus) synodum tenuit, in qua ipse publice enuntiavit hæreticos in sua diœcesi habere episcopum, quem cognominassent secundum suum nomen Theodericum, & idem alibi fecisse de episcopis locorum; itemque habere eos communiter papam, quem secundum catholicæ ecclesiæ episcopum, nuncuparent Gregorium, ut si interrogarentur de fide, eam fidem se habere dicerent, quam haberet papa Gregorius, & ille episcopus sic nominatus, nostrum nominantes, & suum in- B tendentes. In eadem synodo tres fuerunt hæretici præsentati, quorum duo sunt dimissi, unus exustus. In eadem synodo archiepiscopus excommunicavit omnes falsatores monetarum, tam sumentes, quam facientes.

CONSTITUTIONES BONFILII

Senensis episcopi

Anno 1232. datæ.

An. 1232. Extant in additionibus ad Ughellium Senens. III. ex tabulario metrop. eccl. Senens. a benevolentio eruditæ.

IN nomine Domini amen. Anno Domini 1232. die 3. Idus Martii Indictione... Nos Bonfilius Dei gratia humilis Senensis episcopus. In primo statuimus, & ordinamus, quod omnes prælatos, & sacerdotes in officiis, et eundo per civitatem habeant, et deferant superna indumenta clausa. Item statuimus, & ordinamus, quod alii clerici, qui sunt canonici in plebibus, & in capellis civitatis habeant in officiis vestimenta superna clausa. Item statuimus, quod servitores in plebibus, in canonicis, & in capellis civitatis habeant in officiis vestimenta superana clausa. Item statuimus, quod servitores in plebibus, in canonicis, & in capellis civitatis habeant tonsuram clericalem, & quando serviunt altari, videlicet cum legunt epistolas, offerunt calicem, & dant incensum, habeant cappam, vel cottam. Item D statuimus, quod in plebibus, canonicis, & capellis civitatis in Matutinis, in Missis, & in Vesperis, scilicet quando fuerit ibi populus solemniter, quicunque inceperit officium, habeat cottam, vel cappam, vel camisiam, vel ghramellum clausum superius; et hæc præcipimus sub pœna lati interdicti observari. Alii habeant vestimenta superiora clausa cum pellibus affiblatis, ut deportent tam in ecclesia, quam in claustro, et refectorio, & ad legendum epistol. vel lectionem, vel ad serviendum altari in plebibus, canonicis, vel capellis civitatis, nisi sic tonsuratus in cappa, vel cotta nullus accedat. Item nullus prælatus de civitate recipiat aliquam in oblatam, vel conversam sine concurrentia episcopi de acceptatione; de quibus suspicio est, vel oriri potest, non moveant de toto cimiterio, et circuitu ecclesiæ, sed illas, ex quibus filios, vel filium procreaverint, removeant de tota parochia; alias vero mulieres nullo modo admittant ad servitia sua in domibus suis, nisi in valida, sive gravi infirmitate.

C Item præcipimus, quod nullus clericus portet vestem de viridi panno, vel rubro.

Item præcipimus, quod nullus clericus neget hospitalitatem pauperibus secundum facultates suæ ecclesiæ.

Item præcipimus, quod nullus clericus recipiat Tutelam, vel curam, nec intersit choreis, vel commixtionibus nuptiarum.

Item præcipimus, quod nullus Clericus ludat ad Tabulas, vel quoquomodo cum taxillis, vel ad cavos in plateis, vel in viis publicis; & qui contra fecerit, sit interdictus; & si perseveraverit, excommunicatus.

Item præcipimus, quod nullus clericus portet arma mortifera, nec etiam arma defensionis sine licentia sui episcopi; & quod nullus clericus sine justa & rationabili causa sit nocturnus; & quod nullus clericus fidejubeat pro aliquo sine licentia episcopi.

Item præcipimus, quod nullus clericus intret tabernam, vel loca suspecta, unde honestati clericali possit rationabiliter detrahi.

Item præcipimus, quod nullus clericus faciat compatrignum sine licentia speciali sui episcopi.

Item præcipimus, quod nullus Sacerdos recipiat aliquam mulierem ad confessionem, nisi in loco publico in ecclesia; & quod non plures simul, sed singulariter audiat quamlibet, & examinet diligenter.

E Item statuimus, quod omnes clerici, & præcipue qui sunt in sacris ordinibus constituti, tonsiones, & Coronæ suis ordinibus deferant competentes.

Item statuimus, quod nullus clericus patiatur joculatores tempore officii in ecclesia joculari, nec cum Clericis in mensa comedere.

Item præcipimus in virtute obedientiæ plebanis, & prioribus, qui habent capellanos publice tenentes focarias, ut infra quindecim dies

ANNO CHRISTI 1232.

dies postquam sancitum denunciare nobis, & si post trinam admonitionem eas non rejecerint, ab ecclesia ejiciemus eos.

Item præcipimus, quod nullus prælatus retineat clericum alterius episcopatus sine litteris episcopatus, sive litteris commendatitiis.

Item præcipimus, quod nullus clericus... vadat nisi invitatus.

Item præcipimus, quod nullus Clericus aliquas divinationes faciat.

Item præcipimus, quod Sacerdos ad minus addiscat.... peccata mortalia, & modum pœnitentiæ, ut sciat discernere inter.... lepram, et lepram, et solvere, ac ligare.

Item statuimus, quod altaris vestimenta sint munda, et pallæ, et corporalia saltem bis in anno laventur, & corpus.... & tuto loco ponatur, & non sub.... sed publice cum reverentia deportetur ad communicandos infirmos.

Item præcipimus, quod prælati libros habeant competentes, & alios circa cultum altaris, et ornatum ecclesiæ prius....quam corporum suorum vel aliarum..... ut Deo, qui totum dat, saltem aliqua pars reddatur.

Item præcipimus, ut Sacramentum...... Christi, Redemptoris nostri immediate conficiatur altaris: nam Christus pro toto oblatus est Mundo. Ad quod Sacramentum consulimus, ut quiquam Sacerdos, etsi minus dignus, non tamen indignus accedat, quia Dominus est.

Item præcipimus, quod Sacerdotes....

Item præcipimus, quod nullus Sacerdos, vel clericus loquatur cum... super altare, vel circa, nec....

Item præcipimus, quod nullus clericus...

Item præcipimus, quod nullus prælatus faciat aliquam venditionem alicujus possessionis sine licentia episcopi.

Item præcipimus, quod nullus clericus faciat aliquam relationem super vulneribus alicujus, vel...

GRÆCORUM CONCILIUM

Præside Germano II. patriarcha

Anno 1232. habitum.

Sigillum sanctissimi & œcumenici patriarchæ, Domini Germani, de paralauris patriarchalium monasteriorum, ad quem pertinere debeant; factum mense Junio vindictionis, & insinuatum secreto sacri chartophylacii.

An. 1232. Ex Jure Græc. Rom. Leuncl. t. I. lib. III. p. 235.

Quæ de patriarchalibus stauropegiis metropolitanorum per diversas provincias archiepiscoporum, & episcoporum nostræ administrationis fixis, definita & disposita sunt, actis synodalibus sanctissimi illius inter patriarchas domini Germani: (quorum alia quidem XXVII. mensis Novembris, alia autem VIII. Januarii, ejusdem Indictionis, novit facta) bene & pie habere cogitans mediocritas nostra, definit; immutabile, inviolatumque servari unumquodque eorum capitum, quæ illis actis comprehensa sunt, alias ubique, & maxime de ipsa provincia Naupacti, ut patriarchalis nominis relatio in illis solis obtineat & clarius exprimatur, in quibus extructio per patriarchalia crucifixa facta fuerat sive monasteria sint, sive ecclesiæ catholicæ, sive oratoria: Et in hujusmodi nihil sit commune regionis antistiti, sive ad sacrorum confectionem, sive ad præfecti designationem, sive ad animalium peccatorum inquisitionem, neque aliud quidquam usque ad canonicarum illationum exactionem. Etenim qui in his consecrationum sortiuntur, patriarchales erunt & nominabuntur, & patriarchalium jurium exharco subiicientur, eique solita canonica persolvent. Ipse autem exharcus eos, qui sacris in posterum initiabuntur, per gradus singulos ad id promovebit, cum legitimis tam vitæ, quam ætatis ipsorum testimoniis; & alia omni regulari observatione. Præterea nuptialibus

Σιλλίγιν τοῦ παναγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυρίου Γερμανοῦ, ἐπὶ τοῖς παραλαυρίοις τῶν πατριαρχικῶν μονῶν, τίνι ἂν διαφέρειν ὀφείλουσι. γεγονὸς κατὰ μῆνα Ἰούνιον τῆς ἐπινεμήσεως καὶ καταστρωθὲν τῷ σεκρέτῳ τοῦ ἱεροῦ χαρτοφυλακίου.

ΤΑ' περὶ τῶν πατριαρχικῶν σταυροπηγίων τῶν κατὰ διαφόρους ἐνορίας μητροπολιτῶν, ἀρχιεπισκόπων τε καὶ ἐπισκόπων τῆς ἐφ' ἡμᾶς διοικήσεως πεπηγότων, ὡρισμένα τε καὶ τετυπωμένα δι' ὑπομνημάτων συνοδικῶν τοῦ ἐν πατριάρχαις ἐκείνου ἁγιωτάτου κυρίου Γερμανοῦ, ὧν τὸ μὲν κζ τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, θάτερον δὲ ἡ η τοῦ Ἰανουαρίου, τῆς αὐτῆς ἐπινεμήσεως, οἶδε γεγενημένα καλῶς καὶ θεοφιλῶς ἔχειν κατανοήσασα ἡ μετριότης ἡμῶν, ἀμετάθετον καὶ ἀπαράβατον διορίζεται συντηρεῖσθαι τὸ καθ' ἓν ἕκαστον τῶν ἐν τοῖς αὐτοῖς ὑπομνήμασι διειλημμένων κεφαλαίων, ἀλλαχόσε πανταχῆ, καὶ δὴ καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἐπαρχίας Ναυπάκτου. ὥστε τὴν ἀναφορὰν τοῦ πατριαρχικοῦ ὀνόματος ἐν ἐκείνοις μόνοις καὶ κρατεῖν καὶ ἐκπεφωνῆσθαι τρανότερον, ἐν οἷς ἡ ἀνέγερσις διὰ σταυροπηγίων πατριαρχικῶν ἐγεγόνει. κἂν μοναστήρια ὦσι, κἂν ἐκκλησίαι καθολικαί. κἂν εὐκτήριοι οἶκοι. κἂν τοῖς τοιούτοις μηδὲν εἶναι μεθεκτὸν τῷ κατὰ χώραν ἀρχιερεῖ, εἴτε εἰς ἱεροπραξίαν, εἴτε εἰς ἡγουμένου σφραγῖδα, εἴτε εἰς ψυχικῶν σφαλμάτων ἀνάκρισιν, οὐδ' ἄλλο οὐδ' ὁτιοῦν, μέχρι καὶ τῆς τῶν κανονικῶν εἰσφορῶν ἀπαιτήσεως. καὶ γὰρ οἱ ἱερᾶσθαι λαχόντες ἐν τούτοις, πατριαρχικοὶ καὶ ἔσονται καὶ ὀνομασθήσονται, καὶ τῷ τῶν πατριαρχικῶν δικαίων ἐξάρχῳ ὑποκείσονται, καὶ τὰ συνήθη κανονικὰ πρὸς αὐτὸν ἀποτίσουσι. ὁ δ' αὐτὸς ἔξαρχος καὶ τοὺς ἑξῆς ἱερᾶσθαι μέλλοντας διὰ τῶν κατὰ μέρος βαθμῶν εἰς τοῦτ' αὐτὸ προβιβάσει, μετὰ τῶν νενομισμένων μαρτυριῶν τοῦ τε βίου καὶ τῆς ἡλικίας αὐτῶν, καὶ πάσης ἑτέρας κανονικῆς παρατηρήσεως

σεως

ANNO CHRISTI 1232.

σεως. ἔτι γε μὴν καὶ τῇ τῶν γαμικῶν συναλλαγμάτων ἐπισαλήσει προτροπῇ καὶ ἀποτροπῇ. καὶ οἱ τῶν λογισμῶν τε ἀνάδοχοι πνευματικοὶ πατέρες οἱ ἐν τοῖς πατριαρχικοῖς δικαίοις προσκαθήμενοι, παρ' αὐτοῦ καὶ δοκιμασθήσονται, καὶ τὸ ἐνδόσιμον λήψονται. ἔνθα δὲ μὴ κατεβλήθη πατριαρχικὸν σταυροπήγιον, ὁ κατὰ χώραν ἀρχιερεὺς ἐκεῖσε ἐξουσιάσει. κἂν προάστειον ᾖ μοναστηρίου, κἂν παραλαύριον, κἂν οἶκος εὐκτήριος. καὶ αὐτοῦ ἔσται ἡ ἀναφορά, ἡ σφραγίς, ἡ ἐξέτασις, ἡ πρόσοδος τῶν κανονικῶν, αἱ χειροτονίαι, ἡ ἔνδοσις καὶ ἡ κώλυσις τῶν συναλλαγμάτων. καὶ εἴ τι ἄλλο προνόμιον ἐπισκοπικὸν κἄν τι που ἴσως ὁ χρόνος διέκοψε καὶ ἀφείλετο, προφάσει τῶν πρωτοτύπων, καὶ αὐτοῖς ὑποκείμενα, πατριαρχικὰ λογίζεσθαι κἀκεῖνα πεποίηκε τὰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐσχηκότα πατριαρχικὸν σταυροπήγιον. ἀλλ' ἡ μετριότης ἡμῶν τοῖς ἐγχωρίοις ἀρχιερεῦσι τῶν τοιούτων παραχωρεῖ. κἂν γὰρ ἐξόχως ἀντέχηται τῶν ὅσα τῇ πατριαρχικῇ προσήρμοσεν ἐξουσίᾳ, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐρᾷ, ὥστε τὰ μηδὲν αὐτῇ προσήκοντα σφετερίζεσθαι. ὑποτιθέαμεν δὲ τοῖς ἐγχωρίοις ἀρχιερεῦσι κἀκείνους, οἵτινες πρὸ τῆς ἀνεγέρσεως τῶν ἐπὶ σταυροπηγίοις πατριαρχικοῖς προῳκοδομημένων, ἢ καὶ μετὰ τοῦτο οἰκοδομηθησομένων θείων σηκῶν, τὸν τόπον κατῴκησαν, ἢ καὶ ὕστερον κατοικήσαντες, ἀπὸ τῶν ἰθαγενῶν καὶ ἐγχωρίων εὑρίσκονται ὄντες· ὥστε καὶ τοὺς τοιούτους τῷ κατὰ χώραν ὑποκεῖσθαι ἀρχιερεῖ, εἰς πᾶσαν ἐπισκοπικὴν διεξαγωγήν. περὶ μέντοι τῶν ἐξ ἀλλοδαπῆς ἐληλυθότων καὶ ἐλευσομένων πρὸ τῆς πήξεως τοῦ σταυροπηγίου, καὶ μετὰ τοῦτο κἀκεῖσε τὴν οἴκησιν ποιουμένων, οὐδεὶς ἀντερεῖ τῷ τῶν πατριαρχικῶν δικαίων ἐξάρχῳ, ὡς δῆθεν οὐκ αὐτῷ προσκόντων. ἀναμφίλογος γὰρ ἔσται καὶ αὐτῶν ἔξαρχος ὁ τοιοῦτος. ἐπιγνωσθήτω τοίνυν ὁ παρὼν ὁρισμὸς τῆς ἡμῶν μετριότητος τῷ σεκρέτῳ τοῦ ἱεροῦ χαρτοφυλακίου. καὶ ἀντιγραφήτω τῷ ἀπὸ τοῦ μέρους τῆς ἐπισκοπῆς Ἄρτης αἰτησαμένῳ, καὶ πορισαμένῳ αὐτὸν ἐπὶ τῷ ἐμφανισθῆναι, καὶ τῷ ἱερωτάτῳ μητροπολίτῃ Ναυπάκτου, εἰς εἴδησιν. Εἶχε τό, Μηνὶ Ἰουνίῳ, ἐπινεμήσεως ε, διὰ τῆς πατριαρχικῆς καὶ θείας χειρός. ἀπῃώρητο δὲ καὶ κάτωθεν μολιβδίνη βοῦλλα, ἔχουσα ἐν μὲν τῷ ἑνὶ μέρει τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, παλάμαις φέρουσαν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ γράμματα ταῦτα, Γερμανὸς ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης.

A præerit contractibus permittendis aut vetandis. Et ratiociniorum susceptores spiritales patres in patriarchalibus juribus assidentes, ab eo probabuntur, ac veniam accipient. Ubi autem patriarchale stauropegium præstructum non fuerit, regionis antistes illius potestatem habebit: sive monasterii suburbanum sit, sive paralaurium, sive domus oratoria, & illius erit relatio, sigillum, inquisitio, proventus canonicorum, ordinationes, venia & prohibitio contractuum, etsi si quod sit aliud episcopale privilegium. Sicuti etiam forte tempus interruperit & abstulerit, occasione archetyporum, & ipsis subjecta fecerit, ut censerentur patriarchalia, quæ ab initio patriarchicum non habuere stauropegium. B Sed mediocritas nostra regionum antistitibus talium jure cedit. Etsi enim studiose amplectatur, quæcumque patriarchali conveniunt potestati, aliena tamen non appetit, ut quæ ad eam non pertinent, sibi vendicet. Subjicimus autem locorum antistitibus & illos, qui ante extructionem divinorum templorum, quæ sub patriarchalibus crucibus præædificata sunt, vel postea ædificabuntur, locum inhabitarunt; aut qui, cum posterius inhabitarint, ab indigenis vel incolis originem ducere reperiuntur: ut regionis antistiti tales subiiciantur, in omnem episcopalem sollicitudinem. De iis tamen, qui ex aliena regione venerunt, aut venturi C sunt ante fixionem stauropegii, & postea illic domicilium collocarunt, nemo repugnabit, quin ad patriarchalium jurium exharcum prorsus pertineant. Indubitatus enim & eorum talis erit exharcus. Innotescat ergo præsens nostræ moderationis definitio secreto sacri chartophylacii, & rescribatur ei, qui a parte episcopatus Artæ postulavit eam, & exhibuit, ut intimetur notitiæ sacratissimi metropolitani Naupacti. Habuit subscriptum, Mense Junio, indictionis 5. patriarchali & divina manu. Pendebat autem inferne plumbea bulla, habens ex una parte sanctissimam Deiparam, in ulnis gestantem dominum nostrum Jesum Christum, ex altera D autem has literas, Germanus Dei miseratione archiepiscopus Constantinopoleos, novæ Romæ, & œcumenicus patriarcha.

Ἕτερον τοῦ αὐτοῦ.

Τὰ κατὰ συναρπαγὴν λαβόντα σύμπηξιν, οὐθ' ὁ καιρὸς περιτρέχει ἀπερικλόνητα, καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ τῆς αὐτοῦ συμπήξεως αἴτιοι τὴν ἀνατροπὴν αὐτῶν τελεσιουργοῦσι προφθάνοντες. προβαίνει τὶ καὶ παρ' ἡμῖν τοιοῦτο τρόπον, καὶ ταχέως ἡ μετριότης ἡμῶν τὴν αὐτοῦ ποιεῖται διόρθωσιν. Ἐν τῇ χώρᾳ τῆς Παφλαγονίας, πατριαρχικαὶ μοναὶ σποράδην διάκεινται ταῖς μοναῖς ὑπόκεινται καὶ προάστεια, χωρία τε ὁμοῦ καὶ ἀγρίδια. λαὸς τοῖς κτήμασι διάφορος κατοικεῖ. περὶ τούτων, ἐπὶ τῆς καθ' ἡμᾶς συνόδου, γεγενημένης πρό τινος καιροῦ συζητήσεως, ὁπότερον ἄρα εἶναι δεῖ τὸν τῆς αὐτῶν διεξαγωγῆς ἀντιποιησόμενον. εἴτε τὸν κατὰ χώραν ἀρχιερέα (ὅτι τῆς ἐνορίας τούτου μέρος τυγχάνουσιν) εἴτε τὸν ἀπὸ τῆς πατριαρχικῆς ἐξουσίας ἀποστελλόμενον ἔξαρχον, ὅτι ταῖς μοναῖς, ἃς ἐλάχθη διέπειν, τυγχάνουσιν ὑποκείμενα. ἔλαθε πῶς καὶ τῇ τοῦ πατριαρχικοῦ ἐξάρχου ἐπικυρώθησαν διεξαγωγῇ. τῇ προσκυρώσει ταύτῃ καὶ

Aliud de eodem.

Quæ per vim affixionem ceperunt, nec tempus percurrit inconcussa, & qui ipsorum affixionis sunt auctores, eversionem tandem eorum perficiunt. Accidit quidpiam apud nos hujusmodi, cujus correctionem mediocritas nostra celeriter facit. In regione Paphlagoniæ, patriarchalia monasteria sparsim sita sunt: monasteriis subiiciuntur & suburbana, prædiaque simul & agelli populus multiplex E possessiones incolit. De his in synodo, quæ sub nobis habita cum ante aliquod tempus facta esset quæstio, uter administrationem eorum vindicare sibi deberet, isne qui est regionis antistes (quod diœceseos ei pars sit) an qui a patriarchali potestate mittitur exarchus, quod subjecta sint monasteriis, quæ ab ipso gubernari statutum est: incertum erat, quomodo patriarchalis exarchi administrationi attributa essent. Attributionem hanc actio

sub-

ANNO CHRISTI 1232.

A subsecuta est, pronuntians & exterminationem ad ea quæ tractata sunt, confirmanda. Hodie autem incidente caussa in exactiorem disquisitionem, potuit quidem mediocritas nostra rei absurditatem ex eo perspicere, indeque ejus emendationi statim annuit: cognoscens, exharcum jus acquisisse patriarchale, in iis, quæ sub crucibus patriarchalibus fundamentum habuerunt: sive monasteria sint, sive oratoria. Sed & invenit veterem actionem synodalem sub patriarchatu beati illius domini Germani factam, idem negotium plurimi facientem, constituentemque (si paucis verbis dicendum sit) patriarchalium monasteriorum, quæ ubique sunt, exarchos non habere licentiam vindicandi sibi prædia his subjecta, aut qui in iis est populum; B aut oratoria, quæ patriarchales cruces sortita non sunt: sed neque suscipiendi eos, qui illinc consecrandi sunt, & ut proprios ad sacerdotii dignitatem provehendi: sed ab iis omnino abstinere, ut a regionis episcopo administrentur. Et secuta est actionem. Eademque & ipsa, cum assidente fraternitate, in præsente causa pronuntiavit: dicens, non esse consentaneum, ut episcopus a proprio expellatur populo, eo quod patriarchalibus, monasteriis, quibus adhærent prædia, vel suburbana subjecta sint; sed nec a suis oratoriis, nisi sub patriarchalibus stauropegiis & ipsa fundata sint, sive etiam paralauria forte sint, aut metochia. Quamobrem prædi- C ctam illam actionem inde synodaliter abrogans, quæ in ea comprehensa sunt, omni modo cessare constituit, & quam pronuntiavit excommunicat. vinculum solvit. Paphlagoniæ igitur antistites hæc prædia & suburbana sine interruptione gubernabunt: illa utique quæ non sub stauropegiis patriarchalibus extructa sunt. Inveniuntur quidem & aliqua ejusmodi, cum iis autem & oratoria patriarchalibus his monasteriis subjecta; nisi sint quibus patriarchicæ cruces fundamentum præstiterint. Etenim & ab his debent quæ sunt suæ pastionis transferre, & patriarchali exarcho transitum ad ea concedere. Qui autem ea sic regere probabuntur, neque ab D iis, qui patriarchalibus monasteriis præsunt, turbabuntur, neque a patriarchicæ potestatis metochiis. Debent enim iis, quæ definita sunt, acquiescere, nec ullo modo conari cuiquam antistitum parti molesti esse, ob administrationem & curam prædictorum prædiorum, & eorum, qui in his sedes collocarunt: præterea etiam oratoriorum, metochiorum & paralauriorum, quæ sub patriarchalibus stauropegiis extructionem non ceperunt.

A πρᾶξις ἐπηκολούθησεν, ἐκφωνοῦσα καὶ ἀφορισμὸν, διὰ τὴν τῶν διειλεγμένων ταύτῃ βεβαίωσιν. τὴν σήμερον δὲ ὑπὸ ἀκριβεστέραν πεσούσης τῆς ὑποθέσεως βάσανον, εἶχε μὲν καὶ αὐτόθεν ἡ μετριότης ἡμῶν κατανοεῖν τὸ τοῦ πράγματος ἄτοπον, κἀντεῦθεν τῇ ἐπιδιορθώσει τούτου παραυτίκα ἐπένευεν, ἐπ᾽ ἐκείνοις διαγινώσκουσα τὸ πατριαρχικὸν κεκτῆσθαι δίκαιον ἔξαρχον, ὅσα ἐπὶ σταυροπηγίοις πατριαρχικοῖς τὴν βάσιν ἐσχήκασιν, εἴτε μοναστήρια εἰσὶν, εἴτε εὐκτήρια: εὕρηκε δὲ καὶ πρᾶξιν συνοδικὴν παλαιὰν ἐπὶ τῆς πατριαρχείας τοῦ μακαρίτου ἐκείνου κυρίου Γερμανοῦ γεγενημένην, τὴν αὐτὴν περὶ πολλοῦ ποιοῦσαν ὑπόθεσιν. καὶ διαταττομένην (εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν) μὴ ἔχειν ἐξουσίαν τοὺς τῶν ἑκασταχοῦ πατριαρχικῶν μονῶν ἐξαρχοῦντας, ὑποποιεῖσθαι καὶ τὰ ὑποβεβλη- B μένα ταύταις χωρία, ἢ τὸν ἐν τούτοις λαὸν, ἢ τὰ εὐκτήρια ὅσα μὴ σταυροπηγίων πατριαρχικῶν ηὐμοιρήκασιν. ἀλλὰ μηδὲ τοὺς ἐκεῖθεν ἱερᾶσθαι μέλλοντας ἀναδέχεσθαι, καὶ ὡς ἰδίους πρὸς τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀνάγειν ἀξίωμα. ἀλλὰ ἀπέχειν πάντη αὐτῶν, ὡς παρὰ τοῦ ἐπισκόπου τῆς χώρας διεποιντο. καὶ ἠκολούθησε τῇ πράξει. καὶ τὰ αὐτὰ καὶ αὕτη μετὰ τῆς συνεδριαζούσης αὐτῇ ἀδελφότητος πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἀπεφήνατο, μὴ δέον εἶναι ἐποῦσα, ἀπωθεῖσθαι τοῦ ἰδίου λαοῦ τὸν ἐπίσκοπον, προφάσει τοῦ πατριαρχικαῖς μοναῖς ὑποκεῖσθαι τὰ χωρία, ἢ τὰ προάστεια ἔνθα προσκάθηνται. ἀλλὰ μηδὲ τῶν ἐν αὐτοῖς εὐκτηρίων, ἐὰν μὴ ἐπὶ σταυροπηγίοις πατριαρχικοῖς καὶ αὐτὰ ἐφηδράσθησαν κἂν καὶ παραλαύρια τυχὸν τυγχάνουσι τῶν μονῶν, C ἢ μετόχια. Ὅθεν καὶ τὴν εἰρημένην ἐκείνην πρᾶξιν ἀπεντεῦθεν συνοδικῶς ἀκυρώσασα, ἀπραξίαν τε παντελῆ τῶν ἐν αὐτῇ διειλημμένων κατεψηφίσατο, καὶ τῷ ἀφορισμῷ δὲ λύσιν ἐπήγαγε μὲν, ὃν ἐκφωνοῦσα ἐτύγχανεν. ἔσονται οὖν οἱ κατὰ τὴν Παφλαγονίαν οὗτοι ἀρχιερεῖς τὰ χωρία ταῦτα καὶ τὰ προάστεια ἀπερικόπως διέποντες. ἐκεῖνα μέντοιγε ὅσα μὴ ἐπὶ σταυροπηγίοις πατριαρχικοῖς συνῳκίσθησαν, εὑρίσκονται μὲν καὶ τινά που τοιαῦτα, σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ τὰ ὑποτεθειμένα τοῖς πατριαρχικοῖς μοναστηρίοις τούτοις εὐκτήρια. πλὴν εἰ μή τισι καὶ αὐτῶν πατριαρχικὰ ὑποβέβληνται σταυροπήγια. κἀκ τούτων γὰρ ὀφείλουσι τὰ τῆς ἑαυτῶν μεταίρειν ποιμάνσεως, καὶ τῷ πατριαρχικῷ ἐξάρχῳ τῆς εἰς τὰ τοιαῦτα D παρόδου παραχωρεῖν. διεπὰν δὲ οὕτω ταῦτα δικαιωθέντες, οὔτε παρὰ τῶν τοῖς πατριαρχικοῖς μοναστηρίοις ἡγουμενευόντων εἰς τοῦτο ἐνοχληθήσεται, οὔτε παρὰ τῶν τῆς πατριαρχικῆς ἐξουσίας ὄντων μετοχίων. ὀφείλουσι γὰρ οἱ τοιοῦτοι τοῖς ὡρισμένοις ἐμμένειν, καὶ μηδόλως πειρᾶσθαι τινὶ τοῦ μέρους τῶν ἀρχιερέων παρενοχλεῖν, ἐπὶ τῇ διεξαγωγῇ καὶ ποιμάνσει τῶν εἰρημένων χωρίων, καὶ τῶν ἐν τούτοις προσκαθημένων. πρὸς δὲ καὶ τῶν εὐκτηρίων, μετοχίων τε καὶ παραλαυρίων, ὅσα μὴ ἐπὶ σταυροπηγίοις πατριαρχικοῖς εἰλήφασι τὴν ἀνέγερσιν.

ANNO CHRISTI 1232.

AD CONCILIA IN CAUSA BELVACENSIS ECCLESIÆ

An. 1233. *habita*

DISQUISITIO COLLECTORIS ET ADDITIO.

An. 1233.

Belvacensem ecclesiam injuriam quamdam passam a regiis ministris ex synodis in ea causa habitis, allatisque a Labbeo cum additamento Veneti collectoris exploratum est; cum tamen circa annum, quo concilia illa convenerunt, dissidium aliquod inter scriptores intercesserit, ego in meis ad Raynaldum animadversionibus ita rem totam expedii ad annum 1231.

Ex meis ad Raynald. additionibus An. 1231.

Illustrissimus Spondanus anno huic assignat exordium conciliorum in controversia Belvacensis ecclesiæ, quam totam ille num. VIII. & IX. prosequitur. Sed viro docto fucum fecit concilium quoddam apud S. Quintinum hoc anno, mense augusto habitum, quodque ex Sirmondi schedis deprompsit, & reliquorum conciliorum in causa Belvacensi primum male statuit. At cum tandem ex iisdem Sirmondi schedis concilium illud, P. Harduino edente, prodierit; intellexerunt eruditi, nullam in eo mentionem causæ Belvacensis injici; & suspicio Cossartii in adnotatione ad concilium istud, solido niti fundamento agnita est. Serius igitur, quam hucusque factum sit, consignari exordium conciliorum in celebri hoc dissidio oportet. P. Martene Anecdot. tom. IV. pag. 181. ex veteri membrana Belvacensi, primum concilium, quo agitari hæc cœperunt, Noviomense recte statuit; sed cum illud primæ dominicæ quadragesimæ anni 1232. assignat, profecto errat. Igitur nonnisi anno 1233. dissidium istud cœpit, agitatumque fuit primo quidem in concilio Noviomensi eodem anno 1233. celebrato, ac dein in aliis quatuor eodem pariter anno 1233. coactis. Id ego antequam demonstro, controversiæ hujus historiam paucis expono. Causam illius pandit Albericus ad an. 1233. notans: *Rex Ludovicus de civitate Belvacensi sibi resistente, in qua facta fuit enormis dissensio inter divites & plebejos, ita se vindicavit, quod mille quingentos de mediocribus civitatis comprehensos, Parisios & alibi adduci fecit, & carceri mancipari*. Hæc omnia fusius narrantur in Synodica Patrum Synodi Sanquintiniani hoc anno decembri mense habiti ad Gregorium papam, de qua infra, in qua pariter rex venisse Bellovacum asseritur *circa festum purificationis Beatæ Mariæ Virginis nuper ante præteritum*. Quibus verbis legendis in epistola data mense decembri anni 1233. fides astruitur chronologiæ Alberici, qui gesta hæc anno 1233. asserit. Ex iis pariter literis intelligimus, male habitum a rege episcopum Belvacensem, qui ex veteri privilegio jus sibi plenum in tota diœcesi vindicans, ne quid ecclesiæ suæ injuriæ irrogaretur, instabat. Violentiam passus Belvacensis ad concilium provinciæ suæ ab Henrico Remensi archiepiscopo Noviomi prima dominica quadragesimæ convocatum causam detulit, a quo episcopi tres, Suessionensis, Laudunensis, Catalaunensis delecti, ut rem totam sedulo perquirerent, & ad aliud concilium ab iisdem episcopis post menses aliquot agendum referrent. Auditi sunt a concilio Lauduni celebrato dominica *Lætare*, idest quarta quadragesimæ, & ex illorum relatione justitia Belvacensis comperta, regi supplicarunt patres, ut tandem injuriam ecclesiæ repararet. Quo negante, patres illi in Silvanectensi urbe iterum in concilium coeuntes, statuerunt in sua singuli diœcesi interdictum promulgarent, nisi rex ad definitum tempus resipuisset. Quo nihilo secius recusante; patres illi, nempe Remensis, Suessionensis, Catalaunensis, Noviomensis, Tornacensis, Atrebatensis, Belvacensis, Morinensis, absentiam suam per literas excusantibus Ambianensi, Silvanectensi, & Cameracensi; Laudunensi vero Romam ad negocia profecto; apud S. Quintinum concilium aliud egerunt, quod cœptum sabbato ante Nativitatem B. M. ex actis inquisitionis in ea causa factæ & a Lovetio in historia Belvac. vulgatis eruitur. Censuerunt monendum iterum regem, eoque parere nolente interdictum promulgandum. Reipsa vero promulgatum fuit a singulis post festum S. Martini, uno excepto Noviomensi, qui synodo obsequi recusavit. Rex in eo statu perseveravit usque ad dominicam ante natalem Domini; qua patres iterum coiverunt ad S. Quintinum, ibique de servando interdicto tractatum est, variatisque sententiis, tandem, renitente licet Belvacensi & appellationem ad pontificem interponente, statutum, ut archiepiscopus Remensis, quamvis reluctans & invitus, interdictum latum suspenderet. His peractis, idem archiepiscopus suo cæterorumque patrum nomine Synodicam ad pontificem scripsit, in qua totius historiæ causam narrat. Has literas vulgavit P. Martene Anecdot. tom. 1. col. 976. signanturque *apud S. Quintinum dominica ante natale Domini* MCCXXXIII. Ex hac narratione, quam summa fide ex iisdem literis expressi, intelligimus, quinque illa concilia, quæ vulgo hucusque chronologi in annos distribuerunt duos, uno eodemque anno 1233. celebrata fuisse, cum uno eodemque anno isto injuriæ Belvacensi ecclesiæ irrogatæ sint, ut non ex Alberico tantum, sed ex synodica etiam constat. In ea enim patres affirmant, regem Galliarum Bellovacum venisse *circa festum Purificationis nuper ante præteritum*. Sicut & primum in ea causa concilium Noviomense coivisse *præterita prima septimana quadragesimæ*. Cum autem ex veteri stylo hebdomada illa nondum annus 1233. incepisset; hinc factum est, ut coæva quædam documenta concilium hoc & sequens Laudunense ad annum superiorem 1232. referant.

ANNO CHRISTI 1233.

Vetus membrana Belvacensis a Martene Anecdot. tom. IV. col. 181. sextum aliud concilium hoc anno eadem de causa celebratum reliquis accenset, quod inter Laudunense, & Silvanectense medium interponit, in loco incerto habitum circa ascensionem Domini, cujus destinatione archiepiscopus cum duobus episcopis ad regem monendum ablegatos statuit. Sed cum de hoc concilio nihil in eadem synodica, in qua reliqua diligenter adnotantur; & ex ejusdem synodicæ auctoritate constet tres episcopos ad regem ablegatos fuisse a patribus Laudunensibus; hinc concilii hujus assertor falsi convincitur. Quem vero exitum causa ista apud pontificem sortita fuerit, legas apud Raynaldum ad A. 1236. 37.

Præter ea, quæ in illis meis ad Raynaldum notis differenda duxi, addam hic synodicam concilii ad S. Quintinum, quam omnium patrum nomine Henricus Remensis archiepiscopus ad pontificem Gregorium IX. scripsit, vulgatam a Mart. Anec. t. 2. p. 975.

Sanctissimo patri ac domino Gregorio Dei gratia summo pontifici, H. Dei permissione Remensis ecclesiæ minister humilis, ceterique Remensis ecclesiæ suffraganei, quorum sigilla inferius apponuntur, devotissima pedum oscula beatorum.

Rem flebilem & miseratione condignam, præsentibus lacrymabilibus litteris, paternitati vestræ duximus intimandam, ut rei veritate plenius intellecta, apponere concilium acceleratum dignetur. In præterita siquidem prima septimana quadragesimæ nobis, totique provinciali concilio apud Noviomum congregato, fuit ex parte episcopi & ecclesiæ Belvacensis, gravis exposita contra dominum regem querimonia, videlicet quod cum episcopus Belvacensis, ejusque prædecessores in civitate Belvacensi, & in singulis, & in omnibus hominibus civitatis omnem jurisdictionem habeat, prout apparet ex charta bonæ memoriæ Ludovici quondam regis Francorum, & ea usus fuisset publice, ac manifeste ipse & prædecessores sui per se, ac per ballivos suos hactenus pacifice & quiete; dominus rex circa festum Purificationis beatæ Virginis nuper ante præteritum, occasione cujusdam maleficii a quibusdam hominibus civitatis ibidem perpetrati, cum multis communiis ad civitatem Belvacensem accedens, licet idem episcopus paratus esset dictum maleficium facere per ballivos suos juxta facinoris qualitatem puniri; post multas supplicationes & monitiones eidem domino regi ab episcopo factas, ne idem rex episcopum & ecclesiam suam justitia & jurisdictione ad ipsum plenius pertinente, quam hactenus pacifice possederat spoliaret, homines civitatis mille quingentos, & plures capi fecit, & alios exbannivit, domos dirui fecit, catalla hominum episcopi publicavit, eumdem episcopum jurisdictione & justitia spoliando, ibique per quinque dies existens sibi expensas quinque dierum usque ad octingentas libras Parisienses ab eodem episcopo persolvi petit. Et licet episcopus brevem diem peteret tamquam de re gravi & penitus inaudita, ut super hoc cum suo capitulo pertractaret. Idem tamen dominus rex hoc facere denegans, eundem episcopum civitate, reditibus & proventibus ad ipsam ecclesiam spectantibus, exceptis paucis mobilibus, spoliavit: quare petebat idem episcopus pro se & ecclesia sua a nobis, & toto concilio, quatenus super his consilium apponere curaremus. Unde nos tractatu habito diligenti, licet factum esset notorium, tamen tres episcopi nostri, videlicet Suessionensis, Laudunensis, & Catalaunensis episcopi, auctoritate concilii, ad dominum regem, & civitatem Belvacensem, ut & ipsi regi denuntiarent, quod Belvacensem urbem accedebant, ad inquirendum ex abundanti de justitia & usu & spoliatione episcopi Belvacensis, exposita certa die, & ibidem inquirerent de omnibus diligenter, destinati fuerunt. Qui vocatis illis qui erant ex parte regis in civitate, & civibus in communia tunc administrantibus, mandatum sibi injunctum fideliter adimplentes, inquisitionem nobis, & concilio apud Laudunum circa Dominicam qua cantatur *Lætare Jerusalem* congregato, sub sigillis propriis reportarunt. Unde rei evidentiam attendentes, nihilominus episcoporum relationem considerantes, vidimus quod dominus rex, prædictis omnibus, contra justitiam spoliaverat episcopum & ecclesiam Belvacensem: propter quod tres episcopi missi fuerunt ad dominum regem monendum ex parte concilii, quod episcopum & ecclesiam restituere dignaretur: quod ipse monitus facere recusavit. Verum cum postmodum eidem domino regi fuisset per nos ipsos supplicatum pluries, quod misereretur ecclesiæ memoratæ, ipsum auctoritate concilii monuimus, & moneri fecimus iterum atque iterum, quod episcopum & ecclesiam restitueret supradictam: quod cum facere noluisset, tandem in concilio apud Silvanectensem urbem postmodum congregato inter archiepiscopum & suffraganeos Remensis ecclesiæ, condictum extitit, & firmiter promissum a singulis episcopis, quod si dominus rex infra vindemias nuper præteritas episcopum & ecclesiam non restituisset eamdem, ex tunc provincia interdiceretur. Et exinde sicut eramus ibi ad dominum regem accessimus, & ipsum omnes monuimus, ut eumdem episcopum & ecclesiam restituere dignaretur: & cum nec monitiones, nec supplicationes aliquas exaudiret; tandem in concilio apud S. Quintinum congregato, præsentes Suessionensis, Catalaunensis, Noviomensis, Tornacensis, Atrebatensis, Belvacensis, Morinensis, & aliis tribus, videlicet Ambianensi, Sylvanectensi, & Cameracensi litteratorie excusatis, & Laudunensi absente, qui curiam Romanam adierat pro negotiis suis procurandis, firmiter promiserunt omnes & singuli, quod nisi dominus rex se emendaret erga ecclesiam Belvacensem post octavam omnium-sanctorum, in provincia Remensi poneretur interdictum: dantes mihi archiepiscopo potestatem auctoritate totius concilii dictandi formam interdicti, & secundum formam a me dictatam, ipsi ad mandatum meum in suis dioecesibus ponerent interdictum, & facerent observari, sicut ego in mea dioecesi ponerem interdictum. Et cum

ANNO CHRISTI 1233.

cum interim plures dies ad tractandum de pace fuissent a domino rege & eodem episcopo recepti, tandem apud Bellum-montem in crastino S. Martini hyemalis interfuimus ego, & Suessionensis, Cathalaunensis, Sylvanectensis, & Cameracensis episcopi, ubi habito tractatu de pace utrimque, tandem non potuit provenire. Unde habito tractatu cum prædictis fratribus, qui ibi aderant, quia rex se non emendaverat erga episcopum & ecclesiam Belvacensem, ex potestate quam auctoritate concilii habebam, interdictum in dioecesi mea ponens, auctoritate prædicta mandavi singulis suffraganeis Remensis ecclesiæ, ut interdictum ponerent in hunc modum: „ Auctoritate totius concilii & nostra, districte, & in virtute obedientiæ vobis præcipiendo mandamus, quatenus in dioecesi vestra auctoritate propria generalis interdicti sententia proferatur: ita tamen quod submissa voce, clausis januis, divina celebrentur, exclusis interdictis, & nominatim excommunicatis: sepultura ecclesiastica penitus denegetur, nisi personis ecclesiasticis & familiis eorumdem: alia autem ecclesiastica sacramenta exhibeantur, nisi sint nominatim excommunicati, vel alias interdicti. Ista vero sententia feria IV. ante festum beati Andreæ apostoli publicetur: ita quod, ex tunc firmiter observetur. Si quis autem dictam sententiam noluerit observare, ex tunc infra triduum noverit se suspensum. Verum ne popularium animus induresceat, vobis præmissa auctoritate firmiter injungimus, quatenus vestris subditis præcipiatis, ut ipsi quolibet mense prima sexta feria mensis ad processionem conveniant, & ibidem fiat sermo & speciales preces pro pace regni & ecclesiæ reformanda.„ Qui omnes interdictum ponentes, excepto Noviomensi, qui voluntate propria ductus, contra promissum suum veniens, mandato sibi facto noluit obedire, ipsum interdictum ad mandatum meum mihi auctoritate concilii ab eis concessum auctoritate sua posuerunt, servaverunt & præceperunt in suis dioecesibus observari. Verum quia capitula cathedralium ecclesiarum Remensis provinciæ contra interdictum quibusdam expressis causis, sedem apostolicam appellarant, feci concilium convocari apud S. Quintinum die Dominica ante natale Domini: ibique cum sperarem de capitulor. & episcopi Noviomensis animadversione tractare, quidam de coepiscopis nostris, licet interdictum posuissent & servassent, & a suis subditis præcepissent observari, ad retractationem interdicti coeperunt instare, licet litteræ sanctitatis vestræ ad ipsos directæ, ex quibus ad jus & justitiam ecclesiæ conservandam debuerunt unanimiter effici fortiores, exhibitæ & perlectæ fuissent ibidem, quasdam occasiones prætendentes: quod præsentiens episcopus Belvacensis, coram nobis & concilio ne interdictum pro se & ecclesia sua latum, & ab ipsis observatum, nulla sibi & ecclesiæ suæ a domino rege satisfactione facta vel restitutione revocaretur vel relaxaretur, sedem apostolicam appellavit, se & ecclesiam suam, & interdictum pro ecclesia sua latum, & statum in quo erat negotium sub domini papæ protectione ponendo. Cathalaunensis tamen episcopus post appellationem Belvacensis pro se, Ambianensi, Sylvanectensi, & Attrebatensi episcopis pro suæ voluntatis arbitrio coram nobis & coepiscopis proposuit quod interdictum relaxarent prædictum; & ne propter hoc contra ipsos procederem in aliquo, in vocem appellationis prorupit, spreta appellatione a Belvacensi episcopo antefacta; & cum nobis inter has angustias positis, quidam alii episcopi adhærerent, eisdem nunc post multos tractatus ... eum temperamento interdicti, vel alio modo possemus eos ad unitatem reducere, tandem eorum instantia devicti, dictum relaxavimus interdictum. Unde sanctitati vestræ humiliter supplicamus, quatenus desolationi Belvacensis ecclesiæ, quæ in partibus nostris manifesta est, paterno compatientes affectu, cleri remedio salubriter dignemini providere, scientes pro certo, quod non potest oppressioni dictæ ecclesiæ, nisi per supremum vestræ Sanctitatis remedium subveniri.

Actum apud S. Quintinum Dominica ante natale Domini, an. Dom. MCCXXXIII.

AD CONVENTUM MOGUNTINUM

In causa hæreticorum Stadineorum, & pro discutienda quorumdam de hæresi delatorum querela,

Anno 1233. *habitum*

ADDITIO.

An. 1233.

Moguntino conventui ab Henrico Germaniæ rege indicendo incitamentum præbuisse non dubito Gregorii papæ IX. literas, quibus regem sollicitavit, hæreticos Germaniæ invalescentes coerceret. Has ergo literas, tanquam rerum ad hunc conventum spectantium portionem, hic dandas arbitror, acceptas ex Martène Anecdot. to. 1. pag. 950.

EPISTOLA GREGORII PAPÆ IX.

Ad Henricum Frederici imperatoris filium.

De quibusdam hæreticis Germaniæ.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Henrico, carissimi in Christo filii nostri Frederici Romanorum imperatoris, illustris semper augusti, Jerusalem & Siciliæ regis, filio S. A. B.

Vox in Rama audita est, ploratus multus & ululatus, Rachel plorat, videlicet pia ma-

ANNO CHRISTI 1233.

mater ecclesia, filios quos diabolus mactat & perdit, quasi consolationem non recipit, quia filii more vipereo matris viscera lacerantes, ipsam interimere maluerunt. Nam multitudo dolorum urgentium, quibus ut parturiens mater ipsa circumdatur, vociferari eam, & dicere: Ventrem meum doleo, cum propheta compellit. Cum enim omnis creatura usqueadhuc ingemiscat, secundum Apostolum, & parturiat; genitricis ecclesiæ sacer uterus viscerum suorum dolore turbatur, quæ feri singularis morsibus discerpuntur. Ille siquidem coluber tortuosus, quem, obstetricante manu Domini, de cavernis propriis, carnalibus scilicet hominum cordibus eductum legimus, & contra eos pugnat extrinsecus, in quibus intrinsecus jam non regnat, & quorum dominium intus perdidit; bella molitur foras novam persecutionem ecclesiæ Christi; immo verius sponso Christo per ministros suos operarios iniquitatis instaurat. Ipse enim qui a principio in veritate non stetit, sed mutare in mendacium nititur veritatem, ut latius suæ fraudis virus effundat, perdere pugnantes animas elaborat, ne foetus fidei, quam ex amore divino conceperant, ad partum valeant consummati operis pervenire. Unde nos qui causam tenemur foecunditatis ejus habere, quasi secantis perfidiæ mucrone conscindimur, dum in suis visceribus hæreticorum scindentium ejus uterum venenatis sagittis novi erroris & confusionis appetimur inauditæ; totusque in amaritudine funditur spiritus: effusum est in terra jecur nostrum, turbata est anima nostra valde, ac impletus est doloribus venter noster. Defecerunt præ lacrymis oculi nostri, & super tam nefandis abominationibus contremuerunt renes, omnia viscera sunt commota: reprimere lacrymas & continere suspiria non valemus. Sicut enim litteræ venerabilium fratrum nostrorum archiepiscopi Moguntini, & episcopi Hildesensis, ac dilecti filii nostri (*a*) magistri Coraudi de Marburch, prædicatoris verbi Dei, grandi moerore plenæ & immenso dolore non vacuæ nobis exhibitæ continebant, inter diversas hæresum species, quæ peccatis exigentibus Alemanniam infecerunt, una sicut detestabilior cæteris, sic & generalior universis, quæ non solum referentibus, sed etiam audientibus est horrori, in nobilibus membris ecclesiæ ac valde potentibus jam erupit. Hæc enim est omni dissona rationi, omni pietati contraria, omni cordi odibilis, coelestium omnium & terrestrium inimica, contra quam non solum homines ratione utentes, verum etiam ratione carentia, cum hæc pestis eorum excedat insaniam, immo & ipsa elementa debent insurgere & armari. Hujus pestis initia talia perferuntur. Nam dum novitius in ea quisquam recipitur, & prædictorum primitus scholas intrat; apparet ei quædam species ranæ, quam bufonem consueverunt aliqui nominare. Hanc quidam a posterioribus, & quidam in ore damnabiliter obsculantes, linguam bestiæ infra ora sua recipiunt & salivam. Hæc apparet interdum indebita quantitate, & quandoque in modum anseris vel anatis; plerum-

(a) De eo vide in vita S. Elizabeth regis Hungaror. filiæ apud Surium 19. novemb.

A que etiam furni quantitatem assumit. Deinde novitio procedenti occurrit miri palloris homo, nigerrimos habens oculos, adeo extenuatus & macer, quod consumtis carnibus sola cutis relicta videtur ossibus superducta. Hunc novitius osculatur, & sentit frigidum sicut glaciem; & post osculum catholicæ fidei memoria evanescit de ipsius corde totaliter. Ad convivium postmodum discumbentibus & surgentibus, completo ipso convivio, per quamdam statuam, quæ in scholis hujus esse solet, descendit retrorsum ad modum canis mediocris catus, niger, retorta cauda; quem a posterioribus primo novitius, post magister, deinde per ordinem singuli osculantur, qui tamen digni sunt & B perfecti. Imperfecti vero qui se dignos non reputant, pacem recipiunt a magistro, & ceteris singulis per loca sua positis, dictisque quibusdam carminibus, versus catum capitibus inclinatis, per se nobis dicit magister & proximo. Quis hæc percipit? Respondente ac dicente tertio, Summus magister: quartus ait, nos obedire debemus. Et his ita peractis extinguuntur candelæ, & proceditur ad foedissimum opus luxuriæ nulla discretione habita inter extraneas & propinquas. Quod si forte virilis sexus, supersunt aliqui ultra numerum mulierum, tandiu in passiones ignominiæ in desideriis suis invicem exardentes masculi in masculos turpitudinem o- C perantur. Similiter & foeminæ immutant naturalem usum in eum, qui est contra naturam, hoc ipsum inter se damnabiliter facientes. Completo vero tam nefandissimo scelere, & candelis iterum reaccensis, singulisque in suo ordine constitutis, de obscuro scholarum angulo, quo non carent perditissimi homines; quidam homo procedit a renibus sursum fulgens, & sole clarior, sicut dicunt, & deorsum inspitus sit catus, cujus fulgor illuminat totum locum. Tunc magister excerpens quid de veste novitii, fulgido illi dicit: Magister hoc mihi datum do tibi. Illo fulgido respondente: bene mihi servivisti; pluries & melius servies, tuæ commit- D to custodiæ quod dedisti. Et his dictis protinus evanescit. Corpus etiam Domini singulis annis in Pascha de manu recipiunt sacerdotis, & illud ad domos suas ore portantes, in latrinam proiiciunt in contumeliam Redemptoris. Ad hæc infelicissimi omnium miserorum gubernantem coelestia pollutis labiis blasphemantes, afferunt delirando coelorum Dominum violenter, contra justitiam & dolose Luciferum in inferos detrusisse. In hunc credunt etiam miseri, & ipsum affirmant cœlestium Conditorem, & adhuc ad suam gloriam, præcipitato Domino, rediturum, per quem, cum eodem; & non ante ipsum se sperant æternam beatitudinem ha- E bituros. Omnia Deo placita non agenda fatentur, & potius agenda quæ odit. Proh dolor! quis umquam audivit talia? quis tam nefaria cogitare, quis tantam non poterit abominari perfidiam? Quis tantæ perfidiæ poterit non irasci? Quis contra hujus proditionis & perditionis filios poterit non accendi? Ubi zelus Moysi, qui una die idololatrarum viginti-tria millia interfecit? Ubi est zelus Phinees, qui Judæum cum Madiani-

ANNO CHRISTI 1233.

ANNO CHRISTI 1233. nitide uno pugione confodit? Ubi est zelus Eliæ, qui quadringentos quinquaginta prophetas ad torrentem Cison gladio interemit? Ubi est Mathatiæ zelus, cujus furor secundum legis judicium adeo est accensus, ut insiliens trucidaret Judæum immolantem idolis super aram? Ubi est auctoritas Petri, qui Ananiam & Saphiram pro eo quod Spiritui-Sancto mentiri non timuerint exarsit? Certe si contra tales terra consurgeret, & iniquitates ipsorum cœli sydera revelarent, & manifestarent eorum scelera toti mundo, ut non solum homines, sed etiam ipsa elementa conjurarent in eorum excidium & ruinam, ipsosque delerent de terræ facie, non parcentes sexui vel ætati, ut essent cunctis gentibus in opprobrium sempiternum, ultio de ipsis sumi non posset sufficiens sive digna. Ceterum licet magna sit horum pestilentium contritio velut mare, scientes tamen quod non est abbreviata manus Domini, ut salvare non possit, & excoquere ad purum scoriam eorumdem, & omne stannum auferre compatiendo ex intimo cordis super contritione eorum pervalida, ne nobis valeat imputari, quod eam circumligare correctionum fasciis neglexerimus, & mansuetudinis oleo confovere: ac sperantes quoque ut ille, qui etiam iratus non delinit misereri, non semper continebit suæ pietatis viscera super eos, sed de illorum manu transferet calicem iræ suæ, circa correctionem illorum prævidimus laborandum. Quia vero in ore dictorum archiepiscopi, episcopi, & magistri Conradi non est verbum Dei alligatum, qui in eo infundente gratiæ suæ imbrem, qui dat omnibus affluenter, potentes sunt opere ac sermone; ipsos rogandos, ac monendos duximus in Domino, ac hortandos, in remissionem eis peccaminum injungentes, ut sumant resinam ad mitigandum dolorem, & vulnera ipsorum sananda. Accedant Angeli pacis ad exhibendam eorum plagæ medelam, & ad correctionem eorum diligenti sollicitudine ac sollicita diligentia elaborent. Quod si forte, ut ferrum per monitionem eorum extrahatur de vulnere, non fuerit desuper eis datum; & ipsorum computruerint adeo cicatrices, quod plaga ipsa quasi penitus desperata noluerint ad sinum matris ecclesiæ prona mente redire, tantam ac talem cautionem de conversione sua & perseverantia exponentes, quod de recidivo ipsorum perfidorum de cetero nullatenus sit

A verendum, quia in tam grandi & gravi morbo recurrendum est ad validiora remedia, ubi medicamenta levia non profuerunt; & apponendum ferrum & ignis vulneribus, quæ fomentorum non sentiunt medicinam, putridis carnibus, ne partem sinceram attrahant, amputatis, advocent contra eos receptatores, defensores & ipsorum spiritualis & materialis gladii præstantem. *Videtur hic aliquid deesse.* ANNO CHRISTI 1233.

„ Reliqua conventus hujus acta brevi compendio ab anonymo Schafnaburgensi tradita & nihilo latius a Labbeo descripta; hic fusius narrare pergo ex authore de gestis archiepiscoporum Trevirensium in Veter. Monum. Martenii tom. IV. pag. 244. B tum & apud Eccardum in Corp. Hist. Germ.

Igitur supra memorati sanctæ catholicæ fidei zelatores, acerrime hæreticis insistentes, cum rusticanorum hominum utriusque sexus innumeram multitudinem, tum contundendo, per diversa loca pessum dedissent, apposuerunt & divites impetere atque magnates. Inter quos dum comitem Henricum de Seyna aggrederentur, mirum quod comes ille, qui magnæ crudelitatis esse dicebatur, litteras citatorias sibi a magistro Conrado transmissas cum æquanimitate suscepit, statimque ad consilium cleri & religiosorum tutus (*a*) convolavit, regis quoque & episcoporum. Quid plura? Factus est conventus C episcoporum ac principum cum rege Henrico apud Moguntiam, in festo S. Jacobi, ubi, comite comparente, & magistro Conrado in causa deficiente, accusatoribus & testibus resilientibus, aliis se coactos vel circumventos, in comitem mala dixisse se fatentibus, aliis de odiosa præsumtione (*b*) notatis, rex alium diem ad ventilandam altius causam edici voluit. Comite autem instantius petente, ut ad finem causæ tenderetur, archiepiscopus Trevirensis dixit ad comitem: dominus meus rex vult, quod causa ista differatur; & ad populum: Denuntio vobis, quod comes Seynensis hic recedit pro homine catholico & inconvicto. Et D magister Conradus submurmurando ait: Si convictus esset, alia ratio est. A quo conventu cum magister Conradus sumto regis & episcopi Moguntini conductu recederet, reversurus in sua, in via interemtus est, una cum socio suo Gerardo quodam.

(a) Eccard. *totus*

(b) Eccard. *ac odio præsumtive*

MOGUNTINUM CONCILIUM

A Siffrido Moguntino archiepiscopo

Anno 1233. *habitum.*

1233. ANonymus Erfordiensis in Chron. a Schannat Widem. to. 1. pag. 98. vulgato ad annum 1233. hæc scribit: *Hoc anno III. id. Martii Siffridus Moguntinæ sedis archiepiscopus Moguntiæ concilium celebravit pontificatus sui anno III.* Nec plura ille vel alius de hoc concilio, quod plane diversum est a conventu Moguntino, de quo jam egi, ut temporis quo uterque convenit discrimen demonstrat. Illud enim die VIII. augusti hujus anni convenit eodem scriptore teste; hoc vero ante aliquod tempus, nempe martio mense habitum est. Ex quo intelligunt lectores postremum hoc præferendum mihi fuisse priori; sed piguit insertum non suo loco per incuriam, amovere ut sedi suæ restitueretur.

AD

ANNO CHRISTI 1234.

AD CONCILIUM NIMPHÆÆ

In causa schismatis Græcorum, Græcis & Latinis præsentibus,

Anno 1234. habitum

ADDITIO.

An. 1234. IN hac synodo *Nymphææ in Bithynia habitæ* Græci confessionis suæ epitomen ante Latinos pontificis apocrisarios pronunciarunt, spondentes se latius illam expostituros, siquidem id Latini exegissent. An reipsa Latini poposcerint, ignoratur; hanc tamen latiorem expositionem contineri credo in MS. codice bibliothecæ Grecæ descripto a Lambecio to. III. pag. 118. Nam ibi se nactum affirmat ἐκ θεσιν apocrisiariorum Gregorii IX. papæ, quæ extat apud Labbeum to. XIII. pag. 1231. edit. Ven. cui adjuncta est responsio Germani II. patriarchæ CP. & synodi ab eo habitæ, cujus hic titulus ἀπάντησις, πρὸς τὴν ὁμολογίαν τοῦ πάπα καὶ πρὸς τοὺς ὑπ' ἐκείνου σαλέντας Φεκνυρίους (Fratres minores) καὶ λοιποὺς περὶ τεκπορεύσεως, τοῦ ἁγίου πνεύματος. Incipit vero εἴπατε ἡμῖν ὦ τιμιώτατοι τοῦ ἁγιωτάτου πάπα ἀποκρισιάριοι. Ex quo exordio intelligimus, aliam plane esse responsionem istam ab ea, quæ in actis concilii Nymphææ recitatur.

His præmissis, modo acta ipsa concilii ad Nymphæam hic referenda suscipio, quæ Labbeus resecta & minus emendata dedit; nunc vero cura PP. Quietif., & Eccard. in bibliotheca Scriptor. Ord. Prædic. to. I. in fin. correctiora habentur; eademque me ratio persuasit, ut hanc telam retexendam susciperem. Integram vero narrationem, & si longiusculam, nec totam concilio dicatam, ideo referendam censui, quod ea quæ concilio præmittuntur, quamvis concilium non sunt, exhibent tamen exordia disputationis longius in concilio productæ, adeoque inter acta prævia ad concilium opportune darentur. Ex actis hisce præviis, quæ fuerit Græcorum ejus ævi indoles literaturæ discimus, tum & facile noscent lectores apocrisiarios hosce pontificis acutiores fuisse dialecticos, sed hebetiores interpretes, cum in versione scripti illius Græci, quam exhibent, plus nimis sæpe vel sensum Græci scripti non penetrent, vel ineptissime reddant.

ACTA CONCILII

Primo apud Nicæam, tum apud Naympham habiti

Ex codice MS. 250. & amplius annorum in gymnasio Navarreo servato.

Stylo veteri, novo MCC-XXXIIII. t. 1. p. 9011. ANno Domini 1233. mense Januario nos de ordine fratrum Prædicatorum F. Hugo & F. Petrus: de ordine F. Minorum F. Aymo & F. Rodulphus nuncii domini papæ missi ad imperatorem & patriarcham Græcorum intravimus sub cœna, dominica prima post octavam Epiphaniæ hora quasi vespertina: sed antequam civitatem intraremus, plures nuncii imperatoris ab ipso transmissi nobis frequenter occurrerunt ex parte dicti imperatoris nos salutantes, & lætitiam cordis ejus de adventu nostro nobis notificantes: sed & nuncii ipsius patriarchæ plures nobis honorifice occurrerunt: & tandem ipsi canonici ecclesiæ majoris nobis longe a civitate occurrentes cum gaudio susceperunt, & unanimiter omnes cum honore & reverentia in civitatem introduxerunt. Et cum peteremus nos duci ad majorem ecclesiam causa orationis, duxerunt nos ad aliam ecclesiam, ubi primum celebratum fuit concilium, ostendentes nobis SS. patres, qui eidem concilio interfuerunt, in parietibus depictos. Deinde post multum civitatis circuitum ad hospitium, quod dominus imperator nobis honorifice præparari fecerat, comitantibus clericis, & multitudine populosa deduxerunt. In quo hospitio, quasi homines fatigati solita necessitatibus corporalibus præparata invenimus. Secunda autem feria proxima sequenti vocavit nos dominus patriarcha; qui comparentes coram ipso, & clero suo congregato, primo ipsum patriarcham ex parte domini papæ salutavimus, deinde D ex parte nostra. Enumeratis postmodum, more nostro, causis, & pro honoribus, & beneficiis nobis ab ipso collatis gratiarum actionibus exhibitis, literas domini papæ eidem porreximus, qui receptis literis bullam obsculatus est, & recipiens clerum suum adjecit. πέτρος πάυλος Consequenter talem nobis fecit quæstionem: utrum essemus legati domini papæ, & honorem legatis debitum vellemus recipere. Ad quam respondimus protestantes nos simplices nuncios esse, & honorem legatorum nolle recipere. Considerantes autem tantam cleri multitudinem, volentes evitare eorum astutias consuetas & fallacias, iterum cum protestatione diximus, nos E non ad concilium, sed ipsum patriarcham esse destinatos. Nobis autem renuentibus oblatum honorem, magnam reverentiam & honorem etiam minimo nuncio domini papæ exhibendum esse protestatus est. Dum autem plurima verba ex utraque parte proferrentur in medio; tandem valedicto ei ad supradictum hospitium nostrum honorifice a clero suo sumus reducti. Tertia autem feria, hora competenti & congrua nuncios imperiales recepimus, ut coram dicto imperatore compareremus. Nobis igitur coram eo comparentibus, ut decebat, eum salutavimus, & exhibitis gratiarum actionibus pro beneficiis & honoribus nobis collatis amicabiliter fuimus re-

ANNO CHRISTI 1234.

recepti, & invento ibidem patriarcha cum clero suo exposuimus causam adventus nostri & negotium, addentes patriarcham literas recepisse ista plenius continentes. Deinde proposita est quæstio de potestate nostra, ad quam sic respondimus: *potestatem nostram tenor literarum domini papæ vobis satis notificavit; & hoc addimus quod quidquid super isto negotio benefecerimus, ratum habebit, & gratum ecclesia Romana.* Dixerunt: *igitur procedamus in negotio.* Et cum multæ propositæ fuissent rationes hinc inde, utrum ipsi vel nos inciperemus quæstionem, diximus: *non missi sumus ad disputandum vobiscum super aliquo articulo fidei, de quo ambigat ecclesia Romana vel nos; sed ut vobiscum amicabilem collationem habeamus super dubitabilibus vestris. Igitur vestrum erit illa ostendere.* Ad quod ita responderunt: *vos dicatis, quæ sunt illa?* Considerantes itaque quod tempus moliebantur redimere, respondimus: *licet nostrum non sit vestras quæstiones proponere in medium; tam, ne tempus inutiliter consumamus, hoc est de quo supra modum miratur ecclesia Romana, cum verum sit & omnibus constet ecclesiam Græcorum sicut cæteræ nationes christianorum per universum mundum longe lateque diffusæ, aliquando fuisse subjectam, quæ fuit ratio vel quæ causa, quare se subtraxit obedientiæ ecclesiæ Romanæ?* Nec ad istam voluerunt respondere; sed ut nos causam ostenderemus, rogabant. Nos vero videntes suas cavillationes, quoniam Græci similitudinibus applaudunt, tale exemplum in medio proposuimus: *ecce creditor & debitor, qui subtrahit creditori; quis horum redditurus est rationem alii, quare non est solutum.* Hac tandem similitudine confusi, habito consilio tale dederunt responsum: *dicimus quod duæ sunt causæ: una est de processione Spiritus S. alia de sacramento Altaris.* Ad hoc respondimus sic: *si istæ sunt causæ & non aliæ, quare vos subtraxistis ab obedientia ecclesiæ Romanæ, videamus si hæc sunt vel debeant esse sufficientes causæ tantæ inobedientiæ.* Et addimus: *quoniam ardua est ista materia, & ad illam non poterit nostra parvitas, nisi sua inclinetur majestas, crastina die vacabimus orationibus & missarum solemniis, invocantes Spiritum S. ut se ipsum per gratiam mentibus nostris infundat, & suæ processionis veritatem nobis manifestet. Sed quia locum & oratorium vel ecclesiam non habemus, rogamus dominum patriarcham, ut nobis assignet oratorium.* Et assignavit nobis ecclesiam satis aptam juxta domum nostram. Mane autem facto, cum in dicta ecclesia celebraremus divina, convenerunt Latini, Francigenæ, Anglici, & diversæ nationes, ut divina audirent mysteria. Finita autem missa, & divinis rite peractis advenit ad nos quidam Latinus ejulans & flens, dicens, papatem suum eum supposuisse sententiæ, quia missæ nostræ interfuisset. Quo audito doluimus. Inito consilio, duos de fratribus nostris ad patriarcham transmisimus, illud tam abominabile factum in injuriam Dei totius ecclesiæ Dei illatum ostendentes. Quod audiens patriarcha, dissimulare magis voluit, quam reprehendere. Attamen videns, quod pro multa injuria illud reputaremus factum, cum cæteris papatibus illum papatem ad nos transmisit, qui dictum papatem indumentis suis sacerdotalibus ipsum spoliaverunt, & ita spoliatum per villam usque ad domum patriarchæ iterum deduxerunt. Et quia confessi fuerunt alii ex simplicitate, non ex malitia hoc illum fecisse, ne immisericordes videremur in principio, rogavimus ipsum patriarcham, ut hac pœna contentus, dicti papatis parceret simplicitati. Hujus rei in causa quinta feria cum in palatio imperiali conveniremus ad disputandum, voluimus primo agere de sacramento altaris, ut sciremus quid sentirent de nostro sacramento. At illi volentes, pertinaciter instituerunt, ut prius ageremus de processione Spiritus sancti. Sic incoata est collatio. Illis quærentibus *utrum velimus opponere an respondere.* Diximus: *vestrum erat ambiguitates vestras circa hunc articulum proponere; nostrum erit de ambigua respondere.* Ad hæc patriarcha: *& vobis audietis.* Surgens igitur Cartophylax eorum in medio, qui ecclesiæ patriarchalis his diebus erat thesaurarius, & mandato tam patriarchæ, quam imperatoris ita loqui exorsus est: *creditis unum Deum esse in tribus personis?* Respondimus: *credimus.* Et subjunxit: *creditis Patrem ingenitum, Filium unigenitum, Spiritum sanctum a Patre procedentem?* Respondimus: *credimus & dicitis vos ita.* Ad hæc ille, sicut videbatur miræ simplicitatis, elevatis manibus ad cœlum cœpit grandi voce Deum benedicere, & cum secundo, ac tertio eadem verba replicasset, nobis idem responsum iterantibus, adjunxit: *hic nullam inter vos & nos invenimus controversiam; super omnia benedictus Deus.* Ad hoc cœpimus hoc modo respondere: *si in isto articulo non invenitis discordiam inter ecclesiam Romanam & Græcam, & per gratiam Dei in Sacramento Altaris non credimus invenire discordiam, & aliæ causæ non fuerunt schismatis ut istæ: igitur sine causa facta est schismatica, & injuste & sine causa se subtraxit obedientiæ ecclesiæ Romanæ ecclesia Græcorum.* Post hæc verba habito consilio sapientum dixit imperator: *audivimus, quod vos dicitis sicut nos; sed quærit dominus patriarcha, si vos plus aliquid dicitis, quia audivimus, quod vos addidistis aliquid symbolo composito a SS. patribus in concilio: & probibuerunt sub anathemate, quod nemo auderet aliquid addere vel mutare vel literam vel syllabam vel dictionem.* Ad quos nos: *ostendat nobis dominus patriarcha illud scriptum.* Tunc respondit patriarcha & dixit: *rogo charitatem vestram, ut hodie ambo parcatis mihi, quia fatigatus sum, & infirmus: cras, Deo volente, convalescam & ostendam vobis illud quod promisi:* & sic ab invicem recessimus. Sexta feria, hora quasi matura, missa celebrata, & eis quæ ad horam spectabant rite peractis, accessimus ad disputandum. In cujus principio petivimus ut patriarcha suum solveret promissum. Qui præcepit cuidam de sapientibus suis, ut Cyrilli epistolam ad Joannem Antiochenum patriarcham legeret, cujus initium est: *lætentur Cœli & exultet terra &c.* & circa medium epistolæ incepit legere. Tenor vero lectionis

to.3.Conc. p. 1107.

ANNO CHRISTI 1234.

(a) leg. incarnationis.
(b) non quasi aliquid adjicientes, sed ex plenæ persuasionis evidentia, ut ab initio.

nis talis erat: *De Dei & genitrice Virgine qualiter & sapimus & dicimus, modoque (a) an. natione unigeniti filii Dei necessario non (b) non in adjectandis parte sed in certitudinis specie, ut superius ex divinis scripturis ex traditioneque SS. patrum accipientes habuimus, breviter dicemus, nihil omnino addentes SS. patrum, quæ in Nicæno synodo edita, fidei: sicut enim prædiximus ad omnes sufficere, & pietatis cognitionem, & omnis hæreticæ malæ opinionis reprobationem. Hic dicitur quod non est addendum symbolo SS. patrum edito Nicææ. Quare ergo addidistis?* Ad quod respondimus hoc modo: *Non dicit hic Cyrillus quod nemo addat: sed dicit: Breviter dicemus nihil fidei patrum editæ (in) synodo Nicææ addentes. Neque per istam authoritatem habemus, quod nobis non licuit addere, nec patriarcha persolvit quod promisit.* His dictis institerunt acrius ad probandum propositum, & resolventes in ea epistola, post non multa coeperunt legere, cujus lectionis talis fuit sententia. *Nullo autem modo moveri ab aliquibus definitam fidem, id est fidei symbolum, quod a S. nostris patribus, qui in Nicæa convenerunt, pro tempore, nequidem permittimus nobismet vel aliis vel dictionem mutare eorum quæ ibi sunt posita, vel unam transgredi syllabam, memores illius qui dixit. Ne transgredereris terminos sempiternos, quos constituerunt patres tui. Non enim erant episcopi qui loquebantur, sed Spiritus Dei & Patris, qui procedit olim ex ipso. Est autem non alienus a Filio secundum essentiæ rationem. Ecce dicit quod nec sibi nec alicui licuit mutare vel transgredi dictionem vel syllabam de his quæ in Nicæno ponebantur symbolo.* Ad quod tale dedimus responsum. *De illa fide nihil mutamus, nec transgressi sumus, nec syllabam, nec jota unum. Ista authoritas pro nobis est, & contra vos qui dicitis quod Spiritus S. non procedit a Filio, quod nusquam dictum a SS. vestris vel quoquam invenitis. Item nec aliquid addere symbolo Nicæno prohibuit.* Videntes igitur quod non poterant suum ostendere propositum, talem nobis fecerunt quæstionem: *Quærimus si vos aliquid addidistis symbolo.* Diximus nos: *Legatur symbolum & scietis.* Et coepit quidam legere symbolum CPtanum, quod erat factum in secundo concilio. Nos vero cogitantes rationem nostræ additionis de suo ore extrahere, diximus: *Prius erat editum symbolum Nicænum, & illi dixistis nihil esse addendum, & B. Cyrillus non fuit ausus addere, & prohibuit, ut nullus dictionem vel syllabam mutaret, aut transgrederetur. Igitur volumus illud prius audire.* Ipsis autem renitentibus quantum poterant, ad nostram instantiam tandem lectum est primo illud Nicænum, in quo totum symbolum plenarie continebatur usque ad hunc locum: *Credo in Spiritum S.*, & de sequentibus videlicet ut in illo continetur. Quo perlecto, legitur CPtanum, in quo fuerunt superaddita, quæ defuerunt primo symbolo. Nos agnoscentes secundam synodum addidisse Nicæno symbolo, talem fecimus quæstionem: *Si verum est, quod verum dicitis, quod SS. vestri probibuerunt quod nullus adderet symbolo Nicæno, nec mutaret, nec transgrederetur aliquid; quis addidit aut ausus fuit addere ea quæ sunt apposita symbolo Nicæno in symbolo CPtano?* Ipsi vero timentes respondere ad istam quæstionem, nitebantur ad alia divertere. Et nos tanto magis institimus quæstioni. Unde tandem post multa consilia & subterfugia propulsi responderunt, *quod non fuerat illud additio, sed veritatis expressio.* Deinde interrogantibus nobis, *utrum aliud esset symbolum a primo propter illam expressionem?* Responderunt, *quod inde fuit symbolum non mutatum, quia veritatis expressio non facit aliud symbolum, neque mutat, neque facit additionem symbolo.* Et jam dictis habuimus nostram conclusionem ad nostrum negotium, & dictum confirmandum, quia illa appositio, quam dicunt nos fecisse, scilicet *Filioque*, non est additio aliqua nec mutatio symboli, nec facit aliud aliquod symbolum, hoc probato tantum quod esset verum quod appositum est. Institerunt igitur *quid addidissemus symbolo?* Et licet potuissemus respondisse bene & vere, *nihil addidimus* secundum rationem quam nobis dederant; ad cautelam tamen respondimus hoc modo: *quærimus an licitum sit nobis credere, quod est de necessitate fidei?* Responderunt: *licet. Et quod licitum est nobis credere, numquid licitum est nobis scribere? Licet*, responderunt. *Item quod licitum est credere & scribere, nonne licitum est cantare & prædicare?* Responderunt: *licitum est. Sed Spiritum S. procedere a Filio, est de veritate fidei; ergo nobis licet illud credere, scribere, cantare, & prædicare. Propterea nos credimus, & cantamus in symbolo, qui a Patre Filioque procedit, & ideo prædicamus.* Ad hoc responderunt: *probate quod sit verum.* Respondimus: *SS. vestri illud probent. Audiamus B. Cyrillum in primo sermone de latria, ubi ita dicit: Spiritus S. nullo modo mutabilis est: quod si mutabile, quod infirmitatis est, ipsa macula in divinam redundaret naturam, cum sit Dei Patris, & utique Filii, qui substantialiter ex ambobus profunditur.* Idem in epistola ad Nestorium, quæ sic incipit: *Salvatore nostro dicente &c. Et si est in hypostasi Spiritus propria, & intelligitur per se secundum quod Spiritus est, & non Filius; non est tamen alienus ab eo. Spiritus enim veritatis nominatus est, & est Christus veritas & profunditur ab eo, quemadmodum a Deo Patre.* Ad istas authoritates responderunt, quod profundi non est procedere. Sed B. Cyrillus ipsos redarguit, dicens. *Quid autem sit profundi.* Nam idem Cyrillus in expositione symboli Nicæni: *Transeuntes de Christo sermonem ter BB. Patres S. Spiritus memoriam faciunt. Credere enim dixerunt tamquam in Deum Patrem & Filium; consubstantialis est enim ei & profunditur*; id est, procedit. Item Athanasius in editione fidei, cujus initium est. *Credo in unum ingenitum Deum*, in fine sic ait: *Spiritus autem S. processura ens Patris, & ferentis Filii, per quem implevit omnia.* His autem auctoritatibus manifeste dicitur, quod Spiritus S. sit a Filio sicut a Patre, & sic terminata est collatio sexta feria. Sabbato distulerunt disputationem usque post prandium, quia sabbatizant more Judæorum: unde postquam comederant & biberant, missis ad nos nun-

Ibid. p. xiii.

ANNO CHRISTI 1234.

nunciis imperialibus convocaverunt nos ad disputationem. Et cogitantes quod sexta feria multas habuimus auctoritates Sanctorum; & copiosam multitudinem librorum Græcorum, quam nobiscum de CPli detuleramus, machinati sunt, quomodo possent nos paucis quæstionibus confundere aut verbis capere. Non enim curabant multum niti ad satisfactionem veritatis. Unde congregatis partibus utrisque surrexit quidam magnus philosophus, facto magno prologo prolixo, tandem ad id quod intenderat perveniens in hæc verba prorupit: *Vos venerabiles apocrisarii sanctissimi papæ veteris Romæ, scimus quod viri sancti & literati estis, & pacem & veritatem diligitis, & non pudet catholicum quempiam confiteri fidem suam. Dicite nobis quis apposuit, & quando, & ubi, & qua de causa fuit appositum, quod vos dicitis, in symbolo scilicet* (Filioque.) Et nos cognoscentes astutiam eorum, cum crederent nos ad has quæstiones nec scire nec posse respondere, cogitabant coram omni multitudine nos confundere, & sic pateret omnibus eos vicisse. Quæstionem quam fecerant, retorsimus super eos hoc modo: *Dixistis, & bene, quod catholicum non decet fidem abscondere, sed palam confiteri quod credit. Ergo si creditis, quod non a Filio procedat Spiritus, tenemini nobis quærentibus confiteri. Quærimus igitur, si creditis & dicitis quod non a Filio?* Responderunt: *Non credimus quod a Filio.* Et nos *hoc non quærimus, sed si creditis & dicitis quod non a Filio?* Et cum hoc nollent manifeste confiteri, erant de verbo suo redarguti, quia quod credebant, non erant ausi confiteri. Institerunt ergo quæstioni suæ, ut responderemus. Nos videntes quod nox erat, tantam quæstionem inchoare credebamus non esse bonum. Proposuimus dissimulare, & non tunc respondere. At ipsi institerunt accendentes cereos & lucernas per palatium, nitebantur noctem in diem convertere. Nos igitur videntes omnium communem instantiam, tale dedimus responsum: *Ut sciatis quod fides ecclesiæ Romanæ non quærit subterfugium, nec per altercationem pudeat nos fidem nostram confiteri, hoc modo ad vestras quæstiones respondemus. Prima quæstio vestra fuit, quis apposuit & dixit primo; Dicimus quod Christus. Ubi? In evangelio quando ait, cum venerit Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Quare? Propter instructionem piorum & confusionem hæreticorum; qui hunc articulum negaturi erant, & quicunque istam fidem non habent, in via perditionis sunt. Et quod hoc sit verum, quod diximus, probamus per evangelium, per epistolas Pauli, per Hagiographa sanctorum vestrorum, per nostros, si illos admittere velletis, ut Augustinum, Gregorium, Hieronymum, Ambrosium, Hilarium, & plures alios.* His dictis obstupuerunt omnes. Et omnibus tacentibus dixit imperator Græce καλῶς. Et adjunxit post consilium longum habitum cum suis sapientibus. *Ostendite nobis ubi in evangelio dicitur illud, quod Spiritus S. scilicet procedit a Filio:* & revolvens biblia, unus cœpit legere illud Joannis: *Cum venerit Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Et adjecit, *cum dixit Spiritus veritatis, dixit quod Spiritus S. a veritate procedit, & hoc volumus probare.* Introduxerunt ibi quemdam philosophum causa respondendi, ut nostras impediret hoc modo: *Spiritus, prout in hoc loco sumitur, pro quo Spiritu supponitur?* Respondit: *Pro Spiritu S.* Item *veritatis* prout hic sumitur, *pro qua veritate, vel pro Christo, vel non?* Respondit. *Multiplex est veritas, alia complexorum, alia incomplexorum &c.* Et vos dicitis, *quod veritas, prout hoc loco sumitur, dicitur multiplex, vel est multiplex vel non?* Ex tunc respondit: *Non:* At nos *vel supponit Christum vel non?* Respondit: *Non.* Et nos contra: *vel veritas prout hic ponitur, supponit veritatem creatam vel increatam?* At ille: *Creatam.* Et nos diximus: *Ergo creatura est.* Et adjecimus: *Ex hoc sequitur hæresis Macedonii damnata in secundo concilio.* Et territus coepit concedere veritatem, dicens: *Spiritus veritatis, idest Spiritus S. qui est Spiritus Christi.* Et nos: *Spiritus S. est & dicitur Spiritus Christi Filii Dei, ut vos profitemini; quærimus qua de causa?* At consilio habito responderunt, *quia ejusdem substantiæ est cum Filio.* Ad hoc diximus: *Si hæc sufficiens ratio & recta, quod Spiritus S. dicatur Spiritus Filii, quia consubstantialis ei; sed Pater est consubstantialis Filio. Est ergo Pater, & etiam debet dici Spiritus Filii; quod falsum est. Ergo primum, unde illud sequitur, scilicet quod hæc est causa quod dicitur Spiritus Filii, quia consubstantialis.* Et his dictis ab invicem discessimus. Jam credimus, quod venerat fere secunda feria secundæ hebdomadæ mane accessimus ad disputationem ad palatium imperatoris, & incipientes disputationem contra philosophos suos, corripuit imperator dicens: *Vestrum est simpliciter scire philosophiam, monstrare veritatem quæstionis, nec vestrum est syllogistice procedere. Ex tali enim disputatione oriuntur contentiones & lites: melius est ut simpliciter procedatis.* Cui taliter respondimus: *Quando, ut dixit Apostolus, servum Dei non oportet litigare, nobis plus placet veritatem simpliciter monstrare, quam ad lites vel obviationes * contemnere: & dicere possumus cum apostolo: Stulti facti sumus, vos coegistis nos; quoniam respondentes non simplices sed multiplices & sophisticos dedistis. Sed ex quo vestra deposcit intentio, ut simpliciter veritatem cognoscatis, omnibus facillime & breviter quasi demonstrando manifestabimus.* Et respondit imperator Græce, Καλῶς, quod interpretatur *bonum est. Quæsivimus nos heri a vestris philosophis, quare Spiritus S. dicitur Spiritus Filii ab æterno? Ad quam quæstionem tres tantum videntur causæ posse assignari, vel quia ejusdem substantiæ, ut ipse vester sapiens respondit, vel quia mittit Filius Spiritum in creaturas, vel quia procedit ab eo. Quod non sit Spiritus Filii ab æterno, quia consubstantialis videtur, quia simili ratione esset Pater Spiritus Filii, quoniam est ei consubstantialis. Item nec quia mittit eum in creaturas, quoniam Spiritus S. erat Filii ab æterno: sed ab æterno non misit Filius Spiritum in creaturas. Restat igitur tertia ratio quod procedit a Filio. Ideo dicitur vere Spiritus Filii.* Quam ratio-

* forte contendere

ANNO CHRISTI 1234.

ANNO CHRISTI 1234.

tionem cum audiffent, petierunt, ut copia hujus rationis in fcriptis daretur, quam primo datam in Latino, in Græco petierunt fibi transferri; & factum eft ita: petierunt poftmodum inducias deliberandi fuper hac ratione, & habuerunt hac & tertia feria inducias. Circa horam vefpertinam tertiæ feriæ miffum eft pro nobis, ut iremus ad domum patriarchæ, & acceffimus. At ubi veniffemus clero fuo adunato, præcipit adduci fcriptum magnum, & prolixum, in quo dixit contineri tenorem fuæ refponfionis ad noftram opinionem. Nos vero cognofcentes, quia fimplicem rationem communiter loquentes propofueramus, & quod contra nos fcriberent, fed quod non fimpliciter veritati agnitæ acquiefcerent: ex quo cognovimus B illo malitiofe procedere, voluimus refcriptum fuum audire, in quo multas caufas audivimus & falfa & mendacia, & multa puerilia, quæ fine admiratione audire non poteramus, quia plus erant ridiculofa, quam vera. Habito ergo confilio inter nos, utrum illud tam ridiculofum fcriptum reciperemus, vel fine confilio fcripti in craftino ad fuum fcriptum, prout decuit refponderemus; quia etiam tunc eramus ad ea, quæ coram nobis recitaverant, parati refpondere; tunc potius ad confufionem (ipforum) quam ad noftrum folatium, quia nobis fuum fcriptum obtulerant, propofuimus accipere. At illi confiderantes, quod eorum fcripturam parvipende- C ramus, dixerunt: *Recedatis cum gratia Dei, & mittemus incontinenti fcriptum poft vos.* Nobis itaque recedentibus, inierunt confilium, ut fcriptum novum componerent, & mutatis pro majori parte his quæ erant in primo fcripto, nova & alia a recitatis paulo ante confilio fuorum fapientum fcripferunt, & tantam moram protraxerunt in fcripturæ mutatione, ut quando debuimus lectos ingredi, fcriptum nobis tranfmiferunt, & (quia) tempus noctis tranfierat, tranflationi fuperfedimus ufque in craftinum. Quarta vero feria, miffa celebrata, & officio noftro rite peracto, curam dedimus, ut litteræ de Græco in Latinum transferrentur. D Interim mifit ad nos patriarcha, ut parceremus ei, quia multum diftemperatus erat, nec poterat illa die accedere ad difputationem. Deinde excufavit fe imperator nuntiis tranfmiffis, quod non miferat pro nobis, quia patriarcha non poterat intereffe. Sed poftquam comederant, mifit ad nos imperator, ut ad domum patriarchæ caufa difputationis accederemus. Convenientibus itaque nobis ad domum patriarchæ, fuit quæftio prima, *an refcriptum fuum vidiffemus?* Et coram omnibus dolum, quem moliti fuerant, circa illud fcriptum recitavimus, nec dum fcriptam tranflationem afferuimus, ut verum fuit. Tamen diximus, quia noluimus tempus E circa illud fcriptum confumere: *Legatur fcriptum coram nobis, & refponfum dabimus.* Surgens unus philofophorum fuorum coepit legere, cujus principium tale erat, quod continebat falfum. Deinde aliud falfum adjunxit; Tertio, hærefim induxit, quod Chriftus non fuit ab æterno, nifi quod dictus eft rex ab æterno. Quarto de ratione quam pofueramus ad probandum Spiritum effe a Filio,

A finxerunt falfum fyllogifmum illum, cum tamen non fuit noftræ intentionis dare fyllogice, ut ipfum fcriptum fatis probavit, quod eis dedimus, licet poffemus, fi effet noftra voluntas, bonum formaffe fyllogifmum de illa ratione. Sed intendebamus fimplicem & laicalem rationem componere. Tenor fcripti talis erat.

Scriptum Græcorum

„ Probleuma nobis, honorabiles legati fanctiffimi papæ, vos propofuiftis, habens ita „ in dictionibus: Propter quid Spiritus S. di„ citur Spiritus Chrifti ab æterno, tres tan„ tum dici poffunt caufæ. Prima quod con„ fubftantialis eft Chrifto. Secunda quia mit„ titur ab ipfo in creaturas. Tertia quia pro„ cedit ab ipfo. Quod autem prima caufa „ non fit fufficiens patet, quoniam ex ipfa „ fequitur Patrem Spiritum Filii effe, quia „ confubftantialis eft Filio. Quod autem fe„ cunda caufa non eft vera, manifeftum, „ quia Spiritus fanctus eft Spiritus Chrifti „ ab æterno: non fuit miffus autem ab æter„ no in creaturas: ergo hæc non eft caufa „ quod dicitur Spiritus Chrifti. Reftat ergo „ quod tertia caufa eft, quod dicitur Spiritus „ Chrifti, quia procedit ex ipfo. Ad quod „ ita refpondemus.

„ Omne principium five theologicum five „ philofophicum, five mathematicum, five „ cujufcumque fcientiæ vel artis non eget „ demonftratione. Commune enim verbum „ eft & univerfale, quod indemonftrabilia „ principia. Principii enim principium quæ„ rens, finem non inveniet. Principium enim „ orthodoxorum Chriftianorum fidei, & ma„ xime quantum attinet circa veritatem theo„ logicam a Deo dicta funt verba Chrifti, „ ex quibus docti fumus credere in Patrem, „ Filium & Spiritum fanctum: & de Filio „ quidem, qui habet effe a Patre, & nomen „ filiationis, teftatur. De fpiritu autem, „ quod non eft dictio habitudinalis, docuit „ nos Chriftus fine fyllogifmo, unde habet exi„ ftentiam, dicens, *Spiritus veritatis qui a „ patre procedit.* Dixit Chriftus *Spiritus ve„ ritatis*, & recipio fine fyllogifmo, quod „ eft Spiritus S. veritatis, fcilicet Chrifti. „ Dixit quod *Spiritus ex Patre procedit*: & „ recipio fine fyllogifmo, quod a Patre ha„ bet exiftentiam. Prædiximus enim quod „ principia indemonftrabilia funt. Hoc dog„ ma & apoftolus, & omnes fanctæ fynodi „ fine tranfgreffione confervaverunt ufque „ ad finem, & nos in baptifmo taliter cre„ dere promifimus Chrifto, & hanc confef„ fionem ante tribunal Chrifti exquirimur, „ fi fine tranfgreffione fervavimus.

„ Ad veftræ autem fapientiæ probleuma fic „ obviavimus. Dediftis hanc caufam, quod „ Spiritus fanctus dicitur Spiritus Chrifti ab „ æterno. Dicimus ergo in primis: qualis „ fcriptura nominavit Spiritum S. Spiritum „ Chrifti ab æterno? Spiritum enim Chrifti „ novimus divinam fcripturam dicentem, fed „ non cum additione, ficut vos dixiftis, *Spi„ ritus Chrifti ab æterno*: neque enim Chri„ ftus fecundum quod Chriftus comprincipa„ tum habet Patri & Spiritui; fed fecun„ dum folam deitatem Spiritus quidem ante „ fæcula, unctio vero recens, ficut Chriftus „ in femetipfo recipiens illud Ifaiæ dixit,

Spi-

ANNO CHRISTI 1234.

Spiritus Domini super me, propter quod unxit me. Esto autem ad gratiam vestram, & hoc vocari Spiritum sanctum ab æterno. Verumtamen etsi hoc dicatur, sic dici potest sicuti intelligitur rex ante sæcula, nondum super quæ regnaret introductis, & conditor ante sæcula, nondum quæ condita sunt factis, & beneficator, nondum quibus benefaceret existentibus. Sic dicatur & Spiritus Christi propter antiquum consilium & ante sæculare ejus, quæ in carne dispensationis, secundum quam Emmanuel unctus est Spiritu. Dixistis quod tamen tres possunt dici causæ. Prima quidem quia consubstantialis est Christo: & deiicientes ut videbatur, destruxistis, dicentes hoc, quod hæc causa non est sufficiens: quoniam ex hoc sequitur Patrem esse spiritum Filii, quia consubstantialis est Filio, & causa ista sive ratio quod Spiritus dicitur Filii pro eo quod est consubstantialis ei, non est verbum nostrum, sed Sanctorum & Deum portantium Patrum. Magnus enim Basilius in VIII. capitulo ejus qui ad Amphilochium ipsius est sermonis, dicit sic: *Spiritus Christi dicitur sicut appropriatus seu familiaris secundum naturam ei*. Beatus Cyrillus in expositione evangelii, secundum Joannem dicit: *Quomodo ergo qui ex Patre procedit, Spiritus veritatis existit? Propter similitudinem, & substantiæ identitatem, ita ut veritas sit & vocetur ipse, inceptionem habens erit*. Et sanctus idem in expositione evangelii dicti, *cum venerit ille Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem; Spiritum quidem veritatis vocat paracletum, hoc est sui: ipse enim veritas, ut cognoscamus quod non alienus ab unigeniti substantia sanctus est Spiritus, nec alter ab ipso secundum eam, quæ est in substantialitate, rationem*. Sanctus Basilius ex ea quæ ad Gregorium fratrem epistola dicit: *qui Spiritum solum dixit, comprehendit in hac confessione, & ut illud cujus est Spiritus, Christi enim; & eum ex quo, ex Deo enim: secundum quod dicit apostolus, videte quomodo in filio tantum* „ *est*. Ex quo multis quidem & aliis abundantes ad hoc testimoniis incontradicibilibus propter brevitatem ipsa pertransimus. „ Hæc quidem respondimus theologice sanctorum Patrum testimoniis magis omni usi „ syllogistica demonstratione, non egentibus „ multa disquisitione, verba enim hæc seipsim consistunt.

fus te- ... oniis potius m ulla on- tione og sti- ut

„ Dicamus autem & secundum methodum, „ quæ evacuatur Spiritu, quam quidam promittentes circa fidem naufragaverunt, „ sicut dicit apostolus. Dixistis quod ex dicendo propter hoc dicitur Spiritus Christi „ Spiritus Sanctus propter consubstantiale, „ sequitur esse Patrem Spiritum Filii, quoniam consubstantialis est Filio, sic syllogizantes: *Spiritus est Filii Spiritus propter consubstantiale: pater est Filio consubstantialis; pater ergo est Spiritus Filii propter consubstantiale*: Siquidem habet quid apparentis „ syllogismi. Audiatis autem & qualiter habet naturam iste syllogismus, si penitus iste „ syllogismus convenit vocari eum. Primum „ quidem figurastis vestrum hunc syllogismum in secunda figura ex similis figuræ „ propositionibus, & in nullo quidem modo „ hujus figuræ debent habere propositiones „ similem figuram: sed ex necessitate una „ propositio seu præmissa affirmativa debet „ esse, altera autem negativa in secunda figura. Deinde discerpsistis prædicatum „ in majori propositione: dicentes enim Spiritus Filii Spiritus & consubstantialis in „ majori propositione, * primum terminum dimittentes prædicati, hoc est Spiritus reliquum accepistis: hæc quidem in propositionibus fallaciæ. In conclusione vero, „ quod ex necessitate ex positis propositionibus colligitur, inconveniens dimittitis, „ sed Spiritus Pater est prædicatum totum „ conclusionem fecistis. Itaque qui videtur „ syllogismus non solum non est in veritate syllogismus; sed neque secundum quid similis est syllogismo. Item si non dicimus „ hoc esse syllogismum, sed solum conversionem: dicimus quod falsa est conversio, „ & logicis methodis inconveniens. Neque „ enim si Spiritus consubstantialis Filio & „ quod consubstantiale Filio erit Spiritus „ ejus. Hæc enim conversio in aequipollentibus solis & principiis potest fieri. In quibus autem hoc quidem generalius, hoc „ autem proprium nequaquam. Et Spiritus „ quidem non idem significat consubstantiali secundum numerum, neque proprium „ est Spiritui consubstantiale ut & converti „ possit; hoc enim rem significat, hoc est „ essentiæ identitatem; hoc vero personam „ & hipostasim. Et quidem est commune trium, „ hoc autem proprium unius trium. Dicitur enim & pater consubstantialis Filio „ & Spiritui, & Filius Patri & Spiritui, & „ Spiritus iterum consubstantialis Patri & „ Filio: & quidem habitudinem denotat consubstantialem, hoc vero absolute dicitur: „ & hoc quidem antecedentis ordinem habet, hoc vero consequentis. Si enim Spiritus Christi & consubstantialis ei non quidem si consubstantialis & Spiritus. Didicimus autem de eis quæ sic dicuntur, quod „ si antecedens & consequens, omnino non „ quidem si consequens & antecedens. Si „ enim homo & animal, non autem si animal, jam & homo. Itaque si falsa ratio „ ista redarguitur, manifestum quod vera est „ quæ dicit quod Spiritus Christi est ut consubstantialis ei.

*in minori propositione

„ Sed videamus & causam propter quam „ dicit sapientia vestra Spiritum sanctum vocari Spiritum Christi; quæ autem hoc prætendit, videlicet Spiritum ex Filio. Audite igitur, si propter hoc Spiritus S. Spiritus Christi nominatur, quia procedit ex „ ipso. Si omne quod Spiritus alicujus dicitur procedit ex ipso, erunt secundum hanc „ rationem prophetarum Spiritus ex ipsis „ prophetis existentiam habentes. Item & „ hoc dicimus, quod non solum propter consubstantiale dicitur Spiritus Filii, sicut etiam Patres docuerunt, sed & propter „ administrationem spiritualium carismatum, „ quam administrationem homo factus unigenitus effudit in omnes fideles, sicut primus „ apostolorum Petrus ait de Christo, dicens: *dextra igitur Dei sublimatus promissionemque S. Spiritus accipiens a Patre effudit ipsum, quem vos videtis & auditis*. Concordat huic

ANNO CHRISTI 1234.

& apex apostolorum Paulus scribens ad Titum discipulum: *salvavit nos Deus per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus S. quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Dominum nostrum*. Dicitur & iterum Spiritus Christi unctio; unxit enim eum Pater Spiritu Sancto secundum carnem; Dicitur et iterum Spiritus Christi, quia inerat semper Christo non ut ἐνέργων........ idest inoperans; sed ut cohonorabilis testimonium reddens secundum theologicam vocem. In veteri enim tota divinitus inspirata scriptura non invenitur Spiritus S. nominatus Spiritus Christi. Cum autem homo factus est unigenitus unctus Spiritui S. et quando hunc effudit ad fideles, tunc est Spiritus vocatus Christi. Adhuc dicimus B quod si Spiritus S. Spiritus Christi dictus est, eo quod procedere ex ipso intelligatur dici, multa accedunt inconvenientia manifeste hinc. Oportet autem præcipere quædam propter explanationem.* Dignitas est communis & confessio apud theologos quod in sancta & superessentiali trinitate aliæ quidem sunt naturales proprietates, aliæ vero hypostaticæ & personales: & naturales quidem communiter insunt & ex æquo tribus hypostasibus, & nullam secundum istas habent differentiam vel divisionem. Hypostaticæ vero proprie & separatim unicuique secundum quos & discernuntur hypostases, & in numerum et indi- C visionem veniunt: et quia processio modus est existentiæ, manifestum est hinc quod proprietas hypostatica est processio. Si enim naturalis communis est trium hypostaseon, et erunt omnes processibiles: sed hoc inconveniens et theologicis cum conceptis repugnans; non ergo naturalis proprietas procedere; Hypostatica igitur et unius trium. Constat ergo quod Spiritus. Hinc etenim theologica eruditio separat procedere. Quoniam ergo processio habitudo est inter procedentem et quo procedit, considerata sicut et generatio inter generatum et generantem: si procedere uni, manifestum quod et mittere uni erit. D Est autem procedere unius solius Spiritus: manifestum quod et mittere unius, et vel Patris erit hoc vel Filii, et non duorum. Sed a sacris evangeliis a Patre eum procedere docemur. Ex hoc ergo solo processionem habet Spiritus. Si autem & ex Filio communicatur proprietas, et non jam hypostatica potest esse; sed in naturalem trasfertur et communem; et manifestum quod conveniet et tribus, quod impossibile ostensum est. Et adhuc si ex Patre Spiritus et Filio. Pater simul & Filius in unam reducentur personam, vel ipse Spiritus non unus numero, sed in dualitatem dividetur personarum. Si enim unus E quidem & simplex Spiritus. Si ex uno, igitur numero. Item si altera ab invicem emittentia et differentia secundum hypostaticas proprietates; altera etiam omnino emittetur numero differentia, et duo erunt Spiritus: hic quidem ex Patre: hic vero ex Filio proveniens. *Iterum hæc theologisarunt*.* Dignitas est quod sancta Trinitas unitas est simul & Trinitas: & non

* ἀξίωμα

* Axioma

A prius quidem unitas, deinde dualitas, & post hæc Trinitas. Dicente igitur vestra honorificentia duo principia Patrem & Filium consubstantialis eis Spiritus sanctus, alterius egebunt alicujus ante ipsa principii duo congregantis in unum. Omnem enim dualitatem unitas de necessitate præcedit, & quatuor erunt secundum vestram theologiam condeitas. Sicut enim nos Græci dicimus principium primum pater, & duorum consubstantialium principium existens, & unitas existens ejus quæ ex ipsa dualitas unitiva, & non eget alicujus alterius, eo quod non quæratur unitatis initialius. Sic autem vos dicitis duale ponentes principium, necesse est ante ipsum alterum aliquid præcedere singulare. Item natura unitas ante dualitatem, dualitatem vero præcedere unitatem, & hoc simplicem contra naturam & impossibile: & si hoc quod secundum naturam bonum omnino, & utique quod contra naturam similiter malum.

Imperator vero ex quo audivit ipsos non posse scripta sua defendere, volens illorum protegere turpitudinem: inquit: *dimittatur illud scriptum, quia non generat nisi contentionem. Procedamus in quæstione vestra, & ostendatis per Sanctorum scripta, hæc esse vera quæ vos dicitis*. Et continuo unus de Fratribus nostris, cui dominus dederat gratiam in literatura Græcorum, revolvit librum beati Cyrilli de IX. anathematismo, & incepit Græce legere. Cujus lectionis talis erat series: dicit B. Cyrillus. Si quis dicit unum Dominum Jesum Christum clarificari a Spiritu, tamquam aliena virtute, quasi ipso utentem, & ab ipso accipientem operari posse contra Spiritus immundos, & implere in homines divina signa, & non magis proprium Spiritum ejus dicit, per quem operatus est divina signa, anathema sit. Idem sequenter hæc verba apertius exponens ait. Homo factus unigenitum Dei verbum remansit, & sic Deus omnia existens quæcumque Pater, excepto solo esse Patris, & proprium habens qui ex ipso, (est) & essentialiter in natura ei Spiritum S. operatur divina miracula. *In hac auctoritate Cyrilli dicitur Spiritum S. proprium Spiritum Filii, quod est ex Filio substantialiter: sed non potest esse Spiritus a Filio substantialiter, nisi nascendo vel procedendo, quia non sunt plures modi in Trinitate essendi unam personam ex altera. Sed non potest esse ex eo per generationem, quia tunc essent duo Patres & duo Filii in Trinitate. Restat igitur quod sit ex eo per processionem. Et dicit Cyrillus quod qui hoc non credunt, sunt anathemata*. Confusi ergo ex hac authoritate non habentes quid hic reprehenderent, dixerunt *lege consequenter. Audietis quid Sanctus objicit ei*: & introduxerunt quemdam hæreticum Theodoritum nomine, qui damnatus fuerat in V. concilio, qui contradicebat quasi hæreticus viro Sancto dicens. Cyrillus, qui dicit Spiritum S. proprium Spiritum Filii, non tantum homines, sed ipsa Serafim & ipsum Deum blasfemavit. Ad cujus verba beatus Cyrillus respondet dicens: ecce qualiter lo-

ANNO CHRISTI 1234.

locutus eſt, qui nihil niſi accuſare novit. Et iterum quid prius dixerat replicavit. Et cum non haberent, quod poſſent de jure contradicere, coepit eos excuſare imperator dicens: *ibi locutus eſt Cyrillus contra hæreticum, & ideo locutus eſt largius quam jus erat.* Ad quod reſpondimus: *numquam propter hæreticum mentitus eſt B. Cyrillus.* Reſpondit: *non Ergo Spiritus S. procedit a Filio ut ipſe dicit, & qui hanc non credit anathema eſt.* Et his dictis ab invicem receſſimus.

Quinta feria illis nitentibus palliare ſuam confuſionem, & excuſationem molientes in peccatis, reſpondimus nos amodo cum eis nolle ſuper hoc articulo diſputare, quia rationes manifeſtas & ſanctorum oſtendimus auctoritates, in quibus ſufficienter manifeſtatur veritas hujus quæſtionis: *& ſi veritati manifeſtæ non velitis acquieſcere, quod ultra poterimus vobis oſtendere cui fidem velitis adhibere? & dominus imperator in craſtino eſt de civitate iſta receſſurus; volumus coram præſentia ſua agere de ſecunda cauſa, quam dediſtis, inobedientiæ.* Tandem, licet inviti, quodammodo conſenſerunt, ut ageremus de ſacramento altaris. Et dixerunt: *Dicatis vos.* Quibus nos ita reſpondimus. *Ex quo vobis placet; quod nos opponamus, dicemus incipientes hoc modo: Audivimus a vobis, quod vobis videtur valde tædioſum diſputare ſyllogiſtice vel philoſophice: nec mirum, quia multoties generat ſcrupuloſas conſcientias. Cenſuimus igitur in tanto ſacramento ſimpliciter, tamen veraciter & fideliter veritatem diſcutere. Ideo in principio parvulam quæſtionem faciemus vobis, in qua confeſtim veritas apparebit, ſi bene reſponderitis.* Et reſponderunt: *valde placet nobis modus ille. Dicatis.* Sed volentes nos ad alias quæſtiones de azymo & fermentato transferre, in nugis & truffis tempus uſque ad horam prandii deduxerunt. Tandem dixit patriarcha: *Oſtendite nobis quomodo, & in qua materia vos faciatis, & reſpondebimus vobis.* Nobis igitur modum & materiam oſtendentibus, petiit inducias uſque poſt prandium. Convenientibus iterum nobis ad diſputationem poſt prandium, reſpondit dicens. *Arduæ ſunt iſtæ quæſtiones. Habemus fratres noſtros patriarcham Hieroſolymitanum, Alexandrinum, Antiochenum, ſine quorum conſilio non eſt nobis fas ad iſta reſpondere. Convocabimus concilium uſque ad medium Martii. Rogamus vos ut interſitis illi concilio, & audietis quid reſpondebitur vobis ſuper his quæ nobis propoſuiſtis.* Ad hæc reſpondebimus hoc modo: *ſatis vobis notificavimus, quod ad nullum concilium vel patriarcham alium a vobis miſit nos dominus papa, cujus ſanctitatis nos ſervi ſumus. Ideo nec audemus, nec volumus nos ad aliqua ſupra mandatum ſuum extendere, quæ ſint in præjudicium ſanctitatis ſuæ, vel Romanæ eccleſiæ. Hoc tamen conſulimus vobis, & convocatis fratribus veſtris bonum & efficax, & maturum habeatis conſilium de pace & reformatione eccleſiæ. Et ideo nobis Conſtantinopolim ſcribetis: ibidem nos credimus commorari ad petitionem veſtram uſque ad medium martium, & expectabimus veſtrum reſponſum, ut ſciamus quid certum poſſimus de iſto negotio illi qui nos miſit renunciare:*

A *& talia det nobis renuncianda Deus, quod ſit ad gloriam ſui nominis, & communem lætitiam utriuſque eccleſiæ, & ſit in omnibus & per omnia benedictus Deus.* Et ſi receſſimus ab invicem. Sexta autem feria, celebrata miſſa, acceſſimus ad curiam, ut licentiam acciperemus ab imperatore, quoniam mane erat receſſurus, & inventis ſimul imperatore & patriarcha, coepit imperator conferre nobiſcum, *ſub qua forma poſſet patriarcha, & eccleſia Græcorum reconciliari eccleſiæ Romanæ?* Ad quod tale dedimus reſponſum: *Hoc modo poſſet reconciliari, ſi crederet hoc quod credit eccleſia Romana, & prædicaret. Utrum cantaret, vel non, non faceret magnam vim, credimus, eccleſia Romana, & obediret ei eodem modo, & in illis in quibus obedivit ante ſchiſma.* Et adjecit imperator: *ſi dominus patriarcha velit obedire eccleſiæ Romanæ, reſtituet ei dominus papa jus ſuum?* Ad hoc reſpondimus hoc modo: *ſi patriarcha obedientiam, & ea quæ matri ſuæ debet, ſolvat:* credimus quod miſericordiam majorem inveniet, quam credit, coram domino papa & tota eccleſia Romana. Et aſſumta licentia receſſimus a Nicæa, et venimus Conſtantinopolim.

Circa medium vero martii miſit nobis patriarcha nuncium unum cum literis ſuis, rogans ut accederemus ad Lycharam quamdam Vatacii: ibi enim promiſit coadunare prælatos et patritios, & convocare concilium. Et quaſi in memoria conventionis factæ inter nos ineſſe omnimodo ſuppoſuit in literis ſuis, quod illuc eramus venturi. Nos itaque admirantes de tali mandato, reſcripſimus quod ſuper hoc admirati ſumus quamplurimum, cum in hoc tempore ſuum expectavimus reſponſum, & modo dicit ſe vocaturum prælatos ad concilium, et nos roget ad ſuum concilium venire. Verumtamen ne labor noſter fiat infructuoſus, et quia charitas Dei compellit nos, quæ non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti, et communem utilitatem præponit propriæ, præter noſtrum commodum uſque ad exitum martii iterum expectabimus. Ipſum igitur, quantum potuimus, rogavimus, ut quam citius poſſet, faceret quæ facturus erat. In exitu martii reſcripſit nobis dicens, quod literas receperat, ſed præ dolore cordis vix eas audire poterat, quia cor ejus tenor earum triſtitia repleverat. Et quia Nicææ ſolus erat, nil poterat nobis reſpondere: quia compoſitio pacis, reformatio, et fidei noſtræ diſcuſſio ad omnes univerſaliter ſpectat, ſed nunc credebam cum illis, unaque vobiſcum iſta omnia tractare. Quod ſi ita receſſeritis, videbitur nobis quod non veniſtis pro pace, ſed ut tentaretis nos. Scripſit etiam fratribus noſtris ſcilicet fratri Benedicto miniſtro Romano et fratri Jacobo de Ruſſano, qui tunc aderant Conſtantinopoli, ut nobis omnino ſuggerent, quod intendebat, promittens quod ſi veniremus ad concilium, cum magna lætitia rediremus ad curiam. Inſuper et ab imperatore literas accepimus, qui petiit, ut modis omnibus accederemus ad eum apud Leſcharam, quia navem paraverat pro nobis, & omnia neceſſaria ad tranſitum noſtrum & nunciorum ſuorum, quos deſtinatu-

ANNO CHRISTI 1234.

turus erat ad præsentiam domini papæ. Præterea terra Constantinopolis quasi destituta fuit omni præsidio. Dominus Joannes imperator pauper erat. Milites stipendiarii omnes recesserunt. Naves Venetorum, Pisanorum, Anconitarum, & aliarum nationum paratæ fuerunt ad recedendum, & quædam vero jam recesserant. Considerantes ergo terram desolatam timuimus periculum, quia in medio inimicorum terra illa sita est. Arsanus rex Bachtrorum ab Aquilone: Vatacius ab Oriente, & Meridie. Suanuel circumdat eam ab Occidente: & ideo proposuimus tractare de treughis inter imperatorem CPtanum, & Vatacium usque ad annum. His causis compulsi redire ad terram Vatacii fuit omnibus voluntas. Veruntamen ne talia nostra tantum attentare videremur voluntate, capitulum S. Sophiæ, prælatos terræ, nec non & ipsum imperatorem super hoc consuluimus negotio, qui omnes unanimiter id nobis consuluerunt. Igitur tertia Dominica in Quadragesima, scilicet ultima Dominica Martii, arripuimus iter versus *Lescbara*, & post transitum maris venimus feria secunda in locum *Chalongorum* super mare situm: a quo loco duo paria literarum per diversos Nuncios Nicæam ad patriarcham destinavimus, rogantes ut acceleraret ad locum supradictum, quia ibidem paratos nos inveniret, sicut literis suis nobis supplicaverat. Profecti inde præmisimus nuncium cum literis nostris ad imperatorem, significantes ei adventum nostrum. Itaque Dominica *Lætare Hierusalem* fuimus apud *Lupadium*: & recedentes inde feria secunda venimus λέσκεραν & quia locus ille fuit assignatus nobis tam ab imperatore quam a patriarcha, fecimus ibidem moram. Sed cum annunciatum fuerat imperatori de adventu nostro, festinanter misit ad nos nuncium suum, quia venit ad nos quinta feria ad vesperam, deferens nobis literas imperatoris deprecatorias, ut apud *Nympham* veniremus quia ibi nos * expectavit. Sed quia nullos certos rumores de patriarcha vel aliis prælatis audiveramus, respondimus, quod super hoc ei respondere non poteramus, priusquam nuncium patriarchæ reciperemus. Sabbato sequenti venit pater cum literis ipsius, in quibus nobis significavit suum adventum, & supplicavit, ut præcederemus eum apud *Nimpham*, et ipse expediret se, et statim sequeretur nos. Profecti igitur a λέσκερα Dominica in Passione, quarta feria venimus Nympham: ibi reperto imperatore expectavimus adventum patriarchæ, qui in quinta feria intravit *Nympham* circa horam vespertinam. Sexta feria post prandium accessimus ad eum, rogantes quod, quam cito posset, expediret negotium nostrum. Qui respondit: *Paratus sum, & ecce prælati, qui convenerunt, similiter desiderant expediri, & in diebus istis solemnibus possent in ecclesiis suis esse.* Et nos, quasi pro rato habentes verbum tanti viri, læti ad nostrum redivimus.

* expectabit

Secunda feria post Dominicam Palmarum expectavimus, ut mitteretur pro nobis. Sed cum non mitteretur pro nobis, transmisimus duos fratres nostros ad patriarcham, cognoscere volentes, quare non misisset pro nobis. Qui respondit eis, quod nondum convenerant prælati sui. Fratres, considerantes quod protrahere intendebat negotium, acrius instabant, ut expediret nos. Quamobrem motus contra fratres, ait: *Miramur de fratribus, cum triginta capitula habeamus contra vos, & vos vultis in momento expediri; & subjunxit: veniant fratres, si voluerint, & habebunt disputationem.* Quod postquam audissemus, accessimus ad imperatorem narrando ei singula per ordinem, credentes ut illos compelleret solvere promissum suum. Qui cœpit a principio excusare prælatos, quia non convenerant, quia a remotis quidam venturi erant, & patriarcha Antiochenus nondum venerat: *Præterea tempus est orationis & magnæ afflictionis, non debetis mirari, si tædeat eos in hoc tempore interesse disputationi.* Et post multa dixit: *Rogo vos ut sustineatis usque post festum Paschæ. Interim congregabuntur prælati patriarchæ. Itaque secunda feria vobis respondebunt*, & sic obtinuit a nobis inducias. Transactis illis diebus, secunda feria post Pascha congregati sunt prælati post prandium in hospitio patriarchæ, et missis ad nos nunciis suis convocaverunt nos. At ubi inter eos convenissemus, ait patriarcha: *Notum est nobis, quod Nicææ habuimus disputationem de Spiritu sancto, sed tunc solus eram. Prælati nostri, qui jam præsentes sunt, libenter audirent, quomodo fuit processum in quæstione illa.* Ex cujus verbis cognovimus, quod dissimulavit respondere ad quæstionem nostram, volens nos iterum ad quæstionem de Spiritu sancto reducere. Tunc cœpimus narrare causam viæ nostræ: et quomodo Nicææ fuit disputatum, et quomodo promiserat patriarcha se missurum nobis circa medium martii responsum de quæstione facta eidem de nostro sacramento, et quoties mutavit conditiones nostras: et tunc coram illis comparere voluimus, nulla promissione compellente vel præcepto superiorum, sed sola gratia et amore pacis et concordiæ volumus, et promissionis patriarchæ qui literis suis nobis significavit, quod si veniremus, lætos ad eum, qui nos misit, faceret redire. Spe igitur tanti boni et caritate fraterna devicti non maris pericula, non laborem corporum, non tædium longæ viæ curabamus, nec temporis jacturam; sed per multas carnis molestias potius voluimus vestræ obtemperare voluntati, quam nostræ satisfacere utilitati: *accessimus ut audiamus vestram responsionem*. Et dixerunt: *non interfuimus quæstioni. Non audivimus*. Et respondimus: *hæc fuit quæstio, & eandem quærimus a vobis: utrum possimus conficere corpus Christi in azimo vel non?* Qui responderunt: *super duobus erat quæstio inter nos & vos. Scilicet de processione Spiritus S., & de corpore Christi. Primo igitur tractemus coram toto concilio de processione Spiritus S., quia quæstio illa præcessit aliam, & sic respondebimus vobis ad utramque quæstionem*. Ad quod respondimus: *Vos ad quæstionem de processione Spiritus S. respondistis, & quomodo processum sit in illa quæstione, nos bene novimus: sed de corpore Christi fuit quæsitum, & fuit nondum ad hoc responsum. Ideo nunc a toto concilio responsionem quærimur*. At ipsi subterfugia quærentes, ne ad

ad prædictam quæstionem responderent, dixerunt sic: *confunderetur ordo theologiæ, nisi prius tractaretur de illo, quod altioris est negotii.* Et respondimus: *Ordinem quem vos quæritis, tenuimus in disputatione, quæ facta est Nicææ, quando oportuit de utraque parte disputare; sed modo responsum tantum de causa secunda audire venimus: unde rationem vestram, quam dicitis, de ordine causarum non curamus.* Cum igitur eamdem rationem pluries replicassent, accessit quidam philosophorum suorum habitu Calogerus & dixit: *Deus sine principio & ab æterno fuit, unus in essentia, trinus in personis: caro Christi incœpit a tempore, & habuit principium. Et quod sine principio est, prius est; & quod a tempore posterius. Prius igitur debet venire in quæstionem de Spiritu sancto, qui est æternus, quam de corpore Christi qui fuit ex tempore. Ordo enim iste naturalis est. Et si hunc ordinem non servabimus, in ordine peccabimus.* Ad quod respondimus: *Quod in corpore Christi, de quo loquimur, est ipsa Deitas. Est enim ibi vera Deitas, & vera humanitas. Unde agendo de corpore Christi Domini, sicut nos quærimus, de utroque agimus ita. Item talis est ordo in evangelio; quia Matthæus incipit ab incarnatione Christi: & in fine sui evangelii agit de Trinitate dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Et iste est ordo, quem nos quærimus.* Et his dictis tacuit ille philosophus, & ultra non comparuit. Demum locutus est patriarcha dicens: *Ex quo compellitis nos, scribemus responsionem nostram ad utramque quæstionem, & dabimus vobis.* Nos igitur attendentes, quod ad quæstionem nolunt respondere, sed dissimulando præterire, & scripto suo palliare, respondimus: *Non curamus de scripto vestro, ex quo præsentes sumus. Viva voce respondeatis. Scriptura enim fit pro absentibus, & non præsentibus. Cum igitur præsentes sumus quasi præsentibus respondeatis.* Ad quod patriarcha: *Si volueritis ordinem & seriem totius disputationis, quæ facta fuit Nicææ coram omni consilio recitare, ita respondimus vobis ad quæstionem vestram.* Cui ita respondimus: *respondebitis nobis ad quæstionem hanc, utrum possimus conficere corpus Christi in azymis vel non. Et satisfacto nobis super hac quæstione, processum & seriem quæstionis de Spiritu sancto recitabimus vobis, & respondebimus ad omnia dubitabilia, quæ veniunt in quæstione.* Et surgens patriarcha cum aliis prælatis secessit in locum unum, ut haberet consilium. Et reversi responderunt: *Petimus inducias usque ad quartam feriam, & tunc respondebimus vobis, sicut promisimus.* Et quia sæpe inveneramus eos mendaces, ne deciperent nos, diximus: *Ne verba ista & conventionem in ventum proferamus, ecce conditionem nostram repetimus;* & repetitam iterum confirmaverunt, & sic ab invicem recessimus.

Quarta feria circa horam primam accessimus ad dominum patriarcham, ubi concilium convenerat: & cum essemus in medio concilii, archiepiscop. de Samastria in Paphlagonia ita exorsus est loqui: *Notum est nobis, venerabiles apocrisarii domini papæ, quomodo literas his diebus SS. papa per vos*

A *transmisit domino patriarchæ, quarum tenore audito non modicum mirati sumus de quodam verbo, quod ponit in fine literarum. Ex quo verbo videtur nobis quod velit innuere sacramentum nostrum in fermentato, & sacramentum vestrum in azymo duo esse sacramenta. Dicit enim sacramentum nostrum & vestrum significari per duos discipulos currentes simul ad monumentum, dicens:* „ Græcus ad fidem „ cum discipulo juniore præcurrens, & tan- „ tæ gratiæ non ingratus illi dignationi, „ qua Deus naturæ compassus humanæ, ho- „ mo voluit esse passibilis, eligens quotidie „ reminisci, hostiam offerre constituit fer- „ mentatam. Latinus vero qui cum Petro

B „ seniore secutus literæ monumentum, de „ qua procedit spiritualis sensus, prior in- „ troivit, & linteamina posita quæ sacro- „ sanctum corpus, quod ecclesia signat, in- „ volverant, separatumque sudarium, quod „ fuerat super caput, aspexit, sacramentum „ glorificati corporis celebrare mirificentius „ in azymis sinceritatis elegit. „ *Ex his verbis videtur nobis, quod dominus papæ velit innuere duas traditiones. Quærimus igitur a vobis, si hæc est fides vestra, quod in illis discipulis significentur duæ traditiones in sacramento Græcorum & Latinorum.* Nos vero perpendentes eorum versutiam, quod proposuerant, quoquomodo subterfugere responsionem, & ita occasione literarum mittere nos

C ad alias quæstiones, breviter respondemus: *Verum est, quod literas domini papæ tulimus, & quæ in dictis literis scripta sunt dubitationem quæstionis vestræ, si diligenter illis scriptis velitis intendere, eleganter dissolvunt. Sed quia scriptum est in jure.* Ejus est interpretari, cujus est condere; *literas domini papæ non est nostrum interpretari. Sed si aliquid ambiguum vobis sit in literis domini papæ, scribatis, & ipse vobis interpretabitur.* Et ipsi responderunt: *Imo vos qui nuncii estis, debetis interpretari.* Cœperunt igitur gravius insistere, et multociens eandem quæstionem replicare; & nos eandem responsionem reiterare. Tempore igitur consumpto in istis

D nugis, & trufis usque ad horam sextam, tædio affecti sumus, & præ cordis angustia non volentes eorum sustinere malitiam, respondimus eis: *Videmus, quod tempus redimitis, & subterfugere quæstionem nostram nitimini, & fidem vestram confiteri non audetis. Amodo aperto ore cor nostrum patebit ad vos, & notificabimus vobis, quidquid sentimus de vobis. Jam perpendimus, quod male sentitis de sacramento nostro in azymo, primo per scripta vestra, quæ plena sunt hac hæresi. Secundo quia ad quæstionem factam de sacramento non audetis respondere, ne pateat hæresis vestra. Tertio, quia facta vestra illud probant. Abluitis enim altaria vestra post-*

E *quam celebravit Latinus in eis. Quarto, quia Latinos venientes ad sacramenta vestra compellitis apostatare & abjurare sacramenta ecclesiæ Romanæ. Quinto, quia dominum papam ejecistis diptychis vestris. Sed scimus, quod nullum ejecistis nisi excommunicatum vel hæreticum. Ergo habetis eum excommunicatum vel hæreticum. Sexto quia semel in anno excommunicatis eum, ut nobis retulerunt quidam, qui audierunt.* Surrexit igitur Charto-

tophylax in medio concilio, & ait: *Quod dicitis, quod dominum papam excommunic. dicimus quod falsum est: & quicunque dicit istud, exeat aut mala patiatur. De aliis quæ facimus non miremini: quia Latini vestri cum cœpissent CPim, fregerunt ecclesias, diruerunt altaria, auro & argento sublato, reliquias Sanctorum projecerunt in mare, εἰκόνας sanctas conculcaverunt, & de ecclesiis stabula jumentorum fecerunt: ita ut impletum videretur illud: Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt &c.* Et his dictis, ait patriarcha. *Si miramini, quod papam ejicimus de dypthichis nostris, quæro quare me ejecit de suis dypthichis?* & incipientes respondere ad ultimo objectum, diximus: Dominum papam nunquam te ejecit de suis dyptichis, *quia tu nunquam eras. Sed si de prædecessoribus vestris quæratis, vos legatis, utrum papa vos prius, quam vos eum, ejecerit.* Nec ad hoc aliquid responderunt. *Ad alia quæ imponitis ecclesiæ Romanæ, nihil imponitis, quia non fuerunt hæc facta consensu vel præcepto ecclesiæ Romanæ. Sed hæc, si fuerunt facta, fecerunt viri laici, peccatores, excommunicati, propria auctoritate talia præsumentes: nec imputandum est toti ecclesiæ, quod a quibusdam iniquis est præsumptum. Sed quæ dicimus de vobis vera sunt, & hæc verbo & opere testificamur. Et ista faciunt primo vestri patriarchæ & archiepiscopi, episcopi, & cæteri vestræ ecclesiæ prælati. Hæc facitis, & hoc dicetis fieri. Nunc jam excusationem non habetis in peccatis vestris. Et tot quia abominabilia invenimus apud vos, nec aliquam voluntatem emendandi, quod hactenus erratum est: ecce nos revertimur ad eum qui nos misit;* & sic recessimus a concilio. Eadem die post prandium accessimus ad imperatorem, referentes ei omnia secundum ordinem quæ facta sunt prævia veritate. Quibus relatis postulavimus, ut conductum extra terram suam nobis concederet. Tunc imperator velut eloquens homo astutus, & providus in agendis, modestus in verbis, cœpit suos mirabiliter excusare, & emendationem promittere: addens, quod si coram eo fuisset disputatio, non fuisset ventum ad verba contumeliæ: *Nec volo quod ita discordes recedatis. Volo audire vos, & illos super quæstione vestra: & peracto negocio cum pace & amore revertimini. Et ecce galeæ meæ paratæ sunt ut reducant vos in Apuliam cum nunciis meis, quos missurus sum vobiscum ad SS. papam. Intendo enim, ut decet D. Papam quam plurimum venerari nunciis, muneribus & obsequiis: quia volo quod habeat me amicum, & familiarem, & filium sanctitatis suæ.* Ad hoc respondimus: *Domine, nolumus amodo vobis celare veritatem. Scriptum est. Respexit Dominus ad Abel & ad munera ejus: primo inquit ad Abel, deinde ad munera. Quia Dominus non acceptat homines propter munera, sed munera propter homines. Item scimus, quod dominus papa non acceptabit vos propter munera; sed cum acceptus eritis per unitatem fidei, tunc accepta erunt & vestra munera. Non credatis dominum papam vos recipere velle in amicum & filium, nisi prius fuerit pax in fide & unitas. Si enim to-*

A *tum aurum vestrum & argentum daretis, non vos reciperet in filium vel amicum, quandiu estis contrarius fidei ecclesiæ Romanæ. Quomodo ergo possemus nos nuncios vestros ad curiam ducere, cum non auderemus eos domino papæ præsentare. Imo forte si venirent, oporteret nos stare contra eos coram Domino nostro.* Tunc imperator mœstitiam vultu prætendens, sic ait: *Vidi quod Emmanuel imperator, Theodorus, & plures alii imperatores amicitiam habebant cum ipso, durante schismate. Veruntamen si vos probibeatis, quod non mittam nuncios meos, non mittam.* Ad hæc respondimus: *Nec probibemus nec monemus. Sed hoc scitote, quod nuncios vestros nisi sub spe pacis non ducemus.* Et rursum imper.

B *Si non vultis ducere, nolo mittere, quia nolo homines meos nec naves nec res exponere inimicis.* Et adjunxit: *Duravit schisma, jam fere CCC. annis, & quod diu duravit non poterit in tam brevi tempore dissolvi. Expectate. Cras loquar prælatis, & rogabo eos, ut respondeant vobis ad quæstionem vestram.* Et recessimus ab eo.

Feria quinta post horam vespertinam misit imperator nuncium suum ad nos rogans, ut in crastino, scilicet sexta feria, essemus coram eo; & assensimus. Recedente nuncio imperatoris, venit nuncius patriarchæ rogans ut in crastino die essemus coram eo in palatio imperatoris. Et respondimus: *Cras*

C *erimus coram imperatore. Si venerit, illuc nos inveniet.* Feria sexta mane accessimus ad palatium imperatoris, ubi concilium convenerat. Et primo exorsus est loqui imperator, dicens, quod si promisissent nobis prælati respondere, non tamen fuit mirum si ambiguitates, quas habebant super literas domini papæ, prius vellent sibi dilucidari. Ad quod respondimus. *Diximus, & adhuc dicimus, quod postquam satisfecerint nobis de quæstione nostra, non solum ad illam ambiguitatem, sed ad omnia alia ambigua, quæ in quæstionem veniunt, parati sumus respondere.* Habito ergo consilio cum imperatore & cæteris prælatis respondit patriarcha, primo:

D *Et nos respondebimus vobis.* Deinde archiepiscopus Samastriæ hoc modo cœpit loqui: *Vos quæritis si corpus Christi potest confici in azymo. Et respondemus quod hoc est impossibile.* Volentes igitur perfecte suam intentionem audire. Quæsivimus: *Si istud diceret, non posse fieri, id est quia de jure non potest, vel quia nullo modo posset fieri.* Et responderunt: *Imo quia nullo modo potest fieri. Quia scimus quod Dominus fecit in fermentato, & ita tradidit apostolis. Unde apostolus ad Corinth.* I. XI: Ego accepi a Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur accepit ἄρτον &c. *Petrus & cæteri apostoli, si-*

E *cut acceperunt a Domino, & in eadem forma quatuor ecclesiis patriarchalibus tradiderunt. Unde Petrus ita tradidit ecclesiæ Antiochenæ; Joannes evangelista ecclesiis, quæ fuerunt in Asia; Andreas ecclesiis, quæ fuerunt in Achaia; Jacobus autem Hierosolymitanis; & ita B. Petrus tradidit B. Clementi, & ita fuit primo celebratum in ecclesia Romana, ut credimus. Propter hoc dicimus, quod non potest fieri in alio pane, hoc est in pane alterius qualitatis,*

quam

ANNO CHRISTI 1234.

quam in illo in quo tradidit Jesus, hoc est in fermentato. Nos audientes hanc hæresim, quæsivimus sigillatim ab unoquoque: primo, a patriarcha Nicææ: secundo ab Antiocheno: deinde a singulis prælatis, si hæc esset fides? & istud crederent? & responderunt sigillatim. *Hæc est fides nostra, & hoc credimus*. Deinde adjunximus: *Istam fidem vestram petimus ut scribatis, & in scripto nobis tradatis*. Respondit patriarcha Nicææ: *Et vos scribatis nobis quod Spiritus sanctus procedit a Filio, & qui discredit hoc, in via perditionis est*: Et concessimus. Datæ igitur fuerunt induciæ usque in crastinum, ut illa die scriberentur chartæ ex utraque parte; & sic recessimus. Sabbato post prandium convocati fuimus ad concilium, & oblatæ sunt chartæ ex utraque parte. Obtulerunt ergo nobis chartam suam primo, cujus tenor talis erat:

Charta Græcorum oblata apocrisariis domini papæ.

„ Quæsiverunt a nobis honorabilissimi apocrisarii sanctissimi papæ antiquioris Romæ si possunt conficere ἀναίμακτον (*a*) hoc est sacrificium corporis Christi in azymis? Et respondimus impossibile esse hoc hominibus volentibus sequi novam gratiam, propter eam, quæ (*b*) a principio, traditionem salvatoris (*c*). Tradidit enim sanctis suis discipulis & apostolis per fermentatum panem secundum tenorem evangeliorum. Tradiderunt autem & ipsi hujusmodi mysterium, quare (*d*) & ipsum acceperunt secundum sermonem magni (*e*) Pauli scribentis ad Corinthios sic: *Fratres ego accepi a Domino quod & tradidi vobis, quia Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit ἄρτον & gratias agens fregit, & dixit: accipite & comedite, hoc est corpus meum; quod pro vobis frangitur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cenavit dicens: hic calix novum testamentum est in sanguine meo: hoc facite, quotiescunque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescumque comederitis panem hunc & calicem bibetis; mortem Domini annunciabitis*. Quia ergo sic & nos accepimus a bonæ famæ apostolis, sicut & ipsi acceperunt a Christo; & sic tenent quatuor evangelicæ (*f*) diœceses orbis usque nunc, æstimamus autem, quod & diœcesis antiquioris Romæ & sic accepit, & tenebit. Propter hoc dicimus quod non potest consummari sacrificium per azyma, aut azymo parte (*g*) existente ejus, quia typus cessavit legalis servitutis. Et hæc quidem scripsimus quasi in compendio, secundum apocrisariorum voluntatem, non patientium audire latius. Si autem quærentur a nobis auctoritates & probationes sermonis nostri, tunc dilatabimus, & a veteri & a novo testamento. Mense Aprili indict. VII. *Carthophylax sanctissimæ magnæ Dei ecclesiæ Constantinopolis, ex præcepto Sanctissimorum patriarcharum universalis Constantinopolitanæ (h), magnæ Antiochenæ, & eorum qui cum eis aderant, præsulum subscripsi.*

Et statim in pleno concilio perlectam chartam tradiderunt nobis in testimonium fidei suæ. Deinde protulimus chartam nostram, & fecimus legi in pleno concilio, cujus chartæ tenor talis erat.

Charta apocrisariorum D. papæ.

In nomine Domini amen.

„ Pater est plenus Deo in se: Filius plenus Deus ex patre genitus, Spiritus sanctus Deus a Patre Filioque procedens, & Spiritus sanctus procedit a Filio immediate, a Patre vero mediante Filio. Quod enim Spiritus sanctus procedit a Filio, hoc habet Filius a Patre. Ideo qui credit quod Spiritus sanctus non procedit a Filio in via perditionis est. Unde Sanctus Athanasius cum in partibus occidentalibus exularet, in editione fidei, quam Latinis verbis expressit, sic ait: *Pater a nullo est nec factus, nec creatus, nec genitus. Filius a Patre solo est, nec factus, nec creatus; sed genitus. Spiritus sanctus a Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens*. Et ipse idem S. Athanasius in editione fidei, quam verbis Græcis expressit, dicit: *Spiritus autem sanctus ens processura Patris, & ferentis Filii per quem implevit omnia*. Unde & B. Gregorius qui merito θαυματέργος dicitur, Neocesareæ episcopus in editione suæ fidei, quam per relevationem a B. Joanne evangelista Dei genitrice mediante habuit, sic aperte proclamans ait: *Unus Deus Pater Verbi viventis, & sapientiæ subsistentis & virtutis & characteris æterni, perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti*. De Filio deinde sic dicit: *Unus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo character & imago divinitatis; sermo efficax*. Hic de Filio loquens dicit: *Solus ex solo*; non ergo Spiritus S. ex solo. Igitur ex Patre & alio; cum sit ab aliquo. Cum autem dicitur a Patre & Filio, non dicitur ex alio secundum essentiam, sed secundum hypostasim. Quod autem Spiritus sanctus ex Filio sit immediate, a Patre autem mediante Filio testatur Gregorius Nyssenæ civitatis episcopus sic dicens? *Incommutabile naturæ confitentes, eam quæ secundum causativum & causatum differentiam non negamus, in quo solo discerni alterum ab altero comprehendimus: hoc quidem causativum credere esse: hoc vero ex causativo, & ejus quod ex causa est*. Rursus aliam differentiam intelligimus. Hoc quidem proxime est ex primo, hoc autem per eum qui proxime est. Ex primo igitur, si ejus, quod est causa est differentia, quod hoc quidem proxime de primo, hoc autem per eum qui proxime de primo. Cum illud quo aliqua differunt, impossibile sit utrique convenire: proxime esse ex primo vel tantum Filio, vel tantum Spiritui sancto convenire necesse est. Dicunt autem Sancti, quod inter Patrem & Filium nihil est medium. Solus ergo Filius a Patre proxime est. Ergo Spiritus S. a Patre non est proxime. Est autem com-

Hæc pariter extat apud Lab. Græce & Latine, sed versio hic tradita facta est ab apocrisariis, adeoque inepta cum Labbeanam vir doctus confecerit; adeoque sensum melius reddit, præ vetere hac, quæ tamen ut concilio coæva & a Patribus adornata utique omittenda non fuit.

ANNO CHRISTI 1234.

ANNO CHRISTI 1234.

communis animi conceptio, quod quidquid est ab aliquo, ab alio est proprie proxime. Cum ergo Spiritus sanctus sit ab aliquo, ab aliquo est proxime: sed non est a Patre proxime, ut jam ostensum est. Igitur a Filio est proxime. Istos igitur SS. Patres, nec non & B. Ambrosium Mediolanensem archiepiscopum, & B. Augustinum Hipponensis civitatis episcopum, S. quoque Hieronymum fortissimum hæreticæ pravitatis impugnatorem sequens B. Cyrillus, & cum ipso tota S. universalis synodus scriptum vobis reliquit evidentissime Spiritum esse a Filio. Unde catholicus non est, sed a fide deviat, qui verbis ejus repugnat. Dicit enim evidentissime in suo ad imperatorem Theodosium de B recta fide prosphonitico, Spiritum esse a Filio per hæc verba: *Et quidem unum dicens non adfuturum & videndum ipsum ait, baptizare in igne & Spiritu S. non alienum baptizatis immittentem Spiritum ad modum servi & ministrative, sed, ut dictum, secundum naturam cum potestate summa, qui ex ipso est, & proprius ejus.* Quid hoc testimonio manifestius? hic enim manifeste de Filio dicit, quod Spiritum sanctum immittit baptizatis, qui ex ipso est & proprius ejus. Et hoc idem & per eadem verba Hermiæ scribit idem B. Cyrillus in sermone ad eundem Hermiam, cujus titulus est, *de manatione unigeniti, & quod Christus unus Deus & dominus secundum scripturas*. Et ipse idem Cyrillus in expositione IX. anathematismi, hoc idem dicit. In nono ejus anathematismo, proprium esse Filii Spiritum dicens, cum eundem anathematismum exponeret, quo sensu esse proprium Spiritum ejus dixerat, aperuit dicens: *homo factus unigenitum Dei Verbum mansit, & sic Deus omnia existens quæcumque & Pater, excepto solo esse Patris, & proprium habens qui ex ipso essentialiter in natura ei Spiritum sanctum &c.* Hic iterum Spiritum sanctum ex Filio esse dicit sanctus pater. Non debet autem alicui esse dubium, quin sensum illum hic aperuerit D sanctus, quem habebat, cum anathematismum addidit. Anathematismum istum cum omnibus aliis anathematismis recipit tertia sancta & universalis Synodus eo sensu quo sanctus ediderat. Constat autem sanctos Patres, in sancta prædicta Synodo congregatos, totam tertiam prædicti patris epistolam ad impium Nestorium Constantinopolitanæ civitatis episcopum sine aliquo hæsitationis scrupulo recepisse. Nulli autem dubium, quin prædictæ epistolæ extrema pars contineat prædictos anathematismos XII. Si quis autem allegare conetur Theodoriti Cyrii episcopi verba impiissima, quæ contra prædicta B. Patris E XII. capitula oblatrator effudit impudentissimus, sciat quintam sanctam & universalem Synodum anathematizasse prædicti Theodoriti latratos, qui juxta B. Cyrilli verba, quibus dicto Theodorito respondit, *tantum novit accusare*. Dicit enim quinta sancta & universalis Synodus gesto octavo, sic: *Condemnamus & anathematizamus cum omnibus aliis hæreticis condemnatis &*

A *anathematizatis a dictis quatuor Synodis, & a sancta catholica ecclesia Theodorum, qui fuit Mopsuestiæ episcopus & impia ejus scripta, & quæ impie scripta sunt a Theodorito contra rectam fidem & XII. capitula ejus, quæ in sancti Cyrilli & eam quæ in Epheso scriptam factam synodum, & quæcunque pro defensione Theodoriti & Nestorii ab ipso scripta sunt.* Ex his patet, quod ea quæ Theodoritus contra XII. capitula Cyrilli scripsit, nefaria sunt & impietate plena; & qui ea ut vera allegaverit, fidei est inimicus. Scribit enim B. Cyrillus ad Acacium Melitensem episcopum post unionem ecclesiarum, sic dicens: *Quæ autem scripsimus recte contra Nestorii blasfemias nullus nos persuadebit sermo, quod non bene facta sint, dicere.* Et ad Donatum (*a*) ministrum suum scribit, sic dicens: *Scripsimus enim recte quæ scripsimus, recte immaculatæ advocantes fidei, & nihil omnino priorum negamus. Non enim dictum est quicquam, quemadmodum ajunt, inscie; sed rectitudinem habentia ubique omnia, & veritatis virtuti convenientia.* Ex his evidentissimum est, B. Cyrillum nihil negasse eorum quæ dixerat, sed eodem sensu, quo ea dixerat, sine correctionis nota credidisse. Nec quidem solus corrigere potuisset, etiamsi voluisset, quod absit a sancto, quod sancta Synodus sine omni ambiguitatis scrupulo confidentissime recepit. Recipit autem ut dictum est, eo sen- C su quo ipse edidit. Unde juste in anathematismum cadit, qui nonum sancti Patris capitulum eo sensu, quo ipse edidit, cum sancta synodo recipere renuerit. Hanc enim S. synodum omnes S. Patres, qui in subsequentibus synodis fuerunt, venerati sunt, & eadem crediderunt, quæ & ipse. Sed & SS. Patres, qui eam præcesserunt, eadem quæ & ipsa sapuerunt.

Perlecto scripto tradimus patriarchæ Nicææ, & omnibus audientibus diximus: *dedistis nobis scriptum vestrum, quod continet hæresim, & hoc scitote, quod quicunque credit hoc, quod scriptum est in charta vestra, pro hæretico habet talem ecclesia Romana. Veruntamen quia defensio hæresis facit hæreticum, volumus scire, quare ita dicitis. Duæ enim possunt esse causæ quia ista dicatis, ignorantia vel malitia. Ideo parati sumus ostendere veritatem vobis, ostendentes vos fabricatores mendacii, ut visa veritate cesset hæresis, quam dicitis, & revocetur: vel si non, sciamus hoc jam dictum esse ex malitia, & vos esse hæreticos. Sed quia judices non habemus, producantur libri, & judicent inter nos & vos, scilicet vetus testamentum & novum, & scripta sanctorum.* Et, quod mirabile est dictu, cum libri quærerentur inter omnes, unum vetus testamentum & novum non poterat inveniri. Volentes igitur eos ostendere fuisse in omnibus mentitos, quæsivimus, *quare dicerent Dominum corpus suum fecisse in fermentato?* Et responderunt: *Quia habemus in evangelio, quod accepit Dominus ἄρτον, fregit &c. Et addimus ἄρτον, quod dicit panem perfectum, panem levatum, panem fermentatum.* Et quæsivimus, *si ubicunque ἄρτον supponit pro fermentato.* Et responderunt *non*. *Quia quandoque ponitur ἄρτον per se, quandoque po-*

ANNO CHRISTI 1234.

(a) pessime reddit illud Græcum Δυνατον ἐπίσκοπον Dynaton episcopum

Deest hic subscriptio nunciorum quæ refertur ab Wadingh & in conciliis generalibus

Hæc pariter quæ deinceps sequuntur extant apud Labbeum sed plurimum contracta

ANNO CHRISTI 1234.

ponitur cum adjuncto. Quandocunque per ſe A
ponitur, ſupponit fermentum. Quando cum ad-
juncto ut Levitici 7. ἄρτον azymon, & eſt quaſi
oppoſito in adjuncto, ut cum dicitur homo mor-
tuus. Et nos iterum quæſivimus: *Si ἄρτον per*
ſe poſitum ſemper ſupponat fermentatum? Re-
ſponderunt quod *non. Nam quandoque per ſe*
poſito tenetur proprie, & tunc ſemper tene-
tur pro fermentato. Quandoque improprie, &
tunc ſupponit pro azymo. Tunc diximus: *er-*
go ἄρτον per ſe poſitum communiter tenetur,
nec ſemper pro fermentato, nec ſemper pro azy-
mo; ſed quandoque pro hoc, quandoque pro
hoc. Ergo ἄρτον per ſe poſitum panem ſuppo-
nit nec ſpecificat. Ergo de evangelio quod di-
citur, tantum tenetur pro nobis, quam pro
B *vobis. Et hoc eſt quod noſtra evangelia di-*
cunt panem ubi vos habetis ἄρτον. Item inve-
nimus in Levitico 7. ubi agitur de lege hoſtiæ
pacificorum ἄρτον azymum & ἄρτον fermenta-
tum ſecundum literam Græcorum. Cum ergo
azymum & fermentatum ſint differentiæ ſpe-
cificæ, cujus dictionis ἄρτον per ſe poſitum utri-
que convenit communiter, & æque proprie utri-
que. Non enim genus magis vel minus pro-
prie prædicatur de prima ſua ſpecie, quam de
alia. Ergo veſtra diſtinctio, quam feciſtis,
de proprie & improprie nulla fuit. Igitur in
Evangelio ubi dicitur, accepit Jeſus *ἄρτον,*
pro pane ſupponit, nullum panem ſpecifican-
do. Item improbata ratione veſtra, quam pu-
C *tabatis habere pro hac dictione ἄρτον, proba-*
mus per evangelium, quod Dominus corpus
ſuum fecit in azymo, & non in fermentato.
Legitur in evangelio Matthæi: Prima die azy-
morum acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum di-
centes: Ubi vis paremus tibi comedere pa-
ſcha? *Quæſivimus ergo ab eis: quæ fuit pri-*
ma dies azymorum, de qua ibi loquitur. Et di-
xerunt expoſitionem Joannis Chryſoſtomi: *Id*
eſt, prima dies ante azyma. Et nos illis: *Di-*
cit tibi Joannes Chryſoſtomus: priori die an-
te azyma venerunt diſcipuli ad Jeſum, in
cujus veſpera immolabatur paſcha. *Ergo in il-*
la veſpera erat paſcha azymorum Judæorum.
Et fuit prohibitum Judæis ut fermentum vel
D *fermentatum non eſſet in domibus illorum, vel*
in omnibus terminis. Ita enim legitur in Exo-
di XII. Septem diebus azyma comedetis. A
prima die non erit fermentum in domibus
veſtris. Quicumque comederitis fermenta-
tum, peribit anima illa de Iſrael, a prima
die uſque ad ſeptimam diem. *Ergo Chriſtus*
paſcha ſuum fecit in azymo, quia legem ob-
ſervavit uſque ad ultimum vitæ ſuæ, ut di-
cit Chryſoſtomus & Epiphanius. Fecit ergo
corpus ſuum de illo pane quem habuit. Et non
habuit niſi azymum. Ergo fecit corpus ſuum
de azymo. Si igitur veſtra ratio eſt vera,
quam ſcripſiſtis, quod non poteſt confici cor-
pus Chriſti niſi in illo pane, in quo Dominus
E *fecit, & Dominus fecit in azymo, ſecundum*
quod probatum eſt. Ergo non poteſtis facere
de fermentato. Et tamen hoc non dicimus.
Ut autem cognoſcatis veritatem, quam hacte-
nus nos diſſimulaſtis, hoc quod dicimus, aper-
te in ſcriptis ſanctorum veſtrorum oſtendimus.
Sed quia libros præsentes non habuimus,
auctoritates manifeſtas audire renuerunt. Au-
ctoritates autem probantes hoc, quod dici-
mus, erant iſtæ. Joannes Chryſoſtomus ſu-

A per Mattheum Homilia LXXXI. tractans
hæc verba. *Prima die azymorum venerunt*
diſcipuli ad Jeſum &c. In principio Homiliæ
„ ſic ait: Primam azymorum eam quæ an-
„ te azyma dicunt. Conſueverunt enim ſem-
„ per a vespera numerare diem, & eam
„ commemorat, in cujus veſpera paſcha
„ erat immolandum. Quinta enim ſabbati
„ acceperunt. Et hanc quidem hic eam quæ
„ ante azyma erat vocat ipſe dicens, in qua
„ acceſſerunt. Ille vero ſic ait: *venit dies*
azymorum, in quo oportebat immolari paſcha.
Venit, hoc (eſt) in januis erat veſperum.
Conſtat commemorans illam, a veſpere
enim incipiebant. Propter quod unusquiſ-
que addit: *Quando immolabatur paſcha.* Item
B quod Jeſus obſervavit legem in cœna, &
ritum judæorum probat idem Chryſoſtomus
conſequenter in eadem Homilia dicens. Pro-
„ pter quod autem paſcha confirmabat per
„ omnia oſtendens uſque ad ultimum diem
„ quod non eſt contrarius legi: Item idem
„ Chryſoſtomus ſuper Matthæum LXXXII.
„ Homilia ſic ait: Quod autem tempus paſ-
„ chæ myſterium conſummabat iſtud, ut dicas
„ undique & veteris teſtamenti ipſum eſſe
„ legiſlatorem, & quæ in illo propter hæc
„ figurata.
„ Propter hoc ubi figura, veritatem im-
„ ponit. Veſpere autem impletionis tempus
C „ argumentum erat, & quæ ad ipſum de
„ cætero veniunt, finem reſpiciunt. Item
B. Epiphanius Cypri in libro qui πανάρια vo-
„ catur, ubi loquitur contra Ebionitas, ul-
„ tra medium ſermonis ſic ait: Quomodo car-
„ nium comeſtione non ſtatim eorum demen-
„ tia redarguetur? Primo domino comeden-
„ te Paſcha Judæorum. Paſcha autem Ju-
„ dæorum erat ovis & azyma. Carnes ovis Hæreſ. 30.
„ aſſæ. Igitur comeſtæ. Sic diſcipuli ſui ei n. 22.
„ dicunt: *Ubi vis paremus tibi comedere Pa-*
ſcha? Idem in eodem contra Marceonitas,
in redargutione LXV. de litera Evangelii.
Quæ redargutio ſic incipit. *Nubem ſagitta-*
rum contra te &c. ſic dicit: contra te, o
D „ Marcio, induxiſti multis modis redargutio-
„ nem. Magis autem ab ipſa veritate coa-
„ ctus. Paſcha enim antiquum nihil aliud
erat, quam ovis immolatio, & carnium co-
meſtio, animatorumque perceptio cum azy-
„ mis. Et poſt pauca. Quam enim tu dete-
„ ſtaris carnium comeſtionem, dominus Je-
„ ſus cum ſuis diſcipulis comedit, faciens
„ Paſcha quod ſecundum legem. Et non di-
„ cis quod facturus erat myſterium hoc præ-
„ nominatum dicens: *Volo vobiſcum comede-*
„ *re Paſcha.* Ut enim per communem mo-
„ dum confundat te veritas, non in princi-
„ pio facit myſterium, ut non neges, ſed
„ ait, poſtquam cœnaſſent, accipiens hæc
E „ & hæc, dixit hoc eſt & hoc & hoc: Et
„ non reliquit locum malignitati. Oſtendit
„ enim quod poſtquam comedit Paſcha Ju-
„ dæorum, & poſtquam cœnavit, venit ad
myſterium. Renuentibus illis audire aucto-
ritates ſanctorum, cœperunt nobis opponere
de Evangelio Joannis. *Non intraverunt* præ-
torium Judæi ne contaminarentur, ſed man-
ducarent Paſcha. Quibus reſpondimus, quod
non eſt credendum Joannem dixiſſe contra-
rium aliis evangeliſtis. Ad quorum quæſtio-
nem

ANNO CHRISTI 1234.

nem ita respondimus: *Ut comederent Pascha*, idest cibos Paschales. Sic enim legimus in veteri testamento Pascha fuisse vocatum; & hoc erat dictum Luna XV. Et quia jam magna pars noctis transierat, de voluntate Imperatoris recessimus ab invicem. Cessavimus ergo Dominica & secunda feria & tertia & quarta a disputatione; mirantes quod expectarent, misimus ad Imperatorem, ut impetraremus licentiam recedendi. Ipse vero per nuncium transmissum cœpit nos tentare, *si aliqua compositione mediante posset fieri pax inter ecclesiam Romanam & Græcorum*. Nuncio vero ad nos trasmisso ita respondimus: *Cum fuerimus coram Imperatore, & de istis nobis locutus fuerit, scimus quid respondebimus ei*. Accersitis nobis in crastino ad palatium Imperatoris, dixit imperator: *Consuetudo regum & principum est, cum discordia fuerit inter eos super castris aut provinciis, ut quilibet de eo quod dixit jus suum, aliquid dimittat, ut sic pervenire possit per medium ad pacem. Sic mihi videtur quod debeat fieri inter vestram ecclesiam & nostram. Duo enim sunt inter nos & vos. Primum de processione Spiritus sancti. Secundum de Corpore Christi. Si igitur velitis pacem: vos dimittatis unum de duobus his. Nos venerabimur & gratum habebimus sanctum sacramentum vestrum. Vos autem dimittatis simbolum vestrum nobis, & dicatis nobiscum, sicut nos dicimus, sicut constitutum habemus a sanctis Patribus in conciliis suis. Et hoc quod vos superaddidistis non dicatis ulterius, quod scandalum est nobis*. Et nos ad hoc respondimus: *Hoc scitote quod dominus Papa & ecclesia Romana non dimittent unum jota de fide sua, nec aliquid de hoc, quod dicitur in symbolo nostro*. Et ait Imperator: *Quomodo ergo poterimus facere pacem?* & respondimus: *Si modum vultis scire, breviter dicimus vobis. De corpore Christi ita dicimus, quod oportebit vos firmiter credere, & aliis prædicare quod corpus Christi confici potest ita in azymo, sicut in fermentato. Et omnes libri, quos vestri scripserunt contra fidem, damnentur & comburantur. De Spiritu Sancto ita dicimus, quod oportebit vos credere Spiritum Sanctum procedere a Filio sicut a Patre. Et istud necesse est, quod prædicetur in populo. Quod autem cantetur istud in symbolo vestro, nisi volueritis, non compellet vos D. Papa, condemnatis & combustis omnibus libris, qui huic capitulo sunt contrarii*. Quod audiens Imperator graviter tulit & ait: *Jam non audio formam pacis*: & ideo convocatis prælatis annunciavit eis, quæ audivit a nobis. Quod cum audissent, indignati sunt; & conversi in seditionem contra nos, ut credimus, cogitaverunt quomodo nos dolo confunderent. Et mittentes ad nos feria quarta, hora quasi vespertina rogaverunt nos diligenter, ut quinta feria mane accederemus ad concilium: & sic salutato concilio & soluto cum pace & amore recederemus ab invicem. Mane autem facto accessimus ad concilium, & invenimus omnes ibidem congregatos, & cum eis multitudinem copiosam plebis, & apertis januis sedit concilium in atrio patriarchæ. Nobis autem residentibus inter cæteros dixit patriarcha: *Dum spes fuerat pacis, pacifice locuti fuimus; sed ex quo cognoscimus, quod frustrati sumus spe nostra, rogamus vos quod pacifice audiatis nos, & ista sola dieta consummabit negotium*. Deinde subjunxit: *Dedistis nobis in scriptis fidem Romanæ ecclesiæ, & inspeximus, & illam volumus per provincias nostras & gentes & nationes promulgare, & quia ignota est nobis, volumus quod omnes audient, & cognoscant fidem Romanæ ecclesiæ. Placet ne vobis hoc?* Et respondimus: *Placet. Hæc enim voluntas nostra, quod vos & omnes quotquot sunt in ecclesia orientali sciant & cognoscant, & fideliter teneant fidem Romanæ ecclesiæ, quam vobis scripto tradidimus*. Et his dictis obmutuit. Surrexit ergo unus in medio concilii habens chartam magnam, & incepit legere chartam, cujus principium tale erat: „ Dederunt nobis in scriptis venerabiles apocrisarii sanctissimi papæ veteris Romæ, quod „ Pater est plenus Deus in se: Filius plenus Deus a Patre genitus, Spiritus S. a Patre Filioque procedens &c. ut in præcedenti scripto continetur: „ Et qui istud non „ credit, in via perditionis est. Ad hoc res- „ pondimus, quod falsum est. Et lecto scripto nostro inventum est nos scripsisse: *Qui credit Spiritum S. non procedere a Filio in via perditionis est*. Nec fuit inter eos, qui dictamen verborum istorum intelligeret. Deinde introduxerunt auctoritates pro confirmatione suæ fidei, quarum una fere fuit summa quod Spiritus S. procedit a Patre. Inter multas tamen introduxerunt auctoritates pro confirmatione suæ fidei Damasi Papæ, qui dicebat: *Quicumque non credit Spiritum S. esse proprie a Patre, anathema sit*. Ad quod respondimus: *Nos credimus Spiritum S. esse a Patre proprie; & qui hoc non credit, anathematizetur. Dicimus etiam Spiritum S. esse a Filio proprie, sicut dicit B. Cyrillus: & qui istud non credit, similiter anathematizetur*. Item introduxerunt aliam auctoritatem, quæ, si bene recolo, fuit B. Basilii, cujus summa talis erat, *quod Spiritus S. fluit a Patre & non aliunde*. Ad quod respondimus: *Quod hoc est veritas, quod Spiritus S. a Patre est, & non aliunde. Hoc est nonde alia substantia, quam de substantia Patris*. Introduxerunt & multas alias: sed istæ plus videbantur esse contra nos. f. non Considerantes igitur quod nihil profecerant, patriarcha manu & verbo silentium indicens, quia rumor magnus erat in populo, cogitaverat, ut credimus nos, facto silentio commovere contra nos populum. Nos ideo caventes nobis, fraudem suam gratia Dei in capita sua retorsimus. Nam facto silentio & attendente diligenter universo populo diximus: *Creditis Spiritum S. procedere a Filio vel non?* Respondit patriarcha: *Nos credimus quod non procedit a Filio*. Et subjunximus: *Sed B. Cyrillus, qui præfuit tertio concilio anathematizavit omnes illos, qui hoc non credunt. Ergo vos estis anathematizati. Item vos creditis & dicitis, quod corpus Christi non potest confici in azymo. Et hoc est hæreticum. Ergo vos estis hæretici. Quia invenimus vos hæreticos & excommunicatos, pro hæreticis & excommunicatis vos relinquimus*. Et his dictis recessimus a con-

concilio, ipsis exclamantibus post nos: *Imo vos estis hæretici*. Condiximus igitur inter nos, nos non comesturos illa die priusquam licentiam haberemus ab imperatore recedendi. Et obtinuimus: vultum tamen turbatum & commotum ostendit nobis imperator, quasi contristatus fuisset, quod discordes recesseramus ab invicem. Factum est autem ut licentia accepta ab ipso imperatore mane sabbati recessimus a Nympha, & continuantibus nobis dieas nostras venimus Dominica usque ad villam quæ dicitur *Calamus*. Et cum esset hora completorii venit nuncius imperatoris Vatacii, venit & alius nuncius ex parte concilii: & salutatis nobis, ait nuncius imperatoris: *Salutat vos dominus meus, & familiariter nobis conqueritur de vobis, quod insalutato patriarcha & concilio, ita subito recessistis, & quod non declinastis ad dominum patriarcham & cæteros prælatos, ut accepta licentia & benedictione ab eis cum gratia omnium & bona voluntate recessissetis*. Ad hoc respondimus: *Dominus salvet & custodiat ad bonum ecclesiæ suæ dominum imperatorem: nec oportuit eum mirari, nec conqueri de nobis. Nam satis fecimus cum eo, & cum ejus licentia & gratia recessimus. De licentia & benedictione patriarchæ vel concilii non curamus: ipse enim novit causas. Unde non credimus nos aliquid contra Deum vel hominem in hoc deliquisse*. Deinde locutus nuncius concilii, & replicans eadem verba, quæ dixerat alter, subjunxit: *Ecce Spiritum vestrum, quod dedistis concilio, remittit vobis dominus meus patriarcha cum toto concilio, rogans vos & deprecans scriptum, quod dedit vobis dominus meus patriarcha, de azymo remittatis ei. Præterea mittit vobis literas suas, quas rogat, ut deferatis sanctissimo papæ. Mittit etiam vobis totum concilium fidem quam tenet & credit & prædicat de processione Spiritus S. & hanc fidem referatis ad præsentiam domini papæ*. Ad hoc respondimus: *Chartam quam concilio obtulimus, ideo dedimus ut haberent omnes speculum fidei Romanæ ecclesiæ, ut his quæ ibidem scripta sunt diligenter inspectis corde credant & ore profiteantur & aliis prædicent, & idem dicamus omnes, & non sint in nobis schismata; & ideo istud scriptum recipere noluimus, sed pro speculo illis relinquimus. Similiter scriptum quod nobis dederunt, nostrum est, & speculum vel potius scandalum fidei suæ; & ideo reddere vobis nolumus, sed domino papæ & ecclesiæ illud offeremus in testimonium fidei, imo potius perfidiæ ecclesiæ Græcorum, nisi, sicut supra dictum est, illud revocaveritis assensu totius concilii*. Omissa igitur contentione nocte illa recesserunt a nobis. Et mane iterum accesserunt, & dicta verba iterum replicantes, minati sunt, quod nisi gratis daremus, afferre nobis de terra non permitterent. Et in talibus detinuerunt nos usque ad horam tertiam diei. Tandem post longa certamina & contentiones multas ita respondimus: *In terra vestra sumus: auferre nobis poteritis, quod petistis: gratis autem habere non poteritis*. Et his dictis recesserunt. Tempus erat prandendi. Prandentibus igitur illis & nobis, habuimus consilium quid faceremus. Et convocato illo milite, qui venerat ex parte imperatoris, quæsivimus ab eo, *Si ex præcepto imperatoris habuisset iter nostrum impedire, aut non?* Et respondit. *Absit hoc a me vel a domino meo, imo potius veni iter vestrum expedire*. Et nos audientes hoc convocatis nunciis, quos nobiscum miserat Vatacius, præcepimus eis, ut equitaturas præpararent, quia recessuri eramus. Qui præparaverunt. Quod cum audisset Chartophylax, qui venerat ex parte concilii, accessit & præposita admonitione de chartha reddenda, sententiam excommunicationis tulit in nuncios nostros, si nobis ulterius in aliquo deservirent. Quod audientes nuncii honeribus librorum nostrorum depositis, cessaverunt ministrare nobis. Accepimus ergo libros nostros portabiles, & commissis aliis libris dicto militi imperatoris in custodiam recessimus pedes soli. Erat autem deserta & invia, & distabat a mari Constantinopolis fere per sex dieas. De Dei autem gratia confisi, processimus viam nostram imperterriti. Inde vero miserunt nuncios post nos, denunciantes nobis difficultatem & impossibilitatem itinerum, & corporum pericula, juramento afferentes, quod scilicet in montanis & in nemoribus erant nobis insidiantes rustici, qui nos occiderent, si sine ductore ulterius procederemus. Verumtamen nec inde conterriti destitimus ab incepto itinere. Transivimus ergo vel sex vel septem milliaria, sed mox subsecutus est dictus miles imperatoris. Et cum venisset ad nos, descendens de equo humiliavit se ante pedes nostros, deprecans & exorans ut ad casale, de quo veneramus, reverteremur, & sententiam latam faceret revocari, & quæcunque essent dicta vel facta contra nos, faceret emendari. Ex omni ergo nostrum voluntate, divertimus ad quoddam casale ibi propinquum, & remisimus fratres pro libris; qui cum venissent ad casale, ubi libri dimissi fuerant, accessit Chartophylax, & perscrutatus est omnes libros, & omnes sarcinas nostras, nec non et ipsos fratres apprehendit, & seorsum duxit eos in cameram, & chordis laxatis tandem invenit chartam, et accipiens eam dixit: *habeo quod quæsivi*. Interpretationem tamen illius chartæ, prius facta translatione, nobis reservavimus.

Epi-

ANNO CHRISTI 1234.

Epistola &c. extat integra apud Labbeum to. XIII. pag. 1295. Venet. edit. Negligendas tamen non duxi variantes, quas ex utriusque editionis collatione has deprehendi.

	Codex VVadingi apud Labbeum.	*Codex PP. Quietif &c. & Eccardi.*
pag. 1295. *lin.* 9.	Illuxerunt.	Fluxerunt.
13.	Spiritu	Spiritu Sancto.
19.	quid quid adoratur	quem adoramus,
20.	Spiritus	Spiritus Sanctus.
23.	a theos & archi &c.	*deest totum glossema.*
24.	idest unaqueque &c.	*deest hoc glossema.*
26.	idest a theos &c.	*hoc pariter glossema deest.*
36.	idest a Deo plantati	*deest.*
37.	substantialia	supersustantialia *& sic ubique*
pag. 1296. *lin.* 9.	non unam	unam.
17.	esse	est.
29.	Filius	Filii.
48.	singulare	enim.
49.	intelligendum est	intelligendum est inmateriale.
ibid.	propter immateriale	*deest.*
lin. 52.	idest a quo procedit Spiritus S. vel prolator.	*deest.*
ibid.	idest a Patre procedens vel processura	*deest.*
ibid.	& Pneuma.	ἐκπόρευμα
lin. ult.	existit.	extitit.
pag. 1298. *lin.* 2.	Humoris	autem.
lin. 6.	aliquando	non aliquam
7.	aliorum.	illorum
15.	Ethnicismo.	Ellinismo. *& inferius pro ethnicizant* est ellinizzant. *Ibi vero deest hoc totum glossema:* fides Judæorum contraria est fidei gentilium. Judæi unum Deum colunt; gentiles plures.
lin. 22.	qui deinde Deum.	qui Deum
32.	Spiritus.	Spiritus πνεῦμα.
55.	pneuma.	ἐκπόρευμα.
pag. 1299. *lin.* 13.	Jus causatum.	ad incausatum.
14.	præferentis.	præferendis.
37.	solitarie & solus.	solitarie & solius solus
39.	Filius.	Filius est
45.	temporaliter.	corporaliter
48.	meum honorem.	*deest.*
49.	honoraretur vel inhonoraretur.	ut honorabilis inhonoraretur.
67.	qui parit, istorum.	qui non istorum
71.	qualium noster id est sermo noster intendit.	noster vult sermo. *deest vero glossema* id est &c.
pag. 1300. *lin.* 12.	profert verbum non humano modo; nam nec os. &c.	profert autem verbum a semetipso; mittit spiritum per os non humano modo; nam nec os &c.

CONVENTUS TARRACONENSIS,

In quo Jacobus Aragoniæ rex cum episcopis sanctiones quasdam constituit

Anno 1234. *habitus.*

Extat ap. Mart. Vet. Mon. t. VII. p. 123.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, quæ mundum pugillo continens, imperantibus imperat, & dominantibus dominatur. Manifestum sit omnibus tam præsentibus quam futuris, quod nos Ja. Dei gratia rex Aragonum & regni Majoricarum, comes Barchinonæ & Urgelli, & dominus Montispessulani, volentes circa commissum nobis regnum provisionem debitam adhibere, & statum regni nostri cupientes in melius reformare, una cum salubri consilio ac diligenti tractatu venerab. G. Terraconæ electi, G. Gerundensi, Bn. Vicensi, B. Ilerdensi, S. Cæsar Augustan. P. Dertusensi episcop. H. domus militiæ Templi, H. domus Hospitalis magistrorum, abbatum etiam & aliorum totius regni nostri quam plurium prælatorum existentium nobiscum personaliter apud Terra-

ANNO CHRISTI 1234.

ANNO CHRISTI 1234.

raconam, irrefragabiliter statuentes decernimus, et firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel privatim de fide catholica disputare, et qui contra fecerit, cum constiterit, a proprio episcopo excommunicetur, et nisi se purgaverit, tamquam suspectus de hæresi habeatur.

II.

Item, statuitur, ne aliquis libros veteris vel novi testamenti in Romanico habeat. Et si aliquis habeat, infra octo dies post publicationem hujusmodi constitutionis a tempore sententiæ, tradat eos loci episcopo comburendos, quod nisi fecerit, sive clericus fuerit, sive laicus, tamquam suspectus de hæresi, quousque se purgaverit, habeatur.

III.

Item, statuimus ne aliquis infamatus de hæresi vel suspectus, ad bajuliam, vicariam, jurisdictionem temporalem vel officium publicum admittatur.

IV.

Item, ne fiat receptaculum sordium ubi fuit latibulum perfidorum, statuimus ut domos recipientium hæreticos scienter, si alodia fuerint, destruantur, si censualia, suo domino applicentur, et hæc tam in civitatibus, quam extra præcipimus observari.

V.

Item, innocentes pro innocentibus habeantur, aut ne quibuslibet per aliquorum calumniam hæretica pravitas impingatur; statuimus ne aliquis credens vel hæreticus puniatur, nisi per episcopum loci vel aliquam personam ecclesiasticam fuerit credens vel hæreticus judicatus.

VI.

Item, statuimus quod quicumque in terra sua sive dominicatura de cetero scienter vel negligenter, per pecuniam vel aliam quamcumque causam, hæreticos permiserit commorari, si minime fuerit confessus vel convictus, ipso facto amittat in perpetuum terram suam: ita tamen quod si feuda fuerint, suo domino applicentur; si vero alodia, nostro domino confiscentur, et corpus suum in manu nostra prout debuerit puniendum.

VII.

Si autem de scientia convictus non fuerit, et probata fuerit negligentia dissoluta, vel frequenter inveniatur in terra sua, vel credentes, et super hoc fuerit diffamatus, nostro arbitrio puniatur. Bajulus vero qui semper est residens in loco quem præsumit, vel vicarius nisi contra hæreticos et eorum credentes valde sollicitus inveniatur, et negligens, ab officio bajuliæ et vicariæ perpetuo deponatur.

VIII.

Item, statuimus ut in locis suspectis de hæresi, in quibus episcopus viderit expedire, unus sacerdos vel clericus ab episcopo, et duo vel tres a nobis laici vel nostro vicario vel bajulo eligantur, qui hæreticos vel credentes et receptores eorum in suis parochiis perquirere teneantur, omnia loca quantumcumque secreta intrandi, vel perscrutandi, cujuscumque dominii vel privilegii habeantur, nulla eis licentia denegata, sub pœna quam idem episcopus denegantibus velit imponere: super quo eidem episcopo publice auctoritatem regiam impertimur.

IX.

Qui etiam inquisitores hæreticos, credentes, fautores, et receptatores, ex quo invenerint, cautela adhibita ne fugere valeant, archiepiscopo, et episcopo, et nostro vicario seu bajulo loci, dominis etiam locorum seu eorum bajulis, non differant nuntiare. Illi vero quos ad prædictum negotium episcopus loci et nos, vel vicarius noster seu bajulus, duxerimus negligendos, si in executione officii hujus fuerint negligentes; si clericus, per subtractionem proprii beneficii; si laicus, per pœnam pecuniariam, nostri bajuli vel vicarii judicio puniatur.

X.

Statuimus etiam quod paces et treugæ factæ et confirmatæ apud *Almudaver* similiter observentur apud Barchinonam, et omnia statuta ibidem facta tempore exercitus Majoricarum inviolabiliter observentur.

XI.

Item, statuimus, ut paces & treugæ factæ et confirmatæ apud *Almudaver* similiter observentur.

XII.

Statuimus etiam, ut literæ de simplici justitia in nostra curia XII. denariorum pretio concedantur.

XIII.

Item litera, privilegia et instrumenta super quocumque negotio a nobis impetrata, irrevocabiliter observentur, & absque causæ cognitione in præjudicium alterius minime revocentur.

XIV.

Item, statuimus, ut rescriptum a nobis super prolongatione debita ab aliquo impetratum non valeat, nisi debitor caveat creditori, quod ad terminum quod nos ei dedimus, persolvantur, nisi tempore exercitus.

XV.

ANNO CHRISTI 1234.

XV.

Item, ſtatuimus, quod ad preces alicujus non remittamus juſtitiam.

XVI.

Item, ſtatuimus, quod non committamus alicui infra terram noſtram ſigillum noſtrum minus vel majus, præterquam in curia noſtra.

XVII.

Item, ſtatuimus, quod clerici et religioſi et homines eorumdem non dent pedagia ſive leudas, niſi eas quas dabant tempore P. regis Aragonum patris noſtri et domini Ildefonſi avi noſtri.

XVIII.

Item, ſtatuimus, quod ſi aliquis excommunicatus fuerit propria culpa, et perſeveraverit contumaciter in excommunicatione per annum, deinde compellamus eum vel ſuos per nos et noſtros vicarios ſatisfacere, ut debebat; quia tales non carent ſcrupulo hæreticæ pravitatis, ut extra de pœnis C. gravem.

XIX.

Item, ſtatuimus, quod quilibet poſſit dare, dimittere et alienare quocumque modo voluerit, eccleſiis et locis religioſis de poſſeſſionibus ſuis, ſalvo jure noſtro et domino generali et conſuetudinibus antiquis. Et hoc per Cataloniam et Aragoniam volumus obſervari.

XX.

Item, ſtatuimus, quod ſi inſtrumentum venditionis factum fuerit in fraudem vel uſuram, tamquam inane et irritum habeatur, et contractus uſurarius cenſeatur.

XXI.

Item, ſtatuimus, quod clericus ratione rei mobilis ad aliquam quæſtam non teneatur, ſalvis cenſibus, et agrariis conſtitutis, et antiquis ſtatutis ſecundum diverſitatem locorum.

XXII.

Item ſtatuimus, quod Saracenus et Saracena non poſſit fieri Judæus et Judæa, vel Judæus et Judæa non poſſit fieri Saracenus vel Saracena; et qui hoc fecerint, amittant perſonas ſuas.

XXIII.

Item, ſtatuimus, quod bajuli, vicarii, milites totius Cataloniæ et Aragoniæ non hoſpitentur per violentiam in monaſteriis, eccleſiis et domibus Templi et Hoſpitalis, et aliis locis religioſis, et dominaturis eorum, et manſis ruſticorum ſuorum; quod ſi fecerint, per nos et vicarios noſtros, et homines, et per canonicas ſanctiones diſtringuantur et prohibeantur.

XXIV.

Item, rogamus dominos epiſcopos, quod ſinguli in ſuis epiſcopatibus, et per ſingulas parochias diſtringant per cenſuram eccleſiaſticam homines ſuos et alienos a XIV. annis ſupra, ad pacem jurandam, ſervandam, et defendendam, ſecundum formam, quæ continetur in chartis pacis et treugæ factæ apud Barchinonam tempore exercitus Majoricarum.

XXV.

Homines vero eccleſiarum et locorum religioſorum ad mandatum ſui epiſcopi, ad pacem defendendam exire et ire teneantur, ſecundum quod ipſi epiſcopo videbitur expedire, habito reſpectu ad negotii qualitatem, et ſalva juriſdictione Terraconæ eccleſiæ.

XXVI.

Et nos ipſi ſupradicti et magiſtri militiæ Templi et Hoſpitalis, et abbates, et alii eccleſiarum terræ noſtræ prælati, promittimus vobis Terraconæ electo, omnia ſupradicta et ſingula pro poſſe noſtro attendere et complere. Nos itaque Ja. rex prædictus promittimus omnia ſupradicta et ſingula attendere et complere bona fide ſine enganno. Quod eſt actum apud Terraconam VII. idus Februarii anno domini MCCXXXIII.

FRAN-

FRANCFORDIENSE CONCILIUM

In quo comes de Seyna de hæresi accusatus se purgat, atque de indulto pontificio Conrado de Marbur concesso, agitur,

Anno 1234. habitum.

A*Uditus a Moguntino conventu seu concilio (nam concilium vocat anonymus Erfordiensis) comes de Seyne ad conventum hunc Francfordiensem (quod melius appelles conciliabulum, nam a Gregorio IX. reprobatum est, ut inferius narrabo) remissus fuit, ut ex anonymo Trevirensi ad conventum illum adnotavi. Hic vero secundus conventus, & causæ illius tractatione, & discussione bullæ cujusdam pontificiæ Conrado Marburgensi olim concessæ discussione celebris fuit. Prius illud fuse exponit anonymus gestarum Trevirensium archiepiscoporum scriptor; hoc vero posterius narrat diligenter anonymus Erfordiensis in Chron. vulgato a Schannat. Vuindem.to.I.pag. 93. Utrumque hic scribo.*

Ita ergo Trevirensium rerum scriptor. Post hæc in Purificatione S. Mariæ factus est iterum conventus & curia solemnis apud *Frankinfort* coram rege, XXV. circiter episcopis, abbatibus, & prioribus diversorum ordinum, prioribus etiam cleri, & principibus innumeris congregatis, ubi adducta in medium causa comitis, sacramenta præstantibus episcopis, prælatis, abbatibus, Majoribus (*a*) & minoribus fratribus clericis & monachis, principibus quoque laicis, & baronibus universis, comes gloriosissime expurgatus est. Tunc Conrado episcopo Hildesheimensi, qui ex parte domini papæ ibi aderat, comitem rogante pro amore Dei omnipotentis, & pro reverentia regis præsentis, atque episcoporum ac principum, ac totius illius conventus, ac pro hoc quod Deus eum gloriosissime absolverat ab infamia sibi impacta, infamatoribus suis, lacrymans & cordi suo vim magnam faciens, indulsit.

Chronicon vero Erfordiense hanc conventus hujus historiam narrat: Anno Domini 1234. rex Henricus curiam solemnem Frankeneurt in Purificatione celebravit, multis ibidem principibus & episcopis congregatis ac multorum Ordinum fratribus, scilicet Cisterciensibus, Prædicatoribus, atque Minoribus & cæteris religiosis personis: itaque multis consiliis super fidei negotio præhabitis, tandem de litteris D. papæ nuper ad curiam delatis, disceptatio non modica fuit: siquidem plerisque per Teutoniam prælatis ac clericis seu etiam laicis magistri Cunradi visitandi hæreticos seu examinandi forma displicuerat, videlicet ut aliquis infamatus ab hæresi, publico examini præsentaretur, & confessus errorem ac reverti volens tonderetur; suam vero innocentiam fide juratoria defendens, postea convictus per hæreticum, cremaretur: quapropter post concilium anno præterito Moguntiæ celebratum, rex & Moguntinus ac Trevirensis archiepiscopi, Cunradum scholasticum Spirensem ad curiam Romanam destinantes, domini papæ consilium super hujusmodi forma sciscitati sunt; super quibus papa valde turbatus, & a cardinalibus, quibus negocium per jam dictum Conradum scholasticum innotuerat, inductus, magistri Cunradi de Marburc formam novis literis irri-
B tam judicaverat; sed antequam nuncius Cunradi, redeundi licentiam assumptis literis accepisset, ecce quidam Ordinis Prædicatorum, Torso agnomine, veniens, mortem magistri Cunradi de Marburc papæ nuntiavit; quo audito papæ nimis conturbatus, literas contra formam magistri Cunradi nuper scriptas, discerpens, regis nuncium beneficiis ecclesiasticis privare disponebat, sed per Cardinalium & Prædicatorum interventum adjutus, acceptis aliis supradictis literis reversus est. Nunc itaque ad supradicta revertamur. Igitur rex in conventu principum Hildensheimensem episcopum accusare cœpit, pro eo quod supra hæreticos populum Cruce
C signavit, qui se probabiliter excusans, exhortatione competenti facta pro Crucis negotio, omnibus poscentibus se....... ... constanter exsolvebat, at cum fratre Ottone ordinis Prædicatorum, partem magistri Cunradi defuncti diligenter tuebatur; tandem absente rege & laicis personis, soli episcopi cum cæteris quibusdam prælatis in loco speciali, de fidei negotiis tractare cœperunt, cumque multa contra defuncti Cunradi partem, & aliqua pro ipso fuissent allegata, unus ex prælatis, in hæc prorupit verba dicens: *Magistrum Cunradum de Marburc dignum fore extumulandum, ac velut hæreticum concremandum:* post hæc autem intervenien-
D tibus illis infamatis, qui anno præterito, ut supra dictum est, se ecclesiæ examini dediderant, atque crucem ante se ferentibus, insuper de defuncti Cunradi factis, clamosis vocibus miserabiliter querelantibus, tantus subito cœpit oriri tumultus & turbatio, ut hi, qui ex parte magistri Cunradi extiterant, se manus adversariorum desperarent evadere. Deinde feria II. rex cum omnibus principibus ac prælatis, qui aderant, civitatem egrediens, in campo præsedit judicio, ibique comes de Seyne, se cum VIII. episc. & XII. grisei ord. abbat. ac totidem minoribus Fratribus, & tribus Prædicatoribus, ac etiam Nigrorum abbatibus, & clericis seu nobili-
E bus laicis personis non paucis, publice & confidenter expurgavit, idemque comes de Solmis cum suis fecit, obortis lacrimis publice fatendo, se tantum mortis metu hæresim fuisse professum: & quoniam legitimi accusatores non aderant, ad infamiæ expurgationem admitti jure debuerant.

Demum de hoc ipso concilio, ita olim disserui in meis ad Raynaldum adnotationibus ad A. 1231. quanquam ibi non satis accurate scripsi reprobari a pontifice absolutionem interfe-

ANNO CHRISTI 1235.

ctorum qui Conradum de Margurg peremerant, in eo concilio indultam; neque enim pontifex id exprobrat Francfordiensibus partibus; quibus id tantummodo crimini datum, quod scelesti illi nulla multi pœna, nulla sententia puniti, sunt ad pontificem *pro absolutionis obtinendæ gratia destinati*. Hæc igitur si correxeris, cætera iterum cedo.

Ex meis ad Raynald. adnotationibus ad an. 1235.

Labbei in collectione conciliorum adjutor Cossartius collect. Labbeanæ Venet. edit. to. XIII. pag. 1317. hoc anno recitat conciliabulum quoddam Moguntinum, in quo causa illorum, quos Conradus Marpurgensis damnaverat, iterum discussa, absoluti sunt. Conventum hunc rescisse se professus est ex epistola Gregorii IX. ad archiepiscopum Salisburgensem, quam recitat Angelus Manrique in tom. IV. annal. Cisterc. ad annum 1235. In ea pontifex meminit concilii cujusdam, *in quo plures* ecclesiarum *prælati & principes sæculares* convenerunt, ubi interfectores Conradi Marpurgii absolutionis gratiam obtinuerunt; id autem præpostere ab illis factum, sede apostolica inconsulta, queritur: tum subdit: *nos igitur, etsi hactenus ista dissimulationi dederimus, super eisdem tamen in posterum procedemus*. Data est hæc epistola *II. Kal. Augusti pontificatus anno IX*. idest anno 1235. Ex postremis his verbis non inani conjectura suspicatur Cossartius, sermonem hic esse de concilio quodam ante hunc fortasse annum, sed post necem Conrado illatam anno 1233. habito. Nec falsus est vir clarissimus, quanquam in eo errat, quod concilium hoc Moguntinum inscribit, cum Francofordiense appellandum esset. Sublato enim Conrado hi, *quos ille pro hæreticis totonderat* (quod erat signum acceptæ post hæresim ejuratam pœnitudinis) *fere quinquaginta viri omnesque sine qualibet contradictione subjecerunt se ac omnia sua tam spirituali, quam sæculari potestati. Sex enim ex istis, qui occisioni Conradi interfuerunt, quantum ad causam hæreseos ecclesiastico, quantum vero ad causam interfectionis sæculari se judicio spontanee tradiderunt, præsentandos publico examini in curia solemni Franckenevurt in Purificatione celebranda*. Verba sunt hæc anonymi Erfordiensis, qui dein annum MCCXXXIIII. ita exorditur: *rex Henricus curiam solemnem Franckenevurt in purificatione celebravit*. In eo conventu stitisse narrat *illos infamatos, qui anno præterito se ecclesiæ examini dediderant, atque crucem ante se ferentibus illis, insuper de defuncti Cunradi factis, clamosis vocibus miserabiliter querelantibus, tanto subito cœpit oriri tumultus et turbatio, ut hi qui ex parte magistri Conradi extiterant se manus adversariorum desperarent evadere*. Denique anonymus idem narrat comitem de Syene absolutum fuisse, & de cæteris, *ut omnes ad infamiæ expurgationem admitti jure deberent*. Hoc ergo & non aliud Moguntiæ habitum concilium pontifex designat & reprobat; ideoque in nova, si quæ fiet, conciliorum collectione duo ista corrigenda sunt. Expuncto enim anno 1235. conciliabulo Moguntino an. 1234. conciliabulum Francfordiense adscribendum est, cui subiicienda duplex illa Gregorii epistola, quæ modo sub titulo conciliabuli Moguntini in editione Labbeana datur. Causa erroris hujus ex eo deducta, quod conciliabulum coactum fuisse eo anno crederetur, quo Gregorii epistola data est, nempe anno 1235. eodemque reipsa Moguntiæ solemnis curia coiverit. Sed cum Moguntinus ejus anni conventus nonnisi medio Augusto mense cœperit, teste anonymo Erfordiensi, aliisque, & Gregorii literæ diem XXXI. julii signent, quem illæ commemorant conventus, a Moguntino ejusdem anni plane diversus est.

GRÆCORUM IN ORIENTE, forte NICÆNUM CONCILIUM

Adversus Jacobum Naupacti archiep. anno 1235. Germano II. CPtano Patriar. præside habitum.

GERMANI.

I. subnotatio sanctissimi patriarchæ, domini Germani contra metropolitanum Naupacti, dominum Joannis de quibusdam episcopalibus monasteriis, & de virgine, quæ ante pubertatem nuptialem benedictionem accepit.

Ex Jure Græc. Ro. Leunc. t. 1. p. 232.

Deo charissimus episcopus Arte Joannes, redintegrationem & complementum adeptus, id est, restitutionem in priorem statum, per synodalem subnotationem, ab ea remissione, in quam, ut demonstravit, per fraudem inductus est: & cum ad receptionem episcopalium suorum jurium nuper exurrexisset in medio, nunc etiam præsens adest synodaliter, præsidenti mediocritati. Et primum quidem metropolitanum illum Naupacti Joannem accusat, quod rapacem manum in ipsius monasterium injecerit, & nonnullis etiam suas fixerit cruces, eo prætextu, quod sancti Demetrii monasterium in diœcesi Artæ situm, a loci episcopo proponatur extructum, sub cruce (nescio quomodo) ejus, qui tunc erat, metropolitani. Et de illo quidem hanc querelam proponebat,

ΓΕΡΜΑΝΟΥ

Σημείωμα τοῦ παναγιωτάτου πατριάρχου κυρίου Γερμανοῦ κατὰ τοῦ μητροπολίτου Ναυπάκτου κυρίου Ἰωάννου, περὶ τινῶν μοναστηρίων ἐπισκοπικῶν, καὶ περὶ παρθένου τῆς ἱερολογηθείσης προ τῆς ἥβης.

Ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Ἄρτης Ἰωάννης, ἀρτιώσεως ἤδη τετυχηκὼς καὶ ἀναπληρώσεως, εἴτ' οὖν ἀποκαταστάσεως εἰς τὴν προτέραν ἐπιτιμίαν διὰ συνοδικοῦ σημειώματος ἀφ' ἧς καὶ, ὡς ἀπέδειξεν, ἐκ διαβολῆς ὑπέστη ὑφέσεως, καὶ πρὸς ἀντίληψιν ἄρτι τῶν ἐπισκοπικῶν αὐτοῦ δικαίων διαναστὰς, ἐπὶ τοῦ μέσου παρίσταται συνοδικῶς, καὶ νῦν προκαθημένῃ τῇ ἡμῶν μετριότητι. καὶ πρῶτα μὲν τὸν μητροπολίτην ἐκεῖνον τῆς Ναυπάκτου Ἰωάννην καταιτιᾶται ἅρπαγα χεῖρα τοῖς ἐπισκοπικοῖς αὐτοῦ μοναστηρίοις ἐπιβαλόντα, ἔστι δὲ οἷς καὶ οἰκεῖα πήξαντα σταυροπήγια, προφάσει τοῦ καὶ τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου Δημητρίου ἐν τῇ ἐνορίᾳ κειμένην τῆς Ἄρτης, παρ' ἐγχωρίου ἐπισκόπου ἀνεγερθεῖσαν ἐπὶ σταυροπηγίῳ ἐκτίσθαι, (συνορῶν ὅπως, οὐκ ἔχω) τοῦ τότε μητροπολίτου. καὶ περὶ μὲν ἐκείνου ταυτὶ προὔβάλλετο εἰς αἰτίασιν. οὐ μὴν ἀπέκρυπτεν οὐδὲ τὸν μετάμελον, ὃν

ANNO CHRISTI 1235.

ὃν ἐκεῖνος εἰσήνεγκεν ἐπὶ διορθώσει τοῦ πλημμελήματος. ἐπιδεδώκει γὰρ τοῦτο κόπου, ἐξενεγκὼν τοῦ αὐτοῦ μητροπολίτου ὁμολογίαν κατὰ τὸν Ἀπρίλλιον μῆνα προβᾶσαν τῆς β ἐπινεμήσεως. ἥτις ἀναγνωσθεῖσα, ἐπ' ἀκροάσει συνοδικῇ, ὁρισμῷ τῆς ἡμῶν μετριότητος, εἶχεν ἐπὶ λέξεων οὕτως.

Πανιερώτατε Ἄρτης ἐν Κυρίῳ συναδελφὲ πολλάκις ἐγένετό μοι δι' ὄχλου ἡ ἁγιωσύνη σου περὶ τῆς ἐν Ἄρτῃ μονῆς τοῦ Κατζούρη, ὡς συστάσης ἐπὶ σταυροπηγίῳ ἐμῷ, καὶ τῆς ἑτέρας μονῆς τοῦ τιμίου προδρόμου, τῆς δομηθείσης παρὰ τοῦ πανευγενεστάτου Κομνηνοῦ κυρίου Κωνσταντίνου, ἐν τῇ ἀρχοντείᾳ τοῦ Σμοκόβου, χωρίου Βαλτίτζης, καὶ τοῖς λοιποῖς· καὶ ἐδόκουν μηδὲν προσπταίειν τοῖς κανόσιν ἐκ τούτου. συνεὶς δὲ κατὰ τὸν ἐνδεχόμενον λόγον, ὅτι σοὶ ἀνήκουσιν, ὡς ἐπισκόπῳ ἐγχωρίῳ, αἱ τοιαῦται μοναὶ, ἀπολύω ταύτας τῆς ἐμῆς χειρὸς ἀπεντεῦθεν. καὶ ἔξεστί σοι ἐπιλαβέσθαι αὐτῶν ἀπάρτι, καὶ τὰ ἐπισκοπικὰ δίκαια ἐν ταύταις διενεργεῖν, καὶ διεξάγειν ταύτας, καὶ διοικεῖν κατὰ τὴν κανονικὴν ὑποτύπωσιν. ὅθεν καὶ ἡ μὲν ἐμὴ ἀναφορὰ σχολάσαι ἀπεντεῦθεν ὀφείλει ἀπὸ τῶν τοιούτων μονῶν. διαγνωσθῆναι δὲ ταύταις ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸ ἑξῆς, τῆς σῆς ἱερότητος. Μηνὶ Ἀπριλλίῳ, ἐπινεμήσει β. ὑπογέγραπτο δὲ καὶ αὐτοχειρίᾳ τοῦ ῥηθέντος, καὶ συνοδικῇ ἐξακολουθήσει συνεπλήρωτο, δ. ʒ ὑποσημανσιῶν τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων, τοῦ Βουδίτζης Ἰωάννου, τοῦ Ἀετοῦ Νικοδήμου, τοῦ Βελλᾶς Μανουὴλ, τοῦ Δρυϊνουπόλεώς τε Θωμᾶ, καὶ τοῦ Βουθρωτοῦ Δημητρίου. ὧν ὁ καθέκαστος μετὰ καὶ προσθήκης ὑπέγραψε, τοῦ ἀρεστὴν ἡγήσασθαι τὴν τοιαύτην συνοδικὴν δικαιοδοσίαν, ὡς (ἅτε) κανονικήν. τῷ δὲ νῦν μητροπολίτῃ τῆς Ναυπακτίων μάλιστα ἐπεμέμφετο ἐξοχώτερον. εἰσῆλθε γάρ (φησι) καὶ ἱερούργησεν ἐπιβατικῶς ἐν τῇ ὑπ' ἐμὲ μονῇ τοῦ Κατζούρη, μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν καὶ ταῦτα τῆς συνοδικῆς ἐπαρχιώτιδος πράξεως, τῆς ἀποκαθιστώσης μοι κατὰ κανόνας τὰ τῆς ἐνορίας μου μοναστήρια. καὶ τὴν μὲν ἐπισκοπικὴν ἀναφορὰν ἐκεῖθεν ἐσχόλασε. προεχειρίσατο δὲ καὶ ἡγούμενον, λέγων ὡς ἡ πρᾶξις αὕτη ἐν τῷ τελευτᾷν τὸν μητροπολίτην ἐκεῖνον γέγονε καὶ οὐκ ἔρρωται. ἐξιδιώσατο δὲ τὴν μονὴν τοῦ τιμίου Προδρόμου, καὶ τὴν ἐν ᾗ ἐδικαιώθη καὶ ἀποκατέστη ἡ κατ' ἐμὲ ἐκκλησία πράξει συνοδικῇ ἐπαρχιώτιδι τοῦ ἁγίου Δημητρίου μονήν. δικαιολογούμενος δῆθεν ἀποκεκλεῖσθαί μοι τὴν ταύτης ἀνάκλησιν ἐκ τοῦ χρόνου. καὶ ἐσφράγισε καὶ ἐν ταύτῃ ἡγούμενον· ἐξέβαλε καὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ σταυροπήγια ἀπὸ τῶν μοναστηρίων μου, τοῦ τῆς ἐγκλειστῆς καὶ τῆς ἁγίας ἀναστάσεως. ἐποίησε νῦν οἰκεῖα σταυροπήγια. δύο τισὶ τῶν εὐκτηρίων οἴκων μέλλουσιν ἀνεγεῖραι προέτρεψε διὰ πιττακίων. καὶ ἐχειροτονήθησαν ἱερεῖς τῶν κωρίων τῆς ἐνορίας μου, ἤγουν τῆς Νισίστης, τῆς Πρινίστης, τῆς Δοβρολίστης, καὶ τῆς Πλανικοβίστης. ἀνὰ δύο τὸν ἀριθμόν. παρεκτὸς ὧν οὐκ ἔφθασε λαβεῖν εἴδησιν. χειροτόνησαν δὲ ἀπὸ τῆς ἐνορίας μου καὶ τινὲς τῶν συνεπισκόπων μου. ἀλλὰ καὶ ὁ ἱερώτατος τῆς Λευκάδος ἀρχιεπίσκοπος εἰσῆλθε πολλάκις, καὶ ἱερούργησεν ἐν τῇ ἐνορίᾳ μου αὐτοβούλως. δέομαι οὖν παραλαβεῖν ἐκ τῆς ὑμῶν ἁγιότητος τὸ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἀπαριθμουμένων κεφαλαίων δοκοῦν τοῖς ἱεροῖς κανόσι, καὶ τῇ θεσμοθεσίᾳ τῆς ἐκκλησίας. καὶ δὴ ἀποφέρεται τοιάσδε τὰς ἀποκρίσεις ἀπὸ τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγίας συνόδου. ἵνα δηλαδὴ κἂν ἴσως ἐπιτελεύτιος γέγονε τῷ τότε μητροπολίτῃ ἡ τῶν ἐπισκοπικῶν σταυροπηγίων τοῦ Ἄρ-

ὑποση- ισιῶν.

Neque vero poenitentiam celavit, quam ille egit ad maleficii emendationem. Difficultatem enim auxerat, quod protulisset ejusdem metropolitani confessionem mense Aprili emissam, II. indictione, quæ jussu nostræ mediocritatis lecta in synodali audientia, sic habet ad verbum:

Sacratissime Artæ in Domino frater, sanctitas tua mihi sæpefuit molesta propter Catzuræ monasterium, quod est Artæ, ut conditum sub mea crucifixione, propterque aliud monasterium venerandi Præcursoris, ædificatum a generosissimo Comneno, domino Constantino, in præfectura Smocobi, agro Baltitzæ, & aliis: & ex eo nihil in Canones offendere videbar. Cum autem probabili ratione intellexissem, ea monasteria ad te, ut loci episcopum pertinere: ea exinde a manu mea liberavi, ita ut posthac tibi liceat apprehendere & episcopalia jura in iis exequi, eaque regere et administrare juxta regularem dispositionem. Quamobrem et mea relatio exinde ab ejusmodi monasteriis cessare debet, tuæ autem sanctitatis ab hoc tempore deinceps agnosci. Mense Aprili, indictione 2. subscripta autem propria manu prædicti, et synodali consecutione completa, per subscriptiones episcoporum, qui ei suberant, Joannis Bonditzæ, Nicodemi Ætensis, Manuelis Bellæ, Thomæ Druinopolis, Demetrii Buthroti. Quorum singuli et cum additione subscripserunt, hanc synodalem jurisdictionem optimam videri, utpote canonicam. De metropolitano autem qui nunc est Naupactiorum gravius conquestus est. Ingressus est enim (inquit) et vi facta sacrificavit in mihi subjecto monasterio Catzuræ, et quidem post cognitionem provincialis sessionis synodicæ, quæ mihi meæ dioeceseos monasteria juxta canones restituit, et episcopalem relationem illinc sustulit: præfecit etiam priorem, dicens synodalem illam actionem factam esse, cum metropolitanus moreretur, nulliusque momenti esse. Occupavit etiam monasterium venerandi Præcursoris, et sancti Demetrii monasterium, in quo adjudicata est et restituta mihi subjecta ecclesia per provincialis synodi actionem: defensione videlicet illa utens, quod hujus repetitio tempore mihi exclusa sit, et in eo præfectum sigillavit. Dejecit etiam ecclesiasticas cruces a meis monasteriis, Inclusæ, et sanctæ Resurrectionis. Propria nunc fecit stauropegia: in duobus quibusdam oratoriis erigere volentibus per chartulas permisit. Et ordinati sunt sacerdotes territoriorum meæ dioeceseos, Nisistæ videlicet, Prinistæ, Dobrolistæ et Planicobistæ, numero circiter duo, præter eos, quorum notitiam non habet. Ordinarunt autem ex dioecesi mea et quidam mei coepiscopi. Sed et sacratissimus Leucadis archiepiscopus sæpe ingressus est, et intra meos fines propria auctoritate sacra celebravit. Velim igitur a vestra sanctitate percipere, quæ sit in enumeratis capitibus singulis sacrorum canonum et institutorum ecclesiæ sententia. A sancta nostra synodo hujusmodi responsiones statim tulit. Ut videlicet, etsi forte facta sit ab ejus temporis metropolitano moriente redhibitio episcopalium Artensis crucium, quas sibi.

ANNO CHRISTI 1235.

ANNO CHRISTI 1235.

ſibi attribuerat, et ipſius monaſterii ſancti Demetrii: (ſed cum, ut ipſe confeſſus eſt, in ſacros canones incurrere ſe intellexit, et vitium correxit, firmitatem habet quod factum eſt) et epiſcopalia monaſteria hæc in perpetuum maneant, ceſſante præſcriptione temporis, in eo, quod circa ſancti Demetrii monaſterium innovatum eſt: quia crucifixionum, quæ ſunt per dioeceſim ſoli patriarchali amplitudini relictum eſt privilegium, metropolitanorum autem nemini. Quod autem in Catzuræ monaſterio ſacra celebravit, poſt actionis ſynodalis notitiam, ſi quidem cum tu Artæ epiſcopus otio indulgeres, per ſubnotationem a provincialibus epiſcopis ad id inductus eſt, extra culpam erit, per 14. Apoſtolicum canonem, dicentem; epiſcopo qui ſuam paræciam reliquerit, non licere in alienam inſilire, quamvis a multis compellatur: niſi juſta aliqua cauſſa eum cogat: ut ſi iis, qui ibi ſunt, poſſit pietatis ratione plus lucri adferre, idque non a ſeipſo, ſed multorum epiſcoporum judicio, maximiſque precibus. Sin autem aliter nemine impellente ad id incitatus ſit, tunc XXXV. canon apoſtolicus per deprecationem placetur. Audacter autem prodeat viceſimus ſecundus Antiochenæ ſynodi, definiens, ne epiſcopus invadat alienam civitatem non ſibi ſubjectam, neque regionem ad ſe non pertinentem: nec presbyterum, vel diaconum ordinet quemquam ad loca alii epiſcopo ſubjecta, niſi forte cum ſententia proprii regionis epiſcopi. Quod ſi auſus ſit quidpiam ejuſmodi, irrita ſit ordinatio, et ipſe cenſuram ſynodalem patiatur: et cenſura per benignitatem modum accipiat ad annuam a ſacris vacationem. Licebitque tibi retinere, et pro aliis ſigillare præfectos, quos metropolitanus tuis præfecit monaſteriis; niſi propter ſpiritalem ſufficientiam, qui prius deſignati ſunt, accepti eſſe tibi videantur. Cruces autem, quæ quidem ex tuis monaſteriis ſunt dejectæ, iterum in iis reſtituentur: quæ autem per dioeceſim innovata ſunt, reformabuntur. Cura autem tibi erit de iis, qui intra limites ex tua dioeceſi creati ſunt, ut etiam diligenter examines, num inculpatæ vitæ ſint, et ſacris imbuti literis. Et eos quidem, qui hujuſmodi inventi fuerint, a ſacro miniſterio removeas, quatenus tibi viſum fuerit: alios autem plena diſpoſitione condemnes. In epiſcopis autem, et archiepiſcopo Leucadis, eadem obtinebit diſpoſitio; quæ et de ſanctiſſimo Naupacti ſuperius enuntiata eſt.

Amplius autem, quæſivit Artenſis epiſcopus, ut definiatur, quid faciendum ſit de puella, quæ ante pubertatem in ipſius dioeceſi perfectam benedictionem accepit, et corruptionem paſſa eſt: quid etiam de ſacerdote, qui ſacras preces concepit. Et audivit, eam, quæ virgineam ſolvit zonam non matura ætate, a corruptore ſeparandam eſſe, eumque qui ſciens ſacram precationem pronuntiaverit; deponendum. Hæc * emiſſa ex diurnis ſynodalibus annotationibus, et pro more confirmata ſubſcriptione, ac ſigno inprimis venerandi chartophylacis ſanctiſſimæ Dei magnæ eccleſiæ, data ſunt menſe et indictione ſupra ſcriptis, anno 6743. Subſcriptio.

*deſcripta ex diariis Synodalibus.

A τῆς τ ἐκείνῳ σφετερισθέντων ἀντιστροφὴ, καὶ αὐτῆς τῆς τοῦ ἁγίου Δημητρίου μονῆς. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ, ὡς καὶ αὐτὸς ὡμολόγησεν, εἰς τοὺς ἱεροὺς κανόνας παίων συνῆκε, καὶ τὰ τοῦ πταίσματος διωρθώσατο, τὸ κῦρος ἔχει τὸ γεγονὸς, καὶ ἐπισκοπικὰ τὰ τοιαῦτα, μοναστήρια εἰς ἀεὶ διαμένωσιν, ἀργούσης καὶ τ ἀπὸ χρόνου περιγραφῆς ἐπὶ τῇ κατὰ τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου Δημητρίου καινοτομίᾳ· διὰ τὸ προνόμιον τῶν παρ᾽ ἐνορίαν σταυροπηγίων μόνῃ τῇ πατριαρχικῇ ἐφεῖσθαι μεγαλειότητι, τ δὲ μητροπολιτῶν οὐδενί. ὅτι δὲ καὶ ἱερούργησεν εἰς τὴν τοῦ Κατζούρη μονὴν μετὰ τῆς πράξεως τὴν ἐπίγνωσιν, εἰ μὲν ἐν τῷ σχολάζειν σε τὸν ἐπίσκοπον διὰ σημειώματος εἰς τοῦτο προεβιβάσθη, ἀνεύθυνος ἔσται, διὰ τ ιδ ἀποστολικὸν κανόνα, τὸν λέγοντα, ἐπίσκοπον μὴ B ἐξεῖναι, καταλείψαντα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, ἑτέρᾳ ἐπιπηδᾶν, κἂν ὑπὸ πλειόνων ἀναγκάζηται· εἰ μή τις εὔλογος αἰτία εἴη τοῦτον βιαζομένη· ὡς εἰ πλέον τὶ κέρδος δυναμένου αὐτοῦ τοῖς ἐκεῖσε λόγῳ εὐσεβείας συμβαλέσθαι, καὶ τοῦτο οὐκ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ κρίσει πολλῶν ἐπισκόπων, καὶ παρακλήσει μεγίστῃ. εἰ δ᾽ ἄλλως πως αὐτοκέλευστος εἰς τοῦτο καὶ παρωρμήθη, τέως μὲν ὁ ε καὶ ὁ λ ἀποστολικὸς κανὼν παραιτείσθω, διὰ συγγνώμην. παῤῥησιαζέσθω δὲ ὁ κ καὶ ὁ β τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐπίσκοπον μὴ ἐπιβαίνειν ὁρίζων ἀλλοτρίᾳ πόλει τῇ μὴ ὑποκειμένῃ αὐτῷ, μηδὲ χώρᾳ τῇ μὴ αὐτῷ διαφερούσῃ, ἐπὶ χειροτονίᾳ τινός. μηδὲ καθιστᾶν πρεσβύτερον ἢ διάκονον εἰς τόπους ἑτέρῳ ἐπισκόπῳ ὑποκειμένους. εἰ μὴ ἄρα C μετὰ γνώμης τοῦ οἰκείου τῆς χώρας ἐπισκόπου. εἰ δὲ τολμήσειέ τις τοιοῦτόν τι, ἄκυρον εἶναι τὴν χειροθεσίαν, καὶ αὐτὸν ἐπιτιμίων ὑπὸ τῆς συνόδου τυγχάνειν. καὶ ἡ ἐπιτιμία δὲ συμμετρείσθω εἰς ἀλειτουργησίαν ἐνιαυσιαίαν κατ᾽ ἐπιείκειαν. καὶ τοὺς ἡγουμένους δὲ οὓς ὁ μητροπολίτης προεχειρίσατο εἰς τὰ σὰ μοναστήρια, ἐξέσται σοὶ παραστεῖλαι, καὶ ἀνθετέρους σφραγίσαι. εἰ μή πως ἀρεστοί σοι δοκῶσιν οἱ προεσφραγισμένοι διὰ πνευματικὴν ἱκανότητα σταυροπήγια δὲ τὰ μὲν ἐκβληθέντα ἀπὸ τ μοναστηρίων σου, αὖθις ἐν αὐτοῖς ἀποκαταστήσονται. τὰ δὲ καινισθέντα παρ᾽ ἐνορίαν, ὑπαλλαγήσονται. μελήσει δέ σοι καὶ περὶ τῶν ἐνορίως χειροτονηθέντων ἀπὸ τ ὑπὸ σὲ ἐνορίας ὡς ἂν ἀκριβῶς δοκιμάσῃς αὐτοὺς, εἴπερ D ἀνεπιλήπτου βίου τυγχάνουσι, καὶ τὰ ἱερὰ μεμύηνται γράμματα. καὶ τοὺς μὲν εὑρισκομένους τοιούτους ἐπιτιμῆσαι ἀλειτουργησίᾳ, ἐφ᾽ ὅσον ἂν σοι καὶ δόξειε. τ δὲ μὴ οὕτως ἐχόντων, ἀργίαν τελείαν καταψηφίσασθαι. ἐπὶ δὲ τοῖς ἐπισκόποις καὶ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ Λευκάδος ἡ αὐτὴ κρατήσειεν ὑποτύπωσις, ἥτις καὶ περὶ τοῦ ἱερωτάτου Ναυπάκτου ἀνωτέρω ἐξεφωνήθη.

Ἔτι δὲ ἐζήτησεν ὁ Αρτης ἐπίσκοπος, ὁρισθῆναι τὰ ποιητέον καὶ ἐπὶ τῷ ἱερολογηθέντι πρὸ τ ἥβης τελείαν ἱερολογίαν κορασίῳ ἐν τῇ κατ᾽ αὐτὸν ἐνορίᾳ, καὶ παιδοφθορίαν παθόντι. καὶ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ ἱερολογήσαντι ἱερεῖ. καὶ ἤκουσεν ὡς ἡ τὴν παρθενικὴν λυθεῖσα ζώνην ἐν ἀώρῳ τῇ ἡλικίᾳ, τοῦ φθορέως διαζυγήσεται, καὶ E ὁ ἱερολογήσας αὐτὴν ἐν γνώσει, καθαιρεθήσεται. Ταῦτα παρεκβληθέντα ἀπὸ τ ἡμερησίων συνοδικῶν παρασημειώσεων, καὶ τῇ ὑπογραφῇ καὶ σφραγῖδι τοῦ τιμιωτάτου χαρτοφύλακος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας συνήθως βεβαιωθέντα, ἐπεδόθη μηνὶ καὶ ἐπινεμήσει τοῖς προγεγραμμένοις, ἔτους ͵ςψμγ. Η᾽ ὑπογραφή.

ANNO CHRISTI 1235.

O'

ANNO CHRISTI 1237. 1238.

Ο᾽ χαρτοφύλαξ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, Κωνσταντῖνος ὁ Αὐληνός. ἡ συνήθης μολιβδίνη βοῦλλα. καὶ ὄπισθεν ἐν τῇ συμπήξει τῆς βούλλης, τῷ μηνὶ Ἰουλίῳ, ἐπινεμήσει.

A Chartophylax ſanctiſſimæ Dei magnæ eccleſiæ, Conſtantinus Aulenus. Solita plumbea bulla, et retro, qua bulla cohærebat: Menſe Julio, indictione octava.

CENOMANENSE CONCILIUM

A Jubello Turonenſi archiepiſcopo

Anno 1237. *habitum*.

[A]n. 1237. " QUanquam non ſatis conſtat Cenomanenſe iſtud concilium revera conveniſſe; ex duplici tamen epiſtola ſtatim recitanda intelligimus reipſa indictum fuiſſe, & præſules eos invitatos in viam ſe commiſiſſe. Quare vix credo impedimentum aliquod ſubito obſtitiſſe quominus haberetur. Porro ex his epiſtolis aliam præ- B bet Martene Vet. Mon. tom. VII. pag. 126. alteram vero legas in ejus Anecdotis to. III. pag. 957.

EPISTOLA GAUFRIDI ABBATIS

Majoris monaſterii, ad Jubellum archiepiſcopum Turonenſem.

Excuſat ſe quod non poſſit intereſſe concilio Cenomannenſi ab eo indicto.

VEnerabili in Chriſto patri Juhello Dei gratia Turonenſi archiepiſcopo, Fr. Gaufridus divina permiſſione majoris mona- C ſterii miniſter indignus, ſalutem & patri in Chriſto omnem reverentiam & honorem.

Quoniam hac die Martis poſt feſtum omnium Sanctorum ad concilium celebrandum a vobis Cenomanis indictum perſonaliter non poſſumus intereſſe, magnis & arduis negotiis alias præpediti, veſtram in Domino paternitatem attentius exoramus, quatinus in hac parte noſtram habeatis abſentiam excuſatam. Bene & diu valeat paternitas veſtra in Domino. Datum an. D. MCCXXXVII.

W. ARCHIDIACONI

Ad Jubellum Archiepiſcopum Turonenſem.

Excuſat ſe, quod nequeat indicto intereſſe concilio.

REverendo in Chriſto patri ac domino Juhello, Dei gratia archiepiſcopo, W. archidiaconus Penteuriæ Briocenſis diœceſis, ſalutem cum omni reverentia & honore.

Cum a vobis vocati ad concilium die martii poſt feſtum omnium Sanctorum apud Cenomanos celebrandum, Domino concedente, iter noſtrum arripuiſſemus; in via nimio corporis dolore vexati, non potuimus illuc commode proficiſci: placeat igitur veſtræ paternitati noſtram abſentiam excuſatam habere. Ratum enim & gratum habebimus quicquid dictis die & loco a vobis ad honorem Dei & eccleſiæ, ſacro approbante concilio, fuerit definitum. Bene & diu valeat paternitas veſtra.

TREVIRENSE CONCILIUM

Anno 1238. *habitum*.

[A]n. 1238. [A]ffert [M]art. Vet. [M]on. t. [V]II. p. [1]25. ANno Domini MCCXXXVIII. in feſto beati Matthæi apoſtoli, in civitate Trevirenſi, in eccleſia majori, celebratum eſt concilium, reſidentibus domino Theodorico Trevirorum archiepiſcopo, & reverendis in Chriſto patribus Rodulfo Virdunenſi, Johanne Metenſi, Rogero Tullenſi epiſcopis; & hæc ſtatuta concilii.

C A N O N E S.

I.

Quoniam creſcente malitia perverſorum hominum adverſus ſpiritales nequitias, ſanctorum patrum canones ad reprimendas quorumdam inſolentias non ſufficiunt, novis morbis nova medicamenta præparamus, neceſſitate eorum compulſi. Itaque præcipimus religioſorum locorum incendiarios & eorum receptatores, ſingulis diebus Dominicis excommunicatos nuntiari per omnes conventuales eccleſias, & per parochias, & monaſteria monachorum & monialium. Cum autem ipſi incendiarii poſt publicationem abſolvi non poſſint, niſi a papa; nos, expenſis eorum & laboribus parcere volentes, ſtatuimus ut ante denuntiationem hoc ipſis denuntietur, videlicet, quod niſi ſatisfecerint ante publicationem, eos oporteat ad papam laborare, ut ſic territi ad ſatisfactionem facilius inducantur. Idem de violatoribus & fractoribus eccleſiarum ſtatuimus.

II.

Quam frequenter præcipimus, quod ſi quis ad locum aliquam prædam locorum

rum ecclesiasticorum vel personarum ecclesiasticarum, vel personas eorum duxerit, per totam illam parochiam cessetur a divinis, dum ibi præda & prædo & prædæ emtor fuerit. Si autem in ipsa parochia conventus fuerit, clausis januis & exclusis ipsius parochiæ parochianis, divina ibi celebrentur submissa voce; ita quod foris audiri non possint. Si quis autem parochianorum decesserit, sepeliatur in atrio sine officio missæ, & cum sola tantum commendatione, exceptis prædone, emtore, receptatore, vel fautoribus eorumdem; vel si consumta fuerit præda, sententiæ prædictæ serventur, si de præmissis constiterit vel per evidentiam facti, vel per juramentum, quod his spoliati, si honesta fuerit persona: si quis autem circa hæc emerserit, in judicio judicis relinquatur. Sacerdotes locorum quibus de præmissis constiterit, statim sententias prædictas observent & faciant observari. Adjicimus, quod si raptor rerum sacrorum locorum, vel patrum ecclesiasticorum ammonitus non satisfecerit, excommunicetur; & si dominum habet superiorem, ille moneatur, ut raptorem ad satisfactionem compellat, ut infra mensem a tempore monitionis sibi factæ satisfaciat; quod si satisfacere contemserit, ex tunc terra ejus ecclesiastico supponatur interdicto; prius tamen interdicta terra raptoris, si quam habet.

III.

Quod diximus de raptore, hoc extendi volumus ad eum qui procurat quod rapina fiat. Si raptor excommunicatus fuerit, vel terra ejus interdicta ab ordinario unius diœcesis; ordinarii qui super hoc fuerint requisiti, in suis diœcesibus eumdem raptorem denuntient, & vitari faciant: terram, si quam habet, nihilominus supponentes interdicto. Idem de captivatoribus & captoribus clericorum.

IV.

Si locus interdictus fuerit propter excessum domini, ejusdem loci homines non admittantur ad divina in locis tam vicinis quam externis, ne rumpi possit nervus disciplinæ ecclesiasticæ; et si quis tales admittit scienter, conventus, quot diebus in hoc peccaverit, tot septimanis celebret janius clausis, sine pulsatione campanarum, voce submissa, & alias graviori animadversione puniendus, si illud neglexerit observare. Si vero pastor, aut vicarius personas loci interdicti admiserit, suspendatur. Simili pœna involvi volumus admittentes quemcumque excommunicatum ad divina.

V.

Item, statuimus ut captivatores clericorum, adjutores & defensores eorum excommunicati in continenti nuntientur. Si autem a die denuntiationis captivatum cum satisfactione infra triduum non restituerit, terra ipsorum supponatur interdicto. Si autem a tempore interdicti intra mensem non receperint, principales eorum domini, qui potestatem habent eos coercendi, ab ordinariis suis moneantur, ut captivatores & detentores ad eorum restitutionem inducantur & compellant in continenti; alioquin ipsi domini excommunicentur. Et si sententia excommunicationis non sufficit circa eos, ipsorum terra supponatur interdicto.

VI.

Si quis laicus alicui ecclesiasticæ personæ minas intulerit de proprio corpore, & admonitus a judice ordinario, eum assecurare noluerit, nec de ipsa recipere rationem, per excommunicationis & interdicti sententias ad id compellatur.

VII.

Item, statuimus, quod si clericus celebraverit in loco interdicto, vel ipse interdictus vel excommunicatus divina celebrare præsumserit, & ammonitus a prælato suo non destiterit, per episcopum loci capiatur arctæ custodiæ & pœnitentiæ deputandus.

VIII.

Idem fiat de qualibet persona religiosa taliter administrante, & in sua pertinacia persistente.

IX.

Omnem negotiationem clericis inhibemus beneficiatis, vel in sacris ordinibus constitutis.

X.

X.

Sacerdotum vestis suprema talaris & clausa sit, & quando ad divina accedunt, camisia, id est rocheto induantur.

XI.

Quando ad infirmos vadunt cum Eucharistia, similiter camisiam habeant, vel superpellicium, vel cappam choralem, et si necesse fuerit, cooperiant se cappa pluviali non manicata, tamen ipsam deponant cum venerint ad infirmum.

XII.

Argenteas fibulas & deauratas corrigias sacerdotibus inhibemus, nullam cordam vel nodum in tunica vel supertunicali habeant, nisi solum in capa.

XIII.

Clerici tam honeste se gerant in tonsura & corona, ne propter hoc ipsos severitate debita puniamus; & clericus qui non servaverit statuta circa tonsuram & habitum, in causis minime audiatur.

XIV.

Tabernas clericis inhibemus omnino, nisi in peregrinatione & in itinere id fiat necessitatis causa.

XV.

In simplicibus tunicis vel supertunicalibus sacerdotes non compareant in ecclesiis, judiciis, & plateis.

XVI.

Campanari sine camisia in superiori non serviant in ecclesia vel alias in divinis.

XVII.

Circa clericos habentes manifestam cohabitationem cum mulieribus, statuimus quod non admittantur ad ordinationem ecclesiæ, nec valeat electio ab ipsis vel de ipsis celebrata.

XVIII.

Quicunque clericus manifeste mulieribus cohabitans suum fuerit executus officium, ad curiam transmittatur cum literis ordinarii sui, rei seriem continentibus, sana tamen potestate ordinarii, si quam habet, in hoc casu.

XIX.

Ecclesiæ pastoralis pastor vel vicarius habens redditus octo marcarum, scholarem habeat secum servientem in divinis.

XX.

Clerici ludos alearum, & deciorum, & globorum devitent, & ad hoc per subtractionem beneficii compellantur.

XXI.

Sacerdotes cappas non habeant manicatas; nullus presbyter sine caligis sive æstivalibus celebrare divina præsumat.

XXII.

Cum statutum sit, ut clerici, ministri, vel baillivi, vel justitiarii laicorum auxilium ab ecclesia, si capti fuerint non habeant; adiicimus, quod si prius admonitus non cessaverit, ecclesiasticis beneficiis spolietur.

XXIII.

Presbyteri seu personæ ecclesiasticæ, qui mandatum exequuntur alicujus sententiæ a suis prælatis, si negligentes inventi fuerint, in exequendis, illi, per quos mandatum receperint, tenentur ad interesse, secundum boni viri æstimationem coram judice faciendam; si vero pro observatione mandatorum ipsorum damnum passi fuerint, nec relaxetur sententia, antequam de damnis datis satisfaciat; & si prius relaxata fuerit, nihilominus satisfaciat de pœnis.

XXIV.

Si clericus observans sententiam propter damnum sibi propter hoc illatum, sustentationem non habeat, ab ordinario ei provideatur; nec relaxetur sententia antequam expensæ refundantur, quæ in provisione presbyteri sunt impensæ.

XXV.

Suspensi seu clerici excommunicati celebrantes, a domino papa tantum absolvantur; cum eo cui talis hactenus fuerit

ANNO CHRISTI 1238.

rit facilis absolutio, disciplina sit ecclesiastica vilipendenda.

XXVI.

Cum alias institutum sit, quod vicariis competens portio debeat assignari, adjicimus, ut si iidem vicarii minorem acceperint & acceptaverint portionem, nihilominus actionem habeant ad petendam competentem, cum hoc inductum sit personæ non in favorem; sed in favorem totius ordinis clericalis.

XXVII.

Sicut sæpe præcipimus, sic iterum præcipientes innovamus, ut corpus Domini, sanctum oleum infirmorum, & fores sacri baptismatis sub diligenti sint custodia & clausura cum sacra Eucharistia; nec eant ad infirmum sine lumine & campana.

XXVIII.

Item, præcipimus, ut Corpus Domini post quindenam non servetur, sed in fine quindenæ, si tamdiu servatum fuerit, sumatur a sacerdote cum oblatione.

XXIX.

Cum secundum apostolum, *qui non laborat, non manducet*; prælatis ecclesiarum conventualium præcipimus, ut per subtractionem beneficii compellant subditos suos ad frequentationem chori & residentiam, qua tenentur.

XXX.

In parochialibus ecclesiis pulsentur horæ canonicæ, & de villis cum adjacentibus & capellis attinentibus compellantur homines Dominicis diebus & solemnibus ad missam venire ad matricem ecclesiam, ne honor matricis ecclesiæ depereat per capellas; nisi forte remota sit capella, & ei provisum sit in beneficio, ut in eo valeat & soleat & debeat ministrare sacerdos.

XXXI.

Ut hæreticæ pestilentiæ, quæ radices jam mittit in provincia Trevirensi, omni sollicitudine occurramus; omnibus archidiaconis, pastoribus, & vicariis, nec non & aliis tam clericis quam laicis nostræ jurisdictioni subjectis in virtute A S. obedientiæ præcipimus, ut ubicumque inveniantur doctores hujus sceleris, vel auditores ipsorum, ad episcopi audientiam, ne oves Domini suis superstitionibus inficiant & corrumpant, denuntientur, & singulis diebus Dominicis & festivis excommunicentur hæretici, auditores, receptatores, fautores, & illi qui eos non accusant cum sciunt.

XXXII.

Decimæ non in domibus, sicut fieri B consuevit hactenus, sed in agris, vineis, pratis, & in locis aliis ex quibus proveniunt, persolvantur, nullis deditis expensis circa rem hujusmodi decimandam. Consuetudinem illam, secundum quam non decima, sed undecima, vel duodecima pars solvitur, pro decima in annona vel in rebus aliis, quanticumque temporis sit, improbamus.

XXXIII.

De causis matrimonialibus nullus pa- C stor, vicarius, vel decanus ruralis cognoscere præsumat.

XXXIV.

Usurarii manifesti vel convicti post hujus statuti publicationem pœnis coerceantur, quæ a jure infliguntur eisdem, ut videlicet non admittantur ad communionem altaris, nec ad Christianam sepulturam, nec eorum oblationes suscipiantur, dum fuerint in hoc peccato. Usurarios censemus sub pignore mutu- D antes, & ultra sortem percepta in sortem minime computantes.

XXXV.

Cum adulteri & adulteræ & alia enormia committentes, pecuniaria pœna persoluta, minus timeant reclinare; statuimus ut de cætero conjuncti * publicam pœnitentiam agant: mulieres infra parochiam portantes cyphum * in scapula & baculum in manu, in habito & cypho per omnia tales quales esse consueve- E runt, peragentes carinas. * Viri autem infra parochiam vel extra pœnitentiam agant modo præscripto. Et hoc fieri procurent episcopi, vel eorum officiales, si ea archidiaconi vel subditi neglexerint procurari.

XXXVI.

* f. convicti

* Cyphus idem quod Scyphus ait Cangius, quem forte palam gestabant mulieres ex meretricio manifesto resipiscentes vel convictæ, ut eo indicio quid jam fuerint demonstrarent. Nam Scyphum gerebat in manu meretrix illa Apocalypsis. MANSI

* Caringa seu quadraginta dierum jejunium rigidum agebant magnorum criminum rei publice pœnitentes. MANSI

ANNO CHRISTI 1238.

XXXVI.

Cum plures excommunicati sententiam vilipendant; statuimus quod si excommunicatus in sua pertinacia sex septimanas persistat, statim recepto mandato excommunicatoris ordinarii per litteras ipsius, quas ad probationem faciendam sufficere volumus: in hoc casu excommunicatus per superiorem suum ad unitatem ecclesiæ compellatur redire; alioquin idem superior post ammonitionem sententia percellatur.

XXXVII.

Conjurationes quæ fiunt per inspectationem ignis, vel gladii, seu alio quovis modo, cum sint penitus reprobatæ, statuimus ut si clericus in talibus deliquisse inveniatur, suspendatur, manens in ea suspensione usque ad satisfactionem condignam; si vero laicus, excommunicetur.

XXXVIII.

Statuimus ne habitu * monachorum vel regularium canonicorum cujuscumque ordinis mulieres pernoctent.

* in ad... nempe loco ab ... frequentato

XXXIX.

Si quis monachus vel monialis proprium habuerit, vel in vitium carnis lapsus fuerit, & fuerit hoc manifestum, in pœnam sui criminis stet ultimus in choro, vocem non habeat in capitulo, non ad aliquam ordinationem in capitulo vel extra admittatur, nec valeat electio ab ipso facta, vel de ipso.

XL.

Illos autem censemus proprietarios quibus assignantur curtes vel allodia pro certa pensione: qua soluta, de residuo tamquam de proprio suo faciunt voluntatem.

A

XLI.

Item, præcipimus ut abbates & monachi observent regulæ suæ statuta; alioquin quicumque transgressores per diœcesanos suos animadversione debita puniantur.

XLII.

Item, inhibemus ne alicui monacho non professo administratio aliqua in suo monasterio concedatur, nec ad aliquam ordinationem admittatur. Abbas suus B eos, qui professi non sunt, si administrationem aliquam habuerint, amoveat ab administratione usque ad quindenam; alioquin se suspensum sciat.

XLIII.

Cum novo avaritiæ genere, quidam in nostris diœcesibus laborantes indebitas faciant fabricari monetas: universis presbyteris eorumdem locorum præcipimus, quatenus quam cito perceperint istud, ibi statim cessent a divinis, quo- C usque de tali injuria ad mandatum ecclesiæ fuerit satisfactum.

XLIV.

Item, præcipimus singulis diebus Dominicis, & festivis denuntiari excommunicatos facientes falsam monetam, vel mandantes, vel procurantes, ut fiat. Item utentes scienter falsa moneta vel indebita moneta.

D

XLV.

Annum Domini gratiæ * propter multas ejus abusiones revocamus: volumus tamen, ut bonæ consuetudines ante ipsum in præbendis clericorum decedentium observatæ in suo vigore maneant & persistant.

* Ita vocabantur fructus beneficiales unius anni qui beneficiato post ejus obitum obveniebant eosque ad arbitrium legabat.

Explicit concilium Trevirense.

SYNODUS CAIRI JACOBITARUM

Alexandrinorum

Anno 1239. habita.

An. 1239. DE synodo hac nihil habeo compertum super ea, quæ legi in Catalogo Codicum Orientalium Bibliothecæ Mediceæ ab Assemano confecto editoque Florentiæ anno 1742. ubi pag. 100. hæc notat: *Abu Isac Benassalus synodo Cyrilli Lachalchi patriarchæ Alexandrinorum Jacobitarum anno Christi 1239. Cairi celebratæ interfuit, & canonum in ea conditorum collectionem & epitomen composuit.*

EDINBURGENSE IN SCOTIA CONCILIUM

Ab Ottone Card. A. S. L. habitum

Anno 1239.

An. 1239. Ex Wilkins t. I. p. 665. *OTtoni cardinali papæ legato, Scotiam ad concilium celebrandum ingredienti, rex Alexander II. restitit; & post multos sermones sub certis conditionibus ingressum ei concessit, uti patet ex Matt. Parisio.*

Eisdem diebus legatus in Scotiam intrare festinavit, dispositisque rebus necessariis, & ducibus Anglicis, qui viarum, si forte pararentur, insidias explorarent, iter arripuit, hospitia sumptuose eligens in abbatiis et ecclesiis cathedralibus. Et antequam regnum Scotiæ intrasset, occurrit ei rex Scotiæ, non acceptans ingressum suum. Dixit enim quod nunquam aliquis legatus, excepto illo solo, in Scotiam intravit. Non enim, ut asseruit, opus erat: christianitas ibi floruit: ecclesia prospere se habebat. Et cum sermones multiplicarentur, & rex fere ad contradicendum erigeretur, confectum est scriptum intercedentibus utriusque regni magnatibus inter eos; cujus tenor fuit, ut nunquam ratione illius adventus, talis consuetudo in consequentiam verteretur: insuper in recessu suo scriptum illud signaret. Et hoc procuratum est, ne confusus in Angliam quasi repulsus reverteretur. Veruntamen mare non transiit, sed in bonis civitatibus commorans cismarinis, vocavit episcopos & nobiles terræ beneficiatos, & de rebus ecclesiasticis ibidem pro libitu ordinavit, pecuniam non minimam colligendo; rege vero in interioribus terræ commorante, legatus sine regis licentia clam & subito recedens prædictum scriptum appertavit.

„ Hanc episcoporum Scotiæ convocatio„ nem, cujus Parisius mentionem facit, Edin„ burgi convenisse Scotichronicon Passaten„ se lib. IX. cap. 54. refert his verbis: „ *Hoc anno, sc. gratiæ MCCXXXIX. intravit Otho, diaconus cardinalis, sedis apostolicæ legatus, terram Scotiæ circa festum S. Matthæi apostoli, & in crastino S. Lucæ evangelistæ celebravit concilium suum apud Edingburch; & post festum omnium Sanctorum a Scotia discessit.* „ Meminit etiam concilii „ hujus chronicon de Mailros in ann.

SODORENSE CONCILIUM

Seu Statuta synodalia Sodorensia

Ex MS. penes Tho. episc. Assaven. conf. Monast. Anglic. vol. I. f. 711.

Anno 1239. condita.

An. 1239. Apud Wilkins t. I. p. 664. HÆc sunt statuta synodalia & constitutiones synodorum diœcesis in insula de Mann per reverendum patrem Simonem, Sodoren episcopum, ibidem confect. & constitut. Anno Domini MCCXXIX. *

De probationibus testamentorum.

Pro probationibus testamentorum ultra summam XXXII. den. nihil penitus exigatur; sed de eadem summa, secundum bonorum qualitatem, aliquid pauperibus subtrahatur.

De bonis intestatorum decedentium.

Bona intestatorum ad arbitrium episcopi diœcesani, vel, ejus in absentia, sui generalis vicarii ministrentur.

De mortuariis.

In mortuariis principale animal ecclesiæ per-

* De tempore ipsius synodi haud certo liquet: juxta MS. enim exemplar, unde hoc desumpsimus, uti etiam in Monast. Anglic. vol. 1. fol. 711. plane exhibetur prout hoc in titulo anno Domini MCCXXIX. sed in antiquiori nota ejusdem synodi bis expresse legitur MCCXXXIX. sic ut in exemplari nostro desideratum videatur aliud X. Et hoc facile credam, nam peccasse crebrius animadverto scriptorem; & Simonem istum episcopum Sodorensem anno MCCXXX. factum, ac anno MCCXLVII. obiisse constat ex Usser. Indic. chronol. ad Antiq. Britan. *Wilkins.*

ANNO CHRISTI 1239.

persolvatur, vacca vel bos, aut equus, si fuerit ad valorem VI. sol. aut minus. Et quantum ad vestes, si homo mortuarium persolverit, ad arbitrium ecclesiæ stabit, an vestes aut III. sol. & VI. den. habere maluerit. Et si pauper fuerit, & nullum mortuarium persolverit, accipiantur vestes, sicuti sunt. Et quintus quisque denarius ex liberis. Et de Gilbogo in bonis possesso ad mortuarii valorem se extendentibus, mortuarium ecclesiæ persolvatur. Quod si bona sua ad hoc minime se extendant, tunc quintus quisque denarius de liberis bonis ecclesiæ persolvatur. Et si quæratur, quid est Gilbogus; dicendum est, quod Gilbogus est, quis si unius tantum noctis ætatis extiterit, & ad habend. bona ordinatus, aut in bonis B possessis existat, si, ut dictum est, obierit, ecclesia tamen suum debitum obtinebit. Item præfatus Gilbogus, licet mortuarium persolverit, ultra hoc tamen tam presbytero & clerico, quam etiam ecclesiæ sua debita contententur. Et si nullum mortuarium persolverit, nihilominus cum eis concordet.

De debitis clerico persolvendis.

Debita clero persolvenda sunt hæc. Si homo mortuarium persolverit, clericus habeat ipsius hominis caligas calceamenta ad pretium VI. den. & caputium, pileum, aut C capellum pretii majoris, vel minoris, sicuti ipse homo in die natalis Domini ambulaverit. Item camisiam, zonam ad unius denarii valorem, bursam ad unius denarii valorem, & cultellum ad unius denarii valorem.

De aucis, porcis, buculis, vitulis, & pullis.

Aucæ apud festum S. Michaelis, aut post, capiantur. Et porci, buculi, vituli, & pulli ad festum S. Martini in liberis recipiantur, et apud pascha exigantur; rectore ecclesiæ de prædictis porcis, pullis, aut buculis in periculo persistente. Excepto, quod D si iconomi buculos desideraverint habere ad suas efficiendas vaccas lac præbere, ipso rectore iconomum causante ad custodiendum illos acsi proprios.

De defunctis nulla bona habentibus.

Si vir aut mulier obierit, & nulla bona ad contentandam ecclesiam pro sua sepultura habuerit, tunc hi, qui eorum bona habere voluissent, si divites extitissent, videlicet de eorum sanguine propinquiores, ecclesiæ presbytero & clerico ad illorum humationem debita contentabunt.

De lacticiniis.

Si lacticinia in ecclesiam conformiter juxta consuetudinem non portentur, de una vacca duo denarii, de quatuor capris duo A denarii, & de octo ovibus octo denarii persolvantur.

De electione & collectione agnorum decimalium, buculorum, porcorum, & pullorum.

Cum ad congregandos agnos decimales, buculos, porcos & pullos, procuratores pervenerint, iconomus, duos, & procuratores tertium eligant.

De removentibus domicilia ac bona sua ab una parochia in aliam.

Si vir vel mulier forte ab una parochia in aliam domicilium suum permutaverit, & bona sua secum abduxerit; si vir nihil præter uxorem suam, pueros, lectum, gallum, gallinam, craticulam & mensulam pistoralem secum asportaverit, & ibidem nisi per tres noctes perseveraverit, antequam ab hac luce decesserit, in illa parochia, in quam nuper accessit, debita ecclesiastica persolvantur, quamvis bonorum suorum major portio in altera parochia relinquatur.

De granis decimalibus.

In antiquo statuto iconomi grana decimalia acsi propria arconizabant, & ad sua foenilia ducebant, ac custodiebant, quousque rector vel ejus procurator, ob ea commodius venire posset, forte circa festum Omnium Sanctorum. Modernis vero diebus rectores grana decimalia in arconomolis accipiunt, ob majorem iconomorum commoditatem.

De cervisiam vendentibus.

Si vir vel mulier cervisiam vendendam pandoxaverit, sive communis pandoxator vel pandoxatrix fuerit, sive non; si duos denarios & obolum de unaquaque pandoxatione accipiat, lagunculam decimalem ecclesiæ persolvat.

De textoribus sive textricibus.

Si textor vel textrix tres telas a suis telariis discindat vel decidat, & pro earumdem textura solutionem recipiat, duos denarios ecclesiæ annuatim inde persolvat. Et si centum discindat, vel decidat, amplius non persolvat.

De sumptori debitis.

Sumptor de jure antiquo, & statutis veteribus ab omnibus iconomis garbam de tri- E um ligarum longitudine, scil. frumenti, hordei, & avenæ annuatim recipere debet, & ad omnem cæsorum decimationem, & collectionem, unum agnum electum habere debet. Et ad lanæ decimationem unum vellus electum debet obtinere.

CONCILIUM SENONENSE

Sub Galtero Cornut circa MCCXXXIX. celebratum

Ex MS. Cod. cl. vir. D. Brayer canonici Trecensis.

I.

An. 1239. Ex Mart. Vet. Mon. t. VII. p. 137.

STatuimus ut abbates & priores conventuales, qui nec venerint ad synodum, nec se excusaverint, prætendendo canonicum impedimentum, per octo dies ab ingressu ecclesiæ suspendantur, & hæc poena, quantum ad hoc, a conciliis statuta est, sub excommunicationis majoris poena, si aliis annis super his culpabiles inveniantur.

II.

Propter scandala gravia, quæ ex monialium conversatione proveniunt, statuimus de monialibus nigris, ne aliquem dispositum * recipiant in domibus suis ab aliquibus personis, nisi de licentia episcopi sui, maxime arcas clericorum, custodiæ causa, minime permittant apud se deponi.

* f. depositum.

III.

Item, communiter omnes in refectoriis comedant, & in dormitorio dormiant, nisi ex causa justa & necessaria, de licentia speciali abbatissæ aliter fieri permittatur.

IV.

Item, cameræ monialium omnes destruantur, nisi aliqua, quæ in susceptione episcopi necessario reservatur, vel ad infirmariam faciendam, vel alia de causa quæ episcopo justa & necessaria videatur.

V.

Item, quod moniales nullatenus exire permittantur, vel extra pernoctare, nisi in magna causa & raro, & abbatissis injungatur, ne aliter egredi permittantur; & si aliquando Abbatissa ex causa justa alicui permittat; eidem injungat quod sine mora revertatur.

VI.

Ostia suspecta & superflua obstruantur; circa hoc autem episcopi diligentiam adhibeant & curam per se & per ministros suos, & vitas & conversationes ipsarum restringat, ut per eorum diligentiam scandala, quæ in præsenti de vita earum proveniunt, sopiantur.

VII.

Statuimus ut omnes judices, tam ordinarii quam delegati, temperent se & refrenent a generalibus excommunicationibus, nec in generali participantes excommunicent, nisi valde gravis & enormis excessus contingat.

VIII.

Moneantur capitula sæcularium personarum, maxime cathedralia, ut ipsi conveniant & ordinent & tractent, quod in ecclesiis suis die & nocte, per se & per clericos ecclesiarum, divinum officium assidue, & competenter secundum numerum institutorum & facultatem ecclesiarum, celebretur; & circa servitium divinum diligentiam & curam adhibeant efficacem; ita quod modus habendi se in ecclesia tam in choro quam extra evidenter & sufficienter, ubi emendatione opus erit, emendetur infra annum.

IX.

Moneantur etiam canonici & clerici sæculares, quod ipsi in habitu suo & aliis præcepta tradita in generali concilio fideliter & obedienter observent.

X.

Statuimus, ut in locis sive prioratibus, ubi conventualis congregatio solet esse, si facultates ecclesiæ suppetant, conventus ibidem restauretur.

XI.

Item, quod in domibus sive locis ubi solebant esse prioratus, si facultates locorum sufficient, monachi vel canonici regulares ad divinum servitium celebrandum reducantur.

XII.

Monemus abbates & priores conventuales, quod tot servitores in abbatiis & prioratibus sibi subditis instituant, si ad hoc

ANNO CHRISTI 1239.

hoc sufficiant facultates locorum, quot ibi deservire solent; & ne pensionem sive censum ab eisdem exigant, quam non solent exigere ab antiquo, nisi forte alicui ex justa causa ab episcopo suo permittatur.

XIII.

id est vilissimi a[c]tores [nu]gi.

Statuimus quod clerici ribaldi, * maxime qui vulgo dicuntur de familia Goliæ, per episcopos, archidiaconos, officiales, decanos christianitatis tonderi præcipiantur, vel etiam radi: ita quod eis non remaneat tonsura clericalis: ita tamen quod sine periculo & scandalo ista fiant.

XIV.

Item, antiquum statutum concilii provincialis rursus renovantes, præcipimus, quod quando aliqua terra propter delictum domini terræ & baillivorum supposita fuit interdicto, nullatenus relaxetur, donec ad arbitrium & moderamen episcopi presbyteris parochialibus de damnis & perditis interdicti occasione illatis plene fuerit satisfactum vel de satisfaciendo cautum.

CONCILIUM MOGUNTINUM

In quo Eistatensis episcopus vexatum se misere a laicis exponit anno 1239. celebratum, præsente Conrado Rege, & Siffrido Moguntino archiepiscopo præsidente.

An. 1239. apud Schannat. eundem. l. p. 99.

DE concilio hoc Moguntino ita loquitur anonymus Erfordiensis, a quo uno illud rescimus. *Hoc anno VI. nonas julii civitate Moguntina celebratum est concilium, præsidente Conrado rege, imperatoris filio, ac ejusdem sedis archiepiscopo cum IX. cæteris episcopis, in quo scilicet concilio, episcopus Eistatensis querelando miserabiles exhibuit literas, in quibus continebatur, quoniam sui ministeriales ac cives Eistatenses, jam fere per annum in excommunicatione manentes, diabolica, atque hæretica præsumptione ipsum episcopum cum clero sibi favente crudeliter expellendo abjecissent, & laicas personas in episcopum ac præpositum & decanum elegissent, ac ejusdem matricis ecclesiæ Sacristiam infringendo spoliaverint, & ipsorum errorem magnates & potentes quidam foventes, perniciose in malitia confortaverint, ac qualiter suos fautores si decesserint, cum musicis instrumentis ad sepulturam conducendo, lætanter sepeliant.*

LONDINENSE CONCILIUM

Ab Ottone A. S. L.

Anno 1239. habitum.

An. 1239.

SYnodum hanc ab Othone A. S. L. indictam duorum coævorum scriptorum testimonio confirmat novissimus conciliorum Magnæ Britanniæ editor; sed cum unus ab altero parum discrepet, ego in gratiam brevitatis unum tantummodo promam Parisium ad annum 1239. cujus hæc sunt verba, quanquam & in ejus narratione dandum esse aliquid livori, quo in ecclesiam Romanam scriptor ille tenebatur, lectores meos admonitos volo. *Vocavit dominus legatus omnes episcopos Angliæ, ut in die, qua cantatur* Lætare Hierusalem, *convenirent Londini, de negotiis ecclesiæ tractaturi. Et dedit ibidem cum diligenti deliberatione quædam statuta monachis nigri ordinis sub succincta brevitate inviolabiliter observanda. In quibus rigorem indiscretum in multis temperavit.... Convenerunt omnes episcopi Londinum pridie scilicet calendas Augusti, de oppressionibus ecclesiæ Anglicanæ tractaturi. Exigebat enim legatus post quotidianas exactiones, procurationes. Cui, habito consilio, responderunt episcopi communiter, quod toties bona ecclesiæ exhauserat Romana importunitas, quod nullo modo amplius tolerarent: exhibeat eas, qui inconsulte vos vocavit. Et sic non sine querulo murmure a concilio recesserunt.*

Extat ap. Wilkins t. 1. p. 664.

TAR-

TARRACONENSE CONCILIUM

In quo constitutiones episcopi Sabinensis confirmantur.

Ex MS. Colbertino.

An. 1239. Ex Mart. Vet. Mon. t. VII. p. 132.

Constitutiones venerabilis patris J. Sabinensis episcopi bonæ memoriæ, apostolicæ sedis legati, ad memoriam reducentes, quas post earumdem publicationem in congregato provinciali concilio Terraconæ in anno Domini MCCXXXIX. XIV. calendas madii, præsentibus venerabilibus fratribus Barchinonensi, Dertusensi, Gerundensi, Urgellensi, Vincensi, Oscensi, Ilerdensi episcopis præcipimus observari.

I.

Contra illos qui faciunt justas in monasteriis.

Item, præcipimus omnibus judicibus & advocatis litteratis, ne conveniant vel intersint alicui justæ, quæ fit vel fiat in monasteriis vel grangiis religiosorum. Et hoc sub pœna excommunicationis præcipimus & mandamus.

II.

Contra quæstores.

De quæstoribus autem ecclesiarum, hospitalium vel pontium duximus statuendum, quod sine nostris vel episcoporum litteris non recipiantur, & tunc ad prædicationem non admittantur, sed ad expositionem ipsorum, quæ in episcoporum litteris continentur.

III.

(De festo S. Teclæ, SS. Francisci, Dominici & Antonii.)

Item, sacro approbante concilio, quod festum S. Teclæ per totam nostram provinciam solemniter celebretur: ita quod in ipsius solemnitate IX. fiant in ecclesia lectiones. Et festivitates B. Francisci & B. Dominici & B. Antonii similiter celebrentur.

IV.

Contra Judæos & Sarracenos.

Item, statuimus, quod Judæi & Sarraceni a Christianis in habitu distinguantur, & nutrices vel mulieres non teneant Christianas. Et si quæ sunt Christianæ, quæ Judæis vel Sarracenis cohabitent, nisi infra duos menses a tempore publicationis istius constitutionis, recesserint, quantumcumque pœnitentiam fecerint, numquam tradantur ecclesiasticæ sepulturæ, nisi de metropolitani licentia speciali.

V.

Quæ festa debeant celebrari.

Item, cum otium & desidia fomentum pariant vitiorum, festivitatum multitudinem B duximus temperandam cum illis, eo quod (si) non laborant pauperes, aggraventur, & otiosi & desidiosi ad illicita promoventur. Quare festivitates colendas necessario subnotavimus, quas qui contemserint colere, per suum presbyterum compellantur. Festum scilicet Circumcisionis, Epiphaniæ, S. Vincentii, Purificationis B. Mariæ, Cathedræ sancti Petri, Mathiæ apostoli, Annunciationis B. Mariæ, & duorum dierum octabarum Paschæ, S. Marci evangelistæ, Philippi & Jacobi apostoli, Inventionis Sanctæ Crucis, ascensionis Domini, feriæ secundæ octabarum Pentecostes, Johannis Baptistæ, Petri & Pauli apostolorum, C S. Mariæ Magdalenæ, Jacobi apostoli, S. Felicis Gerundæ, Transfigurationis Domini, S. Laurentii, assumtionis B. Mariæ, S. Bartholomei, Nativitatis B. Mariæ, Exaltationis S. Crucis, Matthæi apostoli, S. Michaelis, S. Lucæ evangelistæ, Simonis & Judæ apostolorum, Narcissi episcopi, Omnium Sanctorum, S. Martini, S. Andreæ, S. Nicolai, S. Thomæ, Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Johannis apostoli. Et quælibet parrochia observet festivitatem illius sancti, in cujus honore est constructa ejus major ecclesia. Officia vero harum solemnitatum & omnium aliarum, sive sint IX. sive III. lectionum, prout hactenus consuevit fieri, a D clericis in ecclesiis & in portionibus observentur, & ad audiendum laici nihilominus moneantur.

VI.

Quod nullus sacerdos plures missas una die celebret.

Item, quia aliqui sacerdotes plures celebrant missas (una die) contra canonicas sanctiones; inhibemus, quod nisi in die Natalis Domini tres missas nullus audeat celebrare. Quod si fecerit, in excommunicationem incidat, ipso facto, & officio beneficioque privetur. Duas toleramus, tole- E randoque permittimus una & eadem die, quando urgens necessitas fuerit, celebrari, quousque dominum papam super eodem negotio consulamus. Necessitatem siquidem declaramus, quando unicus sacerdos habet duas ecclesias, quarum una dependet ab alia, & altera illarum non potest habere proprium sacerdotem, & sunt tenues (ejus reditus) nec parrochiani propter distantiam loci, vel aliam rationabilem causam possunt com-

commode ad alteram convenire, & in aliis A casibus a jure concessis. Quandocumque vero duas missas celebrare contigerit, sacerdos caveat, ne post sumtionem sanguinis in prima missa, vinum perfusionis accipiat. Quod si fecerit, eadem die non poterit aliam missam celebrare.

VII.

Contra interfectores clericorum.

Item, statuimus de interfectoribus clericorum, & virorum religiosorum, ut cum constiterit, loca ad quæ devenerint, cessent, quamdiu ibi fuerint, a divinis, quousque pervenerint ad satisfactionem condignam.

VIII.

Qualiter sunt conficiendæ hostiæ.

Item, statuimus, quod sacerdos in propria persona hostias faciat ad conficiendum corpus Christi de pulcra & nitida farina frumenti, & non apponatur ibi sal neque fermentum. Et hæc cum summa diligentia fiant.

IX.

Ne parrochiales Ecclesiæ per laicos administrentur.

Item, cum ecclesiæ parrochiales per laicos administrari non debeant; statuimus, quod laicis de cetero nullo modo attribuantur, sed per clericos viros ecclesiasticos ecclesiæ gubernentur secundum canonicas sanctiones.

X.

Contra conspiratores, & colligationes illicitas facientes.

Conspiratorum genus odibile cupientes D a perversitate hujusmodi coercere, sacro approbante concilio, excommunicamus omnes conspiratores & colligationes illicitas facientes in clero, & contra constitutos in clero. Sententiam autem hujusmodi ad præterita duximus extendendam, nisi infra mensem a tempore sententiæ qui conspirationem & colligationem hujusmodi pro posse duxerit revocandas.

XI.

Contra illos qui famosos libellos componunt.

Simili sententia innodamus omnes illos, E qui contra constitutos in clero libellos famosos composuerint, & qui compositioni faverint, & qui compositos inventos non ruperint sine mora.

XII.

Contra invasores & raptores rerum ecclesiasticarum.

Item, cum quidam in aliorum prædis propria commoda studeant invenire, sacro approbante concilio, excommunicamus invasores, & raptores, & deprædatores hominum ecclesiarum, rerum ecclesiasticarum & locorum religiosorum, qui bona prædicta rapuerint vel invaserint violenter, dummodo personæ, de quibus querelam habuerint, paratæ fuerint, prout decuit, juri stare. Eadem etiam excommunicatione ligamus fau- B tores & receptores prædictorum malefactorum, statuentes, ut quamdiu principales malefactores in aliqua villa vel civitate fuerint, ecclesiæ cessent a divinis penitus; & si forte principales malefactores mortui fuerint absque satisfactione condigna, licet in articulo mortis absoluti fuerint, eorum corpora non tradantur ecclesiasticæ sepulturæ, quousque heredes morientium satisfecerint injuriam passis, & damnum datum fuerit penitus emendatum. Nec prædicti in sanitate aliquatenus absolvantur, nisi cum de præmissis omnibus satisfecerint competenter. Simili excommunicationis sententia innodamus omnes illos, qui prædam clericorum, & loco- C rum religiosorum, & hominum eorumdem receperint scienter, & voluntarie in castris suis vel emerint; & castra illa, & villæ, in quibus retenta fuerit præda, cessent penitus a divinis, quousque damnum datum pro posse studuerint emendare. Et licet invasores & raptores ecclesiæ in genere sint excommunicati, non tamen vitentur, nisi facti evidentia vel confessione propria hoc constaret, quousque fuerint in specie denuntiati; & postquam fuerint in specie denuntiati, absolutio talium cuilibet episcopo in sua dioecesi auctoritate sacri concilii est commissa.

XIII.

Ut episcopi diœcesim visitantes honorifice recipiantur.

Cum episcopi ex suo officio teneantur suam dioecesim visitare, sacro approbante concilio, statuimus, ut cum episcopus causa visitationis ad ecclesiam suæ dioecesis declinaverit, a rectore seu a clericis ejusdem ecclesiæ recipiatur cum reverentia & honore, præscriptione aliqua non obstante, & eidem mandata procuratio juxta facultates ecclesiæ non negetur.

XIV.

De institutione rectorum animarum.

Statuimus, quod nullus institutus vel præsentatus in parrochiali ecclesia a clerico vel laico, in eadem administrare præsumat, quousque a dioecesano episcopo curam in eadem ecclesia receperit animarum, contraria consuetudine non obstante, quæ potius corruptela dicitur. Quicumque autem contra fecerit,

ANNO CHRISTI 1240.

rit, jure quod habet vel habere credit in ecclesia, sit privatus ea vice potestate data dioecesano removendi institutum seu præsentatum. Et nihilominus statuentes, quod institutus & confirmatus per episcopum, nullo casu valeat ab alio quam suo episcopo removeri.

XV.

Contra invasores rerum ecclesiasticarum.

Olim excommunicasse recolimus invasores, & raptores, & deprædatores hominum ecclesiarum, rerum ecclesiasticarum & locorum religiosorum, qui bona prædicta rapuerint vel invaserint violenter, dummodo B personæ de quibus querelam habuerint, paratæ fuerint, ut debuerunt, juri stare. Eadem etiam excommunicatione ligamus fautores & receptores prædictorum malefactorum: statuentes, ut quamdiu principales malefactores essent in aliqua civitate vel villa, cessarent ecclesiæ penitus a divinis. Et si forte principales malefactores absque satisfactione condigna ab hoc sæculo transmigrarent, licet essent in mortis articulo absoluti, eorum corpora non tradantur ecclesiasticæ sepulturæ, quousque hæredes morientium satisfecissent injuriam passis, & damnum datum penitus emendassent. Nec prædicti in sanitate absolvi poterant, nisi de præmissis C omnibus prius satisfecissent passis injuriam competenter. Simili excommunicatione innodamus omnes illos, qui prædam clericorum, locorum religiosorum, & hominum eorumdem scienter receperint, & voluntarie in castris suis emerint, & emtores ab eis, & quod castra, in quibus præda esset retenta, cessarent penitus a divinis, quousque damnum datum studuissent pro posse suo penitus emendare. Verum quidam prædictam constitutionem perverse intelligentes, eam trahunt ad res modicas, & ad ea quæ non ex proposito nocendi, sed ex necessitate non credentibus offendere capiuntur. Nos autem perversum intellectum & dubitationem hu- D jusmodi penitus declarantes in omnibus supradictis casibus, sic duximus declarandum, quod illi tantum intelligantur excommunicati, qui ex proposito cum armis violenter invaserint vel destruxerint loca prædicta, & ceperint homines ipsorum, & res eorumdem, in hoc graviter delinquentes. Lo- A ca autem in hoc solo casu cessare volumus penitus a divinis, quamdiu ibi præda fuerit violenter accepta. Fautores autem & receptores prædæ post ammonitionem legitimam, juxta dioecesani arbitrium excommunicentur: & si aliquem prædictorum excommunicatorum absque satisfactione condigna mori contigerit, tamdiu careat ecclesiastica sepultura, quousque per heredes ipsius damnum datum per eum, plenarie passis injuriam vel eorum heredibus fuerit restitutum.

XVI.

De bonis prælati defuncti.

Item, cum non sine peccato quod suum non est possit aliquis retinere, antiquum canonem nunc hujusmodi beneplaciti ad memoriam reducentes, sacro approbante concilio, statuimus, ut post mortem archiepiscopi, cujuslibet episcopi, vel alterius prælati seu beneficiati Terraconensis provinciæ, bona ipsius ecclesiastica ad manus aliquorum fide dignorum perveniant, secundum quod in ecclesia defuncti de consuetudine est obtentum; vel si consuetudo cesserit, duo eligantur fide digni, si præerat defunctus conventui, ab episcopo dioecesano vel ejus locum tenente; si defunctus conventui non præerat, qui bona recipiat supradicta, & infra decem dies tales amministratores seu procuratores, adhibito tabellione publico & testibus ad hoc specialiter convocatis, conficiant de omnibus rebus defuncti mobilibus & immobilibus, & se moventibus inventarium; & si per negligentiam fuerit omissum, prædicti procuratores ad duplum teneantur. Si vero prædicti amministratores, vel aliquis alius de bonis prædictis aliquid invaserit, rapuerit, vel retinuerit fraudulenter, & legitime monitus bona sic retenta sine diminutione non restituerit successori, auctoritate concilii se noverit excommunicationis sententia innodatum. Ammonemus autem episcopos & alios prælatos Terraconensis provinciæ, ut in vita sua, si commode fieri poterit, de rebus prædictis conficiant inventarium. Hanc autem sententiam vel illam de invasoribus ecclesiarum, vel rerum earum, per constitutionem quæ incipit *Olim*, ad personas archiepiscopi vel episcoporum extendi nolumus ullo modo.

CONCILIUM APUD STROUBINGEN

In provincia Salisburgensi an. 1240. habitum, sed vix cœptum intermissum.

Concilii hujus brevem notitiam suppeditat Chronicon Salisburgense apud Pez rerum Austriacarum scriptorem tom. I. pag. 356. his verbis: *archiepiscopus Salisburgensis concilium episcoporum, & dux Bavariæ curiam communi consilio pro reformanda pace terræ apud Stroubingen indixerunt, sed propter dispentionem episcoporum, & laicorum non perfecerunt.*

WEZ-

VVEZFORDENSIS SYNODUS

Ab episcopo Ternensi

Anno 1240. *habita*

Ex MS. penes illust. duc. Chandos.

CUm decimæ de bonis omnibus, quæ licite acquiruntur, sint solvendæ, et divina lege debeantur; præcipimus, quod de negotiatione stipendiis servientium deductis necessariis expensis decimæ, ut decimæ, non ut oblationes, integre persolvantur; quia cum sub oblationis specie decimæ præstantur, nonnunquam ecclesiæ non solum justis decimis, sed oblationibus debitis defraudantur. Et quod plerumque contigit, quod rectores & vicarii in diœcesi nostra propter exilitatem beneficiorum suorum, & onera ecclesiæ supportanda, in tanta paupertate decedunt, ut nihil relinquant, unde debita sua, creditoribus suis solvantur, nec eorum corpora cum honore debito tradi valeant sepulturæ; nos in hac parte remedium fieri cupientes, consuetudini Dublinensi inhærendo, statuimus & ordinamus, quod rectores & vicarii, quacunque hora anni in fata decesserint, habeant omnes fructus & proventus beneficiorum suorum a die obitus sui usque in unum annum; ita tamen, quod per ipsum de iisdem fructibus & proventibus beneficiis illis competenter deserviatur, & omnia onera tam ordinaria quam extraordinaria supportentur, & eorum fiant exequiæ, ac debita sua solvantur, & defectus, quos in beneficiis suis, vel domibus in vita sua emendasse debuerant, emendentur. Successores vero prædictorum rectorum & vicariorum in emptione fructuum anni prædicti omnibus aliis volumus præferri, dummodo de pecunia solvenda competenter præstiterint cautionem. Hæc autem de assensu totius cleri nostri præcipimus per totam diœcesim Fernensem, pro consuetudine perpetua, inviolabiliter observari.

Ubi in jure cavetur & expresse inhibetur, ne clerici secularibus negotiis se immisceant, negotiando circa mercionales tractatus causa lucri, cum qualitas lucri negotiantem videlicet clericum aut arguit aut accusat; difficile enim est inter ementis vendentisque commercium non intervenire peccatum: & alia verba; fugiendus est clericus negotiator: & alibi: nunquam porest Deo mercator placere factus clericus, & si desistere noluerit, proiiciatur de ecclesia. Nos itaque huic medelam apponere volentes, inhibemus, ne de cætero in diœcesi nostra aliqui beneficiati contractus illicitos præsumant exercere. Quod si contra fecerint, tali pœna per nos punientur, ut aliis cedat in terrorem. Et quia malum non vitatur incognitum, præcipimus omnibus rectoribus & vicariis ecclesiarum, & presbyteris parochialibus nostræ diœc. quod sub periculo animarum suarum, excommunicationum sententias, quæ sequuntur, suis parochianis ad minus quater in anno distincte & aperte exponant, ne per ignorantiam in tanti periculi foveam demergantur.

Excommunicamus, & a liminibus sacrosanctæ ecclesiæ sequestramus omnes illos, qui pacem domini regis & regni perturbare, aut libertates ecclesiasticas, & præcipue sacrosanctæ ecclesiæ Fernensis infringere, B vel suo jure privare, vel possessiones ecclesiasticas invadere, vel ad bona ecclesiastica manus injuste extendere, aut aliquid de iisdem bonis auferre, consumere, vel incuriose contrectare præsumpserint, in præjudicium ecclesiasticæ libertatis. Item omnes illos, qui in ecclesiastica beneficia se intrudunt; & eos, qui per laicalem potentiam, seu aliam violentiam ea detinent occupata. Item omnes incendiarios, & fractores ecclesiarum, veneficos & veneficas, & magicis incantationibus utentes, & hæc fieri procurantes, & qui immunitatem ecclesiæ violaverint, denunciamus excommunicationis sententiam incurrere ipso facto. Item C omnes illos, qui in causa matrimoniali falsas exceptiones malitiose opponunt, vel opponi procurant, vel, ubi de exhæredatione agitur, falsum perhibent testimonium, vel id fieri procurant, vel testes subornant.

Item excommunicamus omnes illos, qui odio, vel favore, seu lucri causa, aliis crimina falsa imponunt, pro quibus mors, vel exilium, vel membrorum mutilatio, vel exhæredatio, seu locorum spoliatio sequi debeant, si judicialiter convincantur. Item omnes illos, qui malitiose alicui crimina imponunt, cum apud bonos & graves non fuerit infamatus, ut sic ei purgatio indicatur, aut alio modo gravetur. Item excom- D municamus omnes illos, qui causa lucri, odii, vel favoris, vel alia quacunque de causa malitiose contemnunt exequi mandatum domini regis *De excommunicatis capiendis*, vel eorum impediverint captionem, seu procuraverint eorum injustam deliberationem, contra decretum ecclesiasticæ disciplinæ.

Qui autem ad defamationem aliquid proponit, & probare non poterit, canonice puniatur, & injuriam passo pro modo culpæ satisfacere compellatur.

Rectoribus ecclesiarum, & vicariis nobis subditis indultum esse volumus, ut parochianos suos, qui decimas suas, quas huc- E usque solvere solebant, detinere præsumpserint, post trinam annunciationem excommunicationis sententia innodent; in aliis autem casibus contra scientiam & auctoritatem nostram quemquam excommunicare ne præsumant nominati. Prohibemus autem, ne excommunicationis sententia in genere pro damnis vel pro injuriis proferatur, sed tunc solum, quando evidens necessitas hoc expostulat.

ANNO CHRISTI 1240. 1241.

BITURICENSE CONCILIUM

In quo decreta in Albigenses rebelles, & hæreticos expeditio,

Anno 1240. *habitum.*

An. 1240. In Alberico pag. 576. BIturicensis hujus concilii præter nomen, & pauca alia, cætera nescimus. Totum hoc suppeditat Albericus in Chronico ad annum 1240. his verbis: *in terra Albigensium contra regem rebellaverunt quidam hæretici, Rogerus de Badieres & complices sui quatuor, castra invadentes, & custodias regis interficientes, & comes Tholosanus dicebatur eis occulte consentire. Unde Bituricas convocavit Rex concilium, & dominus Cardinalis Prænestinus affuit, & missi sunt in Albigenses tales & tanti milites armigeri & balistarii, quod rex, Deo dante, triumphum obtinuit, & duo (dicta) castra recuperavit, & dictos adversarios ad suam misericordiam coegit redire.*

AD SILVANECTENSE CONCILIUM

Pro vigesima ecclesiasticorum redditumm pontifici in Gallia largienda,

Anno 1240. *habitum*

ADDITIO.

An. 1240. DE Silvanectensi concilio pauca Labbeus ex Meyer; aliquanto plura habet Joan. Iperius in Chron. S. Bertini part. III. in Anecdot. Marten. tom. III. pag. 721.

Ita vero ille: *Propter negotium terræ sanctæ & etiam contra Albigenses, Jacobus Prænestinus episcopus cardinalis, apostolicæ sedis legatus in Galliam mittitur, & congregato concilio apud Silvanectum, ab omnibus prælatis & ecclesiis provinciæ Remensis, vigesimam partem omnium redituum ad auxilium summi pontificis obtinuit; similiter & per alias Galliæ provincias.*

COELESTINUS PAPA IV.

Cœpit anno 1241. *eodemque desiit.*

OXONIENSE CONCILIUM

Anno 1241. *in quo de jejuniis & precibus pro ecclesia fundendis est actum.*

An. 1241. Affert Wilkins ad hunc annum. „ CUm Oxonii concilium episcoporum & „ aliorum prælatorum celebrari consti„ tutum esset anno XXVI. regni regis Hen„ rici III. rex suspicabatur nonnulla coro„ næ ac dignitati suæ contraria ibidem „ propositum & tentatum iri; quapropter „ procuratorem suum specialem ordinavit se„ dem in eo capessere, ac contra hujusmo„ di processus (si qui haberentur) appel„ lare, atque eodem tempore quædam ore„ tenus a rege ipso recitare, quibus, ut fi„ dem haberent, has literas patentes ad„ junxit (Pat. 26. H. III. m. 21.).

Rex, venerabilibus in Christo patribus W. Eborum archiepiscopo, Angliæ primati, & omnibus episcopis, & aliis prælatis, qui conventuri sunt apud Oxoniam, salutem. Dilectum & fidelem nostrum Galfridum de Langel ad vestram præsentiam duximus transmittendum, & appellandum pro nobis, ne in concilio nunc apud Oxon. convocato, contra coronam & dignitatem nostram aliquid statuere præsumatis. Quædam etiam posuimus in ore ipsius vobis exponenda, cui super his fidem adhibeatis. Teste rege apud Maleberg. 29. die Novembris.

„ De hoc concilio episcoporum Angliæ „ sequentia recitat Matthæus Parisius in an. „ p. 512.

Eisdem temporibus convenerunt episcopi Angliæ, videlicet archiepiscopus Eboracensis, Lincolniensis, Norwicensis, Carleolensis, cum aliis multis gravibus, religiosis, ac discretis ecclesiasticis personis, tractaturi super multiplici desolatione ecclesiæ, & divinam consolationem postulaturi. Statuerunt igitur quasdam orationes speciales cum jejuniis fieri ab ecclesia generaliter per Angliam, ut Dominus ecclesiam Romanam pastorali & papali regimine destitutam, relevare & restaurare dignaretur; exemplum accipientes in Actibus apostolorum, quando, incarcerato Petro, oravit ecclesia pro eo sine intermissione. Consenserunt etiam in unum, ut ad dominum imperatorem mitterent universi nuncios favorabiles cum precibus lachrymabilibus, quatenus rancorem & omnem animi indignationem pro salute animæ sincero corde remittens, deposita omni tyrannide, ecclesiæ Romanæ promotionem non impediret, imo misericorditer respirare promittens, licet lacessitus, studeret promovere. „ Hæc Parisius. Chronicon Dunsta„ plense in bibl. Cotton. Tiberius A. X. de „ hac synodo agens dicit: *Concilium episcoporum apud Oxonium habitum est, ubi tractatum fuit de jejuniis & orationibus pro ecclesia faciendis.*

IN-

INNOCENTIUS PAPA IV.

Sedit ab anno 1243. usque ad 1254.

PERTHANUM IN SCOTIA CONCILIUM

Anno 1242. habitum.

[: Wil- ins t. I. g. 684.]

DE *eo concilio chronicon Paslatense sequentia habet*: His etiam diebus omnes episcopi Scotiæ tenuerunt concilium apud Perth; & rex interfuit cum omnibus comitibus, & baronibus totius terræ suæ, vocatus ad instantiam cleri conquerentis de militaribus infestantibus eum de decimis & immunitatibus ecclesiæ. Intravit autem dominus rex concilium episcoporum, & præcepit, ne quis miles aut baro aliquam injuriam, molestiam, aut gravamen contra sacrosanctæ ecclesiæ consuetudinem eis inferret; statutis super hoc poenis ultricibus. Sedente rege cum suis baronibus in illo concilio seorsim apud se, conquesti sunt comites de combustione comitis Atholiæ: & rex avisatus, quia nihil voluit de arduis emergentibus sine matura deliberatione & discussione judicii facere, assignavit eis certos diem & locum apud Forfar, ubi eis Williel-mus Bisset responderet.

OTTONIS PALATINI COMITIS RENI

Sanctio pro Cleri immuni jure servando.

[1. 1243. Mei- elberk ft. Frif. 2. P. pag. 27.]

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Cum libertas sit rebus omnibus favorabilior, unum justum est bellum, quod pro sua suorumque vel patriæ libertate tuenda quis sustinet, & quod intervertenda libertatis suæ, vel eorum, quorum servitus ad dolorem vel injuriamque nostram porrigitur, metu sit vel promittitur, ratum non habet prætor, sed irritum: & e contrario mortalitate comperta sit servitus, qui cleri- D cos persecuntur & opprimunt, & angariando velut in servos redigunt, quid aliud quam clerum extinguere fidemque catholicam, quæ per illum subsistit, cujus illi sunt gubernatores & anchora, radicitus extirpare, & funditus evertere moliuntur? Porro clericorum libertas, & ecclesiarum emunitas a Deo primum & principaliter, secundario & consequenter ab imperio sequente Deum, & a cunctis catholicis retro principibus concessa clericis & ipsis ecclesiis, & infinitis auctoritate Romanorum pontificum, quam sæcularium principum confirmata privilegiis, interdum exigentibus aliquorum clericorum excessibus, interdum sola laicorum malitia E faciente in tantum conculcata succubuit, & fere prorsus evanuit, adeo, ut inter Divinum publicumque jus & privata commoda nihil videatur differentiæ remansisse, cum in angariis & perangariis æquales sint hodie sicut populus, sic Sacerdos. Proinde nos Otto Dei gratia palatinus, comes Reni, & Dux Sawariæ, quia clericorum servitus ad dolorem nostrum pertinet, cum patres nostri sint, quibus prius & potius quam carnalibus, si æqualiter indigeant, subvenire charitas ordinata nos ammonet, imo præ- B cipit, orthodoxæ fidei zelo succensi pro remissione peccaminum nostrorum & dilectæ consortis nostræ Agnetis, & bonæ memoriæ patris nostri Ludovici, & pro salute filiorum nostrorum, clericis plenam libertatem restituimus, & concedimus, promittentes bona fide nos de cætero clericis & ecclesiis, præsertim canonicis cathedralis ecclesiæ, & cæterarum conventualium ecclesiarum servaturos omnem libertatem, omnem emunitatem, omnia jura, omnia privilegia, quæ eis a canonibus, & a fidelibus principibus sunt concessa. Et licet jus nostrum, si quod ad nos a nostris majoribus, vel consuetudo, vel alius traduxit titulus, facultates nostras C non minimum augmentasse quibusdam visum fuerit; promittimus tamen, quod deinceps a clericis, vel ecclesiis, aut possessionibus earumdem nihil exigemus, nec a nostris exigi permittemus indebitum: nihil extorquebimus, non mittemus servos vel milites, vel venatores induendos: non exigemus equos, non albergariam, nisi quod commode possit & sponte velit nos secundum suum beneplacitum honorare. Non capiemus clericos, nec capi faciemus, imo injuriose capientes pro nostri officii debito puniemus, & honorem & protectionem clericis, prout potuerimus, impendemus. Excitavit autem nos ad hoc faciendum & promittendum amor & dilectio charissimi patris & domini nostri Cunradi Frisingensis episcopi, qui post multas guerras, & graves discordias nobiscum ad pacem rediit; promittens etiam ipse, quod suis clericis erit propitius, & nihil ab eis exiget, nisi cathedraticum, scilicet viginti quatuor denarios usualis monetæ, & quicquid canones permittunt. Ut hæc mutua cleri defensio sit pignus & memoriale perpetuum pacis & foederis inter nos divinitus reformati, testes hujus facti sunt. Uto præpositus major. Eberhardus decanus, magister Marquardus de Padua, Præpositus Maticensis, Heinricus Præpositus Monasteriensis, Swikerus Notarius, Magister Dietricus Scolasticus Ilmiinstrensis de clericis. De Laicis vero Fr. junior de Truhending., H. de Neifen, Comes Ch. de Mosburge, Al. de Preising, Syfridus de Urawenhoven, S. de Fraunberch., S. dictus Asinus & alii quam plures. Dat. per manum Ul. Not. nostri apud Landeshut, Anno Domini MCCXLV. Kal. Septemb.

[cus con- fus.]

ANNO CHRISTI 1244. 1245.

CONCILIUM VVITSLARIENSE

Anno 1244.

An. 1244. DE hoc concilio ista legas apud Menkenium in chronico Sanpetrino Erfurtensi Rerum Germ. to. III. pag. 260. *Anno MCCXLIV. Moguntinus, ut Erphordenses adhuc durius arceret, in octava Epiphaniæ omnem clerum cum religiosis civitatem exire compulit, qui postea insequenti proxima Dominica Lætare in villa VVimaria cleri ac populi conventum statuens, Fridericum imperatorem cum Erphordensibus denunciavit, ac post hoc III. Calend. Junii in Vritslaria concilium faciens eadem confirmavit.*

AD LUGDUNENSE I. CONCILIUM OECUMENICUM

Anno 1245. *habitum*

ADDITIO.

An. 1245. OMnium primum ad concilium hoc additamentum statuo collectionem decretorum Innocentii IV. quam idem Innocentius in synodo legendam, probandam recipiendamque in corpus juris canonici dedit. Eam quidem Labbeus ex sexto decretalium compegit, deditque post canones hujus concilii, ratus, & merito quidem, hanc pariter collectionem ad concilii acta pertinere. Sed in eam classem ea tantummodo Innocentii decreta contulit, quæ ex titulo lata esse illa in concilio Lugdunensi dicebat. Reipsa tamen alia pariter Innocentii decreta in ea collectione continebantur (eademque dein & in sextum decretalium transierunt) adeoque & proposita sunt in concilio, quanquam concilii nomen in titulo non præferunt. Quin & nonnullæ ejus collectionis concilio exhibitæ sanctiones frustra in sexto decretalium, cum ibi omissæ sint, quærerentur. Ita pariter & præfatio quam eidem collectioni suæ statuit Innocentius, nec apud Labbeum, nec in excusis alibi extat. Præstat igitur integram illam hic exhibere, qualem reperi in duplici MS. codice Bibliothecæ canonicorum Cathedralis ecclesiæ Lucensis, in quibus post decretales Gregorii papæ IX. subditur hoc titulo:

Incipiunt novæ constitutiones &c.

IN CONSTITUTIONES INNOCENTII PAPÆ IV.

In Concilio Lugdunensi Oecumenico lectas acceptasque

PRÆFATIO EDITORIS.

ACtorum, seu Canonum Lugdunensis concilii oecumenici anno 1245. habiti portionem maximam conficiunt Innocentii papæ IV. constitutiones, quas legendas, promulgandasque in eodem concilio ipse per se pontifex exhibuit. Has dare sibi visus est Labbeus, ex libro VI. Decretalium canones illos describens, quorum in titulo legebat: *Innocentius IV. in Concilio Lugdunensi.* Ita tamen ille agens codicem longe minorem repræsentavit, quam qui concilio Lugdunensi reipsa oblatus est, ut ex codicibus M. S. in quibus ea canonum collectio offertur legenda, intelligimus. Fateor equidem omnes illos, vel fere omnes illos canones, quibus eadem collectio constat, in sexto Decretalium huc illucque dispersos compræhendi; sed longe plures sunt quam qui concilium Lugdunense in titulo præferunt: cum illi tantummodo eo titulo præfixi sint, quos tunc primo Innocentius condidit, non vero quos antea a se promulgatos in eamdem constitutionum suarum complexionem revocavit. E re igitur mea esse duxi, integrum, qualem in volumine M.S. Bibliothecæ Cathedralis Lucensis nactus sum, codicem constitutionum Innocentii IV. hic dare, addita ex eisdem M. S. codicibus præfatione Innocentii IV. quam nuspiam excusam reperi. Cum vero editionem hanc meam ad manuscriptos codices exegerim, & canones isti fere omnes huc illucque in VI. Decretalium dispersi sint, ideo in adnotationibus ad oram libri dedi variantes, si quas ex collatione editorum cum M. S. offendi. Usus sum vero in editis conferendis editione Decretalium Pithæana, quam accuratissimam reputavi. Adnotanda pariter duxi loca decretalium, in quibus singuli collectionis Innocentianæ canones repositi sunt. Hæc sanctionum repetitio superflua videri nonnullis potuisset; cum nemo unus fuerit, cui non sit in promptu liber sextus Decretalium, portionem maximam horum canonum Innocentii IV. complectens; verum præter quam canones hic quidam occurrunt, frustra in VI. quærendi, alius est etiam harum constitutionum ordo ab eo, qui in sexto servatus est. Sunt insuper variantes plures ab editis in sexto canonibus, quæ minus facile animadverterentur si ab his constitutionibus ex integro referendis parceremus. Denique movit me Labbei exemplum, qui ex sexto Decretalium eos canones collegit, quos ad Lugdunense istud concilium spectare arbitratus est. Æqui, bonique faciant lectores diligentiam hanc meam, ex qua illis id

ANNO CHRISTI 1245.

id saltem accedet commodi, ut hic tandem primo integrum constitutionum Innocentii codicem, frustra alio quærendum, offendant; quin & alia quædam, rara licet, nanciscentur, quæ nusquam comparuerunt.

INCIPIUNT DECRETALES NOVISSIME

Compilatæ per dominum Innocentium IV. in Concilio Lugdunensi.

INnocentius Episc. servus servorum Dei Dil. fil. universitati magistrorum, & scholarium (*a*) Bononiæ commorantibus salutem, & apostolicam benedictionem. Cum nuper in Concilio generali apud Lugdunum quasdam constitutiones super certis articulis duxerimus promulgandas, universitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus eis, quas sub bulla nostra vobis transmittimus uti velitis admodo tam in judiciis, quam in scholis ipsas, sub suis titulis, prout super qualibet earum exprimitur, inseri facientes.

(a) In alio codice deest Bononiæ, & vero est quod ... ista ... ency... ad ... fa... Aca... ... sta.

De rescriptis.

Cum in multis juris articulis infinitas reprobetur, provide duximus statuendum, ut per generalem clausulam, quidam alii, quæ frequenter in literis nostris inseritur, ultra tres, vel quatuor in judicium non trahantur. Quorum nomina in primo citatorio imperator exprimat, ne locus fraudi forsitan relinquatur, si circa ea possit libere variare.

Cap. cum in multis de rescriptis.

Idem in eodem concilio.

Præsenti decreto duximus providendum, ne (*b*) a sede apostolica, vel legatis ipsius causæ aliquibus (*c*) committantur, nisi personis, quæ vel *dignitate* (*d*) sunt præditæ, aut in Ecclesiis cathedralibus seu aliis collegiatis honorabilibus institutæ. Nec alibi quam in civitatibus, vel locis magnis, & insignibus, ubi haberi valeat juris copia peritorum, causæ hujusmodi agitentur. Judicibus vero, qui contra hoc statutum ad alia loca alterutramque (*e*) partium citaverit, vel utramque, non pareatur impune, nisi citatio de communi utriusque partis processerit voluntate.

Idem in eodem.

Dispendia litium æquitatis compendio volentes, qua possumus industria coarctare statutum felicis recordationis *Gregorii Papæ IX.* (*f*) super hoc editum ampliantes; decernimus ut si quis contra alium plures personales movere voluerit quæstiones, non ad diversos judices, sed ad eosdem super omnibus hujusmodi quæsti onibus literas studeat impetrare. Qui vero contrarium fecerit, omni commodo careat literarum (*g*) *processus* habitus valeat per easdem, *altas* (*h*) *vero* reo si eum per ipsas (*i*) fatigaverit in expensis (*k*) condemnandus. Reus quoque si, eodem durante judicio, actorem sibi obnoxium duxerit, reconventionis beneficio, vel conventionis, si contra eum literas impetrare (*l*) valuerit, de jure suo debeat apud eosdem Judices experiri: nisi eos ut suspectos poterit recusare, simili poena, si contra hoc fecerit puniendus.

(b) Deest in editis. (c) Alter Cod. ut ... (d) Alter Cod. ad... *unime* ... Cod. ... *dignitatibus* ... Cod. ... *alteram*. ... Cap. Dispendia de rescriptis in 6. ... Codex ... ter legit ... no. Pap. ... In ed. Greg. ... p. IX. ... edecesso... nostri. ... In ed. ... c processus. ... Deest in ... itis. ... In ed. ... ditur ... taverit ... In ed. ... ditur. ... gitimis. ... In edit. ... aluerit.

De electione, & electi potestate.
Idem.

Statuimus, ut si quis electionem, postulationem, vel provisionem factam impugnat in formam obiiciens aliquid, vel personam; & propter hoc ad nos appellari contigerit, tam is qui opponit, quam qui defendit, & generaliter omnes quorum interest, & quos causa contingit, per se vel procuratores *idoneos* (*m*) ad causam *sufficienter*, (*n*) instructos ad sedem Apostolicam a die objectionis iter arripiant intra mensem. Sed si pars aliqua non venerit per 20. dies post adventum alterius partis expectata in electionis negotio non obstante cujusquam absentia, sicut de jure fuit, procedatur. Hoc autem in dignitatibus, personalibus, & canonicis observari volumus & mandamus. Adiicimus etiam, ut qui non plene probavit, quod in formam opposuit ad expensas, quas propter hoc pars altera se fecisse docuerit, condemnetur. Qui vero in probatione defecerit, ejus, quod obiicit in personam, a beneficiis ecclesiasticis trienno noverit se suspensum, ad quæ si infra illud tempus se propria temeritate ingesserit, tunc illis ipso jure perpetuo sit privatus, nullam super hoc de misericordia spem aut fiduciam habiturus, nisi manifestissimis constiterit *argumentis* (*o*) quod ipsum a calumniæ vitio causa probabilis, & *manifesta* (*p*) excusat.

Cap. Statuimus de elect. & elect. potest in 6.

(m) *deest in editis*. (n) *deest in editis*

(o) In ed. *Documentis*

(p) *Edit.* sufficiens.

Idem in eodem.

In electionibus, & postulationibus ac scrutiniis, ex quibus jus oritur eligendi, vota conditionalia, alternativa, & incerta penitus reprobamus; statuentes, ut, hujusmodi votis pro non *votis* (*q*) habitis ex puris consensibus celebretur electio: voce illorum, qui non pure consenserint, ea vice in alios *recidente* (*r*).

Cap. in electionibus in 6.

(q) *Edit.* non adjectis

(r) *Edit.* residente

De supplenda negligentia Prælatorum.
Idem.

Romana vero Ecclesia &c. & *infra*. Edictum vero per Remensem provinciam publicatum, ut a subditis episcoporum ipsius provinciæ pro audiendis, & terminandis eorum causis libere ad Remensem curiam accedatur penitus revocamus. Quia etiamsi tenerentur iidem episcopi pro suis culpis vinculo excommunicationis adstricti; non tamen ex culpis (*s*) *ipsis* (cum id non inveniatur a jure concessum) ad Remensem Archiepiscopum jurisdictio devolveretur eorum. Sed alia forte pro illis poena ipsis (*t*) posset infligi.

Cap. Romana De suppl. neglig. Prælat. in 6.

(s) Edit. *ex suis*.

(t) Add. in ed. *canonicam*

De

ANNO CHRISTI 1245.

De baronibus comitantibus (a) Regem Portugalliæ.

(a) ed. & *comitibus* Cap. Grandi Ib. in 6. Deest in uno Cod.
(b) *Comitem* Ed.
(c) *Ed.* Bolon.
(d) *Ed.* examinatæ
(e) *Ad. ed.* maturius
(f) *Ed.* tam pro fæpedicti regis quam ipfius &c.

Grandi non immerito & *infra*. M. q. dilectum Filium N. *vicecomitem* (*b*) Bononienfem (*c*) præfati regis Portugalliæ fratrem de devotione, probitate, ac circumfpectione multipliciter commendatum, qui eidem regi, fi abfque legitimo deced eret filio, jure regni regi fuccederet, quique *examinatione* (*d*) dilectionis, affectu, quo vos, & prædictum regnum profequitur, magnanimitate, ac potentia fibi plurimum fuffragantibus, regnum ipfum (*e*) reformaturus firma credulitate fperatur; præfertim cum ad curam, & adminiftrationem generalem, & liberam regni ejufdem non minus (*f*) fæpedicti regis, quam ipfius regni utilitatem fi provide attendatur ac ad defenfionem ecclefiarum, monafteriorum, aliorumque piorum locorum regni præfati, & perfonarum ecclefiafticarum, tam religiofarum, quam fæcularium; necnon viduarum, orphanorum, & cæterorum ibidem degentium, ac de perditorum inibi recuperationem falubriter in Domino confidimus fit adfumptus; cum ad vos accefferit, fidelitate, homagio, juramento, feu pacto, fi aliquibus forte præfato regi vel cuicumque aliæ perfonæ (*g*) teneamini, aut etiam ipfius regis prohibitione; dummodo perfonam ejus, & vitam, ac legitimi filii fui, fi aliquem ipfum habere contigerit, fideliter confervetis (*h*) eis exhibentes honorem, nequaquam obftantibus in civitatibus, caftris, villis, & munitionibus regni prædicti cum omnibus fuis recipere, ac ejus difpofitioni, ordinationi, & mandatis univerfaliter finguli, & fingulariter univerfi per omnia, & in omnibus intendere abfque difficultate qualibet procuretis impendentes fibi contra quoflibet repugnantes, ac etiam violentos confilium, & auxilium, & favorem de redditibus, proventibus, omnibufque fæpefati Regni (*i*) *viribus* fine diminutione aliqua plenarie reponendo, ut de illis dicto regi fecundum quod fuam decet excellentiam fibi, ac fuis, & præfati regni neceffitatibus, pro temporum, ac negotiorum emergentium quantitatem valeat providere. Alioquin venerabili Fratri noftro Bracharenfi Archiepifcopo, & Epifcopo Columbrienfi damus his noftris literis in præceptis, ut vos ad id *mo. Principem Eccle. Apof. Re.* compellant. Per hoc autem non intendimus memorato regi, vel ipfius legitimo filio, fi quem habuit, prædictum regnum adimere; fed potius fibi, & eidem regno deftructioni (*k*) & vobis ipfis in vita ejufdem Regis, per follicitudinem, & providentiam comitis confulere fupradicti.

(g) *Ed.* tenemini
(h) *Ed. addit* debitum
(i) *Ed. juribus*
(k) in ed. add. *expofito*

De Officio vicarii.
Idem.

Cap. Rom. de Offic. Vic. in 6.

Romana Ecclefia &c. & *infra*. Cum Remenfis Archiepifcopus in officialem alicujus fuffraganei fui excommunicationis fententiam ex aliqua rationabili caufa profert, illos, qui vices ipfius gerunt, propter hoc excommunicationis vinculo *non* adftrigant.

A (*l*) Cum non communicent ob id officiali eidem in crimine, qui ecclefiafticæ cenfuræ diftrictione, pro eo quod fuum exercent officium, non arctantur. Ea tamen, quæ ipfis gerendo hujufmodi vices agunt eo taliter excommunicato exiftente (*m*), fi jurifdictionem tantum recipiunt, ab eodem non poffunt obtinere vigorem.

(l) Ed. *aftringit*.
(m) Ed. *manifefte*

De Officio & poteftate Judicis delegati
Idem in Concilio Lugdun.

Cap. Statuimus in 6.

Statuimus, ut confervatores, quos plerumque concedimus * ab injuriis, & violentiis defendere poffint, quos eis committimus defendendos. Nec ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt, fuam poffint extendere poteftatem. B

* Ed. ad. *manifeftis*

De Officio Legati.
Idem.

Cap. Officii in 6.

Officii noftri debitum remediis invigilat fubjectorum; quia dum eorum excutimus onera, dum fcandala removemus, nos in ipforum quiete quiefcimus, & fovemur in pace. Proinde præfenti decreto ftatuimus, ut Ecclefiæ Romanæ legati, quantancumque plenam legationem obtineant, five a nobis miffi fuerint, five fuarum ecclefiarum prætextu legationis fibi vindicent dignitatem ex C ipfius legationis munere conferendi beneficia nullam habeant poteftatem, nifi hoc alicui fpecialiter duxerimus indulgendum. *Quod tamen in fratribus noftris legatione fungentibus* * nolumus obfervari, quia ficut honoris prærogativa lætantur, fic eos auctoritate fungi volumus ampliori.

* defunt hæc in uno Cod.

*De Officio * Ordinarii.*

* in uno Cod. additur *Judicis*
Cap. Romana de Offic. Ord. in 6. fed male ibi tribuitur Innoc. III.
* *aliud vel aliua*. Ita unus Cod.
* Cod. unus *fed caufas per appellationem*.

Romana Ecclefia: *Et infra*. Prohibemus quoque, ne Remenfis Archiepifcopus Diœcefibus fuffraganeorum fuorum foraneos officiales conftituat: quia cum Metropolitanis ne fuorum fuffraganeorum ingrediantur Diœ- D cefes, ut in eis authoritate propria judicent, difponant, *aliquidve aliud* * agunt canonica prohibeant inftituta: nequaquam hoc poffunt in illis per alios exercere. *Nec pro eo quod* * caufas per appellationem delatas ad ipfos poffunt in fuffraganeorum fuorum Diœcefem delegare: fimiliter licet eis tales officiales inftituere in eifdem, qui eorum vice, cum appellatur ad ipfos, citationes, vel inhibitiones faciant; feu compefcant in hac parte rebelles. Quia in caufis per appellationem devolutis ad ipfos jam jurifdictionem obtinere nofcuntur; propter quod licite poffunt fuper illis committere vices fuas. Non fic autem in aliis, in quibus nondum extitit E appellatum, et idcirco non debent aliquos conftituere pro citationibus in futuris caufis appellationum, & inhibitionibus faciendis: nifi aliud Remenfis ecclefia, circa talium Officialium inftitutionem de confuetudine obtineat fpeciali. A quibus etiam fi de confuetudine hujufmodi poffint in Remenfi Provincia conftitui: inhibitiones tamen, ne procedatur in caufis prius, quam ad Remenfem Curiam appelletur, fieri penitus inhibemus.

ANNO CHRISTI 1245.

mus. Officiales autem Remensis archiepiscopi (quandiu in sua provincia vel circa illam extiterit) in suffraganeos interdicti, suspensionis, vel excommunicationis proferre sententias non attentent. Et hoc idem ab officialibus aliorum Metropolitanorum circa ipsorum suffraganeos, quibus ob reverentiam pontificialis Officii deferri volumus in hac parte præcipimus observari.

De Judiciis.
Idem in Concilio Lugdun.

[Ca]p. Juris [ess]e in 6.

Juris esse ambiguum non videtur, judicem delegatum (qui a Sede Apostolica mandatum ad hoc non receperit speciale) jubere non posse alterutram partium coram se personaliter in judicio comparere. Nisi causa fuerit criminalis, vel nisi pro veritate dicenda, vel juramento calumniæ faciendo (*a*) juris necessitas partes coram eo exegerit personaliter præsentari.

(a) Ed. ad. alias

De Foro competenti
Idem.

[Ca]p. Romana ecclesia de [for]o com[pet]. in 6.

Romana Ecclesia &c. *et infra*. Nec appellationis articulo prætermisso, nec alias etiam cum minime appellatum extiterit Remen. Archiepiscopus vel ejus Officialis de causis clericorum tanquam judices, licet in ipsos iidem clerici de facto consentiant, absque Dioecesanorum suorum voluntate cognoscant; neque suffraganeorum Remensis Ecclesiæ subditos ipsorum delegationem suscipere, vel sententias (*b*) *præceptas* exequi, aut in causis (*c*) per appellationem devolutis ad eos, testimonium, nisi aliud in his tribus de consuetudine obtineant, prohibere compellant. Nec etiam suffraganeorum ipsorum offitiales, aut archidiaconos, archipresbyteros, aliosque inferiores prælatos suffraganeis eisdem subjectos, dummodo aliud eis contraria consuetudo non tribuat. Nec subditos suffraganeorum ipsorum super salariis advocatorum, & procuratorum in causis, quæ in Remensi ventilantur curia, cogant querelantibus in sua præsentia respondere. Contrahentes vero aliarum Dioecesum super contractibus initis in Remensi Diœcesi ab eisdem nisi inveniantur ibidem, trahere coram se non debet invitos, licet in possessionem bonorum, quæ ibi habent, etiam cum alibi copiam sui faciunt, si eorum auctoritate citati comparere contemnant, possunt missionem facere contra eos; vel si forte malitiose se ipsos occultent, ne citatio perveniat *vel* (*d*) ad eosdem, decernere faciendam in possessionem bonorum, quæ in alia etiam diœcesi obtinere noscuntur; sed tunc loci dioecesanus ad denunciationem ipsorum faciet ejusmodi missionem. Nec clericos, *quos* (*e*) mittant ad suffraganeorum suorum Dioeceses pro (*f*) *puniendis*, vel cognoscendis contractibus coram ipsis; nec eorundem suffraganeorum ipsorum subditos compellant coram se occasione hujus stare *juris* (*g*). Neque potest Archiepiscopus ipse in suffraganeorum suorum officiales, & subditos, pro eo quod vocati ab ipso nolunt querelantibus in sua respondere præsentia, ecclesiasticam exercere censuram.

(b) Ed. & [pr]ecepta [...] unus [...]d. add. [...]is

(d) [...] deest [...]ino [...]d.

(e) *suos*
(f) Ed. *in*[...]*dis*
(g) *juri*

De lite contestata.

ANNO CHRISTI 1245.

Exceptionis peremptoriæ, seu defensionis cujuslibet principalis cognitionem negotii contingentis ante litem contestatam objectus: nisi de re judicata, transacta seu finita excipiat litigator; litis contestationem non impediat, nec retardet: licet dicat objector, quod rescriptum non fuisset obtentum, si quæ sunt impetranti opposita, fuissent exposita deleganti.

Cap. Exceptionis in 6.

De restitutione spoliatorum.

Frequens & assidua nos querela circumstrepit, quod spoliationis exceptio nonnunquam in judiciis calumniose proposita, causas ecclesiasticas impedit, & perturbat; dum enim exceptioni insistitur, appellationes interponi contingit (*h*), & sic intermittitur, & plerumque perimitur causæ cognitio principalis. Et propterea nos, qui voluntarios labores appetimus, ut quietem aliis præparemus, finem litibus cupientes imponi, & calumniæ materiam amputare, statuimus, ut in civilibus negociis spoliationis objectu (quæ ab alio, quam ab actore facta proponitur) judex in principali procedere non postponat. Sed si in civilibus ab actore *facta proponat* (*i*) in criminalibus aut (*k*) si se spoliatum reus afferat a quacunque intra quindecim dierum spatium post diem in quo proponitur quod asserit comprobaverit (*l*): alioquin in expensis, quas interim actor ob hoc fecerit judiciali taxatione præhabita, condemnetur; alias, si judici æquum visum fuerit, puniendus. Illum autem spoliatum intelligi volumus in hoc casu, cum criminaliter accusatur, qui tota sua substantia vel majore parte ipsius se per violentiam destitutum affirmat, & secundum hoc loqui canones, sano credendum intellectu: quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis nos opponere debemus; habet enim spoliatus privilegium ut non possit exui jam nudatus. Solet autem inter scholasticos dubitari, si expoliatus a tertio, de expoliatione contra suum actorem excipiat, an ei tempus a Judice debeat indulgere, infra quod restitutionem imploret, ne forte sic velit existere (*m*) ut omnem accusationem eludat, quod satis æquitati, & juri consonum extimamus (*n*) *Et* si infra tempus indultum restitutionem (*o*) petierit, & causam cum potuerit non perducat ad finem, non obstante expoliationis exceptione, deinceps poterit accusari. Ad hoc sancimus ut rerum privatarum spoliatio agenti super Ecclesiasticis, (*p*) vel e contrario nullatenus opponatur.

Cap. Frequens in 6.

(h) Codex alius addit: quoniam adversarii tædiosi causam designant

(i) In editis deest
(k) Edit. *autem se*
(l) Edit. *comprobavit*

(m) Codex alius persistere
(n) Ed. quod si
(o) Ed. non petierit

(p) Codex alius: rebus

De Dolo, & contumacia,
Idem in Concilio Lugdunensi

Actor, qui ad terminum venire, ad quem citari adversarium fecerat, non curavit, venienti reo (*q*) in expensis propter hoc factis legitime condemnetur. Ad citationem aliam minime admittendus nisi sufficienter caverit, quod in termino fideliter debeat comparere.

Cap. Actor in 6.

(q) Codex alius addit: *sufficienter*

De

ANNO CHRISTI 1245.

De eo, qui mittitur in possessionem causa rei servandæ
Idem.

Cap. Eum qui in 6.

Eum, qui super dignitate, personatu, vel beneficio ecclesiastico obtinendis cum aliquo litigat possessore ob partis adversæ contumaciam, causa rei servandæ in ipsorum (a) possessionem statuimus non mittendum: ne per hoc ad ea ingressus patere valeat vitiosus. Sed licet in hoc casu, contumacis (b) absentiam divina replente præsentia (c) etiam lite non contestata, diligenter examinato negotio, ipsum fine debito terminare.

(a) Codex alius: *in bonorum* alius *in ipsius*.
(b) Codex alius: *ob absentiam*
(c) Codex alius: *in lite*

De Confessis.
Idem.

Cap. Statuimus in 6.

Statuimus, ut positiones negativas (quæ probari non possunt nisi per confessionem adversarii) judices admittere possint, si æquitate suadente viderint expedire.

De Testibus & attestationibus.
Idem.

Cap. Romana in 6.

Romana Ecclesia &c. *& infra*: In appellationis causa, is, qui appellantis procurator, vel advocatus in priori judicio fuerit, non recipiantur in testem. Neque indistincte ipsi appellanti, præsumptione faciente C pro eo deferatur etiam juramentum: Sed tunc, cum inspectis personarum, & ipsius causæ circumstantiis, id fuerit faciendum.

Idem.

Exordium deest in editis.

Ad hæc quia in quadam epistola felicis recordationis Gregorii papæ IX. prædecessoris nostri quædam invenimus declarata, ipsius tenorem epistolæ vobis transmittimus sub titulo de testibus annectendam, quæ talis est.

Gregorius episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri archiepiscopo Rothomagensi salutem, & apostolicam benedictionem. D

Cap. Præsentium de test. & attest. in 6.

Præsentium auctoritate mandamus quatenus in causa, quæ inter abbatem, & conventum sancti Nicolai Andegavensis ex una parte, & priorem & conventum de *Spalinge* (d) *Lynconien.* (e) Diœcesis ex altera super eo quod iidem abbas, & conventus se ab ipsis priore & conventu de Paldigen (f) possessione subjectionis ejusdem prioratus asserunt spoliatos; & super irritanda quadam compositione olim inita inter partes, & rebus aliis, vertitur ab eisdem, abbate, & priore nomine suo & in animas conventuum E eorundem, vel majoris, & sanioris partis ipsorum, recepto juramento de veritate dicenda, injungas dictis, abbati, & priori, ut tam ponendo, quam respondendo dicant veritatem, quam super positionibus tibi sub bulla nostra transmissis ipsi sciant, & per vos intelligant, in quorum animas intraverunt. Præterea sigillatim super quolibet articulo, in qualibet positione contento facias

(d) Codex alius: *de Spata*
(e) Edit. *Lyconens.*
(f) Codex alius: *Spaldigen*

A a (g) partibus sufficienter ad invicem respondere: nulla prorsus ab eis super ipsis positionibus contradictione recepta: Sine juramento autem a syndico utriusque partis, quid sciat de hujusmodi positionibus, vel credat inquiras. Testes etiam, quos super articulis sub eadem bulla transmissis pars dictorum prioris, & conventus duxerit producendos ad reprobandos testes partis alterius in causa principali productos (quorum nomina in eisdem articulis continentur) usque ad (h) Kalendas Novembris proximo futuri (i) examines (secundum partis adversæ interrogatoria, quæ tibi, sub eadem bulla transmittimus) diligenter (k) primo tamen in personam cujuslibet testis a prædi-B ctis abbate, & conventu producti facta singillatim specificatione criminum, & aliorum objectorum sibi in eisdem articulis contentorum. Si vero dicti abbas, & conventus, aliquos testes coram te produxerint, contra testes ab eisdem priore, & conventu producendos (l) juxta articulos (quos ipsi abbas & conventus tibi super reprobatione testium productorum prioris, & conventus in eadem causa produxerint) recipere, ac eos usque ad Kalendas februarii proximo futuri diligenter examinare procures: simili specificatione criminum, & aliorum (quæ contra testes eorundem prioris, & conventus objecta fuerint) observata; prius tamen C præstito Sacramento (m) a procuratore dictorum abbatis, & conventus, quod ad hoc ex malitia non procedant. (n) Cæterum nobis sub sigillo tuo dicta testium prædictorum in scriptis redacta una cum prædictis positionibus, & responsionibus transmittas usque ad Kal. aprilis proximo futuri, quem, procuratoribus partium in nostra præsentia constitutis, peremptorium terminum duximus præfigendum. In quo sufficienter instructæ cum omnibus rationibus, privilegiis, & monumentis suis per se, vel per procuratores idoneos compareant coram nobis justam, dante Domino, sententiam recepturæ. Datum &c.

ANNO CHRISTI 1245.

(g) Codex alius: *pro partibus*
(h) Codex alius: *Fe bruarii*
(i) In codice alio deest: *proximo futuri*
(k) Codex alius addit *examines*
(l) Codex alius: *productos*
(m) Codex alius *juramento*
(n) Quæ sequuntur sunt in uno codice & non in alio. Desunt pariter in editis

De exceptionibus.
Idem.

Cap. Pia consideratione in 6.

Pia consideratione statuit mater (o) ecclesia, quo majoris excommunicationis exceptio, in quacunque parte judiciorum opposita lites differat & repellat agentes, ut ex hoc magis sententia ecclesiastica timeatur, *& ex communionis* (p) periculum evitetur; contumaciæ vitium reprimatur, & excommunicati (dum a communibus actibus excluduntur) rubore suffusi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclinetur; sed hominum succrescente malitia, quod provisum est ad remedium, tendit ad noxiam. Dum enim in causis ecclesiasticis frequentius hæc exceptio per malitiam *opponatur*, (q) contingit interdum deferri negotia, & partes fatigari laboribus & expensis proinde (quia morbus iste quasi communis irrepsit) dignum duximus communem adhibere medelam: Si quis igitur excommunicationem opponit, speciem illius & nomen excommunicationis exprimat, sci-

(o) Unus codex addit *sancta*
(p) Ed. *censura &c. communionis periculum &c.*
(q) Ed. *opponitur.*

ANNO [CH]RISTI 1245.

[...]deest [...]uno

[...]Unus [...] addit, [...]ncipali Ed. pro[...]ionis

ANNO CHRISTI 1245.

sciturus eam rem se deferre *debere* (a) in publicam notionem, quam intra octo dierum spatium (die in quo proponitur minime computato) probare valeat apertissimis documentis. Quod si non probaverit; Judex in causa (b) procedere non omittat, reum in expensis, quas actor ob hoc diebus illis se fecisse docuerit, præhabita taxatione condemnans. Si vero postmodum instantia durante judicii, & *probandi* (c) copia succedente, de eadem excommunicatione, vel alia excipiatur iterum, & probetur, actor in sequentibus excludatur, donec meruerit absolutionis gratiam obtinere, iis, quæ, præcesserunt, in suo robore duraturis. Proviso quod ultra duas vices, hæc non opponatur exceptio: præterquam si excommunicatio nova emerserit, vel evidens, & prompta probatio supervenerit de antiqua. Sed si post rem judicatam talis exceptio proponatur, executionem impediet, sed sententia, quæ præcessit, non minus robur debitum obtinebit; eo tamen salvo, ut si actor excommunicatus sit publice & hoc judex noverit quandocunque, etsi de hoc reus non expediat, judex officio suo actorem repellere non postponat.

De Sententia, & re judicata.

Cum æterni Tribunal Judicis illum reum non habeat, quem injuste Judex condemnat, testante Propheta, *non damnabit eum, cum judicabitur illi*: caveant ecclesiastici judices, & prudenter attendant ut in causarum processibus nihil vendicet odium, vel favor usurpet, timor exulet, præmium, aut expectatio præmii justitiam non evertat, sed stateram gestent in manibus, lances appendant æquo libramine, ut in omnibus, quæ in causis agenda fuerint, præsertim in concipiendis sententiis & ferendis, præ oculis habeant solum Deum, illius imitantes exemplum, qui querelas populi tabernaculum ingressus ad Dominum referebat; ut secundum ejus imperium judicaret. Si quis autem judex ecclesiasticus, ordinarius, aut etiam Delegatus, famæ suæ prodigus, & proprii persequutor honoris contra conscientiam, & contra justitiam in gravamen partis alterius in judicio quicquam fecerit per gratiam, vel per sordes ab executione officii per annum noverit se suspensum; ad æstimationem litis parti quam læserit nihilominus condemnandus: Sciturus quod si suspensione durante damnabiliter ingesserit se Divinis, irregularitatis laqueo se involvet secundum canonicas sanctiones, a qua nonnisi per Sedem Apostolicam poterit liberari, salvis aliis constitutionibus, quæ judicibus male judicantibus pœnas ingerunt & infligunt. Dignum est enim, ut qui in tot præsumpserit offendere, pœna multiplici castigetur.

Innocentius IV. sacro præsente Concilio ad rei memoriam sempiternam.

[D]eest in [...]I. Decr.

Ad Apostolicæ dignitatis: *& infra*. Sane cum dura guerrarum commotio nonnullas professionis Christianæ provincias diutius afflixisset, nos *toto cupientes mentis affectu tranquillitatem, & pacem Ecclesiæ sanctæ Dei, ac generaliter cuncto populo Christiano* ad Federicum præcipuum principem sæcularem hujus dissensionis & tribulationis auctorem a felicis recordationis Gregorio papa prædecessore nostro pro suis excessibus anathematis vinculo innodatum, speciales nuntios, & magnæ authoritatis viros videlicet Ven. fratres nostros P. Albanensem, & V. Sabinensem, ac dilectum filium V. Basilicæ XII. apostolorum presbyterum cardinalem, qui salutem zelabantur ipsius, duximus destinandos, facientes sibi proponi per ipsos, quod nos, & fratres nostri quantum in nobis erat, pacem per omnia secum habere, nec non cum omnibus hominibus optabamus, parati sibi pacem, & tranquillitatem dare, ac mundo etiam universo. Et quia prælatorum, clericorum, omniumque aliorum, quos detinebat captivos, & omnium tam clericorum, quam laicorum, quos ceperat in galeis restitutio poterat esse pacis, plurimum inductiva, unde illos restitueret; & cum idem tam ipse, quam sui nuncii antequam ad apostolatus vocati essemus officium promisissent, rogari, & peti ab ipso fecimus per eosdem, ac proponi insuper quod iidem pro nobis parati erant audire, & tractare pacem, ac etiam audire satisfactionem, quam facere vellet princeps de omnibus, pro quibus erat vinculo excommunicationis adstrictus; & offerri præterea, quod si Ecclesia eum in aliquo contra debitum læserat, quod non credebat, parata erat corrigere ac in statum debitum reformare. Et si diceret ipse quod in nullo contra justitiam Ecclesiam læserat, vel quod nos contra justitiam læsissemus, parati eramus vocare reges, prælatos, & principes tam Ecclesiasticos, quam sæculares ad aliquem tutum locum, ubi per se, vel per solemnes nuncios convenirent; eratque parata Ecclesia de consilio concilii sibi satisfacere, si eum læsisset in aliquo, ac revocare sententiam si quam contra ipsum injuste tulisset, & cum omni mansuetudine, & misericordia quantum cum Deo, & honori suo fieri poterat, recipere de injuriis & offensis ipsi Ecclesiæ suisque per eum irrogatis satisfactionem ab ipso volebat, & omnes amicos suos sibi adhærentes in pace ponere, plenaque securitate gaudere, ut nunquam hac occasione possent aliquod subire discrimen. Sed licet sic apud eum paternis monitis pro pace curaremus & precum insistere lenitate. Idem tamen Pharaonis imitatus duritiam, & obturans more aspidis aures suas, preces hujusmodi, & monita elata obstinatione, ac obstinata elatione despexit; propter quod non valentes absque gravi Christi offensa ejus inquitates amplius tolerare cogimur, urgente nos conscientia, juste animadvertere in eundem; ut ad præsens de cæteris ejus sceleribus taceamus, quatuor gravissima, quæ nulla possunt tergiversatione celari, commisit. Dejeravit enim multoties pacem quandam inter Ecclesiam & Imperium reformatam temere violando &c. *& infra*. Perpetravit etiam sacrilegium capifaciens Cardinales S. R. E., ac aliarum Ecclesiarum prælatos & Clericos religiosos, & sæculares venien-

ANNO CHRISTI 1245.

nientes ad Concilium, quod idem prædecessor duxerat convocandum &c. *& infra*. De hæresi quoque non dubiis & levibus, sed difficilibus & evidentibus argumentis suspectus habetur &c. *& infra*. Præter hoc regnum Siciliæ, quod est speciale patrimonium B. Petri & idem princeps ab Apostolica sede habebat in feudum jam ad tantam a clericis, & laicis exinanitionem servitutemque redegit, quod eis pene penitus nihil habentibus, & omnibus exinde fere probis ejectis, illos, qui remanserunt ibidem sub servili quasi conditione vivere, ac Romanam ecclesiam, cujus sunt principaliter homines & vaxalli offendere multipliciter & hostiliter impugnare compellit. Posset etiam merito reprehendi, quod mille quidem farctorum annuam pensionem, in qua pro eodem regno ipsi Romanæ ecclesiæ tenetur per novem annos, & amplius solvere, prætermisit. Nos itaque super præmissis, quam pluribus aliis ejus nefandis excessibus cum fratribus nostris, & Sacri concilii (*a*) deliberatione præhabita diligenti, cum Jesu Christi vices, licet immeriti, teneamus in terris, nobisque in B. Petri persona sit dictum: *quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in Cœlis; (b) & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in Cœlis*; memoratum principem, qui se imperio & regnis omniumque honore, & dignitate reddidit tam indignum, quique propter suas iniquitates (*c*) ne regnet vel imperet est abjectus, suis ligatum peccatis, & abjectum, omnique honore & dignitate privatum a Domino ostendimus, denunciamus, & nihilominus sententiando privamus. Omnes, qui ei juramento fidelitatis tenentur adstricti a juramento (*d*) absolventes auctoritate Apostolica firmiter inhibendo, ne quisquam de cætero sibi tanquam imperatori, vel regi pareat, vel intendat. Et decernendo quoslibet, qui deinceps ei veluti imperatori, vel regi consilium vel auxilium præstiterint, seu favorem ipso facto excommunicationis vinculo subjacere. Illi autem, ad quos in eodem imperio imperatoris spectat electio, eligant libere successorem. De præfato Siciliæ regno providere curabimus cum eorumdem fratrum nostrorum consilio, sicut videbimus expedire.

(a) Ed. *& sancto concilio*

(b) *& quodcumque &c.* deest in edit.

(c) In ed. additur *adeo*

(d) In ed. additur *perpetuo*

Idem præceptori hospitalis Jerosolymitani in Hispania & commendatori, ac fratribus domus de Curavia hospitalis ejusdem.

Cap. Abbate sane in 4.

Abbate sane: *& infra*. Abbas de Bonafonte (*e*) pro se, & conventu suo proponens locum de Rosel (*f*) vel esse prædicti monasterii jure dominici vel quasi, & cum suis finibus ex largitione (*g*) regis Aragonum ad ipsum monasterium pertinere, petiit adjudicari eidem monasterio locum ipsum, & vos exinde amoveri. Allegabatur autem pro parte vestra, quod facta vobis donatio de prædictis valida existebat, quamvis illa tunc sub Saracenorum consisteret potestate, quia non simpliciter, sed sub conditione, fuere donata: videlicet si ad manus fidelium devenirent, in quo casu concessio poterat, & debebat habere vigorem, quia ipsi donatio-

(e) ed. *de Besac*
(f) ed. *Rosellis*
(g) ed. *Litigacione*

A ni rerum donatarum natura, vel qualitas non obstabat, & salubre & laudabile quidem erat expectare, ac præstolari tempus, quo illa Christianorum dominio subderetur; quare mox cum pervenit ad ipsos, fuerunt ad vos totaliter devoluta. Multum quoque distabat an ipsi mon. *deberet fieri* (*h*), vel prædicto monasterio Popilenti (*i*) ab eodem rege donatio vel facta fuisset; quod & si liquebat prædicta monasteria Popilenti ab ipso rege, ac ab illo Abbati, ac conventui de Bona facie (*k*) fuisse collata, non tamen ob hoc constabat dictum regem ipsi Monasterio de Bona facie donasse, vel mandasse. Nec pro eo quod voluit & statuit, ut ædificaretur ibi monasterium, poterat, & debe-
B bat intelligi eum prædicta, vel eorum aliqua constituendo monasterio donasse; cum illa potius sua videretur fuisse intentio, ut quia præfatum monasterium *completum* (*l*) tot & tantorum bonorum largitione ditabat abbates (*m*) & conventus ipsius pro sua suorumque salute monasteria construere teneretur; præsertim quia monasterio, quod nondum erat, aliqua fieri donatio non valebat; præmissa vero concessio facta monasterio de Bona facie ab *Abbate* (*n*) *monasterii Polyenti* nullum prorsus ei videbatur afferre suffragium; pro eo potissime quod post litem contestatam & processum judicii facta fuerat, sicut dare patebat ex instrumento prædicto.
C Unde cum *jussu quidam* (*o*) in prædictis ipsi monasterio de Bonafacie ex concessione hujusmodi competebat, in judicium minime eduxisse, quia videri non potest in illud venisse, quod postmodum accidit. Pronunciari utique super prædictis non poterat ex eadem.

Parte autem altera dicebatur, quod cum rex ipse sua probitate, ac studio ab infidelibus loca conquisierit supradicta, donatio avi, vel patris ipsius prius facta de illis cum ad cultum fidei pervenirent, regem eundem quoad hoc sic per eum postmodum acquisita obligare non potuit, cum sua propria facta essent, & viderentur ab aliis bonis hæreditariis separata. Porro præfata concessio
D facta monasterio de Bona facie a monasterio Populenti licet post acceptum judicium causæque processum intervenerit, prodesse tamen, & valere debebat, cum pro actore qui de jure suo ex causa idonea quamvis supervenienti appareat satis sufficere videatur, satisque esse, si prout servatur in reo, intersit ipsius tempore sententiæ proferendæ. Sed ad hoc pars *altera* (*p*) respondebat quod cum tam supradicti avi donatio, quam locorum acquisitio præmissorum nomine fuerint regni factæ, memoratus rex donationem servare hujusmodi tenebatur. Cæterum prædicta monasterii Populenti concessio monasterio de Bona facie auxiliari non poterat in hac parte, quia
E cum quis egit ex aliqua certa & speciali causa, & postea sive alia, sive similis ei, quam exposuit, accidit, videri non potest illam in judicium devenisse; cui judex tunc prospicere, aut attendere debeat diligenter, an ex (*q*) omnino eadem quæ prius expressa extitit, utpote quæ tunc etiam competenter actoris intentio sit fundata. Secus autem si *cum agit*, (*r*) vel petiit in genere nullius certæ, vel specialis causæ faciens mentionem, vi-

ANNO CHRISTI 1245.

(h) Ed. d[...] *Bonefac*
(i) ed. *Populeti*
(k) ed. de Bonefac.
(l) ed. *Populeti*
(m) ed. *Abbas*
(n) Ed. ad *& conventu monasterii Populeti*
(o) Ed. *jussi quod*
(p) *vestra*
(q) ed. *ex ea*
(r) ed. *cum egit*.

ANNO RISTI 1245.

videlicet quia generaliter forte proposuit aliquid (*a*) obnoxium esse sibi, vel ad se jure dominii vel quasi rem aliquam pertinere; tunc enim hoc præcipue inspiciendum est judici, an sufficienter vel minime de jure vel intentione constet actoris; ut (*b*) si de hoc ex causa etiam postmodum accidenti liqueat, potest & debet judex, & si appareat minus juste a principio fore actum, suum exinde animum informare, quoniam si petitum fuit indebite, non ob hoc tamen minus valuit, & tenuit judicium subsecutum, nec illius acta vel gesta propterea minus valida extiterunt; nec etiam judex ipse cognita taliter veritate pronunciare in contrarium possit cum libera conscientia & secura. Non prodesset & multum reo si tum forte in ipsum ex hujusmodi supervenienti causa condemnatio non ferretur, cum mox alio instituto judicio foret ex illa merito condemnandus. Unde & si actori suam ex supervenienti causa intentionem sufficiat fundavisse, cum egit aliqua specialiter non expressa, secus tamen est, si certam & specialem in suam petitionem subjunxit; nisi postmodum intentionem ex eadem prorsus quam prius expressit, & tunc etiam competenti causa fundarit. Quare cum memoratus Abbas monasterii de Bona facie proponit sæpefatum locum de Rosel. cum suis terminis ad ipsum monasterium ex prædicti (*c*) *verbis* Regis largitione spectare, nec de aliqua facta ipsi monasterio super hoc ab eodem rege concessione docuerit; ostenderit autem donationem quondam factam illi de iis abbate, & conventu Populenti, quæ nec in sua petitione fuerat expressa, nec & ante facta, nullum profecto commodum ex ea deportare debebat.

Præfatus ergo Cardinalis præmissis omnibus, & aliis, quæ hinc inde fuere proposita diligenter auditis, atque utriusque partis meritis æqua justitiæ lance discussis prudenter attendit, ad quod prædicti abbas & conventus de Bona facie proposuerunt intentionem videlicet actoris ex his, quæ post litem (*d*) contra accidunt, debere in juditium deveniri, tum locum habere sicut congrue allegatum est supra (*e*) quando certa & expressa causa specialiter non est actum. Ex iis enim quæ post inchoatum judicium eveniunt quando causa fuit exposita specialiter (*f*) nec potest, nec debet judicis animus ad proferendam sententiam informari; quia cum certæ causæ facta est mentio utpote donationis, vel venditionis, aut alterius specialis *contractus*, (*g*) oportet accepti (*h*) judicii tempus attendi, ut liquido agnoscatur, an vel tunc interfuit actionis propter illa, quæ specialiter committantur causam, & necessario adesse debent, veluti tempus, & locus & his quæ sunt sollicite attendat, sine quibus (*i*) vacua & invalida censeretur. Sed cum est in genere, absque alicujus causæ declaratione petitum, non oportet sic accepti judicii tempus inspici; quia non requiruntur nec sunt opportuna, nec attendi possunt hujusmodi comitantia in hoc casu; & licet aliquibus curiosis, & qui de his quæ non multum expediunt, sæpe disceptant, aliter forsan appareat, quando actum est causa ali-

(a) Edit. quem.
(b) Edit. Ide.
(c) Deest editis.
(d) Edit. ...l litis ...testatio... ...m acci... ...nt posse ...ndari ...que.
(e) Edit. ...dunt
(f) ...Edit. ...delicet
(g) Edit. ...cialiter
(h) In edit. ...est
(i) Ed. in... ...pti
... Ed. ad. ...usa

A qua non expressa; utilius tamen videtur negotia tali expedire compendio, quam per quandam subtilitatem exactam longo dispendio prorogari: præsertim cum nonnulla pro utilitate communi contra juris asperitatem ex æquitatis mansuetudine tolerari noscantur. Unde idem cardinalis considerans, quod ipsi abbas, & conventus de Bona facie non probaverunt largitionem super his regiam (*k*) sibi factam, ex qua specialiter vos impetere videbantur ab his eorumdem abbas, & conventus in petitione de mandato nostro præhabito fratrum nostrorum consilio vos duximus (*l*) similiter absolvendos. Nos igitur cardinalis ejusdem sententiam ratam habentes, eam authoritate Apostolica confir-
B mamus.

De appellationibus.
Idem.

Cordi nobis est lites minuere & a laboribus relevare subjectos. Sancimus igitur, ut si quis in judicio, vel extra super interlocutoria vel gravamine (*m*) ad nos duxerit appellandum; causam appellationis in scriptis assignare deproperet, petat apostolos, quos ei præcipimus exhiberi. In quibus appellationis causam exprimat, & cur appellatio non sit admissa, vel si appellationi forsan ex superioris reverentia sit delatum. Post hoc
C appellatori secundum locorum distantiam, personarum, & negotii qualitatem tempore prosecutionis indulto, si voluerit appellatus, & petierit principales personæ per se, vel per procuratores instructos cum mandato ad agendum, & cum rationibus, & monimentis ad causam spectantibus accedant ad Sedem Apostolicam sic parati, ut, si nobis visum fuerit expedire, finito appellationis articulo, vel de partium voluntate omisso, procedatur in negotio principali, quantum de jure poterit, & debebit. Iis, quæ in appellationibus, ac definitivis sententiis interpositis antiquitas statuit, non mutatis. Quod si appellator, quæ præmissa sunt, non obser-
D vet, reputabitur non appellans, & ad prioris judicis redibit examen in expensis legitimis condemnandus. Si autem appellatus contempserit hoc statutum, in eum tamquam in contumacem tam in expensis, quam in causa (quantum a jure permittitur) procedatur. Justum est equidem, ut in eum jura insurgant, qui jus & judicem & partem eludit (*n*).

Idem.

Legitima suspicionis causa contra judicem assignata, & arbitris a partibus secundum formam juris electis, qui de ipsa cognoscant,
E sæpe contingit, quod ipsis in idem conveniire nolentibus, nec tertium advocantibus, cum quo ambo, vel alter eorum procedat ad decisionem ipsius negotii, ut tenetur, judex proferat excommunicationis sententiam contra eos *quia* (*o*) ipsi tum propter odium, tum propter favorem (*p*) partium diutius vilipendunt; quare causa ipsa plus debito prorogata non proceditur ad cognitionem negotii principalis. Volentes igitur morbo huic ne-

ANNO CHRISTI 1245.

(k) Ed. ad. legitime.
(l) Ed. duxit.
Cap. Cordi nobis in 6.
(m) Ed. ad. aliquo
(n) Codex alius: *elidit* Ibid.
(o) Ed. quam
(p) In uno codice deest: *partium*.

ANNO CHRISTI 1245.

necessariam adhibere medelam, statuimus, ut ipsis arbitris per judicem competens (a) terminus præfigatur, intra quem in idem conveniant vel tertium concorditer advocent; cum quo ambo, vel alter eorum, ejusdem suspicionis negotium terminare procurent. Alioquin judex ex tunc in principali negotio procedere non omittat.

(a) In uno codice deest: *competens*

Idem.

Ibid.

Romana ecclesia: *& infra*. Cum suffraganeorum Remensis ecclesiæ, suorumque officialium (qui generaliter de causis ad ipsorum forum pertinentibus eorumdem vices supplendo cognoscunt) unum, & idem consistorium sive auditorium sit censendum; ab ipsis officialibus non ad dictos suffraganeos; ne ab eisdem ad seipsos interponi appellatio videatur) sed de jure ad Remensem est Curiam appellandum.

De concessione præbendæ & ecclesiæ non vacantis.

Idem.

Cap. quia cunctis &c. de conceff. præb. in 6.

Quia cunctis &c. *& infra*. Proponebatur itaque pro parte tua, quod cum prædicta præpositura dum vacabat tibi per eum, qui conferre potuit ipsam, collata fuisset: collatio hujusmodi canonica existebat, maxime cum nulla per priorem ipsum, quæ illa impedire posset inhibitio præcessisset. Dicebat autem pars altera, quod cum præmissæ literæ (b) Sede Carnoten. vacante fuissent in capitulo publicatæ, ac præfatus episcopus tunc de capitulo ipso esset, ibique præsens existeret, ignorare non potuit mandatum Apostolicum (super conferenda memorato B. (c) præbenda vel dignitate sine cura, quam ipse duceret acceptandam, cum primo in ecclesia ipsa vacaret) alii (d) fuisse directum, & sic per consequens facultatem sibi esse sublatam conferendi hujusmodi dignitatem: propter quod videbatur, quod nec per se, nec per alium præfatam præposituram, curam non habentem animarum adnexam, quæ primum post mandatum ipsum in ecclesia prædicta vacavit, potuerit alicui personæ conferre. Præsertim cum jam dictus prior eodem publicato mandato mox præfato B. præbendam, vel dignitatem, curam hujusmodi non habentem, quam primo in eadem ecclesia vacare contingeret, contulisset, nec alias etiam, prout allegabatur, prodesse poterat ipsius episcopi ignorantia in hac parte. Nam si alicui a Sede apostolica concedatur, quod excommunicari non possit: licet id forsan suus ignoret episcopus, non tamen propter hoc ejus ligatur sententia, si quam proferat in eundem. Similiter si alicui conferendi præbendam aliquam tribuatur a Sede apostolica potestas: ex hoc ipso videtur quod sit episcopo conferendi tunc eam penitus interdicta facultas. Nec obstaret, si forte objiceretur, quod lex, seu constitutio, & mandatum nullos astringunt, nisi postquam ad notitiam pervenit eorundem, aut nisi post tempus, intra quod ignorare minime debuissent; quia in privilegiis, & indulgentiis, seu concessionibus specialibus secus existit, in quibus sufficit, quod ad illorum, quibus conceduntur, notitiam perveniant: ut patet cum indulgetur alicui quod excommunicari non possit, sicut superius est expressum. Et quidem cum tribuatur alicui potestas conferendi præbendam, videtur procul-dubio ei concedi aliquid speciale. Adiiciebatur insuper, quod cum sententia statim arctet etiam ignorantem: quoniam si contra prælatum aliquem absentem depositionis sententia proferatur, contractus, quos inivit ignoranter postea ut prælatus nullum robur obtinent firmitatis; & in supradictis literis irritum decernimus, & inane quidquid super hujusmodi præbenda, vel dignitate contra nostrum contigerit mandatum attentari: collatio, quam idem episcopus post tale nostrum decretum, sive illud ignoraverit, sive non, de præfata præpositura per se, vel per alium fecerat, non valebat. Ex parte vero tua extitit replicatum, quod de illis privilegiis & indulgentiis, æquitate suadente debent intelligi, quæ vim suam habent mox cum ad illos, quibus conceduntur, *notitiam* (e) perveniunt; ex quorum tenore liquido nosci potest, quod talis circa ea fuerit intentio concedentis, utpote cum alicui conceditur quod excommunicari non possit: ex hoc enim evidenter apparet aliis excommunicandi eum ademptam esse penitus facultatem. Non sic autem si alicui conferendi præbendam sive certam, sive incertam tribuatur potestas: non enim tunc esse videtur tribuentis intentio, ut per hoc ei, ad cujus donationem præbenda ipsa pertinet, conferendi possibilitas adimatur: nisi prius ille tibi (f) notificet, quod eam velit per hujusmodi potestatem conferre, aut ei collationem interdicat illius, vel postquam ipsi notificaverit talem potestatem fore sibi concessam vacuum decernat & irritum si secus de ipsa præsumat. Quia cum illi non amplior detur potestas, quam ipse Romanus pontifex habeat in hac parte, sicut per eam, quam obtinet ipse Romanus pontifex, facultas conferendi beneficium, vel præbendam, nisi suam *in hoc* (g) insinuet voluntatem, alicui non aufertur; similiter & per eam, quæ taliter illi ab ipso conceditur ei, ad quem ipsius præbendæ spectat collatio, priusquam insinuet ille sibi, quod eam velit concedere, vel etiam conferat si forte vacet, potestas non tollitur conferendi, nisi forsan quod ipsam conferre non possit exprimatur in concessione hujusmodi potestatis; tunc enim licet talem concessionem fortassis ignoret, sua tamen collatio si postmodum præbendam ipsam conferat, nihil valet, cum satis super hoc concedentis intentio agnoscatur, sicut cum indulgetur alicui quod excommunicari non valeat, ut in superioribus est expressum. Subjunctum etiam extitit quod cum memorato priori (h) per præfatas literas mandassemus ut memorato D. præbendam vel dignitatem sine cura, quam acceptandam duceret, si vacaret tunc, vel quam primum eam vacare contingeret in ecclesia prædicta conferret: idem prior providendi ei de præbenda, vel dignitate ipsa, nisi post acceptationem ipsius non habeat

(b) In uno codice deest: *Sede Carnoten. vacante.*
(c) Ed. D.
(d) Codex alius: *illi*

(e) codex alius tollit: *notitiam* deest etiam in edit.

(f) codex alius *sibi* ut etiam in editis.

(g) *Deest in edit.*

(h) codex alius addit *post*.

beat aliquam poteſtatem. Unde cum ſupradicta *præbenda, vel* (a) præpoſitura fuerit tibi ante quam illam D. acceptaret præfati epiſcopi authoritate collata; hujuſmodi collatio talis mandati noſtri prætextu; etiamſi prius illud epiſcopus ipſe ſciviſſet, non poterat vacuari. Noſtrum autem in hac parte decretum ad præbendam, ſeu dignitatem, quam prædictus D. acceptaret, referri debebat; alioquin ſuper incerto fuiſſet editum, nec aliquem adſtrinxiſſet. Sed extitit ex adverſo reſponſum, quod etſi præfatus prior jam dicto D. præbendam, vel dignitatem hujuſmodi cum vacaret ante hujuſmodi acceptationem conferre nequiret, idem tamen D. præbendam, vel dignitatem talem licite poſſet, & libere acceptare: quare prædictus epiſcopus præfatam præpoſituram (cum non prius eum requiſierit an acceptare eam vellet) cuiquam conferre non potuit; quinimmo ipſius collatio (cum idem D. præpoſituram ipſam poſtmodum acceptaverit) irritari debeat, & conceſſio per jam dictum archipresbyterum ſibi facta de illa ſtabilis permaneret. Sicut cum legatur alicui unus ex ſervis, quem elegerit, vel optaverit, & *hærus* (b) ante optationem vel electionem illius manumittit aliquem, vel alienat ex illis: profecto talis manumiſſio, vel alienatio irritatur, ceditque ille legato, ſi legatarius eum duxerit eligendum. E contrario pro parte altera propoſitum extitit, quod in ultimis voluntatibus tenet, nec præmiſſa in legatis futuris quemadmodum in extantibus habent locum: quia nec etiam adoptandum ſeu eligendum ex illis ſicut ex iſtis poteſt terminus aſſignari. Et gravis ineſſet conditio *quodammodo* (c) *quia nec etiam adoptandum incongruum videtur* ſi quando mandaretur alicui de beneficio, quod duceret acceptandum in aliqua provincia quam primo illud vacare contingeret, provideri: oporteret ipſum in ſingulis beneficiis poſtmodum inibi vacantibus (prorogata non abſque periculo forſitam ipſorum collatione) requiri: unde cum ſæpe præfato priori fuiſſet injunctum, ut jam dicto D. præbendam, vel dignitatem *ſive curam*, (d) quam acceptandam duceret, ſi vacaret in eccleſia memorata, vel quam cito contingeret eam vacare, ſibi auctoritate apoſtolica conferret; & ita eidem D. circa futuras, ſive vacaturas præbendas, ſeu dignitates tales ipſius eccleſiæ optio data eſſet, non poterat per hoc memorati epiſcopi collatio, cum vacaret, *aliquatenus* (e) impediri: niſi forſam cum aliquam ex eis vacare contingeret, illam ipſe D., priuſquam eam conferret epiſcopus, acceptaret, vel etiam niſi ante vacationem alicujus ipſarum vacaturarum ex his primam, vel ea omiſſa ex aliqua cauſa ulteriorem duceret acceptandam, quia taliter acceptatam conferre poſtmodum epiſcopus non valeret. Nos ita quæ tam tuis, quam præfati D. rationibus plenius intellectis, quia ſæpe dictam præpoſituram ad te novimus pertinere, ipſam tibi (habito fratrum noſtrorum conſilio) adjudicare curavimus: ipſi D. ſuper eam perpetuum ſilentium imponentes.

(a) Deeſt edit.

(b) Ed. hæ-...

(c) Ed. quoddam ... incongruum ... deretur ... quando ... Codex ... quod incongruum ... deretur ...

(d) Deeſt edit.

(e) Ed. col-lo

A

De rebus eccleſiæ non alienandis. Innocentius IV. Rectori Eccleſiæ Halgleton (f).

(f) Deeſt titulus iſte in edit. Cap. Dudum de reb. Eccl. non alien. in 6.

Dudum &c. *& infra*. Dictus vero Archidiaconus ex adverſo reſpondit illas decimas illi eccleſiæ reſtitui non debere: proferens in medium ordinationem quandam Epiſcopi Dulmen de conſenſu capituli ſui factam, inter alia continentem, quod idem Epiſcopus attendens proventus Archidiaconatus Dulmen. adeo forte tenues & exiles, quod non ſufficiebant ad ipſius onera ſupportanda. Præfatas decimas archidiaconatui memorato conceſſit: *& infra*: Quia in conceſſione hu-
B juſmodi prædicta Eccleſia legitimo caruit defenſore, qui ſibi prius ab eodem Epiſcopo debuerat deputari. Quia etiam ſolemnis tractatus diligens, qui in talibus conceſſionibus perpetuis & alienationibus rerum Eccleſiaſticarum exigitur, non fuit habitus in eadem, ordinationem, & conceſſionem ipſam (præſertim cum evidens neceſſitas, quare fieri deberet, vel utilitas non ſubeſſet) de fratrum noſtrorum conſilio decernimus non valere: dictas decimas ipſi Eccleſiæ tanquam pertinentes ad eam ſententialiter adjudicare curantes.

Idem.

C
Non ſolum in favorem converſi, ſed etiam monaſterii probationis tempus a SS. PP. eſt indultum, ut ille aſperitates iſtius, & iſtud mores illius valeat experiri. In regula quoque B. Benedicti præcipitur, ut ad converſionem noviter venienti non facilis tribuatur ingreſſus; ſed ſicut docet Apoſtolus, an ſit ex Deo ſpiritus comprobetur, & dura & aſpera, per quæ itur ad Dominum, exponantur. Præterea in eadem regula ſubjungitur, ut dicatur: *ecce lex, ſub qua militare deſiderans, ſi eam potes obſervare, ingredere; alioquin libere veniſti, libere diſcede*.

Deeſt in editis, nec pariter in uno MS. codice legitur.

Inſuper felicis recordationis Gregorius Pp.
D prædeceſſor noſter ſtatuit, ut poſiti in probatione novicii ante ſuſceptum religionis habitum, qui dare profitentibus conſuevit, ſeu ante profeſſionem emiſſam, ad ſtatum priſtinum libere redire poſſint infra annum, & ad omnem ambiguitatem penitus removendam, cum quibuſdam locis religioſis noviriorum habitus non diſtinguatur ab habitu profeſſorum, profeſſionis tempore benedicantur veſtes, quæ profitentibus conceduntur, ut noviriorum ac profeſſorum habitus diſcernatur. Licet igitur zelum animarum habentes, eas lucrari Domino ſollicite cupiatis, quia tamen decet, & expedit, ut conſcientiæ puritati non deſit judicium rationis, ne unde
E ſpiritualis profectus quæritur, inde ſalutis diſpendium ſubſequatur, vobis de fratrum noſtrorum conſilio in virtute obedientiæ ſub pœna excommunicationis auctoritate propria diſtrictim inhibemus, ne ante annum probationis elapſum, qui eſt maxime in ſubſidium fragilitatis humanæ regulariter inſtitutus, quemcumque ad profeſſionem veſtri ordinis ſeu ad renunciationem ſæculi faciendam recipere præſumatis; nec inſtitutum in

pro-

ANNO CHRISTI 1245.

probatione novitiorum aliquatenus impedire, quo minus intra eundem annum probationis ad aliam religionem, quam maluerit, transeat, sicuti de sua processerit voluntate libera, non obstante statuto contrario si quod a vobis est edictum, quod irritum decernimus & inane, vel aliquibus literis a Sede Apostolica impetratis, seu impetrandis, quæ de præmissis expressam non fecerit mentionem. Quod si forte contra hanc nostram inhibitionem quemquam recipere præsumpseritis, decernimus eum, qui taliter receptus fuerit, nullatenus vestro esse ordini alligatum. Vos quoque a receptione quorumlibet, & professione ejusdem ordinis fore ipso jure suspensos, & insuper pœnæ subiiciendos, quæ fratribus ipsius ordinis pro culpis gravioribus infigi consuevit. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & B. Petri & Pauli Apostolorum se noverit incursurum.

De censibus, exactionibus, & procurationibus Idem.

Cap. Romana de censibus in 6. Deest in uno Cod.

Romana Ecclesia: *& infra.* Statuimus ut quilibet Archiepiscopus suam volens visitare provinciam, prius Ecclesiæ suæ Capitulum, ac Civitatem, & Diœcesim propriam plene visitare procuret; nec sit solum erga majorum, sed etiam minorum Ecclesiarum, nec circa Clericorum tantum, sed etiam populorum visitationem intentus. Et si commode, vel absque difficultate accedere ad unamquamque non poterit, de pluribus locis ad unum *congruum* (*a*) clericos, & laicos studeat convocare, ne in illis visitatio postponatur. Deinde liceat ei per totam provinciam vel ejus partem visitationis officium exercere. Civitates & Diœceses, Suffraganeos suos, & eorum subditos, Cathedralium & aliarum Ecclesiarum Capitula, & monasteria, Ecclesias & alia Religiosa & pia loca, Cleros, & populos libere visitando, ac procurationes a locis tantum recipere visitatis. Ex quo tamen aliquam de ipsis Diœcesibus visitare cœperit, numquam postea sive totam, sive partem ejus visitaverit, revertatur causa visitationis ad illam, priusquam omnes reliquæ ipsius provinciæ *&* (*b*) Diœceses in toto, vel in parte (quas secure visitare poterit) & sua denuo *ab eo* (*c*) fuerint visitatæ. Quod si forte eadem Diœcesis vel aliqua ibi Ecclesia plus aliis indiguerit visitari: tunc aliarum visitatione intermissa redeat ad eandem, si a loci Diœcesano requisitus extiterit, vel de omnium, aut majoris partis Episcoporum ejusdem Provinciæ processerit consilio, & assensu; ad quod *iidem* (*d*) se pronos exhibeant, ne animarum profectus aliquatenus negligatur. Si vero malitiose in *iis* (*e*) difficultatem adhibuerint, Archiepiscopi licentiam super hoc a Sede Apostolica postulet confidenter. Postquam autem semel omnes provinciæ suæ Diœceses visitaverit, licitum sit ei postea (prius tamen Suffraganeorum suorum requisito consilio, & ipsius definitione super hoc habita coram eis, *quo* (*f*) in scriptis redigi volumus, ut possint aliis esse nota) visitationem per eandem reiterare Provinciam juxta modum superius annotatum, etiamsi non interveniat in hoc Suffraganeorum ipsorum assensus: illam semper providentiam adhibendo, ut in posterioribus visitationibus illas Ecclesias, eosque *Clericos*, (*g*) & populos prius visitet, qui non fuerant ab eo in prioribus visitati: nisi magis sit aliis visitationis officium opportunum. Sane hujusmodi impensurus officium, proposito verbo Dei, quærat de vita & conversatione Ministrantium in Ecclesiis, & locis aliis Divino cultui deputatis, ac cæteris, quæ ad officium ipsum spectant, absque coactione, & exactione qualibet juramenti, ad ipsorum emendationem per salubria monita nunc levia, nunc aspera, juxta datam sibi a Deo prudentiam, diligenter intendens. Quod si de aliquibus orta fuerit infamia contra eos, Ordinariis ipsorum, & super his solenniter inquirant, denunciet, si viderit expedire. Notoria vero crimina, quæ examinatione non egeant (cum super his merito notari possit Ordinariorum negligentia eorumdem) libere corrigat, poenam pro illis debitam infligendo. Procurationes autem recipiat, secundum quod est in canonibus constitutum: nullam tamen pecuniam ipse vel aliquis de sua familia, occasione alicujus officii, aut consuetudinis, seu quolibet alio modo earum nomine, sed in victualibus expensas tantum recipiat moderatas. Caveat insuper ne ipse vel quisquam suorum aliquod munus, quodcumque sit, & qualitercumque offeratur, præsumat recipere; ut non quæ sua sunt videatur quærere, sed quæ Jesu Christi. Quod si fuerit contra præsumptum, recipiens maledictionem incurrat, a qua numquam, nisi duplum restituat, liberetur: volumus enim in his fraudem quamlibet penitus evitari. Hanc autem visitandi formam ab universis Episcopis, aliisque Prælatis ordinario jure suos subjectos visitantibus plene observari præcipimus; salvis super hoc rationabilibus & approbatis Religiosorum consuetudinibus, & regularibus institutis.

De privilegiis. Idem.

Volentes libertatem (quam nonnullis Apostolicæ sedis privilegio exemptionis indulsit) sic integram conservari, ut contra illam alii non insurgant, & ipsi ejus limites non excedant; declaratione irrefragabili definimus, ut quantumcunque sint exenti *&* (*h*) gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, sive contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, rite possint coram locorum ordinariis conveniri, & illi, quoad hoc, suam in ipsos jurisdictionem, *possunt* (*i*) prout jus exigit, exercere. Nunquid ergo carent omnino in his commodo libertatis? non utique: quia nec coram ordinariis ipsis; dummodo sit in loco exempto commissum delictum, vel contractus initus, aut res litigiosa, nec ubi domicilium, habent si alibi delinquant, vel contrahant, aut res ipsa consistat, conveniri possunt aliquatenus super istis, neque domiciliorum præ-

(a) Deest in ed.
(b) Deest in ed.
(c) Deest in ed.
(d) In ed. *idem*.
(e) Deest in ed.
(f) Ed. *qu*[...]
(g) Ed. *cleros*.
(h) Deest & in ed.
(i) Deest in ed.

prætextu locorum Dioecefani (fi alibi deliquerunt vel contraxerunt, aut res ipfa exigit, illic conveniatur) remittendi eos illuc, vel ipfis ut illic refpondeant injungendi habeant aliquam poteftatem, falvis nihilominus cafibus aliis, in quibus eos epifcoporum jurifdictioni fubeffe canonica præcipiunt inftituta. Etiam idipfum decernimus circa illos, quibus ut nonnifi fub uno certo Judice teneantur de fe conquerentibus refpondere, apoftolico privilegio eft conceffum. In eos autem, quibus ne interdici fufpendi, vel excommunicari a quoquam valeant a Sede Apoftolica eft indultum, ficut funt Religiofi quamplures, in quorum privilegiis continetur, ne quifquam Epifcopus, five Archiepifcopus Monafteriorum fuorum Monachos pro ulla caufa, ullove loco interdicere, fufpendere, vel excommunicare præfumat, iidem Ordinarii jurifdictionem (*a*) quantum ad ifta ubicumque illi fuerint penitus exercere non poffint. Nifi forfan ipfi Monachi ad Monafteriorum fuorum prioratus Ordinariis eifdem fubjectos (ut vel gerant eorum regimen, vel in eis tamquam proprii locorum ipforum Monachi refideant) fuerint deftinati: tunc enim, & fi libere poffunt ad eadem monafteria revocari, ac tam illorum, quam ipforum prioratuum monachi reputentur (cum non fit inconveniens aliquem *fic* (*b*) utrobique locum habere Monachicum) unum alteri fubeffe Monafterio, vel ab ipfo nofcitur dependere; ratione tamen eorumdem Prioratuum dicti Ordinarii fua jurifdictione in ipfis etiam quoad præmiffa, quandiu morantur in illis, licite (*c*) *poffunt*.

(a) ad edi… a *fuam*

(b) Deeft … ed.

(c) Ed. *uti* … *poffunt*

De Homicidio.
Idem.

Pro humani redemptione generis de fummis Coelorum ad ima mundi defcendens & mortem tandem fubiens temporalem Dei Filius Jefus Chriftus, ne gregem fui pretio fanguinis gloriofi redemptum afcenfurus poft refurrectionem ad Patrem abfque paftore defereret, ipfius curam B. Petro Apoftolo(ut fuæ ftabilitate fidei cæteros in Chriftiana Religione firmaret, eorumque mentes ad falutis opera fuæ accenderet devotionis ardore) commifit; unde nos ejufdem Apoftoli effecti, difponente Domino, licet immeriti, fucceffores, & ipfius Redempt. locum in terris, *tamen*(*d*) indigne tenentes circa gregis ejufdem cuftodiam follicitis excitati vigiliis *animarum faluti vigili* (*e*) attentione cogitationis intendere fubmovendo noxia, & agendo profutura debemus, ut excuffo a nobis negligentiæ fomno, noftrique cordis oculis diligentia fedula vigilantibus, Animas ipfas Deo lucrifacere, fua nobis cooperante gratia, valeamus.

…ap. pro …umani …e homi… …d. in 6.

(d) ed. …anquam

(e) ed. *ju… atten…ne*

Cum igitur illi, qui fic horrenda inhumanitate, deteftandaque fævitia, mortem fitiunt aliorum, ut ipfos faciant per affaffinos occidi, non folum corporum fed mortem procurent etiam animarum (nifi eos exuberans gratia divina prævenerit, ut fint armis fpiritualibus præmuniti, ac omnis poteftas tribuatur a Domino ad juftitiam, rectumque judicium exercendum). Nos tanto periculo volentes occurrere animarum, & tam nefarias præfumptiones ecclefiafticæ animadverfionis mucrone ferire, ut metus pœnæ, meta hujufmodi præfumptionis exiftat: præfertim cum nonnulli magnates taliter perimi formidantes, coacti fuerint fecuritatem ab eorumdem affaffinorum Domino impetrare, ficque ab eo non abfque Chriftianæ dignitatis opprobrio redimere quodammodo vitam fuam. Sacri approbatione Concilii ftatuimus, ut quicumque Princeps, vel prælatus, feu quævis alia ecclefiaftica fecularisve perfona, quempiam Chriftianorum per prædictos affaffinos interfici fecerit, vel (*f*) mandaverit, quamquam mors ex hoc forfitam non fequatur, aut eos receptaverit, vel defenderit, feu occultaverit, excommunicationis, & depofitionis a dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrat fententias ipfo facto: & illa libere aliis per illos, ad quos collatio pertinet, conferantur; fit etiam cum fuis bonis mundanis omnibus tanquam chriftianæ religionis æmulus a toto chriftiano populo *perpetuo* (*g*) diffidatus; & poftquam probabilibus conftiterit argumentis *aliquod fcelus* (*h*) tam execrabile commififfe, nullatenus alia excommunicationis, vel depofitionis, feu diffidationis adverfus eum fententia requiratur.

(f) ed. ad. *etiam*

(g) Deeft in ed.

(h) ed. *in aliquem fcelus*

De pœnitentiis,
Idem.

Romana Ecclefia: *& infra*. Liceat autem Remen. archiepifcopo fuam provinciam vifitanti eos, qui tunc fibi, vel fuæ familiæ, aut aliis, quos propter hoc per eamdem provinciam dirigit, & etiam quando concilium convocat, eos, qui Nunciis fuis, quos pro illo vel alias per provinciam ipfam *fuam* (*i*) debita jurisdictione utendo transmittit injuriari præfumunt; fi hac occafione fua in his impediatur jurisdictio; pro injuria hujusmodi, dummodo exiftat notoria, propria auctoritate punire, nifi amplius ei de Remen. Ecclefiæ confuetudine fibi competere dignofcatur. Sibi etiam, & Metropolitanis aliis in fuis Provinciis (dum fic in illis jurisdictionem exercent) puniendi manifeftas & notorias offenfas tunc eisdem illatas, vel fuis (etiamfi exinde impediri jurisdictionem hujusmodi non contingat) libera fit de noftra fpeciali conceffione facultas.

Cap. Romana eccl. de pœnis in 6.

(i) Ed. *fua*

De pœnitentiis, & remiffionibus.
Idem.

Romana Ecclefia: *& infra*. Quæftoribus autem fabricæ Remen. ecclefiæ Remen. archiepifcopus, five ejus officiales citandi fuffraganeorum ipfius ecclefiæ fubditos (quos iidem quæftores fibi refiftere, aut nolle parere dixerint) ut fuper hoc compareant coram ipfis, nequaquam tribuant poteftatem. Super benigna vero eorum receptione aut fubventione ipfi fabricæ facienda poffunt eosdem fuffraganeos, & alios Chrifti fideles Remen. provinciæ charitative monere. In concedendis vero (*k*) indulgentiis non excedat Remen. archiepifcopus ftatutum concilii generalis.

Cap. Rom. eccl: de pœnit. & remiff. in 6.

(k) Ed. *quoque*

De

ANNO CHRISTI 1245.

De ſententia excommunicationis. Idem.

Cap. ſolet de ſent. excom. in 6.

Solet a nonnullis in dubium revocari, an cum aliquis per ſuperiorem abſolvi poſtulat ad cautelam, dum in ſe latam excommunicationis ſententiam afferit eſſe nullam; ſine contradictionis obſtaculo munus ei debeat abſolutionis impendi? Et an ante abſolutionem hujuſmodi, qui ſe offert in judicio probaturum ſe poſt appellationem legitimam excommunicatione innodatum; vel intolerabilem errorem in ſententia fuiſſe patenter expreſſum; ſit in cæteris, excepto probationis illius articulo, evitandus. In prima igitur dubitatione ſic ſtatuimus obſervandum, ut petenti abſolutio non negetur, quamvis in hoc excommunicator, vel adverſarius ſe opponat: niſi eum excommunicatum per manifeſtam dicat offenſam. In quo caſu terminus octo dierum indulgebitur ſic dicenti, ut ſi probaverit quod opponit, non relaxetur ſententia niſi prius ſufficiens præſtetur emenda vel competens cautio de parendo juri, ſi offenſa dubia proponatur. In ſecunda vero quæſtione ſtatuimus ut is, qui ad probandum admittitur, pendente probationis articulo in cæteris quoque *quæ ut* (a) actor in judiciis attentaverit, interim evitetur. Extra judicium vero in officiis, poſtulationibus, & electionibus & aliis legitimis actibus nihilominus admittatur.

(a) Ed. *quæ ut*

Idem.

Cap. Cum medicinalis in 6. *Eſt in uno tantum codice*

(b) Deeſt in edit.

Cum medicinalis ſit excommunicatio, non mortalis, diſciplinans, non eradicans; dum tamen is, in quem lata fuerit, non contemnat, caute provideat Judex eccleſiaſticus ut in ea ferenda oſtendat ſe proſequi *quidquid* (b) corrigentis eſt, & medentis. Quisquis igitur excommunicat in ſcriptis proferat, & cauſam expreſſe conſcribat, propter quam excommunicatio proferatur. Exemplum vero hujuſmodi ſcripturæ teneatur excommunicato tradere intra menſem poſt diem ſententiæ ſi fuerit requiſitus; ſuper qua requiſitione fieri volumus publicum inſtrumentum, vel literas teſtimoniales confici ſigillo authentico conſignatas. Si quis autem judicum hujuſmodi conſtitutionis temerarius extiterit violator, per menſem unum ab ingreſſu eccleſiæ & divinis (c) noverit ſe ſuſpenſum. Superior vero, ad quem recurritur, ſententiam ipſam ſine difficultate relaxans, latorem, excommunicato ad expenſas, & omne intereſſe condemnet, & alios (d) puniat animadverſione condigna, ut pœna doceant diſcant judices quam grave ſit excommunicationum ſententias ſine maturitate debita fulminare. Et hæc eadem in ſuſpenſionis, & interdicti ſententiis volumus obſervari. Caveant autem eccleſiarum prælati, & judices univerſi ne prædictam pœnam ſuſpenſionis incurrant: quoniam ſi contigerit eos ſic ſuſpenſos divina officia exequi ſicut prius, irregularitatem non effugient juxta canonicas ſanctiones, ſuper qua nonniſi per ſummum (e) pontificem poterit diſpenſari.

(c) Ed. ad. *officiis*

(d) Ed. *alia*

(e) Ed. *Romanum*

Idem.

Cap. ſtatuimus de ſent. excom. in 6.

Statuimus ut nullus judicum participantes cum excommunicatis ab eo in locutione, & aliis quibus ligatur participans excommunicatione minori ante commonitionem (f) canonicam excommunicare majori excommunicatione præſumat: ſalvis conſtitutionibus contra illos legitime promulgatis, qui in crimine præſumunt participare damnato. Quod ſi ex locutione, & aliis, quibus participans labitur in minorem, excommunicatus fortius indureſcat: poterit judex poſt commonitionem canonicam hujuſmodi participantes conſimili damnare cenſura. Aliter autem in participantes excommunicatio promulgata (g) non teneat, & proferentes pœnam legitimam poterunt formidare.

(f) Ed. *monitionem*

(g) Ed. *prolata*

Idem in eodem.

Cap. quia periculoſum de ſent. excom. in 6.

Quia periculoſum eſt Epiſcopis & eorum ſuperioribus propter exequtionem pontificalis officii, quod frequenter incumbit ut in aliquo caſu interdicti, vel ſuſpenſionis in currant ſententiam ipſo facto; nos deliberatione provida duximus ſtatuendum ut epiſcopi, & alii ſuperiores prælati nullius conſtitutionis occaſione ſententiæ (h) ſive mandati prædictam incurrant ſententiam ullatenus ipſo jure: niſi in ipſis de epiſcopis & *ſuperioribus* (i) expreſſa mentio habeatur. * Huic etiam adjicimus ſanctioni, ut illud, quod in conſtitutione ſolet a poni a nonnullis a nobis hactenus promulgata, fuerat conſtitutum, ut cum aliquis ſe offert in judicio probaturum ſe per Apoſtolorum limina excommunicationis ſententia innodatum pendente *appellationis* (k) articulo, in his, quæ extra judicium agitantur *ab* (l) electionibus, poſtulationibus, officiis, ac aliis legitimis actibus, non debeat evitari. Quod ad epiſcoporum, & *archiepiſcoporum* (m) ſententias nullatenus extendatur, ſed illud obtineat in futurum, quod olim in talibus extitit obſervatum.

(h) ed. ad. *interdicti*

(i) Deeſt in edit.

* Hucuſque editus, cætera dat codex uterque MS.

(k) Alter Cod. *probationis illius*

(l) In uno Cod. deeſt *ut*

(m) Cod. al. *ſuperiorum*

Idem.

Cap. Romana eccl. de ſent. excom. in 6.

Romana Eccleſia: & *infra*. Cæterum interdicti *vel* (n) ſuſpenſionis, vel excommunicationis ſententias latas ab Officialibus archidiaconorum (o) ſeu quibuſlibet aliis juriſdictionem habentibus ſuffraganeorum Remen. Eccleſiæ ſubditis Remen. archiepiſcopus, & ejus officiales (omiſſis ipſis excommunicationibus) non relaxent, ſalva contraria ſuper hoc conſuetudine, ſi quam habent. Porro excommunicationum ſententiæ a Remen. Archiepiſcopo, ſuiſque officialibus generaliter promulgatæ ſubjectos ejuſdem juriſdictioni Archiepiſcopi tantum ligant. Sed nec in ſpecie, nec in genere pro culpis, vel offenſis præteritis, vel præſentibus excommunicationum ſententias abſque competenti monitione præmiſſa promulgent: & ſi contra præſumpſerint, injuſtas noverint eſſe illas. Caveant etiam ne tales ſententias ſive ſpecialiter, ſive generaliter in aliquos pro futuris (p) culpis, videlicet ſi tale aliquid fece-

(n) Deeſt in ed.

(o) Codex alius: *Archidiaconis*

(p) In uno Codice deeſt *culpis*

ANNO CHRISTI 1245.

fecerint, vel etiam pro jam commissis sub hac forma; *si de illis intra tale tempus minime satisfecerint*, proferre præsumant, nisi mora in exhibenda satisfactione, vel culpa, seu offensa præcesserit, quibus merito ad injungendam satisfactionem hujusmodi subsit (*a*) In universitatem, vel collegium proferri excommunicationis sententiam penitus prohibemus, volentes animarum periculum evitare, quod exinde sequi possit, cum nonnunquam contingeret innoxios *etiam* (*b*) hujusmodi sententia irretiri, sed in illos dumtaxat de collegio, vel universitate, quos culpabiles esse constiterit, promulgentur.

(a) Codex ...us ad... : *& ta... er pro... benda si... lia in... cantur, ... t alia ... tionabi... , quam ... ipsis ... tentiis ... primant ... usa subsit*
(b) Deest ... ed.
(c) Titulus ... e deest ... ed. ... ec unus ... ntum co... x sup... ditat. ... p. dile... de sent. ... co. in 6.

Innocentius IV.

Fratri Johanni Lemonic de ordine fratrum minorum, poenitentiario (c).

Dilecto filio Decano Aurilien. *& infra:* Præterea cum omnes leges omniaque jura vim vi repellere cunctisque sese defensare permittant; licuit itaque ipsi decano, si prædictus Balivus cum bonis suis mundanis injuriosos spoliare, vel ea violenter occupare præsumpserit, ut superius est expressum, contra illius violentiam & injuriam se tueri. Et quoniam adversus ejus nimiam potentiam sufficiens temporalis defensio sibi forte non aderat, & potuit etiam se spiritualiter, gladio videlicet utendo ecclesiastico, defensare, ac recurrere propter hoc ad arma spiritualia, quæ sunt Ecclesiæ propria, & pro sua munitione illis uti. Præsertim cum dictus Basilivus, post latam in eum ab eodem decano ex aliis causis excommunicationis sententias, sicut idem decanus asseruit, ipsum tanquam exinde provocatus sententiis ipsius contemptis, bonis spoliasset eisdem, & propter hoc postmodum ipse decanus sententiam tulerat interdicti tanquam spirituali se mucrone defendens contra illius injuriam, & violentiam sibi ab eodem occasione prædictarum sententiarum, & in ipsarum contemptum illatam. Et quidem cum liceat cuilibet suo vicino, & proximo pro repellenda ipsius injuria suum impertiri auxilium; imo, si potest, etiam negligat, videatur injurantem fovere ac esse particeps ejus culpæ; licuit profecto ipsi decano proprio sibimet subvenire subsidio; & suam & temporalem injuriam sua propria spirituali defensione tueri; sicque utrumque quodammodo gladium, & temporalem, & ecclesiasticum, alterum videlicet altero adjuvare. Maxime quia hi duo gladii consueverunt, exigente necessitate, sibi ad invicem suffragari, & in juvamen alterius subventione mutua frequentius exerceri.

De verborum significatione.

Veniens: *& infra*. Per illa verba privilegii: in speciales, & proprios Ecclesiæ Romanæ filios vos recepimus, dictos fratres exemptos non intelligi & illos, & ipsos (*d*) in proprios ejusdem Ecclesiæ filios fuisse receptos. Quod ab alio, quam a Romano Pontifice vel Legato ab ejus latere destinato interdici vel excommunicari a quoquam (*e*) declaramus. Illum locum desertum in præmissis intelligimus qui non habitatus penitus, neque cultus fuerit ultra memoriam hominum; vel secundum indulgentiam Lucii est sub Saracenorum potestate detentus. Censemus Ecclesias in talibus desertis locis a fratribus istis constructas, seu etiam construendas in eo plena libertate gaudere, ut secundum indulgentiam Lucii nihil ab ipsis legis dioecesanæ nomine valeat per Episcopos exigi. Quia (*f*) secundum privilegium Alexandri non possunt interdicto, vel excommunicationi supponi quasi in locis hujusmodi dicti fratres habeant potestatem petita a Sede Apostolica licentia construendi (*g*) easque cum suis plebibus per suos Clericos gubernant idoneos; qui ratione plebium examinandi causam (*h*) episcopis præsententur, ut ab eis curam accipiant animarum, cum plebes Episcopis sint subjectæ. Cæterum dicti fratres decimas de latoribus & novalibus suis, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, & aliis habitis (*i*) sibi a Deo præstitis convenientibus Clericorum ordinis sui, a quibus quarta, vel tertia nullatenus exigatur. Cum integritate persolvant salva moderatione (*k*) concilii generalis in aliis eorum possessionibus jure communi, seu quolibet alio Ecclesiis parochialibus & Dioecesano Episcopo reservato. Per declarationem hujusmodi autem nolumus defensoribus seu juribus partium derogari.

ANNO CHRISTI 1245.

Cap. Veniens de verb. significatione in 6.
(d. Codex alter: *& ipso ex illo*
(e Alter codex habet: *non valeat declaramus illum locum desertum*.
(f) Codex alius: *sed in privilegium*.
(g) Codex alius: *construendi*
(h) In uno Cod. deest: *causam*
(i) Codex alius: *bonis*.
(k) Codex alius: *præfati*.

„ Addere etiam hic juvat ad plenam concilii hujus narrationem longiusculam illam
„ adnotationem, quam Raynaldi annalibus ad hunc annum subjeci.

Lugdunense I. concilium oecumenicum, isto quidem anno celebratum fuit, ut contra nonnullos evidenter demonstrat veterum coævorum & concilio ipsi præsentium scriptorum authoritas, inter quos anonymus Erfordiensis, Nicolaus de Curbio, qui pontificis lateri adhærebat, Parisius, aliique. Sed ejus indictio anno superiori labente primum facta est. Quanquam etiam encyclicæ ea de re literæ nonnisi hoc anno ineunte expeditæ sunt. Lugduni tamen de synodo futura denunciationem die festa S. Joannis evangelistæ a pontifice in plena populi concione factam, scribit Nicolaus de Curbio in vita Innoc. cap. XVIII. Nec minus constat de die, qua pontifex patribus convocatis in triclinium cœnobii S. Justi de rebus ad concilium pertinentibus tractare cœpit, cui rei diem XXVI. Junii omnes assignant. Biduo post, die XXVIII. Junii sessio prima concilii habita, in qua ea tractata sunt, quæ ab annalista hic narrantur. Octava post hæc die V. Julii ad sessionem alteram processum fuit. Tertia demum prorogata usque ad diem XVIII. Julii. Certa tamen tertiæ hujus sessionis dies ambigua, nam si acta Vaticana consulantur, sententiæ in Fridericum, in tertia hac sessione latæ, subiicitur dies XVII. Junii: attamen ascripta eidem sententiæ apud alios veteres scriptores relatæ dies variat, teste Spondano ad hunc annum num. XV. Nicolaus vero de Curbio, cujus in hac re authoritas mihi potissime spectatur, non uno in loco asse-

ANNO CHRISTI 1245.

afferit Fridericum damnatum fuiffe in concilio XV. Kal. Augufti; hæc ergo dies feffioni concilii tertiæ affignanda, reformata Vaticanorum actuum in re parvi momenti lectione.

Nec minus apud me ambiguus eft numerus patrum, qui concilio huic adfuerunt. Ad centum quadraginta ex Parifii authoritate Spondanus & Binius definiunt; fed ex veteri & coævo teftimonio paratam habemus rationem, cur definitum hunc numerum præfulum in dubium revocemus. Anonymus enim Erfordienfis, qui hiftoriam fuam anno 1254. quo & floruiffe arbitror, abfolvit, ad hunc annum 1245. ita fcribit: *In menfe junio Lugduno Galliæ celebratum eft concilium, præfidente papa Innocentio cum CCL. epifcopis, ubi per fententiam Friderico quodam imperatori omne jus regnandi abdicatum eft, & eadem fententia Prædicatoribus, atque Minoribus denuncianda commiffa*. Ex Germania raros, ex Hungaria nullos, e Syria unicum veniffe epifcopum Parifius affirmat; ficut & neminem e regno Siciliæ Malaterra, vulgatus a Muratorio Rer. Ital. t. V. pag. 605. cui Nicolaus de Curbio in eo adftipulatur, quod archiepifcopum una cum Thaddeo a Friderico miffos fuiffe ad concilium afferit.

Quid in eo tractatum deliberatumque fit fufe profequitur annalifta, cujus tamen narrationi plura addenda funt, videlicet de canonibus in eo editis ac ftabilitis. In codice Vaticano fynodi hujus canones XVII. funt, quos in collectione Labbeana legimus, fed multo plures fancitos colligimus ex additamento novem aliorum canonum, quos Labbeus ex fexto decretalium collegit, & actis concilii hujus fubjunxit, ex quo intelligimus acta illa Vaticana mutila effe, nec omnia ejus concilii gefta continere. Porro canones illi tum qui e Vaticano codice deprompti funt, cum qui ex fexto decretalium collecti in digerenda fori ecclefiaftici difciplina fere omnes verfantur.

Cæterum alia infuper plura ibi a patribus definita funt, quæ annaliftæ, Binii, & Labbei diligentiam fugerunt. Primo enim octava dies nativitatis B. M. V. hic non quidem primo inftituta, fed antiquior ejus inftitutio, jam neglecta, renovata fuit. Durandus, qui non longe ab his temporibus fcribebat, ejus innovandæ rationem hanc affert in opere de Divin. offic. lib. VII. cap. 149. *Vacante Romana ecclefia per obitum Gregorii papæ IX. cardinalibus concordare nequientibus, Romani per plures dies eis inclufis multiplices moleftias inferebant, propter quod dicti cardinales Reginæ cæli noverunt, quod fi ejus meritis concordarent, & abire liberi poffent, octavam fuæ nativitatis diu neglectam celebrandam de cætero ftatuerunt. Sicque in Cæleftinum papam convenerunt, & liberati funt; fed quia Cæleftinus vixit folum XVIII. diebus, non potuit votum implere, quod poftmodum dictus Innocentius fucceffor implevit*. In hoc pariter concilio definitum fuiffe electorum imperii numerum feptenarium Baronius ad A. 996. num. 55. opinatur, idque probat adducto Matthæi Parifii teftimonio, qui gefta in hac fynodo narrans, feptem electores enumerat, quibus negocium commiffum fuit, ut novum imperatorem eligerent. Verum additamentum id Parifii effe non verba ex actis fynodalibus expreffa, notat Pagius in critica ibid. num. 16. Quæ mea fit in re hac fententia paucis expedio. Jus electionis imperialis, quod olim penes omnes Germaniæ principes refidebat, ad delectos quosdam principes redactum ante hos annos jam fuiffe penes me exploratum eft, idque deduxiffe mihi videor ex decreto electionis Conradi filii Friderici in regem Romanorum, quæ contigit anno 1237. januario menfe, ut ad eundem annum probavi. In eo enim confeffu licet imperii principes permulti adeffent, ut ex fubfcriptionibus chartæ pro monafterio Ciftercienfi ibidem datæ, cujus ad eundem annum 1237. memini, liquet, electores tamen nonnifi XII. fefe offerunt, iidemque fe *tenere locum Romani fenatus, & reputari patres & imperii lumina* profitentur. Decretum iftud multo caftigatius, & integrius, quam in mifcellaneis Baluzii to. I. pag. 472. extat in chronico F. Pippini Bononienfis lib. III. cap. 2. vulgato a Muratorio rer. Italic. t. IX. pag. 675. & ex Italici veteri verfione quanquam non fatis accurata, & correcta in Deliciis Lamii ad chronicon Leonis Urbevetani pag. 235. Ex eo igitur decreto liquet ante concilium iftud electorum numerum jam tunc intra fines anguftiores conftitiffe, quanquam non adhuc feptem tantummodo delecti erant. Nunc vero occafione hujus concilii Parifius feptem electores definit. An vero ille id expreflerit ex mente concilii, vel ex fententia fua, incertum. Ex iis quidem, quæ idem Parifius notat ad an. 1258. intelligimus ad electionem eo tempore faciendam jus fibi alios etiam principes fupra feptem arrogaffe. Quanquam tunc pariter electio feptenis electoribus refervanda effe contenderetur, ut ex literis Urbani IV. a Pagio ibid. num. XIII. relatis intelligimus, atque *ita fervatum a tempore, cujus memoria non exiftit* afferebatur. Deduci hinc poffe arbitror feptenum electorum numerum reipfa quidem in concilio Lugdunenfi, vel etiam ante illud, ex quo facultatis eligendi imperatorem limites contracti funt, definitum fuiffe; fed cum principes alii id ægre admitterent, ideo perfæpe fefe in eam electionem ingeffiffe.

In concilio hoc Lugdunenfi ftabilitum pariter fuit & conftitutum, ut cardinales rubro galero tegerentur, quod affirmat Nicolaus de Curbio in vita Innocentii cap. XXI. his verbis: *Dictus pontifex poft concilium anno fecundo Cluniacum ivit cum rege Franciæ, & ipfius fratribus loquuturus, & domini cardinales primo capillos rubeos receperunt, ficut in ipfo concilio fuerat ordinatum*.

Denique Joannes Iperius in chronico S. Bertini cap. 48. par. III. affirmat Simonem abbatem S. Bertini obtinuiffe in eo concilio a fummo pontifice, ut quoties ipfe ftatuta Gregorii IX. pro ordine S. Benedicti edita transgreffus fuiffet, ab alio abbate abfolutionem impetraret, & pœnarum commutationem acciperet. Infuper ut in monafterium ad-

ANNO CHRISTI 1245.

adſciſcere liceret clericum, qui monachis ſcholam haberet. Denique impetravit ne per literas apoſtolicas facultati illi perſpicue non derogantes, cogi poſſent quempiam in monachum recipere.

Anonymus author hiſtoriæ priorum Grandimontenſium, quem vulgavit Martenius anecdot. to. VI. quædam narrat concilii hujus hiſtoriæ addenda: *Cujus prioris tempore* (Guillelmi Dongres) *Innocentio papa IV. apud Lugdunum exiſtente, anno Dom. MCCXLVII.* (lege 1245.) *Friderico Romanorum imperatore, in concilio generali depoſitæ fuerunt regula & privilegium Grandimontenſium per ipſum Innocentium renovata, & in formam meliorem reducta, & impetratum etiam fuit a dicto Innocentio exemptionis privilegium, quod ratione delicti vel contractus aut rei*, de qua ageretur contra fratres ordinis Grandimontenſis ipſi fratres exempti *non tenerentur locorum ordinariis reſpondere*.

„ Denique ad plenam actorum Concilii hujus collectionem dandæ ſunt geminæ Friderici II. imperatoris literæ, quibus accitos ad Concilium Præſules abſterrere conatus eſt, ne vocanti pontifici parerent. Vulgavit illas Baluzius Miſcellan. tom. I. pag. 458. Quanquam utramque Friderico ipſi adſcribendam ſi Baluzius contenderit, aſſentiendum eſſe non cenſeo. Prior enim, ut ex tota ejus ſerie colligitur, ab epiſcopo aliquo ex imperatoris factione data eſt, negante parendum pontifici vocanti quod res illa fuerit plena periculi.

Ad univerſos papali vocatione vocatos.

Univerſis papali vocatione vocatis. Scribens in ambiguo mandato mandatis ſic habere providentiæ ſpiritum & intelligentiæ complementum quod per improvidentiæ lubricum inter præparatos laqueos non labantur & in plicas inexplicabiles non plicentur. Ad cognoſcendum itaque quid in vocatione vocatis expediat fieri, conſideranda ſunt omnia per quæ via tutior poſſet eligi, & habendum ſuper hoc a vobis conſilium tam prudenter quam utiliter terminari. Nam prius, ut arbitror, debet attendi forma reſcripti, videri motus ſcribentis, conſiderari cauſa mandati, penſari, ſi poſſet, intentio mandatoris, debitæ executioni mandari, & tam eminentium quam latentium periculorum inevitabilis multitudo provida circumſpectione vitari. Quæ qui plene cognoſceret, de facili ſcire poſſet, quid in hoc vocatis ambiguo facere expediret. Ut autem de gravioribus diſcuſſio prima fiat; primo periculorum mari pericula piratarum: qui ſi vobis occurrent, in vos taliter irruent, quod præter alia flagitia inferenda, perſonas cum rebus capient vel ſubmergent. Cumque navigatur in portu, frequenter evenit quod ex concuſſione navis in terram vel petram in portu pereunt navigantes, vel ſubita ventorum impulſio veniens ex adverſo ſic eos a portu repellat, quod conſumptis cibariis eos in mari latitudine periculorum ſævitia, quam jam evaſiſſe credebant, impetit & impellit; ubi, niſi periculis pereant, ſaltem fame & ſiti peribunt. Præter hæc, quædam etiam inevitabilis periculorum abominatio, quam tolerare vel evadere nullus poteſt: quia cum repentinas mutationes natura non ſuſtineat, propter mutationem aeris & arborum & motum violentum ac continua continue ſtomachus vi provocatur ad vomitum; quod cum abominatione recipit, evomit cum dolore, fitque frequenter, ubi ſecundum diverſas naturas diverſimode ex diverſis tanta ventris conſtipatio, quod ventris virtus naturaliter expulſiva motum animi amittere cogitur naturalem. Quandoque tanta eſt diſſolutio, quod vix remanere videntur intrinſecus inteſtina. Cumque navis licet parva, receptaculum ſit multorum, ſit ibi diſtinctio locorum ſecundum multitudinem contentorum, & preſſura premente unus juxta alium morborum perverſitate torquetur; motumque ventris tam violenter quam inevitabiliter expulſivum ſuperius & inferius patientes infirmi quidam ſubtus, quidam ſupra, non in loco talibus deputato publice, inter omnem ventris putredinem cogantur admittere defectu virtutis propriæ communem, ſic quod juxta peregrinum nullus moritur peregrinus, & in mari projicitur ſemivivus, & abominationes intolerabiles extraneus ab extraneo cogitur tolerare, quas nequaquam in terra de patre vel de filio ſuſtinere. Et ſi potentes propter potentiam hujuſmodi preſſuras evaſerint, firmiter tamen aerem corruptum ex mortuorum & infirmorum corruptionibus aſcendentem non poterunt evitare. Cumque ſit ibi infirmorum miſtio & ſanorum, velut ignis ardentis inflammatio in domos continuas morborum contagioſa diverſitas ab una in aliam tranſvolat & prorumpit, ſicque de mille vix unus evaderet niſi mortuus vel infirmus. Quod ſi forte aliquis remanſerit ſemivivus, in terra maris & morbi concepto contagio morietur. Vel ſi mortem evaderet, morbum interminabilem non evadet, ut perpetuo languore detentus non poſſit propitia vita frui, ſed continua morte mori; multaque maris corruptio corruptis humoribus & aeris corruptione infectis ſpiritibus de mari redeunt, ſic corrupti quod ſepulchri vel inferni faciem afferre videntur, & poſſunt potius monſtra quam homines judicari. Sed cum metalla quælibet in mari naturali colore innaturabiliter deſtituta, maris violentia colorem cogantur inducere peregrinum; quid mirum ſi quolibet momento mutabilis humana natura nequeat ſuſtinere quæ metallorum non poteſt inſenſibilitas tolerare, facies de mari viventium forma propria deſtituta, quod in mari formis propriis deſtitutis formas velitis recipere ſic deformes. Verum ne inevitabilis maris periculorum prolixitas ſub brevi locutionis oraculo concludatur, in mari ſemper imminent omnis timor, nulla ſecuritas, motus continuus, nulla requies, ſemper adverſitas, nunquam proſperitas, nunquam bonum, ſed generaliter omne malum. Sane cum ſint maris pericula tot & tanta, quod in mente hominis eorum non poſſet cadere multitudo, prætermiſſo de generali, ad ſpecialia diſcurrendo de ſingulis deſcendatur, primoque de primis & currentibus providus ſit tractatus. Ve-

Venit quidem a tyranno sævissimo in terra A potentissimo & in mari certæ prohibitionis edictum, ut si quis viam, quam multis prohibuit incedere, præsumat ingredi, persona vel rebus aliquatenus non confidat. Quis igitur ejus insidiis se exponet? Quis illius laqueis se involvet, qui dominatur in terra, principatur in mari, & imperat in utroque, qui prodigus in poena, parcus misericordia, furore repletus, pietate deficiens, verbo falsus, opere imperfectus, vitiis deditus, Domino indevotus, crudelitate secundus Herodes, impietatibus alter Nero, qui cum a mari usque ad mare, præter Januam possideat omnes portus, potens sit in navigio & in armis, de Pisis, Corneto, Neapoli, & B Gajeta ac aliis regionibus tanquam ad insidiandum congregabit multitudinem galearum, cum tanta multitudine piratarum & abundantia armatorum, quod transire nequibitis, quin in præparatas insidias incidatis. Quod si per maris altitudinem aliquantulum insidiantium cursum vitetis, tandem tamen ad portum quem tenditis accedere vos oportet, in quo est ipsius potestas quæ nullius reprimine reprimetur. Et in ipso portu, cum veneritis, vos capiet vel submerget, vel in terram ejus aura forte contraria vos impellet; vel cum sit vir magnæ sagacitatis & versutiæ imminentis, paratos nautas forsitan jam corrupit, quod ventum contrarium C præponentes ejus insidiis vos exponent, ut sic idem habeat, quod intendit, & vobis eveniat quod timetis. In quibus casibus forsitan esset festinatæ mortis supplicium minus grave quam in manus incidere tam crudeles: quia quomodo vobis parcet qui tenet & filium proprium carceris custodia mancipatum, ipsum dignaretur miserando miseria misereri? Qualiter circa vos pietate movebitur qui super captivum filium paternis compassionibus non movetur? Quod si forsan super inopinato casu vel impossibili Romam veneritis, tot miranda pericula mirabiliter evadentes, Romæ securi qualiter eritis, cum pro diversis adversariis omnibus civibus in D diversa divisis sit ibi conflictus continuus inter cives & divisio inter fratres. Quod si securitas ita vobis patuerit, generalis tamen afflictio non latebit, quia cum æstivi caloris dominio vos servos oportet ibi esse; sicque ibi perseverans & intolerabilis caloris ebullitio, aquarum putrefactio, ciborum grossities, aer palpabilis, muscarum abundantia, copia scorpionum, gens immunda, gens abominabilis, gens pessima, gens furoris; sicque ibi civitas tota per circumferentiam cavernosa, cavernæ plenæ reptilibus venenosis, ex quibus fumus inficitur, & inficiens evaporat; & sic omnes ibi tunc morantes generaliter moriuntur, quod de milibus decem vix evadere possunt. Sic ergo E qui indignationem maris evaserit, vorax Roma venenosa voragine devorabit. Et qui illam evasisse crediderit, incidet in Charybdim. Verum si miraculo vel fortuna tot pressuras evaserint, quis eis de reditu securo providebit? Quia cum hosti insidianti magnates urbis ad prælium voluntarie famulentur, non est ingressus aliquis nisi velint; vel si ingressus forte non poterunt impedire, saltem eidem patefacient gressus sive motus vestros, ut statim cum ingressi mare fueritis, vos expectans manus suscipiat & torqueat inimici, vel saltem in prænominata pericula incidetis. Sicque maris gulositas insatiabilis in vos, quos vomit, tanquam canis ad vomitum revertetur, quia mare, tempestates, & venti pro vobis naturales potentias non amittent. Non estis dii vel sancti, ut in potestate vestra suæ resideant tempestates. Porro si vobis de ductu & reditu securitas promittatur, videte quæ de vita tuenda & morte cavenda cautio dari possit. Contra quem enim de morte post mortem, de mortis passionibus actionem habebitis, cum omnes morte quoad mortuos pereant actiones, pactiones tollantur, & promissiones quælibet viribus vacuentur, nec canonici juris beneficio, vel civilis aut appellationis vel provisionis alicujus remedio post mortem vita redeat jam amissa. Si vero Legati subtilitas ad arreptionem itineris diversis suasionibus vos inducat, cogitate quoniam cogitur non redire. Est enim sua mansio, & non vestra. Via sibi patet unica, vobis duplices imminent, scilicet pericula transitus & regressus. Insuper attendatis quod mandator in mandato tam aspero circa vos motu rationabili moveatur, utrum mansuetudine repleatur, si caritatis adminiculo accendatur, qui cum insidias Principis non timeat adversantis, sed in tuto maneat & quieto, vos voragini tam communi periculorum exponere non formidet. Esset quidem tolerabilius sustinendum si vobiscum communicatis periculis in loco congruo convenirent. O si rationis judicio fungeretur, contentusque finibus æquitatis, motus providentiæ non exiret! Nunquam inter flores ecclesiæ rosas electas exponeret tantis periculis perituras. Si vero pro generali ecclesiæ statu, quæ ab appellantis hostis impulsibus contrahi conqueritur, vos vocavit, ex tali vocatione videtur, quod eam de casu velit in casum cadere graviorem. Quod si contingat, ut patet apertis indiciis, tam excellentibus ecclesiam viduari, quis ecclesiæ aptior, quæ confusio gravior, quæ desolatio durior quam sponsam inclitam summi regis tam aspera incommoda sustinere? Quis enim tanti lapsus gravedinem reparabit? quis tantæ desolationis remedia procurabit? Post hoc etiam attendatur forma rescripti, consideretur causa mandati, & notetur quid ex mandato hujusmodi possit sequi. Continet enim tenor prioris rescripti, quod grandes apostolicæ sedis eventus & causas vos ignorare non convenit, ut habeat separatum in vestra visitatione solatium & gratum providi consilii fulcimentum; cum post receptionem talis rescripti crudelitas adversantis tyranni inde honesta haurit, quod vos de præparatis insidiis præmunivit. Sed rescripti conditor circumstantia periculorum flagitia, salva sanctitatis reverentia, non attendens, & in subversione vestra subversionem status generalis ecclesiæ non advertens, obedientiæ vir-

tu-

tute mandavit, quod cum tam sanctum ejus propositum, utilitatem respiciens singulorum, humanis non debeat versutiis retardari, Deum homini & meritum obedientiæ exclusis difficultatibus omnibus præponendo. Ut autem rescripti hujusmodi seriatim series differatur, quas habet apostolica sedes causas, quæ negotia nisi contra rebellem Principem, quæ majores vel minimi non ignorant. Quod si causas vel quæstiones habeat sive negotia latentia vel obscura, numquid necessitatem subventionis pro libito vobis & consubditis vestris per Legatum imposuit? Nam per ipsum vel litteras revelare non potuit quod intendit, ut certi mandati forma certum consilium firmaretur, & vitando pericula notarentur. Qualiter insuper præsumetur sanctitatis vestræ propositum, qualiter credetur utilitatem respicere singulorum, quod in armario secretorum sic silentio tegitur quod nec in aures publicas nec in consiliarias promulgatur? Si vero quam vobis inconsultis contra crudelem principem tempestatem incepit, concilio vestro diffinire disponit, num qui sine vobis ab initio vilipensis procedere incepit, processum suum sine vobis poterit terminare? Vel si consilio vestro finaliter uti velit, qui primordialiter non curavit, numquid tutius fuit consilium per litteras vel Legatum a vobis requirere, quam vocatis inter tanta pericula vos parare, ut conceptum ab ipso negotium generaliter ecclesiam tangeret generalem? Quare consilium vestrum ab initio non quæsivit; quia cum finis eventum juxta qualitatem principii sortiatur, fuisset consultius de principio consilium quærere quam de fine? Verum de causa mandati & mandatoris veritas satis potest ex forma rescripti elici vel præsumi. Cum autem contra tyrannum potentissimum incipiendo quod per se incepit videat imperfectum, tendit ut gravetur rigor sententiæ contra ipsum, vel depositionis sententia promulgetur, aliusque pro suo libito præficiatur imperio, vobis, si deceat, juxta libitum suum præstantibus consilium & assensum, ut sitis organa sonantia juxta deductionem & libitum organistæ. Cumque ne iste dejici, nec ille præfici recte, nec defendi possit sine gravibus oneribus expensarum, statuat & dissipet; ut quod communi consilio statuetur, expensis omnium defendat, ut sic, prout ejus rescriptum obscure continet, in vestra visitatione pro libito consilium expectatum habet in processu & speratum solatium in expensis. Satis enim videbitur contrarium rationi, ut qui de processus principio consiliarii non fuistis, finis opera expectetis, sitque deceptio pro negotiis universalis ecclesiæ. Et licet ab initio consilium ejus vel consensus contemnatur, tributaria statuetur, & perpetuæ servitutis patibulo suspendetur. Sed propositum intentionis propriæ tacuisse videtur; quoniam ad hoc vos præsentes judicat facilius quam absentes, nisi prudenter caveritis, ne sub involucro vos involvat. Cumque virtus obedientiæ, qua vos vocat ad subeundum, inevitabilia rerum, personarum & ecclesiæ pericula, vos non cogit, cum ex causa necessaria non causetur, si vos in tantis specialitatis & generalitatis periculis non cogente necessitate repererit ita debiles, ita molles in obediendo per vos meritum demerebitur; homo Deo, non Deus homini præponetur; vosque de cætero reputans arundinem flexibilem omni vento, perpetuis, ut incepit, libertatis fœdere violato, ligabit vinculis servitutis, sicque gradatim de gravi in gravius gravissimum vel gravissime vel generalissime comparetur. Vel si forsan in iis vos fortes invenerit, plus in aliis offendere vos timebit: qui intellecta sententia veritatis, plus humiliatur, plus erigitur, plus repugnans. Consideratis igitur universorum periculorum circumstantiis universis, quis erit adeo prodigus vitæ suæ, quis adeo contemptor negotii libertatis, quis adeo rerum negligens conservator, quis adeo pene vilipensor, quis adeo felicitatis continuæ non amator, quod felicitatis pro infelicio propriam, pro exilio res, pro defectu libertatem, & communem pro servitute propria & communi, & tandem vitam pro morte velit aut audeat infelici commercio commutare? Timeo tamen, ut quosdam vestrum ambitio ad maiora, quosdam desiderabilis amicorum promotio, quosdam favor curiæ acquirendus, ex exauditionis favore in exauditionem clamantium oppressorum ad subjiciendum vos & universalem ecclesiam periculis importunitatibus vos impellant. Sic diversis cogitationibus agitati eritis sicut qui non habent nec habituri sunt, semetipsos perdere non verentur. Ego tamen, quantum sufficio, pensans & ponderans universa in præmissis eligendis arbitror non parere potius quam perire, nisi causa manifesta & necessaria primitus exprimatur, ex qua debeat obedientiæ vinculum inviolabile observari.

AD CARDINALES ROMANÆ ECCLESIÆ (a)

Illam pro firmo gerimus de vestra sinceritate fiduciam, illam in vobis & cæteris fratribus vestris esse constantiam opinamur, quod quantumcumque devotionis & reverentiæ vinculo Romano pontifici satis astricti, quantumcumque sui processus impetum contra nos habitum sub generalis ecclesiæ nomine periculis vestris ascribat, causam propriam redigens ad communem, vos velut orbis cardines & columnæ firmissimæ, nec ad circumventionem innocentiæ nostræ leviter possitis induci, nec ad depressionem nostræ justitiæ leviter commoveri. Et quamquam ad evitanda desolationis dispendia, ut credimus, per scissuram, currentis temporis furori cesseritis, libenter tamen vos invenire velle remedia credimus per cautelam, quibus orta per impetum valeant reparari discrimina & excitata mundi diffidia conquiescant. Verum summa videtur circumspectione cavendum, ut sine præjudicio vestræ discretionis immensæ loquamur, ne dum per liquoris infusionem extingui credatur incendium, accensus ignis ardentius furiat, forsitan oleum jaciat in caminum. Illud etiam non minori diligentia cavendum credimus, ne materiæ minus crudæ cauterium appo-

(a) Hanc esse Friderici prout in Baluziano codice inscribitur, vix dubito.

ANNO CHRISTI 1245.

ponatur, & ex quo sequitur vulnus insanabile potius quam vulneris medicina. Nuper enim audivimus, unde justissima ratione movemur, quod nobis excogitati consilii qualitatis ejus & temporis prorsus ignari, per summum pontificem adhuc publicum hostem imperii & nostrum capitalissimum inimicum, pro pacis negotio, licet hoc vocationis emissæ forma non exprimat, concilium convocatum, illo simpliciter adnotato quod pro magnis & arduis ecclesiæ Romanæ negotiis & transmarinorum prælatorum & cismarinorum principum synodus evocetur. Verum quæcunque sit causa vocationis hujusmodi litteris ad apostolicam famam tacita vel expressa, satis tamen suspicionis nostræ causam perlucide & initia manifesta quod pro nobis, non pro pace, sed contra nos, & discordia potius, tale concilium evocatur, dum non a vobis saltem communis electæ personæ, sed ab inimico nostro & nonnulli nostri culminis inimici vocantur. Prius igitur pax inter nos tractari debuit & tractata firmari, quam a tam remotis partibus pacis suffragia quærerentur. Nos enim de hoc inimicorum de parvo vel nullo qui se offerunt non timemus, si cum eo pacem habebimus, quem patrem habere, si datum esset, deberemus in terris.

STATUTA ODONIS

Episcopi Tusculani & A. S. L. pro ecclesia Meldensi.

Ex cartario Meldensi.

An. 1245. Ex Mart. Anecd. t. IV. p. 889.

VEnerabili in Christo patri Dei gratia episcopo & dilectis in Christo decanis & capitulo Meldensi, Odo miseratione divina Tusculanus episcopus, apostolicæ sedis legatus, salutem & sinceram in Domino caritatem.

Cum ad excolendam vineam Domini Sabaoth inter alios operarios, licet immeritos, is qui est super omnes operarios constitutus, nos decreverit ordinandos; dignum est ut culturæ ejus, prout scimus & possumus, diligentius intendamus. Hinc est quod ad ecclesiam Meldensem vestram visitationis gratia descendentes, quædam, licet pauca eradicare & alia plantare decrevimus, ut in omnibus decor ecclesiasticus reformetur.

I.

In primis igitur quia hactenus in dubium vertebatur quis clericorum chori curam haberet, eorum scilicet qui nec proprios habebant dominos, nec ecclesiastica beneficia possidebant, præsenti ordinatione sancimus, ut tam canonicorum quam aliorum clericorum, qui chorum frequentare noscuntur, illis duntaxat exceptis, qui extra ecclesiam cathedralem beneficium ecclesiasticum obtinent, decanus curam habeat animarum: ita quod omnes ei confiteri annis singulis teneantur, vel illi cui super hoc licentiam dederit specialem; salva tamen jurisdictione cantoris, & eorum qui in dictos clericos jurisdictionem habere noscuntur.

II.

Quia vero super loquela in choro ordinationem per capitulum novimus esse factam, ut beneficium horæ perderet, qui ita vocem in loquendo extolleret, ut de quarta sede posset audiri & intelligi, nisi forte de his quæ ad divinum servitium pertinere noscuntur: quamvis per aliquorum incuriam postea fuerit revocata, nos eamdem ordinationem idoneam reputantes, legationis, qua fungimur auctoritate decrevimus eam in perpetuum observandam, sub interminatione divini judicii obsecrantes, ne beneficium horæ percipere audeat quicumque in hoc se manifeste cognoverit deliquisse.

III.

Insuper quod de septem canonicis diaconis in ecclesia ordinandis statutum fuit, & de tabula scribenda in diebus festivis, prout antiquitus fuerat observatum, volumus & præcipimus in posterum observari.

IV.

Ut autem omnis occasio scandali & ridiculi ab ecclesia abscindatur, volumus & mandamus, ut festum Innocentium secundum modum & cultum aliarum festivitatum, quæ per anni circulum celebrantur, per omnia reducatur; ita quod nec pueri in choro serta portare audeant, nec stalla in choro superiora tenere, aut alia hujusmodi agere, quæ non decent ecclesiasticam honestatem.

V.

Injungimus insuper, ut omnia mercimonia ab ecclesia segregentur, nec aliquorum strepitus aut alius tumultus exerceatur in ea, seu aliud per quod divinum officium valeat impediri.

VI.

Quia vero nonnulli, quamvis divinis horis non plene interfuerint, stipendia tamen horæ debita percipere non formidant, intrantes, & egredientes, in animarum suarum periculum Dominum irridentes; districtius inhibemus, ne aliquis de choro præsumat egredi officio non completo, nisi necessitas urgeat, aut aliqua utilitas id exposcat. Qui vero mandati hujus transgressor fuerit, sciat se ex nostra constitutione beneficio illius horæ privatum. Quod si scienter in contemtum hujus nostræ constitutionis idem beneficium præsumserit usurpare, ipso facto si per ma-

ANNO CHRISTI 1245.

magistrum Petrum de Bolliancico Meldensem canonicum presbyterum vel ejus successorem in præbenda, cum idem P. canonicus esse desierit, neglexerit emendare, sententiam suspensionis incurrat. De qua tamen transgressione & contemtu, si postmodum resipuerit, per manum supradicti Petri vel ejus successoris, injuncta sibi salutari pœnitentia, absolvatur.

Hæc autem in ecclesia vestra ad præsens ordinavimus, ad aliorum ordinationem cum vacare poterimus processuri, si necesse fuerit & viderimus expedire. Datum Meldis quartodecimo Kal. Martii anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto.

DECRETA ODONIS

Episcopi Tusculani & A. S. L. pro ecclesia Senonensi.

x Mart. necd. t. V. p. 378.

VEnerabili in Christo Patri .... Dei gratia archiepiscopo, & dilectis in Christo decano & capitulo Senonensi, Odo miseratione divina Tusculanensis episcopus, apostolicæ sedis legatus, salutem & sinceram in Domino caritatem.

Rationis reddendæ necessitas de villicatione suscepta, nos invitat & urget, ut de regno Dei suborientia tollamus scandala, illa præcipue quæ divinum cultum obfuscare seu dehonestare noscuntur. Ideoque ad vestram ecclesiam personaliter accedentes, quædam, licet pauca, reperimus, quæ propter honestatem & decorem tantæ ecclesiæ omnino oportuit amoveri; alia vero in melius reformari.

I.

In primis igitur legatione, qua fungimur, auctoritate districte præcipiendo mandamus, quatenus illa festorum antiqua ludibria, quæ in contemptum Dei, opprobrium cleri, & derisum populi non est dubium exerceri, videlicet in festo S. Johannis Evangelistæ, Innocentium, & Circumcisionis Domini, juxta modum pristinum nullatenus faciatis, aut fieri permittatis. Sed juxta formam & cultum aliarum festivitatum, quæ per anni circulum celebrantur, ista volumus & præcipimus celebrari: Ita quod ipso facto sententiam suspensionis incurrat, quicumque in mutatione habitus, aut in sertis de floribus, seu aliis dissolutionibus, juxta præcedentem ritum reprobatum adeo in prædictis festivitatibus, seu aliis a modo præsumserit se habere.

II.

Ceterum, quoniam divinum officium in quibusdam in ecclesia vestra cognovimus minus decenter impleri, ab his præsertim qui invitatorio cantando hora debita non intersunt; & ab his etiam qui recedunt a laudibus, beneficio temporali suscepto; nec non etiam ab illis qui frequenti egrediendo de choro syncopant matutinum: volumus, & præsenti constitutione sancimus, ut quicumque pro tempore a modo pro cantando invitatorio in tabula inscribentur, ita se studeant præparare, quod & chorum simul intrent, & sine aliquo intervallo, postquam sacerdos matutinalem horam incœperit, simul invitatorium incipiant decantare. Quicumque vero super hoc defectum fecerit, emolumentum temporale matutinarum amittat.

III.

Et quia justum est, ut quos amor ad servitium suum retinere non valet, beneficiis saltem temporalibus teneantur; volumus & ordinamus, ut tertia pars retributionum matutinalium nulli a modo tribuatur, nisi ei qui laudibus studuerit interesse. Et hoc usque adeo volumus observari, donec eis, qui matutinalibus interfuerint, dictum capitulum, seu alius competentem reditum duxerit assignandum.

IV.

Illo vero tempore, quo horæ decantantur in choro, nullus de choro ingredi absque necessitate, seu aliqua utilitate præsumat: quod si fecerit, illius horæ beneficio sit ipso facto privatus. Egressi vero plausum, aut tumultum non faciant, per quæ servitium valeat impediri, sed nec in aliquo, uti ab his qui in choro fuerint videri valeant, audeant commorari.

V.

Item, quicumque in choro officium ecclesiæ turbaverit, aut aliud quam de necessariis locutus fuerit: & hoc etiam voce submissa, aut causa garriendi de stallo in stallum transierit, beneficio illius horæ careat, in qua hujusmodi præsumpserit perpetrare. Et hoc idem in anniversariis volumus observari.

VI.

Nullus præterea clericus, seu canonicus, dum horæ in ecclesia decantantur, extra domum in claustro absque regulari habitu diutius commorari præsumat: & quicumque super hoc notabilis inventus fuerit, si per decanum aut præcentorem, prout jurisdictioni eorum subesse noscitur, se super hujusmodi noluerit emendare; si clericus est, ejiciatur a choro; si canonicus, per capitulum pœna debita puniatur. Sed nec clericus, seu canonicus extra claustrum quacumque occasione, sine cappa vel pallio, pueris de choro dumtaxat exceptis, incedere seu stare præsumat.

VII.

Ille vero qui ad impositionem regentis chorum, antiphonam, seu aliud quidpiam sibi impositum legere neglexit, vel cantare; illius horæ temporali beneficio ex nostra ordinatione noverit se privatum.

VIII.

ANNO CHRISTI 1246.

VIII.

Ille etiam modus cantandi habeatur in choro, ut in psalmodia in medio versus metrum cum pausa ab omnibus observetur, nec unus chorus aliquo modo incipiat, quousque alter chorus plene finierit versum suum.

IX.

Item, districtius inhibemus, ne canonicus aliquis, cappellanus, seu clericus de choro in domo propria, seu propinqua mulierem aliquam tenere præsumat ad servitium, vel ad cibum, nec etiam in domo sua pernoctare permittat, nisi sit mater, vel soror, seu propinqua saltem in tertio gradu canonici seu capellani, penes quos pernoctabit: vel nisi aliquæ magnates mulieres, quæ sine scandalo evitari non possunt, ad eorum domos causa familiaritatis honestæ duxerint divertendum; vel nisi, necessitate urgente, matronas aliquas ab eisdem aliquando vocari contigerit ad custodiam infirmorum.

X.

Hæc autem ad præsens vobis præsentibus litteris exprimenda decrevimus. Alia vero super quibus plene deliberare non poteramus ad præsens, cum nobis vacaverit, & opportunum fuerit, transmittemus; obsecrantes in Christo, ut hæc, quæ pro salute animarum vestrarum, & honore ecclesiæ vestræ duximus ordinanda, recipiatis benigne & cum omni diligentia curetis effectui mancipare: facientes ea, saltem in hac novitate, quater in anno in capitulo legi, ne aliqui forte per ignorantiam se valeant excusare. Nulli ergo omnino hominum liceat aliquatenus præmissa infringere, vel eis ausu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Senonis quarto idus Novembris anno Domini millesimo ducentesimo quadragasimo quinto.

STATUTA SYNODALIA RICHARDI

(de la VVich, ejus nominis secundi) Cicestrensis episcopi,

Anno 1246. in synodo edita.

An. 1246. Affert Wilkins t. I. p. 688. Ex MS. colleg. Univers. Oxon. n. 148. 6.

CUM ex injuncto nobis officio saluti subditorum & correctioni teneamur spiritualiter providere, ne quis prætextu simplicitatis deviet a justitia, seu in præsumptionem se attollens, canonicis institutis audeat contraire; ad salutem subditorum, in sanctæ synodi præsentia quædam duximus proponenda; ne nos, qui de aliis tenemur reddere rationem, in districto examine de nostra negligentia arguamur. Inprimis enim præcipimus, ut ecclesiastica sacramenta baptismi, confirmationis, eucharistiæ, pœnitentiæ, extremæ unctionis, ordinis, & conjugii eo modo, solennitate, & ordine dispensentur, quo dispensanda sunt. Sunt autem ecclesiastica sacramenta septem, baptismus ingredientium, confirmatio præliantium, eucharistia itinerantium, pœnitentia redeuntium, extrema unctio exeuntium, ordo ministrantium, conjugium laborantium.

De forma baptismi.

Forma baptizandi hæc est: „ Ego baptizo „ te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus „ Sancti. Hanc doceant sacerdotes laicos, „ & patrem & matrem, ut integre proferant illam in sua lingua, vel in Latina, & baptizent pueros, si necessitas exigat, & non aliter. Si autem puer a laico baptizetur, inquirat sacerdos, quid laicus dixerit, & quid fecerit. Et si invenerit distincte, & in forma ecclesiæ puerum esse batizatum, etiam in aqua, quæ de necessitate requiritur, & hoc immergendo vel aspergendo, cætera sine immersione a sacerdote suppleantur. Sed si dubitet sacerdos de puero invento, vel alio, an sit baptizatus, sic dicat nomen imponendo: „ Si tu non es baptizatus: ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Prohibemus etiam, quod diaconi confessiones audire, pœnitentias injungere, pueros baptizare non præsumant, nisi sacerdote absente, & mors puero, vel ægroto immineat. Item fontes cooperiantur & honeste custodiantur propter sortilegia; similiter & oleum, chrisma, & eucharistia sub clave, sub pœna suspensionis eis infligenda. Item aqua, in qua baptizatus fuerit quis, ultra septem dies non servetur in baptisterio; et aqua, in qua baptizaverit laicus, vel in ignem fundatur, vel ad ecclesiam in baptisterium deferatur. Pro baptizato confessione, seu funere mortuorum, aut aliquo alio sacramento ecclesiastico nihil omnino exigatur, sed si quid gratis offeratur, licite accipiatur. Panni autem chrismales in solos usus ecclesiasticos convertantur. Ad levandum puerum de fonte tantum tres recipiantur. In baptismo maris, duo mares & una foemina; foemina autem suscipiatur ab uno mare, et duabus foeminis. Si mulier in puerperio decesserit, scindatur, si infans vivere credatur, et baptizetur infans.

De confirmatione.

Si dubitatur de confirmatione, confirmetur, et injungatur parentibus, ut infra annum pueros suos episcopo præsentent confirmandos, cum mundis et honestis ligaturis. Quod nisi fecerint post annum, puniantur.

De adultis.

Ab adulto ad confessionem veniente requira-

ANNO CHRISTI 1246.

ratur a sacerdote, an fuerit confirmatus; quod si non fuerit, post confessionem sine dilatione ad episcopum mittatur confirmandus. Datur enim confirmatio ad robur.

De honestate ornamentorum ecclesiasticorum.

Nullus sacerdos in vestimentis sordidis vel attritis, nec nisi in calice argenteo vel aureo, et integro, et in corporalibus mundissimis, et ad minus in duabus pallis benedictis, super altare positis, celebret. Celebret sacerdos cruce anteposita, cum pane ex tritico purissimo; et vino in debita quantitate, nullo modo corrupto, et modica aqua, quæ a vino penitus absorbeatur, nec bis, nisi in Nativitate, et in Resurrectione et pro corpore præsenti, et hoc in propria parochia. Et vinum post primam celebrationem et sanguinis sumptionem, quod digitis fuerit superfusum, in vase mundo reservetur, donec secunda celebratio impleatur, ut tunc ab ipso sacerdote sumatur, nisi post primam missam sumptum fuerit a ministro. Eucharistiæ ultra septem dies non serventur, sed qualibet Dominica innoventur, et sub clave custodiantur, et cum reverentia ad ægrotos deferantur in pixide munda, cum cruce, lumine, aqua benedicta et tintinnabulo præcedentibus. Sacerdos vero in superpellicio ad ægrotum decenter incedat, nisi æger valde fuerit remotus.

De pœnitentia.

Sequitur de pœnitentia, per quam baptizati redeunt post lapsum. Sunt autem ad poenitentiam ista necessaria; contritio, confessio, et satisfactio. Ad contritionem moneat sacerdos confitentem, sive ut detestetur peccatum, , et amaritudinem animi habeat pro præteritis, cautelam pro futuris, pudorem pro præsentibus. Confessio sit vera, integra & propria, ut nullum alium accuset. Personarum nomina, cum quibus confitentes peccaverunt, non inquirant sacerdotes, sed conditionem possunt inquirere, utrum sc. clericus fuerit, vel laicus, sacerdos, vel monachus, vel si conjugata, vel soluta aut monialis; et sic de cæteris, quæ circumstantiæ aggravant peccatum. Confessiones mulierum extra velum audiantur. Omnes moneantur a sacerdote, cujuscunque sint conditionis, ut semel in anno saltem in Quadragesima omnia peccata sua confiteantur proprio sacerdoti, vel alteri de sua licentia. Satisfactio consistit in excisione causarum peccati, & in oratione, jejunio, & eleemosyna: jejunium præcipue valet contra gulam & contra luxuriam. Nullus sacerdos in furto, rapina, usura, & fraude injungat missarum celebrationem, vel eleemosynarum largitionem, sed potius ut fiat restitutio, vel quibus injuriatum est, vel eorum heredibus, si extiterint. Sin autem, de consilio sacerdotum satisfiat, quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si fieri potest. Oratio contra superbiam, invidiam, iram & accidiam; eleemosyna contra cupiditatem & avaritiam.

A *De conjugatis nulla pœnitentia injungenda.*

Conjugatis nulla injungatur pœnitentia, excipe quando suspecti habentur ad invicem. Sacerdotes publice poenitentes cum literis suis veritatem continentibus, ad poenitentiarium episcopi transmittunt; vel in propriis personis cum illis veniant, nec revertentes poenitentes tanquam absolutos recipiant, nisi de pœnitentia eis injuncta constiterit per literas episcopi, vel poenitentiarii sui patentes: et nisi illam perficiant, ab ecclesia excludantur, & ad poenitentiarium remittantur.

Sacerdotes in dubiis consulant superiores & majora majoribus reservent, ut homicidia, sortilegia, peccata contra naturam, vota fracta, & perjuria, de assisis, vel aliis causis, partus suppositionem, & testamenti immutationem, & similia, nisi sint occulta, & ad poenitentiam imponendam sufficiat discretio sacerdotis. Sacerdotes in capitulis ad audiendum aliorum sacerdotum confessiones deputentur, nec alii sacerdotes relictis confessoribus aliis confiteantur, nisi ob justam causam, petita ab altero ipsorum licentia. Nullus sacerdos aliquo modo confessionem nutu, signo, vel verbo revelet specialiter vel generaliter, ut dicendo: ego scio quales estis. Quod si fecerit et convictus fuerit, sine spe veniæ degradabitur. Nullus sacerdos deneget parochiano suo licentiam confitendi alii sacerdoti, si justam habuerit causam, dummodo sciat cui confiteatur, & dicat se hoc bona fide petere. Generalitatem missarum inhibemus, & ne sacerdotibus tricennalibus ad propriam ruinam se onerent, ad quæ per seipsos sufficere non possunt. Sacerdotes fidem Trinitatis & individuæ unitatis, incarnationis, nativitatis Christi, passionis, resurrectionis, ascensionis, & generalem resurrectionem mortuorum in prædicationibus annuncient frequenter; & quod omnis coitus extra matrimonium est mortale peccatum.

De honestate clericorum, & qui sunt ordinandi.

Dum in ecclesia Domini sint majores & minores ordines instituti, quatenus ex officiorum diversitate rite disposita decor ecclesiæ illucescat, præcipimus, ut quilibet pro modo sui ordinis se gerat, & habeat competenter, ita videlicet, ut ab inferioribus reverentia & obedientia superioribus impendatur. Superiores vero impendant vicissitudinem inferioribus, prout decet sui ordinis dignitatem. De his igitur personis quædam statuta duximus innovanda, videlicet, ut nullus se nobis offerat ordinandus, nisi liberæ conditionis existens, & legitime fuerit præsentatus, de legitimo matrimonio natus, & examinatione canonica examinatus, & approbatus. Specialiter vero inhibemus, ne quis ad sacrum ordinem audeat aspirare, nisi firmum propositum habeat continendi, cum omnis sacer ordo annexum habeat votum castitatis. Monemus etiam, ne quis sacrum ordinem suscipiat, nisi ad hoc accedat ex proposito principali, ut ratione ordinis specialius valeat Domino famulari. Prohibemus etiam, ne

ANNO CHRISTI 1246.

ne quis pecunia, favore, seu gratia aliquem nostris supponat manibus ordinandum, quem sacri canones non permittunt. Ne autem ignorans ignoretur, irregulares secundum canones ab ordinibus prohibitos, seriatim & per ordinem hic duximus specificandos. Sc. homicidæ, advocati, & judices in causa sanguinis, executores servorum in publicis administrationibus, incendiarii, ecclesiarum violatores, simoniaci, interventores simoniacarum pactionum, & quicunque labe alia infecti scienter ordines susceperint. Qui etiam ab episcopis hæreticis, schismaticis vel nominatim excommunicatis scienter sint in sacris ordinibus promoti. Item bigami, corruptarum mariti, sanctarum foeminarum violatores, & qui excommunicati scienter vel furtive ordines sacros susceperint, vel in taliter susceptis ministrare præsumpserint. Item sortilegi, & maxime qui dæmonibus immolaverunt, vel eos scienter in carminibus invocaverunt: omnes isti ab officii sui executione se noverint esse suspensos, donec superioris vel nostrum super hoc fuerit consilium requisitum. Qui vero de non legitimo matrimonio nati, & absque suorum episcoporum, vel alicujus alterius superioris dispensatione ordinati fuerint, vel a non suis episcopis præter suorum licentiam prælatorum ad ordines promoti, & qui adulterio se polluerint, omnes tales suspendimus, donec a nobis dispensationis gratiam fuerint consecuti. Item monemus, ut omnes qui in conscientia mortalis peccati prius perpetrati, vel propter quæstum temporalem tantum ordinem susceperunt, officium suum non exequantur, nisi prius plene de hoc confiteantur. Si quis vero furtive vel simoniace fuerit ordinatus, vel alias contra canonicas sanctiones, non exequatur officium, quousque cum ipso fuerit dispensatum.

De sacramento conjugii.

Ut autem conjugii sacramentum secundum statuta canonica celebretur, quædam circa illud duximus innovanda, quatenus ex eo in majori reverentia habeatur, quod ab ipso Domino ante alia sacramenta in paradiso legitur institutum, & pericula, quæ circa ipsum frequenter solent contingere, devitentur. Statuimus igitur, ne sacerdotes aliquos conjungant matrimonialiter sine trina denunciatione in ecclesia publice facta tribus diebus festivis, a se distantibus. Fides etiam de contrahendo matrimonio, non nisi publice, & coram testibus idoneis detur; proponatque sacerdos, quod si talem fidem carnalis copula fuerit subsecuta, ecclesia reputabit ibi matrimonium. Clandestina matrimonia non celebrentur, nec eis intersint sacerdotes sub poena concilii, quæ est suspensio per triennium. In nuptiis prohibeantur sub poena excommunicationis sortilegia, maleficia, celatio legitimorum matrimoniorum & aliorum impedimentorum. Moneantur conjugatæ, ne voveant, nisi de consensu virorum, & consilio sacerdotum. Non transeat ad religionem alter conjugatorum, nisi de licentia episcopi. Prohibeant sacerdotes mulieribus, ne infantes secum in lectis suis collocent.

De sacramento extremæ unctionis.

Sacramentum extremæ unctionis omnibus in necessitate petentibus exhibeatur; nec propter illud vitetur thorus; iterari enim potest, quod non potest baptismus vel confirmatio.

De archidiaconis & aliis.

Volentes etiam, ut unicuique quod suum legitime conservetur, statuimus ut archidiaconi & alii, qui alicui jurisdictioni præesse videntur, taliter suis finibus sint contenti, ne quid in præjudicium episcopalis dignitatis, juris, aut possessionis seu consuetudinis sanctæ Cicestrensis ecclesiæ, diu obtentæ, & approbatæ, audeat attentare. Statuimus etiam in visitationum temporibus, ut procurationibus sibi debitis, archidiaconi secundum tenorem constitutionis sint contenti, inhibentes expresse, ne archidiaconi, decani, officiales, & alii, qui officio alicui vel jurisdictioni præsunt, pro justitia facienda, differenda, vel acceleranda aliquid accipiant. Et ne pro aliquo spirituali aliquid ex pactione promittatur, detur, vel accipiatur, quod si fiat, tam dans quam accipiens sententia excommunicationis se noverit innodatum. Præterea archidiaconis, officialibus, & decanis injungimus præcipiendo, quod diffamati fama publica & verisimilibus indiciis super aliquo crimine, de quo convinci non possunt, moneantur semel, secundo, & tertio, ut confiteantur & satisfaciant. Si vero incorrecti in negatione perstiterint, indicatur eis purgatio, quæ occasione captandæ pecuniæ de die in diem nullatenus differatur, sed statim primo die, si parata fuerit, recipiatur, & canonicus usus observetur: archidiaconus, officialis, sive decanus, contra statutum veniens, se noverit ab officio suspendendum. Adhæc vestigiis venerabilis patris nostri S. Cantuariensis archiepiscopi, & aliorum prædecessorum nostrorum insistentes, pro utilitate ecclesiarum & clericorum de procuratione archidiaconi & officialis sui olim provisa, ad præsens nihil volumus immutare, ista tamen ad memoriam reducantur; videlicet quod archidiaconi in archidiaconatu suo, illos, a quibus ad procurationem sunt admittendi, visitantes, septenarium numerum non excedant. Officiales vero loco eorum admittendi tribus equis, vel ad plus quatuor sint contenti. Ecclesia vero, cujus fructus valent per annum xx. marcas & amplius, semel in anno procurabit archidiaconum. Quæ vero x. marcas & amplius usque ad xx. valet, archidiacono semel in biennio, vel officiali semel in anno procurationem exhibeat. Ibi vero semel in biennio procurationem officialis accipiet, ubi reditus ecclesiæ annui quinque marcas & amplius usque ad decem valere noscuntur. Observato tamen, quod nusquam recipiant temporalia, nisi de officio suo ibi ministrent spiritualia. Ad redemptionem autem procurationum nullo modo cogantur.

Ne

ANNO CHRISTI 1246.

Ne dignitates dimittantur ad firmam.

Item sub pœna in concilio statuta prohibemus, ne quis archidiaconatum seu decanatum, vel dignitatem aliam dimittat ad firmam, cum per hoc non solum ad procurationum redemptiones inhibitas, verum etiam ad earundem augmenta, quæ de novo avaritia introduxit, consueverit evenire, quod imposterum fieri firmiter prohibemus. Adjicimus etiam constitutionem Domini O. legati de ecclesiis dandis vel non dandis ad firmam, quæ sic incipit: „ Ecclesias dari ad „ firmas &c. & in qua sic statuitur, districtius prohibemus, ne dignitates vel officia, puta decanatus, vel archidiaconatus, sive proventus ex ecclesiasticæ vel spiritualis jurisdictionis exercitio, seu ex pœnitentia, vel altari, aut aliis sacramentis quibuslibet venientes, ad firmam de cætero ullatenus concedantur. Item de eodem concilio. Cum laicis dare ad firmam ecclesias sit penitus inhonestum, & clericis quibuscunque ad longum tempus propter continuationem temporis, quæ afferre consuevit periculum ecclesiis, possit esse damnosum, utrumque districtius inhibentes, statuimus, ut nec laicis unquam nec & personis ecclesiasticis ultra quinquennium ulterius ad firmam ecclesiæ concedantur, nec finito quinquennio, renoventur eisdem, nisi prius ipsas alii habuerint mediate. Et ut omnia sint in tuto, præcipimus ut præsentibus episcopis vel archidiaconis firmarum fiat conventio, ex qua plures literæ conscribantur, quarum una remaneat penes ipsos. Item statuimus, ne pensiones ecclesiarum veteres sine nostro assensu augeantur, nec novæ eisdem imponantur; decimæ aliquæ de novo non retineantur a patronis, nec diminuantur, in quarum possessione prius ecclesiæ extiterant: quod si secus ab aliquo factum fuerit, & factum ejus irritum habeatur, & ipse ab ecclesiarum collatione se noverit auctoritate conciliorum prædictorum esse suspensum. Prohibemus etiam, ne a sacerdotibus annuis pro ministrandi licentia aliquid exigatur. Præcipimus etiam, ne archidiaconi vel eorum officiales vel decani a capellanis annuis vel aliis pro ministrandi licentia aliquid extorquere præsumant; adiicientes constitutionem domini legati, quæ sic inquit: „ De archidiaconis quoque &c. De archidiaconis quoque statuimus, ut ecclesias utiliter & fideliter visitent, de sacris vasis, & vestibus, & qualiter diurnis ac nocturnis officiis ecclesiæ serviatur, & generaliter de temporalibus & spiritualibus inquirendo, & quæ corrigenda invenerint, corrigant diligenter. Ecclesias autem superfluis non gravent expensis, sed procurationes exigant duntaxat, cum visitant, moderatas. Non secum ducant extraneos, sed modeste se habeant tam in familia, quam in ecclesiis, nec ut non visitent aut corrigant seu crimina puniant, aliquid ab aliquo recipere præsumant, nec sententiis aliquos involvant injuste, quo ab eis pecuniam possint extorquere. Cum enim hæc simoniacam sapiant pravitatem, decernimus, ut qui talia agere præsumpserint, sic extorta in duplum erogare in pios usus, arbitrio episcopi, compellantur, alias nihilominus salva pœna canonica contra eos. Sint autem soliciti frequenter interesse capitulis per singulos decanatus, in quibus diligenter instruantur inter alia sacerdotes, ut bene sciant & sane intelligant verba canonis & baptismatis, quod sc. sint de substantia sacramentorum. Canonem autem missæ secundum consuetudinem Cicestr. ecclesiæ omnes correctum habere præcipimus, & verba canonis in libro rotunde legantur & distincte. Similiter omnes horæ & omnia officia aperte & distincte dicantur. Item quod ex festinatione nimia verba non præcidantur, vel syncopentur; quod si non fuerit observatum, sacerdotes usque ad condignam satisfactionem suspendantur. Decanos vero rurales a cognitione causarum matrimonialium, necnon & aliarum, quæ majorum judicum requirunt examen, specialiter præcipimus abstinere. Alios quoque judices majores ab illarum causarum cognitione esse mandamus & volumus alienos, quarum cognitio eisdem nec jure generali, nec speciali noscitur attributa, in his vero causis, de quibus cognoverint, post publicationem attestationem faciendam esse litigatoribus, copia earundem fiat per transcriptum, originali penes judicem reservato. Item præcipimus, ne archidiaconi vel eorum officiales interdicto supponere præsumant ecclesias clericorum, nisi nostra interveniat auctoritas specialis vel generalis. Prohibemus etiam, ne sacerdotes alienæ ordinationis ad ministrandum in ecclesiis seu capitulis admittantur, absque nostra scientia & mandato. Institutionem vero & restitutionem decanorum ruralium, sicut hactenus obtentum fuerat, dispositioni nostræ specialiter reservamus.

De litigatoribus.

Litigatoribus autem in foro nostro seu subditorum nostrorum, quandocunque voluerint, licet a judicio per compositionem recedere; dum tamen petita sit licentia componendi, nisi tale sit genus causæ, quod compositionem non admittat, nec propter hoc eis pœna aliqua infligatur alicui ordinario solvenda. Quod etiam, licet in lite usque ad finem perseverare maluerint, liceat eis, donec quis fuerit convictus super delicto, aut de calumnia actoris vel rei constiterit evidenter: ita videlicet, ut tunc ea pœna cum moderamine imponatur, non quod saluti delinquentium magis videbitur expedire, sed quod generalibus conciliis & specialibus noscitur constitutum. Et hoc dicimus, excepta ea pœna temere litigantium, qua in expensis juncti victoribus condemnantur.

De rectoribus ecclesiarum.

Omnes ecclesiarum rectores saluti debent intendere subditorum, & bona ipsorum, ut facultas suppetit, sunt pauperibus eroganda: decernimus ut in ecclesiis propriis resideant, hospitalitati pro modo facultatum & aliis operibus charitatis intendentes, nisi ipsis, ut ad tempus abesse possint, ex causa necessaria a nobis licentia concedatur. Hic re-

recurratur ad concilium generale „ De residentia facienda, & De clericis habentibus plura beneficia „ contra concilium. Decimas autem de omnibus, quæ renovantur per annum, dandas decernimus & districte præcipimus, ita ut occasione mercedis servientium seu messorum ecclesiæ decima parte non frustrentur. Detentores autem decimarum debitarum & consuetarum, si semel, secundo, & tertio commoniti sufficienter excessum suum non emendaverint, usque ad satisfactionem congruam, anathematis vinculo feriantur. Cum autem hi, qui decimas detinuerint, vel surripuerint, ad pœnitentiam accesserint, non admittantur, nisi vel per se vel per manum sacerdotis illi, cui decimæ debentur, satisfaciant competenter. Prohibemus insuper, ne fructus ecclesiarum contra tenorem concilii provincialis laicis personis, seu aliis ad firmam concedantur, ne in laico feudo reponantur.

De ornamentis ecclesiæ.

Ecclesiæ vero honeste cooperiantur, calices & libri & omnia ornamenta ecclesiastica sufficientia sint, & honesta, & de bonis clericorum decedentium, secundum quod cautum fuerit, suppleantur, nisi in vita sua ecclesias ornaverint competenter. Cœmeteria claudantur a parochianis, quorum interest, bene & honeste; & ad hoc arceantur, si necesse fuerit, censura ecclesiastica per loci capellanum. Præterea prohibemus, ne in cœmeteriis choreæ, vel turpes & inhonesti ludi, qui ad lasciviam invitant, agantur, & ne tractentur causæ seculares, nec mercatus, nec alibi dominicis diebus, nisi forte de victualibus necessariis: ædificia in solo ecclesiæ constructa, in statu debito conserventur, & diruta reparentur. Alia etiam, quæ de statu ecclesiarum, seu ecclesiasticarum personarum in provinciali concilio continentur, quatenus personas eorum contigerit, ab ipsis præcipimus firmiter observari. De executoribus testamentorum tam laicorum, quam clericorum statuimus, quod si negligenter, vel fraudulenter, utpote de rebus defunctorum gratiosas sibi invicem vel aliis venditiones faciendo, versati fuerint, seu alias ex verisimilibus præsumptionibus suspecti apparuerint, si de civitate fuerint, coram decano; si de diœcesi extranea, coram archidiaconis, vel aliis bonis viris, ad hoc deputatis, administrationis suæ compellantur reddere rationem & si culpabiles inventi fuerint, debita animadversione puniantur. Vicarios vero cum propriis personis divina teneantur populo administrare; qui non sunt, præcipimus fieri sacerdotes, quatenus in sacerdotio constituti, poenitentias & alia sacramenta convenienter administrare valeant, ut tenentur: iisdem etiam interdicimus studia secularium facultatum. Adjicimus etiam constitutionem domini legati, quæ sic incipit: Ad vicariam statuimus nullum de cætero admittendum, nisi jam in presbyterum ordinatum, vel saltem diaconum in proximis quatuor temporibus ordinandum. Qui renuncians beneficiis aliis, si quæ habet curam animarum habentia, juret residentiam ibi facere, ac eam faciat continue corporalem; alioquin institutionem ipsius decernimus nullam & vicariam alii conferendam. Sic illuditur illi dolo, quo sæpe assignato alicui nomine personatus aliquo modico, simulate dabatur alii ecclesia, ficto nomine vicariæ, qui timens alia perdere beneficia, metuebat eam recipere ut persona. De jam vero institutis vicariis, qui non sunt presbyteri, cum vicarii teneantur in propriis personis ecclesiæ deservire, statuendo præcipimus, ut infra annum ad minus se faciant in presbyteros ordinari; alioquin si per eos steterit, quominus infra annum, ut diximus, ordinentur, eos ex tunc vicariis eisdem fore decernimus privatos. Et de residentia circa eos statuimus, quod de instituendis supradiximus statuendum.

De capellanis annuis.

Si vero alicubi contigerit capellanos annuos ex causa necessaria in ecclesiis parochialibus ministrare, de ipsis ita statuimus observandum; ut nullus sufficientis literaturæ & honestæ conversationis amoveatur, nisi ex justa causa & probabili fuerit amovendus. Eisdem quoque & clericis ipsorum, secundum vires facultatum ecclesiarum, quibus deserviunt, nomine stipendiorum assignetur portio sufficiens & honesta, usque ad quinque marcarum æstimationem ad minus. Item nullus sacerdos alium modo quolibet audeat supplantare, sub poena executionis officii. Nullus etiam sacerdos alterius parochianum recipiat ad sacramenta, in præjudicium alienum, sub pœna superius annotata. Capellani in capellis ministrantes, saltem quater in anno veniant ad capitulum, statuta synodalia audiant & obedientiam faciant episcopo, & archidiacono, ut tenentur. Volumus etiam, ut omnes in ecclesiastico gradu constituti ea observent diligenter, quæ de vita & honestate ipsorum tam generali quam speciali concilio sunt statuta. Adjicimus etiam constitutionem domini legati, quæ sic incipit: “ Quum de habitu clericorum, qui non clericalis videtur, sed potius militaris, grave scandalum laicis generatur; firmiter statuendo præcipimus, ut ad formam tam de vestibus clericorum, quam etiam de ornamentis equorum in generali concilio editam, per subtractionem beneficiorum ab episcopis restringantur: ita quod in mensura decenti vestes habeant, & cappis & supertunicis clausis utantur in sacris ordinibus constituti, maxime in ecclesia sua, & coram prælatis suis, & in conventibus clericorum, & ubique in parochiis suis, qui cum animarum causa regendas ecclesias susceperunt. „ Quæ autem superius de cappis & supertunicis clausis diximus, ad sacerdotes præcipue volumus referri, & quod nullo modo novæ adinventionis quocunque nomine censeantur, desuper deferant indumenta. Clerici vero comam non nutriant, sed ordinate circulariter & decenter tondeantur, & ita se in omnibus habeant, ne de superbiæ vitio notari possint.

Ne clerici vel alii beneficiati habere audeant concubinas.

Specialiter etiam prohibemus, ne beneficiati, vel sacerdotes, vel alii infra sacros ordines constituti, habere audeant concubinas. Quod si qui præsumpserint, nisi moniti reliquerint, per subtractionem beneficiorum decernimus compellendos; adjicientes constitutionem domini legati, quæ sic incipit: " Licet ad profugandum, " &c. in medio, statuimus & statuendo præcipimus, ut nisi clerici, & maxime in sacris ordinibus constituti, qui in domibus suis vel alienis publice detinent concubinas, eas a se prorsus removerint infra mensem, ipsis vel alias B ullatenus detentis, ab officio & beneficio sint suspensi; ita quod quousque super hoc digne satisfecerint, de beneficiis ecclesiasticis se nullatenus intromittant; alioquin ipso jure ipsis eos decernimus fore privatos. Volumus quoque & districte præcipimus, ut archiepiscopi, & episcopi super hoc diligentem per omnes decanatus faciant inquisitionem fieri, & quod statuimus observari. Concubinas vero eorundem publicas & maxime cohabitantes, si incorrigibiles extiterint, vivas a communione fidelium decernimus excludendas, & mortuæ christiana careant sepultura, & in testamentis clericorum, cum quibus in scandalum ecclesiæ deliquerunt, C esse volumus non capaces, & si quid eisdem relictum fuerit, fabricæ Cicestrensis ecclesiæ conferatur. Et quia cum peccaverit sacerdos, peccare faciat populum Domini, maxime a filia sua pœnitentiali se abstineat, & ab illis similiter, quibus alia ecclesiastica dispensavit sacramenta, sciens quod in detestatione tanti peccati secundum canonis & sanctorum patrum constitutiones xv. anni debentur pro pœnitentia, & postmodum detrusio in monasterium.

De regularibus.

Præcipimus ut regulares monachi, cano- D nici, & moniales ea studeant firmiter observare, quæ in regulis sui ordinis vel conciliis generalibus & specialibus, seu in capitulis eorum circa eorundem personas sint statuta. Monentes specialiter, ne quis ignotus seu juvenis ad professionem cujuslibet ordinis admittatur, nisi cum admittenda persona in ipso claustro, vel in ipso ordinis habitu, tempore congruo, fuerit approbata: adjicientes constitutionem domini legati, quæ sic incipit: Inprimis igitur duximus statuendum, ut nullus ante vicesimum annum completum ad professionem, & nonum decimum annum ad probationem admittatur de cætero. Item qui ad probationem admissus erit, E professionem incontinenti faciat, anno probationis elapso, vel exeat monasterium. Alioquin abbas vel prior, qui aliquem sine professione sustinuerit ultra annum, per præsidentes capituli graviter puniatur, et ille novitius nihilominus profiteri cogatur, et haberi debeat pro confesso. Item statuimus, quod abbates vel priores continue juxta regulam sibi faciant constitutiones et sanctiones summorum pontificum, ad eos vel eorum ordinem pertinentes, quæ in compilatione domini Gregorii papæ IX. continentur. A Item statuimus, quod in maneriis monachi non morentur, nec etiam in ecclesiis, nisi plures fuerint, saltem duo. Soli vero & indecenter per villas & oppida religiosi non incedant; quod si per negligentiam prælati contra fuerit attentatum, tanquam sacri concilii contemptores puniantur. Inter alia viris religiosis super omnia simoniacum ingressum in periculo animarum suarum interdicimus, & tam regulares quam seculares, tam clericos quam laicos, qui merces suas vendunt ad terminos, ut propter ipsos terminos carius vendant, tam culpæ quam pœnæ usurariorum apud Dominum denunciamus obnoxios. Prohibemus etiam, ne clerici in sacris ordinibus constituti, & præcipue sacerdotes, turpia lucra sectentur, nec aliquam negotiationis speciem ordini suo contrariam exerceant, nullusque eorum secularem administrationem subeat, ex qua eum oporteat laicæ personæ actus sui reddere rationem. Nec advocati sint clerici, vel sacerdotes in foro seculari, nisi vel causas suas, vel suorum, vel miserabilium prosequantur personarum, & hoc in civili. In foro autem ecclesiastico si voluerint postulare, secundum constitutionem domini legati de talibus editam, admittantur. Clericis vero, ne venationibus intendant, omnino prohibemus. Volumus etiam ut in ecclesiis parochialibus religiosorum constituantur vicarii, qui velint & valeant saluti intendere animarum, quibus talem volumus assignari portionem, unde ministri ecclesiæ commode sustententur, & vicarii pauperibus se exhibere valeant hospitales, habita tamen ratione ad ecclesiæ facultates.

De inclusis.

Inclusis etiam præcipimus, ne quam personam in domibus suis recipiant vel habeant, de qua sinistra suspicio oriatur. Fenestras quoque arctas habeant, & honestas: eisdem etiam cum his tantummodo personis secretum tractatum habere permittimus, quarum gravitas & honestas suspicionem non admittit. Inclusis vero mulieribus custodia vestimentorum ecclesiæ non tradatur; quod si necessitas hoc exegerit, ita caute tradi mandamus, ut non inspiciantur inclusæ a tradente.

De celebratione divinorum.

Præterea volumus, quod fideles laici diebus dominicis & aliis solennibus saltem intersint celebrationi divinorum, nisi valetudine aut aliqua causa necessaria fuerint occupati, ne forte propter hoc, quod ab auditione divinorum cessaverint, corda eorum indurescant. Volumus etiam, ut a propriis sacerdotibus laici moneantur, ut orationem dominicam, & symbolum apostolorum addiscant; & salutationem beatæ virginis; & hæc sacerdotes parochianos in lingua saltem materna diligenter & frequenter doceant, & in ecclesiis orationibus vacent, & otiosis fa-

fabulis non intendant.

De Judæis.

Judæi vero districte compellantur ad ea observanda, quæ de personis illorum in generali & speciali concilio continentur, ut non synagogas erigant novas, & quod tabulam in loco eminenti in signum cognitionis portent. Prohibemus autem, ne Christianus vel Christiana cohabitent cum eisdem.

De excommunicatis.

Sanctorum igitur prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, denunciamus & per totum episcopatum nostrum denunciari præcipimus quater in anno, per dies solennes, omnes illos communi sententia excommunicationis innodatos, qui ecclesias suo jure malitiose privare præsumunt, aut per malitiam libertates earundem infringere vel perturbare contendunt. Item omnes illos, qui scienter & prudenter falsum perhibent testimonium, vel perhiberi procurant, ne matrimonia vera debitum sortiantur effectum, vel ut contra justitiam processus causæ diutius suspendatur. Item omnes illos, qui rationabilia defunctorum testamenta malitiose impediunt. Item omnes incendiarios, usurarios, pudicitiæ raptores, immunitatum ecclesiarum violatores, item debitarum & consuetarum decimarum detentores. Item omnes illos, qui gratia lucri, odii, vel favoris, vel alia quacunque de causa alii malitiose crimen imponunt, cum infamatus non sit apud bonos & graves, ut sic ei saltem purgatio indicatur, vel alio modo gravetur. Item omnes illos, qui vacante ecclesia, malitiose opponunt, vel opponi procurant patronatus quæstionem, ut sic verum patronum illius ecclesiæ collatione saltem in vice defraudent. Item omnes illos, qui gratia lucri, vel odii, aut alias contemnunt exequi domini regis mandatum contra excommunicatos editum, claves ecclesiæ contemnentes.

Has igitur constitutiones, una cum his, quæ in generali seu provinciali concilio sunt statuta, volumus inviolabiliter observari: ita videlicet ut in qualibet ecclesia nostræ diœcesi circa Pascha proximum scriptæ habeantur, quatenus rectores ecclesiarum eas sæpius recitantes, se & subditos suos perducere valeant ad salutem. Has igitur constitutiones, quas districte præcipimus observari, in publico fecimus recitari, ut nullus prætextu ignorantiæ se valeat excusare.

Ex auctoritate Dei Patris omnipotentis, Filii, & Spiritus Sancti, & præsentis synodi præcipimus in virtute obedientiæ, quod omnes sacerdotes, qui in episcopatu nostro curam gerunt animarum, has constitutiones omnes habeant in libellis suis scriptas, easque diligenter observent, habentes eas sæpe præ manibus, & præ oculis. Et cum item ad synodum venturi sunt, deferat unusquisque secum libellum suum, redditurus rationem de transgressione singulorum præceptorum.

FRAGMENTUM STATUTORUM

Ecclesiæ Nivernensis,

Anno 1246. editorum.

Ex chartario ecclesiæ Nivernensis.

I.

An. 1246. Ex Mart. Anecd. t. IV. p. 1069.

NON curantes, & pœna temporalis seu pecuniaria magis metuitur quam æterna, ut quos spes de bono aut timor de malo futuro non excitat ad servicium Deo debitum exhibendum, saltem coerceat beneficii subtractio temporalis, auctoritate qua fungimur duximus injungendum, ut qui circa lectionem vel responsorium, seu aliud per scripturam tabulæ, aut per mandatum illius qui officium injungendi habebit, quod sibi injunctum fuerit, neglexerit adimplere, & pœna temporali hujusmodi defectum facientibus puniatur, & ab ipso sine relaxatione lavetur pœna pecuniaria, quæ pro hujusmodi defectibus noscitur instituta, nisi super hoc infirmitate corporali seu alia ratione probabili excusetur: quam si solvere contradixerit, omnes quotidianas distributiones amittat, quousque ad arbitrium capituli contemtum hujusmodi curaverit emendare.

II.

Et quia domus Dei domus orationis est, Domino attestante, & sic non debet aliis usibus deputari, districtius inhibemus ne in ecclesia Nivernensi merces aliquæ aliquo die vel tempore vendantur, & quicumque canonicus, quemquam vendentem in ecclesia merces invenerit, eidem ejiciendi ab ecclesia venditorem cum mercibus concedimus potestatem.

III.

Item, quia in festo stultorum, scilicet Innocentium, & anni novi in ecclesia vestra multa fiunt, sicut intelleximus, inhonesta, sub pœna excommunicationis inhibemus districte, ne talia festa irrisoria de cetero facere præsumant, firmiter injungentes, ut sicut aliis diebus solemnibus servitium divinum faciatis; ita in his festis cum omni honestate & devotione facere procuretis. De festo stultorum vide Cangium V. *Kalendæ.*

IV.

ANNO CHRISTI 1247.

IV.

Inhibemus etiam ſub eadem pœna, ne priſiones canonicorum, clericorum, ſeu ſervientium ipſorum quas inter Paſcha & Pentecoſten aliqui veſtrum uſu deteſtabili quandoque faciunt, de cetero faciatis, quod ſi quis facere præſumſerit, tamquam excommunicatus ab omnibus evitetur: quouſque ſuper hoc ſatisfecerit, & abſolutionem obtinuerit ab eo, qui abſolvendi habuerit facultatem.

Has priſiones ſeu captiones nihil aliud fuiſſe credo quam ludricas quasdam captivationes canonicorum e quibus ſe pecunia ſoluta expediebant.

V.

Sub eadem pœna ſimiliter inhibemus, ne quando legitur biblia, ſecundum eccleſiæ veſtræ uſum, clerici aliqui ſeu canonici merrementa, (a) ſeu ligna aliena comburere præſumant: quod ſi præſumſerint, tamquam excommunicati ſimiliter evitentur, quouſque damnum paſſo ſatisfecerint, & obtinuerint ſe abſolvi.

(a) Materiam ligneam ædificandis omibus ptam. Vide Canium V. Materiamen.

VI.

Et ut clerici a laicis, non tantum & moribus, ſed etiam habitu diſtinguantur; diſtrictius inhibemus, ne canonici ſeu clerici de choro caſu aliquo clericis indecentia deferant indumenta, aut aliquis prædictorum, C parvis dumtaxat exceptis, per villam Nivernenſem præſumat ſine veſtimento de choro, aut cappa incedere, vel mantello.

VII.

Ad hæc quia, ſicut audivimus, quidam veſtrum miſſas quandoque privatas in ipſa majori eccleſia in mane audiunt in habitu ſæculari, & abſque veſtimentis de choro contra omnem decentiam, & eccleſiæ honeſtatem? quam diſtricte poſſumus inhibemus, ne quis canonicus ſeu clericus de choro ab ortu diei quouſque hora ſexta fuerit decantata, & a pulſatione nonæ uſque poſt finitum D completorium ſine habitu de choro per ipſam eccleſiam tranſitum facere audeant, aut in ipſa aliquatenus immorari. Quod ſi quis præ-

A ſumſerit; ſi canonicus eſt, X. ſolidos; ſi clericus V. ſolidos pro unoquoque exceſſu fabricæ ipſius eccleſiæ ſine relaxatione aliqua ſolvere teneatur, & quouſque hujuſmodi pœnam ſolverit rectori fabricæ a perceptione anniverſariorum & omnium diſtributionum eccleſiæ hac conſtitutione ſe noverit privatum. Quod ſi quis in conſuetudine duxerit, pœnæ ſubjaceat graviori.

ANNO CHRISTI 1247.

VIII.

Item, licet illis qui beneficia pravis conferunt & indignis, diverſæ pœnæ a jure & canonibus infligantur; quia tamen in collatione beneficiorum capitulum ipſum audivi- B mus quam plurimum deliquiſſe, non ſine ſalutis propriæ detrimento & ſcandalo plurimorum; ſub obteſtatione divini judicii, quanta diſtrictione poſſumus, vobis duximus injungendum, quatenus cum beneficia aliqua conferre habueritis, ſufficientibus perſonis & honeſtis eadem conferatis, & talibus etiam quæ in ipſis beneficiis velint & valeant perſonaliter reſidere.

IX.

Et quia intentionis noſtræ non eſt, importabile quid, ſive grave cuiquam imponere, qui omnes potius vellemus ſolvere quam ligare, concedimus quod ſi quis veſtrum occaſione hujuſmodi ſtatutorum excommunicationis, ſuſpenſionis, ſeu interdicti ſententiis noverit ſe ligatum, poſtquam ſatisfecerit & ea reſtituerit, quæ contra ſtatuta veſtra præſumpſerit uſurpare, per decanum, ſeu hebdomadarium eccleſiæ ab hujuſmodi ſententiis abſolvatur, quibus abſolvendi tales ex gratia concedimus facultatem.

X.

Hæc autem ad præſens in eccleſia veſtra ordinavimus, & vobis injungimus obſervanda; ad corrigenda & ordinanda alia proceſſuri, cum vacare poterimus & viderimus expedire. Datum Bitur. IX. Kalendas Julii, anno Domini M. CC. XLVI.

STATUTA SYNODALIA ECCLESIÆ CENOMANENSIS

A. 1247. emendata.

Ex veteri codice monaſterii ſancti Germani a Pratis.

Incipit liber Synodalis ſecundum uſum eccleſiæ Cenomanenſis.

n. 1247. x Mart. et. Mon. VII. p. 69.

DIE Dominica præcedenti ſynodum ſacerdotes, qui capellanos non habent in ſuis parochiis, diligenter inquirant publice in eccleſia, ſi qui ſint infirmi in parochia. Feria ſubſequenti, ſeu antequam iter arripiant, eos viſitent etiam non requiſiti, & quicquid neceſſe fuerit ad ſalutem animarum procurantes, nihilominus viſitationem eorum..... quam facere ſolent per capellanos vicinos in aliis eccleſiis remanentes.

Præcipitur ut omnes veniant ad ſynodum, maxime curam animarum habentes; & ſi inevitabili neceſſitate detenti fuerint, mittant capellanum ſuum aut clericum loco ſui; & in eundo & redeundo honeſte ambulent, & honeſta quærant hoſpitia, & in eis circumſpecte ſe habeant, ne ſtatus clericorum vertatur in opprobrium populo & contemtum: & qui ex cauſa remanſerit, eam decano, & decanus epiſcopo ſtudeat intimare.

Præ-

ANNO CHRISTI 1247.

Præcipitur sacerdotibus sub pœna suspensionis, quod a tempore pulsationis synodi, omni occasione postposita, jejuni & induti superpelliciis & stola cum libro synodali majorem ecclesiam vel locum synodi intrare festinent: ceteri autem personatum habentes vel vicarium, superpelliciis tantum, & abbates cappis sint induti.

Incipit prima pars.

De Trinitate. De Incarnatione. De sacramentis, scilicet de baptismate cum particulis suis. De confirmatione. De pœnitentia cum particulis suis. De sacramento altaris cum particulis suis. De conjugio cum suis particulis. De extrema unctione. De ordinibus. Ne venalia prostituantur ecclesiæ sacramenta. De septem vitiis capitalibus. De sobrietate. De jejuniis. De feriis.

De Trinitate.

In fide Trinitatis & Incarnationis & septem sacramentorum, & in septem operibus misericordiæ, quæ septem vitiis capitalibus opponuntur, populum tam majorem quam minorem sacerdotes studeant instruere diligenter. De Trinitate docere tenentur ad minus, quod Pater & Filius & Spiritus sanctus sunt tres personæ; & illæ tres personæ sunt unus Deus, & una persona non est alia.

Dicatur autem sæpe laicis, ut citra istum vel alios articulos fidei, aut citra sacramenta non quærant rationem, vel quomodo, vel quare ita sit; quia tanta est subtilitas fidei, quod ea quæ subsunt fidei, non possunt intellectu comprehendi, nec expedit: quia fides non habet meritum, cum humana ratio probet experimentum. Credant igitur omnia firmiter sine hæsitatione, quæcumque catholica fides asserit, quamvis non intelligant, majorem fidem adhibentes testibus fidei, quam oculis carnis, qui possunt decipi. Testes fidei sunt apostoli, martyres, confessores, virgines, quorum plurimi pro testimonio fidei diversis cruciatibus sunt afflicti & probati inventi sunt; quia & in vita eorum & postea, propter eorum tormenta, divina potentia mortuos suscitavit, cæcos illuminavit, contractos erexit, & sanavit infirmos.

De Incarnatione.

Circa fidem Incarnationis docere debent presbyteri, & maxime infirmos quando communicant, veri Dei Filium pro redemtione humani generis carnem assumsisse in beata Virgine, de carne ejusdem Virginis, non humana, sed sancti Spiritus operatione; & qui prius erat Deus tantum, factus est in ea verus homo & verus Deus: & eumdem de Virgine natum esse, virginitate integra manente in conceptione, partu, nativitate: unde propheta, *Descendet sicut pluvia in vellus.* Pluvia enim descendens in vellus, vel extracta a vellere, illud non corrumpit, sed mundius facit. Et eumdem consputum, alapis cæsum, flagellatum & multipliciter irrisum, in cruce mortem vilissimam sustinuisse. Eumdemque ad inferos in anima descendisse, ut animas sanctorum ibidem detentas educeret; & in corpore jacuisse in sepulcro; & eumdem in eadem carne glorificata tertia die a mortuis resurrexisse: per quem nos omnes in carne quam gerimus, resurgemus; boni in carne glorificata; mali in carne corrupta: unde Apostolus: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Et eumdem quadragesimo die ad cœlos ascendisse, & quinquagesimo Spiritum sanctum apostolis, sicut prædixerat, misisse. Et eumdem venturum ad judicium, & redditurum unicuique secundum opera sua, bonis vitam æternam; malis autem ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus.

De baptismo.

De baptismo docere debent presbyteri, quod in sacramento baptismi consistit salus omnium; in susceptione baptismi consistit salus puerorum, quia sine baptismo non salvantur. Qui vero habent usum liberi arbitrii, in proposito & ardenti voluntate suscipiendi illud, ad hoc laborando quantum in se est, sine susceptione salvari possunt adulti.

Baptismus cum omni reverentia & honore celebretur, & cum magna cautela, maxime in distincta prolatione verborum, in quibus virtus sacramenti consistit, scilicet: *Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.* Et in Romano sub hac forma doceant presbyteri frequenter laicos debere pueros baptizare, etiam patrem & matrem pueri in summa necessitate. Laici tamen puero non imponant nomen. Forma autem verborum prædicta ab eo qui baptizat integre, ordinate, continue, sine interpositione aliqua proferatur. Interrogetur autem laicus, qui puerum baptizavit, diligenter a sacerdote, quid dixerit, quid fecerit; & si invenerit eum modo debito baptizasse, allato puero ad ecclesiæ fores, nomen ei imponatur & suppleatur quod deest, pabulum salis benedicti, & aurium linitio cum saliva: exorcismi tamen super puerum non dicantur. Super fontes autem fiant omnia quæ solent fieri, sola immersione excepta. Si vero dubium fuerit in qua forma verborum puer fuerit baptizatus, item * sacerdos omnia faciat, dum tamen immergens dicat: *Si tu non es baptizatus, ego baptizo te in nomine Patris*, &c. Et istud ideo apponitur, ne baptismus, qui semel tantum recipi debet, videatur aliquatenus iterari; quod & de sacramento confirmationis tenendum est & docendus. Ad elevandum vero puerum de sacro fonte tres tantum patrini recipiantur.

* f. iterum

De confirmatione.

De confirmatione doceant sacerdotes, quod si digne recipiatur, in ea Spiritus sanctus recipitur, in bono confirmans eum qui recipit, & roborans contra diabolum & peccata. Jejuni debent esse, & contriti de peccatis, & ea confiteri si tempus habent, vel postea quam cito poterint: aliter enim indi-

ANNO CHRISTI 1247.

digne suscipiunt, si prius erant in mortali.

Sacerdotes scientes venturum episcopum ad dedicationem ecclesiarum vel cimiteriorum, citra se usque ad duas leucas moneant populum suum diligenter, etiam per hospitia, si opus fuerit, ut omnes conveniant coram episcopo ad audiendum sermonem, maxime qui consilio episcopi indigent; & confirmandi bendellos secum deferant latos, mundos & satis longos. In crastino vero presbyteri veniant, populos cruce præcedente, & tunc celebrent summo mane.

De pœnitentia.

De pœnitentia, quæ consistit in contritione, confessione & satisfactione, doceant sacerdotes, quod sicut puero non est salus sine baptismo, ita adulto, qui fœdus baptismi violavit, non est salus sine pœnitentia ad minus contritionis. In proposito & ardenti voluntate confessionis & satisfactionis salvari possunt adulti: sed vera pœnitentia liberat hominem a diabolo, mundificat a peccato, & reconciliat Deo.

Præcipitur quod sacerdotes episcopo vel pœnitentiariis suis semel similiter in anno confiteantur; permittit & episcopus quod possint interim aliis sacerdotibus confiteri.

Clerici antequam ordines recipiant, episcopo vel pœnitentiariis discretis confiteantur, ne forte per simplicitatem confessoris irretiti irregularitate ordinentur.

Theodorus. Sacerdos autem quilibet si inebrietur per ignorantiam, septem dies pœniteat in pane & aqua: si per negligentiam, quindecim dies: si per contemtum, quadraginta dies; si diaconus, triginta dies pœniteat. Reliqui clerici ministri juxta ordinem sui sacerdotis puniantur judicio.

Beda. Si quis vero ea die qua eucharistiam sumsit, per voracitatem aut ebrietatem vomitum fecerit, gravius puniatur.

Theodorus. Si quis in evangelio, vel psalterio, vel rebus aliis furta vel deperdita inquirere præsumserit, quadraginta dies pœniteat.

Ex concilio generali. Doceatur maxime ante quadragesimam, quod omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, a principio quadragesimæ, vel etiam ante, omnia peccata sua fideliter confiteatur, saltem semel in anno, proprio sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam studeat, pro viribus adimplere. Si quis autem alieno sacerdoti justa de causa sua voluerit confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ille non possit eum solvere vel ligare. Sacerdos autem sit cautus & discretus, ut more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumstantias & peccati.

De confessione & pœnitentia.

Ad audiendam confessionem eminentem locum eligant sacerdotes, ut communiter possint videri; nec in locis abditis extra ecclesiam recipiant confessiones, nec diaconis committant aliquorum confessiones, etiam parvulorum.

In confessione habeat sacerdos vultum humilem & oculos in terram, ne indiscrete vel frequentius respiciat faciem confitentis, maxime mulieris, & patienter audiat quod dixerit in spiritu lenitatis, & ei pro posse suo plurimis modis persuadeat, ut confiteatur integre, nude, vere & aperte, & dicat ei aliter non valere. In confessione sibi caveant sacerdotes, ne inquirant nomina personarum cum quibus peccaverunt confitentes, sed circumstantias tantum, quæ possunt aggravare peccatum. Caveat sacerdos omnis, ne verbo aut signo aut alio quovis modo prodat aliquatenus peccatorem, sed si prudentiori consilio indiguerit, absque ulla expressione personæ caute requirat, quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio sibi detectum præsumserit revelare, eum non solum a sacerdotali officio decrevimus deponendum, verum etiam ad agendam perpetuam poenitentiam in arcto monasterio detrudendum.

Ex concilio generali. Quia per experientiam certam didicimus pro fornicatione, vel etiam pro majoribus peccatis fere nullam vel minimam poenitentiam pœnitentibus injungi a sacerdotibus ignorantibus seu negligentibus canonica instituta, præcipimus quod sacerdotes studeant inquirere diligenter & peccata usitata & usitatas circumstantias peccati maxime gulæ, luxuriæ & cupiditatis, quibus genus humanum corrumpitur frequentius & foedatur.

De vitio gulæ.

Vitium autem gulæ in excessu juxta potum attenditur, quod maxime fit in quinque. Inquirant igitur a poenitente utrum aliquando excessum fecerit, quærendo cibos nimium sumtuosos vel nimium delicatos, sicut dives qui epulabatur quotidie splendide, & Judæi qui carnes in deserto concupierunt. Item, utrum peccaverunt nimia ciborum & vilium sumtione, sicut Sodomitæ, quorum peccatum fuit ex abudantia panis. Item, utrum sumendo convivio aviditate, sicut Esau. Item, utrum cum nimio apparatu, sicut filii Heli. Item, utrum ante horam, sicut Jonathas: quod si fecerit, moneatur a talibus abstinere, & ut curare contraria contrariis studeat diligenter. Hi siquidem sunt satellites Nabuzardan, qui interpretatur princeps cocorum, qui Jerusalem, idest fidelem animam funditus destruxerunt.

Beda. Inquiratur utrum pœnitens aliquando ebriatus fuerit, & si per ebrietatem vomitum fecerit, tres dies poenitere debet sine carne, vino & camisia. Si autem sine vomitu fuit ebrius, pro singulis ebrietatibus quæ turbant statum mentis, solent aliqui etiam periti in jure injungere singula ad minus jejunia in pane & aqua, etiam privatis personis.

Beda. Si quis per nequitiam alium inebriaverit; quadraginta dies poeniteat: quod si ex consuetudine habeat, communione privetur, donec digne poeniteat & emendare promittat. Qui cogit hominem ut inebrietur humani-

manitatis gratia, acerrime puniatur vel corrigatur, & septem dies poeniteat.

De peccato luxuriæ.

Circa peccatum luxuriæ quæratur utrum poenitens accesserit ad prægnantes mulieres, seu viduas vel alias, & quæratur numerus illarum cum quibus peccavit: si nesciat numerum, saltem æstimationem dicat quam credit. Quæratur etiam de vicibus, & quanto tempore in peccato fuerit, & quo loco, sacro videlicet vel non sacro; puta in ecclesia vel in cimiterio. De persona utrum sacerdos diaconus, subdiaconus, vel monachus. De tempore, utrum in solemnitatibus præcipuis: quod si fecerit, honestum videtur ut in vigiliis sanctorum festorum quæ violavit, jejunet omnibus diebus vitæ suæ in pane & aqua, vel saltem redimat competenter.

Si solutus laicus cum soluta concubuerit, tres annos poeniteat secundum canonum rigorem, secunda, quarta & sexta feriis, cibis jejunando communibus; si cum vidua, quatuor annos. Sed quia fragilitas nostri corporis tanti rigoris non patitur manere censuram, hujus poenam commutent vel temperent sacerdotes in orationibus vel eleemosynis, vel aliis satisfactionibus, quando & prout viderint expedire: & quando sæpius & negligentius ea peccata commiserit, tanto majus tempus addatur: & modus poenitentiæ secundum hoc moderamen intelligatur in omnibus poenitentiis pro quocumque crimine imponendis.

De prostantibus poenitenti periculum ostendatur. Semper enim forte conjugatæ vel moniales vel a parentibus eorum cognitæ, vel leprosis sæpius se supponunt; per quod accedentes ad eas incurrunt sæpius morbum lepræ. Si aliquis ad tales accesserit, maxime ignotas, tutum est ei infligere poenam pro adulterio imponendam.

De adulterio.

Quæratur utrum ad conjugatas accesserit, cum quot, quo loco, quo tempore. Si conjugatus solutam cognoverit, ille septem annis poeniteat, quia foedus conjugii violavit, & illis quinque, secunda & quarta & sexta feria jejunet, habito moderamine prænotato. Si autem conjugatus conjugatam cognoverit, cum constet majus esse peccatum, major & poenitentia injungatur.

De defloratione virginum.

Quæratur de virginibus defloratis: quot autem defloravit, tot debet maritare si potest, vel alias pauperes mulieres loco earum, vel saltem ipsas corruptas, si indigeant, sustentare, vel ingressum religionis, si voluerint, procurare, injuncta poenitenti nihilominus poenitentia, quæ pro simplici fornicatione est sæpius annotata: sin autem, quia eis viam aperuerit ad peccandum, timeat quod omnibus peccatis quæ illæ per carnis lubrica perpetrabunt, communicabit.

De sanctimonialibus.

Quæratur si cum sanctimonialibus peccaverit, & eodem modo ut supra: quod si fecerit ad episcopum debet mitti.

De incestu spirituali.

Mulierem quæ a proprio sacerdote cognita est, vel ab alio qui ejus confessionem audivit, vel eam baptizavit, propter enormitatem criminis, maxime si scandalum inde fuerit, ad episcopum esse mittendam. Sed volentes in hac parte linguas compescere detractorum, qui forte dicerent nos istud injungere in gravamen & odium sacerdotum, poenam injungendam volumus sacerdotibus declarare. Femina soluta quæ cum spirituali fornicata fuerit, omnia derelinquat, & res suas pauperibus tradat, & conversa in monasterio, Deo usque ad mortem serviat. Cum autem per fragilitatem sexus rigor ille non valeat animo observari, provideant sacerdotes quibus tales confessæ sunt, ut vino correptionis oleum discretæ misericordiæ conjungentes, sic temperent poenitentiam, ne immensitate ponderis poenitentes obruantur; neque pro relaxatione indebita igni purgatorio crudelissime relinquantur. Nobis autem videtur tutum esse, ut tales quamdiu vixerint, arctæ debeant poenitentiæ subjacere. Si autem conjugata fuerit, gravius est peccatum, & gravius puniendum; non jugum matrimonii impediret.

De incestu naturali & regulari.

Quæratur si ad consanguineas suas accesserit vel uxores consanguineorum suorum, vel ad cognitas ab eis, & in quo gradu, proximo videlicet vel remoto, & de aliis ut supra: & tales ad episcopum mitti debent. Item, quæratur si mulierem indebito modo cognoverint, & si cognoverint, quæratur quomodo & quotiens, &c. Quæratur si in puerperio, si tempore menstruorum, quod in lege prohibetur, mulierem cognoverint: est enim periculum corporale patris & matris, scilicet, periculum elephantiæ, menstruorum tempore commisceri: est & prolis periculum, quia ex corrupto semine corruptus nascitur sexus, & semper fere, ut asserunt physici, vel gibbosus vel contractus, vel hujusmodi.

Ex Romano pœnitentiali.

Si quis cum muliere in puerperio concubuerit, decem dies poeniteat in pane & aqua. Eadem poenitentia potest ei injungi qui modo indebito uxore sua utitur: in usu etiam naturali eadem poena potest ei injungi, qui scienter ad mulierem menstruatam accedit. Mulier vero si viro volenti accedere ad eam non revelaverit morbum suum, eamdem poenitentiam subeat: & si revelaverit, & vir nihilominus accesserit ad eam, mulier minus est in culpa.

Item, quæratur si ad mulierem prægnantem accesserit, & utrum mulier cognita abortivum fecerit, & tunc si ob istam causam evenerit, ad episcopum transmittatur,

Item

ANNO CHRISTI 1247.

Item, quæratur si cum mulieribus tantum peccavit: si dicat cum alio se peccasse, quæratur cum qua re, & de aliis circumstantiis ut supra.

De pollutione nocturna.

Quæratur utrum dormiendo aliquando contigit ei pollutio: quod si ex ebrietate vel præcedenti cogitatione illicita evenerit, magis est timendum.

De peccato mollitiei.

Quæratur utrum pollutio ei contigerit etiam vigilando per se solum: si dixerit sic, quæratur utrum ei placuerit; & si hoc, quæratur utrum aliquid fecerit, per quod hujusmodi pollutio compleretur. Si dicat sic, quæratur quid fecerit & quomodo. Cum autem peccatum mollitiei adulterium vincat, consulimus quod cum septem annis poenitentiæ, singulis septimanis singulæ disciplinæ injungantur.

Item, quæratur utrum mulierem lascive aspexit, concupivit, tractavit, osculatus sit, nam secundum canones, si quis lingua lascivus fuerit, triduana ei pœnitentia injungatur.

Si quis obtrectavit pectus puellæ vel turpitudinem, si laicus sit, tres dies pœniteat: si clericus vel diaconus, si monachus vel sacerdos, a divino officio suspensus viginti dies pœniteat. Scriptum est enim, *neque tetigeris vel obtrectaveris pectus vel turpitudinem fœminarum.*

Item, quæratur utrum aliquando pro aliquo sollicitavit vel peccato alterius consensit, consilium, auxilium vel consensum impendit; utrum conjugatam vel aliam; utrum pro conjugato alio, quomodo & quando, ut supra. Sollicitatores mulierum pro alio, sive consentientes peccato aliorum, secundum quod magis vel minus peccaverint puniantur: & quandoque non minus peccant quam illi qui peccatum operantur.

Quomodo communiendi sunt pœnitentes contra peccatum carnis.

Contra peccatum carnis solent muniri pœnitentes sic, ut dicat ei sacerdos semper labora, & cogita vitare malam societatem & opportunitatem peccandi, quod est vitare loca & personas cum quibus vel per quas peccare possumus vel solemus, *quar l' aise fait le laron.*

De sortilegiis.

Quæratur utrum sortilegia fecerit: quod si fecerit, de sacramentis ecclesiæ vel dæmonibus immolans vel dæmonia invocans, ad episcopum mittatur. Si peccaverit ad fascinum, vel qualescumque præcantationes fecerit, excepto symbolo & oratione dominica, vel alia oratione canonica, & qui cantat, & cui cantatur, tres quadragesimas poeniteat.

A *De cupiditate, & quomodo, & quibus facienda restitutio.*

Quæratur a poenitente utrum habuerit rem alienam injuste, videlicet per furtum, rapinam, usuram: & si hoc, caveat sacerdos ne missas vel eleemosynas pro restitutione injungat. Est enim regula, quod non nisi domino facienda est restitutio, si de facili possit inveniri. Ad hoc ut fur vel raptor possit absolvi, mortuo, vel non invento vero domino, restituendum est proximioribus personis, ut uxori, quod justum fuerit, vel filiis, vel patri, vel matri, & illis præcipue qui constituti sunt hæredes testamenti, B si qui sunt, vel eis qui ab intestato succedunt. Si vero verus dominus est, vel non possit inveniri cui debeat restitui, tunc demum ad consilium ecclesiæ eroganda sunt pro illis qui jus in rebus male habitis habuerunt; quod & similiter de inventis faciendum est. Non autem sufficit circa male habita restitutio sola, sed condigna injungi debet poenitentia pro peccato. Quando certus est verus dominus & inventus, injungendum est læsori ut ei si potest satisfaciat immediate, si audeat revelare; sin autem, mediante sacerdote vel alio bono viro, nemine nominato; vel compenset læsor per servitia quæ poterit animo restituendi. Si C vero grave sit damnum, & læsor non possit solvere, debet petere veniam personaliter a damnificato, si audeat; alioquin hoc faciat aliquo bono viro mediante, nemine nominato, & ipse satisfaciat jejuniis & orationibus & corporalibus disciplinis, habens in proposito, quod omnia restituet, si ad fortunam venerit pinguiorem.

De eo qui alieno damno consensit.

Quæratur si alieno damno consensit, vel simplicitate vel negligentia, non impediens lædentem cum posset, vel lædendum non præmuniens. Quod si fecerit, distinguendus D est: quod si consensit tantum, non videtur teneri ad restitutionem damni; sed ad satisfactionem poenitentiæ pro negligentia: inducat tamen læsorem prout poterit ad satisfaciendum læso. Si vero præbuerit consilium vel auxilium vel favorem in damnum alterius, vel partem habuerit, damnum tenetur restituere in solidum, nisi quantum noverit ab aliis esse solutum.

Item, quæratur utrum illi qui injuste rem suam detinebat damnum intulerit: quod si fecerit, si æquale fuerit, poterit sustineri, de dolo tamen poeniteat; si majus est, quod superest reddat.

Item, quæratur utrum ille stupri causa E aliquid habuerit ab conjugata; & si hoc, marito reddat; si a persona religiosa, ecclesiæ suæ reddat; si ab ancilla de rebus domini sui, ipsi domino est reddendum. Diligenter attendat sacerdos, cujus officii sit poenitens; nam si mercator vendens vel emens ad mensuram, prohibendus est ne habeat pondus & pondus, mensuram & mensuram; & si habuerit, vel falso mensuraverit, tenetur re-

ANNO CHRISTI 1247.

restituere, si sciat quibus. Similiter de omni male acquisito restituto facienda est, ut dictum est. Si autem nesciat quibus propter minutias multas, satisfaciat ecclesiæ vel ecclesiasticis, quorum illos credit parochianos, vel pauperibus, tamen ad consilium ecclesiæ. Similiter de aliis officiis faciendum est suo modo.

Theodorus. Si quis per necessitatem furatus fuerit pecus vel cibaria per famem, vel vestes per nuditatem, poeniteat hebdomadas tres: si reddiderit, non cogatur jejunare. Si quis furtum capitale commiserit, videlicet quadrupedia tulerit, vel capsas effregerit, septem annos poeniteat secundum canones; & quod furatum est reddat. Si vero de minoribus semel aut bis furtum fecerit reddat quod tulit, & unum annum poeniteat.

Quomodo familia usurarii possit uti male acquisitis.

Dicendum est filiis foeneratorum & omnium raptorum, quod de hujusmodi arctissime debent vivere prout possunt, & reddere damnificatis, etiam insciis dominis: & si pinguior eis obvenerit fortuna, reddere debent etiam de proprio quantum possunt & ad eos pervenerit. Consulatur militibus quod largas eleemosynas & spontaneas faciant, vestiendo pauperes, ecclesiis conferendo; quod sanctius videretur, si damnificatis daretur vel potius redderetur. Item, quæratur utrum pro cupiditate aliqua peccaverit, vel fidem violaverit, vel ecclesiam vel cimiterium; quod si hoc, ad episcopum mittatur.

De ira.

Quæratur utrum ex ira alicui conviciatus fuerit, vel in tristitiam mentis inciderit, quæ mortem operatur æternam, vel aliquem odio habuerit: quod si fecerit, moneatur diligenter ut deponat rancorem. Debita vero vel querelam non tenetur remittere; sed petere potest pacato animo coram judice.

Ex concilio Rothomagensi. Si quis alium per iram percusserit & sanguinem effuderit; si laicus est, viginti dies poeniteat: si clericus, triginta. Illi autem qui gradum habuerint sublimiorem, amplius puniri debent; diaconus sex menses, presbyter unum annum.

De invidia.

Quæratur utrum per invidiam doleat vel doluit de utilitate proximi, vel de ejus infortunio lætus fuerit: vel utrum per invidiam alicui detraxerit, & maxime ei qui præest. Si quis detraxerit ei qui præest, septem dies poeniteat.

De acedia.

Quæratur utrum poenitens otiosus fuerit in his quæ pertinent ad salutem, id est negligens & indevotus; & talis timeat illam sententiam: *Maledictus homo qui opus Dei facit negligenter.*

A

De poenitentia, quod sit portabilis.

Sacerdos debet esse sollicitus, ut poenitenti onus importabile non ponat, licet recipere poenitens sit paratus: sed sic poenitentiam temperet, ut a studio non cogatur cessare scholaris, a fabrica faber, ab agro agricola, vel alius laboriosus ab opere licito & competenti, ut a cura domus seu familiæ ut eis providere non possit, nec cursor a cursu, ut sequi dominum non possit. Item vero pro peccato occulto poenitentiam publicam non injungat, nec peccatores occultos faciat publice poenitere.

B

De compensatione poenitentiarum.

Sciendum est quod omnibus qui ex justa causa viderentur non posse sine magno gravamine frequenter in arcta dieta jejunare, possunt redemtiones vel compensationes adhiberi per orationes, per eleemosynas, vel per abstinentiam a carnibus vel piscibus, per disciplinas vel hujusmodi secundum statum personarum, vel animo, vel in quadragesimalibus cibis: propter viam aut peregrinationes, facilius quam propter aliud est relaxatio indulgenda vel commutatio. Similiter propter societatem, non tamen quamlibet; sed si accedat ad mensam alienam, vel aliquis ad suam, cui debet se conformare, & si sine gravi damno vel scandalo nequiverit evitare, vel pro solemnitate diei, si divinis interfuerit. Consulimus & monemus ne sacerdos missas injungat confitentibus: sed ut cupiditatis notam fugiat in hac parte, fructus qui ex tali injunctione solet sacerdotibus provenire, consulatur pauperibus erogare.

C

De Confessione & poenitentia infirmorum.

Ab infirmis in mortis periculo constitutis pia est inquirenda peccatorum confessio, non poenitentia injungenda est; tamen eis intimandum, ut convertantur & doleant de peccatis suis universis & singulis, non tantum timore poenæ quam peccando meruerunt; sed quia Deum Patrem & creatorem & redemtorem suum offendere præsumserunt. Inducantur tamen infirmi ut acerbitates ægritudinis quas sustinent, quasi flagella pii patris, quamdiu ei placuerit, cum gaudio tolerare laborent. Si autem convaluerint, statim ad sacerdotem accedant, ut tunc eis poenitentia competens injungatur.

D

De his qui mittendi sunt ad episcopum.

Sacerdotes in confessione majora majoribus reservantes, mittant ad episcopum poenitentes de homicidio, de perjurio seu fide mentita. Item de injectione manuum in parentes, sive in clericos vel quoscumque religiosos. Item de incendio, de simonia. Item litterarum falsitate. Item de incestu tam naturali quam legali & spirituali, videlicet qui consanguineam suam cognovit, & consanguineam uxoris, vel consanguinei uxorem

E

rem, & qui cognovit filiam ſpiritualem, ſcilicet filiolam, vel qui ejus confeſſionem audivit. Item de lapſu carnis cum monialibus. Item de violatione cimiteriorum vel eccleſiarum. Item de hæreſi: item de ſchiſmate: item de ſortilegiis factis de ſacramentis eccleſiæ: & omnes etiam qui ad hoc conſilium vel auxilium præſtiterunt. Item mittendi ſunt ad epiſcopum qui abortivum coeundo vel alio modo facere præſumſerunt, & qui ad hoc conſilium vel auxilium impenderunt. Item clerici qui furtum commiſerunt. Item clerici quocumque modo irregulares facti ſint, qui bis ſe permiſerunt baptizari, vel qui interfuerunt. Item, qui ſine prima tonſura aliquem ordinem ſuſceperunt. Item, qui ſuſcipiendis ordinibus ſaltum fecerunt. Item, qui quocumque modo per ſe vel per alium homicidium perpetraverunt, vel judicio ſanguinis interfuerunt, & qui auctoritatem, conſilium vel auxilium, vel conſenſum in aliquo præbuerunt, unde mors hominis, vel membrorum mutilatio ſequeretur, ſive occaſio fuerit aliqua, ſive cauſa. Item, qui litteras ſcribit dictat aut legit, vel aliquod adminiculum præſtat ut aliquis mutiletur vel occidatur. Item clerici ſeu presbyteri qui in ſuſpenſione vel excommunicatione promoti ſunt, vel divina celebraverunt. Item, ſacerdos vel miniſter, cujus negligentia aliquid circa ſacramentum altaris inhoneſtum quocumque modo evenerit, ad conſilium epiſcopi ſunt mittendi. Quia quidam presbyteri, quos conſcientiæ reatus accuſat, timentes quod ſi parochiani ſui vel ipſi fratribus Prædicatoribus vel Minoribus confeſſi fuerunt peccata ſua, fingentes mendaciter contra ipſos dicunt quod confeſſiones confitentium detegere non verentur, ſub pœna emendæ vel alterius graviſſimæ pœnæ diſtrictius, inhibemus ne dictos fratres ſuper detectione confeſſionum audeant infamare.

Peccata notoria, de quibus ſcandalum in populo generatur, decano ſignificent ſacerdotes, & decanus archidiacono vel epiſcopo, niſi forte per eos ſint ſopita, timentes ne poenam incurrant, ſi per alios ad epiſcopum ſcandalum deferatur.

De ſacramento altaris.

De ſacramento altaris doceant ſacerdotes, quod ex virtute verborum quæ Dominus dixit in coena ſuper panem & vinum, & ex virtute ordinis ſacerdotalis, ſive bonus ſive malus ſit ſacerdos, cum debita materia contingit, quod per prolationem verborum ſuper panem & vinum cum intentione conficiendi, ubi erat prius purus panis, eſt verum corpus Chriſti de Virgine natum, in cruce paſſum, ad dexteram Dei collocatum, impaſſibile vero quale fuit in vita, ſed glorificatum, quale eſt in patria: & ubi erat prius purum vinum, eſt verus Sanguis Chriſti qui de latere ejus fluxit. Sub utraque forma tamen eſt totus Chriſtus: quia nec vere corpus eſt ſine ſanguine, nec vere ſanguis ſine corpore, nec corpus ſine anima, nec utrumque ſine divinitate; & ſacramentum hoc eſt cibus & refectio animæ

A viventis per gratiam, & damnatio animæ mortuæ in peccato: quia qui manducat indigne, judicium ſibi manducat & bibit.

Ut ſemel in die celebrare ſufficit.

Innocentius Papa. Nullus audeat bis in die miſſam celebrare, aut cum duplici introitu, niſi in magna neceſſitate, ſive corpore humano præſente in die ſolemni, vel quadrageſimali, & in die paſchæ; quibus caſibus propter neceſſitatem bis poterit celebrare. Celebraturus autem miſſam ſecundam, vinum perfuſionis non ſumat, ſed miniſtro bonam habenti conſcientiam conferat.

B

De his quæ circa ſacramentum altaris ſunt attendenda.

Sacerdos vel miniſter qui in altaris miniſtrat officio, diligenter attendat, ut ad conficiendam euchariſtiam ad miſſam, & ad communicandos infirmos, formas panis quam pulchras, quam decentes, quam honeſtas poterunt quærere non omittat, ne per informitatem formarum aliorum devotio minuatur. Attendat igitur quod hoſtia ſit integra, & integrum habeat circulum: & quod vinum non ſit acetoſum, & quod aquam non omittat. Si autem aquam omiſerit, quando advertit, apponat eam ſi fieri poC teſt ſine ſcandalo. Si vero per negligentiam evenerit quod perlecto canone & peracta conſecratione corporis, nec vinum nec aqua reperiatur in calice, debet ſtatim infundi utrumque, & hoſtia ſic conſecrata ſeorſum reverenter obſervetur: hoſtia autem nova, ſicut fieri ſolet, ante calicem apponatur, & reincipiatur canon miſſæ *Te igitur*: poſt canonem vero prior hoſtia ab ipſo ſacerdote ſumatur. Caveant ſacerdotes ne panis vel vinum remaneat ſupra altare infra miſſam, præter ipſa quæ ab ipſo ſunt conſeeranda; & ſi quid forte remanſerit, ſecurius eſt propter fatuam quorumdam conſcientiam, ut ab ipſo ſacerdote ſumatur, vel D ab alio aliquo mundam conſcientiam habente. Unde non eſt tutum hoſtiam eligere ſuper pallam, quia poſſet ibi aliqua fractio remanere, quam aliquis fatuus intelligeret conſecratam. Quod autem ad illos qui ſciunt conſecrationem non fieri niſi communicetur intentio, non eſt de talibus diſputandum.

Præcipitur presbyteris, quod quando incipiunt canonem miſſæ *Qui pridie*, tenentes hoſtiam, nec elevent eam, ſed ante pectus teneant donec dixerint, *Hoc eſt enim corpus meum*, & elevatam tamdiu eam teneant, quod ab omnibus poſſit videri, tunc pulſetur campana. Hoc autem dictum eſt, ne purus E panis adoretur a populo, ſi ante prolationem verborum hoſtia elevetur. Poſt totalem vero ſumtionem corporis & ſanguinis Domini, presbyter aliquantulum ab expuendo abſtineat; & ſi abſtinere non poſſit, in loco mundo hoc faciat, quod non poſſit conculcari.

De

De periculis circa altaris ſacramentum.

Si quid de ſanguine Chriſti ceciderit ſuper corporale, ſugenda eſt pars intincta, & ipſum corporale panno aliquo involutum pro reliquiis eſt ſervandum. Si ſupra pallam vel ſuper aliquod ſacrum indumentum ceciderit, pars intincta ſugatur, & poſtea ſcindatur, & conſuta panno mundo ſervetur pro reliquiis, ita tamen quod ſuper pannum cedula conſuatur, continens: ſuper hoc linteamen ſtilla cecidit ſacramenti. Si ſupra aliquod commune veſtimentum ceciderit, pars intincta prius ſcindatur, & poſt ſugatur & comburatur, & cinis in ſacrario reponatur. Si autem ſuper lapidem, lignum, terram ceciderit, lingendus, tergendus & radendus eſt locus ille, & pulvis in ſacrario reponendus. Si autem de Corpore Chriſti ſuper pallam ceciderit vel aliquod aliud ornamentum, pars ſuper quam ceciderit abluatur, & ablutio a ſacerdote ſumatur, vel ab alio bonæ conſcientiæ. Si vero ſuper lapidem vel terram ceciderit, locus radatur, & pulvis in ſacrario reponatur.

Bernardus. Si muſca vel aranea, vel aliquid tale in ipſum calicem ceciderit, quod ſine vomitu aliquando vel ſine periculo corporis ſumi poteſt, ſanguis ſumatur, & ſuperfuſo vino ipſum quod cecidit abluatur, & ablutio a ſacerdote ſumatur, vel ab alio bonæ conſcientiæ; & poſtea id quod cecidit in ſacrario comburatur. Quod ſi fides ipſa illud quod cecidit ſumere quempiam fecerit. Deo gratias.

Sacerdotes die octavo ſemper renovent ſacramenta euchariſtiam & fontem benedictum, ne eorum vetuſtate aliqui ad indevotionem moveri valeant.

Ex concilio Lateranenſi. Inhibetur presbyteris, ne hoſtias non ſacratas dent pueris, niſi loco panis benedicti die Paſchæ, & tunc ſtatim utantur, nec extra eccleſiam portent.

De communione Paſchæ.

Doceant ſacerdotes populum, ut tales ſe exhibere procurent, quod ſaltem in die Paſchæ digne communicare valeant & communicent. Legitur enim in libro Numerorum, quod ſi quis mundus fuerit, & non fecerit Paſcha, hoc eſt non communicaverit, anima peribit de populo. Et ſi hoc de mundo dicitur qui non communicat, multo fortius de immundo, qui tantum propter immunditiam ſuam abſtinere debet, quamdiu talis eſt, & nullatenus communicaturus.

De communione infirmorum.

In eccleſiis ſuis dicant ſæpe presbyteri, ut quam cito viderint aliquem infirmari, presbyterum incontinenti ad audiendam infirmi confeſſionem, & ad communicandum advocare procurent; nec expectent noctem ad vocandum presbyterum, ſi de die contigerit aliquem infirmari.

Singuli ſacerdotes ſingulos habeant calices, in quibus communicentur infirmi, qui
A decori ſint & mundi, ne immunditia horrorem inducat infirmo, ſed potius in eis infirmi devotio excitetur.

Item, ſi quid de corpore Chriſti in ore infirmi remanſerit, vel inde exierit, quod ab eo recipi non poſſit, aliquam formam panis habens, ab ipſo ſacerdote convenienter debet conſumi, vel comminutum in calice cum modico vino alicui habenti bonam conſcientiam dari. Si autem infirmus adeo fuerit coartatus, quod ſub magna forma corpus Domini recipere non poſſit, ſub minima forma detur ei in calice imminutum, & cum modico vino infirmi ſtilletur in ore, maxime ſi propter adſtantes timeatur, ne eis ſine viatico decedere videatur infirmus.
B Videtur tutum, ut quilibet ſacerdos infirmum in extremis laborantem abſolvat de omnibus, quibus eum abſolvere poteſt.

Item, cum presbyteros ad communicandum infirmos contigerit evocari, omni dilatione & occaſione poſtpoſitis, ad eos accedant, & corpus Chriſti cum magna reverentia & maturitate deferant in pyxide idonea & bene clauſa propter caſum, nec ad hoc diaconos mittant: ac eundo & redeundo ſeptem pſalmos poenitentiales, vel ſaltem letaniam dicant. Moneant etiam parochianos, & diligenter inducant, ut cum presbyterum deferre contigerit corpus Chriſti, creatori ſuo cum manuum junctione &
C genuum flexione dum tranſit, orantes devotius ſtudeant inclinare. Eis ſiquidem qui corde contrito presbyterum cum corpore Chriſti devote duxerint & reduxerint, decem dies de condigna poenitentia miſericorditer relaxamus, & hoc volumus in eccleſia ſæpius publicari.

Ex concilio generali. Statutum eſt in concilio generali, & diſtricte injunctum medicis corporum, ut cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant & inducant, quod medicos advocent animarum, ut poſtquam infirmo fuerit de ſpirituali ſalute proviſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur. Si
D quis autem medicorum conſtitutionis hujus tranſgreſſor extiterit, tamdiu ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, quouſque ſatisfecerit competenter. Ceterum cum anima corpore ſit multo potior, ſub anathemate prohibetur, ne quis medicorum pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in animæ periculum convertatur.

De conjugio.

De ſacramento conjugii doceant ſacerdotes, quod omnis voluntaria ſeminis emiſſio eſt mortale peccatum tam in mare, quam in femina, niſi per legitimum matrimonium
E excuſetur: ſed fides habet coitum inter marem & feminam legitimo conjugio excuſari, ſi tamen modo debito miſceantur.

Quomodo debent fieri ſponſalia.

Conjugii matrimonium affectantes fidem licite dare poſſunt de matrimonio contrahendo, ſi ſancta eccleſia poterit ſuſtinere: hoc tamen non fiat ſine præſentia ſacerdotis.

ANNO CHRISTI 1247.

tis. Numquam tamen consentiant contrahentes per verba de præsenti, donec sint ante fores ecclesiæ, quando debet nuptialis benedictio celebrari. Excommunicent presbyteri in ecclesiis suis illos, qui bannis tantumdem factis, per verba de præsenti ad invicem consentiunt, antequam fieri debeat benedictio nuptialis, nisi ex permissu episcopi specialiter concedatur alicui & cum causa.

Ex concilio generali. Cum pluries inhibitum fuerit, ne personæ matrimonium contrahentes per verba de præsenti consentiant, antequam ad benedictionem nuptialem veniant ante portam ecclesiæ; & ex iis constitutionibus nullus aut ratus fructus hucusque provenerint; statuimus quod tam personæ sic contrahentes, quam illi qui ad hoc consilium præstiterint & auxilium, excommunicationis emendam solvere teneantur.

De bannis. Ex concilio generali.

Clandestina conjugia penitus inhibemus, prohibentes ne quis sacerdos talibus interesse præsumat: ac præcipimus, ut cum matrimonia fuerint contrahenda, ea proponant presbyteri in ecclesiis suis competenter, videlicet per tres dies dominicos vel festivos, sub poena excommunicationis indicentes, ut qui sciunt legitimum impedimentum, opponere non differant vel omittant. Ipsi etiam presbyteri per se nihilominus investigent, utrum aliquod impedimentum obsistat. Cum autem probabilis apparuerit conjectura vel dubitatio contra carnalem copulam contrahendam, contractus impediatur expresse, donec per episcopum vel ejus allocatorem, quid super eo fieri debeat, fuerit deffinitum: ceteri autem de talibus nec cognoscere possunt, nec judicare. Si quis vero clandestina matrimonia inire præsumserit in gradu prohibito, etiam ignoranter, soboles de tali conjunctione suscepta prorsus illegitima censeatur, de parentum ignorantia nullum habitura subsidium, cum illi taliter contrahentes, non expertes scientiæ, sed affectatores ignorantiæ videantur. Pari modo proles illegitima censeatur, si ambo parentes impedimentum scientes legitimum, præter omne interdictum, id est si bannis in conspectu ecclesiæ factis, contrahere præsumserint. Sane parochialis sacerdos, qui conjunctiones prohibitas celebrare præsumserit, aut quilibet presbyter etiam regularis, qui eis præsumserit interesse, per triennium ab officio suspendatur, gravius puniendus, si culpæ qualitas postulaverit. Eis etiam qui clam præsumserint copulari, licet in gradu concesso, condigna poenitentia injungatur.

De impedimentis matrimonii.

Copulam carnalem impediunt consanguinitas & affinitas, dispar cultus, publicæ honestatis justitia, votum solemne, coactio, error personæ, error conditionis, minor ætas, delicti enormitas, compaternitas, quæ tantum excludit sex personas, compatrem videlicet & matrem, filiolum, & filiolam, fratrem & sororem spirituales. Sciendum tamen est, quod in quinto gradu consanguinitatis & affinitatis, & supra, possunt ambo licite matrimonialiter copulari. Si quis autem ad impediendam legitimam copulam malitiosum impedimentum objecerit, non effugiet ecclesiasticam ultionem. Semper prohibeant sacerdotes in nuptiis sub poena excommunicationis sortilegia fieri: & alter conjugum ad religionem non transeat aut recipiatur, nisi per episcopum.

De concubinis.

Prohibeant sacerdotes, ne laici publice teneant concubinas. Et qui post admonitionem trinam præsumserit retinere, tam ipse quam ipsa ab ingressu ecclesiæ arceantur gravius puniendi per majores, si perseveraverint.

De extrema unctione.

De sacramento extremæ unctionis doceant sacerdotes, quod, sicut dixit beatus Jacobus, per eam venialia dimittuntur, & quandoque alleviatur infirmus, quandoque etiam ad veram contritionem, & æterni gaudii considerationem per eam incitatur. Doceant sacerdotes omnes hoc sacramentum debere recipere tam divites quam pauperes, senes & juvenes, maxime postquam decimum quartum annum compleverint; & posse licite iterari sine periculo operis conjugalis quotiens infirmis metum contigerit imminere. Quando enim fuerit requisitus sacerdos, sanctum oleum honeste deferat, & cum reverentia illud impleat sacramentum.

De ordinibus.

De sacramento ordinis doceant, quod sacramentum eucharistiæ non conficit quis nisi sacerdos, nec confert quis sacrum ordinem nisi episcopus, & eam habent virtutem ordines, quam ecclesia profitetur.

Cum quater in anno regulariter soleant ordines celebrari, scilicet in jejuniis solemniter institutis, statuimus, & perpetua ac peremtoria citatione districte præcipimus, ut omnes parochialem habentes ecclesiam, quamdiu non sunt presbyteri, ad ordines saltem prædictis temporibus veniant successive, seque præsentent idoneos & habiles cum effectu. Quod si quis jam plene receptus ad ecclesiam, hæc non fecerit, futuros ex tunc ecclesiæ suæ reditus & proventus ipsius ecclesiæ suæ necessitatibus applicamus, & suos in tantum efficimus, ut sint ei penitus alieni, poena nihilominus perjurii remanente per episcopum infligenda, nisi quis legitime se doceat excusatum, vel episcopali injunctum licentia speciali.

Ne venalia prostituantur ecclesiæ sacramenta.

Ex concilio generali. Cum vitium pullulare novimus avaritiæ & vitium simoniæ, ut quidam presbyteri ecclesiastica sacramenta vendere videantur, confessionem, eucharistiam, benedictionem nuptialem, sepulturam subditis denegando tacite vel expresse, quousque super consuetudinibus parochialibus, vel debitis aliis ad voluntatem eorum sibi fue-

ANNO CHRISTI 1247.

fuerit satisfactum; sub poena magnæ emendæ districtius inhibemus, ne cum sacramenta imminent exhibenda, ante sacramentorum ipsorum exhibitionem plenariam aliquid exigant a subjectis, neque plegios petant; sed cum ea gratis exhibuerint, tunc jura parochialia & alia consueta & debita licite petant, & plegia accipiant, & pactiones faciant, prout justum fuerit, & viderint expedire.

De septem vitiis capitalibus, & operibus misericordiæ.

Suadeant sacerdotes omnibus septem principalia vitia fugere, & plusquam mortem timere temporalem, quæ solum corpus interimat, dicta vitia corpus & animam mittere in gehennam, videlicet gulositatem, luxuriam, vanam gloriam sive superbiam..... Suadeant etiam operibus misericordiæ inhærere, quæ sunt pascere esurientem, potare sitientem, nudum vestire, hospitem suscipere, visitare infirmum, consolari incarceratum, sepelire mortuum; quæ testatur Veritas in evangelio: qui ista facere neglexerint, venientes ad judicium audient terribilem vocem: *Ite maledicti in ignem æternum*, a quo liberemur per Filium Dei. Amen.

De fugienda prava jurandi consuetudine.

Item, cum blasphemias Redemtoris, quæ plus abundant in nostris quam, alibi...... per ejus membra singula tamquam porci, verisimile credi possit ut plus igne sacro nostri quam alii torreantur; frequenter moneant sacerdotes populum majorem & minimum, & maxime humiles ribaldos & rhedarios, qui morbo illo frequentius invaduntur, a juramentis hujusmodi & perjuriis maxime penitus abstinere.

De sobrietate.

Doceant populum sacerdotes verbo & exemplo sobrie vivere, ab ebrietate & crapula abstinere, invitationes fugere ad potandum: firmiter injungentes dominis tabernarum, ne in domibus suis vel locis circumadjacentibus vicinorum suorum vel aliorum de eadem parochia causa potationis studeant conventicula congregari, ostendentes eis, quod potatio est innumerabilium occasio peccatorum. Si quis autem tertio admonitus, huic salubri statuto acquiescere noluerit, tam ipse quam familia ejus ab ingressu ecclesiæ arceantur.

De jejuniis.

Præcipiant sacerdotes omnibus adultam ætatem habentibus, instituta jejunia observare, ut jejunium quadragesimale, quatuor temporum, vigiliarum nativitatis Domini, assumtionis beatæ Mariæ, B. Johannis Baptistæ, apostolorum Petri & Pauli, Matthæi, Simonis & Judæ, B. Andreæ, B. Laurentii, vigilia Omnium-sanctorum, & in letania majori, scilicet in festo S. Marci evangelistæ, & in tribus diebus Rogationum. Si qua de taxatis vigiliis die dominica evenerit, indicendum est jejunium die sabbati præcedenti. Sub poena excommunicationis inhibeant sacerdotes, maxime in tempore quadragesimæ præcedenti, ne quis in dominica prima quadragesimæ carnes manducare præsumat, nec aliquid aliud nisi ea quibus in quadragesima licite utuntur Catholici & fideles.

De feriis.

Pronuntiandum est laicis, ut sciant tempora feriandi per annum, scilicet omnem Dominicam a vespera usque ad vesperam. Feriandi vero per annum sunt isti dies: nativitatis Domini, S. Stephani, S. Johannis evangelistæ, Innocentium, S. Silvestri; octava Domini, epiphania Domini, nativitas B. Mariæ, Annuntiatio, Purificatio, Assumtio, dies parasceve, sanctum pascha cum duobus sequentibus diebus, nativitas Johannis Baptistæ & decollatio ejus, duodecim apostolorum Petri & Pauli, Andreæ, Jacobi, Thomæ, Philippi & Jacobi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Judæ, Laurentii, & præcipue sanctorum Gervasii & Protasii, in quorum honore matrix ecclesia fundata est; Michaelis; dedicatio cujuslibet oratorii; omnium sanctorum, SS. pontificum Juliani, Martini, Nicolai, Mariæ Magdalenes, & illæ festivitates quas singulariter presbyteri in suis parochiis ab antiquo collaudaverunt cum populo, quæ vicinis tantum circummorantibus indicendæ sunt, non generaliter omnibus. Reliquas vero festivitates per annum non sunt cogendi ad feriandum, sed monendi ut juxta morem antiquum observent. Inhibeant presbyteri carnificibus in villis mediocribus, ne carnes lanient aut vendant die dominica a principio missæ usque ad finem.

De exhibitione evangelii.

Decernit sancta synodus, ut a septuagesima usque ad octavam paschæ, ab adventu usque ad octavam epiphaniæ, necnon & jejuniis quatuor temporum, & letaniis majoribus, & in diebus dominicis, & in diebus rogationum, nisi de concordia & pacificatione, nullus super sancta evangelia jurare præsumat: & in iis diebus non debent sacerdotes reliquias laicis exhibere, nec umquam pugilibus ad jurandum, cum monomachia secundum canones reprobetur: quibus etiam in ipso duello sine poenitentia decedentibus negandum cimiterium: quod & de excommunicatis volumus observari, & de quibuslibet mortuis in mortali.

INCIPIT SECUNDA PARS.

De devotione orantium. De canonicis horis. De libris ecclesiasticis. De ornamentis altaris. De altari & ejus ministerio. De præfationibus. De calice reponendo. De custodia chrismatis, sacri fontis & reliquiarum ecclesiæ. De rebus ecclesiæ non alienandis. De causis ecclesiæ. Ne ecclesia aut cœmeterium aliqua deformitate vel profanatione sordescant.

De devotione orantium.

Cum cor quærat Deus non loquelam, sive cantent, sive legant presbyteri, sive psalmos orando proferant, in mente semper habeant quod in conspectu Dei semper assistentes, suum & sibi commissum gerunt negotium, quod coram eo postulant, qui non exaudiret ora loquentium, si cogitationes alias evagentur, vel indigni fuerint postulantes.

De canonicis horis.

Districte præcipitur, ut sacerdotes divinum officium nocturnum pariter & diurnum distincte & aperte, quantum Deus dederit, celebrent & devote. Honestum etiam esset, quod stantes canonicas horas dicerent, maxime in diebus festivis, ut alii videntes laborem & devotionem, glorificent Deum Patrem qui in coelis est. Dicant presbyteri, & abbates injungant monachis qui sunt in prioratibus, ut quotidie dicant divinum officium, si duo sunt aut plures. Et si solus est aliquando monachus, officio sacerdotis interesse procuret: & si aliter fecerit, dicat presbyter decano, & decanus cognita veritate subtrahat eis portionem, quam percipiunt in ecclesia, donec per nos vel officialem nostrum super hoc sit provisum. Presbyteri parochiales a festo Remigii de nocte surgant, & summo ad matutinas mane missam celebrent usque ad pascha, maxime in ecclesiis, in quibus adjacet parochianorum maxima multitudo, ut quo circa terrena negotia sunt intenti, ante ingressum laboris missam possint audire, si voluerint. Nullus antequam matutinas canonicas & primam dixerit, missam celebrare præsumat aliqua necessitate.

De libris ecclesiasticis.

Librum qui dicitur manuale habeant singuli presbyteri parochiales, ubi continetur ordo servitii, baptismi, catechismi, extremæ unctionis & hujusmodi, & libros alios, in quibus possit competenter divinum officium tam diurnum quam nocturnum celebrari. Item, cum membra capiti se debeant conformare, volumus & mandamus, ut quilibet parochialis sacerdos calendarium & ordinarium habeant Cenomanense, & in festis & officiis suis, & in aliis quibus poterunt, usum matris ecclesiæ studeant observare. Item injungimus ut omnes parochiales presbyteri librum habeant synodalem, & in eo frequenter & sollicite inspiciant & studeant diligenter, ut super officiis suis more debito exequendis, & in præceptis synodalibus notitiam habeant pleniorem.

De ornamentis altaris.

Linteamina altaris & vestimenta sacerdotalia munda & nitida conserventur: nimis enim absurdum videtur in sacris hujusmodi sordes negligere, quæ dedecent etiam in parochianis: & cum lavanda fuerint, nonnisi per presbyterum, vel diaconum, vel honestam matronam, vel virginem, sine appositione aliorum pannorum, prout decuerit, abluantur.

De concilio Clementis papæ. Corporalia vero sæpe presbyter abluat, vel saltem diaconus indutus superlicio, in vase mundo ad hoc specialiter deputato, & omnes ablutiones, si fieri potest, in piscina reponantur, vel ad minus prima; ceteræ in baptisterio. Munda semper habeant secus altare manutergia, & ad minus tria, unum ad primam ablutionem, secundum post evangelium, tertium post sacramenti susceptionem, quartum pendeat in missali, vel potius in cervicali, ad tergendum os & nares sacerdotis, et frequentius abluantur.

De altari & ejus ministris.

Præcipitur quod in altari in quo tabula mota fuerit, vel enormiter fracta, sacerdos non celebret donec reconsolidetur altare, et iterum consecretur; nec super lapidem portabilem celebretur sine capsa. Ampullæ scilicet vini & aquæ pro ministerio altaris sint mundæ, integræ, vitreæ vel stanneæ, sive argenteæ. Ad ablutionem manuum vas grandius deputetur. Provideant etiam sacerdotes, quod piscinas habeant juxta altaria decentes, mundas, ablutionibus cursum liberum exhibentes; nec sine coopertorio relinquentur.

De præfationibus.

Invenimus decem præfationes sequentes, in sacro catalogo tantummodo recipiendas, unam in pascha quæ sic incipit, *Te quidem omni tempore*, aliam in ascensione, scilicet: *Qui post resurrectionem suum*; tertiam in pentecoste, scilicet *Qui ascendens super omnes cœlos*; quartam de trinitate scilicet *Quicum unigenito*; quintam in festis B. Mariæ, scilicet. *Et te in veneratione B. Mariæ*; sextam in festis Crucis, scilicet *Qui salutem humani generis*; septimam de apostolis, scilicet *Te Domine suppliciter exorare*; octavam, in nativitate Domini, scilicet *Quia per incarnati Verbi*; nonam in epiphania Domini, scilicet *Qui cum unigenito*; decimam in quadragesima, scilicet *Qui corporali jejunio*.

De calice apponendo.

Calix post missam panno mundissimo involvatur, nec cum eo ministri calicem intus tergant, sed alio ad hoc specialiter deputato, qui cum satis decens non fuerit, vel vetustate attritus, in sacrario comburatur.

De custodia & chrismatis cura.

Statuimus ut per omnes ecclesias fontes, oleum sanctum & eucharistia sub fideli custodia clavibus adhibitis conserventur, ut non possit ad illa temeraria manus extendi. Si vero is ad quem spectat custodia, ea incaute reliquerit, tribus mensibus ab officio suspendatur; & si per ejus incuriam nefandum aliquid inde contigerit, gravius puniatur. In concilio * statutum est, quod antiquæ reliquiæ a modo extra capsam nullatenus extendantur; nec exponantur venales: inventas autem de novo nemo publice venumdare præsumat, nisi prius auctoritate Romani pontificis fuerint approbatæ. Præcipitur sacerdotibus, ut divino officio celebrato, populo regresso ad propria, ecclesias suas firmare studeant diligenter.

* Lateranensi

De rebus ecclesiæ non alienandis.

Præcipitur sacerdotibus ut omnes reditus ecclesiæ scribant in missalibus suis, & de rebus ecclesiæ vel presbyteri nihil alienetur nisi per episcopum. Statuitur quod ornamenta ecclesiæ non obligentur pignori, nisi pro necessitate ecclesiæ, vel consilio parochianorum. Præcipitur presbyteris ut immobilia de bonis ecclesiæ acquisita suis tantummodo relinquant ecclesiis, de jure enim aliud facere non possunt. Domus autem utensilia & supellectilia a presbyteris successoribus relinquentur. Nullus clericus vel laicus, vel religiosa persona recipiat decimam de manu laicali, nisi per episcopum. Prohibetur districte ne aliqua ecclesia domino terræ corvagium vel aliquid tale conferre præsumat, donec episcopi sui super hoc habeat consilium, & ejus auctoritate fiat quod fuerit faciendum.

Ex concil. Turonensi

De recredentia rerum ecclesiæ.

Præcipitur sacerdotibus, ut cum res ecclesiæ ab aliquo captæ violenter vel detentæ fuerint, moneant detentorem ut reddat vel recredat, & sacerdos vel decanus captionem recipiat, nisi detentor coram officiali vel episcopo partibus assignet terminum competentem. Si vero recredere vel reddere noluerit, & de detentione constiterit, locus in quo res ecclesiæ detinetur, interdicto supponatur, si locus est de dominio detentoris; alioquin compellat detentorem per censuram ecclesiasticam admonitione præmissa.

De ecclesiasticis curiis.

Nullus abbas vel ecclesiastica persona de personalibus injuriis vel eleemosynis ecclesiæ factis audeat litigare, nisi de consensu episcopi, coram judice sæculari. *Ex concilio Turonensi.* Quia in exemtionibus sive cessionibus actionum, quæ in elusionem sæcularis jurisdictionis frequenter fiunt, multa solent scandala provenire, prohibemus districtius ne de cetero fiat cessio vel venditio actionum, nisi ubi quis de jure tenetur alii credere actiones: & hoc præcipimus sæpius publicari.

De immunditia ecclesiæ.

Firmiter inhibetur, ne supellectilia sacerdotis propria seu aliena in ecclesiis admittantur, nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina, seu alias urgentes necessitates ad eas oporteat refugium haberi; sic tamen, ut necessitate cessante, ad loca pristina reportentur. Item, imagines vetustate deformatæ, linteamina sacra vetustate attrita sacris usibus inutilia comburantur in loco mundo, & pulvis juxta parietem ecclesiæ recondatur, qui posset intuentes in errorem ..... Item, prohibeant sacerdotes sub poena excommunicationis in cimiterio vel ecclesiis choreas duci. Moneant etiam ne aliter fiant, quoniam ut dixit Augustinus: melius est diebus dominicis vel festivis fodere, quam choreas ducere. Quam grave peccatum sit in loco sacro choreas vel balationes ducere, perpendi potest ex poenitentia secundum rigorem canonum talibus injungenda; de quibus Beda: si quis balationes ante ecclesias sanctorum fecerit, emendatione pollicita, tribus annis poeniteat. Nullus de novo ædificare in cimiterio permittatur, nec domus aliqua si disrupta fuerit per annum durante ruina aliquatenus reparetur.

INCIPIT TERTIA PARS.

De vita & honestate presbyterorum cum suis particularis. De institutione personarum. De firmariis & capellanis. De quæstis. De leprosis. De testamentis. De executionibus mandatorum. De excommunicatis. De absolutione. De officio decanorum. De potestate presbyterorum. De vita & honestate presbyterorum.

Contineant, & sancte vivere studeant universi, præsertim in sacris ordinibus constituti, cum voto continentiæ tacite sint adstricti: matrimonium enim contrahere nequeunt, nec uti contracto; nec cuiquam licitum est fornicari. Specialius autem regulares expresso videlicet voto ad continentiam obligantur. Caveant igitur omnes ab omni libidinis vitio, & maxime illo propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ; ut in conspectu Dei puro corde & mundo corpore valeant ministrare. Quocirca districtius inhibemus, ne ullus clericus in sacris constitutus, aliqua occasione teneat in domo sua vel alibi mulierem vel personam aliquam, de qua mala possit suspicio suboriri, unde populus scandalizaretur. Qui vero post Galonis sententiam inde latam, focariam vel mulierem aliquam cum scandalo publice retinere præsumserit, sciat se excommunicationis vinculo innodatum. Et si celebraverit sic ligatus, irregularis effectus est, ut sine dispensatione non possit a modo celebrare.

Si capellanus vel firmarius super lapsu carnis fuerit de cetero diffamatus, adeo ut non possit innocentia legitime comprobari, omnia mobilia ejus episcopo remanebunt, & eo vivente in diœcesi remanebit; & persona ecclesiæ ad arbitrium episcopi punietur. Ex concil. Turonensi

Prohibetur districte sacerdotibus, ne secum pro-

ANNO CHRISTI 1247.

prolem habeant quam in ſacro ordine genuerunt, ut ſcandalum evitetur.

De veſtitu & habitu clericorum.

Clerici beneficiati in ſacris ordinibus conſtituti, clauſa deſuper deferant indumenta, nimia brevitate vel longitudine non notanda. *Ex concilio metropolitano.* Qui vero conſtitutionis hujus tranſgreſſor extiterit, per ſuperiorem puniatur; & veſtis aperta portata in publico pauperibus erogetur.

Item, inhibemus expreſſius ne presbyteri indumentum ſcutatorium, quod dicitur herga, vel aliud laicale indumentum deſuper deferre præſumant: & ſi quis contra hoc inventus fuerit facere, vel detectus, indumentum amittet, vel aliter puniemus graviter eumdem.

B

Ex concilio generali. In ſacerdotio conſtituti vel perſonatibus cappas clauſas deferant non manicatas, niſi forte ad tempus, juſti cauſa timoris frigoris: fibulas omnino non ferant clerici, nec corrigas auri vel argenti ornatum habentes, nec annulos, niſi quibus competit ex officio dignitatis: pannis rubeis vel viridibus, necnon manicis aut ſotularibus conſutitiis, ſeu roſtratis, ſellis, frenis, pectoralibus & calcaribus deauratis non utantur.

Ex concilio Turonenſi: Statuimus ut condonati domus cujuſlibet religioſæ ſignum aliquod in eminenti loco deferant ad arbitrium epiſcopi, vel religioni congruentia indumenta, ut per hoc ab aliis diſtinguantur; & ſicut religioſi ab eccleſia defendantur, & ad hoc per ſuos presbyteros compellantur.

C

Diſtricte præcipitur ne presbyteri vel clerici, neque religioſi cultellum portent cum cuſpide, niſi juſta cauſa timoris.

De ſobrietate clericorum.

A crapula & ebrietate omnes clerici ſe abſtineant diligenter: unde vinum ſibi temperent, & ſe vino ... nec ad bibendum quempiam invitent, cum ebrietas inducat & mentis exſilium, & libidinis provocet incentivum. Si quis autem ſuper his ſe culpabilem exhibuerit, niſi commonitus a ſuperiore ſe correxerit & ſatisfecerit competenter, ab officio & beneficio ſuſpendatur.

D

Item, cum in conviviis frequentibus & ſuperfluis, quæ ſimul faciunt presbyteri, ſcandalizentur laici, volumus, conſulimus & præcipimus, quod a talibus ſe temperent ſacerdotes; & ſi aliquem vel aliquos voluerint invitare, amicabiliter eum vel eos ſine ſtrepitu & ſine ſcandalo, ferculis non ſuperfluis ſtudeant procurare, & ſuperflue expendenda pauperibus erogare.

De clericis ſæcularibus.

E

Clerici officia vel commercia ſæcularia non exerceant, maxime inhoneſta. Mimis, hiſtrionibus & joculatoribus non intendant, & tabernas prorſus evitent, niſi forte cauſa neceſſitatis in itinere conſtituti. Ad aleas & taxillos non ludant, nec ea domibus ſuis habeant congruenter, & ſe in officiis eccleſiaſticis et aliis bonis ſtudiis exerceant diligenter.

A

Statutum Sidonii. Clerici beneficiati ſeu in ſacris ordinibus conſtituti, non ſint advocati pro pretio ſeu in fraude pretii: in curia laicali, nec loco laicorum curiam teneant, nec eorum balliis illicitis vel ballivis aſſocientur. Nuſquam etiam contra parochianum ſuum advocatus exiſtat presbyter, vel perſonam nec ullam partem chirurgiæ ſubdiaconus vel diaconus vel ſacerdos exerceat, quæ adustionem vel inciſionem inducit: nec quiſquam purgationi aquæ ferventis, vel frigidæ ſeu ferri candentis ritum cujuſlibet benedictionis aut conſecrationis impendat.

Ex concilio generali. Nullus clericus ſententiam ſanguinis dictet aut ſcribat aut proferat, nec ſanguinis vindictam exerceat, aut ubi exerceatur interſit: ne quiſquam clericus litteras ſcribat aut dictet pro vindicta ſanguinis deſtinandas.

Moneant parochianos ſuos presbyteri diligenter, ut pueros ſuos tam mares quam feminas ad eccleſiam mittant, ubi presbyteri per ſeipſos vel per capellanos ſuos aut clericos doceant *Pater noſter, Ave Maria, & Credo in Deum*, ſi fieri poteſt. Suadeant item ſacerdotes, ut qui filios habent clericos, eos inſtrui faciant diligenter, & ſcholas attentius frequentare, quia illiterati non ſunt ad eccleſiaſtica beneficia admittendi.

De inſtitutionibus perſonarum.

Cum electio vel præſentatio pertineat ad patronum, ad prælatum vero collatio; non conferat eccleſiam alicui patronus, ſed præſentandum eligat & præſentet: Et bonum eſſet quod ſub hac forma vel ſimili; *Cum ad eccleſiam talem liberam & vacantem, in qua jus patronatus habemus talem clericum latorem præſentium elegerimus, vobis eum præſentamus ad eum.* Electum ad eccleſiam vel capellam præſentet loci patronus archidiacono, deinde epiſcopo: coram, ſi fuerit admittendus, tria jurare tenetur, quæ ut memoriter teneantur, hic inſequuntur ad plenum. Primum eſt tale. *Ego N. ad eccleſiam talem electus & præſentatus; juro me nihil dediſſe vel promiſiſſe, per me vel per alium datum eſſe vel promiſſum, me ſciente, pro iſta eccleſia habenda; & ſi ad notitiam meam devenerit aliquid datum eſſe vel promiſſum propter hoc, ſtatim eccleſiam reſignabo: ſic Deus me adjuvet & hæc ſancta.* Et tunc ei dicatur: *Recipio te ad talem eccleſiam, in nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti, amen.* Sequitur ſecundum. *Ego N. juro quod tibi, pater venerande, N. Dei gratia Cenomanenſi epiſcopo, tuiſque miniſtris & ſucceſſoribus tuis canonice inſtituendis, fideliter obediam in omnibus quæ mihi legitime duxeritis injungenda: ſic Deus me adjuvet & hæc ſancta.* Tertium. *Ego N. juro quod bona & jura eccleſiæ talis quamdiu eam tenuero, pro poſſe meo defendam & ſervabo; & quæ ſunt illicite alienata pro poſſe meo de bonorum conſilio revocabo, ſic Deus me adjuvet & hæc ſancta.* Tunc ei dicitur: *Ego curam animarum talis eccleſiæ tibi committo, ut in die judicii pro me & pro te, quantum ad tuum pertinet officium, rationem reddere tenearis.* Iterum ei dicatur: *In virtute obedientiæ quam juraſti, tibi præ-*

ANNO CHRISTI 1247.

ANNO CHRISTI 1247.

cipio quod in ecclesia tua residentium facias personalem continue; & si non es presbyter, ad ordines venias successive, nisi tecum aliter per episcopum fuerit ordinatum.

Ex concilio Turonensi. Nullus clericus patronis faciat juramentum antequam episcopo sit præsentatus: præsentato autem dum receptus fuerit, districtius injungatur quod ad patronum redeat, & debitum faciat juramentum, quod tale est: *Juro super sancta Dei evangelia, quod præsentationem de me factam ad ecclesiam talem a te tali, & non ab alio, adoptabo; & si quas portiones habes, vel habere consuevisti in dicta ecclesia, nihil tibi de eis per me deperibit fraudulenter, nec per alium me consentiente: sic Deus me adjuvet & hæc sancta*. Sed ne resignationes fiant in manus abbatum vel quorumlibet patronorum, sed in manu episcopi tantum, districtius inhibetur.

Cum quis in minoribus ordinibus ad parochialem (præsentatur) ecclesiam, custodiat archidiaconus sicut ante, & dum promotus fuerit in subdiaconum, se instituendum, & consueta sacramenta facturum episcopo repræsentet.

De firmariis & capellanis.

Statuimus ut firmarii seu capellani quibus ecclesiæ committuntur, obedientiam juramento promittant, quamdiu ecclesiam rexerint, observandam: quod nisi fecerint, penitus expellantur. Quia vero nonnulli parochiales ecclesias affecuti præter conscientiam episcopi vel archidiaconi, a vicariis vel firmariis eorum adeo magnas (summas) exigunt, quod iidem vicarii vel firmarii non possunt de residuo sustentari; statuimus quod de cetero in tradendis ecclesiis ad firmam, & pensionibus imponendis episcopi vel archidiaconi, vel per bonos alios loco ejus, de redituum ecclesiæ quantitate, vocataque persona fiat firmæ taxatio, ut de residuo vicarius vel firmarius ad sui suorumque sustentationem quindecim libras Turonenses habeant præter firmam. Si autem talis fuerit parochia, quod propter sui diffusionem aut plebis multitudinem, duorum egeat officio sacerdotum, ad eorum sustentationem XXII. libras Turonenses dimittere teneatur: & si plures exegerit, juxta episcopi dispensationem eorum sustentationi congrue consulatur, & hoc salvis constitutionibus de veteribus non augendis, a nostris prædecessoribus promulgatis, nisi quantum probari poterit redditus excrevisse, duximus statuendum. Item, firmiter inhibemus ne firmariis committantur ecclesiæ, quarum redditus & proventus tam exiles existunt, ut earum augmentatio exigatur. Hoc idem dicimus de illis ecclesiis, quarum fructus & proventus XV. libras Turonenses non excedunt, in quibus volumus proprias personas deservire, vel omnes fructus relinquere servienti. Nullus curam animarum habens, vel non sacerdos ecclesiam ad firmam recipiat, nec sacerdos etiam nisi de licentia episcopi vel archidiaconi, dum tamen archidiaconus sollicitudinem super hoc adhibeat competentem, ut de ordinatione ipsius legitime constet ei, A quod de quolibet ignoto volumus similiter observari, antequam in dioecesi Cenomanensi officium presbyteri exequatur.

De quæstis.

Ex concilio Generali. Nullus recipiatur ad quærendas eleemosynas in ecclesiis sine litteris domini episcopi, nisi parochianus ecclesiæ vel de vicina natus. Nullus recipiatur ad prædicandum, nisi fuerit authentica persona, vel ad hoc ab episcopo destinata. Quæstores quoque eleemosynarum tantum ea dicant populo, quantum in litteris domini papæ vel episcopi continetur. Sacerdos loci populum sibi commissum diligenter inducat B ad eleemosynas erogandas pietatis intuitu, non animo extorquendi.

Inhibemus decanis, ne cartulas quæstarum mittant presbyteris, nisi sub forma quam sigillo nostro viderint sigillatam, nullo addito vel mutato: nec eos presbyteri recipiant, nisi sigillo nostro vel decani fuerint sigillatæ.

De Leprosis.

Ut leprosis auferatur occasio evagandi, & scandalum de eorum frequentia inter sanos, eis inhibeant sacerdotes, ne leprosos extraneos ultra unam noctem suscipiant hoC spitio, nec villas intrent, castella, nec civitates: & qui eis injuriatus fuerit in præmissis, nullam inde justitiam reportabunt. Sacerdotes populum moneant diligenter, ut leprosis suis provideant secundum consuetudinem & si necesse fuerit eos compelli, postulent per decanum.

De testamentis presbyterorum.

Præcipiatur sacerdotibus, ut testamentum suum, quod de mobilibus licet eis facere, rationabile tamen, numquam per manum faciant laicalem; & ipsi frequenter prohibeant laicis, ne testamenta sua faciant (sine) D præsentia sacerdotis. Utensilia quæ prius invenerint presbyteri in ecclesia vel capella, tamquam ecclesiæ propria successoribus, & si nulla vel pauca invenerint, de iis quæ per eos undecumque fuerint acquisita, relinquere teneantur. Ad sustentationem ipsius ecclesiæ tam de minimis quam de magnis inhibeant sacerdotes infirmis, & publice in ecclesia, ne quis plus quam tres gagiarios constituat, alioquin nihil capiet in ejus testamento qui neglexerit inhibere.

Statuimus quod infra decem dies a die obitus testatoris, ad nos vel officium nostrum decanum, gagiarii, vel ii ad quos pertinent, accedant, secum testamentum, si scriE ptum fuerit, delaturi; vel si scriptum non fuerit, per eorum sacramentum, quod testator deposuerit probaturi, ut tunc præfati testatoris voluntas in formam publicam redigatur: hoc autem de illis intelligimus, qui summam centum solidorum Cenomanensium excedunt.

Incipiant gagiarii defuncti exequi voluntatem infra mensem, & pro posse suo continue exequantur; & si circa hoc constiterint ne-

ANN CHRIS 1247

ANNO CHRISTI 1247.

negligentes, decanis injungimus, ut diligenter & fideliter exequantur.

Item, quia quidam presbyteri cum amicis defunctorum paciscuntur, ut quartam vel quintam de bonis defuncti partem habeant, eis residuum relinquentes, nec curant in aliquo voluntatem exequi testatoris; firmiter injungimus & districte, ut ad exequenda defuncti rationabilia testamenta caritative procedant; benefactum sibi debitum tanta moderatione levantes, ut ex protervitate eorum seu cupiditate nullum scandalum oriatur.

De executionibus mandatorum.

Super citationibus coram ordinariis faciendis, credant presbyteri & decani his qui fidem dederunt de mandato, & judici de citatione certificare procurent. De excommunicationibus vel absolutionibus numquam sine litteris credant, sententias audaciter ferant, latas districte observent, nec timore parcant alicui, vel amore gratis antequam certificent, exequantur quæ in suis parochiis infra quartam partem longe fuerint exequenda, & qui rescribere non poterunt, sigilla sua litteris mandatoris apponant.

Quia nonnulli litteris apostolicis abutuntur, volentes ipsorum fraud.bus obviare, statuimus ut qui mandatum alicujus delegati receperit de citando, non faciat quod mandatur, nisi in mandato contineantur expresse nomina judicis, locorum, dioecesis & personarum, & nisi authenticiter ostendatur, vel ejus transcriptum sub sigillo authentico & voto & facto sancto, vel locus in citatorio comprehensi ignoti fuerint citatori, nec de ipsis certificari possit inquisitione diligenti adhibita, citare supersedeat, donec nobiscum vel officiali vel decano habuerit consilium, ad quod habendum præcipimus quod festinet: & ne exequi interim compellatur sedem appellet apostolicam, sciens (quod si) propter hujus incertitudinem per citantis incuriam citatos contigerit damnum aliquod incurrere, existimationem damni, prout justum fuerit, eis restitui faciemus.

Statuimus etiam, ut judices in nostra dioecesi a sede apostolica non aliter in causis procedant, citando, vel aliquid faciendo, nisi authentico prius exhibito & inspecto ab ipso auctore, si præsens fuerit, jurante coram ipsis, vel coram allocato eorum, quod rescriptum de mandato ipsius existit impetratum, & quod actionem, quam prosequi intendit, habet, ut credit & credebat, contra eum quem ad judicium postulat evocari, nec eum vexabit alias coram aliis judicibus, ista lite pendente; sicque commendat jus suum, ut exequi valeat coram ipsis, honestis tamen personis & gravibus, de quibus nulla potest suspicio suboriri, remitti poterit hujusmodi juramentum. Item quod quibusdam a sede apostolica concessum est aliquid ad justitiam & pietatem, nonnulli in injustitiam convertentes, per litteras apostolicas parochianos suos vel alios coram remotis judicibus in causam malitiose trahendo vere præsumunt, ut quod de jure non possunt, per fatigationes & expensas valeant extorquere, sub gravi poena injungimus, quod tam presbyteri quam clerici ab hujusmodi molestationibus & malitiosis vexationibus desistant, scituri pro certo, quod si contra hoc fecerint, malitiam eorum prout justum fuerit puniemus.

De excommunicatis.

Presbyteros excommunicatos à nobis vel officiali nostro, singulis diebus Dominicis denuntient, & ab omnibus arctius evitari, exponentes populo periculum de participatione cum excommunicatis. Communicantes cum eis post denuntiationem diligenter inquirant, & eis de quibus constiterit quod communicaverunt, ingressum ecclesiæ interdicant. Rotulum etiam habeant, in quo excommunicatorum nomina suæ parochiæ conscribantur: & si ex diversis causis aliquis sit excommunicatus, hoc totum scribatur, & in denuntiatione dicatur. Quicumque jam latam excommunicationis sententiam impetrarit publicari, infra decem dies procuret eamdem publicari, & in signum factæ publicationis, litteram det singularem, ne si diutius suppressa fuerit, non possit postea opponi, sed eo invito absolvatur quandocumque petierit sic ligatus. Si quis vero per quadraginta dies excommunicari sustinuerit, renuntiet presbyter excommunicato, si sit de nostra dioecesi, vel per justitiam sæcularem ad gremium redire sanctæ matris ecclesiæ compellatur, etiamsi eo non absoluto compositum fuerit inter partes.

Item, constitutum est, ut postquam aliquis excommunicatus in sua malitia per viginti dies & amplius perseveraverit, ex tunc presbyter ejus interdicat familiam ejus, & eis divina deneget, donec de excommunicati absolutione liqueat manifeste. Et quia multi excommunicati sunt a canone vel concilio, vel episcopo ipso facto, qui ignorant & a pluribus ignorantur in casibus quos ignorare non debent, eos prima Dominica cujuslibet mensis præcipimus in ecclesia publicari.

Excommunicati sunt a canone, qui in clericos, vel quoscumque religiosos manus injiciunt violentas; qui incendunt ecclesiam vel cimiterium; qui litteras domini papæ falsant, vel ad hoc adminiculum præstant, vel falsas scienter penes se ultra quindecim dies reservant; vel qui falsis utuntur, etiam ignoranter, si crassa sit eorum ignorantia & supina, & ad Galonis sententiam recurrunt, talium absolutio sedi apostolicæ reservatur; hoc excepto, quod de levi manum injectione potest episcopus absolvere; & etiam incendiarios, antequam fuerint per ecclesiam publicati.

Item, excommunicati sunt auctoritate provincialis concilii omnes illi, qui parochianos nostros jus suum in foro ecclesiæ prosequentes, vel prosequi intendentes, facto vel verbo impediunt, quominus id libere faciant; qui minas vel terrores seu vexationes eis vel eorum amicis inferunt, vel inferri faciunt, qui bona sua vel amicorum suo-

suorum vel capiunt vel aliquid in fraudem A prædictorum attentant, & illi ad quorum instantiam talia fuerint attentata, & ipsi per episcopum sunt absolvendi.

Item, excommunicati sunt per episcopum in synodo qui jura minuunt episcopalia, vel libertates infringunt ecclesiæ, vel ad hoc consilium vel auxilium præbent; & publici usurarii, & sortilegia de sacramentis ecclesiæ facientes; qui malitiose procuraverunt abortum, qui ad conjungendum, vel disjungendum falso matrimonia, vel ad exhæredandum aliquem scienter deponunt testimonium falsitatis; forbanniti qui personis ecclesiasticis mandant diffidationes, receptores eorum, & qui eis consilium vel auxilium præbent. Qui in sacris ordinibus con- B stituti & beneficiati in civitate vel dioecesi Cenomanensi ludunt cum deciis causa lucri: qui procurationem accipiunt, nisi causa visitationis ad locum accedant: & hi per episcopum possunt absolvi.

De absolutione.

Devote & cum gravitate est absolutio impendenda. Decani quibus hoc frequenter demandatur, caveant in primis quod plegios accipiant competentes de emenda, & eorum nomina penes se scripta retineant, providentes ne propter defectum plegiorum vel impotentiam, supplere de suo cogan- C tur; & ad hoc idem attendant presbyteri, si sibi fuerit alicujus absolutio demandata. Sæpe contingit, ut excommunicationis littera, post obtentum absolutionis beneficium, remanente apud eum qui impetravit eamdem, fraudulenter objiciatur iterum excommunicatio jam sublata, & tamquam excommunicatus evitatur & repellitur absolutus. Contingit etiam in multorum perniciem ut penes creditorem post solutionem debiti, instrumento remanente, iterum petitur jam solutum quandoque scienter ab eo cui mutuatum extitit, & quandoque per ignorantiam ab herede. His perfidiæ actionibus occurrentes statuimus, ut in absolutionibus D impendendis tam excommunicationum quam gravationum litteræ destruantur; nec aliter absolvendus, nec debitor satisfacere compellatur, nisi actor vel creditor solventem vel absolutum instrumento muniat competenti.

Cum aliquis excommunicatus pro defectu est ab ecclesia absolvendus, super hoc pars adversa certificetur, & tunc receptis plegiis de emenda & præstito juramento quod juri parebit, de causa illa propter quam fuit excommunicatus, solemniter absolvatur, verberando eum cum psalmo poenitentiali, scilicet, *Miserere mei Deus*, &c. in fine *Kyrie eleison*, *Pater noster*, *Et ne nos*, E *sed libera*. *Salvum fac servum tuum Domine*, *Domine exaudi*, *Dominus vobiscum*.

Oratio.

Præsta quæsumus Domine huic famulo tuo N. dignum poenitentiæ fructum, ecclesiæ tuæ sanctæ, a cujus integritate deviarat peccando, admissorum, reddatur innoxius, veniam consequendo. Per Christum, &c.

Et ego auctoritate Dei Patris omnipotentis, & beatæ Mariæ, & beatorum apostolorum Petri & Pauli, & omnium sanctorum, & domini episcopi vel officialis, vel decani, te absolvo ab ista excommunicatione, de qua satisfecisti, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Sciendum est quod excommunicatus etiam a domino papa, & a quolibet sacerdote absolvi potest in articulo mortis, satisfactione præmissa sibi pro offensa vel absoluto prius indicata, si pro re judicata fuerat excommunicatione innodatus; si tamen de hoc habeat facultatem, recepto ab eo juramento, quod quam cito habebit opportunitatem, excommunicatoris sui adibit præsentiam, mandato ipsius pariturus. Si autem infirmus offensam emendare non poterit, vel solvere judicatum, inducendus est heres, ut hoc faciat, & per judicem, non per poenitentiarium compellendus.

De officio decanorum.

Statuimus ut decani quamlibet sibi subjectam ecclesiam visitent annuatim personaliter & prioratus: & si procurationes voluerint omittere, nullatenus tamen visitationem omittant. Et dum visitant, officium testium synodalium exercentes, inquirant summarie de notoriis criminibus & scandalis ejusdem loci, tam clericorum quam laicorum: & quod per se corrigere non poterunt, episcopo referant infra mensem, ut secundum eorum relationem ad plenam inquisitionem descendat episcopus & corrigat, ut viderit expedire. Inquirant etiam utrum ecclesiis vel prioratibus impositæ novæ fuerint provisiones ab abbate, vel aliquo alio, absque consensu episcopi; & quod invenerint, episcopo renuntient fideliter absque mora. Et hanc inquisitionem extendi volumus ad exemtos, de quorum privilegiis fuerit dubitatum: & qui ea ostendere noluerint sicut debent, pro exemtis nullatenus habeantur, nec inquisitionibus supradictis ... vero aliis in judiciis.

Ad officium decanorum pertinere censemus, ut dominos sæculares, qui dominicis diebus et festis beatæ Mariæ nundinas statuunt congregare, moneant et compellant, si necesse fuerit, monitione præmissa, ut eas ad dies alios studeant assignare, cum in diebus prædictis non possint sustineri sine periculo animarum. Universis decanis præcipimus, in virtute obedientiæ districtius injungentes, quatenus eorum quilibet presbyteros sibi subjectos quater in anno ad suam vocent præsentiam, ubi et quando viderint expedire, ut ibi singulos libros suos synodales perfectos et correctos afferant, et in eorum congregatione legat unusquisque aliquam libri particulam quam decanus jusserit injungendam; ita ut in quatuor vocationibus supradictis totus liber legi valeat et exponi. Eos autem qui ad vocationem decani cum libro non venerint synodali, remittat decanus episcopo suspensos ab officio, nisi legitime fuerint excusati.

De

De constitutione presbyterorum.

Sciant decani presbyteros parochiales interdicere posse, et arcere ab ingressu ecclesiæ tabernarios et eorum familiam, recipientes in tabernis conventicula potatorum de eadem parochia, et eos qui tenent publice concubinas, et condonatos religiosorum locorum, videlicet domus Dei et leprosariæ, qui signum condonationis deferre recusant; et communicantes excommunicatis, et familiam excommunicati, si plus quam per viginti dies in sententia fuerit obstinatus. Monere etiam possunt et excommunicare eam in casu recredentiæ, cum res vel homo ecclesiæ detinetur, prout hæc omnia colligi possunt ex prædictis in locis de ista materia facientibus mentionem. Permittimus etiam, ut interdicere possint ingressum ecclesiæ, et ecclesiastica sacramenta denegare per consequens post octavas paschæ omnibus illis, qui solvendo negligentes fuerint, et denarium beatissimi Juliani non reddiderint, vel alios paschales denarios, ne pro quatuor vel quinque denariis litigando incurrant ipsi grave dispendium vel subjecti: unde si quis presbyter aliquam talem sententiam tulerit, eam non revocet decanus neque superior, sed eam faciant usque ad satisfactionem condignam firmiter observari.

Nova constitutio.

Romana ecclesia, etc. nec appellationis articulo prætermisso, nec alias etiam cum minime appellatum constitit, Remensis archiepiscopus vel ejus officialis de causis clericorum tamquam judices laicis in ipsos iidem clerici de facto consentiant absque dioecesanorum suorum voluntate cognoscant, neque suffraganeorum Remensis ecclesiæ subditos ipsorum delegationem suscipere, vel sententias et præcepta exequiant in causis per appellationem ad eos testimonium, nisi aliud in his tribus de consuetudine obtineat prohibere compellant. Nec etiam suffraganeorum ipsorum officiales vel archidiaconos, archipresbyteros, aliosque inferiores prælatos suffraganeis eisdem subjectos suffraganeorum ipsorum super salariis advocatorum et procuratorum in causis quæ in Remensi ventilantur curia cogant querelantibus in sua præsentia respondere. Contrahentes vero aliarum dioecesum super contractibus initis in dioecesi Remensi ab eisdem ubi inveniantur ibidem trahere coram se non debent invitos, licet in possessionem bonorum quæ ibi habent, etiam cum alibi copiam sui faciunt, si eorum auctoritate citati comparere contemnant, possunt missionem facere contra eos: vel si forte malitiose seipsos occultent, ne citatio perveniat ad eosdem, decernere faciendam impositionem bonorum, quæ in alia dioecesi obtinere noscuntur: sed tunc loci dioecesanus ad denuntiationem ipsorum faciet hujus remissionem. Nec clericos suos mittant ad suffraganeorum dioecesium .... promendis vel cognoscendis contractibus coram ipsis, nec in eorumdem suffraganeorum subditos, pro eo quod vocati ab eo nolunt querelantibus in sua respondere præsentia, ecclesiasticam exercere censuram.

Sequuntur dies feriandi per annum in diœcesi Cenomanensi.

Januarius. Circumcisio Domini. Epiphania Domini. Beatissimi Juliani.

Februarius. Purificatio B. Mariæ Virginis. Mathiæ apostoli.

Martius. Annuntiatio B. Mariæ Virginis.

Majus. Philippi & Jacobi. Inventio sanctæ Crucis.

Junius. Gervasii & Prothasii. Nativitas B. Johannis-Baptistæ. Petri & Pauli apostolorum.

Julius. Visitatio B. Mariæ Virginis. Mariæ Magdalenæ. Jacobi apostoli.

Augustus. Transfiguratio Domini. Laurentii martyris. Assumtio B. Mariæ Virginis. Bartholomæi apostoli. Decollatio B. Johannis-Baptistæ.

September. Nativitas B. Mariæ Virginis. Exaltatio S. Crucis. Matthæi apostoli.

October. Michaelis in monte Tumba. Simonis & Judæ apostolorum.

November. Festum Omnium-sanctorum. Martini archiepiscopi Turonensis. Catharinæ Virginis. Andreæ apostoli.

December. Nicolai episcopi. Conceptio B. Mariæ Virginis. Thomæ apostoli. Nativitas Domini. Stephani protomartyris. Johannis Evangelistæ. Innocentium. S. Silvestri.

Sequuntur festa mobilia.

Dies parasceves. Festum paschæ cum tribus diebus sequentibus. Dedicatio ecclesiæ. lunæ post Quasimodo. Item, dedicatio cujuslibet particularis ecclesiæ. Ascensio Domini. Pentecostes cum duobus diebus sequentibus ad minus. Festum consecrationis corporis Christi. Item, in qualibet parochia festivitates sanctorum in quorum honore ecclesia est fundata. Ceteræ festivitates sanctorum non sunt cogendæ, sed monendæ, secundum morem antiquum observari.

Explicit.

CON-

ANNO CHRISTI 1247. 1248.

CONSTITUTIO PETRI S. GEORGII

Card. A. S. L. pro clero urbis & diœcesis Trajectensis.

De Fornicariis.

Circa an. 1247. Ex Batavia Sac. t. I. p. 170.

PEtrus, miseratione divina sancti Georgii ad velum aureum Diaconus cardinalis A. S. L., universo clero civitatis & diœcesis Trajectensis, salutem, & rei gestæ notitiam in perpetuum valituræ.

Licet universos Christi fideles, & illos præcipue, qui ad dominicæ societatis participium sunt vocati, & nostræ sollicitudini ab apostolica sede commissi, speciali caritate diligere teneamur; cum tamen ab eis aliquod enorme committitur, tanto ad correctionem ipsorum propensiori cura debemus intendere, quanto, in culpis eorum ecclesiasticæ honestatis sinceritas amplius denigratur.

Sane auribus nostris innotuit, quod nonnulli vestrum carnis lubricum non vitantes, detinere fornicarias publice non verentur, & alia plura committunt enormia, quæ divinæ offendunt oculos majestatis, & sunt aliis perdicionis exemplum. Cum ergo sollicitudinis nostræ interesse noscatur, ut super his illud apponamus remedium, quod in Domino credimus opportunum, de consilio episcopi & prælatorum ecclesiæ Trajectensis præsenti decreto statuimus, ne quis clericus Trajectensis civitatis, & dioecesis cuncubinam de cætero publice, sub poenis inferius adnotatis, detinere præsumat; monentur nihilominus publice, ut ad xx. dies a proclamatione Constitutionis hujus computandos, nephandas abiicere debeant concubinas, eas, vel similes nullatenus recepturi. Alioquin sint ipso jure officio, beneficioque suspensi; & si ex tunc se non correxerint, decem dierum elapso spacio, se sciant excommunicationis sententiæ innodatos, ipsorumque beneficia vacare, ac eorum collaciones ad superiores juxta juris debitum redire; quod si adhuc eorum excessus remaneant nihilominus incorrecti, non obstante frivolæ appellationis obstaculo, bonis, quæ possederant, spolientur; ita quos timor Dei non revocat a malo, saltem rigor debitus revocet disciplinæ. Cumque ipsorum nephanda soboles in episcopatu Trajectensi nimium inolevit, volumus & mandamus, quod nulli filii clericorum, patribus viventibus, in majori ecclesia ad aliquam ecclesiarum civitatis & dioecesis Trajectensis, aliquod obtinere de cætero beneficium, * nisi ex indulgentia S. A., quæ de concessione hujusmodi expressam faciet mentionem ordinariam, si quantum ex ipsis beneficiis obtinendis, ac .... illa vice beneficiorum ipsorum ordinatione censemus fore privatos, ut ecclesia Trajectensis continuum suscipiat incrementum: & ne lupus rapax invadat oves pastore carentes, præsenti constitutione sanximus, ut de consilio ecclesiarum Trajectens. de cætero continuam faciant residentiam in eisdem. Alioquin qui se absentaverint absque capituli sui licentia, & in casibus non concessis, post duorum mensium spacium, decanatus officio sint ipso jure privati, & canonici ecclesiar. ipsarum alios, quos honestos & idoneos crediderint, sibi eligant decanos; nec ad decanatus officium aliqui in eisdem ecclesiis de cætero assumantur, nisi jurent ibidem residentiam facere personalem.

* suppl. possint

CONCILIUM PARISIENSE

A Guilone Archiepiscopo Senonensi

Anno 1248. celebratum.

Ex chartario episcopatus Trecensis eruit Cl. V. dominus Brayer canonicus Trecensis.

I.

An. 1248. Ex Mart. Vet Mon. t. VII. p. 139.

STatuimus ut abbates & priores conventuales, qui non venerunt ad concilium, nec se excusaverunt, prætendendo canonicum impedimentum, per mensem ab ingressu ecclesiæ sint suspensi ..... Et hæc poena, quantum ad hoc concilium statuta est sub * comminationis majoris poena, si alias super hoc culpabiles inveniantur.

* excommunicationis.

II.

Statuimus, ut illi qui ad concilium provinciale venire tenentur, si per impedimentum remaneant, se excusent per idoneum nuncium litteratorie destinatum, quod possit fidem facere de canonico impedimento, supra quo volumus ipsum facere mandatum.

III.

Statuimus ut in locis sive prioratibus ubi conventus solet esse, si facultates ipsius ecclesiæ suppetant, conventus ibi restituatur.

IV.

Statuimus, quod in domibus, sive locis ubi solet esse prioratus, si facultates sufficiant, monachi sive canonici regulares ad divinum ibidem celebrandum servitium reducantur.

V.

Monemus abbates & priores & conventuales, quod tot servitores in abbatiis & priora-

ANNO CHRISTI 1248.

ratibus sibi subditis instituant, si ad hoc facultates locorum sufficiant, quot solent deservire; & ne pensiones sive censum exigant ab eisdem, quem non solent exigere ab antiquo; nisi forte alicui ex justa causa ab episcopo suo permittatur.

VI.

Statuimus, ut abbates, abbatissæ, priores, priorissæ, & alii obedientiarii de singulis proventibus, redditibus & expensis singulis annis computent in capitulo diligenter, & ut status abbatiarum & prioratuum conventualium a claustralibus cognoscantur, & computus redigatur in scriptis: ita quod conventus penes se unum scriptum habeat, & abbas sive prior aliud. Abbates vero coram senioribus ecclesiæ suæ computent, & in genere exponant in capitulo statum monasterii sui.

VII.

Nullus abbas sive abbatissa, prior vel priorissa conventuales mutuo recipiant pecuniam, sine capituli sui vel majoris & sanioris partis licentia, ultra summam ab episcopo suo taxandam, secundum monasterii facultates; qui contra per episcopum suum puniatur.

VIII.

Præcipimus abbatibus & abbatissis, prioribus, & priorissis, ut ipsi vestibus suo ordini congruentibus utantur; & si abbas vel abbatissæ de his observandis, vel suis subditis corrigendis sint negligentes, per suos episcopos puniantur.

IX.

Statuimus, ne prior conventualis ultra quadraginta solidos, sine licentia abbatis sui vel episcopi, si abbas non fuerit, mutuo pecuniam recipiat: quod si forte fecerit, abiiciatur a prioratu; nec denuo valeat prioratum adipisci, quousque per provinciale concilium fuerit restitutus. Eidem poenæ subjaceat prior, qui quamcumque summam pecuniæ recepit a Judæo.

X.

Propter scandala, quæ ex monialium conversatione proveniunt, statuimus de monialibus nigris, ne aliquod depositum recipiant in domibus suis ab aliquibus personis, nisi de licentia episcopi sui, maxime arcas clericorum vel etiam laicorum causa custodiæ.

XI.

Item, quod omnes comedant in refectorio communiter, in dormitorio dormiant, nisi ex causa justa & necessaria ex indulgentia abbatissæ aliter fieri permittatur. Item, cameræ monialium omnes destruantur, nisi aliquæ per inspectionem episcopi necessario retineantur ad infirmariam faciendam, vel alia

A de causa, quæ episcopo justa & necessaria videatur.

XII.

Item, quod moniales exire non permittantur, vel extra pernoctare, nisi forte ex magna causa & raro; & abbatissis injungatur, ne aliter egredi permittant. Et, si quando abbatissa ex justa causa alicui permittat, eidem injungat quod sine mora revertatur. Ostia suspecta & superflua obstruantur. Circa hoc autem episcopi diligentiam adhibeant & curam per se & per ministros suos, & vitas & conversationes earum restringant, & per eorum diligentiam scandala quæ in
B præsenti de vita ipsarum proveniunt, sopiantur.

XIII.

Moneantur capitula sæcularium personarum, maxime cathedralia, ut ipsi conveniant & tractent, quod in ecclesiis suis die ac nocte per se & clericos ecclesiarum divinum servitium competenter secundum numerum institutorum & facultates ecclesiarum celebretur; & circa divinum officium diligentiam adhibeant efficacem, præcipue circa psalmodiam; tractatim & per pausationes congruas in medio versuum psalmos dicant; nec ver-
C sum incipiat pars chori psallitura nondum alio finito, & quod a confabulationibus, præcipue in choro abstineant, similiter cum diligentia, moneantur.

XIV.

De capitulis vero, quæ vocata fuerint, & consueverint ad concilium evocari, & quæ sufficienter non miserunt, personæ & canonici non residentes per octo dies a quotidianis distributionibus suspendantur, quæ in usus pauperum & fabricæ majoris ecclesiæ per episcopum dioecesis loci erogentur.

D

XV.

Statuimus, ut literæ quas habent presbyteri vel personæ ecclesiarum aut capellaniarum de requisitione redditum conscribantur, & conscripta penes se retineant, & deponant litteras illas de consensu diœcesani vel archidiaconi in arca, & hoc faciant infra mensem.

XVI.

Statuimus, ut rectores ecclesiarum in vicarios & capellanos de assensu diœcesani, vel archidiaconi, vel officialis, seu decano-
E rum instituant in ecclesiis: qui vero secus egerit, puniatur.

XVII.

Statuimus, quod in causis minimis non observetur illa solemnitas judiciorum, quæ est de petitione scribenda, vel induciis dandis, nisi controversia de re quæ excedat summam viginti solidorum; vel nisi de volun-

ANNO CHRISTI 1249.

tate partium procedatur; vel nisi judex aliud ex causa viderit faciendum.

XVIII.

Statuimus, ut ea quæ debentur vel legantur ecclesiis ad emendos redditus, illi, ad quos pertinet, recipiant a debitoribus, ut deponantur cum aliis, in utilitatem ecclesiarum convertenda, non in usus proprios sacerdotum convertantur.

XIX.

Statuimus, ut nullus, qui propter quæstum veniat, recipiatur ad publicum sermonem faciendum, nec reliquias exhibeat, sine testimonio diœcesani episcopi.

XX.

Antiquum statutum concilii renovantes statuimus, ut si quis per annum & diem excommunicationem sustinuerit publicatam, moneatur potestas sæcularis ut excommunicatum ad unitatem ecclesiæ per suam potestatem venire compellat, mittendo manum in ipsum & res ejus, & nihilominus tales excommunicati per diœcesanum citentur ad provinciale concilium, tamquam de fide suspecti responsuri, quorum nomina in sequenti concilio referantur.

A

XXI.

Statuimus, ut ille ad quem unius pluriumve judicum mandatum dirigitur, sive de citatione facienda, sive de aliquo faciendo, non faciat quod mandatur, nisi in ipso mandato contineantur expresse, & designentur nomina locorum diœcesis & partium, & etiam cognomina, vel aliæ tales circumstantiæ, per quas, quæ & unde sint possit agnosci, & nisi etiam exhibeant authenticum, cujus auctoritate procedit mandatum, vel autentici transcriptum, sub sigillis authenticis & notis.

B

XXII.

Statuimus, ut singuli episcopi per suas diœceses provideant viros providos & discretos, qui super executionibus testamentorum per suas diœceses vacationes requirant, & voluntates defunctorum per executores & alios, ad quos ea res pertinet, faciant executioni demandari.

XXIII.

Statuimus, & in virtute obedientiæ præcipimus, ut omnes abbates & priores conventuales, ac etiam nuncii capitulorum præ-

C

sentis statuta concilii recipiant, ac ea in suis capitulis habeant, legant, & publicent infra mensem.

ULTRAJECTINUM CONCILIUM

In quo Goesvvinus Ultrajectinus episcopus ea dignitate sese abdicavit.

Anno 1249. *habitum.*

An. 1249. In Batav. Sac. t. I. pag. 161

BEka in hist. Ultraject. asserit synodum congregatam, quæ inquireret in mores episcopi; ad quam convenerant Wilhelmus Romanorum rex, Petrus Caputius cardinalis, & Conradus Coloniensis archiepiscopus, in quorum præsentia Goesvvinus honori cesserit ac oneri. Accessit etiam, inquit Heda, quod minus gratus esset Wilhelmo regi, propter nimirum gentiles suos Amstelios. Sunt qui Goeswinum exinde factum Decanum Coloniensem (Henrico Viandensi in Coloniensi ecclesia tum archidiacono suam ei cedente dignitatem) atque Coloniæ sepultum scribant, ibidemque etiam hodie de eo in Archivis extare memoriam.

ANNO HRISTI 1250. 1251. 1253.

ANNO CHRISTI 1250. 1251. 1253.

SYNODUS OXONIENSIS

In qua literæ regis quod capellæ regiæ liberæ sint, legebantur,

Anno 1250. habita.

Ex MS. Rot. pat. 34. §. Henr. III. in dorf. n. 1.

n. 1250. x Wilk. I. pag. 7.

REX universis prælatis, et eorum procuratoribus vocatis, et venturis apud Oxon. pro gratia Cantu. archiepiscopo a domino papa concessa, salutem. Cum capellæ nostræ in episcopatibus Cestr. Sar. Lond. et alibi in regno nostro temporibus nostris et progenitorum nostrorum adeo liberæ extiterint, et immunes, quod nec dominus papa, nec aliquis archiepiscopus seu prælatus jurisdictionem vel potestatem suam extenderit ad easdem, statuendo aliquid in eisdem, vel exigendo subsidium vel aliquid aliud, quocunque nomine ab eisdem; vobis districte inhibemus, quatenus metis vestris hactenus usitatis contenti, nihil exigatis nomine gratiæ prædictæ Cant. archiepiscopo concessæ, vel qualicumque alia occasione à capellis memoratis; vobis præcaventes, ne sitis delatores vel accusatores apud sedem apostolicam, vel alibi super juribus et libertatibus nostris, sicut indignationem nostram velitis evitare, et fidelitatem nobis vinculo juramenti præstitam observare. In cujus, etc. Teste rege apud Westmonaster. 20. die Aprilis.

PRUVINENSE CONCILIUM

In quo Parisiensis concilii anni 1248. statuta confirmantur & supplentur,

Anno 1251. habitum.

Ex cartario Trecensi eruit Cl. V. dominus Brayer canonicus Trecensis.

n. 1251. fert art. Vet. on. t. II. p. 2.

» ANno Domini MCCLI. die Mercurii » post festum B. Mariæ Magdalenæ ce- » lebravit idem dominus Gilo archiepisco- „ pus Senonensis, concilium apud Pruvi- „ num, in quo concilii prædicti (anni „ MCCXLIII.) statuta renovata fuerunt, „ et ea de novo statuta quæ sequuntur.

De excommunicatis ultra annum, et diem, ita fiat ut superius est statutum; hoc addito, quod si venerint, concilium, prout justum fuerit, et visum fuerit expedire, contra ipsos procedat; si non venerint, denuntientur excommunicati in pleno concilio. Moneantur per dioecesanos, ut infra dictum terminum ad emendationem veniant: quod si non venerint, dioecesanus contra ipsos procedat, prout justum fuerit et visum fuerit expedire; et hoc de illis, qui pro causis propriis et culpis propriis sunt excommunicati, et qui habent potestatem emendandi.

Item, statuimus, ut contra illos, qui capiunt res illorum, ad quorum instantiam aliquis excommunicatur, vel trahitur in causam coram ecclesiastico judice, vel qui capiunt eorum corpora, vel amicorum suorum, vel res ipsius judicis, procedatur secundum constitutionem domini Honorii, et in hoc episcopi sibi invicem mutuum consilium et auxilium impendant.

PARISIENSE CONCILIUM

Quo decreta translatio capituli Carnotensis ad Meduntam,

Anno 1253. habitum.

n. 1253. fert art. Vet. on. to. I. p. 5. ex d. D. auvelin

MIlo Dei gratia, Senonensis archiepiscopus, R. Parisiensis, G. Aurelianensis, G. Autissiodorensis, B. Meldensis, et N. Trecensis, eadem gratia episcopi, venerabilibus viris et in Christo dilectis R. decano totique capitulo Carnotensi, salutem et sinceram in Domino caritatem.

Versutiis humani generis inimici, qui nocte dieque circuit quærens quem devoret, est a Christianis, Deo fidelibus, maxime ab illis quibus est aliorum cura commissa, prout videtur expediens, obviandum; præsertim in loco, ubi idem inimicus suæ crudelitatis aculeos ministrorum suorum pernicioso officio præsentialiter noscitur exercere, ut in tutò sit innocentia, et refrenetur audacia malignandi, furorque in cursu existens lædendi, nocere nequeat, ut jam fecit. Cum igitur causa necis horribiliter horrendæ, piæ recordationis R. quondam cantoris Carnotensis, communi & deliberato consilio, concilii auctoritate ad locum ipsum duxerimus recedendum, invenientes ex certis indiciis, & conjecturis non multum dubiis, tutum non esse nec expediens Carnotensi ecclesiæ his diebus, quod moram ibi faciat capitulum, propter pericula quæ inde possent contingere infinita; & quia prodesse quandoque loci mutatio consuevit, ut innocentes securi, impiis nocendi opportunitate ablata, horis consuetis & debitis valeatis Domino famulari; non sine cordis amaritudine & do-

ANNO CHRISTI 1253. & dolore, sed quia via tutiori semper est procedendum, approbatione provincialis concilii, & consensu majoris & sanioris partis canonicorum Carnotensium inventorum ibidem, cum omnes essent coram nobis vocati ad locum eumdem, ordinamus, quod capitulum Carnotense a Carnoto infra festum B. Thomæ apostoli proxime venturum recedat, & apud Meduntam moram faciat, & in ecclesia B. Mariæ ejusdem loci ab episcopo & capitulo, & canonicis divina officia celebrentur horis debitis & solitis in ecclesia Carnotensi, & suam primam residentiam faciant infra muros castri ejusdem, sicut infra muros civitatis Carnotensis fieri consuevit; nec in alio loco, quam apud Meduntam, capitulum faciant, seu de electionibus vel aliis negotiis spiritualibus vel sæcularibus ad capitulum spectantibus tractent A vel ordinent; sed in loco prædicto hæc omnia faciant, sicut antea facere consueverunt in ecclesia vel in capitulo Carnotensi, nec aliquis canonicorum Carnotensium Carnoti moram faciens, vel alibi, nisi in locis ubi hactenus extra Carnotensem civitatem consueverunt, percipere fructus suos, residentiam suæ præbendæ faciat, vel grossum ipsius præbendæ seu distributiones aliquas percipiat; nec officiat Carnotensi ecclesiæ vel altari, donec aliud super prædictis fuerit ordinatum. Hunc autem locum eligimus quod in Carnotensi dioecesi sub secura dominatione, videlicet domini regis, consistit. Et ex nunc excommunicamus in scriptis omnes B illos, qui contra hanc ordinationem nostram aliquid præsumserint attentare. Datum Parisius anno Domini MCCLIII. die Mercurii post festum B. Martini hyemalis.

CONCILIUM VVORMATIENSE

In quo anathema dictum in adhærentes Friderico imperatori,

Anno 1253. habitum.

ANtiquus *author Chronici VVormatiensis vulgati a Ludevvig Reliq. to. II. c. XXXIX. Concilii hujus historiam hanc narrat.* Convocatis omnibus de parte VVillelmi in curia sua (tradit hæc de Siffrido VVormatiensi episcopo qui VVillelmi partibus adhærebat adversum Fridericum imperatorem, quem pontifex Romanus ecclesia & imperio privaverat) qui nominabantur timentes Deum, dulciter & amicabiliter satis ab illis consilium quæsivit, quomodo subveniendum esset sanctæ matri ecclesiæ. Tunc illi unanimiter respondentes dixerunt: *Nos secundum omnem possibilitatem nostram tibi & ecclesiæ assistemus.* Quo audito lætus factus est *episcopus*, eo quod dissolvit colligationem civium suorum. Et veniente exaltatione sanctæ crucis in dominica die, sedit cum prælatis suis in palatio ante curiam suam, convocatis omnibus populis suis ante se; dixitque tunc cunctis audientibus: *cunctos* D *adhærentes Friderico & Conrado esse excommunicatos, utpote non obedientes ecclesiæ Dei.* Actum est istud anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio. Statimque dissolvit *interdictum*, eo quod dissolvisset colligationem suorum. Sed ut ut partialitas illa ab eo facta fortius insurgeret, per quam voluntas sua fieret, ordinatum fuit, ut adhærentes Friderico dicerentur *Non timentes Deum*, exclusi ab omnibus ecclesiæ & Christi sacramentis. Dixit quoque idem episcopus eodem die, ut *quicunque sacerdos* celebraret, prius se vertens ad populum diceret, *omnes adhærentes Friderico esse excom-* C *municatos, & nequaquam missæ participes esse, vel officio assistere debere.* Item post offertorium iterum jubebantur egredi adhærentes Friderico, vel si alii eos adesse scirent, expellerent ab ecclesia & adesse nequaquam permitterent; & sic multi ab ecclesia expulsi recesserunt. Item *episcopus* ante factus præcepit sæpe, ut nequaquam sacramentum administrarent alicui ex his prædictis, nisi in domibus consentientibus partialitati suæ. *Ubi vero aliquis ex parte Friderici vel Conradi filii infirmabatur, non facta unctione inungebatur, neque in cœmeterio sepeliebatur. Ante tamen sacræ Eucharistiæ susceptionem compellebatur abjurare omnem Friderici imperatoris societatem.* Item prohibitum fuit, *ut nullus ex societate episcopi, qui nominabantur timentes Deum, visitarent aliquos in infirmitate constitutos vel alios.* Et sic omnia Sacramenta & Christi fidelium jura prædictis prohibita fuerunt & abrogata, qui de Friderici societate fuerunt. Super hæc, omnia jura tam civilia quam spiritualia illis prohibita fuerunt, ita quod omnia jura contra eos prolata effectum non haberent, & pro eis dicta omnino non valerent.

VVEST-

VVESTMONASTERIENSIS CONVENTUS

In quo sententia fertur adversus libertatum ecclesiasticarum violatores,

Anno 1253. habitus.

Ex regist. Giffard. VVigorn. episc. fol. 28.

An. 1253. Extat ap. Wilkins t. I. p. 603.

UNiversis Christi fidelibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, magister Hugo de Mortuo Mari, officialis curiæ Cant. salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, de verbo ad verbum nos inspexisse literas apostolicæ sedis, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua parte abolitas, vel corruptas, tenorem hujusmodi continentes:

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, universis archiepiscopis & episcopis regni Angliæ, salutem & apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Cum itaque, sicut ex parte vestra fuit propositum, coram nobis, vos cupientes, prout ad vestrum spectat officium, libertatem ecclesiasticam in regno Angliæ illibatam ab omnibus servari, cum voluntate & beneplacito charissimi in Christo filii nostri, illustrissimi regis Angliæ, in omnes illos, qui malitiose ac scienter ecclesias ipsius regni suo jure privaverint, & spoliarint, & libertates ecclesiasticas, & antiquas regni consuetudines, & præcipue illas libertates & liberas consuetudines, quæ continentur in chartis communium libertatum, & de forestis concessis a dicto rege, vobis ac aliis ejusdem regni prælatis, violaverint, infregerint, diminuerint, seu mutaverint, & qui contra illa statuta ediderint, vel edita observarint, consuetudines introduxerint, vel servaverint introductas, nec non in scriptores, executores, & consiliarios statutorum ipsorum excommunicationis sententias duxeritis proferendas, prout in literis super hoc confectis plenius continetur; nos, vestris supplicationibus inclinati, quod a vobis perinde factum est in hac parte, ratum habentes & gratum, id de fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, tenorem literarum ipsarum præsentibus inseri facientes, qui talis est:

Auctoritate Dei omnipotentis Patris, Filii, & Spiritus S., gloriosæ virginis & Dei genitricis Mariæ, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, omniumque apostolorum, beati Thomæ archiepiscopi & martyris, omniumque sanctorum martyrum, beati Edwardi regis Angliæ, omniumque sanctorum confessorum, atque virginum, omniumque sanctorum Dei, nos B. miseratione divina Cant. archiepiscopus, Angliæ primas, F. London. H. Elienf. R. Linc. W. Wigorn. W. Norw. P. Hereford. W. Sarum. W. Dubliniens. R. Exon. S. Carliol. W. Bathon. L. Roffens. Th. Meneven. episcopi, de assensu & voluntate venerabilis Patris W. Dei gratia Ebor. archiepiscopi, anathematizamus, & a liminibus sanctæ matris ecclesiæ sequestramus omnes illos, qui amodo scienter & malitiose ecclesias pervaserint, & spoliarint suo jure. Item omnes illos, qui ecclesiasticas libertates, vel antiquas regni consuetudines approbatas, & præcipue libertates & liberas consuetudines, quæ in chartis communium libertatum, & de foresta continentur, a domino rege concessis archiepiscopis, episcopis, & cæteris Angliæ prælatis, comitibus, baronibus, militibus, & liberis tenentibus, quacunque arte vel ingenio violaverint, infregerint, diminuerint, seu mutaverint, clam vel palam, scripto, verbo, vel consilio contra illas, vel earum aliquas in quocunque articulo temere veniendo. Item omnes illos, qui contra illas vel earum aliquas statuta ediderint, vel edita servaverint, consuetudines introduxerint, vel servaverint introductas, scriptores etiam statutorum ipsorum, nec non & consiliarios, & executores, & qui ea præsumpserint indicari. Qui omnes & singuli superius memorati hanc nostram sententiam incursuros se noverint ipso facto, qui scienter aliquid commiserint de prædictis. Qui vero ignoranter, nisi commoniti infra quindenam a tempore commonitionis se correxerint, & arbitrio ordinariorum plene satisfecerint de commissis; ex tunc sint hac sententia involuti. Eadem etiam sententia innodamus omnes illos, qui pacem regis, & regni præsumpserint perturbare. In cujus rei memoriam sempiternam nos signa nostra præsentibus duximus apponenda. Act. in majori aula regia apud Westm. An. D. MCCLIII. 3. Id. Maii, sub præsentia & assensu Henr. Dei gratia regis Angliæ illustris, & dominorum R. egregii comitis Cornubiæ fratris sui, R. com. Norfelk & marescalli Angliæ. H. com. Hereford. H. com. Oxford., & J. com. Warwic. & aliorum optimatum Angliæ ad hoc quasi ad concilium specialiter vocatorum. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Anagn. 2. calendar. Octobris, pontificatus nostri anno XII.

LUCENSE CONCILIUM DIOECESANUM

A Guercio Lucensi episcopo

Anno 1253. habitum.

Guercius. Ex Autographo in tabul. Ep. Lucen.

CUm nos G. D. G. Lucensis episcopus ad laudem & honorem & gloriam nominis Jesu Christi præsentem synodum duximus congregandam, pro eruditione subditorum nostrorum, correptionem horum, ac informatione virtutum, nec non & bono statu omnium ecclesiarum nostrarum, & etiam clericorum, atque pro salute totius cleri nobis commissi, volentes subditos nostros ore in- B structos, pudicos, pacificos, & modestos, quædam de consilio fratrum nostrorum duximus statuenda. In primis si quidem statuimus, ut in omni ecclesia divina officia nocturna, atque diurna competenti diligentia cotidie celebrentur; quod si omissum fuerit in aliqua ecclesia, ejus rector, & qui omiserit, superioris arbitrio puniatur.

Omnis rector ecclesiæ habeat semper ad minus, unum scolarem, qui cantare sciat & legere competenter, cum præmissa constitutio de divinis officiis celebrandis nequeat observari.

Ornamenta ecclesiastica tam Sacerdotum, quam altarium munda sollicita diligentia C conserventur, & præsertim corporalia quæ quidem nitidissima & sine fractura præcipimus retineri, cum absurdum sit, ut ornatiora sint vestra corpora, quam altaria; & qui mundis vestibus extra ecclesiam nos cooperiamur, immundis in ecclesia sordidemus.

Corpus autem Christi in capsa, vel pixide munda sub clavi firmata & super altare appensa aut etiam in sacrario, ne ab indiscretis, vel bestiis tangi possit, cum multa reverentia teneatur.

Chrisma etiam sub firma custodia taliter conservetur, ne ab aliquibus tractari possit sine licentia prælati vel honestæ personæ, quæ ad custodiam ipsius chrismatis fuerit de- D putata.

In celebratione missarum, maxime publicarum, saltem dum secreta dicitur, candela semper ardeat in altari. In plebibus autem & aliis ecclesiis collegiatis super hostiam & calicem semper fiat incensum, cum id tam parvo fieri possit impendio, quod paupertatis prætextu vix se valeat aliquis excusare.

Nullus prælatus, sive rector ecclesiæ, aut hospitalis parochianis suis, nullusve monachus, vel clericus sæcularis, aut monacha suis fratribus, vel sororibus comestionem, seu aliquid loco comestionis pro suo ingressu, prætextu cujuscumque consuetudinis exhibere præsumat, cum id periculo esse danti- E bus, & præcipientibus * videatur, utpote, simoniacam sapiens pravitatem. Qui vero exhibere præsumpserint, suspendantur ab omni ecclesiastico officio & beneficio. Exactores vero si pertinaces in exigendis extiterint, excommunicationi subdantur.

* f. percipientibus

Nullus Sacerdos aut clericus in sacris ordinibus constitutus, habens ecclesiasticum beneficium per civitatem aut vicos sive plateas incedat, quin exteriorem vestem habeat clausam, nec ullatenus utantur de nimio coloris fulgore, seu splendore notandis, nec bottonibus in manicis, vel ad pectus; sedadis autem rubeis, glaucis, viridibus, & sanguineis non utantur, & capas manicatas, aut guascappas ad divinum officium in ecclesia gerant, si canonicam volent effugere ultionem.

Nullus clericus beneficium ecclesiasticum de laicali manu recipiat, vel in laicali manu resignare præsumat, cum rerum ecclesiasticarum nulla sit attributa potestas. Si qui autem secus attentare præsumpserint, recipientes priventur beneficio sic recepto; resignantes vero secundum nostræ prudentiæ arbitrium puniantur.

Nullus habens ecclesiasticum beneficium ad aliud beneficium ecclesiasticum assumatur, nisi facta resignatione prioris in manibus illius ad quem institutio ipsius ecclesiæ noscitur pertinere; & si primum retinere contenderit cum secundo, utroque ipso jure sit privatus; nisi per Romanam ecclesiam, seu per nos cum eo super hoc fuerit dispensatum. Is vero ad quem pertinet institutio, institutionem facere non audeat, nisi prius constet sibi de resignatione prioris; si contra fecerit, nostro arbitrio puniatur.

Clerici, qui ad sacros sunt ordines promovendi, diligenter examinentur per eos, qui ad hoc fuerint deputati, quod ut rite fieri possit IV. V. & VI. feria, sabbathum quatuor temporum præcedentibus a plebanis suis personaliter præsententur, ut de ipsorum vita, scientia, conditione, & virtute constare valeat eorumdem testimonio plebanorum. Quod si forte aliquis ipsorum plebanorum venire nequiverit, canonica præpeditione detentus, clericos suos, quos ordinare voluerit, cum literis suis de ipsorum vita, scientia, conditione, & nativitate testimonium perhibentibus, ad nos mittat cum aliquo de Capellanis aut clericis suis bonæ famæ, & conversationis honestæ, qui nobis eos, seu examinatoribus deputatis, ipsius plebani vice, seu nomine, repræsentent.

Si quis Sacerdotis filius, aut alius ex fornicatione natus, dispensatione non obtenta, sacrum ordinem clanculo surripuerit, hoc ipso sit excommunicationis vinculo innodatus, & etiam post absolutionem obtentam maneat tamdiu ab ordinis sic surrepti executione suspensus, donec dispensationis gratiam potuerit obtinere, quod etiam de iis, qui sine certo titulo se clanculo fecerint ad sacros ordines promoveri, decernimus observandum. Si qui vero scienter ad sacros ordines præsentaverint filios sacerdotum, & alios ex fornicatione natos, tacito quod sint tales, ipsos ex nunc excommunicationis sententia innodamus.

Quoniam quidam laici de non recipiendis uxo-

ANNO CHRISTI 1253.

uxoribus suis, & quædam mulieres de non recipiendis maritis legitimis temeraria soleant facere juramenta, quæ perjuria sunt, nihilominus appellanda; præsenti decreto statuimus ut omnes sive mares fuerint, sive fœminæ, qui de cætero fecerint hujusmodi juramentum, & qui eis in hac perversitate adstiterint, conficiendo super hoc publicum instrumentum; aut locum testis etiam obtinendo, seu etiam alias operando, quod hujusmodi juramenta multo melius perjuria commutantur, hoc ipso sint excommunicationis vinculo innodati, illique nullatenus ligati hujusmodi juramento agant pœnitentiam de perjurio ex se se repetant, non obstante hujusmodi juramento, cum juramentum esse non debeat iniquitatis vinculum, sed adminiculum veritatis. Ne autem aliquis per ignorantiam valeat excusari, præcipimus ut hoc nostrum decretum quater in anno solemniter publicetur.

Ad hæc statuimus, ut omnes hospitalarii in uno refectorio comedant, in uno dormiant dormitorio, ita quod mulieres suum dormitorium, & suum refectorium habeant separatim, quod etiam in collegiatis ecclesiis præcipimus observari, si commode possunt domum ad hoc competentem habere.

Item statuimus, ut nullus de alieno episcopatu ad regimen, vel in clericum alicujus ecclesiæ nostri episcopatus eligatur, seu etiam admittatur absque nostra licentia speciali, & si contra factum fuerit, illud decernimus non valere.

Si quis clericus sæcularis vel religiosus, habens beneficium ecclesiasticum in civitate vel diœcesi nostra, se ab alio episcopo, vel archiepiscopo absque nostra licentia fecerint ordinari, ab exequutione ordinis sic suscepti ipsum duximus suspendendum.

Nullus clericus in sacris ordinibus constitutus, aut alius clericus obtinens ecclesiasticum beneficium, concubinam, nec aliquam secum in domo vel extra domum, de qua sit vel fuerit, aut sinistra suspicio possit haberi, habeat mulierem, nec admittat eam ad aliquod servitium in canonica ecclesiæ, nisi mater, vel amita ejus fuerit, aut soror; & qui nunc tenet eam in domo vel extra, monemus ut illam infra quindecim dies a se debeat removere, ipsam, vel aliam ulterius minime admissurus; & qui contra fecerit, ipsum a divinis officiis, & beneficiis ecclesiasticis suspendimus; & si suspensus præsumpserit celebrare divina, vel beneficiorum ecclesiasticorum administrationi se immiscuerit, ipsum ex nunc ab eisdem beneficiis perpetuo amovemus. Plebani quoque, ac Vicarii, & coadjutores eorum hanc constitutionem observent, & faciant a subditis suis observari, & nobis per se, aut per literas suas referant eos, qui fecerint contra eum; alioquin secundum nostrum arbitrium puniantur.

Item cupientes, ut beneficia ecclesiastica in civitate, & diœcesi nostra rite ac secundum sanctiones canonicas habeant, statuimus, ut de beneficiis ecclesiasticis nullæ fiant pactiones in civitate & diœcesi memoratis; & super hoc monemus universos, & singulos subditos prædictos, qui pactiones prædictas fecerint, vel fieri consenserint, vel opem, seu operam dederint ut fiant, excommunicationis sententiam proferentes.

Item cupientes ecclesiarum utilitatibus providere statuimus, ne quis rector alicujus ecclesiæ, vel loci religiosi, vel alia quæcumque persona civitatis, vel diœcesis Lucanæ alienet, vel pignori obliget possessionem aliquam, vel thesaurum, seu proventos nondum habitos vendere ad tempus alicujus ecclesiæ, vel loci religiosi civitatis vel diœcesis prædictæ absque nostra licentia speciali, quæ apparet in scriptura sigillo nostro signata; & monemus omnes & singulos, ne contra prædictum statutum aliquid debeant attentare in omnes & singulos, qui contra fecerint, vel fieri consenserint, alienando seu pignori obligando, vel recipiendo aliquo titulo alienationis, seu pignoris aliquid de prædictis excommunicationis sententiam proferentes; ac etiam decernentes irritum & inane, ac penitus non valere quidquid contra dictum statutum fuerit attentatum.

Item statuimus, ne rector alicujus ecclesiæ vel loci religiosi nostræ civitatis vel diœcesis debitum contrahat nomine ecclesiæ suæ ultra summam sibi concessam vel concedendam a nobis, & si contraxerit pronunciamus contractum ipsum penitus non valere, & ex tali contractu in nullo suam ecclesiam obligari.

Item præcipimus abbatibus, Prioribus & plebanis universis, ut prædictas nostras constitutiones editas infra resurrectionis Dominicæ proxime nunc venturum habere & eam ad minus bis in anno legere subjectis suis, & exponere diligenter.

Lectæ fuerunt & publicatæ constitutiones prædictæ in synodo clericorum civitatis & diœcesis Lucanæ, congregata Lucæ in cathedrali ecclesia S. Martini, præsentibus Dominis archipresbitero Gerardino Guidone de Porcari, Canonicis Lucensibus, & pluribus aliis Anno Domini 1253. IV. idus martii indict. XI.

ALE-

ANNO CHRISTI 1254. 1255.

ALEXANDER PAPA IV.

Sedit ab anno 1254. usque ad 1261.

AD PARISIENSE CONCILIUM

In causa interfectorum Cantoris Carnotensis.

Anno 1255. habitum

ADDITIO.

An. 1255. „ IN tradendis rebus Parisiensis concilii „ Labbeus expeditissimum se præbet, adeo „ ut vel solum ejus nomen & causam, quæ „ episcopos accivit ad concilium, tradat; „ quin & minus recte nomen cantoris Car- „ notensis signat per compendium; cantor „ enim ille vocabatur Reginaldus de Spira, „ quod profecto nomen nunquam illa Lab- „ bei literula E. designaretur. Habeant er- „ go rei conciliaris studiosi concilii hujus „ sententiam in homicidas illos latam, ex „ nova editione Galliæ Christ. to. VIII. p. „ 367. in append.

Sententia lata in concilio provinciali in homicidas Reginaldi de spina Cantoris Carnotensis.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, amen. Anno Domini MCCLV. die Martis ante festum B. Arnulfi continuata a die Lunæ præcedenti, nos Henricus Dei gratia Senonensis archiepiscopus, Raynaudus Parisiensis, Guillermus Aurelianensis, Guido Altisiodorensis, Nicolaus Trecensis Dei gratia episcopi, & Alermus miseratione ejusdem electus Meldensis confirmatus in negotio inquisitionis factæ authoritate concilii provincialis super interfectione bonæ memoriæ R. quondam cantoris Carnotensis, auditis probationibus, & præsumptionibus habitis contra Hugonem de Chavernejo canonicum Carnotensem & Colinum fratrem ejus, qui se voluntati & ordinationi concilii submiserunt, præstito super hoc juramento, & apposita poena, de bonorum consilio, dictum nostrum & ordinationem nostram proferimus in hunc modum: videlicet quod dicti Hugo & Colinus frater ejus per quinquennium continuum apud Oxenfort in Anglia morentur, & elapso dicto quinquennio non revertentur citra mare, nisi prius nos archiepiscopus Senonensis & suffraganei nostri certificati fuerimus a dioecesano loci illius & aliis personis authenticis per patentes literas, quod per dictum & continuum quinquennium moram fecerint in loco supradicto. Et præcipimus, ut iter arripiant infra octabas Assumtionis B. Virginis, continue profecturi. Et ex nunc privamus perpetuo dictum Hugonem voce & loco in capitulo Carnotensi; ita quod in electionibus vel aliis tractatibus in Carnotensi capitulo se non ingerat de cætero, nec aliquatenus admittatur. Item nos iidem supradicti iisdem anno & die in negotio inquisitionis factæ authoritate provincialis concilii super interfectione cantoris prædicti, auditis confessionibus Gilleberti dicti loci & Jacobi dicti la Bensote clericorum, & aliis probationibus habitis contra ipsos, de consilio bonorum authoritate ejusdem concilii sententialiter deffinimus dictos Gillebertum & Jacobum in carcere retrudendos, donec authoritate concilii extrahantur. Et si extrahantur authoritate concilii, ex nunc definimus ipsos ultra mare in terra Jerosolimitana exilio perpetuo deportandos. Actum Parisiis anno & die Martis prædictis.

CONCILIUM AD S. QUINTINUM

Anno 1255. habitum.

Decretum concilii S. Quintini de supprimendis in abbatia Arroasiæ sororibus conversis.

An. 1255. Affertur in Gallia Christ. t. III. p. 88. in Appen. Ex chartulario Mareolensi.

THomas D. G. Remens. archiep. & Jacobus miseratione divina humilis Atrebat. episcopus, universis præsentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto nobis & ceteris provinciæ nostræ coepiscopis, apud S. Quintinum in nostro provinciali concilio constitutis intimatum fuerit & suggestum, quod in quibusdam locis ordinis Arroasiæ fuissent religiosæ mulieres seu conversæ, quibus defunctis nulla substituebatur ibidem, quamvis ipsa loca nomine earum fundata, & ad earum usus, ut asserebatur, collata fuissent; fide præmissis adhibita, in ipso concilio statuimus quod in omnibus locis ipsius ordinis, Remensis provinciæ, in quibus religiosæ mulieres esse consueverant, loco earum, quæ jam decesserunt, vel in posterum decedent, secundum facultatem locorum & ad dioecesanorum arbitrium, canonici Arroasiensis ordinis ponerentur. Quod cum ad abbatis Arroasiæ & ordinis sui coabbatum notitiam pervenisset; idem abbas Arroasiæ, qui dicti ordinis caput esse dignoscitur, ad quosdam nostrum singulariter, & eos quorum copiam simul habere potuit personaliter accedens, mul-

tas

ANNO CHRISTI 1256.

tas proposuit, & in scriptis exhibuit rationes, per quas dictum statutum videbatur indebite factum esse, nec sine dicti ordinis gravi læsione; prædictum statutum petens humiliter revocari. Sed quia de facto concilii, nonnisi per concilium nos tractare decebat, noluimus usque ad futuri concilii celebrationem de præmissis aliquid ordinare. Supradictus autem abbas propter damna quæ ex dicto statuto suæ ecclesiæ & ordini iminere dicebat, dilatione hujus, non acceptans prædictum revocari seu infirmari statutum, auctoritatem sedis apostolicæ procuravit: postmodum vero nobis cum nostris coepiscopis apud Compendium anno revoluto in concilio congregatis, sæpe dictus abbas ibidem personaliter assistens, supradictum statutum non debuisse fieri per rationes & privilegia persuadens, litteram apostolicam in qua dicti statuti revocatio vel infirmatio ab apostolica sede facta continebatur, in audientia nostra legit; supplicans humiliter, ut ipsam revocationem seu infirmationem prædicti statuti acceptare vellemus; sed quia communis provinciarum ecclesiæ utilitas vel necessitas nos omnes & singulos in ipso concilio vocare majoribus compellebat, dicti statuti negotium nobis duobus a cæteris coepiscopis nostris commissum suscepimus, cum opportunitas offerret vice omnium auctoritate concilii terminandum, secundum quod nobis duobus faciendum esse concorditer videretur. Igitur opportunitate accepta, dictorum abbatis & conventus ecclesiæ Arroasiensis & ejusdem ordinis privilegiis, instrumentis & actis diligenter inspectis, & rationibus intellectis; quia nobis non constitit loca dicti ordinis, nomine religiosarum mulierum seu conversarum, prout antea nobis suggestum fuerat, sed canonicorum Arroasiæ & ordinis ipsius fundata & collata ad usus eorumdem canonicorum fuisse, insuper quia nobis constitit statutum fuisse, per S. Jacobi Prædicatorum, S. Catharinæ Vallis Scholarium ordinum priores & fratrem Joannem canonicum S. Victoris Parisiensis, olim visitatores ord. Arroasiæ a sede apostolica deputatos ad reformationem ipsius ordinis, ac postea eadem auctoritate confirmatum multo tempore jam elapso, ut de cetero non reciperentur in ipso ordine religiosæ mulieres seu conversæ: cum propter hæc & propter revocationem seu infirmationem dicti statuti per sedem apostolicam jam factam, ut dictum est, ac propter quædam alia quæ nos moverunt, & de jure movere debuerunt, nobis concorditer visum fuerit, præfatos abbatem & conventum Arroasiensem ac alios ejusdem ordinis, ad recipiendum religiosas mulieres seu conversas vel loco..... earum quæ jam decesserunt, vel in posterum decedent, non debere compelli; nos de negotio hujusmodi plenius instructi, inter alia præcipue attendentes dictas mulieres dictæ ecclesiæ Arroasiensi & ordini, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, ob causas aliquas, quas exprimere non expedit; fuisse & futuras esse, si ibi remanerent, inutiles & damnosas, quodque sine..... & membrorum subsidio non possent monasteria commode sustentari, ac debita onera supportare, & hospitalitatem ad quam tenentur servare, auctoritate a jam dicto nobis concessa concilio præfatum statutum concorditer decernimus non tenendum. In cujus rei perpetuam firmitatem præsentes litteras fieri & sigillis nostris fecimus sigillari. Datum apud Atrebatum anno gratiæ MCCLVI. feria quarta post festum B. Nicolai hyemalis.

CONSTITUTIONES ÆGIDII

Saresbiriensis episcopi in synodo latæ

Anno 1256.

Ex MS. cod. membr. bibliothecæ collegii S. Johannis Cantabrigiæ. A. iii. 8. in quarto.

[A]n. 1256. [Apud] Wilk. [Tom.] I. p. 714.

RAtionalis & proprii arbitrii factus homo, de factoris sui bonitate potestatem assumpsit in permanentis vitæ gaudio sine mortis obstaculo persistendi; si tamen factori suo prosperitatis acceptæ non immemor obedientiæ debitum exsolvisset; sed dum mandati ejus, qui fecit eum, transgressor esse non timuit, & ignorantiæ & concupiscentiæ miseriis justo Dei judicio in se & posteros suos sententiam mortis & corruptionis excepit. A statu enim completæ perfectionis deficiens, dum esse, quod non potuit, & scire quod non debuit, infeliciter appetivit, per ea, per quæ peccavit, punitus, de immortali mortale, de sciente inscius damnabiliter est effectus; sed cum ruina tam enormis naturali vel scripta lege seu prophetarum oraculis reparari minime potuisset, altiori consilio, quod ipse novit, missus est consilii angelus de sinu Patris in sinum virginis. In virgine ex virgine nostræ mortalitatis naturam assumpsit per operationem Sancti Spiritus conceptus; & cum integritate virginis natus verus Deus, verus homo, mundo per discipulos suos legem salutis annuncians, morte sua genus redemit humanum, solo duntaxat officio pietatis. Porro licet lex evangelica sufficeret ad fidem & morum instructionem populis convertendis, quia tamen post conversionem multorum adeo invaluit infidelitas & malitia in conversis, decreverunt apostoli & eorum successores in sonitu Spiritus Sancti conversorum ad fidem erroribus & malitiis per canones occurrendis. Ex hoc primum apostoli, deinde concilia constitutiones canonicas super fide & moribus ediderunt, qualiter videlicet ecclesia Dei reformari debuit in utroque, inter alia statuentes,

ANNO CHRISTI 1256.

tes, quod provincialia, episcopalia, & synodi convenirent; in quibus de reformatione, & reparatione status ecclesiastici communiter & concorditer ageretur, & generalium conciliorum statuta executioni debitæ mandarentur. Nos igitur, qui ex professionis nostræ debito ad veteris & novi paginam testamenti & sanctorum canonum observantiam arctius obligamur, ex curæ pastoralis officio, & nostri capituli concilio, invocata Sancti Spiritus gratia, hanc sanctam & venerabilem synodum duximus convocandam. In qua pleraque generalium & provincialium conciliorum statuta; quædam etiam prædecessorum nostrorum, & ex nostris aliqua pro subditorum nostrorum correctione & reformatione duximus recitanda, prædecessorum nostrorum statutis, quæ per præsentem synodum revocata non fuerint, in suo robore duraturis.

De residentia canonicorum.

Beati Osmundi prædecessoris nostri circa residentiam personarum & canonicorum Sarum ecclesiæ pias institutiones, quas pro cultu divini nominis ampliandas, & ecclesiæ Sarum honore, capituli sui accedente consensu, condidit, ac in scriptis redegit, per negligentiam seu per incuriam non ut & * apertum decuit observatas, præsenti statuto duximus innovandas, præcipientes in virtute Spiritus Sancti, & sub juramenti debito, tam a personis quam ab aliis canonicis de ecclesiæ statutis & consuetudine approbatis observandis corporaliter interposito, quod omnes & singuli tam personæ quam canonici Sarum ecclesiæ in ipsa cathedrali ecclesia debitam facere residentiam non omittant, nisi causa rationabili excusentur, si poenas contra non residentes sancitas voluerint evitare.

* loco & *apertum* forte *capitulum* legendum.

Cum inter totius orbis ecclesias ecclesia Sarum in divino officio & ministris, tanquam sol in rota claruerit, adeo radios suos undique diffundens, defectus suppleverit aliarum, ne per ministros dignos claritas sua nobis non curantibus eclipsetur, statuimus, ut nullus de cætero ad officium vicarii in ipsa ecclesia præsentetur, nec aliquatenus admittatur, nisi præter alia merita honestatis, quæ in ministris hujusmodi requiruntur, instrumentum habeat idoneum modulandi, & cantus peritiam, sine quibus ecclesiæ gloria, quam ministrorum maculavit indignitas, ad antiquæ laudis præconium minime poterit reparari.

De procuratione archidiaconorum.

De archidiaconis quoque statuimus, ut ecclesias utiliter & fideliter visitent de sacris vasis & vestibus, & qualiter diurnis & nocturnis officiis ecclesiæ serviatur, & generaliter de temporalibus & spiritualibus inquirendo, & quæ corrigenda invenerint, corrigant diligenter. Ecclesias autem superfluis non gravent expensis, sed procurationes exigant duntaxat, cum visitant, moderatas.

De eodem.

Clamor validus ad aures nostras ascendit, quem dissimulare non possumus nec debemus, quod licet archidiaconi non nisi procurationem unicam annuatim ab ecclesiis, quas personaliter visitaverint, percipere valeant juxta canonicas sanctiones, ad aliud genus extorquendi victualia, ne dicamus, ut suis propriis parcant, se transferunt, dum a subditis suis ante vel post receptam procurationem debitam, hospitium postulant sub specie charitatis. Et cum timore ac pudore urgentibus postulati repellere nequeant, vel non audeant postulantes per expensas indebitas plus forsitan quam per debitas prægraventur. Quia vero divini plenum est animadversione judicii, tales impietates, quæ sub pietatis pallio obumbrantur, & tale genus charitatis, quæ non ædificat & plantat, sed destruit & disperdit, conniventibus oculis pertransire, statuimus, & statuendo præcipimus, quod ab hujusmodi hospitiorum exactione, taliter studeatur abstinere, ne præter concussionis infamiam, quam de facto incurrunt, non solum nostram sed etiam divinam indignationem merito debeant formidare.

De capitulis celebrandis.

Statuimus & statuendo præcipimus, ut capitula archidiaconorum per singulos decanatus nostræ dioecesis celebranda in locis convenientioribus, in quibus victualia reperiuntur venalia, & ubi convenientium evectiones commodius recipi valeant, de cætero celebrentur.

De correctione excessuum.

Statuimus etiam, quod emendas pecuniarias non exigant pro redemptione criminum, præsertim in casibus, in quibus nequeunt dispensare; nec de causis, quæ ordinis dispositionem vel beneficii privationem inducunt, se aliquatenus intromittant.

De decanis instituendis.

Statuimus, ut cum decani rurales idonei ab archidiaconis fuerint instituti, nobis & successoribus nostris præsententur ad sacramentum corporale præstandum.

De juribus episcopalibus conservandis.

Cum in jure tantum existat, quod archidiaconi vel decani rurales nullas exactiones seu tallias in presbyteros sive clericos exercere præsumant, firmiter præcipiendo statuimus, quod sub nullius necessitatis forsitan imminentis specie, sine conscientia nostra, tallias faciant vel collectas.

De apparitoribus.

Cum ex causis diversis ecclesiarum rectores & vicarii variis oppressionibus prægraventur, cordi nobis est, eos ab insolitis & omni-

ANNO CHRISTI 1256.

omnino inutilibus sumptibus & stipendiis relevare. Olim siquidem apparitores per decanatus singulos constituti, adinstar cursorum papalium, & aliorum prælatorum, sine alicujus evectionis onere, soli cum presbyterorum parochialium testimonio suum officium fideliter explicabant. Sed diebus istis eorum insolertia surrepente, propria temeritate possunt se in equis duobus sibi, vel ad minus uno, servitoribus sociatis, qui per totum anni circulum, simulata officii instantia discurrentes, ac imprudenter undique exigentes in alienis domibus jugiter hospitati sumptuosa quærendo, nec communibus contenti, in victualibus & aliis viros aggravant hospitantes. Cum igitur scriptum sit; "Non transgredieris terminos, quos posuerunt patres tui, " volentes apparitorum officium antiquis finibus limitare, statuimus præsenti synodo approbante, quod apparitores nostræ diœcesis officium suum de cætero sine cujuslibet evectionis genere, quantum eis Deus dedit, fideliter exequantur. Et cum in causis vel negotiis citatio, executio, vel alias præceptio superioris, quæ testimonio egeat, immineant faciendæ, in presbyteri parochialis diaconi, seu clerici, ut testimonium perhibere valeant, præsentia, in quorum parochia hujusmodi exequenda mandantur, quæ sibi mandata fuerint, studeant explicare. Quod si subditorum nostrorum aliqui in suis vel alienis equis apparitores susceperint hospitandos, vel fraudem huic nostræ constitutioni fecerint, ipso facto noverint ab officio se suspensos: apparitoribus nihilominus a suo ministerio removendis. Si vero citationes extraordinariæ occurrant, eorum ministerio faciendæ, nullatenus eas admittant, nisi prius juxta Londinensis concilii formam eis viatica ministrentur.

De clericis ad beneficia præsentandis.

Cum ecclesiarum rectores & vicarii ac presbyteri seculares teneantur sacramenta ecclesiastica dispensare prohibendo statuimus, & statuendo prohibemus, ut sacramentorum ecclesiasticorum notitiam saltem non habentes necessariam, ad animarum regimen vel presbyteratus se nullatenus ingerant præsentandos; cum quos sacri canones rejiciunt, merito repelli debeant ut indigni, ecclesiarum patronos præsertim ecclesiasticos exhortantes, ut a præsentandis talibus se abstineant, si ea vitæ privari potestate noluerint præsentandi.

Quoniam nimis iniquum existeret, si per quorumlibet cupiditatem vel avaritiam ecclesiæ debitis obsequiis fraudarentur, statuimus, ut rectores in ecclesiis suis debitam faciant residentiam personalem; etiamsi super pluribus beneficiis retinendis cum eis per sedem apostolicam dispensatum sit, nisi ab onere residendi per spirituale privilegium doceant se immunes; statuto bonæ memoriæ prædecessoris nostri de rata residentiæ non obstante; alioquin transgressores pœnam debitam non admittant.

De residentia clericorum.

Quoniam de habitu clericorum, qui non clericalis videtur sed potius militaris, grave scandalum laicis generatur, firmiter statuendo præcipimus, ut ad formam tam de vestibus clericorum, quam etiam de ornamentis equorum in generali concilio editam, per subtractionem beneficiorum compellantur. Ita quod in mensura decenti vestes habeant, & cappis clausis utantur in sacris ordinibus constituti. Et maxime in ecclesia & coram prælatis suis, & in conventibus clericorum, & ubique in parochiis suis, qui cum cura animarum regendas ecclesias susceperunt. Et ut possint episcopi alios melius ad honestatem vestium, & tonsuram, & coronas decentes, & equorum ornamenta idonea coarctare, provideant, ut a suis clericis commensalibus hæc prius faciant observari habentes eos in vestibus talaris, frænis & sellis, clericalis gerentes habitum honestatis: Quoniam omne, quod non propter necessitatem, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumniam; statuimus firmiter prohibentes, ne presbyteri vel clerici in sacris ordinibus constituti, modulis, fibulis, aut uncis, aureis, argenteis aut de aurifrigio vel gemmis quibuslibet utantur de cætero, in scandalum ordinis clericalis. Usum etiam coffarum in ecclesiis & conventibus clericorum penitus prohibemus. Alioquin contravenientes ab officio suspendantur.

De continentiis clericorum.

Licet ad profligandum * a laribus ecclesiæ putridum illud turpitudinis libidinosæ contagium, quo decor ecclesiæ graviter maculatur, statuerunt super hoc ecclesiastici rectores ipsum removere, cum tantæ improbitatis existit, ut semper se ingerat impudenter. Nolentes igitur tantam ecclesiæ ignominiam conniventibus præterire oculis incorreptam, statuta Romanorum pontificum, & maxime decretalem Alexandri papæ super hoc exequentes, statuimus & statuendo præcipimus, ut clerici, & maxime in sacris ordinibus constituti, qui in domibus suis vel alienis detinent publice concubinas nisi a se moveant infra mensem, ipsas vel alias nullatenus de cætero retenturi, ab officio & beneficio sint suspensi, usquequo super hoc digne satisfecerint. Volumus quoque & districte præcipimus, ut archidiaconi diligenter faciant super hoc inquisitionem per omnes decanatus; & quod statuimus observari, prædicti concilii auctoritate officialibus nostris super præmissis committimus inquirendum.

* Principium hujus capitis in MS. mendosum ex aliis constitutionibus restituimus.

De concubinis clericorum.

Item, quoniam putridum spurcitiæ libidinosæ contagium adeo apud clericos & presbyteros invaluit, quod auctoritas evangelica nec canonica severitas illud hactenus extirpare potuerint, quin in suæ perpetuæ damnationis periculum, & ordinis ecclesiastici ignominiam adhuc suas detinent concubinas publice; cupientes subditos nostros ad statum honestatis debite reformari, præsentis synodi

ANNO CHRISTI 1256.

di approbatione ſtatuimus, quod omnes mulierculæ cum presbyteris ſæcularibus & religioſis quibuſcunque, clericiſque in ſacris ordinibus conſtitutis, ſcienter de cætero fornicantes publice, poſt præſentis ſtatuti denunciationem ipſo facto, ratione ſacrilegii quod committunt, ſententiam excommunicationis incurrant. Et ſi cum taliter excommunicatis presbyteri vel clerici quicunque ſeculares vel regulares ex certa conſcientia poſt denunciationem commiſceant, ſciant ſe ſimilis ſententiæ laqueo innodatos; quorum abſolutionem nobis & pœnitentiariis noſtris ſpecialiter reſervamus. Hanc autem conſtitutionem noſtram in parochialibus eccleſiis præcipimus frequentius publicari.

Ex concilio Oxon.

* Totum hoc caput ex aliis conſtitutionibus corrigendum eſſe monuit codex mendoſus.

* Ut veri videamur evangelicæ legis ſectatores, cum non niſi in vinea laboranti ſit retributionis denarius porrigendus, nec niſi qui altari ſervit, vivere debeat de altari, ſtatuimus ut eccleſiæ certis perſonis deputatæ, nulli dentur ad firmam, niſi forte juſta cauſa ſubfuerit, & a ſuo epiſcopo approbata; & tunc de ejus conſenſu, alicui perſonæ honeſtæ & ordinatæ dentur ad firmam; de qua veriſimiliter præſumi debeat, quod fructus eccleſiæ in bonos uſus convertat.

De eodem.

Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, conventiones firmarum abſque noſtra vel prædeceſſorum noſtrorum approbatione contractas, penitus infirmamus. Statuentes ſub poena fructuum unius anni, quod beneficia foranea ſine auctoritate noſtra & licentia, nulli tradantur ad firmam. Quod ad firmam præbendarum extendi nolumus, niſi decani & capituli noſtri interveniente conſenſu, noſtra & ſucceſſorum noſtrorum ſint auctoritate fulcitæ. Quod ſi ex cauſa perſonis aliquibus hoc duxerimus indulgendum, æquanimiter tolerabimus, quod de præbendis in decanatu Sarum, & de foraneis beneficiis in locis archidiaconi per præſentiam firmæ conventio ineatur.

De vicariis admittendis. Ex concilio London.

Ad vicariam ſtatuimus nullum de cætero fore admittendum, niſi jam in presbyterum ordinatum, vel ſaltem diaconum, in proximis quatuor temporibus ordinandum, qui renuncians aliis beneficiis, ſi quæ habet curam animarum habentia, juret reſidentiam ibi facere corporalem, alioquin inſtitutionem illius decrevimus fore nullam, & vicariam alii fore conferendam. De jam inſtitutis vicariis, qui non ſunt presbyteri, cum vicarii teneantur in propriis perſonis eccleſiis deſervire, ſtatuendo præcipimus, ut infra annum ad minus ſe faciant in presbyteros ordinari. Alioquin, ſi per eos ſteterit, quominus infra annum, ut diximus, ordinentur, eos extunc fore vicariis eiſdem decernimus privatos. Et de reſidentia circa eos ſtatuimus, quod de inſtitutis ſupra duximus ſtatuendum.

A « *In ima margine ab alia & recentiri manu uncis incluſa hic inſeruntur.* «

(De violatione ſequeſtri. Quoniam quidam filii Belial obedientiæ jugum præſumptione temeraria conculcantes ſequeſtrum, quod in vacantibus eccleſiis & ex aliis cauſis, exigente juſtitia, ponimus excommunicationis ſententiam in ſequeſtrorum violatores publice promulgandam penitus vilipenſam non verentur violare; nos eorum malitiis occurrere ſatagentes, violatores hujuſmodi, ſi clerici fuerint, ab officio & beneficio tamdiu manere ſuſpenſos, donec exceſſus tam gravis & enormis ſatisfactione debita corri-
B gatur; ſi vero laici ſcienter & prudenter ſequeſtrum violaverint, cum ipſo facto excommunicati exiſtant, & communicantes cum eis monitione præmiſſa ſimili ſententia percellantur.)

De eodem.

Audivimus quod nonnulli in noſtra dioeceſi contra ſtatutum concilii Londonienſis de facto, cum ipſo jure ſint privati, perpetuas detinent vicarias. Quia vero detentores hujuſmodi & animas damnabiliter decipiunt; & furtum committunt nihilominus vel rapinam; vicarias ſic vacantes, ad manus noſtras
C ſequeſtramus, ſub poena excommunicationis, quam contravenientes incurrere volumus ipſo facto, diſtrictius inhibentes, ne ſpiritualium vel temporalium adminiſtrationi ſe de cætero audeant immiſcere, cum vicarias hujuſmodi donationi noſtræ generalis auctoritate concilii duximus reſervandas; præſertim eas, in quibus contra præſentatores per negligentiam eſt præſcriptum.

De eodem.

Cum ex præcepto divino necnon auctoritate canonica ad ſolvendum Deo de nocte nocturnum, ſicut de die diurnum officium,
D inexcuſabiliter obligemur, ſtatuendo præcipimus, quod ſeculares prælati necnon parochiales presbyteri, qui ex cauſa rationabili de nocte non ſurgunt ad matutinarum officium exequendum, ſurgere ſtudeant in aurora, & cum dies illuxerit, officium inchoetur, cujuſcunque parochiani abſentia non obſtante.

De capellanis admittendis.

Subditorum noſtrorum pericula, negligentia damnabili tolerata, gravi nos dolore percellunt, & eo gravius quod eis occurrere feſtinato remedio non valemus. Nonnul-
E los quidem presbyteros & clericos non ſolum ratione originis & ſacri baptiſmatis, ſed etiam inferiorum ordinum, & aliquos ſacrorum ratione noſtros effectos, ab alienis epiſcopis abſque noſtra vel prædeceſſorum noſtrorum licentia, ſacros ordines non ambigimus recepiſſe, & hujuſmodi manuum impoſitione rata, ut expedierit, non habita, ſe in tanta executione ordinum taliter ſuſceptorum, propter quod ipſo jure in irregu-

Anno Christi 1256.

gularitatis dispendium incidunt; & quod flebilius est plangendum, irregularitatem hujusmodi irregularitati attrita fronte ingesserunt, & ingerunt se divinis. Tales igitur universos non suspendimus, sed suspensos auctoritate canonum nunciamus; statuentes ut nullus de nostra civitate vel dioecesi oriundus, a nobis vel prædecessoribus nostris ordinatus, & absque nostra vel eorum licentia, ordine postmodum ab alieno episcopo suscepto, nec a proprio episcopo approbato, qui executioni se immiscuit ordinis sic suscepti, ab aliquo subditorum nostrórum religioso vel sæculari clam vel palam, donec cum eo legitime fuerit dispensatum, ad executionem officii aliquatenus admittatur. Tales autem scienter admittentes, & per mensem retinentes, ipso facto noverint se suspensos.

De eodem.

Præterea cum quidam alienæ originis se clericos sacri ordinis vel presbyteros asserentes, tam literis quam signis per falsitatis vitium fabricatis, quod diebus nostris accidit, non suspectos se mentiantur ordines suscepisse; & sic per colorem hujusmodi, ad officii executionem minus provide admittantur; tam gravi scandalo & animarum periculo occurrere cupientes districtius præcipiendo statuimus, ut quicunque alterius ordinationis literas coram nobis vel officialibus nostris exponat, quibus fidem imponat, si de eis forsitan dubitetur, ut sic scrupulo cujuslibet dubitationis amoto, ad executionem sui ordinis admittatur, prout visum fuerit expedire.

De religiosis.

Cum secundum regulas sanctorum patrum religiosi viri psalmos, hymnos, & quædam alia legenda, & canenda, tam in nocturno quam in diurno officio secundum suas observantias teneantur cordetenus retinere, statuimus ne nunc monasterium ingressus, nec de cætero ingressurus in nostra dioecesi, nisi officium suum cordetenus memoriter retineat, cessante ignorantia invincibili, alicui obedientiæ præponatur. Quod si secus fuerit incaute præsumptum, & præponens & præpositus suspendatur. Ad hæc sub poena excommunicationis, qua transgressores hujus statuti nostri ipso facto volumus innodari, districtius prohibemus, ne aliqui religiosi ex quacunque necessitate, nobis inconsultis, rem immobilem monasterii sui, quocunque alienationis titulo, in aliam religiosam secularemve personam transferre præsumant. Sub poena consimili nihilominus inhibentes, ne fidejussores existant, aut etiam pro aliorum obligationibus se constituant principales; neque per sigillum suum authenticum pro aliis se obligent, quanquam abbates vel priores sui hoc eis sub obedientiæ debito, a quo eos absolvimus in hac parte, præcipiant vel injungant.

A

De Mortuariis.

Statutum felicis recordationis R. prædecessoris nostri super mortuariis editum, præsentis synodi appprobatione duximus declarandum. Satagens siquidem idem R. prædecessor noster saluti consulere animarum, quia considerabat laicos utriusque sexus subditos suos, quandoque per ignorantiam, nonnunquam vero per negligentiam et incuriam in decimarum & oblationum suarum subtractione graviter deliquisse; quod non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, prudenter attendens salubriter statuit, quod pro recompensatione decimarum taliter subtractarum, licet causam statuto suo non inseruerit, secundum melius animal in bonis defuncti ecclesiæ damnum passæ, debuit applicari. Quoniam vero hujus occasione statuti inter ecclesiarum rectores & parochianos suos lites, quas extingui cupimus, frequentius oriuntur, illud synodali duximus interpretatione declarandum. Quod si decedens tria ad minus vel plura cujuscunque generis in bonis suis habuerit animalia, optimo, cui de jure fuerit debitum, reservato, ecclesiæ suæ a qua sacramenta percepit, dum viveret, sine dolo, fraude, & contradictione qualibet, pro decimarum tam personalium quam prædialium, necnon & oblationum subtractionis compensatione, ad liberationem animæ suæ, melius post optimum reservetur. Quod si duo tantum in bonis decedentis extiterint animalia, de mansuetudine ecclesiæ exactio qualibet mortuarii nomine remittatur.

De eodem.

Hoc autem adiiciendum duximus, quod si materfamilias viro suo superstite præobierit, ad præstationem mortuarii minime coarctetur. Quod si post obitum mariti in domus & familiæ regimine vidua per annum supervixerit, juxta formam superius scriptam ad mortuarium obligetur. hac autem nostra constitutione seu interpretatione consuetudini laudabili super mortuariis in nostra dioecesi hactenus observata, nolumus præjudicium generari. Quod si decedens hujusmodi numerum animalium non habuerit, super præstatione mortuarii consuetudo ecclesiastica observetur. Ad solutionem vero debiti de jure mortuarii retinentes volumus per locorum ordinarios censura ecclesiastica coarctari.

De matrimoniis contrahendis, & nunciis præmittendis.

Cum matrimoniis contrahendis per denunciationum omissionem, & sacerdotum parochialium absentiam nonnullis pericula contigerint & contingant, firmiter statuendo præcipimus, quod sine sacerdote & aliis legitimis testibus, bannisque tribus diebus solennibus in parochianorum præsentia, ante contrahendum matrimonium promulgatis, in nostra dioecesi de cætero nullatenus matrimonia contrahantur. Quod si denunciationibus omissis reperiantur aliqui absque sacerdotis

ANNO CHRISTI 1256.

tis & testium legitimorum præsentia matrimonialiter contraxisse, tam contrahentes, quam qui talibus contractibus clandestinis contra ecclesiæ interdictum interfuerint, excommunicationi præcipimus subjacere. Hanc autem constitutionem nostram in Nativitatis, Resurrectionis, & Ascensionis dominicæ, & omnium diebus, in qualibet parochiali ecclesia nostræ dioecesis, per eorum sacerdotes sub obedientiæ debito præcipimus solenniter publicari.

De prohibitione scotallarum.

Prohibitione scotallarum & alias communium potationum pro salute animarum & corporum introductam, synodali approbatione prosequentes, rectoribus, vicariis, & aliis presbyteris parochialibus præcipimus, sub obedientiæ debito firmiter injungendo, quod parochianos suos crebra exhortatione diligenter inducant, ne prohibitionis hujus temerarii violatores existant. Alioquin quos in hac parte culpabiles invenerint ab ecclesiæ ingressu & sacramentorum communione tamdiu suspensos denuncient, donec aliis poenis cessantibus, ad poenitentiarium nostrum accesserint, quod ab eo pro transgressione hujusmodi eis poenitentiæ nomine injunctum fuerit, humiliter recepturi, & prout eis Deus dederit impleturi.

De eodem.

Communes autem potationes declaramus, quoties virorum multitudo, quæ numerum denarium excesserunt ejusdem parochiæ, in qua cervisia venalis extiterit, vel etiam vicinarum in tabernis hujusmodi, vel infra septa ejusdem domicilii potandi gratia commorantur. Viatores vero peregrinos, & in nundinis ac mercatis convenientes, quamvis in tabernis convenerint, sub prohibitione ista nolumus comprehendi.

De mancipiis Judæorum.

Licet in concilio Lateranensi & Oxoniensi prohibitum sit expresse, ne Judæi mancipia habeant christiana, plerique tamen Judæi nostræ dioecesis, ut dicitur, hujusmodi prohibitione contempta, nutrices, obstetrices, & alia mancipia christiana damnabiliter præsumunt retinere; & hujusmodi transgressione contenti, in graviorem prorumpunt audaciam, ut non solum cum christianis solutis, sed in nostræ fidei scandalum; & in suæ legis contemptum, & cum mulieribus se commisceant conjugatis. Unde præsentis synodi approbatione statuimus, ut mulieres tam solutæ quam conjugatæ, super hujusmodi crimen confessæ vel convictæ, nominatim excommunicationis sententia percellantur; & donec ad arbitrium nostrum vel officialium nostrorum satisfecerint, arctius evitentur. Judæis vero super hoc convictis vel confessis, donec hoc competenter emendaverint, omnis christiana communio per censuram ecclesiasticam denegetur. Quod vero circa distinctionem habitus dictum est, propter pericula, quæ ex habitus confessione contingunt, A omni diligentia statuimus observandum.

De pœnitentia excommunicatis infligenda.

Præsentis synodi approbatione statuimus, ut quicunque subditorum nostrorum in excommunicationis sententiam, contra jura ecclesiastica spoliatores & alios criminosos in Oxoniæ conciliis promulgatam, convicti fuerint incidisse, præter notam infamiæ, quam incurrunt, ipso toties in civitate Sarum, & in partibus illis, ubi crimen commiserint, nisi clerici fuerint publice fustigentur, quoties nobis vel successoribus nostris visum fuerit expedire, nisi causa rationabilis nos introduxerit ad pœnitentiam committendam.

B Cum ut mutus anni dies illucescat, qui non alicujus vel aliquorum sanctorum venerandis natalitiis decoretur; in quorum laudibus & meritorum præconiis, totum tempus a Christi fidelibus, quorum suffragiis indigent, expendi non indigne meruerunt; hominis tamen conditio cui dictum est, "In sudore vultus tui vesceris pane tuo," nequaquam potest omnis propter occupationes mundanas sanctorum venerationibus jugiter insistere, quin necesse habeat corporis necessitatibus providere; ideoque, salva sanctorum reverentia, duximus statuendum; quod exceptis solennitatibus gloriosæ virginis Mariæ, apostolorum, & evangelistarum, festi-C vitatibus sanctæ Crucis, sancti Michaelis, sancti Johannis baptistæ, sancti Laurentii martyris, & translationis sancti Thomæ martyris, festis etiam sancti Martini, sancti Nicolai confessoris, sanctæ Mariæ Magdalenæ; festisque dedicationum in suis parochiis, necnon & sanctorum, in quorum honore ecclesiæ singulæ construuntur; nullius alterius sancti festivitas ab agricultura & laboribus, sine quibus terræ coli non possunt, parochianis suis per presbyteros indicatur ferianda.

Quoniam propter diversas consuetudines in petendo decimas, propter diversas ecclesias, inter rectores ecclesiarum & parochianos suos rixæ & contentiones, scandala & D odia permaxima oriuntur, volumus, quod in cunctis ecclesiis per archidiaconatus constitutis, uniformis sit petitio decimarum. Inprimis volumus, quod decimæ de frugibus, non deductis expensis, integre & sine aliqua diminutione solvantur; & etiam de fructibus arborum, & seminibus omnibus, & herbis hortorum, nisi parochiani competentem pro talibus decimis velint facere redemptionem. Volumus etiam quod decimæ de foenis, ubicunque crescant, sive in magnis pratis, sive in parvis, sive in cheminis, exigantur, & prout expedit ecclesiæ persolvantur. De nutrimentis autem animalium volumus, sc. de agnis; quod sex agnis & in-E fra sex obili dentur pro decima. Septimus agnus & supra detur pro decima. Ita tamen quod rector ecclesiæ, qui septimum agnum receperit, det parochiano, a quo decimam illam receperit, tres obolos in recompensatione. Qui octavum agnum receperit, det parochiano unum denarium. Qui nonum agnum receperit, det obolum parochiano, vel expectet rector ecclesiæ usque ad alterum annum, donec possit decimum agnum ha-

ANNO CHRISTI 1256.

habere, si maluerit. Et qui ita expectabit, semper exigat secundum meliorem, vel tertium agnum ad minus de agnis secundi anni; & hoc pro expectatione primi anni. Et ita intelligendum est de decima lanæ. Sed si oves alibi in hyeme & alibi in æstate nutriuntur, decima est dividenda. Similiter si quis in medio tempore emerit vel vendiderit oves, & certum sit de qua parochia oves illæ venerint; dividenda est decima, sicut de re, quæ sequitur domicilia; si autem incertum fuerit, habeat ecclesia illa decimam, infra cujus limites tempore tonsionis oves inveniantur. De lacte, volumus, quod decima solvatur, dum durat; videlicet de caseo, tempore suo, & de lacte, in autumno & hyeme; nisi parochiani competentem pro talibus decimis velint facere redemptionem; & hoc ad commodum ecclesiæ. De piscationibus autem & apibus, sicut de omnibus aliis bonis juste adquisitis, quæ renovantur per annum, statuimus, quod decimæ exigantur. Sed debito modo. De proventibus autem molendinorum, volumus quod decimæ exigantur, & solvantur ad valorem proventuum, nisi ad valorem proventuum domini faciant redemptionem. De pasturis autem & pascuis, tam communibus quam non communibus, statuimus, quod decimæ fideliter solvantur; & hoc, per numerum animalium, & dierum, si expedit, ecclesiæ. Statuimus etiam quod decimæ de artificibus, de mercatoribus, & de lucro negotiationis, similiter de carpentariis, fabris, textricibus, pandoxatricibus, & omnibus aliis stipendariis, operariis; videlicet quod dent decimas de stipendiis suis, nisi ipsi stipendiarii aliquod certum velint dare ad opus vel lumen ecclesiæ, si rectori placuerit. In petitione autem principalis legati, volumus quod consuetudo provinciæ cum possessione ecclesiæ observetur; ita tamen quod rector ecclesiæ in petitione sua, sive fuerit vicarius, sive capellanus annuus, Deum habeat præ oculis. Sed quia multi inveniuntur decimas dare nolentes, statuimus, quod parochiani admoneantur primo, & secundo, & tertio, ut decimas Deo & ecclesiæ fideliter solvant; quod si se non emendaverint, primo ab ingressu ecclesiæ suspendantur; & sic demum ad solutionem decimarum per censuram ecclesiasticam, si necesse fuerit, compellantur. Sed cum dictæ suspensionis relaxationem vel absolutionem petierint, ad ordinarium loci mittantur absolvendi, & debito modo puniendi. Rectores autem ecclesiarum, seu vicarii, seu capellani annui, qui prædictas decimas prædicto modo, seu propter formidinem hominum, seu favorem, Dei timore postposito, cum effectu non petierint, poena suspensionis innodentur, donec dimidiam marcam argenti, pro sua inobedientia, archidiacono persolverint.

Expliciunt statuta venerabilis patris Ægidii, Sarum episcopi.

CONVENTUS EPISCOPORUM PROVINCIÆ ROTOMAGENSIS,

In quo jura quædam controversa inter archiepiscopum & suffraganeos definita sunt,

Anno 1256. habitus.

Ex MS. sancti Michaelis in periculo maris.

An. 1256. Ex Mart. Anecd. t. 4. p. 1069.

UNiversis præsentes litteras inspecturis, frater Odo Rotomagensis ecclesiæ minister indignus, Guido Bajocensis, Fulco Lexoviensis, & Johannes Constantiensis ejusdem gratia episcopi, salutem in Domino Jesu Christo.

Noveritis, quod cum inter nos dictum archiepiscopum ex una parte, & nos dictos episcopos pro nobis, ecclesiis, & subditis nostris ex altera, controversia verteretur super articulis infra scriptis, tandem inter nos intervenit amicabilis compositio sub forma inferius adnotata.

Primus articulus est de executione mandatorum nostri archiepiscopi, & officialis, seu officialium Rotomagensium, & receptione commissionum a nobis & eisdem officialibus faciendarum subditis suffraganeorum nostrorum.

Secundus de compulsione & receptione testium in causis per appellationem ad nos, vel officialem, seu officiales nostros Rotomagenses devolutis, seu alias ad nos & ipsos de jure pertinentibus.

Tertius est de recipiendis appellationibus interpositis ad nos archiepiscopum, officialem, seu officiales prædictos a subditis suffraganeorum prædictorum, omissis mediis.

Forma autem dictæ compositionis talis est.

I.

Subditi suffraganeorum prædictorum in ipsorum dioecesi commorantes seu existentes, scilicet decani rurales in suis parochiis & contiguis, priores non conventuales, & aliæ personæ ecclesiasticæ beneficiatæ in suis locis, nostra & officialium nostrorum, seu officialis Rotomagensis exequutiones & mandata facere, & commissiones a nobis & eisdem officialibus factas tenebuntur recipere. Nullus abbas, nullus officialis suffraganeorum prædictorum, nullus prior conventualis, nullus canonicus, seu persona ecclesiæ cathedralis, nullus vicarius deserviens minori altari ecclesiæ cathedralis de civitatibus seu dioecesibus suffraganeorum prædictorum, nullus clericus de propria familia eorumdem suffraganeorum, aliqua mandata nostra, vel curiæ nostræ Rotomagensis recipere tenebitur, aut exsequi, nec commissionem recipere in quocumque casu, salvo no-

ANNO CHRISTI 1256.

nobis & officialibus noſtris, ſeu officiali Rotomagenſi circa perſonas officialium ſuffraganeorum prædictorum jure communi, ſi quis caſus emerſerit, in quo nobis & dictis officialibus noſtris Rotomagenſibus jurisdictio competat contra ipſos.

II.

Item, ſubditi ſinguli ſuffraganeorum prædictorum compelli poterunt ad perhibendum teſtimonium veritati in cauſis delatis ad nos archiepiſcopum, & officiales noſtros, ſeu officialem Rotomagenſem per appellationem, ſeu alias ad nos & dictos officiales de jure pertinentibus, in diœceſibus ſuis, & non extra, niſi agatur de crimine hæreſeos.... ſymoniæ, homicidii, ſeu de promotione vel amotione prius perfectæ ſeu perficiendæ per electionem in loco collegiato: in quibus caſibus poterunt ad nos & Rotomagenſem curiam evocari, perhibituri ibidem teſtimonium veritati.

III.

Perſonæ ſupra exceptæ dictarum civitatum & diœceſis tenebuntur perhibere teſtimonium veritati, ſcilicet abbates & priores conventuales in ſuis locis, & non aliter: eccleſiaſticæ vero perſonæ ſupra exceptæ eorumdem civitatis & diœceſis in ſuis civitatibus, & non alibi. Hoc ſalvo quod in caſibus immediate exceptis, videlicet de crimine hæreſeos, & ubi teſtes poterunt compelli de jure communi, omnes perſonæ ſupra exceptæ evocari poterunt ad ſedem Rotomagenſem, vel ibi prope, ita quod nos dicti archiepiſcopus, ſeu dicti officiales noſtri prædictis perſonis vocatis ad perhibendum teſtimonium veritati expenſas miniſtrabimus, ſeu faciemus miniſtrari.

IV.

Si autem aliquis ſubditus ſuffraganeorum prædictorum dicatur contumax, negligens, & rebellis in his quæ facere, vel exſequi tenetur, ſicut ſuperius eſt expreſſum, per nos officiales noſtros, ſeu officialem Rotomagenſem canonice punietur, ſi culpabilis inventus fuerit per nos, vel eosdem officiales, vel per aliquem idoneum deſtinatum a nobis, vel ab ipſis, ſeu eorum altero, inquiſita primitus ſuper eo veritate.

V.

Item officiales Rotomagenſes, qui pro tempore fuerint, jurabunt nobis archiepiſcopo, & ſucceſſoribus noſtris, ſeu capitulo Rotomagenſi, ſede vacante, & qui duos menſes apud .... in officio conſtituti, qui occaſione negligentiæ, rebellionis, ſeu contumaciæ prædictorum ſcienter non punient non puniendos ultra quam fuerint puniendi.

VI.

Dies autem qua præſtare debent hujusmodi ſacramentum, ſignificabitur competenter ſuffraganeis prædictis & eorum ſucceſſoribus, & capitulis dictarum eccleſiarum cathedralium, ſede vacante, ut veniant, vel mittant Rotomagum, ad videndum præſtari hujusmodi juramentum. Si vero non venerint, nec miſerint; nihilominus dictum juramentum præſtabitur eo die.

VII.

Item, nos archiepiſcopus, & ſucceſſores noſtri, & officiales Rotomagenſes, qui pro tempore fuerint, non recipiemus appellationes ad nos, ſeu ſucceſſores noſtros, ſeu officialem, vel officiales prædictos, qui pro tempore fuerint, interpoſitas a ſubditis ſuffraganeorum prædictorum & ſucceſſorum ipſorum mediis vel medio prætermiſſo.

Nos vero archiepiſcopus prædictus dictam compoſitionem pro nobis & ſucceſſoribus noſtris & eccleſia Rotomagenſi quantum in nobis eſt ratam habentes in verbo veritatis juravimus, quod ipſam inviolabiliter obſervabimus, & bona fide pro noſtris procurabimus, & efficaciter inducemus, & in quantum in nobis eſt capitulum Rotomagenſe, quod ſupra ſcriptam compoſitionem ratam habeat, comprobet, & confirmet. Nos vero epiſcopi ſupradicti eamdem pro nobis, ſucceſſoribus, eccleſiis, & ſubditis noſtris, quantum in nobis eſt, & eccleſiis noſtris, ratam habentes, & in verbo veritatis promittimus, quod nos eam inviolabiliter obſervabimus, & bona fide pro poſſe noſtro procurabimus, & quantum in nobis eſt, vel erit, inducemus efficaciter capitula noſtra & alios ſubditos noſtros, quod ipſi ſæpedictam compoſitionem ratam habeant, confirment, & approbent; & ſi in aliquem, ſeu in aliquos ſubditorum noſtrorum in hoc contumaces vel rebelles latæ fuerint ſuſpenſionis, interdicti, vel excommunicationis ſententiæ per dictos archiepiſcopum, officialem, ſeu officiales ſuos, ipſas ſententias obſervabimus, ſeu faciemus obſervari. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra præſentibus litteris duximus apponenda.

Actum apud Pontem-Audomarum die lunæ poſt Nativitatem beati Johannis, anno Domini MCCLVI.

SE-

ANNO CHRISTI 1256.

SENONENSE CONCILIUM

In causa mulctæ indictæ clericis de nece illata Cantori Carnotensi reis,

Anno 1256. habitum.

Ex chartario Carnotensi illustrissimi domini Chauvelin.

An. 1256. Extat ap. Mart. Vet. Mon. t. VII. p. 346.

HEnricus, divina permissione, Senonensis archiepiscopus, M. Carnotensis, P. Parisiensis, G. Aurelianensis, G. Autissiodorensis, A. Meldensis, N. Trecensis Dei gratia episcopi, & G. Nivernensis electus confirmatus, religiosis viris sibi in Christo, B. Petri, B. Johannis in Valleja, B. Karauni Carnotensis abbatibus salutem & sinceram in Domino caritatem. Cum nos ducti misericordia ac pietatis intuitu salutem animarum zelantes, Jacobum dictum *Beloce*, & Gillebertum dictum *Coquin*, clericos Carnotenses, quos occasione necis felicis recordationis R. quondam Cantoris Carnotensis captos, aliquandiu auctoritate sacri provincialis concilii Senonensis fecimus detineri, liberare deliberavimus tali modo, quod statim post liberationem suam absque dilatione aliqua, sine reditu vel appropinquatione versus Carnotum, in terram Jerosolymitanam dirigant gressus suos, ab eadem terra nullatenus regressuri, neque inde ullatenus revocandi, & de istis integre ac finaliter adimplendis sufficientem præstent usque ad mille libras Turonenses cautionem. Mandamus vobis, auctoritate ejusdem concilii firmiter injungendo; quatenus in præsentia discretorum virorum, Carnotensis decani & subdecani Carnotensium officialium, bonos & sufficientes plegios usque ad quingentas libras Turonenses pro quolibet, nomine dicti concilii recipere studeatis, quod ipsi fideliter adimplebunt prædicta secundum quod superius sunt expressa, dictorum officialium litteras super præmissis, secundum tenorem quem vobis transmittimus, confici facientes, & nobis quid super hoc feceritis, per vestras patentes litteras rescribatis. Datum anno Domini MCCLVI. die Lunæ in vigilia B. Petri ad vincula.

SYNODUS STRIGONIENSIS NATIONALIS

Celebrata sub Bela IV. Hungariæ rege & Benedicto archiepiscopo,

Anno 1256. habita.

Ex MS.

An. 1256. Ex Peterffy Conc. Hungar. t. I. p. 86.

SOla sui memoria synodus ista ad nos transivit: arrosum, & magna parte vitiatum diploma, litis cujusdam testimonium, quæ Vesprimiensem diœcesim vexaverat, anno 1256. celebratam indicavit. Exarsit paucis ab hinc annis inter Zelandum episcopum Vespri. & Blasium abbatem de Szala, ord. S. Benedicti, alias S. Adriani controversia, de limitibus parochiarum: erant aliquæ juris dubii: ille Vesprimiensi ecclesiæ, iste monasterio assertas volebat. Res ad synodum delata; productæ utrinque literæ: & Abbas quidem diploma fundationis a D. Stephano rege, Anno 1009. signatum exhibuit: ubi fines abbatiæ, & parochiarum numerus, eidem additarum, patres recognovissent, pro Blasio dixerunt. Recruduit rursum pugna eadem, sub Thoma II. archiepiscopo, & Ladislao abbate anno 1371. Demum tertio sub Joanne IV. archiepiscopo, & Petro abbate anno 1471. utrobique pro Monasterio triumphatum. Nationalem fuisse constat ex præsentia Stephani Cardinalis, episcopi Prænestini, qui posita post acceptam purpuram, ecclesiæ Metropolitanæ infula, archiepiscopi Strigoniensis titulo tantisper usus est. Colocensis archiepiscopi suffraganeos assedisse vetus MS. affirmat. Horum proinde nomina & qui de consuetudine archiepiscoporum synodis interfuere, dignum est, ut hanc paginam subeant.

Benedictus archiepiscopus Strigoniensis.
Stephanus Cardinalis, episcopus Prænestinus.
Colocensis sedes vacabat.
Lambertus Agriensis.
Heymo Vaciensis.
Gallus Transylvariensis.
Vincentius Varadiensis.
Philippus Zagrabiensis.

Abbates.

Blasius Chanadiensis.
Oliverius Sirmiensis.
Paulus Quinque-Ecclesiensis.
Nicolaus Nitriensis.
Homodeus Jaurinensis.
Paulus Vesprimiensis Episcopi.

Præpositi.

Philippus, Capituli Strigoniensis.
Andreas S. Thomæ de Strigonio.
Smaragdus, Albensis.
Lucas, de Saagh.
Gerardus, præpositus Thurie.

Abbates.

Favus, de S. Monte Pannoniæ.
Georgius, S. Benedicti ad Granum.
Blasius, de Szala.

ANNO CHRISTI 1256. 1257.

Joannes de Pilis.
Stephanus, de Lumbrekhàza.
Nicolaus, de Aracha.
Jacobus, S. Mauritii de Beel.
Jordanus, Magister Hospitalariorum per Hungariam.
Eusebius, prior Provincialis Ordin. S. Pauli primi Eremitæ. Magister Porse, archidiaconus Nitriensis, Canonicus Strigoniensis, Comes Jako canonicus Strigoniensis, Frater Martini Bani.
Mathias, Præpositus Zagrabiensis.

Plura desiderantur.

SENONENSE CONCILIUM

Quo Carnotensi capitulo injungitur, ut in detestationem necis Cantori Carnotensi illatæ Stampas se transferat.

Anno 1256.

An. 1256. Ex Gall. Christ. nov. edit. t. VIII. p. 368. ap.

HEnricus D. P. Senon. archiep. R. Paris. G. Aurel. G. Autissiod. A. Meldensis, N. Trecensis & G. Nivern. eadem gratia episcopi suffraganei ecclesiæ Senonensis, venerabilibus viris decano & capitulo ecclesiæ Carnotensis, salutem. A vestra memoria non credimus excidisse, quod pro nece & interfectione bonæ memoriæ R. de Spina quondam Cantoris Carnotensis, dum ad matutinas surgeret interfecti, auctoritate provincialis concilii extitit ordinatum, ut recederetis a Carnoto, ac in villa Meduntæ Carnotensis diœcesis vestrum capitulum resideret.... Cumque ad preces regis...... auctoritate ejusdem concilii vobis fuisset indultum, ut apud Carnotensem ecclesiam rediretis ad instans festum Omnium sanctorum..... quia tamen nulla vobis hactenus est facta securitas, ut secure morari possitis..... mandamus vobis, quatinus infra instantes octabas Omnium sanctorum a Carnoto recedatis, & apud Stampas infra easdem octabas vos transferatis, in ecclesia beatæ Mariæ de stampis celebraturi. Datum Senonis in provinciali concilio anno Domini 1256. die Martis post festum B. Lucæ evangelistæ.

CONCILIUM PROVINCIALE

Apud VVeyle in Dania

A Jacobo Lundensi archiepiscopo

Anno 1256. *habitum.*

An. 1256. VVeyle seu Weele, quæ urbs est in Dania in episcopatu Ripensi, Concilium provinciale convenit anno 1256. cujus nuda hæc mentio extat in chronologo Ludevvig in Reliq. t. IX. pag. 80. A. C. CIↃCCLVI. *Jacobus archiepiscopus celebravit concilium provinciale apud VVeyle.*

LONDINENSE CONCILIUM PROVINCIALE

Pro ecclesiæ Anglicanæ negociis tractandis,

Anno 1257. *habitum.*

Ex Matth. Paris. in hunc an. & Ann. Burton pag. 381.

An. 1257. Ex Wilk. t. 1. p. 723.

HOc anno Bonifacius archiepiscopus Cantuar. episcopos & archidiaconos provinciæ suæ convocavit ad subveniendum ecclesiæ a papa & rege fere oppressæ. M. Paris. ita de hoc loquitur: « Diebus sub eisdem archiepiscopus Cantuar. Bonifacius convocavit episcopos & archidiaconos provinciæ suæ, ut invocata devote Spiritus Sancti gratia, ecclesiæ jam vacillantis Anglicanæ, quæ novis oppressionibus modernis annis solito gravioribus & intolerabilioribus opprimitur, statui subvenirent, communiter contractantes.

Mandatum archiepiscopi Cant. pro synodo.
Ex Annal. Burton p. 381.

« Adam Eyton, officialis archidiaconi Staffordiæ, dilecto sibi in Christo decano de Thamwooth & Tothesbiri salutem in Domino. Mandatum venerabilis patris domini Coventrensis & Lichefeldensis episcopi suscepi in hæc verba: Viro venerabili archidiacono Staffordiæ vel ejus officiali, magister J. de Attleberg, officialis venerabilis patris Coventrensis & Lichefeldensis episcopi, salutem. Mandatum domini Cantuar. archiepiscopi suscepimus in hæc verba:

Bonifacius, miseratione divina Cantuar. archiepiscopus, totius Angliæ primas, dilecto sibi in Christo officiali Conventrensis & Lichefeldensis diœcesis, salutem, gratiam, & benedictionem. Cum necessitas immineat, & utilitas persuadeat, quod nos & venerabiles patres suffraganei nostri una cum aliis prælatis Cantuar. provinciæ de communibus ne-

negotiis Anglicanæ ecclesiæ tractaturi convenire debeamus, discretioni vestræ mandamus, in virtute obedientiæ firmiter injungentes, quatenus in octavis assumptionis beatæ Mariæ, omni occasione & dilatione postpositis, Londoniis personaliter intersitis, ad tractandum nobiscum una cum coepiscopis nostris de negotiis supradictis. Nihilominus citetis decanum Lichefeldensis & priorem Coventrensis cathedralium ecclesiarum, necnon abbates & alios priores, qui non subsunt abbatibus; archidiaconos Lichefeldensis & Coventrensis dioec. in virtute obedientiæ præcipiendo, ut prædicti decanus, & prior dictarum cathedralium ecclesiarum, abbates, & alii priores cum literis procuratoriis nomine congregationum suarum confectis, ac dicti archidiaconi cum literis similibus factis ex parte clericorum, qui subsunt eisdem, super ratificatione eorum, quæ opitulante Domino ad honorem Dei, & commodum prædictæ ecclesiæ inter nos communiter tractabuntur, omnibus aliis prætermissis, dictis die & loco personaliter debeant interesse. Dat. apud Otteford, &c. Exemptos vero ad dictos diem & locum similiter convocetis. Hujus igitur auctoritate mandati vobis mandamus, quatenus prædictum mandatum domini Cantuariensis archiepiscopi in archidiaconatu vestro diligenter & efficaciter exequamini. Dat. die dominica proxima ante festum beati Jacobi apostoli, anno supradicto."

Causæ expositæ per dominum Bonifacium, Cantuariensem archiepiscopum, de convocatione facta super statu ecclesiæ Anglicanæ in melius reformandæ.

"Cum in ultima convocatione de communi consensu & voluntate prælatorum & cleri Londoniis præsentium, & procuratorum absentium, oblata esset domino regi quædam certa summa pecuniæ, scilicet lii. M. lib. argenti, sub certis conditionibus, ut omnes exactiones, quas "Gratias" vocant, a domino papa domino regi concessæ, & per magistrum Rustandum publicatæ, omnino cessent, & talia infuturum .... & ecclesia Anglicana per dominum regem suis penitus relevetur, ut prælati absentes oblationem prædictam duxerint acceptandam; & rex respondisset super his se velle deliberare usque in reditu nunciorum suorum, quos ad Franciam miserat, qui jam noviter redierunt; deliberandum est a clero, an expediat mittere ad dominum regem, ad audiendum responsum suum, an velit accipere dictam oblationem vel non.

Item, an expediat, ut confestim mittatur ad curiam sedis apostolicæ super compositione prælocuta, per oblationem dictæ pecuniæ confirmanda, vel alia ineunda ad utilitatem ecclesiæ Anglicanæ; vel talis missio nunciorum sit differenda usque in adventum responsionis domini regis super præmissis.

Item, qualiter posset provideri libertatibus ecclesiæ, & personis ecclesiasticis super oppressionibus indebitis, quibus per seculares judices multipliciter aggravatur, sicut in articulis talium gravaminum plenius continetur.

Item, cum dominus rex prohibuerit prælatis ecclesiæ sub forisfactura omnium terrarum suarum, quas de eo tenent, ne venient ad hujusmodi convocationem, auctoritate domini archiepiscopi factam, an liceat & deceat & expediat tractare in hujusmodi convocatione de negotiis ecclesiæ a prælatis vel potius, quod absit, prohibitioni regiæ parere, præsertim cum dominus archiepiscopus se offerat ad prosequendam causam ecclesiæ in præmissis, & in aliis omnibus in propria persona, si necesse fuerit, nulliscunque damnis vel expensis volens parcere, dum tamen suffraganei & clerus provinciæ suæ assistere velit sibi concorditer in defensione jurium prædictorum, in consiliis & auxiliis impendendis."

Ut remedium aliquod salubre excogitaretur ad subveniendum calamitatibus, quibus ecclesia per exactiones papæ & regis vexabatur, archiepiscopus Cantuar. concilium hoc sola sua auctoritate convocavit; rex autem cunctis prælatis sub forisfactura omnium bonorum suorum prohibuit mandato vel summonitioni archiepiscopi morem gerere. Prohibitionis autem regiæ hic fuit tenor:

Rex H. Lincoln. episcopo, salutem. Cum pro exercitu nostro, cum quo tendimus ad partes Cestriæ, contra Wallenses inimicos nostros, vos & omnes alios prælatos & magnates regni nostri fecerimus summoneri, ad eundum nobiscum cum toto servitio suo, nobis debito, pro defensione terræ nostræ contra prædictos Wallenses; & archiepiscopus Cantuar. quandam convocationem episcoporum fieri fecerit London. in octav. assumptionis beatæ Mariæ, ut audivimus; quæ quidem convocatio, aut alii tractatus, vel concilia, nobis existentibus & agentibus in exercitu nostro, fieri non debent, eo quod singuli tam prælati quam alii in propriis personis venire debeant ad defensionem coronæ & regni nostri, & per absentiam eorundem grave nobis & terræ nostræ periculum posset imminere; inhibuimus districte præfato archiepiscopo, ne dictam convocationem faciat, sed convocationem illam, dum fuerimus in exercitu nostro, penitus revocet, & suspendat; unde sub debito fidelitatis, qua nobis tenemini, & forisfactura omnium terrarum, & tenementorum, quæ in regno nostro tenetis, vobis districte prohibemus, ne ad convocationem hujusmodi, dum fuerimus in exercitu nostro, accedere præsumatis, sed ad nos versus Walliam pro defensione nostra & terræ nostræ contra prædictos Wallenses, sine moræ dispendio veniatis, servitium vestrum nobis debitum personaliter impensuri, ne pro defectu vestri exhæreditationem perpetuam patiamur. Teste meipso apud Wodes. 19. die Julii.

Ast episcopi & prælati regiam despicatui habentes prohibitionem, archiepiscopique mandato assurgentes, in concilio variis de rebus tractabant.

Isti articuli sunt concessi in concilio archiepiscopi.

"Quod in ecclesiis non intrudantur clerici per laicos, sed per suos ordinarios instituantur, vel destituantur.

Item, quod non trahantur in foro seculari,

ANNO CHRISTI 1257.

ri, ut respondeant, quare excommunicaverint.

Item, quare dedicaverint ecclesiam, vel capellam.

Item, quod non respondeatur brevi quod dicitur, "Quare non admisit clericum."

Item, quod illis, qui fugerint ad ecclesiam pro immunitate, non denegentur alimenta, nec postquam regnum abjuraverint, extrahantur a via, nec interficiantur; cum hoc sit tam contra regiam dignitatem, quam contra ecclesiasticam libertatem.

Item, quod clerici degradati pro crimine, non priventur postea bonis mobilibus, vel immobilibus temporalibus, ne bis puniantur in idem, cum non sint damnati in foro seculari, nec damnari possint, & nullus debeat privari mundanis, nisi prius damnatus fuerit in foro sæculari.

Item si clerici irretiti de crimine liberentur ecclesiæ, quod eorum bonis mobilibus seu immobilibus non priventur.

Item, quod dominus rex non impediat testamenta episcoporum, nec extendat manum ad bladum, quod seminaverint, vel ad alia bona episcoporum defunctorum.

Item quod mortuo aliquo laico sine testamento, non capiantur bona ipsius in manus dominorum, sed inde solvantur debita ipsius, & residua in usus filiorum suorum, & proximorum indigentium, & pro salute animæ defuncti in pios usus per ordinarios convertantur, nisi quatenus fuerit domino suo obligatus. Idem de servis, salvis servitiis & consuetudinibus dominorum suorum.

Item, quod damnentur brevia facta sine consilio, & quod de cætero non fiant.

Item, quod non capiantur hospitia clericorum seu prælatorum violenter, quod fit multoties, fractis ostiis & verberatis custodibus, contra libertatem. Nec carectæ vel equitaturæ ecclesiasticarum personarum ad cariandum res suas vel commercia capiantur.

Item, quod ecclesiarum prælati habeant pacifice libertates antiquas, quibus usa est ecclesia ante memoriam hominum. Nec cogantur ostendere quo jure vel warranto utantur eisdem, nec impediantur uti eis.

Item, quod episcopi, qui habent amerciamenta hominum suorum ex antiqua consuetudine, seu per chartam regum concessa, petunt ipsa amerciamenta eis ipsis allocari in scaccario, ita quod de cætero non veniant in summonitionem.

Item, cum dominus rex mittit per diversos comitatus inquisitores super certis articulis, qui de levi possunt inquiri, summoneantur omnes villatæ & liberi de comitatu, & illi, qui non venerint, amercientur, acsi essent justitiarii ad omnia placita.

Item gravatur tam clerus quam populus in hoc, quod cum aliquis summonitus fit ad curiam domini regis ad respondendum de aliquo placito, per quod debeat attachiari, si fecerit defaltam, ponetur per validum salvos plegios & postmodum per meliores plegios. Ad primam vel ad secundam defaltam amerciatur, attachiatur, priusquam comparuerit in curia, & hoc contra legem terræ, cum primam summonitionem possit defendere, & primam & secundam defaltam dedi-

A scere & salvare in aliis casibus.

Quantum ad primum articulum, communiter sentimus in casu primo procedendum. Cum dominus rex distulerit responsum suum super oblatione sibi dudum facta usque ad reditum nunciorum suorum de Francia, qui jam redierunt, videtur honestum, quod mittatur ad ipsum ad audiendum responsum suum.

Ad secundum, de necessitate oportet quod mittantur confestim ad curiam Romanam simplices nuncii, ad renitendum impetrationibus contra ecclesiam Anglicanam. Et post responsum domini regis mittantur nuncii celebres & solennes.

Ad tertium articulum, cum ecclesia Anglicana jam triennio elapso gravibus exa-
B ctionibus & concussionibus sit oppressa, quod per bonorum suorum direptionem ac indebitam subtractionem ecclesiasticæ personæ nimium sint depressæ, ita quod nec pastoralis officii solicitudo debite valeat adimpleri, sic sentimus, esse resistendum. Quod, si contingat clericum vel laicum per potestatem secularem de cætero bona ecclesiarum diripere, diminuere, vel aliter expilare, sanguinem testamenti pollutum ducendo, principes ecclesiæ, successores videlicet apostolorum, hujusmodi sacrilegos invasores publice excommunicent, & faciant per dioeceses suas in singulis ecclesiis publice & solenniter excommunicari, & excommunicatos de-
C nunciari. Insuper loca & terræ hujusmodi invasorum interdicto ecclesiastico supponantur, in quos statuantur aliæ poenæ sacrilegii, antequam absolutionis beneficium mereantur. Insuper fautores & cooperatores re & facto, aut consilio poenis similibus subjiciantur: hoc addito, quod si clerici fuerint, ab officio ecclesiastico & beneficio ipso facto sint suspensi. Et si contingat viros ecclesiasticos resistentes, ob istam causam capiant incarcerari, captoribus & detentoribus poenæ superiores sint inflictæ. Et loca, ubi hujusmodi personæ detinentur, interdicto ecclesiastico supponantur.

Item, quia credimus, quod præter certam
D scientiam sedis apostolicæ multa gravamina sunt impetrata in præjudicium & ruinam ecclesiæ Anglicanæ, dominum papam apostolum.... veruntamen postposita appellatione nos prælati cum clero, nos & bona nostra protectioni sedis apostolicæ submittentes. Nequaquam vero ambigimus nos & vos de diuturno dicti temporis silentio graviter deliquisse, eo quod credimus efficacius posse resistere in præmissis.

Item magister Rustandus in recessu suo voluit & decrevit, quod ab executionibus gravaminum inchoandis omnino maxime supersedeatur, donec nuncii domini regis a curia revertantur Romana.

E Quantum vero ad resistentiam aliarum oppressionum contra libertatem ecclesiasticam, sentimus discussionem fieri articulorum & gravaminum, & separationem de eisdem, usque in his, in quibus dissimulari non potest sine periculo animarum. Licet vero absque rerum discrimine, ut in primo casu contra hujusmodi sacrilegos procedatur in forma præmissa, in secundo casu via procedendi provideatur secundum ordinationem patrum ve-

ANNO CHRISTI 1257.

venerabilium episcoporum.

Concilium archiepiscopi & omnium episcoporum super articulis præpositis apud Londonias.

Petit persona ecclesiastica decimas coram judice ecclesiastico. Judicanti & petenti porrigitur regia prohibitio, nomine patroni ecclesiæ, cujus rector convenitur, ne super advocatione seu patronatu ecclesiæ judex ille cognoscat. Si actor prosequatur & judex judicantis officium assumat, uterque attachiatur, & attachiati veniunt. Consilium tale est: quod si justitiarii causam decimarum sub colore querelæ advocationis ecclesiarum ad se trahere velint, & de non prosequendo ulterius causam decimarum in foro ecclesiastico, a judice sive a parte securitatem exigunt, in nullo eis caveatur. Et si propter hoc arrestentur, per loci dioecesanum requirantur, sive per episcopum proprium. Et si libere non tradantur ecclesiæ, competenti monitione præmissa, excommunicentur judicantes, & detentores. Et si quæratur a judice quota pars vel quanta petatur, non respondeatur.

Episcopo ecclesia appropriata, vacante episcopatu, si rex ratione custodiæ baroniæ per suos ballivos ad ecclesias appropriatas, seu ad quæcunque alia spiritualia manus extendat, per ipsum, ad quem vacante sede devolvitur jurisdictio, & spiritualis custodia, ballivi monitione præmissa excommunicentur.

Hoc idem fiat per episcopum in vacantibus abbatiis seu prioratibus, si laici patroni ad ecclesias appropriatas seu alia spiritualia occupanda se convertant. Et sententias, quas successor invenerit, inviolabiliter observet.

Ordinarii judices ad querelam laici de laico feodo vel catallis non cognoscant, si tamen hujusmodi, fide data vel sacramento adhibito de fidei transgressione, seu sacramenti violatione, per inquisitionem sive per facti evidentiam, seu alio modo legitime constiterit, mortaliter sic peccans legitime commonitus ad condignam pœnitentiam agendam compellatur.

Clericus super actione personali trahitur ad forum seculare; non veniet, nisi de conscientia & consensu episcopi, & suum alleget privilegium, sed non respondeat. Si arrestetur, per suum requiratur episcopum; & si non tradatur eidem, judicantes & detentores, si sint de jurisdictione episcopi, qui eum requirit, monitione præmissa, excommunicentur; & si non sint de jurisdictione sua, ad ejus denunciationem per proprium episcopum, post canonicam admonitionem, excommunicationis sententia innodentur.

Vocantur laici ut compareant coram suis ordinariis, ad inquirendum super excessibus subditorum. Si non compareant; eorum contumacia per excommunicationis & interdicti sententias puniatur. Hoc idem fiat de eorum dominis, si per eos impediantur.

Attachiatur prælatus, ut compareat in foro regio, ostensurus quare tenuit placitum contra prohibitionem regiam. Comparet & negat, per testimonium duorum ribaldorum indicitur ei purgatio. Consilium Dei est, & omnium prælatorum, ut nullo modo juret coram judice seculari, cum ratione dignitatis & officii major sit eo. Quid ergo? Arrestabitur? patienter sustineat. Et si princeps vel judex ille aliquam terram habeat in sua diœcesi, illam interdicat. Quod si sic non fuerit liberatus, archiepiscopus & omnes episcopi celeriter ac fortiter insurgentes, gladium spiritualem assumentes, hujusmodi detentores unanimiter feriant, & per interdicti & excommunicationis sententias tam in terris quam in personis coerceant.

Clericus in actione personali ad mandatum regis foro sistitur seculari; requiritur & liberatur, & postea amerciatur. Scribitur ordinario ut compellat eum ad satisfaciendum de amerciamento. Non compellet eum ordinarius, quoniam clericus jam sic non esset ecclesiæ libere traditus. Quod si distringatur episcopus ad ipsum compellendum ut satisfaciat, per interdicti & excommunicationis sententias se defendat, ut in casibus supradictis.

Hoc idem faciat episcopus, quandocunque clericus amerciatur in causa, de qua non potest secularis judicare. Si autem pro illo amerciamento ad opus regis servando scribatur eidem, quod si causa cognita, vel facti evidentia, vel alio modo legitime de sua injuria coram ordinariis legitime constiterit, per ipsum ordinarium, sive domino regi, sive alii querelanti injuriam passo, satisfactionem condignam impendat.

Hoc autem ab omnibus archiepisc. & episcopis summa solicitudine observandum est. Quod si aliquis episcopus ob quamcunque causam, sive seipsum solummodo contingentem, pro aliqua transgressione libertatis ecclesiæ in suo episcopatu facta, vel pro personali injuria, vel reali, suum episcopatum ecclesiastico interdicto supponat, cæteri episcopi universi injuriam unius propriam reputantes, ac quod injuriatum existit in uno episcopatu, in suo episcopatu latam injuriam existimabunt. Simile etiam interdictum in suis episcopatibus singuli ex condicto faciant. Idem de excommunicatis & interdicti sententiis observetur sub ista forma.

De . . . .

Et super istis articulis prænotatis fecit Bonifacius, Cantuar. archiepiscopus, suorum suffraganeorum sibi subditorum universorum, prælatorum pariter & cleri procuratorum, convocationem isto anno apud Londonias semel & secundo propter gravamina & oppressiones de die in diem per summum pontificem & dominum Henricum regem ecclesiæ Anglicanæ irrogatas. «

In hac convocatione, quæ semel & secundo, dicentibus Annalibus Burtonensibus, coadunata fuit, quinquaginta circiter articuli a clero provinciæ Cant. excogitati sunt, quos cum occasione eorum, uti a Matth. Parisii continuatore recitantur, pag. 816. & 1118. hic exhibemus.

« Circa idem tempus prælati Angliæ miserabiliter enervati & meticulosi constantiam Cistercientium minime consequentes (qui regi pecuniam inæstimabilem exigenti in faciem

ciem restiterunt) concesserunt regi quadraginta duo millia marcarum, in enormem ecclesiæ & regni læsionem & jacturam irrestaurabilem; & concessa fuit hæc pecunia vel domino regi, vel ipsi, ad mancipandum regnum Apulejæ, Edmundo filio regis. Sed illius regni acquisitio dietim cepit incrementum desperationis. Rex autem, qui parum hoc munus acceptavit, promisit se citissime ecclesiæ oppressiones temperando, ad statum debitæ libertatis revocare. Unde formati sunt articuli circiter quinquaginta, quos prælati in scripta redegerunt, ut apto tempore coram rege, & magnatibus, & prælatis lecti, effectum debitum sortirentur. Qui articuli vel capitula similia fuerunt illis, pro quibus beatus Thomas, archiepiscopus Cantuariensis martyr dimicavit, victor effectus gloriosus.

Articuli pro quibus episcopi Angliæ fuerant pugnaturi.

I.

Inprimis, quod vacantibus ecclesiis cathedralibus seu conventualibus, conventus talliantur, terræ relinquuntur incultæ, vastantur nemora, parci, & vivaria, corruunt ædificia, diripiuntur bona, depauperantur villani, & male tractantur; ita quod mendicare coguntur prælati succedentes per tempora diuturna; quod est contra domini regis chartam, & etiam ecclesiasticam libertatem. Et in tantum jam crevit malitia; quod eschætores non ad bona abbatum & priorum usui decedentium deputata, manus extendunt, verum etiam ad blada instaurata, & alia, quibus conventus sustentari debet; ita quod occasione talis custodiæ quandoque religiosi debitis gravibus onerati, & alias multipliciter depauperati, resurgere non possunt; nec ad statum debitum pervenire temporibus diuturnis.

II.

Item, cum ecclesiæ cathedrali seu monasterio ecclesiasticum beneficium sit annexum, si curam habeant animarum, illud occupant custodes gardarum, decimas & obventiones, & alios proventus inde percipientes, contra Deum & omnia jura, cum talia beneficia non pertineant ad baroniam, & ratione laicalium bonorum tantum ad dominum regem custodem devolvuntur.

III.

Item, cum electiones in ecclesiis cathedralibus seu conventualibus debeant esse liberæ, tot et tales preces regales interveniunt, quibus electores perterriti, sæpius divinæ humanam præferunt voluntatem. Eodem modo fit de ecclesiis vel præbendis, ad opus regalium clericorum, cum eas vacare contingit.

IV.

Item, celebratis electionibus & præsentatis domino regi electis; interdum differt adhibere consensum electo, vel electioni absque causa rationabili se opponens, ut sic electi per timorem cedere, vel electores precibus regis & voluntati acquiescere compellantur, ex quibus multa pericula tam spiritualia quam temporalia contingunt ecclesiis.

V.

Item, cum aliquando in casu a jure non concesso, ad prælatum superiorem devolvitur potestas ordinandi de ecclesia cathedrali vel collegiata vacante, dominus rex privilegium Christi concessum de licentia eligendi ab electoribus ante electionem celebrandam ab eo petenda, ad hujusmodi ordinationem nititur extendere, in suæ salutis dispendium, & scandalum plurimorum, & etiam contra patris sui chartam, super electionibus concessam.

VI.

Item in ecclesiis parochialibus & præbendalibus curam animarum habentibus, intrudit clericos per laicam potestatem, ordinariis penitus irrequisitis, & sæpius institutos ab ordinariis destituit & eiicit. Destitutos etiam ab eisdem, licet degradatos, restituit, tam in monasteriis quam parochialibus ecclesiis, & sic restitutos armata manu defendit.

VII.

Item prælatos trahit ad forum suum, ut ibi respondeant, quare subditos suos excommunicaverint, vel denunciaverint excommunicatos; sicut quare non admiserit clericum idoneum præsentatum ad aliquam ecclesiam etiam parochialem.

VIII.

Item, si quis laicus vel etiam clericus sibi vel suis justitiariis de clerico conqueratur super aliqua violentia, vel alia injuria, de debitis etiam vel aliis personalibus actionibus, si clericus laicum feodum habeat, per illud distringitur ad comparendum in foro suo super talibus responsurus. Quod si tale feodum non habeat, distringitur episcopus per baroniam suam, quod clericum ipsum ad hoc faciendum illuc venire faciat. Idem etiam facit de religiosis interdum.

IX.

Item, cum prælati ecclesiastici inquirere volunt de peccatis subditorum, prohibentur laici, ne de veritate dicenda, aut de credulitate aliquod juramentum exponant, aut prælatis super hujusmodi obediant; propter quod multorum excessus, & peccata mortalia, incorrecta & impunita relinquuntur, & sic præstatur audacia delinquendi, & peccati facultas.

X.

Item, cum quis excommunicatus pro offenſa vel contumacia poſt xl. dies ad mandatum eccleſiæ ſecundum conſuetudinem, per breve domini regis capitur; & poſtea ſine aſſenſu ſui prælati, ad cujus inſtantiam capitur, & abſque aliqua ſatisfactione, contra jus & conſuetudinem regni ac eccleſiæ libertatem, per breve domini regis liberatur.

XI.

Item, vicecomites tales excommunicatos ad mandatum domini regis non capiunt, & ſi capiant, liberant ſine mandato regio, & B ſatisfactione.

XII.

Item, dominus rex, juſtitiarii, & ballivi ſui paſſim & indifferenter excommunicatis communicant tam in divinis, quam in judiciis. Et etiam dominus rex excommunicatos & claves eccleſiæ contemnentes, ad mandatum ſuum captos, facit liberari, ad cauſam, ſi quam habent, in curia laicali perſonaliter proſequendam; nec admittitur exceptio excommunicationis contra eos etiam probata, per literas ordinariorum.

XIII.

Item, dominus rex mandat literis ſuis, quod non vitentur excommunicati, licet per ordinarios publice denuncientur excommunicati.

XIV.

Item, cum clericus ſuper aliquo crimine, furto vel homicidio, vel aliqua alia felonia per laicorum diffamationem aut latronum appellationem irretitus exiſtat, pro quo detentus ſit in carcere laicali; cum ab eccleſia & ſuo prælato requiritur, ipſum libe- D rum habere non poteſt. Nec reddunt captos clericos libere judicandos, ſed ut eos habeant coram juſtitiariis domini regis proximo in comitatu itinerantibus, per intervallum aliquando ſex vel quinque annorum, licet ab eis judicari non poſſit.

XV.

Item, clerici ſic capti plerumque in habitu clericali, inventi, antequam ab ordinariis eccleſiaſticis repetantur, ſeu repeti poſſint, ſuſpenduntur; & quandoque capita eorum raduntur, ut clerici non appareant, & ſicut laici judicantur. Quandoque cum E repetuntur, differtur eorum liberatio ad tempus, & interim ſuſpenduntur de nocte, vel hora prandii, ne ad notitiam ordinariorum valeat pervenire.

XVI.

Item, juſtitiarii & vicecomites per patriam itinerantes, & inquirentes de criminoſis pa- A triæ, ſi laici clericos de crimine homicidii, rapinæ, vel latrocinii, vel aliquo alio defamant (licet non fugitivum, non crimine repertum) ſtatim clericos incarcerant & detinent, & ſi non inveniantur in comitatu, per quatuor comitatus vocati non veniant, forbaniant eosdem ſicut laicos, nec prodeſt eis ordo clericalis.

XVII.

Item, quod ſi idem clericus irretitus ſuper objectis ſibi criminibus coram judice ſuo eccleſiaſtico canonice ſe purgaverit, nihilominus laica poteſtas ad bona ſua mobilia & immobilia manum extendit.

XVIII.

Item, ſi clericus criminoſus pro objecto & probato contra ipſum facinore degradatus exiſtat, laica poteſtas bona ſua mobilia & immobilia occupat & invadit; & ſic contingit clericum pro eodem delicto bis in idipſum puniri.

XIX.

Item, cum contingit clericum pro delicto foreſtæ defamari, per inquiſitionem viridariorum & foreſtariorum ſuper captione ve- C nationis, vocatur coram juſtitiariis, & licet ab ordinariis repetatur, niſi prius carceri laicali mancipetur, ſuo ordinario nullatenus liberatur, & poſt liberationem factam epiſcopo, per inquiſitionem factam per laicos pœna pecuniaria condemnatur.

XX.

Item, ſimiliter condemnantur abſentes & ignorantes, ad ſimplicem vocem viridariorum & foreſtariorum, cum ad inquiſitionem per laicos factam non debeant condemnari clerici, vel aliqualiter judicari; & tam iſti quam illi compelluntur ſolvere amerciamenta per poſſeſſiones laicales, ſi quas habent. Sin autem, diſtringuntur epiſcopi per baronias ſuas, ut dictos clericos compellant de ſuis beneficiis ſolvere condemnationem.

XXI.

Item, per eandem diſtrictionem attachiantur & coguntur clerici in actionibus perſonalibus, & in his, quæ ex contractibus oriuntur in foro ſeculari; & etiam delictis reſpondere querelantibus.

XXII.

Item, cum aliquis ad immunitatem eccleſiæ fugitivus exiſtat, per laicos cuſtodes cœmeterium vel ſcalarium eccleſiæ circumdatur, & vallatur, quod vix poteſt fugitivus in alimentis ab eccleſia ſuſtentari. Aliquando fugitivus eripitur violenter; aliquando poſtquam ſecundum regni conſuetudinem terram abjuraverit, ut infra xl. dies exulet ſe, a publica ſtrata poſitis inſidiis extrahitur,

tur, suspenditur, & damnabiliter quandoque interficitur.

XXIII.

Item, cum a regia dignitate & libera voluntate concessa sit episcopis libera testamenti factio, licet hoc a jure habeant & consuetudine, & sacrilegium sit, quod semel est ecclesiæ concessum, illud infringere vel turbare, ultimaque voluntate nihil debeat esse liberius; dominus tamen rex non permittit executores testamentorum eorumdem episcoporum de bonis ipsorum administrare, quousque causa cognita ipsius facinoris, gratiam mereantur super his obtinere.

XXIV.

Item, cum quis tenens laicum feodum de domino rege decedat, ballivi regis omnia bona defuncti saisiunt; nec permittunt ejus executores de eis disponere, donec inquisitum fuerit a scaccario, utrum aliquid debeat regi. Et hoc juri dissonum est, & chartæ contrarium; qua cavetur, quod licet ballivis sic facere, cum literas domini regis de summonitione talis debiti patentes ostendunt, & sic possunt attacchiare catalla aliqua ad honorem ipsius debiti, per visum legalium hominum, donec illud debitum persolvatur in aliis catallis, libera administratione executoribus omnino dimissa.

XXV.

Item, mortuo laico intestato, dominus rex & cæteri domini feodorum, bona defuncti sibi applicantes, non permittunt de ipsis debita solvi, nec residuum in usus liberorum & proximorum suorum, & alios pios usus per loci ordinarium, quorum interest, aliqua converti.

XXVI.

Item, ecclesiastico judici cognoscenti super decimis vel capellis, porrigitur regia prohibitio judici, videlicet ne procedat: actori similiter, ne prosequatur. Ea tamen ratione, quod si eviscerentur decimæ vel capella, diminueretur jus patronatus illius, qui est patronus ecclesiæ, qui est in possessione capellæ petitæ, vel decimarum, & fieret regi præjudicium, ad quem spectat juris patronatus cognitio; & sic impedit, ne cognoscat judex ecclesiasticus de decimis: licet rex & justitiarii sui de his cognoscere non possint; per quod justitia perit.

XXVII.

Similiter fit idem, si cognoscat judex ecclesiasticus de aliis ad forum ecclesiasticum spectantibus. Verbi gratia; si inter laicos in contractibus interveniat fidei datio, vel infringat jusjurandum quis juramentum vel fidem, & judex velit cognoscere de tali peccato mortali (saltem ad pœnitentiam in-A jungendam) porrigitur regia prohibitio; & salus animarum impeditur in damnationem plurimorum, ea occasione, quod ratione catallorum præstitum fuerat jusjurandum.

XXVIII.

Item, si ecclesia petat ceragium, vel herietum, vel alia, quæ ad ecclesiam vel ad usus ecclesiarum deputata; ut petatur pecunia ad ecclesiam cooperiendam, vel coemeterium claudendum, & parochiani ad hujusmodi præstanda extiterint rebelles; si conveniantur coram loci ordinariis, statim porrigitur regia prohibitio, & sic impeditur cultus ecclesiæ, & honor eidem diutius B impensus. Idem fit, si convicti de adulterio, vel alio crimine, puniantur pecunialiter, vel aliis in causis mere spiritualibus fuerint in expensis condemnati: & sic vilipenditur ecclesiastica censura damnabiliter, & quasi a nemine timetur.

XXIX.

Item, si quis commiserit sacrilegium, res ecclesiasticas invadendo, vel ecclesias libertatibus suis spoliando, vel perturbando, vel etiam violaverit libertates in chartis libertatum contentas, & propter hoc inciderit in sententiam excommunicationis, vel sit C excommunicandus, & judex ecclesiasticus secundum formam juris velit contra tales transgressores procedere, impeditur propter prohibitionem regiam, ne procedat; ea assignata ratione, quod delicta laicorum, & specialiter ballivorum regis, ad ipsum pertinent corrigenda. Idem fit in omnibus casibus, in quibus ratione ejusdem delicti diversæ debentur emendæ; quarum una in foro ecclesiæ, & alia in foro regio debet injungi.

XXX.

Item, in quibus omnibus casibus & simili-D bus, si judex ecclesiasticus contra prohibitionem regiam procedat, attachiatur comparens coram justitiariis, compellitur judex exhibere acta sua, ut per ea decernant, utrum negotium pertineat ad forum ecclesiasticum, vel seculare. Et si videatur eis, quod pertineat ad forum regium, querelatur judex, qui, si confiteatur se post prohibitionem processisse, amerciatur; si neget, indicitur ei purgatio per judicem secularem ad testimonium duorum vilissimorum ribaldorum. Et si purgare se noluerit, incarceratur, donec justitiariis sacramentum præstiterit corporale, quod non processerit contra prohibitionem; & si facere noluerit, in E carcere retinetur similiter actor, si sequatur.

XXXI.

Item, si contingat prælatos vel clericos attachiari, quia dicuntur in causis etiam spiritualibus contra regiam prohibitionem processisse, licet judicio laicorum conquerens de mandato convincantur, in nullo tamen

men providetur judicibus, vel partibus attachiatis, pro laboribus & expensis, nec in aliquo punitur protervitas vel malitia conquerentis; sed vice versa, si judices vel clerici ibidem fuerint convicti, secundum eorum opinionem sine aliquo remedio carceri mancipantur; & ad beneplacitum regis & justitiariorum, quoad usque amerciati fuerint, detinentur. Unde fit, quod tam ordinarii quam delegati, ut vitent tales vexationes & expensas hujusmodi, deferunt prohibitionem; & sic perit justitia, & remanent peccata impunita; cum prælati ecclesiastici jurisdictionem suam exercere non audeant, nec rex velit contra ballivos suos in talibus casibus procedere; nec de jure possit tum ratione rerum nostrarum spiritualium, ut sunt decimæ & capellæ, tum ratione personarum, ut sunt clerici & religiosi, tum ratione delictorum, ut sunt sacrilegia, & excommunicationes, & interdicta.

XXXII.

Item, cum Judæus in ecclesiasticam personam delinquat, vel super rebus ecclesiasticis, aut super sacrilegio, aut etiam violenta manuum injectione in clericum, vel super adulterio cum Christiana conveniatur coram judice ecclesiastico; per regiam prohibitionem causæ cognitio impeditur, quia allegavit, quod judicem habent proprium, vicecomitem locorum, & justitiarios proprios deputatos, qui super talibus cognoscere non possunt, nec debent. Et tamen, si a clerico & laico super hujusmodi conveniantur coram eis, persona solam negationem & alterius Judæi & unius Christiani simplicem assertionem absque omnis juramenti præstatione se purgant, probatione actoris penitus recusata.

XXXIII.

Item, si per ecclesiam denegetur eis communio, pro eo, quod tabulam seu signum non deferunt, vel quia nutrices christianas contra præcepta ecclesiæ retinent, vel propter aliquos alios excessus extiterint excommunicati; ballivi regis communicantes cum eis, ex parte ipsius domini regis præcipiunt, ne aliquibus evitentur, & faciunt eos ad communionem admitti & recipi.

XXXIV.

Item, licet aliqua possessio vel libertas data sit a regibus, & principibus, vel aliis fidelibus, qui eas libertates poterant donare ecclesiis in liberam, & puram, & perpetuam eleemosynam, nullo retento servitio, vel onere imposito; tamen si super eis quæstio moveatur inter ecclesiasticas personas, vel laicas & ecclesiasticas, compelluntur possessores earum in foro litigare seculari. Idem fit, si libertas ecclesiæ data per laicos revocetur in dubium, cum secundum jura, hujusmodi cognitio ad forum ecclesiasticum pertineat.

A

XXXV.

Item ratione hujusmodi possessionum, rex & alii magnates nituntur compellere episcopos, prælatos, & religiosos, & rectores ecclesiarum facere sectam ad curiam laicalem.

XXXVI.

Item, eisdem possessionibus, vel earum possessoribus ratione earum, telonium & alia onera graviora imponunt laici contra ecclesiasticam libertatem.

B

XXXVII.

Item, ad sectam & alia onera facienda, & ad comparendum in foro vetito compelluntur per captionem animalium suorum, & rerum aliarum Deo dedicatarum, quæ sancta sanctorum dicuntur, contra Deum & ecclesiæ libertatem.

XXXVIII.

Item, si aliquis laicus consueverit facere sectam in curia domini sui, ratione possessionis, quam tenet ab eo, & partem possessionis dederit ecclesiæ vel religiosis in liberam, & puram, & perpetuam eleemosynam, & partem sibi retinuerit in domino, vel servitio eam alii dando, capitales domini faciunt districtiones suas in possessionibus datis in eleemosynam pro secta curiæ, vel aliis servitiis sibi debitis, omissa possessione, quam dator retinuerit, vel alii dederit in feudum sibi servitium debitum faciendo, vel domino capitali. Et hæc videntur in fraudem fieri & contra ecclesiæ libertatem.

C

XXXIX.

Item, si episcopi & alii prælati ad forum extraordinarium evocantur, non possunt attornatos per literas seu procuratores in causis civilibus constituere; sed necesse habent, licet cum gravi dispendio, personaliter comparere.

D

XL.

Item, si de possessionibus datis ecclesiis vel monasteriis in puram & liberam eleemosynam, vel etiam in feudum, monasterium vel ecclesia spolietur, committitur sacrilegium; & si super hoc spoliatus judici ecclesiastico conqueratur, vel judex officio suo contra spoliatores & sacrilegos velit procedere, vel super aliis injuriis proximo annotatis, per prohibitionem regiam impeditur spoliatis vel oppressis justitiam exhibere.

E

XLI.

Item, si rex concesserit alicui civitati vel burgo, quod possit accipere muragium, vel aliquibus novum concedat telonium, non

ANNO CHRISTI 1257.

solum a laicis sed etiam a viris ecclesiasticis, & eorum hominibus talia extorquent & exigunt contra jura.

XLII.

Item, domicilia & hospitia clericorum per dominum regem & laicam potestatem capiuntur, & licet in sanctuario existant, coguntur clerici inhabitantes, vel ipsis absentibus, sui servientes laicos recipere; & frequenter expulsis clericis de propriis domibus, eas occupant, res suas ibidem inventas dissipant, & consumunt, nequiter contradicentes verberando.

XLIII.

Item capiuntur carectæ clericorum, & religiosorum, & capiuntur in foro publico; & aliquando in sanctuario nequiter, aliquando in mercatis, & violenter abducuntur ad transvehendum victualia, & cæteras res & commercia domini regis, justitiariorum, & ballivorum suorum; similiter res, quas clerici habent venales, compelluntur sibi vendere, & ad pretium domini regis inviti tradere; pretio aut raro aut nunquam soluto.

XLIV.

Item, in cancellaria domini regis nova brevia juri ecclesiastico, legi terræ, & consuetudini contraria passim fiunt sine concilio regni, principum & prælatorum assensu; quod fieri non debet.

XLV.

Item, cum dominus rex pro aliqua expeditione vel ex quacumque causa regnum exierit, vel intraverit, vel ad diversas partes in ipso regno se transtulerit, compellit religiosos per vicecomites suos, & per captionem averiorum suorum, ut obviam sibi veniant, & munera ei deferant. Idem in singulis comitatibus faciens.

XLVI.

Item amerciamenta, quæ episcopi & religiosi terræ per chartas regias debent habere, justitiarii & ballivi regii convertunt in finem, ut sic eos suis defraudent amerciamentis.

XLVII.

Item, cum non consueverint prælati, vel viri ecclesiastici amerciari pro communibus summonitionibus in adventu justitiariorum, modernis temporibus amerciantur passim indifferenter, & graviter, si non compareant prima die tam coram justitiariis itinerantibus, quam coram justitiariis de foresta.

XLVIII.

Item accidit interdum, quod ecclesia gavisa est aliquarum rerum possessione seu libertatum ab antiquis temporibus; & licet rex ecclesiis & viris ecclesiasticis in principio Magnæ Chartæ suæ de libertatibus datis Anglicis, dederit & confirmaverit ecclesiis & ecclesiasticis personis omnes libertates, quibus antea usi fuerant; passim tamen compellit prælatos respondere, quare vel quo vvarranto talibus utantur libertatibus. Et si prælatus compulsus comparens chartam donatoris exhibeat, licet contineatur in ea, quod donator tales ac tales dederit libertates, & omnes alias, quas in rebus datis habuerat, vel habere potuerat, vel alias in instrumento donationis quantumcumque generali clausula contineatur; & dicat, quod in illa generali clausula libertas, de qua agitur, includitur, nil proderit ei, nisi in charta de eadem libertate expressa fiat mentio. Et sic secundum opinionem regalium verbum illud omnino pro nihilo supponit, quod secundum jura & omnem rationem nihil exceptum reliquit, præsertim in donationibus piis locis factis.

XLIX.

Item, licet in charta de libertate, de qua agitur, expressa fiat mentio, dicunt regales, quod charta sine possessione vel usu non valet, &, quod ecclesia non sit usa tali libertate, paratus est rex se opponere in recognitione patriæ, licet certum sit ecclesiam ea libertate usam fuisse. Et sic, quod certum est, revocant in dubium, & jus & possessionem ecclesiæ ponere nititur in ore, seu judicio laicorum, & ecclesiæ persecutorum. Si vero non fiat expressa mentio in charta, de qua contenditur libertate, sed nota sit possessio vel usus, & dicat prælatus, quod licet non nominatim sed per generalia verba data sit libertas illa ecclesiæ, vel, quod aliquando habuit ecclesia chartam, expressam facientem de hujusmodi libertate mentionem, quod perditum est, vel vetustate consumptum, vel alleget donationem sine scriptis factam morte regum antiquorum; & per hoc habuerit ecclesia justum titulum, bonam fidem, & possessionem longissimam, & sic firmo jure tueatur; dicunt regales, quod non sufficit, quia talis possessio est usurpatio, vel occupatio illicita, cum sit regi contraria. Et quidem mirabile est dictu, quod longissima possessio talis non possit prodesse ecclesiis contra regem; cum e contrario in his, quæ a rege nullatenus possideri possunt, ratione consuetudinis sive usus, jus sibi vendicet contra ecclesias: sicut in omnibus oppressionibus supradictis, & aliis consimilibus, in quibus loco tituli succedit sacrilegium, vel injuria manifesta; loco bonæ fidei oppressio; loco consuetudinis actus unus vel diutina corruptela, si sæpius fuerit attentatum.

L.

Item, cum dominus rex juraverit in coronatione sua conservare jura & libertates ecclesiis datas, & eas confirmaverit in principio Magnæ Chartæ; incessanter tamen a ministris suis impugnantur, turbantur, & mu-

ANNO CHRISTI 1257.

mutilantur; non solum generales, sed etiam speciales, datas scilicet a prædecessoribus suis, & ab ipso confirmatas, & etiam de novo datas, & donationes, quas ipse dedit, & alias, quas ipse defendere & vvarrantizare deberet, impugnat, & sustinet impugnari, & impugnatores defendit; sicut patet in facto Bothon, & aliis casibus, quos ad præsens tacemus; sperantes, quod ad singulorum querelas, singulares injurias faciet emendari.

CONSTITUTIONES PRO CAPITULO SENENSI

Ab Octaviano diac. Card. A. S. L. statutæ, & ab Alexandro papa IV. confirmatæ

Anno 1257.

Alexander papa IV. Capitulo Senensi.

An. 1257. Extat ap. Ughell. Ital. Sac. t. III. pag. 558. nov. edit.

QUæ de mandato sedis apostolicæ sunt provide ordinata, seu reformata salubriter, decet opportuno muniri præsidio, ut firma semper maneant, & optatum proferre commodum non desistant. Cum itaque dilectus filius noster O sanctæ Mariæ in via lata diaconus Cardinalis, de speciali mandato nostro, diligenti quoque deliberatione præhabita quædam in ecclesia vestra statuerit perpetuis futuris temporibus observanda, quæ ad ampliationem cultus divini nominis, & ipsius ecclesiæ decorem, & decus redundare noscuntur, prout in patentibus literis ejusdem Cardinalis confectis exinde, ac suo Sigillo signatis plenius continetur. Nos quod ab eodem Cardinali super iis factum est ratum, & firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem literarum ipsarum de verbo ad verbum præsentibus fecimus adnotari, qui talis est.

Octavianus, miseratione divina, sanctæ Mariæ in Via lata diaconus cardinalis, discretis viris capitulo Senensi, salutem in Domino.

Ad audientiam apostolatus sanctissimi patris, & domini nostri Alexandri, Dei gratia, summi pontificis noveritis pervenisse, quod dudum prædecessorum vestrorum vita, & industria Senense capitulum gratum Deo, & hominibus recepit in spiritualibus, & temporalibus incrementum. Cupiens igitur idem pater, & dominus sic vos in eorundem prædecessorum vestrorum proposito, annuente Domino, conservare, quod a via prædecessorum ipsorum, quod absit, oculos nullatenus avertatis, nobis injunxit, ut tam super statutis, & consuetudinibus vestris rationabilibus, & antiquis a vobis, & iis, qui vobis successerint de cætero observandis, quam aliis, quæ cultus divini nominis honestatis vestræ incrementum respiciunt, ordinemus, quæ secundum Deum ordinanda videntur, futuris temporibus in vestro capitulo duratura. Hinc est, quod nos ipsorum prædecessorum traditionibus & vestigiis inhærentes; eisque pauca non ad onus siquidem, sed ad decorem, & utilitatem potius adjungentes Spiritus S. gratia invocata ad laudem Dei, & beatæ Mariæ semper virginis, sanctorumque martyrum Crescentii, Anselmi, Savini, atque Victoris, & aliorum sanctorum, quorum corpora & reliquiæ in vestra requiescunt ecclesia, duximus statuendum. In primis, quod sicut pascimini ex uno cellario, sic in communi dormitorio, parati divinis interesse officiis, locum, & lectum ad jacendum similiter habeatis. Adiicientes quia ordinem vestrum canonici officii, tam in celebrandis missis majoribus, & processionibus faciendis per claustrum, & circa ecclesiam vestram non alibi statutis temporibus, quam in aliis, prout ibi plenius est expressum, & vobis prisca consuetudo reliquit, nec non & ab antecessoribus vestris fuisse recolitur observatum, teneatis, & observetis plene quantum cum Dei timore vestra permiserit valetudo. Si autem ex tractu temporis hujusmodi observata forsan fuerint oblivione deleta, ad ipsum ordinem habeatur recursus. Si qua tamen sunt ibidem impossibilia quodammodo, & difficilia in cantando a nonnullis fortassis incognito, ea, prout expedire videatis, referetis. Illud autem, quod continet de observatione jejunii, discretioni vestræ committimus moderandum. Quia vero ecclesiæ nimium detrahitur in divinis, si stipendia paucioribus, quæ pluribus sufficiunt, tribuantur, præcipientes statuimus, ut singuli vestrum clericos in choro habeant idoneos, & etiam competentes, qui velint, & possint divinis officiis interesse; & ne aliquis vestrum ignoret, quid legere debeat, vel cantare, præcipimus, ut in capitulo vestro tabulam, quæ alias matricularia dicitur, habeatis, in qua per capellanos vestros, vel sacristas singulorum nomina in choro psallentium conscribantur, & per eosdem capellanos, vel sacristam singulis quid cantare debeant, vel legere, cum reverentia offeratur. Illud adiicientes, ut in altari beatæ virginis missam, nisi sit episcopus, vel canonicus ecclesiæ, nullus cantet, sicut ab antecessoribus vestris a priscis temporibus dicitur observatum. In choro quilibet vestrum secundum ordinem suæ receptionis habeat sessionem, exceptis illis, qui habent in vestra ecclesia personatus, quibus in sessionibus hujusmodi, & aliis consueta, & debita honorificentia impendatur. Ad hæc volentes, ne diversitas habitus diversitatem pariat animorum, præcipientes statuimus, ut infra ecclesiam in divinis officiis, & sepeliendis corporibus mortuorum, qui apud ecclesiam vestram habuerint, vel sibi elegerint sepulturam, consimilem habitum deferatis: Cappam apertam de saia scilicet & coccam, * vel camisiam su-

* Coccam an idem quod Cottam?

ANNO CHRISTI 1257.

superaneam æstivo tamen tempore, & hyemali infra ecclesiam, & claustrum pellibus non discoopertis, vel mantello cum cocca, vel camisia superanea uti poteritis assiblatis. Ubilibet vero extra ecclesiam, & claustrum in incessu, in statu, & habitu eundo, & redeundo constitutiones, sive præcepta vobis auctoritate felicis recordationis Gregorii Papæ noni tempore promotionis suæ tradita inviolabiliter observetis. Illud autem districtius inhibemus, ne aliqua fœmina intra portam claustri vestri, quantumcumque consanguinea, vel affinis alicui canonicorum dicatur, jaceat, vel manducet: & ut in refectorio etiam honestatem debitam observetis præcipimus, statuentes quod quilibet vestrum uno famulo sit contentus ibidem, ne lectionem clamor plurium impediat, vel tumultus. Nemo ibidem ullo unquam tempore clericus extraneus, aut laicus admittantur, nisi forsan canonicus fuerit cathedralis ecclesiæ, vel religiosa existat, seu alias sublimis persona, aut in aliqua posita dignitate, quorum respectu illos etiam, quos secum habuerint, prout decens fuerit vobiscum, & inter vos honoretis, exceptis illis diebus, quibus ratione festivitatum ecclesiæ vestræ invitare sæculares & laicos vos contingat. Beneficia vestra insuper, quæ cum officiis pariter convenit ambulare ad removendam omnem materiam scandalorum taliter inter vos providimus dividenda, ut scilicet omnes denarios quocumque modo præbendæ hactenus deputatos in communem bursam fideliter reponatis, & ex eis per manus cameræ interioris omnes, qui matutinis missis cum vigiliis mortuorum, & vesperis interfuerint, cum effectu quotidie in sero denarios sex, exceptis præcipuis solemnitatibus, in quibus denarios decem & octo, & diebus Dominicis, & festis novem lectionum, & diebus quadragesimalibus, in quibus denarios 12. recipiant; eos nempe divinis officiis cum effectu dicimus interesse, qui laborum officiorum suam in ecclesia recipiunt, & peragunt, prout valent, & sciunt sine murmure portionem. Præbendam vero frumenti, quam vobis in festo Assumptionis beatæ Virginis dari volumus, nullus recipiat, nisi per annum infra claustrum, vel in loco, a quo divinis officiis, & tractatibus capituli interesse valeant, residentiam cum effectu, ut superius exprimitur, fecerint personalem: Liceat tamen singulis per duos menses, vel eo plus usque ad tres menses suis, vel amicorum suorum vacare servitiis; ita tamen, quod diebus solemnibus, & festivitatibus præcipuis ecclesiæ vestræ divinis officiis singuli exhibeant se præsentes. Famuli vero canonicorum, qui post recessum dominorum suorum propriis commodis inhiantium in claustro remanserint, si laici fuerint, octo diebus ad expensas familiæ capituli admittantur; si autem clerici, & volunt, & possunt in ecclesia commode deservire usque ad regressum dominorum ipsorum, dummodo ultra duos menses extra capitulum non morentur, expensis ejusdem familiæ sint contenti. Excipimus tamen de prædictis omnibus infirmos, & quasi graviter debiles potionatos, (*a*) & sanguine minutos, quibus tempus congruæ vacationis, prout honestati convenit, secundum passionem, & sanguinis minutionem discretionem capituli concedatur. Excipimus etiam peregrinos, qui ex devotione, vel voto iverint ultra mare ob reverentiam sepulcri Dominici, vel ad sanctum Angelum, (*b*) seu ad S. Petrum, aut ad S. Marcum, vel ad S. Jacobum, capituli petita licentia: nec non & illos excipimus etiam qui domini papæ servitiis, vel officiis, seu servitiis dominorum cardinalium immorantur. Ad hæc ne simultates, aut societates in capitulo vestro de cætero fiant, districtius inhibentes præcipimus, ut ea, quæ communiter omnes tangunt, & ab omnibus approbari convenit, vel etiam reprobari singulariter, & extra capitulum non ordinentur, nec aliquatenus approbentur. Adiicimus insuper, ut tractatus capituli vestri, & consilia, quæ privata esse debebunt, sive ponantur in credentia, sive non, nullus ad damnum capituli, vel alicujus de canonicis revelare præsumat. Ut autem bona vestra nequeant neglectu diminui, vel perire, districte præcipimus statuentes, ut quilibet de canonicis officium, quod sibi capitulum, prout moris est, providerit committendum, humiliter recipiat, & fideliter exequatur. Præterea ne quis canonicorum elatus superbia dare præsumat in commotionibus pedes suos, licitum sit vobis de nostræ auctoritatis permissu in quemlibet de capitulo, vel familiarem suum, sive capituli pro manifestis offensis, nisi secundo, tertiove commonitus reatum suum congrua satisfactione correxerit, excommunicationis sententiam promulgare. Ad prædicta vero firmitate vallanda perpetuo duratura, & ut negotia vestra, communia sine suspicione procedant, præcipimus statuentes, ut de cætero, tam vos quam ii, qui vobis successerint, promittatis per librum, & stolam jurantes verbo Domini, vos illa futuris temporibus servaturos: formam autem promissionis, & juramenti hujusmodi præsentibus fecimus annotari, qui talis est?

„ Ego N. promitto, & juro in verbo Domini, quod ab hac hora in antea consuetudines rationabiles, & antiquas, nec non bona jura, & libertates capituli Senensis servabo, manutenebo, prosequar, & defendam bona fide, quantum in me fuerit, & valetudo mea permiserit contra hominem, auctoritate sedis apostolicæ, & ordine meo, in omnibus semper salvis, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta evangelia. Ut autem præmissis omnibus major fides possit, & debeat adhiberi, ordinationem nostram hujus sigilli vestri munimine fecimus roborari.

Datum Laterani 15. Kal. Aprilis, Pontificatus D. Alexandri Papæ IV. anno 3. Nulli ergo nostræ confirmationis &c. Dat. Laterani 5. Kal. Aprilis anno 3.

ANNO CHRISTI 1257.

(a) Medicata potio ne potato VideCang V. *Potionatus*.

(b) Nemp ad Garga ni sanctua rium.

STA-

STATUTA SYNODALIA

VValteri & Simonis Norvvicensium episcoporum.

Anni 1257.

Ex MS. Digby in Bodl. Oxon. XCIX.

An. 1257. Affert Wilk. t. I. p. 731.

DEbentes de vobis bonam rationem reddere, quæ ratio secundum Augustinum est dicere, non sub silentio transire possumus, quin vobis dicamus, quod vos scire & observare credimus. Quia igitur sine decalogi observatione salus animarum non consistit, exhortamur in Domino firmiter injungentes, ut unusquisque pastor animarum, & quilibet sacerdos parochialis sciat decalogum, id est, decem præcepta legis Mosaicæ, eademque populo sibi subjecto frequenter prædicet, & exponat. Sciat etiam septem criminalia quæ sint, eademque populo prædicet fugienda. Sciat etiam similiter septem sacramenta ecclesiastica, & ii, qui sunt sacerdotes, maxime sciant, quæ exiguntur ad veræ confessionis & pœnitentiæ sacramentum, formamque baptizandi doceant frequenter laicos in idiomate communi. Habeant quoque eorum simplicem intellectum fidei, sicuti continetur in symbolo, tam majori quam minori, & in tractu, qui dicitur *Quicunque vult*, qui quotidie ad primam psallitur.

Eucharistia autem, quæ est sacramentum dominici corporis, in loco mundo & signato semper honorifice collocata, devote sub sera, ac fideliter conservetur.

Sacerdos vero quilibet frequenter doceat plebem suam, ut cum in celebratione missarum elevatur hostia salutaris, se reverenter inclinet. Idemque faciat, cum eam presbyter ad infirmum quendam in decenti habitu, supposito mundo velamine, ferat & referat manifeste ac honorifice ante pectus cum reverentia & timore, semper lumine præcedente, cum sit candor lucis æternæ, ut ex hoc fides apud omnes & devotio augeatur, quemadmodum generali concilio scribitur. Tintinnabulum quoque semper cum lumine venerandam corporis Christi hostiam præcedat, ut ejus sonitu excitetur fidelium devotio ad tanti sacramenti debitam venerationem.

Sacerdotes autem promptissimi sint & paratissimi non solum diebus sed & noctibus, ut ægrotantes visitent cum requirantur, ne eorum negligentia, quod absit, moriatur infirmus sine confessione, aut dominici corporis communione, aut unctione extrema.

Superaltaria quoque sint honesta, & congruæ magnitudinis, firmiterque fixa in circumdante ligno; non moveantur ab ipso, neque usurpentur ad alios usus quam ad divinorum celebrationem, ut videlicet non violentur in ea colores, vel aliqua fiant consimilia.

Panni etiam chrismales non convertantur in usus seculares.

In ecclesia quoque divinum officium integre fiat, devote, ut videlicet lectiones, hymni, & alia, quæ in Dei laudem recitantur in ecclesia, integram habeant verborum prolationem, mentis quoque ad sensus devotam attentionem, ne, quod absit, pro hostia viva & integra offeratur hostia mutilata & mortua.

Provideant attentius ecclesiarum rectores, & sacerdotes parochiales, ut pueri parochiarum suarum diligenter doceantur, ut sciant dominicam orationem, & symbolum, & salutationem beatæ Virginis, & crucis signacula sibi recte consignare. Et quia, ut audivimus, quod quemadmodum adulti hoc ignorant, præcipimus, ut cum laici ad confessionem accedant, diligenter examinentur, utrum sciant prædicta, et, secundum quod expedit, in eis a sacerdotibus instruantur. Et quia justus ex fide vivit, ut articuli fidei plenius exponantur, statuimus, præcipientes, ut quilibet sacerdos parochialis singulis ad Primam & ad Completorium orationem dominicam, et symbolum dicat coram suis parochianis, in audientia, distincte, & aperte ad intelligendum.

Quia mundi debent esse, ut ait Esaias qui sint vasa Domini, pollutumque non tangere, exhortantes præcipimus, ut omnes beneficiati & infra sacros ordines constituti vitium luxuriæ fugiant, omnemque voluntariam carnis immunditiem, continentiæ servantes puritatem, nullusque illorum uxorem ducat; & si quis, antequam esset in sacros ordines constitutus, uxorem duxerit, beneficium ecclesiasticum non teneat, neque in sacris ordinibus, si eos postea acceperit, ministrare præsumat.

Attentius itaque inhibemus, ne quis sacerdos in domo sua concubinam retinens, vel alibi ad aliam habens consuetudinem, in tam gravi permanens peccato, ad sacrum altare celebraturus præsumat accedere, cum consecratio illius in execrationem, & benedictio sibi vertatur in maledictionem. Et si aliquis hac de causa suspensus, præsumpserit celebrare divina, non solum ecclesiasticis beneficiis spolietur, verum etiam pro duplici culpa, arbitrio episcopi, suspendatur: prælati vero, qui tales præsumpserint sustinere, maxime obtentu pecuniæ, aut alicujus commodi temporalis, pari subjaceant ultioni. Cumque non solum a malo, sed & ab omni specie mali abstinendum sit, inhibemus firmiter, ne clerici non nisi rationabili & manifesta ex causa frequentent sanctimonialium monasteria, & ne quis sacerdos retineat fœminam in domo sua, sive cognatam, sive aliam, unde rationabiliter mala de ipsa possit oriri suspicio.

Firmiter inhibemus, ne quiquam beneficiati aut in sacris ordinibus constituti sint ebriosi, aut gulosi, aut tabernas exercentes, ne mor-

morte æterna fecundum legis comminationem moriantur, fed actu abftinentiæ, & fobrietatis feipfos habiles reddant, ut fecundum doctrinam Dei habeant fcientiam difcernendi inter fanctum & profanum, mundum & pollutum, (&) doceant populum omnia legitima, quæ Dominus locutus eft per manum Mofis.

Quia etiam Levitis dictum eft, quod non habent partem inter filios Ifrael, per quod abfcindatur a miniftris ecclefiæ omnis fomes cupiditatis, & turpis lucri; exhortantes præcipimus, ne beneficiati, aut facris ordinibus ornati negotiationes exerceant, nec aliquid accommodent ad ufuram; fed, ficut præcipit doctrina evangelica, mutuum dent nihil inde fperantes, neque dent, neque recipiant ecclefias, aut ecclefiaftica beneficia ad firmam, nifi in cafibus concilii conceffis. Sententiam fanguinis non dictet clericus aut proferat, nec fanguinis vindictam, aut ubi exerceatur interfit, nec literas dictet aut fcribat per vindictam fanguinis deftruendas, nec luctuariis, vel baliftariis, aut hujus fanguinis viris præponatur. Ad amputandam quoque cupiditatis fpeciem, firmiter inhibemus, ne beneficiati vel in facris ordinibus conftituti fint vicecomites, vel juftitiariis feculares, vel ballivas laicas teneant, aut earum firmas, unde poteftatibus obligantur ad rationabilia reddenda de ballivis.

Inhibemus quoque diftrictius, ne aliquis rector ecclefiæ faciat hujufmodi pactum cum capellano, videlicet quod ipfe facerdos præter certa ftipendia poterit recipere annualia aut tricennalia, quia hujufmodi pactio manifeftum eft indicium, quod facerdos eo ipfo recipit duplex ftipendium. Neceffe ergo eft, ut aut non percipiat fufcepta annualia vel tricennalia, aut in ecclefia non rite efficiat divina obfequia: ipfis quoque facerdotibus fufficiens et honefta tribuatur fuftentatio ab ecclefiarum rectoribus, ne propter diminutam fuftentationem oporteat ecclefia divinis carere obfequiis, aut ipfos facerdotes lucris turpibus inhiare, feu victum mendicare.

Inhibemus etiam firmiter, ne laicis aliquibus committantur ad firmam liberæ terræ ecclefiarum de decimis, nifi forte iidem laici fint ecclefiarum fervi, & tunc hoc fiat de licentia diœcefani; & ne rectores vel vicarii de bonis ecclefiæ ædificent in laico feodo extra fundum eccl. & fimiliter ne decimæ in laico feodo reponantur, fed in feodo ipfius ecclefiæ.

Præcipimus etiam, ut reditus affignati ad luminaria, non convertantur ad alios ufus per ipfos rectores vel vicarios.

Hortamur etiam præcipientes, ne mimis, joculatoribus, aut hiftrionibus intendant, neque ad aleas, aut taxillos ludant, aut ludentibus affideant; quia licet quibusdam videantur levia, tamen fecundum fanctorum patrum doctrinas, qui talia faciunt, dæmonibus præftant facrificia. Et quia in clero nihil magis debet fplendere, nifi Jefu Chrifti humilitas, & evangelica perfectio, quæ confulit, "quod fi quis te percufferit in dexteram maxillam, præbeas illi & alteram;" monemus fub poena excommunicationis præcipientes, ne clerici torneamenta aut haftiludia exerceant, nec arma portent, A nifi per loca hoftilitatis fufpecta oporteat eos tranfire; fed tonfuram & coronam ac rafuram habeant ordini congruentem, & habitum convenientem tam fibi & fuis equitaturis, fecundum quod determinant fancta concilia, nec plus folito; alioquin ipfos per fubtractionem beneficiorum ad hæc compellemus. Ut autem habitus diverfitas clericos a laicis faciat difcrepare, ftatuimus firmiter præcipientes, ut officiarii, decani, & fubdecani in fuis capitulis in congregationibus clericorum coram fuis prælatis claufis cappis utantur. Et ne facilitas veniæ intentionem tribuat delinquendi, fi quos hujus ftatuti invenerimus tranfgreffores, fciant fe abfque gratia & favore graviter puniendos. B Adhæc ftatuimus ut finguli facerdotes in fuis parochiis coram fuis prælatis, & ubique, nifi cafus neceffitatis in itinere requirat manifefte habitum transformare, claufis cappis utantur, gulionum penitus ufu interdicto. Si quis autem in præfentia noftra aut officiariorum noftrorum, five in ecclefia eis ufus non fuerit, per xl. dies noverit fe fufpenfum.

Præcipimus etiam, ne aliqui retineant plures curas animarum, cum quibus per fedem apoftolicam fuper hæc non fuerit difpenfatum. Similiter quod proximi adminiftrantium ecclefias, in quibus immediate fuccefferunt, prioribus penitus refignent, & patroni C idoneos ad easdem ecclefias præfentent. Subjectis quoque viris diftrictius inhibemus, ne quis facerdos in duabus ecclefiis miniftrare præfumat, cum vix unus uni fufficere poffit. Quilibet autem rector ecclefiæ honeftum & idoneum vicarium habeat, qui, ficut expedierit, curam gerat animarum.

Audivimus etiam, de quo non mediocriter dolemus, quod quidam facerdotes extorqueant pecuniam a laicis pro pœnitentiis feu aliis facramentis adminiftrandis; & quod quidam turpis lucri caufa varias injungant pecunias, videlicet quod a viro cognita mulier poft partum ante fuam purificationem deportet deinceps ad altare obla- D tionem, cum qualibet muliere purificanda in eadem parochia; & quod homicida, vel qui alterius mortem procuravit, offerat pro quolibet mortuo in eadem parochia. Hæc fi funt hujufmodi, quia cupiditate funt plena, penitus inhibemus. Et ne quifquam facerdos injungat annualia, vel tricennalia, ex confilii cupiditate, ut inde confequatur emolumentum. Audivimus quoque, quod quidam facerdotes faciant fuos diaconos audire confeffiones parochianorum fuorum; quod quam fit abfurdum non opus eft dicere, cum evidenter verum fit, quod diaconis non eft tradita poteftas, nec quærant ex hoc nifi occafionem aut fpatium inten- E dendi negotiis fecularibus. Propterea firmiter inhibemus, ne diaconi confeffiones audiant, aut poenitentias injungant, aut alia facramenta miniftrent, quæ conceffa funt folis facerdotibus miniftrare. Volumus quoque & præcipimus, ut finguli beneficiati ad ordines promoveantur, quos cura, quam fufceperint, exigit.

Ad hæc præcipimus, ut omnes rectores ecclefiarum, & vicarii refidentiam faciant in

fuis

ANNO CHRISTI 1257.

ſuis beneficiis, converſantes in eisdem laudabiliter & honeſte, niſi fuerit ob cauſam rationabilem, ut in eccleſiis ſuis non reſideant, cum eis diſpenſatum.

In ſingulis quoque eccleſiis, quarum facultates ad hoc ſufficiunt, ſint unus diaconus & ſubdiaconus, in eisdem, ut decet, miniſtrantes. In aliis vero eccleſiis ſit ſaltem clericus unus honeſtus, qui ſacerdoti cum habitu convenienti in divinis miniſtret officiis.

Præcipimus etiam firmiter auctoritate evangelica, ne in locis ſacris habeatur mercatum, cum Dominus ementes & vendentes dejecit de templo, ne domus orationis fiat ſpelunca latronum. Ad hæc adjicientes, ut coemeteria ſint bene clauſa, & tam eccleſiæ quam domus ad eas pertinentes competenter ſecundum eccleſiarum facultates ædificatæ, ipſæ quoque eccleſiæ decenter ornatæ tam in libris, quam in ſacris vaſis & veſtimentis, & quod veſtimenta & vaſa ſacra ſint de noctibus ſub tuta & honeſta cuſtodia, nec deponantur in domibus laicorum, nec ſub eorum cuſtodia, niſi rationabilis & evidens ad hoc compulerit neceſſitas.

Inhibemus quoque, ne aliqui ſacerdotes celebrent cum aceto.

Frequenter quoque commoneantur matres aut nutrices, ne parvulos ſuos juxta ſe in lecto collocent.

Clandeſtina matrimonia quoque diſtinctius inhibeantur.

Omnes quoque ludi & placita ſecularia a locis ſacris omnino arceantur.

Subjectis quoque noſtris ſub interminatione anathematis inhibemus, ne de eccleſiis ſuis citra auctoritatem noſtram penſiones ſolvere, aut veteres augere, aut aliquid ſub colluſione promittere præſumant. Interdicimus quoque, ne quis inter minores, quorum alter aut uterque ad annos canonibus aut legibus determinatos nondum pervenerunt, nuptias audeat celebrare. Rectoribus eccleſiarum nobis ſubditos indultum eſſe volumus, ut parochianos ſuos, qui decimas ſuas, quas hucuſque perſolvere ſolebant, detinere præſumpſerint, poſt tertiam commonitionem excommunicationis ſententia feriant. In aliis autem caſibus citra conſcientiam aut auctoritatem noſtram quidem excommunicare non præſumant nominatim. Nulla perſona ſive rector eccleſiæ nobis ſubditus, decimas ſuas provendere valeat ante Paſcha; fructus autem percepti ſive in coemeterio ſive libera terra ponantur, ut ſi clericus defunctus fuerit, illius debiti ſolutionem vel diſpoſitionem nullus ex malitia laicus valeat impedire. Præterea ſub interminatione anathematis inhibemus, ne quis clericus decimas aut eccleſiaſticum beneficium laico dimittat ad firmam ſub aliquo colore. Decimæ enim & eccleſiaſtica beneficia laicis temerarie & contra ſtatuta canonum tenenda, a clericis conceſſa, ad manus noſtras recipiantur; nec aliquis ſacerdos alium a cantaria penſionis per augmentum, aut alio modo, tanquam eſſet commercium, ſupplantare præſumat.

Præcipimus etiam, quod nec abbates, nec priores obligent ſe, aut domum ſuam pro ſingulari poena, ſine noſtra licentia ſpeciali.

Penſiones & decimas ſeparatas, quas viri religioſi, qui non ſunt de epiſcopatu noſtro, percipiunt in noſtra dioeceſi, in manus noſtras ſequeſtramus. Inhibemus eisdem etiam in poſterum adminiſtrationem earundem, quouſque de eorum jure coram nobis docuerint evidenter.

Nullus prædicator quæſtuarius in eccleſiis noſtræ dioeceſeos admittatur, niſi noſtra ſuper hoc fulciatur auctoritate, quam ei ſine litera decani, aut archidiaconi ſufficere decernimus. Contra quos prædicatores ſiquidem talem cautelam duximus adhibendam, quod capellani eccleſiarum indulgentias in literis noſtris contentas, ſubditis ſuis exponant, eleemoſynas colligant, & cum collegerint, decanis tradant, nobis annuali curſu completo aſſignandas; ut quæſtuariorum domini, quantum collectum fuit, per nos aut per alium intendimus Deo auctori dedicare. Prælati vero non permittant illos, qui ad eorum eccleſias cauſa venerationis accedunt, variis documentis, aut falſis figmentis decipi, ſicut in pleriſque locis occaſione quæſtus fieri conſuevit.

Cum ſanctorum reliquiis magna debeatur reverentia, illius corpori, qui ſacroſanctus eſt, & in ſanctis ſuis glorioſus alios faciat ſanctos, ſummus honor eſt etiam pendendus. Ipſi itaque, cui honor eſt & gloria, debitum honorem conſervare volentes, ſub interminatione anathematis firmiter inhibemus, ne in coemeteriis, aut aliis locis eccleſiarum ludi aut luctæ fiant, nec mulieres choreas, luxurioſa carmina canendo, laſcive ducere præſumant, cum ex his, Domini reverentia & ſanctorum honore contempto, rixæ & contentiones ſoleant evenire. Similiter ne laicorum ædificia in cœmeterio fiant, diſtrictius inhibemus. Supellectilia in eccleſiis quoque non dim ttantur, niſi propter hoſtiles incurſus, aut incendia repentina, aut alias neceſſitates urgentes ad eas oporteat habere refugium; ſic tum neceſſitate ceſſante, res ad priſtina loca reportentur. Tuguria & domus laicorum erectæ in coemeteriis tempore guerræ amoveantur, propter immunditiem fornicationis vitandam, & propter occupationem coemeteriorum.

Diſtrictius inhibemus inſuper, ne decani aut ſubdecani noſtræ dioeceſeos cauſas trahant, aut terminent matrimoniales, aut criminales, niſi cuiquam ex noſtra ſpeciali gratia concedatur, quam ei ſine cujuſquam contradictione ſufficere decernimus.

A ſanctis patribus noſtris non ſine ratione provide novimus ſtatutum, ne in aliis locis quam Deo dedicatis, niſi caſu neceſſitatis, officium altaris, quod in ſe tam ſublime eſt, celebretur. Quare volumus & præcipimus, ut eccleſiæ non dedicatæ ad dedicationem properentur competenter, quod non ſolum de majoribus, verum etiam de minoribus volumus intelligi, cum majoribus & minoribus æque ſimus debitores; minores eccleſias, ex noſtri officii debito abſque procurationis honore per nos aut per alium, volumus Deo auctori dedicari.

Do-

ANNO CHRISTI 1257.

Dolentes referimus, quod nonnulli maledictionem ut aquam bibentes, ſanctuarium Dei polluant, dum ſacra venundant & mercantur. Quapropter ſaltem poenæ timore eos a tanto facinore cupientes revocari, illos omnes, qui interventu pecuniæ, aut cujuſcumque pecuniarii quæſtus, aut pacto & promiſſione quicquam recipiendi intervenientibus, quemquam ad ſacrum ordinem tempore examinationis aut altero fecerit ordinari, aut ordinari procuraverit, ſententia excommunicationis innodamus. Eos etiam eadem ſententia excommunicationis involvimus, qui officialitatem vel decanatum ad firmam dabunt, cum cedat in diſpendium animarum & eccleſiæ Dei ſcandalum graviſſimum. Et eandem ſententiam ad patres eorum, qui hæc officia ſibi recipiunt ad firmam, volumus firmiter extendere.

Dolentes referimus, quod dum noſtri ſubditi ſtatuta noſtra ſynodalia non obſervant, ſeipſos illaqueant, noſque contemnere non formidant. Cum igitur refragante noſtra conſtitutione capellani parochiales cum anachoretis in domibus ſuis colore quæſito, cum ancillis eorundem extra recluſorium tranſmiſſis fabulentur frequenter, in eccleſiæ Dei ſcandalum, & animarum diſpendium non modicum; ſingulis decanis noſtris in virtute obedientiæ injungimus, ut omnes capellanos, eccleſiis, ubi degunt anachoretæ, deſervientes, ſacramento aſtringant, quod intra ſepta domorum earundem cum ipſis non loquantur, ſed tantummodo ad feneſtras earumdem verſus eccleſias requiſiti honeſtum impendant colloquium, niſi infirmitas eorumdem aliud requirat manifeſte. Præcipimus etiam quod brevibus ſe expediant, & præcipue de his, quæ ad ſalutem animarum pertinent, tractantes cum eisdem.

Et quia non proficit ſæpius legere, & non intelligere, ſtatuimus, ut unuſquiſque decanus "Statuta ſynodalia", penes ſe habeat & copiam fieri procuret in ſingulis eccleſiis ſui decanatus. Itaque ſi dominus epiſcopus vel ejus officialis per aliam eccleſiam tranſitum fecerit, & Statuta in ea non invenerit, ipſi, per cujus negligentiam ſteterit, quominus Statuta ſynodalia in ea inveniantur, poenam infligat.

Inhibemus etiam ſub poena excommunicationis, ne bedelli archidiaconorum ſeu decanorum habeant equitaturas, ſed pedites incedant, ne ſint onèroſi provinciæ.

Ut autem habitus diverſitas clericos a laicis faciat diſcrepare, & habitus exterior conveniat officio & honori; ſtatuimus firmiter injungentes, ut univerſi decani & vicedecani in ſuis capitulis, & ubi coram eis judicium exercetur, & coram ſuis prælatis, ac in congregationibus clericorum cappis clauſis decenter utantur. Ne vero facilitas veniæ intentionem tribuat delinquendi, adjicimus ſtatuendo, quod ſi quis hujus conſtitutionis transgreſſor exiſtat, per nos ſciat abſque favore & gratia puniendum.

Sciant quoque rectores & vicarii ſe graviter puniendos, ſi ſcienter luxurioſos eccleſiis ſuis faciant deſervire. Præcipimus inſuper, quod rectores, vicarii, & capellani in ſuperpelliciis ad minus, aut alias in albis, aut in cappis ſericis interſint noſtris ſynodis, ſub poena canonica.

Executores teſtamentorum ſint ſoliciti, alioquin amovebuntur. Et quia nonnullos teſtamentorum executores in venditione bonorum defunctorum fraudem committere ſæpius reperimus; ſub pœna excommunicationis firmiter inhibemus, ne cujuſquam teſtamenti executor de bonis ipſius, cujus fuerit executor, a ſe, aut a coexecutoribus ſuis per ſe aut perſonam ad emendum bona defuncti, ad opus ſuum fraudulenter ſuppoſitam, emere de cætero quicquam præſumat; decernentes ſi ſecus actum fuerit, venditionem non tenere, & tam venditores quam emptores hujusmodi nihilominus puniendos.

Præcipimus etiam, ut omnes certificationes de citationibus de cætero fiant per literas patentes, & non clauſas.

Cuſtodias eccleſiarum ſeu decanatuum formas per prædeceſſorem noſtrum ſancitas ſimiliter revocamus, & ex nunc non tenere denunciamus.

Rectores eccleſiarum, & ſacerdotes, & alii miniſtri eccleſiæ in divinis officiis tam ad veſperas quam ad matutinas, tum aliis horis ſuperpelliciis honeſtis utantur, aut clauſis deſuper veſtimentis ſaltem ſive indumentis, & quod nullus ſacerdos celebret, quouſque Prima canonice ſit completa; quod ſi ſecus agere præſumpſerit, uſque ad ſatisfactionem ſe noverit ſuſpenſum aut ſuſpendendum.

Sacerdotibus diſtrictius duximus injungendum, ne pro benedictione nubentium, aut ſepultura mortuorum, aut pœnitentia, aut pro aliquibus ſacramentis aliquid exigant a ſubditis ſuis, aut extorquere præſumant ultra debitam conſuetudinem parochiæ ſuæ & conſuetam.

Si forte aliquis voluerit ſe alii confiteri quam proprio ſacerdoti, ab eodem modeſte petita licentia non neget, dum tamen ſacerdoti per aſſertionem alicujus ſacerdotis diſtincte conſtiterit, quod ei conſcientiæ ſuæ vulnera patefecit, alioquin pro non confeſſo teneatur. Adhæc omnes tam prælatos quam decanos, rectores, & vicarios monemus, & eisdem in virtute obedientiæ injungimus, ut honeſte viventes, habitum ſuis dignitatibus, ſtatui, & ordinibus deferant congruentem, & plus ſolito tenentes indubitanter; quod ſi quos tales invenerimus, ipſos per ſubtractionem beneficiorum graviter puniemus. Clerici vero non beneficiati, qui reprehenſibiles fuerint in tonſura, ut ad ſuperiores ordines, aut ad beneficium admittantur, quouſque per tantum tempus tonſuram geſſerint competentem, quo judicant præteriti temporis ſcandalum redemiſſe.

Præcipimus etiam, quod omnes ſacerdotes ordinationis alienæ, & qui locum mutaverint, ad parochias cuſtodiendas, quæ in diœceſi noſtra ſunt, aut etiam ad celebranda divina fuerint admittendi, citra initium Septembris ſingulis annis archidiacono aut officiali noſtro per ipſos, quorum intereſt, præſententur, ut per ipſum, penſatis eorum meritis, approbentur, aut, ſi juſtum fuerit, reprobentur.

Præ-

ANNO CHRISTI 1258.

Præcipimus quod nullus aut leprosus aut alius deferat tintinnabulum in sacramenta publica, cum suo sonitu, nisi sacerdos sit eucharistiam ad infirmos deferens; & hæc est causa devotionis & reverentiæ excitandæ. Excommunicati arctius ab omnibus evitentur, donec lumine * constiterit de eorum absolutione, exemplo de Lazaro quod Dominus solvi præcepit ab apostolis, licet a seipso prius resuscitato. Et quia in multis ecclesiis non est receptum, ut credimus, Oxoniense concilium, & principium ipsius de excommunicationibus in eodem concilio factis ad terrorem malitiosorum, & eorum malitiæ refrænationem duximus adjungendum eisdem, & in eodem concilio (quod adhuc scriptum est) præcipientes, ut dictæ excommunicationes singulis annis quater in singulis ecclesiis denuncientur.

* Forte ...ta legendum: donec expresse constiterit de eorum absolutione, juxta exemplum Lazari, quod Dominus servari præcepit ab apostolis.

Præter hæc autem superius injuncta, ea, quæ in concilio Oxoniensi & Londinensi provida & sancta deliberatione antea sunt statuta, vobis injungimus observanda: cujus principii tenor talis est: Ex auctoritate Dei patris omnipotentis & beatæ Mariæ virginis, & omnium sanctorum, & præsentis concilii excommunicamus omnes, qui ecclesiasticam consuetudinem antiquam a Domino Jesu Christo electam, & a principio concessam archiepiscopis, episcopis, & sanctis patribus approbatam, ob aliquam malam voluntatem, vel cordis inflationem, aut rancorem infringere, & violare contendunt, aut aliquo modo, arte, ingenio, consilio, auxilio, præcepto sponsam Jesu Christi, id est sanctam ecclesiam, suo jure contendunt, aut contradicere procurant, &c.

Expliciunt statuta synodalia alias in synodo promulgata per Walterum, quondam Norvvicensem episcopum, & additiones postea per Simonem successorem suum, quæ firmiter præcipimus observari.

MERTONENSE CONCILIUM

Pro Cleri Anglicani immunitate

Anno 1258. *habitum.*

Ex Annal. Burton. *pag.* 388.

An. 1258. „ PEcuniæ illius solutionem a missis Pontificiis in Anglia exactam, quæ denarium S. Petri appellabatur, moleste semper incolæ tulerunt; quæ ratio effecit sæpe ut in pontificios ministros ea crearetur invidia, ac perinde haberentur exosi, velut publicani. Hæc Parisium persuaserunt, ut minus reverenter de Romana ecclesia loqueretur; hæc pariter auctorem annalium Burtonensium ut illa scriberet quæ in exordio actorum concilii hujus leguntur. Impune illa quidem resecarentur; sed cavi ne de fide mea sinistri aliquid eruditi suspicarentur. Hæc ergo ille de concilio vix noto Spelmanno affert.

Extat ap. Wilkins I. p. 736.

Increscentibus in dies oppressionibus papalibus, archiepiscopus Cantuar. aliud concilium suffraganeorum & prælatorum indixit apud Mertonam, ut magistri Arloti papæ subdiaconi & notarii novis exactionibus obviam eundo, animos cleri Anglicani ab obedientia eis præstanda alienaret.

Mandatum de convocatione apud Merton.

Rogerus, Dei gratia Conventrensis & Lichfeldensis episcopus, dilecto filio archidiacono Stafordiæ, salutem, gratiam, & benedictionem. Mandatum venerabilis Patris Bonifacii, Dei gratia Cantuariensis archiepiscopi, totius Angliæ primatis, venerabili in Christo fatri, R. Dei gratia Covestrensi & Lichfeldensi episcopo, salutem & fraternæ dilectionis in Domino semper augmentum. Cum propter ecclesiæ Anglicanæ eventus & causas, quas fraternitatem vestram ignorare non convenit, fratrum nostrorum congregationem videamus opportunam, devotionem vestram rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, sub obedientiæ debito firmiter injungentes, quatenus die Jovis proxima ante instans festum S. Barnabæ apostoli apud Mertonam curetis vestram præsentiam exhibere, qualibet occasione cessante, ut in hac urgenti necessitate ecclesia nostro regimini commissa, per vos & alios fratres nostros gratum habeat providi consilii fulcimentum. Vocetis etiam decanos cathedralium, & aliarum ecclesiarum, necnon etiam abbates, priores, majores, insuper & archidiaconos vestræ dioeceseos universos, ut cum literis suorum subditorum procuratoriis loco & die antedictis compareant, ut quod communi deliberatione provisum fuerit, ex membrorum cohærentia firmius roboretur. Dat. apud Lamhedam 13. cal. Maii, anno Dom. MCCLVIII. Hoc igitur mandatum vice nostra diligentius exequamini, ac nihilominus vos ipsi compareatis dictis die & loco, cum literis procuratoriis cleri totius archidiaconatus vestri, ut vestri præsentia firmius roboretur, quod ad utilitatem ecclesiæ Anglicanæ de consilio & assensu vestro contigerit provideri. Dat. 6. cal. Maii, pontificatus nostri anno primo.

Congregatis igitur prædicto die apud Merton, in præsentia domini Bonifacii Cantuariensis archiepiscopi suis suffraganeis, prælatis & regni clero, super reformatione status Anglicanæ ecclesiæ & emendatione provisi sunt isti articuli subsequentes.

Articuli provisi apud Merton.

Tria sunt genera articulorum, de quibus agitur in præsenti. Sunt enim quidam articuli, in quibus prælati nullo modo dissimulare possunt. Sunt alii, in quibus possunt indicio charitatis, non perturbatione infirmi-ta-

ANNO CHRISTI 1258.

tatis dissimulare. Sunt & alii, in quibus dissimulare possunt sine discrimine salutis æternæ & periculo animarum.

Articuli, qui dissimulari non possunt absque interitu salutis æternæ, animarumque periculo, & subversione ecclesiasticæ libertatis, ac ecclesiasticarum personarum præjudicio manifesto.

* Cum ecclesia Anglicana non solum contra jura divina & statuta canonica, sed etiam contra libertates, a regibus, principibus, & aliis regni magnatibus sibi concessas, ausibus sacrilegis, novis irruptionibus, diris concussionibus, & oppressionibus nefariis multipliciter attrita sit; & hoc absque perpetuo animarum periculo prælatorum, domini regis, & aliorum regni magnatum, sub dissimulationis silentio nequaquam valeat ulterius pertransiri; de unanimi assensu & concilio prælatorum, religiosorum, & totius cleri ecclesiæ memoratæ salubriter est provisum, ut machinis secularium potestatum solutis moenia laborantis ecclesiæ dilapsa, inflexibili reparentur instantia per statutorum remedia, quæ sequuntur.

Quia igitur sæpe contingit, archiepiscopos, episcopos, & alios prælatos inferiores per literas domini regis ad seculare judicium evocari, ut ibi respondeant super his, quæ mere ad ipsorum officia, & forum ecclesiasticum pertinere noscuntur; ut si forte clericos ad ecclesias & capellas vacantes seu non vacantes admiserint, vel non admiserint, rectores instituerint in eisdem, suos subditos excommunicaverint, excommunicatos denunciaverint, interdixerint, ecclesias dedicaverint, ordines celebraverint, de causis mere spiritualibus cognoverint; ut puta de decimis, oblationibus, limitibus parochiarum, & similibus, quæ non possunt ad seculare forum aliquatenus pertinere; seu etiam cognoverint de peccatis & excessibus subditorum, sicut de perjurio, fidei transgressione, sacrilegio, violatione, ac perturbatione ecclesiasticæ libertatis; præsertim cum ipsius violatores, necnon & libertatum per chartas domini regis ecclesiæ concessarum, in sententiam excommunicationis incidant ipso facto: & si inter clericos suos cognoscant, vel inter laicos conquerentes, & clericos defendentes, in personalibus actionibus super contractibus vel debitis; si personas ecclesiasticas ad mandatum domini regis in foro seculari amerciatos * non compulerint ad amerciamenta hujusmodi exolvenda, seu ipsa non solverint pro eisdem: si jurisdictionem suam in ecclesiis & capellis, episcopatibus seu monasteriis annexis, per mortem prælatorum, aut cessionem vacantibus exercuerint canonicam & consuetam, & si quæ alia his similia fecerint, vel non fecerint, pertinentia ad officia ordinariorum; providemus, quod dicti archiepiscopi, episcopi, & cæteri prælati non veniant taliter evocati, sed cum honore deferatur, & majores prælati domino regi scribant, quod hujusmodi mandatis regiis parere non possint, absque subversione ecclesiasticæ libertatis, & ad hoc ideo non tenentur, eidem nihilominus literas exortatorias dirigendo, ut animæ suæ saluti consulendo, ab hujusmodi mandatis ulterius desistat. Et si dominus rex, hujusmodi spretis exhortationibus, ad attachiationes vel districtiones processerit eorundem, tunc vicecomites, & alii quicunque ballivi ipsos attachiantes & distinguentes, per eosdem attachiatos & districtos in forma juris excommunicentur, & loca, in quibus commorantur, & terræ eorum, quas habent in regno Angliæ, per locorum diœcesanos ad denunciationem attachiati & districti interdicto ecclesiastico supponantur. Et si clerici fuerint beneficiati, suis beneficiis priventur; non beneficiati, per quinquennium ad beneficium ecclesiasticum, si forte præsentati fuerint, minime admittantur. Clerici autem, qui hujusmodi brevia attachiationum seu districtionum dictaverint, scripserint, signaverint, consilium & auxilium adhibuerint, solenniter excommunicentur, & excommunicati denuncientur, nec aliqui de præmissis certa ratione suspecti ad aliquod beneficium ecclesiasticum, donec se super his canonice purgaverint, admittantur. Et si dominus rex monitus hujusmodi districtiones non revocaverit; episcopus, qui districtus fuerit, terras, villas dominicas, & castra, quæ rex habet in suo episcopatu, ecclesiastico supponat interdicto. Et si rex in sua duritie perseverat, cæteri coepiscopi districtiones unius quasi communem omnium & etiam communem injuriam ecclesiæ reputantes, civitates, terras dominicas, burgos, castra, & villas ipsius regis in suis episcopatibus consistentes simili supponant interdicto. Et sic nec sit infra XX. dies postmodum attachiationes & districtiones hujusmodi revocaverit, aut ob hoc manum contra ecclesiam aggravaverit, singuli archiepiscopi & episcopi suas dioeceses ecclesiastico supponant interdicto. Et si aliquis episcoporum in hac parte inventus fuerit negligens & remissus, per suum metropolitanum graviter arguatur; & si perseveraverit in negligentia, canonice puniatur per eundem, & nihilominus sua diœcesis, omni prælatorum & sua auctoritate & consensu in præsenti ordinatione adhibitis, ecclesiastico subjaceat interdicto.

Adhæc, quia frequenter accidat, quod nonnulli clerici per laicam potestatem ecclesias occupant parochiales, & præbendales, etiam curam animarum habentes, & in eis absque auctoritate ecclesiastica intrudantur; providemus, quod clericus per se sic intrusus, forma juris servata, anathemate feriatur, & talis per loci diœcesanum publice denuncietur, & illo beneficio careat inperpetuum ipso facto. Et si sic in sua pertinacia per duos menses perstiterit, per locorum diœcesanos, ubi habet alia beneficia ecclesiastica, ad denunciationem episcopi illius, in cujus diœcesi se intrusit, cujusque monitionem per dictum tempus contempsit, pro-

* mulctatos pecunia

* Hic sequentes articulos sub nomine *Constitutionum domini Bonifacii archiepiscopi in concilio provinciali de Westminster editarum*, habes in biblioth. coll. Omn. Anim. Oxon. Wilkins.

proventus illorum beneficiorum, quousque congrue satisfecerit, eidem subtrahantur, & si per annum idem intrusus in hujusmodi excommunicationis sententia perseveraverit, extunc ad aliquod beneficium in regno Angliæ minime admittatur. Si vero per procuratorem clericum fuerit intrusus, contra eundem procuratorem modo simili procedatur, & pœnis subjaceat supradictis. Si vero procurator talis laicus fuerit, in forma juris excommunicetur, & tali publice nuncietur. Dominus autem absens citetur, qui si comparens ratificaverit factum cujuscunque procuratoris sui in hac parte, pœnis subjaceat supradictis. Si vero per contumaciam absentet se, post spatium trium mensium expectatus, si sit in regno, majoris excommunicationis sententia innodetur, & insuper pœnas incurrat prætaxatas, maxime cum sacrilegio adjecerit contemptum. Si vero fuerit extra regnum, contra ipsum vocatum post dilationes transmarinas simili forma procedatur. Ecclesiæ etiam vel præbendæ, in quibus sit intrusus, interdicto ecclesiastico supponantur. Auctores autem & coadjutores hujusmodi intrusionis, si clerici fuerint, præfatas pœnas clericis impositas incurrant; si laici, pœnas perferant contra laicos superius annotatas. Loca vero & terræ hujusmodi intrudentium, si infra unum mensem non satisfecerint, ecclesiastico subjaceant interdicto. Si vero hujusmodi intrusiones factæ fuerint ex regia potestate, moneatur dominus rex per loci diœcesanum, quod eas faciat infra competens tempus revocari. Alioquin terræ & loca, quæ idem rex habuerit in illa diœcesi, in qua fuerit intrusio, ecclesiastico interdicto supponantur. Si vero per alium magnatem vel potentem fiat talis intrusio, per suspensionis & excommunicationis sententias, ut superius, arceatur. Et si infra duos menses factum hujusmodi non correxerit, terræ & loca, quæ obtinent in illa diœcesi, per diœcesanum loci interdicto ecclesiastico supponantur.

Præterea cum excommunicati, & de mandato prælatorum secundum consuetudinem capti, & carceri mancipati, aliquando per regem, & quandoque per vicecomitem, aliosque ballivos, sine consensu prælatorum, & satisfactione congrua liberentur, plerumque etiam hujusmodi excommunicati non capiantur, neque de ipsis capiendis literæ regiæ concedantur; nonnunquam etiam dicti rex & ballivi sui cum hujusmodi excommunicatis & denunciatis publice communicent, claves ecclesiæ contemnendo, in subversionem ecclesiasticæ libertatis; providemus, quod excommunicati, & sic capti, & taliter exeuntes, ad majorem sui detestationem publice & solenniter pulsatis campanis, accensis candelis, excommunicentur, & denuncientur excommunicati in locis ubi ordinariis locorum eorum videbitur expedire. Vicecomites autem, & alii ballivi, qui eos liberaverint, non prælati, præstita satisfactione ecclesiæ vel emenda, publice excommunicentur anathemate, & excommunicati solenniter denuncientur. Si tamen de mandato regio ad hoc processerint, mitius cum eis, arbitrio ordinarii, agatur. Clerici qui hujusmodi brevia dictaverint, scripserint, signaverint, consilium & auxilium adhibuerint, puniantur, sicut superius in primo remedio plenius continetur. Moneatur dominus rex, quod hujusmodi excessus corrigat, & a talibus desistat mandatis. Et si dominus rex monitionibus non paruerit, locus, in quo captus detinebatur, interdicto ecclesiastico supponatur. Et si denegetur litera consueta de excommunicato capiendo, moneatur rex per prælatum, qui super hoc descripsit, quod eam concedat et faciat pertransire. Quod si non fecerit, civitates, castra, burgi, & villæ, quas habet in diœcesi sic scribentis per ipsum scribentem interdicto ecclesiastico supponentur. Contra communicantes quoque cum excommunicatis procedatur secundum censuram ecclesiasticam.

Clerici quoque sine delectu personarum, quanquam in furto deprehensi non fuerint, tanquam facinorosi, vel suspecti de crimine, seu foresta capiuntur, & in carcere detinentur, nec redduntur ordinario, secundum canones libere judicandi. Et si clerici, quibus crimina imponuntur, coram judicibus secularibus vocati non comparuerint, forbanniuntur a regno. Quare providemus, quod si clerici sic capti, noti fuerint & honesti, capientes ipsos, & etiam detinentes, in forma juris solenniter excommunicentur per locorum ordinarios, & excommunicati denuncientur. Loca etiam, in quibus fuerint detenti, & terræ capientium eos, & detinentium, ecclesiastico interdicto supponantur, donec eosdem dimiserint, & libere abire permiserint, ac alias super hoc satisfecerint competenter. Illi etiam, qui eis talia falsa crimina imposuerint, seu malitiose, propter quæ capti fuerint & detenti, excommunicentur, & excommunicati publice denuncientur, usque ad satisfactionem condignam.

Clerici quoque vagi & ignoti, capti & detenti, si in possessione clericatus fuerint inventi, per locorum ordinarios requirentur libere per ecclesiam judicandi; & si denegentur, punientur, ut superius detentores; & si tradentur, non expectatis justitiariis quibuscunque. Et si justitiarii, eisdem clericis coram eis non exhibitis, episcopum contemnent in pœna pecuniaria, pœnæ superiores, in ipsos justitiarios, prout clerici fuerint, sive laici, proferantur. Clerici autem domini regis, vel quicunque alii, qui excommunicationem hujusmodi prosequuntur, dictando, scribendo, sigillando, vicecomiti vel aliis ballivis hujusmodi mandata dirigendo, pœnis subjaceant in clericos superius promulgatis.

Clericus tamen super transgressione forestæ coram suo ordinario canonice convictus, domino regi, vel alii damnum & injuriam passo, per eundem ordinarium satisfacere compellatur, & alias arbitrio ordinarii sui, canonica pœna puniatur.

Si vero clerici canonice se purgaverint, super sibi impositis ac objectis, & laica potestas nihilominus bona detineat eorundem; occupantes & detinentes bona hujusmodi clericorum, per sæpedictam censuram ecclesiasticam compescantur. Quod si sic capti, ma-

ANNO CHRISTI 1258.

malitiose tempore intermedio abrasi fuerint seu suspensi, abradentes seu etiam suspendentes, consilium & auxilium impendentes, pœnis subjaceant supradictis. Forbannientes quoque pœnis similibus percellantur.

Sane, cum nulli clerici adinvicem & plerumque cum clericis contrahentes, ipsos contractus fidei datione vallent, aut corporaliter præstito sacramento, qui super fidei aut sacramenti præstiti religione contempta coram judice ecclesiastico conventi, regiam prohibitionem impetraverint, ut super perjurio & fidei læsione examen ecclesiastici judicis sic declinent; providemus, quod si laicus fuerit impetrator, per excommunicationis sententiam, ut superius, arceatur. Quod si nec sic destiterit, & possessor immobilium existat, terra sua supponatur ecclesiastico interdicto; si autem immobilia non habeat, mercenarii sui & non necessariæ personæ moneantur, quod infra viii. dies ab eo recedant, alioquin consimilis feratur excommunicationis sententia in eosdem.

Si autem reus clericus fuerit, vel religiosus, exerceantur pœnæ canonicæ contra eos, & si clericus reus in sua pertinacia perduraverit, procedatur contra eum secundum pœnas superius contra pertinaces clericos annotatas. Si autem actor laicus sit, trahens laicum feodum, & per corpus & feodum suum distringatur; contra distringentes omnes procedatur, prout clerici fuerint vel laici, per poenas, quæ contra eos superius statuuntur.

Et si actor timore regiæ prohibitionis se subtraxerit, ne peccata maneant impunita, judex ex officio suo procedat, prout viderit expedire. Si autem judex habens laicum feodum distringatur, contra distringentes procedatur, & dominum regem, ut superius annotatur. Et si non habet laicum feodum episcopus, procedatur contra dominum regem, & distringatur; ut superius expressum est.

Et hoc idem in consimilibus prohibitionibus observetur. Idem fiat & si tertius nuncius veniat ex transverso, & porrigat seu porrigi faciat prohibitionem talem, dum tamen ille eam verbo vel facto ratificat pro quo apparuerit impetrata.

Cum insuper prælati ecclesiastici ex officii sui debito inquirant de morum disciplina, peccatis, & excessibus subditorum: quia rex, magnates, & alii potentes seculares ipsorum officia impediunt in præmissis, laicis sibi subditis inhibendo ne ad mandatum ipsorum prælatorum de veritate dicenda subeant juramentum: & quia iidem non permittunt dictos prælatos, subjectos suos in causis seu negotiis ecclesiasticis corporaliter seu pecunialiter, seu alias canonice punire, secundum personarum & delictorum qualitatem; providemus, quod laici ad præstandum hujusmodi juramenta, & ad solvendum quaslibet poenas per prælatos suos canonice inflictas, nihilominus præcise per excommunicationis sententiam compellantur. Impedientes vero, ne hujusmodi juramenta præstentur, aut poenæ exolvantur, per interdicti & excommunicationis sententias prædictas arctius compescantur; & si per hoc ad districtionem processum fuerit prælatorum, contra distringentes, sicut dictum est superius, procedatur.

Et quia modo consimili prælatorum officium impeditur, cum contingat, quod Judæus delinquens in rebus ecclesiasticis & personis, super his conventus fuerit coram ipsis, & super aliis, quæ ad forum ecclesiasticum pertinent; providemus, quod Judæus per interdictum commercii, contractum, & communionis fidelium ad respondendum in his casibus nihilominus compellatur. Inhibentes quoque impeditores & distringentes, poenas interdicti & excommunicationis incurrant.

Porro quoniam ad immunitatem ecclesiæ confugientibus tam arcta ibi imponitur custodia laicorum, quod vix eis in alimentis poterit subveniri, aliquando iidem confugientes, ab ecclesiis, cœmeteriis, viis publicis post terræ abjurationem secundum regni consuetudinem, violenter extrahuntur, & sic extracti scelerate in præjudicium immunitatis ecclesiasticæ occiduntur; providemus, quod qui hujusmodi alimenta impediunt ministrari, per discretionem ordinarii pœna excommunicationis districtius arceantur. Extrahentes autem eos ab ecclesia vel coemeterio, seu via publica, per insidias post abjurationem terræ, vel taliter extractos occidentes, cum sub ecclesiæ protectione consistant, omnibus poenis sacrilegii percellantur. In ecclesia autem vel coemeterio non fiat custodia confugientium ad ecclesiam; & si fiat, custodes in forma juris, districtioris excommunicationis sententia compescantur.

Rursus multoties invadunt aliqui bona ecclesiastica, & perturbant ac infringunt ecclesiasticas libertates, unde providemus, quod malefactores hujusmodi ac sacrilegi, excommunicati per locorum ordinarios nuncientur. Et in sua pertinacia per unum mensem perseveraverint, tunc terræ suæ, & loca, in quibus morantur, ecclesiastico supponantur interdicto, & neutra relaxetur sententia, donec de damnis aut injuriis satisfecerint competenter. Et si quis ecclesiam possessionibus aut libertatibus suis spoliaverit, poenis subjaceat supradictis, & in ipsum usque ad plenam restitutionem & satisfactionem condignam, in forma juris excommunicationis sententia solenniter proferatur. Et si iidem sacrilegi faciant judices aut prælatos propter hoc attachiari aut distringi, tam ipsi quam distringentes poenas in attachiatores & districtores editas perferant sæpedictas.

Adhæc cum contingat, quod domicilia & hospitia clericorum suis servientibus occupentur, bonaque ipsorum clericorum ibidem inventa per sacrilegos hujusmodi consumantur, reclamantes & renitentes convitiis afficiantur, verberibus affligantur, & alias viliter pertractentur; & quandoque etiam carectæ & equitaturæ dominicæ prælatorum, religiosorum, aut clericorum in itinere publico, in mercatis, & alibi etiam in sanctuariis capiantur, & abducantur violenter, ad dictorum magnatum recommercia & victualia transvehenda; providemus, quod hujusmodi violenti & sacrilegi in forma juris ex-

excommunicentur, & ſolenniter excommunicati denuncientur, donec ablata & abducta reſtituerint, & de illatis injuriis ſatisfecerint competenter.

Compelluntur etiam clerici & religioſi res ſuas, quas habent licite venales, ad pretium domini regis ſibi & ſuis miniſtris vendere, & inviti tradere pretio non ſoluto; unde providemus, quod taliter competentes cogantur per ſententiam excommunicationis juſtum pretium ſupplere, vel rem reſtituere ſic extortam, & nihilominus de commiſſo ſacrilegio ſatisfacere, prout decet.

Domino inſuper rege eccleſiarum cathedralium vel conventualium vacantium cuſtodiam obtinente, bona earundem eccleſiarum per ballivos ſuos diſſipat & conſumit, non ſolum contra libertates eccleſiæ, ſed contra jura eccleſiaſtica, & chartam ſuam communium libertatum; propter quod providemus, quod eccleſiaſticus judex loci dictos ſacrilegos per excommunicationis ſententiam coerceat, uſque ad ſatisfactionem condignam, & ſi rex prohibuerit, non parcatur eidem; & ſi attachiationes & diſtrictiones intervenerint, ad remedia contra attechiatores & diſtringentes ſuperius præmiſſa, habeatur recurſus.

Archiepiſcopi utique & epiſcopi, ratione patrimonii eccleſiaſtici, per communem ſummonitionem coram juſtitiariis itinerantibus evocati, per attornatos ſeu procuratores ſuos literatorie conſtitutos, contra libertatem & conſuetudinem eccleſiæ, minime admittuntur: ſupplicandum eſt ergo domino regi, ut ſuſtineat, quod per literas procuratorias admittantur procuratores ſeu attornati eorundem, & juſtitiarii moneantur, quod tales cum literis competentibus admittant attornatos. Si vero ſic non admittantur, & quia perſonaliter non venerit prælatus, condemnetur, & poſtmodum diſtringatur; providemus, quod procedatur contra attachiantes & diſtringentes, prout ſuperius eſt expreſſum.

Prælati etiam & clerici venire coram magiſtratibus ſecularibus diſtringuntur, oſtenſuri quo jure aut quo warranto utuntur libertatibus, quibus a longo retro temporibus ipſi ſeu prædeceſſores ſui uſi ſunt pacifice nomine eccleſiarum ſuarum; alioquin impediuntur uti libertatibus prædictis; (unde) providemus, quod ſic vocati de jure aut warranto ſuo non reſpondeant; & ſi ſuper hoc diſtringantur, vel alias condemnentur, procedatur contra condemnantes & diſtringentes, ut ſuperius annotatur. Et ſi retineatur prælatus, archiepiſcopus cum epiſcopis requirat eum, & puniat detentores. Et ſi libere non dimittatur, ad interdicta, ut ſuperius, procedatur.

Aliquando quidem eccleſiis & prælatis principes & alii Chriſti fideles poſſeſſiones & libertates dant & concedunt per ſuas chartas, in quibus hujuſmodi clauſula vel ſimilis continetur: “ Omnia, quæ ad me vel hæredes meos de tali feodo, vel poſſeſſione pertinent, vel poterunt pertinere, tali eidem eccleſiæ, vel monaſterio, ac eorum prælatis, & miniſtris, ſine aliquo retinemento, do, concedo, & præſenti charta confirmo. “ Si poſtmodum ſuper aliquo articulo de pertinentiis, qui in charta ipſa non fuerit A ſpecialiter expreſſus, in judicio ſæculari contentio moveatur, dicunt judices ſeculares, chartam illam eſſe vacuam & inanem, eo quod nominatim articulus ille non exprimitur in eadem: & ſi hoc verbum “ omnia, “ ſecundum eos, nihil continet, niſi quod fuerit ſpecialiter expreſſum. Et ſi articulus libertatum contentioſus in charta ſpecialiter exprimatur, dicunt iidem judices, chartam ipſam eſſe vacuam, & invalidam, ſi eccleſia vel monaſterium uſa non fuerit hujuſmodi libertate; providemus, quod juſtitiarii et alii judices ſeculares, eccleſiaſticos vel loca religioſa, perverſa interpretatione hujuſmodi ſuis poſſeſſionibus ſeu libertatibus defrau- B dantes, moneantur per locorum ordinarios, in quibus talia judicia exercentur, quod ſub talis interpretationis velamento, poſſeſſiones, libertates, et jura eccleſiaſtica perturbare ſeu intervertere non præſumant; quod ſi monitionibus non adquieverint eorumdem, per excommunicationis & interdicti ſententias dictorum juſtitiariorum, et judicum prout clerici fuerint vel laici, iniquitas per formam ſuperius annotatam reprimatur.

Licet etiam dominus rex, magnates, aliique Chriſti fideles terras, poſſeſſiones, in liberam, puram, et perpetuam eleemoſynam, eccleſiis et viris eccleſiaſticis pie duxerint conferendas, nihilominus cum vicecomites, C ac ſui ballivi compellunt hujuſmodi perſonas eccleſiaſticas pro dictis terris et poſſeſſionibus ſectam facere ad ſuam curiam laicalem, contra donationis formam, et officium pietatis, et jura eccleſiarum, et poſſeſſiones, quibus uſi ſunt a longis et antiquis temporibus retroactis, perturbantes, niſi de conceſſionibus originalibus, et chartis ſuis, forte vetuſtate vel alio modo deperditis, vel conſumptis, fidem fecerint coram eis; providemus, quod ſi diſtrictio fiat pro hujuſmodi ſectis a donatoribus et fundatoribus ſive eorum hæredibus, vel aliis eorum ſucceſſoribus ſuccedentibus qualitercunque, per cenſuras præmiſſas eccleſiaſticas penitus re- D primentur: ſi vero a capitalibus dominis fiat diſtrictio pro dicta ſecta, quam eccleſia vel monaſterium ante facere non ſolebat, compellentes et diſtringentes modo ſimili arceantur.

Quandoque etiam laicis inteſtatis decedentibus dominus feodorum non permittunt ipſorum debita ſolvi de bonis mobilibus eorundem, nec in uſus liberorum ſuorum, & parentum, vel alias per diſpoſitionem ordinariorum pie diſtribui pro defunctis; providemus, quod domini & eorum ballivi, ut a talibus impedimentis deſiſtant, moneantur, & monitionibus non parentes, ſaltem pro illa portione, quæ defunctum contingit, per E excommunicationis ſententiam compeſcantur. Eodem modo procedatur contra eos, qui adſcriptorum & aliorum ſervilis conditionis teſtamenta impediunt, contra conſuetudinem Anglicanæ eccleſiæ hactenus approbatam.

Prædicta denique remedia tam ad præſentia quam ad futura gravamina ſe extendunt; præſertim a tempore excommunicationis de conſenſu regis & magnatum regni, Londini per

Anno Christi 1259.

per prælatos solenniter promulgatæ in transgressores chartæ communium libertatum.

Archiepiscopi & episcopi de consensu & approbatione inferiorum prælatorum, capitulorum cathedralium & conventualium, necnon universitatis totius cleri Angliæ, pro reformatione status ecclesiæ Anglicanæ, & reparatione ecclesiasticæ libertatis, hæc prædicta communiter & concorditer providerunt.

A De hoc concilio Mertonensi paucula recitat MS. Digby in bibl. Bodlej. Oxon. n. ii. f. 184. b. 185. a. "A. D. MCCLVIII. fuit concilium Bonifacii archiepiscopi, & omnium suffraganeorum suorum apud Mertune, scil. die Jovis in festo S. Barnabæ apostoli, ad quassandam decimam totius ecclesiæ Anglicanæ per Alexandrum papam concessum."

Anno Christi 1259.

AD CONCILIUM RAVENNATENSE PROVINCIALE

Pro decernendo subsidio pecuniario in Tartaros,

Anno 1259. ut fertur, melius 1261.

ADDITIO ET ADNOTATIO CHRONOLOGICA.

Ex An. 1259. ad 1261. translatum

" AD Concilium Ravennatense anni 1259. monuit sapienter Cossartius, annum 1259. perperam, sua quidem opinione, concilio huic adscribi; transferendumque maluisse se in annum 1261. quo concilia per provincias haberi pro decernendis in Tartaros pecuniariis subsidiis pontifex scriptis circumquaque literis mandavit. Hanc viri docti conjecturam approbant illæ, quas mox subjicio, deputationis literæ ex archivo Ravennatensi nunc primum expromptæ & in concilio pro auxilio in Tartaros decernendo coacto evulgatæ. Cum recondi illas in chartario Ravennatensi ex Montfauconii bibliotheca Bibliothecarum Msarum didicissem, R.P. Priorem D. Dominicum Tomasi Cælestinum, virum doctum & amicum meum singularem Cæsenæ agentem conveni, rogans ut ex proxima Ravennæ urbe hoc mihi documentum procuraret. Ille statim, qua est erga me humanitate, sollicitavit amicos, & per illos Rev: Dominum Josephum Aloysium Amadesi Archivi illius præfectum, cujus diligentia votorum meorum D brevi compos effectus sum. Nam & literas misit & subscriptione sua ac sigillo munivit. Has ergo ex me primum habent lectores; quid ferant, cui anno concilium adscribendum sit, ex illis intellecturi.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Prona preceps ad malum audacia, freno divini timoris confracto, humilium innocentiam multipliciter inquietat, credens ad suum provenire perfectum excidium aliorum. Cui venerabiles Patres Al. Mutinensis, R. Liviensis, T. Imolensis. N. Cesenas, Joannes Foropopuliensis, Jacobus Faventinus, Joannes Cerviensis, C. Regiensis, Joannes Saxenas, F. Adriensis, O. Parmensis, & M. Comaclensis episcopi, & Magister E Sinigardus archipresbyter Bononiensis procurator domini O. Bononiensis electi volendo salubriter obviare, attendentes, quod temeritas impunita temeritates cumulat puniendas, & quos timor Dei a malo non revocat, coerceat saltem severitas disciplinæ, venerabili Patri Domino, Dei & Apostolica gratia sanctæ ecclesiæ Ravennatensis archiepiscopo committunt totaliter vices suas, ut ipse auctoritate omnium eorumdem, & ipsorum singulorum possit excommunicationis, & suspensionis in personas, & interdicti in civitates, castra & loca alia ferre sententias, si communia, & speciales personæ ipsorum invaserint, violaverint, seu detinuerint, sive vi, vel clam occupaverint C bona, possessiones, castra, terras, homines, jura, rationes, & jurisdictiones ecclesiæ Ravennatensis, ac ecclesiarum ipsorum episcoporum, & aliarum ecclesiarum, monasteriorum, Venerabiliumque locorum totius archiepiscopatus Ravennæ, & si statutarii civitatum, & locorum eorumdem statuta fecissent, vel facerent in futurum, per quæ jura, & jurisdictiones, & alia supradicta ipsarum ecclesiarum impediri vel minus possent; in ipsos, & ipsorum quemlibet, & in observatores ipsorum, ac terras eorum dictas, auctoritate ipsorum possit ferre sententias, nisi prædicti occupatores, detentores, violatores, & turbatores, ac ceteri alii ab injuriis, molestiis, & occupationibus hujusmodi destiterint, & statutarii, & observatores statutorum de ipsorum capitulariis statuta eadem abradi curaverint, nisi infra duos menses post quam munitionem suam duxerit faciendam. At si propter aliquorum malitiam, seu potentiam ipsius domini archiepiscopi monitio ad supradictos pervenire non posset, idem archiepiscopus ipsam fieri faciat in aliquo loco publico, de quo ad ipsos verisimiliter valeat pervenire, quam illam firmitatem habere volunt, ac si eis, & in ipsorum præsentia esset facta: firmantes ad invicem, quod quilibet eorumdem episcoporum sententias ferendas occasione invasionum, ac aliorum supradictorum per eundem dominum archiepiscopum, denuntiare, & publicare per se, ac alios sibi subjectos ad mandatum ipsius domini archiepiscopi teneatur, vel ecclesiæ Ravennatensis. Qui vero inobediens fuerit circa denuntiationem, & publicationem hujusmodi, ipsius inobedientiæ facto ab ingressu ecclesiæ, & divinis Officiis per unius mensis spatium sit suspensus,

con-

ANNO CHRISTI 1260.

contra quem præfatus dominus archiepiſcopus ad pœnam aliam, prout ipſius protervitas meruerit, procedere valeat, ad quod iidem epiſcopi jam dicto domino archiepiſcopo voluntate propria ſe ſubmittunt, ita quod propter hoc nihil juriſdictionis dictorum epiſcoporum ullatenus adimatur.

Facta fuit hæc commiſſio in provinciali concilio per eumdem dominum archiepiſcopum congregato in ſancta majori eccleſia Ravennatenſi de mandato ſummi pontificis ſuper facto tartarorum, ubi præfati epiſcopi erant præſentes, & ut ſupra legitur in omnibus voluerunt. Sub anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo, tempore domini Alexandri papæ quarti, die quarto exeunte Martio Indictione quarta, præſentibus teſtibus ad hæc vocatis domino comite Rogerio de Bagnacavallo, domino Aymerico cardinale, & domino Guezzo cantori eccleſiæ Ravennatenſis, Joanne Samantino de Forlivio, Alberto archipresbytero Urian Brixienſis diœceſis Trudone cantore S. eccleſiæ Ravennæ, Jacobino clerico dicti domini archiepiſcopi, fratre Jacobo de Regio hoſpitalis S. Joannis Jeroſolymitani, & Ugone notario Livienſi, & aliis m.

L. ✠ S.

Ego Bartholomæus filius quondam Cambii notarius, imperiali autoritate notarius, dictis interfui & mandato prædictorum dominorum epiſcoporum ſcripſi.

Ego Octavius Bononienſis electus volens omnia ſupraſcripta, quantum ad me ſpectat, ratione Bononienſis eccleſiæ & epiſcopatus Bononienſis & juriſdictionis mihi competentis valere & pleniſſimum robur obtinere in omnibus, conſenſum præſtitum per dominum magiſtrum Sinigardum archipresbyterum Bonon. meo nomine & Bononienſis eccleſiæ & epiſcopatus Bononienſis, et omnia quæ fecit in ſupradictis et quolibet ſupradictorum, approbo et rata et firma habeo, et eis omnibus propria manu ſubſcribo.

SYNODUS CYPRIA GRÆCORUM

In qua ritus ſacramenta adminiſtrandi de ſcripto traditur,

Anno circiter 1260. *habita.*

An. 1260. SYnodi hujus perbrevis mentio facta eſt ab Allatio in tractat. de octava ſynodo Photiana pag. 506. his verbis: *Proferimus ſynodum antiquiorem* (antiquiorem ſcilicet Florentino concilio) *in qua ſeptenarius iſte numerus digeſtus eſt; modus item dicta Sacramenta adminiſtrandi, ex antiquorum concili rum, patrumque ſcriptis collectus deſcribitur. Ea eſt ſynodus Cypria ſub Germano Amathuntis epiſcopo, ac ſummo Græcorum in inſula Cypri antiſtite, anno Domini* 1260. *inter vivos agente.*

BURDEGALENSE CONCILIUM

In cauſa virium comparandarum pro coercendis Tartaris in terram Sanctam & Hungariam inundantibus,

Anno 1260. *habitum.*

Alexandri papæ quarti literæ ad archiepiſcopum Burdegalenſem, quibus hortatur eum ad congregandum ſuffraganeorum concilium, in quo deliberatur de modo reſiſtendi Tartaris.

An. 1260. Affert Mart. Vet. Mon. t. VII. pag. 168. Ex MS. Cod. D. Chauvelin.

.... Hinc eſt quod univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & exhortamur attente, vobis per apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus convocatis per te, frater archiepiſcope, ac per eos quibus id commiſeris, & ſi opus fuerit, eccleſiaſtica cenſura coactis ad provinciale concilium provinciæ tuæ prælatis tam regularibus quam ſecularibus, tam exemptis (quibus ex convocatione tua nullum volumus ad libertates & immunitates eorum in poſterum præjudicium generari, nullumque ipſis contra convocationem & coactionem hujusmodi, quantum ad hunc ſpectat articulum, ex privilegiis vel adminiculis libertatum exentionumve ſuarum excuſationis ſeu exceptionis provenire præſidium) quam etiam non exemptis, celeriter convenientes in unum communi providentia diſponatis, quomodo per exhortationis verbum populi vobis ſubditi ad reconciliandum ſe Deo, Deumque ſibi dignis pœnitentiæ fructibus, nec non ad reformandam in ſeipſis communionem pacis mutuæ efficaciter inducuntur, ut divinæ ultionis iracundia contemtu ſuccenſa, ſpectantium devota pœnitentia & in cœlum ad Deum clamantium humilitate placetur. Quia nulla eis hoſtium nocebit adverſitas, qui nullam ſibi vitiorum aut diſſenſionum dominari permiſerint pravitatem.

Deinde circumſpectæ deliberationis examine præcogitare curetis, quibus modis, quibusve remediis, ac quibus ſubſidiis eccleſiaſticis & mundanis, ad reſiſtendum eiſdem Tartaris, tam in terra ſancta quam impetunt & invadunt, quam in regno Hungariæ atque terra Poloniæ, aliiſque locis, unde ad alia occupanda Chriſtianorum regna violentum nituntur habere ingreſſum; conflentur in unum vires populi Chriſtiani: nam tantæ tamque improbæ multitudinis irruptionibus cohibendis unius regis vel regni non ſufficerent facultates.

Pro-

Proſpiciendum eſt quoque, quibus pœnis quibusve diſtrictionibus & cenſuris ſpiritualibus & temporalibus coerceri Chriſtianos cujuscumque præcellentiæ ſeu conditionis oporteat a confœderationibus cum eisdem Tartaris ineundis; ne qui fidem, quam habent cum Deo & religionis catholicæ proximis, irritam facientes, quicquam attentent in contumeliam & jacturam nominis vel populi Chriſtiani.

Quæ inſuper regio, cui, quibusve modis & viribus contra eosdem Tartaros ſuccurrere teneatur: qui etiam duces ſive capitanei præfici debeant fidelis exercitus in bello Domini contra infidelium ſatellitia proceſſuri: quæ demum & qualia ſubventionis auxilia pro his exequendis particulariter indici debeant clericis & populis Chriſtianis.

De reliquis nihilominus providentiæ opportunæ ſuffragiis in tanto negotio aliquid contingentibus conferendis, ſecundum datam vobis a Deo providentiam, Dominum & univerſale periculum habentes præ oculis, & ſuper omnibus deliberatione habita diligenti, uſque ad octavas apoſtolorum Petri & Pauli proxime futuras, quod utique temporis ſpatium, inſpecta neceſſitatis inſtantia, nulli videri debet anguſtum, aliquos ex vobis, vel alios nuncios veſtros, viros idoneos, providos & honeſtos, ac ſufficienter inſtructos, & a vobis plenum mandatum habentes ſuper præmiſſis omnia faciendi, quæ vos perſonaliter præſentes facere valeretis, ad ſedem apoſtolicam deſtinetis, per quos nobis ſuper præmiſſis omnibus circumſpectionis veſtræ voluntas & conſilium innoteſcat; & quorum communicato conſilio prædicta ſedes provida deliberatione ſtatuat, diſponat & ordinet, quæ in tam arduo Chriſtianitatis negotio publicæ ſalutis utilitas poſtulabit.

Confidimus enim conſtanter in Domino, quod ſi congruo univerſa hæc ordine inſtruantur, Tartarica feritas Chriſtianos ad reſiſtentiam paratos inveniens, & divinæ gratiæ præſidio, ac humanæ providentiæ conſilio præmunitos, experietur ſibi apud eos terrorem multitudinis, pavorem, monſtra fictitia, circumventionum dolos, & diſſentionum ſchiſmata, per quæ inconſultis, & alienis a Deo prævaluere nationibus, minime profuiſſe: quin potius, Deo ſuis favente, probabunt quantum in bello fidelium contra perfidos, ac digne invocantibus valeat nomen Chriſti.

Si vero te, frater archiepiſcope, abeſſe, vel, quod abſit, deeſſe contingat, vos, filii, Burdegalenſe capitulum, auctoritate apoſtolica freti, hæc omnia exequi procuretis. Datum Laterani XV. cal. Decembris, pontificatus noſtri anno ſexto.

RESPONSIO CONCILII

Burdegalenſis, ad Alexandri IV. epiſtolam.

I.

Ibid. ILla tuba terribilis, quæ ſub incertis rumoribus noſtris dudum auribus inſonuerat, nos plus ſolito terruit aliquantulum, receptis veſtræ ſanctitatis litteris, proceſſum continentibus Tartarorum, prout diverſis mundi partibus delatum fuerat ad eamdem.

II.

Sane quia de conflando in unum vires populi Chriſtiani fiebat mentio in eisdem, ad quod viam neſcimus nec poſſumus aperire, cum regna ſingula ſuis regantur conſiliis, quorum ſententiam ignoramus; ut tamen vires regni Francorum provida deliberatione collectæ ad tuitionem ipſius & aliorum defenſionem pro loco & tempore cum inclyto domino & Chriſtianiſſimo rege noſtro & majoribus regni baronibus tractatum habuimus diligentem; & ut poſſet, ſi res exigeret, efficaciter reſiſti Tartaris, tractavimus cum eisdem quod communis collecta fieret, ſicut commune periculum imminebat, in qua conferrent prælati cum baronibus, milites cum principibus, & tam religioſi, quam laici univerſi. Nec enim ſola eccleſia ad tot & tanta onera ſupportanda ſufficeret, multis aliis negotiis jam attrita.

III.

Verum cum in tanta nobilium multitudine diverſitatem corporum ſequeretur diverſitas animarum, & alii circa alias trahe rentur ſententias, licet dominus rex Francorum inſtiterit fideliſſime, ut omnes uno ſpiritu onus hujuſmodi ſubiremus; tamen non potuit tam repente inter nos & barones de forma ſervanda finaliter convenire. Propter quod domino regi placuit, quod nos & ipſi infra quindenam Pentecoſtes ad ipſius præſentiam redeamus, & ſperatur quod tunc, Domino concedente, tractatus laudabiliter & utiliter inchoatus, laudabilius & utilius conſummetur.

IV.

Nos vero interim juxta beatitudinis veſtræ mandatum, communi providentia diſpoſuimus, quod nos populos nobis ſubjectos ad reconciliandum ſe Deo, Deumque ſibi, per nos exhortabimur diligenter, & faciemus per alios exhortari. Proceſſiones prima die Veneris cujuslibet menſis, orationes & jejunia, eleemoſynas & alia bona in ſingulis provinciis, prout expedire videbitur, inducturi; & etiam ſpeciales collectas in miſſis cum pſalmo: *Deus venerunt gentes*, pro flagello Domini removendo. Et nihilominus operam dabimus, quod inter diffidentes pax mutua reformetur.

V.

Item, præcogitavimus, quod ſi periculum adhuc immineat, quod a multis ceſſare dicitur, utpote, Tartaris tam in tranſmarinis quam in ciſmarinis partibus pro magna parte, ut aſſeritur, jam devictis, de communi aſſenſu omnium eccleſiaſticarum & ſæ-

ANNO CHRISTI 1260.

& fæcularium perfonarum commune fiat, ut fupraſcriptum eſt, ſubſidium, cum periculum & negotium ſit commune. Sola enim eccleſia pluribus hominibus & gravaminibus jam attrita, tantum onus portare jam non poſſet aliquatenus, nec intendit. Quod ſi, urgente neceſſitate, oportuerit fieri ſubſidium, ſicut communi conſenſu levabitur, ita communi conſenſu, & de domini regis conſilio ſervetur, & in illam cauſam, non aliam, ſive in illud negotium et non aliud expendatur, cum pro certo credamus, quod alias barones, milites & alii laici induci non poſſent ad hujusmodi ſubſidium cum eccleſiis faciendum.

VI.

Proſpeximus etiam, quod omnes Chriſtiani, cujuſcumque conditionis vel dignitatis exiſtant, qui fidem Chriſtianam irritam facientes, confœderati ſunt vel confœderabuntur Tartaris antedictis, pœnis illis ſubdantur in perſonis & rebus ac eorum hæredibus, quas jura contra hæreticos ſtatuerunt.

VII.

Item, proſpeximus, quod quælibet regio vicinior illi regioni ſive regno ſuccurrat, cui majus periculum videbitur imminere.

VIII.

De capitaneis certum dare reſponſum non poſſumus, quia qui principes vel magnates ſunt aſſumpturi negotium, ignoramus; ubi tamen neceſſitas id expoſcet, conſulimus, ut viri ex ſe potentes et ſtrenui et prudentes in armis, quibus ſubeſſe non dedignentur diverſarum homines nationum, præficiantur exercitui Chriſtiano.

IX.

Quamvis autem videatur expediens, immo potius neceſſarium, ſaltem quantum ad regnum Franciæ, quod ſuper præmiſſis ordinatio nulla fiat, donec parlamenti prædicti, quod dominus rex ad quindenam Pentecoſtes propter hoc convocabit, ſciatur finalis eventus. Nos tamen propter bonum obedientiæ, ... tales nuncios noſtros, viros utique providos et diſcretos, ad veſtram ſanctitatis præſentiam deſtinamus, dantes eiſdem poteſtatem faciendi præmiſſa, prout ſuperius ſunt expreſſa, quæ faceremus ſi præſentes eſſemus; nec alia, inſpectis gravaminibus et oppreſſionibus eccleſiarum noſtrarum propter ipſarum grave incommodum, facere valeremus.

X.

Ceterum extitit ordinatum de conſenſu prælatorum, ne torneamenta fiant uſque ad duos annos; nec etiam aliquis præſumat dextrarium emere ultra ſummam centum librarum Turonenſium, nec palafredum ultra ſummam xxx. librarum Turon. Quod ſi acciderit, venditor pretium, et emtor dextrarium amittat, vel etiam palafredum.

XI.

Item, extitit ordinatum, quod omnis ludus penitus poſtponatur, niſi ludus arcuum vel etiam baliſtrarum.

XII.

Item, quod omnes villæ, ſive caſtra, vel etiam firmitates, (a) arma habeant et neceſſaria ad pugnandum. (a) arces

XIII.

Item, quod ſtatutum alias factum, de non jurando turpiter membra Dei, melius ſolito obſervetur.

XIV.

Voluit dominus rex et petiit a prælatis ne figura crucis poneretur in tumulis, neque in aliis locis, ubi poſſet aliquatenus inhonorari vel etiam deturpari.

XV.

Petiit etiam a prælatis, quod in eccleſiis ſeu locis aliis facerent nuntiari, quod in paſſione Domini, ubi ejuſdem tranſitus nuntiatur, presbyteri, plebes et clerici genua flectant, ob reverentiam tanti beneficii nobis a Deo collati, et gratiarum multimodas actiones.

ANNO CHRISTI 1261. 1265. 1266.

URBANUS PAPA IV.

Sedit ab anno 1261. usque ad 1264.

PONTANUM IN HIBERNIA CONCILIUM

In quo constitutiones ecclesiasticæ dantur,

Anno 1261. habitum.

Ex MS. penes Rev. episcopum Clogherensem, Synod. MCCLXII. Pontanæ, fol. 282. A.

An. 1261. Extat ap. Wilk. t. I. p. 757.

FEria 2. Lunæ, 18. mensis Januarii, anno Dom. MCCLXII. frater Patricius Oscanlan, archiepiscopus Armachanus, & Hiberniæ primas, concilium celebravit apud Pontem cum suffraganeis provinciæ suæ, & & quibusdam suffraganeis provinciæ Tuam, sibi jure primatico subjectis, & quibusdam canonicis cathedralibus & consilio domini Dublin. cui interfuerunt justitiarius, & quidam magnates Hiberniæ, & ibidem privilegia ecclesiæ Armachanæ de jure primatiæ post revocationem in curia Romana publicata fuerunt.

Item in eodem concilio fuerunt multa statuta & constitutiones editæ & publicatæ, ad ornamentum ecclesiæ & salutem nostram, sicut patet in iisdem.

Item in eodem concilio contentio, quæ orta fuerat inter prædict. dominum nostrum, et episcopum, et clerum Midensem, fuerat sedata, post multas appellationes & magnas expensas Midensium ad curiam Romanam; licet in fine nihil obtinuissent. In cujus causæ procuratione ipsorum procurator magister Gilbertus archidiaconus Slenanensis in curia Romana ingressus est viam universæ carnis, et sic demum ad hoc devenerunt, quod liceret prædicto Armachano & suis successoribus perpetuo sine aliquo offendiculo prædict. episcopum & clerum Midenses, et suos successores tam in capite quam in membris visitare, sicut patet in prædict. Midensium instrumentis super hoc confectis.

CLEMENS PAPA IV.

Sedit ab anno 1265. usque ad an. 1268.

An. 1265.

CONCILIUM TARRACONENSE

Anno 1266. habitum.

I.

An. 1266. Extat ap. Mart. Vet. Mon. t. VII. p. 171. ex MS Cod. Colbert.

ANno Domini MCCLXVI. XII. calendas Novembris, cum nos Benedictus miseratione divina Terraconensis archiepiscopus essemus in civitate Terracona personaliter constituti, præsentibus venerabilibus fratribus Arnaldo Cæsar-augustano, Arnaldo Valentino, Ar. Barchinonensi, Petro Gerundensi, D. Dertusensi, G. Ilerdensi, F. Tirasonensi, & R. vicensi episcopis, aliorum etiam suffraganeorum nostrorum et capitulorum ecclesiarum cathedralium et aliorum prælatorum Terraconensis provinciæ procuratoribus, ac venerabilibus et discretis viris fratre Guidone de Laguespa castellano Empostæ, et fratre Petro de Queraldo tenente locum magistri domus militiæ Templi in Aragonia et Catalonia præsentibus, ad honorem sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus S. concilium celebrantes super tuitione et conservatione ecclesiasticæ libertatis, et corrigendis clericorum excessibus, et moribus in melius reformandis, ac super salubri et tranquillo statu totius provinciæ Terraconensis, cum prædictis tractavimus diligenter, et de assensu prædictorum, venerabiles fratres nostros dominos Cæsaraugustanum et Vicensem episcopos, et fratrem Petrum de Quiraldo pro tractanda pace inter nobiles viros comitem Urgellensem et Remundum vicecomitem de Cardona et eorum valitores, dicto pendente concilio, duximus destinandos, qui episcopi nobis vices suas totaliter commiserunt in his quæ agenda et tractanda essent in concilio memorato. Attendentes igitur quod constitutiones editæ ac edendæ parum essent, si non esset eorumdem diligens executor, sacro approbante concilio mandamus firmiter et districte, quod constitutiones quæ per bonæ memoriæ dominum I. * Sabinensem episcopum olim in Hispaniæ partibus apostolicæ sedis legatum, et prædecessores nostros, ac nos etiam in conciliis provincialibus editæ sunt, ab universis et singulis nostræ provinciæ inviolabiliter observentur, easdem constitutiones ex certa scientia confirmantes. Verum cum in constitutione bonæ memoriæ domini Petri prædecessoris nostri, quæ incipit: *Olim excommunicasse, &c.* caveatur quod loca, ad quæ præda clericorum, ecclesiarum, vel personarum religiosarum, seu hominum eorundem violenter accepta pervenerit, quamdiu ibi fuerit, cessent penitus a divinis; volentes invasorum et raptorum excogitatis malitiis et machinationibus, quantum cum justitia possemus, obviare, declaramus et constituimus, quod loca in quibus hu-

* Joannem

ANNO CHRISTI 1266 1267.

hujusmodi præda vendita, vel alio modo alienata vel consumta fuerit, tamdiu cessent penitus a divinis, quousque condigna satisfactio damna passis facta fuerit per eosdem,

II.

Contra capientes clericos.

Item, cum clerici et personæ ecclesiasticæ majori quam res eorumdem debeant privilegio et immunitate sive libertate gaudere sacro approbante concilio, statuimus quod loca ad quæ occisores et mutilatores A clericorum, et personarum ecclesiasticarum, ac capientes eosdem pervenerint, cessent penitus a divinis.

ANNO CHRISTI 1266. 1267.

III.

Contra invasores & occisores clericorum.

Item, quia facientes et consentientes pari debent pœna damnari, eodem concilio approbante, receptores eorum qui occidunt et mutilant, vel capiunt clericos, vel personas ecclesiasticas, excommunicationis sententia innodamus.

CONSTANTINOPOLITANUM SCHISMATICORUM CONCILIUM

Quo in Arsenium Patriarcham anathema dictum,

Ann. 1266. circ. habitum.

An. 1266. circ.

ARsenio Autoriano patriarchæ CPtano, quod partibus Joannis Ducæ esset addicior aversatus Michael Palæologus mille in eum calumnias invexit, et mille insectationibus vexavit. Tandem diem illi dixit ad synodum CPtanam, *quasi insidiatores excitasset, qui eum occiderent. Quocirca mœcha synodus excommunicationis censuram in me emisit; ac ego ipsum me segregationi subdidi, si de quoquam ejusmodi essem conscius; sin minus calumniæ authores insidiarumque, iisque credulos excommunicavi.* Verba sunt Arsenii in suo testamento vulgato a Coteleṛio Monum. Ecclesiæ Græcæ tom. II. pag. 175. &c. Synodi hujus annus ultra 1264. protrahi haud posset, si vetustus ille Nicephori catalogus Constantinopolitanorum Patriarcharum a Bandurio vulgatus et expensus Imper. Orient. tom. II. pag. 164. teneretur; cum binis annis ante regressum Græcorum CPim rebus sacris præfuisse Arsenius ibidem notetur. Verum ex eodem testamento intelligimus post triennium a capta CPoli, idest anno 1264. cœpisse Michaelem acerbius invehi in Patriarcham, quoadusque illum tandem exilio ejecerit. Post exilium in eum iterum evocatum ea molitus est Imperator synodo convocata quæ superius descripsi. Fit inde ut Arsenius Constantinopoli redditus patriarchatum suum ultra biennium a recuperata urbe prorogaverit. Quare synodum anno circiter 1265. assignaverim, et in catalogo Nicephori mendum quoad annos sedis irrepisse tenuerim.

AD VIENNENSE CONCILIUM

A Guidone A. S. L. in Germania Legato,

Anno 1267. habitum

ADDITIO.

An. 1267.

PRæter canones in hoc concilio sancitos, quos Labbeus ex Canisio primum, dein emendatiores Harduinus ex Lambecio dedit, exhibenturque in Veneto Labbeana editione tom. XIV. pag. 360. sopita est pariter in hoc ipso concilio controversia, quæ geminas insignes ecclesias Brixiensem & Frisingensem inter se committebat. Publicæ fœderis hujus tabulæ apud P. Meikelbech. Hist. Frising. tom. II. par. II. pag. 57. leguntur, ex quo hic damus.

Quod scripturarum confirmat auctoritas, non potest veritatis inimica oblivio, nec improborum improbitas infirmare. Proinde notum sit omnibus tam præsentibus, quam futuris, quod cum olim quæstio, seu discordia orta inter Ven. patres Ch. quondam Frisingensem, et Brunonem Brixinensem episcopos super jure patronatus ecclesiarum sitarum in districtu Inticinensi in fundo et patrimonio Frinsingensis ecclesiæ Brixinensis dioecesis esset per arbitrium sic sopita, quod dominus B. et capitulum Brixinen. recognoverunt Frisingensem episcopum esse verum patronum ecclesiarum jam dictarum, et ad præsentationem pro tempore Frisingensis episcopi personas fore per Brixinensem episcopum instituendas in ecclesiis eisdem, prout in instrumento signato sigillis eorumdem patris et domini B. episcopi et capituli Brixinen. liquide est expressum; et procedente tempore, mortuo præmisso domino C. Frisingensi episcopo, et Venerabili patre et domino C. qui nunc superest in eadem ecclesia substituto, vacantibus in Iticena, Silian ecclesiis, et Capella valgrat, sitis in fundo ecclesiæ Frisingensis, ipse venerabilis pater et dominus B. Brixinensis, forte immemor arbitrii præmissi, credensque ordinationem jam dictarum ecclesiarum et capellæ ad se pleno jure spectare personas præsentatas a domino C. venerabili episcopo Frisingensi ad ipsas ecclesias et capellam admittere recusa-

ANNO CHRISTI 1267. 1268.

favit ordinando ipsas de personis pro suæ libito voluntatis. Cumque inter memorato svenerabiles patres et dominos C. Friungensem et B. Brixinensem episcopos super jure patronatus dictarum ecclesiarum, ac aliarum sitarum in fundo Frisingensis ecclesiæ Brixinen. diœcesis foret discordia, seu etiam renovata, ipsis dominis episcopis personaliter venientibus Wiennam ad solemne concilium celebratum a venerabili patre, et domino Guidone tituli S. Laurentii In Lucina presbytero Kardinali apostolicæ Sedis legato, hujusmodi quæstio, Venerabili patre et domino Petro Pataviensi episcopo interponente amicabiliter partes suas, taliter est decisa, quod idem dominus Brixinen. episcopus exhibitis sibi litteris signatis suo et capituli sui sigillis, continentibus seriem arbitrii supradicti, recolens factum proprium de plano et præcise recognovit dictum episcoporum dominum C. Frisingen. patronum ecclesiarum sitarum in fundo Frisingen. ecclesiæ suæ dioecesis, revocans et corrigens provide, quæ de ipsis ecclesiis contra primum arbitrium improvide attemptavit, et ad præsentationem A ejusdem domini C. Frisingen. episcopi Marquardum Inticinensem canonicum sacerdotem in ipsa parrochiali ecclesia apud Inticenam, et Wihelmum Inticinensem canonicum in ecclesia Sylian et ..... filium de S. Michaele clericum in capella Valgrat. ad præsentationem Friderici Inticinensis Præpositi canonice instituit, promittens firmiter, quod, contra prædictum arbitrium editum super jure patronatus dictarum ecclesiarum de cætero non veniret. Et ut omnia præmissa debitum robur obtineant firmitatis, placuit memoratis partibus, Dominis videlicet et patribus Frisingensi et Brixinen. episcopis præsens scriptum ipsius venerabilis patris et domini Brixinensis episcopi, et venerabilis patris et domini Petri Patavien. B episcopi amicabilis compositoris in causa præmissa, nec non Menigoti et Hartmanni præpositorum, ac Wemhardi et Chunradi decanorum eorumdem Patavien. et Brixinen. ecclesiarum, et præpositi Novæ Cellæ archidiaconi præmissarum ecclesiarum sigillorum munimine roborari. Datum et actum Wiennæ, quinto Idus Maii an. Dom. MCCXLVII.

CONCILIUM IN DANIA

A Guidone A. S. L.

Anno 1267. habitum.

An. 1267. Religionis facies in Dania erat miserabilis quo tempore Ericus regni illius clavum moderandum suscepit, nam et ante non plures annos magna inter regem et ecclesiasticos præsules agitata fuerunt diffidia, et Jacobus Lundensis archiepiscopus carcerem sustinuerat; qua de causa ecclesiastico interdicto regnum universum subjectum est. Quamquam vero haud diu post interdictum illud ecclesiæ indulgentia relaxavit; pax tamen nequaquam coaluit; cui conciliandæ venisse in Daniam Guidonem cardinalem A. S. L. credo; venit enim ille anno 1266. teste chronologo Danico apud Ludevvig. Reliq. tom. IX. pag. 80. eaque occasione sequenti anno coactum concilium tradit idem chronologus: *A. C. CIↃCCLXVII. regnum denuo suppositum est interdicto, & renovatum, & celebratum est concilium a quatuor episcopis, scilicet Jacobo archiepiscopo Lundensi, Petro Roschildensi, Esgero Ripensi, Bondone Slesvvicensi, in quo concilio excommunicati sunt Tucho episcopus Arhusiensis, Joannes Burglanensis, & plures alii prælati.* Nec plura de hoc concilio.

AD LONDINENSE CONCILIUM

Ab Ottobono A. S. L.

Anno 1268. habitum

ADDITIO.

An. 1268. „ Latas in hoc concilio constitutiones ab „ Ottobono tit. S. Hadriani Diac. Card. „ et A. S. in Anglia legato Labbeus quidem „ ex Spelmanno dedit. Præter eas vero de „ actis in hoc concilio nihil addit. Mearum „ ergo partium fore duxi, subjectam ejusdem „ synodi historiam ex vetusto chronico „ tradere; quam novissimus Anglicanorum „ Conciliorum editor tom. II. pag. 1. suppeditat. „ Addam ex eodem variantia seu additamenta „ quædam ad capita nonnulla „ constitutionum Ottoboni, quibus illa suppleantur, „ quæ Labbeus ex minus forte integro „ codice exhibuit.

Ex chron. VVikes in hunc ann.

Anno quo summi Patris unigenitus semetipsum exinanivit formam servi accipiens MCCLXVIII. optatæ tranquillitatis firmitudine in cunctis Angliæ finibus solidata, venerabilis pater Ottobonus tunc legatus in Anglia, convocatis universis, et singulis regni prælatis tam majoribus quam minoribus, qui quocunque prælationis titulo præsidere videbantur, annuente Christianissimo Anglorum rege Henrico, in quindena paschæ, quæ ipso anno contigit VI. id. Aprilis in ecclesia cathedrali S. Pauli London. solemne concilium cum magnificæ potestatis gloria celebravit, in qua constitutionibus ultimi prædecessoris sui Ottonis sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis dudum apostolicæ sedis legati in Anglia summarie confir-

ANNO CHRISTI 1268. 1269.

firmatis; novas, quas ipſemet edidit, conſtitutiones, in conſpectu multitudinis legi fecit in pulpito, et publice divulgatas inviolabiliter obſervari conſtituit, et earum copiam pontificibus exhiberi decrevit, eas a prælatis, qui tunc præſentes extiterant, et eorum poſteris memoriter obſervandas: cumque quidam de pontificibus et aliis junioribus prælatis proſpicientes, et ſi poſſent, præcavere volentes quaſdam ex jam editis conſtitutionibus, quæ eorum juriſdictioni plerumque diminuere vel lædere viderentur, propter quod injuncta ſibi eorundem obſervantia eorum animos potiſſime titillabat, ſummi pontificis audientiam appellabant. At legatus diem craſtinum præfixit appellantibus, ut interim deliberarent an tota communitas appellationem interpoſitam proſequi vellet, vel a propoſito deſilire; ſed interim prælatos ſingulariter ſciſcitatos prudenter alloquebatur, et ſic eorum motus voluntarios obtundebat, ut omnes in craſtino vel ſponte vel metu interjectis appellationibus reſilirent. Legatus autem omnibus pro voluntate diſpoſitis convocatæ multitudini licentiam tribuit ad propria repetandi.

ADDITAMENTA QUÆDAM AD CAPITA NONNULLA CONSTITUTIONUM OTTOBONI.

Ad Cap. XLIX.

In fine additur: quod ſi ſint qui contra hoc ſalubre ſtatutum aliquid attentare præſumpſerint; anathematis vinculo feriantur et niſi eas revocaverint ab officio ſint ſuſpenſi.

Ad Cap. L.

Ubi in Labbeo eſt nulla deſideria; *Anglicana lectio melius emendat* nulla deſidia.

CONCILIUM APUD PERTHUM IN SCOTIA

Ab Ottobono A. S. L.

Anno 1268. *habitum.*

An. 1268. Ex Wilk. Conc.Brit. t. II. p. 19. Ex Scotichron. Paslat. lib. 10. cap. 24. & 25.

OTtobonus papæ legatus ad concilium in Anglia celebrandum citaverat clerum Scotiæ, qui per nonnullos procuratores comparens, ſtatuta legati obſervare recuſavit. Procuratores domum reverſi cum reliquis epiſcopis & clericis Scotiæ, concilium generale, more ſolito, apud Pertam celebraverunt. Hæc ſequentibus proſequitur verbis chronicon Paſlatenſe.

Anno ſequenti (ſcil. 1268.) citati ſunt per Ottobonum legatum omnes epiſcopi, ut ad quindenam poſt Paſcha coram eo ubicunque foret, comparerent ad ſuum concilium celebrandum. Similiter mandavit clero Scotiæ ut vel abbates duo vel duo priores pro toto clero Scotiæ mitterentur. Attamen epiſcopi communi conſilio pro ſe deſtinaverunt Richardum & Robertum Dunkeldenſem, & Dumblanenſem epiſcopos, ne quid ipſis abſentibus in eorum præjudicium ſtatueretur. Clerus vero reliquus pro ſe miſit abbatem de Dumfermelin, & priorem de Landore. Legatus quoque nova quædam ſtatuta tam de ſecularibus quam religioſis perſonis Scotorum præcipue conſtituit, quæ penitus clerus Scotiæ obſervare recuſarunt —— Abbas de Melros & magna pars conventus ſui in concilio apud Perth celebrato ſolenniter excommunicatus, eo quod pacem de Wedal infregerit, & domos epiſcopi S. Andreæ violenter invadentes quendam clericum interfecerunt, & alios plures vulneratos reliquerunt.

SEDES ROMANA VACAT

Ab anno 1268. *uſque ad* 1271.

ANGLICANUM CONCILIUM

De vigeſima ab eccleſiaſticis viris ſolvenda regi.

Circa menſem januarium vel februarium anni 1269. *ſtil. vet. nov.* 1270.

Ex Reg. VVig. fol. 26. *A.*

An. 1269. Ex Wilk. Conc.Brit. t. II. pag. 21.

QUantumcumque gravati fuerimus his diebus, cupientes tamen honeſtis deſideriis domini regis, & liberorum ſuorum, pro viribus acquieſcere ad tam pium propoſitum ſuum proſequendum; nos epiſcopi, qui præſentes ſumus, quantum in nobis eſt, parati ſumus gratanter ſubvenire de viceſima terrarum noſtrarum et tenementorum feodalium, quæ tenemus in dominico, et etiam nativorum noſtrorum ſeu ruſticorum ſex. taxationem per nos bona fide faciendam, abſque ulla taxatione per aliquem alium facienda. Ita quod hujuſmodi ſubſidium aſſignetur domino regi, vel primogenito ſuo, qui primo in terram S. transfretaverit, in ſubſidium ipſius terræ, et non aliud convertendum, et penes nos remaneat depoſitum, quouſque unus eorum iter arripuerit. Ita etiam quod nativi ſeu ruſtici noſtri nullatenus onerentur ulterius in tallagio laicorum. Et ne fiat nobis vel ſucceſ-

ANNO CHRISTI 1269.

cessoribus vel ecclesiis nostris in posterum A præjudicium occasione hujusmodi concessionis, petimus literas domini regis super hoc patentes.

Ad hoc ipsum concilium utcumque pertinent quæ hic subjungo Capita, quæ Wilkins *ex eodem, unde Concilium eruit, MS. codice produxit.*

Capitula quædam ad libertatem ecclesiasticam spectantia.

Contra oblationem dudum factam per episcopos de vicesima.

Cum sine concurrente consensu contrahentium nulla ex contractu, vel quasi obligatio oriatur ab offerentibus, non volenti etiam jam mutato proposito utrobique nihil penitus peti potest.

Item, verba illa parati sumus eis gratanter subvenire, &c. quæ nec promissionem nec pollicitationem, sed vix oblationem solam notant, nec obligant, nec liberant offerentem.

Item, oblationi prædictæ inest necessario hæc juris conditio: si apostolica auctoritas intercedat: qua omissa perjurio & anathemate inficit contrahentes, citra quam non potest dies præstationis cedere nec venire.

Item, licet promissionis oblatio vim haberet, ipsius tamen conceptæ in diem arripiendi C itineris versus terram S. dies non venit, circa quem nihil penitus peti potest.

Ad confœderandum prælatos. Ibid.

Ut vitium conspirationis nemini imponatur, poterit colligatio fieri ad observationem eorum, quæ sedes apostolica in privilegiis libertatum præcipit observari: saltem quoad ea capitula quæ contingunt ecclesiæ libertates, salvis obedientia & reverentia dictæ sedis, & fidelitate debita domino regi, et suis dominis feodorum.

Ad excitandam devotionem exemptorum.

Ne prælatis fiat injuria, dum exemptis gratia exhibetur, videtur expediens, quod alius quam diœcesanus non ordinet religiosos vel seculares clericos exemptorum. Idemque fiat in ministratione et distributione olei, et chrismatis consecrati, ut exinde suo diœ- B cesano devotiores existant.

Ad defensionem ecclesiæ.

Ad defensionem ecclesiæ Anglicanæ nonminus utiles, quam necessarii videntur procuratores communitatis totius cleri in curia Romana continue morari; et in curia regia attornati, quibus de communi substantia cleri necessaria ministrentur. Et si forte liberet duos episcopos ad defensionem hujusmodi deputare, omnium connotatio rarior esse posset.

Ad correctionem excessuum clericorum.

Ad correctionem clericorum impugnantium ecclesiæ libertates, coram loci officiali, publico tabellione et duobus testibus, caute extorqueantur confessiones eorum, et subsequenter contra eos in modum notorii procedatur.

CANTUARIENSE CONCILIUM

Prælatorum & cleri totius provinciæ in causa decimæ Regi Angliæ solvendæ,

Anno 1269. *habitum.*

Ex Wilk. Conc. Brit. t. II. p. 19.

Coram vobis, venerandi patres et episcopi provinciæ Cantuar. abbates, priores, rectores, et vicarii pro subsidio a do- D mino rege Angliæ petito, congregati, gravamina per regios exactores nobis illata ante oculos cordis revolventes, et præteritas oppressiones de futuris metuentes, eadem gravamina et oppressiones, ut ad regiam notitiam eveniant in primis patefacientes in scriptis, subsequenter ad petita, secundum quod nobis æquum fuerit visum, et juri consonum, intendimus respondere.

Gravata præteritis temporibus extitit ecclesia Anglicana primo, per quadragesimam, trigesimam, vigesimam, decimamquintam, decimam ante tempus guerræ domino regi a clero collatam. Secundo per deprædationes tempore guerræ factas. Tertio per dominum E legatum nuper in Anglia. Quarto intolerabiliter per decimam triennalem domino regi concessam, tam in capitibus, quam in membris.

Gravati sunt etiam tam archiepiscopi quam episcopi, abbates et priores, per hoc quod eorum maneria, et cætera eorum temporalia per laicos sunt taxata, contra formam juris canonici. Constat enim, quod aut indebite maneria eorum sunt taxata per laicos, aut indebitæ decimæ ab eis sunt exactæ, quia dominus papa solummodo de proventibus et redditibus ecclesiasticis domino regi decimam concessit, et non de laico tenemento, ut apparet in litera concessionis sedis apostolicæ in literis et aliis offensa. Si vero dicta maneria inter proventus et redditus ecclesiasticos debeant connumerari, tunc indebite per laicos sunt taxata; quia laicis disponendi de rebus ecclesiasticis nulla est attributa facultas. Et alio vero modo archiepiscopi, episcopi, abbates, et priores sunt gravati, quia non solummodo de fructibus prædiorum & nutrimentis animalium & aliis consuetis decimas domino regi dare sunt compulsi, sed etiam de suis redditibus annuis & perquisitis qualitercumque in curiis eorumdem & aliis commoditatibus omnibus, de quibus dominus rex & cæteri magnates Angliæ decimas Deo dare non consueverunt.

Gravati sunt ecclesiarum rectores, & vica-

ANNO CHRISTI 1269.

carii intolerabiliter, & modo hactenus inaudito. Ecclesiæ etiam eorum, quæ taxatæ fuerunt per episcopum Norvvycensem ad decem marcas, decima ad tunc domino regi pro suo voto crucis consimili concessa, modo sunt taxatæ ad XXVI. marcas & sic supra & infra, secundum qualitates & quantitates ecclesiarum.

Compellebantur etiam pro duobus annis similiter decimas exsolvere & quod auditui est horridum, cum dominus rex decimam de gratia sedis apostolicæ eidem concessam humiliter & devote, & cum gratiarum actione, secundum statuta lateranensis concilii deberet recipere; exactores regii gratiam in ingratitudinem & in novum genus excoriationis convertentes, si rectores & cæteri viri ecclesiastici propter paupertatem, vel alio modo primo die solutionis pecuniam paratam non habent, dicti exactores quatuor denarios non solum de qualibet marca, quæ fuerat domino regi nomine decimæ de gratia solvenda; sed etiam de singulis marcis ad rectores & viros ecclesiasticos pertinentibus juxta ultimam taxationem quatuor denarios extorserunt, quod antea sub nube Dei * nunquam fuit auditum, quod aliquis pro re sua propria pecuniam alii solvere compelleretur aut usuram, cum unusquisque suæ rei moderator debeat esse & arbiter.

* i. e. *sub cælo*.

Gravantur arbiter etiam alio modo per magistrum Sevitium, qui semper sedens Londoniis non solum a locis collegiatis per Angliam, sed etiam a rectoribus procurationes nititur extorquere, quamquam eædem procurationes, præterquam in casu, numquam debeantur, nisi personaliter visitanti: minus attendens, quam deberet, scilicet, quod numerus procurationum numerum dierum nullatenus debet excedere; quod si a rectoribus posset procurationes exigere, numerus procurationum numerum dierum in tantum excederet, quod importabilem thesaurum ab Anglicis extorqueret. Gravantur etiam per subsidium exhæredatis concessum.

Hæc omnia proponimus, ut per onera supradicta his temporibus deterioris conditionis manifeste sacerdotium videatur, quam sub Pharaone fuerat, qui legis divinæ notitiam non habuit. Ille quidem omnibus aliis servitutibus subjectis sacerdotes & possessiones eorum in pristina libertate dimisit; & de publico eis annonam ministravit. His vero temporibus regii exactores tot onera & exactiones ecclesiis, & ecclesiasticis viris imponunt, ut eis, quod Jeremias deplorat, competere videatur *princeps provinciarum*, scilicet sacrosancta ecclesia, *facta est sub tributo* his diebus.

Propter prædictas exactiones & gravamina vix sunt aliqui qui habent, unde sibimet aut suis necessariis personis valeant circa vitæ necessaria subvenire; & inde a nobis petito subsidio ad præsens adquiescere non possumus, nec etiam de jure debemus, quam licet voluntas nostra, patres reverendi, & consensus clericorum in concedendo concurrerent; tamen ne libertatis ecclesiasticæ violetur immunitas, concedendi talia subsidia, Romano pontifice prius non consulto, jus canonicum, ad cujus observationem, venerabiles patres domini episcopi, specialiter vos tenemini, vobis, & nobis adimit facultatem; in quoscumque qui potestatem habere videntur; viros ecclesiasticos ad subsidia conferenda compellentes, excommunicationis sententia in Laterano concilio promulgata.

Et ne vos, domini episcopi, vel quisque alius præmissis rationibus prætermissis contra nos aliquid statuatis, seu attemptetis, sedem apostolicam in scriptis, & ad sedis Cant. appellamus, nos & bona nostra protectioni sedis apostolicæ & sedis Cant. supponentes.

Appellamus etiam, ut supra, ne nomine auri dominæ reginæ aliquid a nobis extorqueatur.

Dat. & act. in Capella novi templi Lond. die lunæ prox. ante festum S. Lucæ evang. anno Domini 1269. in præsentia dominorum Lincoln. Norwyc: Bathon: Exon: Sarum: Wygorn: Hereford: Menev: Coventr: & offic. Cant.

Procuratorum Coventr. Linc. Norwyc. Helyens. Roffens. Cant. London. Cicestr. Winton. Sar. Bathon. Exon. Landav. Menev. Hereford. Wigorn. Ebor. Dunelm. Carl. abbatum, priorum, rectorum, & vicariorum earumdem diœcesium.

APUD

ANNO CHRISTI 1271.

APUD RADINGES IN ANGLIA CONCILIUM

Anno 1271. habitum.

Ex VVhart Ang. Sac. vol. 1. p. 498.

An. 1271. Extat ap. Wilkins Conc. Brit. t. II. pag. 24.

ITem feria II. quadragesimæ convocatio episcoporum apud Radinges ad tractandum de jurisdictione Cant. ecclesiæ; utrum ipsi episcopi deberent obedire capitulo Cant. an non. Et factis interlocutoriis appellatum est a monachis Cant. ad sedem apostolicam, ne aliquid attemptetur in præjudicium ecclesiæ suæ. Item convocatio abbatum et priorum nigri ordinis apud Oxeneford post clausum pascha, ubi præsidentes fuerunt de Evesham & de Winchecombe abbates. Ex monachi Wigorn. annalibus eccles. Wigorn.

APPEN-

APPENDIX AD CONCILIA

PRÆCEDENTIUM SÆCULORUM.

PRÆFATIO COLLECTORIS.



Uod ego olim in exordio operis hujus mei præfatus ſum, id veriſſime a me dictum experientia ipſa probavit. Opera nempe id generis nunquam perfectionis culmen attingere, ultra quod creſcere nequaquam poſſint. Cum volumen primum a typographo expediretur, a loco editionis, patria nempe mea, longius per menſes aliquot diverteram; nec redii niſi juſto jam volumine abſoluto, cui perficiendo nihil ſupererat aliud, niſi ut indiculus conciliorum chronologicus in fronte operis ad lectorum commodum traderetur. Quare cum multa ſuccurriſſent addenda, ſupplenda, emendanda; hæc transferre ſtatui in calcem ſecundi voluminis; qua de re lectoribus meis brevi admonitione, indiculo illi ſubjecta, ſpem feci. Nunc obſtrictæ fidei meæ liberandæ tempus opportunum adeſt. Habeant igitur eruditi ad concilia, in collectione mea jam vulgata, ſupplementum. Eo vero ſive emendantur ea quæ jam data ſunt; ſive additamentis augentur; quædam nova ſuppeditantur nondum tradita. Antequam tamen hæc aggredior, juvat hic nonnulla ad rem eandem aptiſſima promere. Horum caput eſt, de collectione canonum bina, quæ in m. ſ. codice noſtro Carolino comparet, quædam nondum diſcuſſa ſupplere. Carolinum codicem cur illum appellaverim ratio perſuaſit; nam præterquam ſcriptura Codicis id perſpicue demonſtrat, vel ipſo judice Mabillonio, qui in ſuo itinerario Italico inſpectum illum ætati Caroli Magni ſupparem judicavit. Ipſe pariter codex ætatem ſuam docet, cum in margine pagellæ, in qua vetus quoddam antiphonarium exhibetur, adnotationem hanc ferat adſcriptam: *a reſurrectione Domini Jeſu Chriſti uſque ad præſens annum Caroli regis in Lumgubardiam in menſe Septembris, quando ſol eclypſim patuit, indictione X. anni ſunt LCCLXXIII. menſes V.* Annus is eſt a nativitate Chriſti juxta æram vulgarem DCCLXXXVII. indictione X. notatus, quo Carolus Rachiſium debellaturus venit in Italiam, & eclypſis ſolis die XVI. Septembris ſpectata eſt teſte Calviſio. Plura codex iſte continet & varia, ſed in rem noſtram geminas habet canonum collectiones, de quibus in præfatione toti operi præfixa ſatis eſt actum. Ex ea vero, quam exhibui, illarum deſcriptione intelligimus, collectionum illarum ſecundam perſimilem eſſe alteri, quam in codice Veronenſi vetuſtiſſimo Cl. Scipio Maffejus nactus eſt, deſcribitque in commentario bibliothecæ Veronenſis manuſcriptæ par. I. inter codices canon. & concil. pag. 79. edit. in fol. Utrinque primo eſt ſynopſis canonum ex conciliis Nicæno, Sardicenſi aliiſque ductorum. Hunc titulum præfert in Lucenſi: *De libro Complutenſi; ex concilio Nicheno vel aliis conciliis*; quæ ſane inſcriptio correctior eſt Veronenſi, quæ ſic effertur: *Capitula Nicæni concilii & Sardicenſis*; non enim Nicæni & Sardicenſes tantummodo, ſed & aliorum conciliorum canones exhibentur. Veronenſis illa continet canones XCI., noſtra, XCII. Canones canonibus ſi quis conferat, præſtare lectionem codicis noſtri forte judicaverit. En lectionem can. XX. in Veronenſi: *Epiſcopus ſi cauſam habuerit, vicini epiſcopi judicent; quod ſi appellare voluerit, unus appellet, & a Romano epiſcopo judicem expectet.* Lucenſis ita: *epiſcopus ſi cauſam habuerit, vicini epiſcopi judicent; quod ſi appellare voluerit, unus appellet & ad Romanum epiſcopum judices petat.* Sardicenſis canon IV. hic exhibetur, ex quo poteſtatis Romani pontificis eſſe dignoſcitur, ut cauſa epiſcopi qui a regionis ſuæ epiſcopis jam judicatus eſt, iterum coram aſſignatis ab eo judicibus diſcutiatur. Id vero melius exprimit illud *A Romano pontifice judices petat*; quam illud: *Judicem expectet.* Variat etiam lectio canonis in meo codice XCI. qui in Veronenſi ſic redditur: *prius pauperibus, & pupillis pars detur, & ſi parciat Clerus*; poſtremum illud: *etſi parciat*, ſic Maffejus explicat: etſi parcitudinem patiatur clerus. Sed viderit vir doctiſſimus, num melior interpretatio ex lectione codicis Lucenſis eliciatur: *Et ſic partiat clerus*; id eſt atque ita demum partem ſuam clerus accipiat.

Hac abſoluta canonum ſylloge, ſubditur in utroque codice canonum Nicænorum epitome ſub hoc titulo: in Veronenſi: *De epiſtola Innocentii papæ*; ſunt vero ibi canones XXII. Lucenſis vero titulus fert: *De epiſtola Innocentii papæ ex concilio Nicheno*; canones XXIII. quos ego ſuo loco deſcripſi. Veniunt demum concilia, nec plura nec pauciora utrinque; niſi quod in Veronenſi Vaſenſe concilium bis datur, ſemel in Lucenſi. Concilia pone ſequuntur canones ex epiſtolis ſummorum pontificum decretalibus excerpti, de quibus in Præfatione generali ad meum hoc conciliorum ſupplementum latius differui. Tota hæc collectio in capita XLIII. ſi concilia, & XXXIII. ſi epiſtolas pontificum ſpectes, diſpecitur, & ſub ſingulis capitibus ſingula concilia vel epiſtolæ exhibentur. Ita Maffejus de Veronenſi; ita & ego de Lucenſi admonui, ſed neſcio an virum oculatiſſimum id fugerit, quod ego in meo vidi, numerorum nempe ſeriem bis in conciliis abrumpi, ſemel poſt caput XX. quo Carthaginenſis ſynodus notatur; ſtatim

enim ſuccedit Agatenſis ſub num. XXIII. iterumque poſt cap. XXXII. in quo Bracarenſe, quod ſtatim excipit cap. XXXIV. Toletano concilio addictum, omiſſo cap. XXXIII. An aliquid intermedium hic deſit; ſive interruptio iſta numerorum imperitiæ vel oſcitantiæ authoris collectionis hujus tribuenda ſit, quis definiverit? Forte tamen eo indicio ſuſpicari liceret, collectionem hanc excerptam eſſe e majori canonum codice ex privatarum eccleſiarum Hiſpaniæ codicibus compacto; de qua noſtræ collectionis auctor hinc inde ſua deſumpſerit. Epiſtolarum etiam pontificiarum ſeries numeralis laceratur, nam poſt caput V. ſuccedit VII. poſt XIV. XXVI. Utriuſque codicis collectio cum excerptis ex epiſtola apocrypha S. Hieronymi ad Patruclum *epiſcopum de grad ibus clericorum* clauditur; niſi quod in Lucenſi additamentum eſt aliquod, manu a reliqua ſcriptione diverſa & extra numerum, ferens concilii Toletani anni 633. canones VI. & ſynodi cujuſdam Arelatenſis canones geminos, de quibus in præfatione jam egi. Sub ipſa codicis ætate collectionem iſtam ab auctore ſuo compactam fuiſſe demonſtrat excerptum ex epiſtola *Leonis* (III.) *ad Alcoinum*, quod in Lucenſi a me animadverſum, utrum & in Veronenſi recurrat ignoro. Cæterum, ne hoc pariter omittam, omnia quæ in ſuo codice oculatiſſimus Maffejus ſingularia vidit, hæc pariter ſpectanda ſeſe offerunt in Lucenſi, atque in ſuis apte locis mei hujuſce operis jam collocata ſunt. Paret enim hic Carthaginenſe *ſub conſulatu Cerani*, quod Maffejus poſitum cenſet pro *Cærealis*; ego nomen corruptum credo ex *Cæſarii*, ſive ut veteres libri non raro efferunt *Ceſari*; quanquam enim ibi canones, nonnulli in conciliis poſt Cæſarii conſulatum habitis leguntur; forte tamen illi ex præcedentibus conciliis ſunt repetiti. Eſt ibi pariter Carthaginenſe ſub *Honorio XII.* (mendoſe in editione hujus ſupplementi poſitum eſt XIII.) & *Theodoſio VIII.*

Deeſt Epiſcopum in Veronenſi.

Hoc ipſum vero concilium Honorio XII. & Theodoſio VIII. Coſs. bis repetitur in noſtro Lucenſi codice, ſemel quidem in collectione, quam Veronenſi perſimilem dixi; iterumque in alia collectione, in qua integri canones referuntur. Ex hac poſtrema dedi variantes ab editis Labbei. Cum vero collationem hanc editorum cum M. S. codice primo quidem obiter præſtiterim; iterum vero diligentius; factum inde ut variantes iſtas bis dederim, primo quidem rariores, dein crebras. Priores legas tom. I. pag. 299. poſteriores pag. 305. qua de re monitos rogatoſque lectores meos volo, ut oſcitantiam excuſent: melius enim utraſque variantes in unam continuatam ſeriem junxiſſem. Concilium etiam Arelatenſe ex eodem Lucenſi codice dedi to. I. pag. 511. idque aſſignandum cenſui anno aeræ DCCLXX Chriſti 682. Quanquam enim in codice legi dixi *æram* XX, hanc numeralem notam mancam & ſupplendas DCCL. conjectabar. Modo vero, re melius ponderata, cenſeo æræ nomine capita ſeu canones deſignari; quod non obſcure demonſtrat excerptum ſynodi Toletanæ, ibi ſtatim ante Arelatenſes canones occurrens, in quo æræ nomine capita deſignantur: ſic *era* LXVII. eſt cap. LXVII. *era* LXVIII. eſt caput LXVIII. &c. quare concilii hujus annus incertus eſt.

De altero etiam M. S. codice ſermo mihi hic eſt innovandus, quandoquidem de illo haud ſatis accurate in Præfatione generali egi. In archivio canonicorum majoris eccleſiæ Piſtorienſis nactus olim fui M. S. codicem membranaceum in fol. minori canonum collectionem quandam continentem præſcripto titulo: *Decreta antiqua eccleſiæ*, quem tamen titulum ab alio quam ab authore præfixum arbitror. Obiter inſpectum cum lectitaſſem ſuſpicatus ſum portionem eſſe decreti Ivonis, quocum congruebant decreta pontificum ſparſim ibi legenda, quorum nulla Ivonis ætatem ſuperabant. Quin & canones quoſdam exſcribens adii bibliothecam inſignem Fabronianam, publico beneficio ex legato Cardinalis Fabronii ibi patentem, eoſque totidem verbis expreſſos in decreto Ivonis nactus ſum. Nec ulterius mihi tunc licuit inquirere. Ea perſuaſione in patriam regreſſus cœptumque opus iſtud dum proſequor, quoties ex eo codice decreta occurrebant tradenda, ſemper Decreti Ivonici nomine illum deſignavi. Hæc primo quidem mihi ſedit opinio; donec tandem certis argumentis comperi aliam eſſe collectionem hanc a decreto: quare cum firmus hæſerit menti Ivo, ac noverim in Pannormia, quæ Ivoni tribuitur, multa legi, ab Ivone translata in decretum; hanc ipſam Pannormiam in eo codice repræſentari arbitratus ſum. Propterea Præfationem generalem ad hoc ſupplementum ſcribens, de codice Piſtorienſi, tanquam de M. S. Pannormiæ codice diſſerui. Nunc vero me deceptum agnoſco; poſtquam intellexi ex amici Piſtorienſis literis, legi in eo libro titulum *De conjugiis & adulteriis, & de conſanguinitate*, quem ſane nec in decreto Ivonis, nec in Pannormia (quantum conjicio ex epitome ejuſdem operis apud Fabricium Bibl. Græc. to. XI. pag. 83. neque enim excuſam Pannormiam videre adhuc mihi licuit) offendas. Ab Ivone igitur excluſum opus; quid ſi dedero Bonizoni primum Sutrino, dein Placentino epiſcopo, cujus induſtria canonum collectionem compactam inſpexiſſe ſe in codice Vindobonenſi Lambecius teſtatur; eidemque perſimilem M. S. codicem in archivo canonicorum majoris eccleſiæ Brixienſis cum adſcripto *Bonizonis* epiſcopi nomine per hos dies repertum admonuit me per literas vir humaniſſimus idemque doctiſſimus P. Joannes Hieronymus Gradenigo Clericus Regularis Theatinus? Cur ita ſuſpicer, facit cathalogus ſummorum pontificum a S. Petro deductus, toti collectioni in codice Piſtorienſi præfixus; quem pariter cathalogum in codice Bonizonis Vindobonenſi legi teſtatur Muratorius ex acceptis e Germania literis edoctus. Quamquam vero indiculus iſte in codice Piſtorienſi aduſque Callixtum II. continuatur, cum Bonizo ſub Urbano II. obierit; eam tamen continuationem ſatis conſtat deberi ſcriptori codicis illius, qui abſoluto in Victore II. opuſculo reliquos pontifices ad ætatem uſque ſuam adjecit. Probat id methodus plane diverſa, qua pontifices initio ab Urbano II. facto recenſentur. Ita enim in eo cathalogo pontificum nomina adnotari

ſolent: *Nicolaus* (II.) *qui vocatur Gerardus &c. Alexander* (II.) *qui vocatur Anſelmus &c. Gregorius* (VII.) *qui vocatur Hildebrandus &c. Victor qui Deſiderius &c.* Huc uſque ita; dein nova methodus incipit: *Urbanus papa ſedit &c. Paſchalis ſedit &c.* Et ſic de reliquis uſque ad Calliſtum, cujus anni pontificatus non adnotantur, utpote qui adhuc viveret. Hæc unica ſuccurrit conjectura pro opinione mea de collectione Piſtorienſi ad Bonizonem referenda; neque enim Bonizonis opus illud videre uſpiam contigit, ut ea quæ hæſitans ſcripſi, certioribus argumentis vera demonſtrem. Poſt hæc ſcripta acceptis Piſtorio literis intellexi nec Bonizonem nec alterum quemque qui ſit notus collectionem iſtam adornaſſe. Eſt ergo opus authoris ignoti.

Atque hoc ſatis ad Præfationem generalem totius operis emendandam, illuſtrandam, augendam; ipſum opus nunc expoliendum eſt; atque illud inprimis quod peculiari diſſertatione, in to. I. pag. 173. legenda ſtabilivi, de epocha Sardicenſis concilii ex anno 347. cui a chronologis illigatur, in annum 344. revocanda. Hanc ipſam diſſertationem anticipatis typis ſeorſum promulgandam, ratione optima perſuaſus, duxi; prodiitque Lucæ typis Philippi Benedini anno 1747. in 8. Vir doctiſſimus qui ſymbolam confert in Ephemerides Eruditorum, evulgari conſuetas Romæ ſingulis menſibus, impugnandam illam pro ſua virili ſuſcepit. Ac primo quidem Anonymi Maffejani, cujus potiſſimum fidem ſequor, authoritatem convellere pluribus nititur; quod ſcilicet opus obſcuræ famæ & ſcriptoris plane ignoti ſit; quam ignobilitatem ad fidem illi detrahendam maximi eſſe momenti contendit; cum res Athanaſianas, de quibus ille agit, ſcriptores rerum eccleſiaſticarum veteres ac recentiores ſciendi ac penitus explorandi deſiderium maximum tenuerit. Quare ſi quis ſuperfuiſſet vetuſtus author rerum illarum ſcientiſſimus, eos non latuiſſet. Quin & ejus ultro admiſſa ſinceritate, demonſtrat, ex ipſa mea confesſione, codicem, unde Maffejus lucubrationem illam traxit, mendis vitiari frequentibus, in annorum præſertim deſignatione & ſupputatione; ex quibus omnibus jure ſibi inferendum duxit cenſor ille meus, ex authoris hujus & ſcripti fide nihil certi adſtrui potuiſſe. Nec alios pariter ſcriptores, quos in auxilium ſententiæ hujus meæ accerſivi, fulcimento eſſe ad illam ſuſtentandam ſatis valido, demonſtrat, cum ſinguli illi in chronologia labaſcant ſæpius; & ſiquam ipſi per ſe merentur fidem, hanc illis detrahunt vitiati codices, unde in lucem extracti ſunt. Quibus ita ſe habentibus, nulla prudenti ratione ſuaderi poſſe ait, ut ambiguis adeo teſtibus aſſerta opinio, veteri, & omnibus huc uſque probatæ præferatur, cujus authores ſunt Socrates & Sozomenus, hiſtoriæ eccleſiaſticæ primorum ſæculorum parentes & coryphæi. Hæc ille adductis exemplis late perſequitur.

Excerpto huic viri eruditi ego apologiam oppoſui Lucæ pariter anno ſuperiori labente vulgatam, in qua, ut ſingula ſingulis retunderem, evincere conatus ſum, nihil afferri ſatis validum poſſe, quo Anonymi Maffejani ſinceritas in ſuſpicionem adducatur. Narrationem ille ſuam ita inſtituit, ut ſingula diligenter perſequatur, nulla penitus omittat, omnia in ſedem ſuam collocet, minuta plurima notet ab aliis neglecta, nihil de ſe ſparſim commemoret S. Athanaſius in ſuis voluminibus, quæ non ibidem apud Anonymum hunc recurrant; rerum geſtarum annos, menſes, & dies ita deſignat, ut cum illarum epocha ab ipſo S. Doctore ſtabilita nunquam non congruant. Si quos commemorat epiſcopos, ſi quæ locorum nomina deſignat, ſemper nec a regionis nec ab ætate Athanaſiana abhorrent. Tantam *ακρίβειαν* a vetuſto ſcriptore, qui non comperta & ſub ipſis fere oculis ſuis geſta tradat, ſperare neminem poſſe animadvertebam; idque demum exemplo Socratis & Sozomeni, qui ætate paulo ab Athanaſio remotiori, & Zonaræ, qui remotiſſimus vixit, confirmabam. Illi enim quædam minus accurate; iſte vero abſona omnia de S. Athanaſio ſcripſit. Menda quidem cubare plurima in codice Maffejano agnoſcebam; ſed illa vel ipſam per ſe ſeriem hiſtoricam corrigere, vel argui ex fide omnium coævorum hiſtoricorum. Nunc vero in eo verſari nos dicebam, ut cum anonymo noſtro quoad reditum S. Athanaſii Alexandriam (unde Sardicenſis concilii epocha pendet) ex vetuſtis ſcriptoribus & monumentis probatiſſimi quique conveniant, unis ex omnibus Socrate & Sozomeno diſſidentibus. Hi duo licet homines, pro unico tamen ſcriptore valent, cum alter alterum cæco more exſcribat. Hosce vero ſcriptores perſæpe labi in hiſtoria, nec rarius in chronologia tum petitis ab ipſis eorum operibus exemplis, cum adducta in eam rem ſummorum Criticorum ætatis noſtræ Pagii, Tillemontii, Hermantii authoritate demonſtravi. Quandoquidem igitur in ea rerum neceſſitate conſtitutos nos eſſe animadvertebam, ut vel erroris arguatur Socrates & Sozomenus, qui veterem Sardicenſis concilii epocham adſtruunt; admiſſis anonymo Maffejano, Theodoreto, S. Hieronymo, actis concilii Colonienſis, & veteri actorum Sardicenſium inſcriptione, quæ omnia novam ſuſtinent a me ſtabilitam; vel tam multis authoribus rejectis, unus Socrates Sozomenuſve efferatur; præſtare arbitrabar, quinque præ uno, quam uni præ quinque adhærere.

Ita ſtabilita Anonymi Maffejani ſinceritate, ac veritate epochæ concilii Sardicenſis cum anno 344. illigandæ, reliquos cenſoris ictus in diſſertationem meam facile retudi. Cum enim in reſtituenda cæterorum conciliorum epocha authorem mihi præſtituerim Maffejanum illum anonymum; authoritate ejus conſtante, quæ illo ſtabiliente firmaveram, conſtare neceſſe erat *ἀυτὸς ἔφα*. Verum & authores alios hæc ipſa vidiſſe ſubinde demonſtravi; ut concilium Antiochenum dedicationis aliud fuiſſe ab eo (ſi quod tamen fuit) Antiocheno concilio, quod Georgium intruſum Alexandriam miſit, argumento e S. Hieronymi chronico petito evici. Latius hæc omnia deducta ſi quis voluerit, adeat Apologiam, cujus ſupra memini; nunc ad alia vertendus eſt ſermo.

Conciliis ex Jure Græco-Romano Leunclavii petitis locum hic eſſe ſuum volui; cujus conſi-

consilii mei rationes Lectoribus meis approbandas hic trado. Labbeus juris hujus Græco-Romani concilia omnia vel fere omnia duxit omittenda, idque non alia mente ab eo factum credo, nisi quod habita a Græcis in schismate jam confirmatis concilia instituto suo aliena judicaverit. Recte ille quidem; cur vero si hac ratione sibi utendum censuit, concilia Palamitica a Græcis illis schismaticis, & pro schismate, quin & pro hæresi asserenda celebrata recenset? Longius etiam ab eo scopo divertit Venetus Labbei editor, qui Græcorum schismaticorum concilia plura, ex Allatio aliisque accepta in collectionem suam transtulit. Si pro se illi reposuerint, in Græca ecclesia, paucis illis demptis, in quibus ab ecclesia orthodoxa dissident, veteris orthodoxæ ecclesiæ disciplinam quin & dogmata (iis, de quibus dixi, exceptis) superesse; quare habitas a Græcis illis pro disciplina & fide asserenda synodos, orthodoxæ ecclesiæ moribus plerumque consonas esse, eorumque antiquitati asserendæ valere. Neque enim credibile est Græcos post suam a Latina ecclesia secessionem, sancitam ab illa disciplinam primum adoptasse; sed potius quæ una cum ea servarunt ante scissionem, eadem, abjecta licet cum Latinis communione, retinuisse. Hæc si illi pro se; ea pariter ego pro mea defensione regeram. Quanquam meum hoc consilium, inserendorum scilicet Græcorum conciliorum in collectione, nolo ita accipiant lectores mei, ut credant, me eandem diligentiam in iis perquirendis afferendisque attulisse, quam in orthodoxis adhibui. Synopsim sæpe eorum trado, integris actibus resectis; sæpe concilia retulisse contentus, decreta Constantinopolitanorum præsulum extra synodum facta negligo.

Atque hic tandem suus modus imponendus esset meæ huic præfationi, nisi opportune succurrisset admonere lectores de epistola illa canonica, quam to. I. pag. 817. velut ineditam e MS. Lucensi codice dedi; hanc enim reperisse me tandem fateor jam vulgatam a Baluzio in Appendice ad Capitularia to. II. pag. 1274. Quam pariter to. I. pag. 220. ex codice pervetusto Lucensi vulgavi Romanam Liberii synodum apocrypham, extare dein reperi excusam a P. Coustant ordinis S. Benedicti e congr. S. Mauri in appendice ad epistolas Romanorum Pontificum to. I. pag. 89. append. Nec plura mihi occurrunt in antecessum monenda.

AD SARDICENSE CONCILIUM

Anno, ut fertur, 347. celebratum

ADDITIO NOVA.

CUm ad Sardicenſe generale concilium additamenta daturus acceſſi, nondum in animum induxeram meum, ut lectionem antiquam canonum ejuſdem concilii e vetuſto Carolino codice MS. Lucenſi producerem. Obiter enim inſpectam agnovi ab ea parum differre, quæ ſub Dionyſii Exigui nomine pervulgata eſt; quæ plane ſimilitudo deduxit me in ſententiam, ut ab ea manus abſtinerem, ne de ſuperfluitate notarer. Secundis tamen curis hæc omnia retractans, collataque eadem ipſa lucubratione diligentius cum bina editione, altera nempe quæ Dionyſio Exiguo, alia quæ Iſidoro Mercatori vulgo tribuitur; deprehendiſſe mihi viſus ſum neſcio quid inter tres haſce diſcriminis, ut altera ab altera expreſſa nequaquam judicari poſſit. Noſtra enim hæc interdum quidem & ſæpe cum Dionyſiana congruit; ſed nec raro ab ea diſſidens ad Iſidorianam accedit; ſæpe vero diſcrepat ab utraque. Fateor quidem variantia hæc levioris interdum eſſe momenti, & ſub verborum diſcrimine eundem utrinque ſenſum ſæpe offerri; ſed & interdum rerum ipſarum varietas eſt; ut cum e. g. in can. qui hic eſt XIV. in editis XV. injungitur epiſcopis, e paroecia ſua abſentibus, ut ſi forte in agro egerint, ſuperveniente die feſta ad proximam civitatem divertant, ne *ſine eccleſia videantur facere diem dominicum*. Ita fert lectio vulgata; ſed minus ſcite; quid eſt enim diem dominicum facere? An forte mandat canon, ne ulla diei dominici portio niſi in civitate agatur? Rectiſſime emendat codex noſter, legens. *Ne ſine eccleſia facere videatur Dominicum*; nempe rem divinam; ita enim apud veteres eccleſiaſticos ſcriptores liturgia totumque demum divinum officium appellabatur. Hanc lectionem tuetur Græca ejuſdem canonis verſio, ferens eo loco λειτουργεῖν, quam vocem Latinus interpres reddit divina officia. In eodem pariter canone lectio Dionyſiana habet. *Sunt quidam fratres &c. qui non in ea civitate reſident, in qua videntur epiſcopi eſſe conſtituti &c.* Vitium hic textui ineſſe nemo ſubodoratus eſt; imo & cum lectio Iſidoriana pro *reſident* exhibeat *poſſident*, in margine editionis Labbeanæ emendatum eſt, *reſident*. Codex tamen noſter, quanquam alioqui Dionyſianum plerumque retinet, hic tamen, eo deſerto, vindicat Iſidori lectionem, *poſſident*; & merito; neque enim de epiſcopo non reſidente ſermo ibidem ingeritur, ſed de eo qui in alieno ſolo latifundia ſua poſſidet; congruit Græcus, hunc pariter ſenſum reddens. Aliæ ſunt etiam perſimiles variantes, quas eximias optimaſque eruditos lectores judicaturos eſſe, non ambigo. Eos tamen monitos inſuper volo, ne levioris momenti lectiones alias ſpernant; agitur enim de textu originali vetuſtiſſimi & generalis concilii, cujus proinde vel apices maximi faciendi, & omni veneratione digniſſimi habendi ſunt. De textu, inquam, primitivo & authentico; cum Sardicenſes canones non Græce primum, ſed Latine ſcriptos tradat Dionyſius Exiguus in epiſtola ad Stephanum Salonitanum epiſcopum his verbis: *ſtatuta quoque Sardicenſis concilii quæ Latine ſunt edita*. Hanc igitur textus noſtri præſtantiam, & frequens ab aliis diſcrimen intelligens, in contrariam tandem ſententiam ab ea, quam olim tenueram, deſcendi, ratus, operæ me pretium facturum, ſi hos Sardicenſes canones, quales in codice ſæpius commendato exhibentur, hic repræſentaverim. Habeant illos lectores & compendio ſuo utantur.

INCIPIUNT CANONES SERDICENSES.

I.

De epiſcopis etiam laica communione priv andis, qui civitatem mutaverint.

OSius epiſcopus dixit: (*a*) *etiam* mala conſuetudo, quam *ipſa rerum* (*b*) pernicioſa coruptela *que* [*c*] funditus eradicanda eſt, (*d*) *ut non* liceat epiſcopo de civitate ſua aliam tranſire civitatem. Manifeſta eſt [*e*] cauſa, qua hoc facere *quis tentet*, cum nullus in hac re inventus ſit epiſcopus, qui de majore civitate ad minorem tranſiret; unde apparet *ab* (*f*) avaritiæ ardore illos inflammari, & abominationi ſervire, & ut dominationem *exerceat* (*g*). Si omnibus *hoc* (*h*) placet, *ut* [*i*] hujuſmodi pernicies *ſæviſſime*, (*k*) & auſterius vindicetur; *ita* (*l*) nec laicam habeat communionem, qui talis eſt. Reſponderunt univerſi: Placet.

I I. (*m*)

OSius epiſcopus dixit: etiam ſi talis, *quis* (*n*) extiterit *furioſus*, *vel* (*o*) temerarius *qui fortaſſe talem* (*p*) excuſatio-

(*a*) Deeſt. Iſid. *non minus*. (*b*) Deeſt in Dion. & Iſid. (*c*) Deeſt utrinque. (*d*) Utrinque *cui*. (*e*) Utrinq. ad. *enim*. (*f*) Deeſt. (*g*) Ita Iſid. (*h*) Deeſt utrinq. (*i*) Deeſt utrinq. (*k*) *Sævius*; in Iſid. deeſt. (*l*) *Ut*. (*m*) Titulus utrinque adeſt, in noſtro deeſt. (*n*) Utrinque *aliquis*. (*o*) Deeſt utrinque. (*p*) *Ut fortasſis* Iſid. *forſitan*.

tionem *attulerit*, [*a*] adſeverans, quod populi literas acceperit. Manifeſtum *eſt autem illum* [*b*] præmio paucos & mercede *corrumpere*, ut *ſeditionis clamoribus* (*c*) in eccleſiis *agant*, qui ſinceram fidem non habent, *ut* [*d*] ipſum petere *videantur* epiſcopum. Omnino has fraudes *removendas* (*e*) eſſe *&* damnanda; (*f*) ita ut nec in fine *ſaltim laica communio* (*g*) talis accipiat *ſive epiſcopus ſive presbiter iſta committens*. Si *ergo* (*h*) placet *hæc ſententia*; *reſpondite*. *Reſponderunt*: *quæ dicta ſunt*, placet. A

I I I.

Ut inter epiſcopos diſcordes comprovinciales audiant epiſcopi. (*i*.)

OSius epiſcopus dixit: illud quoque *ſtatuendum*, (*k*) ut epiſcopus de provincia ad aliam provinciam, in qua ſunt epiſcopi, non tranſeant, niſi forte a fratribus ſuis fuerit invitatus, ne videamur januam charitatis claudere: *hoc tantum providendum eſt*, (*l*) *ut* ſi in *una* [*m*] provincia *forte* (*n*) aliquis epiſcopus C contra fratrem ſuum epiſcopum, *quod abſit*, [*o*] litem habuerit, *nullus ex his* (*p*) de alia provincia advocet *epiſcopos ad judicium*; [*q*] quod ſi aliquis epiſcopus adjudicatus fuerit (*r*) in aliqua cauſa, & putaverit bonam cauſam ſe habere, & *petierit*, (*s*) *ut judicium* renovetur, ſi placet *omnibus* (*t*) ut ſanctiſſimi Apoſtoli Petri memoria honoremus, ſcribatur *vel* ab his, qui examinarunt *judicium* (*u*) *vel ab epiſcopis*, *qui in proxima provincia morantur*, Romano epiſcopo; & ſi judicaverit renovandum eſſe judicium, re- D novetur, & det judices. Si *vero* (*x*) probaverit talem cauſam eſſe, ut ea non refricetur, quæ acta ſunt; quæ decreverit *Romanus epiſcopus* (*y*) confirmata erunt. Si hoc *ergo* [*z*] omnibus placet, *ſtatuatur*. (a) Synodus reſpondit: Placet. [b]

I V.

Quando liceat in aliena provincia Epiſcopis ordinare. (c)

OSius epiſcopus dixit: ſi contigerit in una provincia, in qua plurimi fuerint epiſcopi, unum forte remanere epiſcopum; ille vero per negligentiam noluerit ordinare epiſcopos; & populi *confugerint* [d] *ad vicinos provinciæ epiſcopos*, *devere* illum *prius* (e) convenire B epiſcopum, qui in *eadem* (f) provincia moratur; & oſtendere, quod populi petant ſibi rectorem; & hoc juſtum eſt, ut *ipſe* [g] veniat, & cum eo ordinent epiſcopos. Quod ſi conventus literis tacuerit & diſſimulaverit, nihilque reſcripſerit; *tunc* (h) ſatisfaciendum eſt populo, ut *conveniant* [i] ex vicina provincia epiſcopi, & ordinent *eis* (k) epiſcopos.

V.

De non (l) faciendis *Epiſcopis per vicos & modicas civitates*.

LIcentia vero danda non eſt ordinandi epiſcopum, *ſi* [m] aut *vicos aliqui* aut modica civitas cui *ſatis fuerit* [n] unus presbyter, *voluerit petere epiſcopum ſibi ordinari*, *ad hoc ut* [o] vileſcat nomen *epiſcopatus*, [p] *nullo modo permititur eis qui* (q) ex alia provincia *fuerint* [r] invitati facere epiſcopos, niſi (s) in his civitatibus, quæ *ſemper* (t) epiſcopos habuerunt; *ut* (u) ſi qua talis *quæ* [x] tam populoſa eſt, (y) *ut* mereatur habere epiſcopum. Si hoc omnibus placet? Synodus reſpondit: Placet.

VI.

(*a*) *Afferens*. Iſid. *afferat*. (*b*) *Cum manifeſtum ſit potuiſſe paucos*. (*c*) *Ut clamarent in eccleſia*. Ita utrinque. (*d*) Utrinque *&*. (*e*) Utrinque *damnandas*. (*f*) Ad. utrin. *arbitror*. (*g*) *Nec laicam in fine communionem talis &c.* (*h*) *Si vobis omnibus placet, ſtatuite. Synodus reſpondit*. (*i*) Ad. *audiant, quod ſi damnatus appellaverit Romanum pontificem; id obſervandum, quod ipſe cenſuerit*. (*k*) *Neceſſario adjiciendum eſt*. Iſid. *Statutum ſit*. (*l*) Iſid. alium canonem ſtatuit; ſed verſio noſtra fere hic cum Iſidoro congruit. (*m*) *In aliqua*. (*n*) Deeſt in Dion. Sed eſt in Iſid. (*o*) Deeſt utrinque. (*p*) *Ne unus e duobus* utrinque. (*q*) Ita Iſid. (*r*) Ita Iſid. (*s*) Deeſt utrinque; in Iſid. eſt *judicium* ut hic. (*t*) Deeſt utrinque. (*u*) Ita Iſid., & idem in ſeq. (*x*) *Autem*. (*y*) Ita Iſid. (*z*) Ita Iſid. (a) Ita Iſid. [b] Deeſt canon. *Gaudentius &c.* (c) Titulus utrinque variat. (d) Utrinque; *convenerint epiſcopi vicinæ provinciæ*. (e) Eſt in ſolo Iſid. (f) Ita Iſid. Dion. *in ea*. (g) Ita & Iſid. Dion. *ut ipſi*. (h) Deeſt utrinque. (i) *Veniant* utrinque. (k) Deeſt utrinque. (l) Utrinq. *ordinandis*. (m) *Vicus aliquis*. Ita & Iſid. in quo tamen canon iſte cum præcedenti continuatur. (n) *Sufficit*. Iſid. *ſatis ſit*. (o) Ita & Iſid. (p) *Nomen epiſcopi & authoritas*. (q) Legit uterque; *non debent illi ex &c.* (r) Deeſt utrinque. (s) Addit uterque *aut*. (t) Deeſt utrin. (u) *Aut*. (x) Deeſt utrinque. (y) Ad. uter. *civitas quæ*.

V I.

De retractanda ſynodo. [*a*]

OSius epiſcopus dixit: Placuit autem ut ſi epiſcopus accuſatus fuerit, & judicaverint congregati epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo dejecerint eum; ſi *appellaſſe videatur* [*b*] qui dejectus eſt, & confugerit ad *beatiſſimum urbis* (*c*) Romæ epiſcopum, & voluerit ſe audiri; ſi juſtum putaverit ut renovetur *examen*, (*d*) ſcribere his epiſcopis dignetur, qui in finitima & propinqua B provincia ſunt, ut ipſi diligenter omnia *exquirant*, [*e*] & juxta fidem veritatis definiant. Quod ſi is, qui rogat iterum cauſam ſuam audiri, deprecatione ſua moverit epiſcopum Romanæ *eccleſiæ* [*f*], ut e latere ſuo presbyterum mittat: erit in *ejus* [*g*] poteſtate quid velit, & quid æſtimet; etſi decreverit mittendos eſſe, qui præſentes cum epiſcopis judicent, habentes ejus auctoritatem, a quo deſtinati ſunt; erit in ſuo arbitrio. Si vero ſufficere crediderit epiſcopos *provinciales*, [*h*] [*i*] terminum imponant; faciet quod C ſapientiſſimo conſilio ſuo judicaverit.

V I I.

Quando epiſcopi vel in quibus cauſis ad comitatum ire debeant.

OSius epiſcopus dixit: *importunitas* (*k*) nimia, & injuſtæ *frequenter* petitiones fecerunt, nos non tantam habere gratiam, *nec* [*l*] fiduciam, dum quidam non ceſſant ad comitatum ire epiſcopi; & maxime Afri (*m*), ſicut cognovimus, [*n*] *fratri* & coepiſcopi D noſtri ſalutaria conſilia ſpernunt, atque contemnunt, & (*o*) non ſolum ad comitatum multas & diverſas eccleſiæ (*p*) profuturas non perferant cauſas, nec, ut fieri ſolet, aut oportet, ut pauperibus, aut viduis, aut pupillis ſubveniatur; ſed dignitates ſæculares, & adminiſtrationes quibuſdam poſtulant. Hæc itaque pravitas olim non ſolum murmurationes, ſed ſcandala excitat. Honeſtum eſt autem

A ut epiſcopi interceſſionem ſuam his præſtent, qui *aliqua* (*q*) iniqua vi opprimuntur, aut ſi viduam affligitur aut pupillus expoliatur, [*r*] tamen & *iſta omnia*, (*s*) ſi juſtam habeant cauſam, aut petitionem. Si vobis ergo, fratres chariſſimi, placet, decernite, [*t*] *ut nullus epiſcopus* ad comitatum accedat, niſi forte hi, qui *religioſiſſimi* (*u*) & *dilectione* imperatoris literis fuerint (*x*) revocati; ſed [*y*] & quoniam ſæpe contigit, ut ad miſericordiam eccleſiæ confugerint, qui injuriam patiuntur, & (*z*) qui peccantes in exilium vel inſulam damnantur, aut certe cumque ſententiam *ſuſceperint*; [a] *ideoque* (b) ſubveniendum eſt & ſine dubitatione *eis* petenda *per eccleſiam* [c] indulgentia. Si ergo & *hoc vobis placet*, (d) decernite. Univerſi dixerunt: placet, [e] conſtituatur.

V I I I.

Diaconi ad comitatum dirigiendi.

OSius epiſcopus dixit: Hoc quoque providentia *noſtra* (f) tractare debet, (g) *ut* quia decreviſtis, ne epiſcoporum *importunitas depravetur* (h) ad comitatum *pergendum*. Quicunque *vero*, [i] quale ſuperius commemoravimus, preces habuerint vel acceperint, per diaconum ſuum mittant, quia perſona miniſtri non *erit* [k] invidioſa, & quæ impetraverit, celerius poterit referre; & hoc conſequens eſſe videtur, ut de qualivet provincia epiſcopi ad *metropolitanum epiſcopum* (l) preces mittant, ut ille *per diaconum ſuum* [m] ſupplicationes mittat, tribuens commendatitias epiſtolas, pari ratione ad fratres & coepiſcopos noſtros, qui illo tempore in his regionibus & urbibus morantur, in quibus felix & B. Auguſtus Rempu. gubernat. Si vero habet *quis* [n] epiſcopum amicos in palatio (o) & *aliquid cupiat*, quod tamen honeſtum ſit impetrare *per eos ab imperatore*, [p] non prohibeatur per diaconum ſuum rogare, & ſignificare *ei* [q] *quod* ſcit benigna interceſſione ſibi abſenti poſſe præſtare.

IX.

(*a*) Titulus contractus ex Dionyſio. (*b*) *Si appellaverit*. Ita utrinq. [*c*] Ita & Iſid. deeſt in Dion. (*d*) Ita & Iſid. & Codd. Dionyſ. (*e*) Ita codd. Dion. (*f*) *Romanum* utrinque. (*g*) *Epiſcopi*. Iſid. *ipſius*. (*h*) Deeſt. Iſid. *comprovinciales*. (*i*) *Ut negotio terminum imponant*. Additur utrinque. (*k*) *Importunitates & nimia frequentia, & injuſta*. (*l*) *Vel*. Deeſt in Iſid. [*m*] Ad. uterq. *qui*. (*n*) Ad. uterq. *ſanctiſſimi fratris & coep. &c. Grati*.
(*o*) *Ut*. Sed & legit Iſid. (*p*) *Non profuturas perfert*. Ita utrinq. (*q*) *Iniqua* utrinq. (*r*) *Si*, ſed deeſt in Iſid. (*s*) *Iſthac nomina*. Sed ut hic legit Iſid. (*t*) *Ne epiſcopi*. Ita uterq. (*u*) *Religioſi imperatoris*. Iſid. *religioſiſſimi*. (*x*) *Vel invitati vel evocati fuerint*. Ita fere utrin. (*y*) Deeſt utrinq. (*z*) *Aut*, Iſid. &. (a) *Accipiunt*. Iſ. *ſuſcipiunt*. (b) *Ideo*. (c) Deeſt; ſed Iſid. habet. (d) *Hoc ergo decernite ſi vobis*. (e) Ad. uter. &. (f) *Veſtra* utrinque. (g) Deeſt *ut*, ſed habet Iſid. (h) *Improbitas nitatur*. Iſ. *improbitas notetur*. (i) *Ergo* utrinq. (k) *Eſt*. Iſ. *erit*. (l) *Ad eum fratrem & coepiſcopum noſtrum.... qui in metropoli conſiſtunt*. [m] *Et diaconum eius*. Iſ. *per ſuos diaconos deſtinent*. (n) Deeſt., ſed habet *Iſid*. (o) *Qui cupit aliquid*. (p) Deeſt utriq. (q] *His*. Iſ. *eis quos*.

IX.

De Pupillis & Viduis. (*a*)

QUI vero Romam venerint, ficut dictum eft, fanctiffimo fratri & coepiicopo noftro Romanæ ecclefiæ, preces, quas habent, contradant [*b*], ut & ipfe prius examinet, fi honeftæ & juftæ funt, & præftet diligentiam atque folicitudinem ut ad commitatum perferantur. Univerfi *refponderunt* (*c*) placere fibi & honeftum effe confilium. Alypius epifcopus dixit: fi *enim* [*d*] propter pupillos B & viduas (*e*) qui caufas non iniquas habent, fufceperit peregrinationis incommoda, habebunt aliquid *juftæ* (*f*) rationis. Num vero ea poftulent præcipue quæ fine invidia *omnium* (*g*) & fine reprehenfione eis eft ire illos ad comitatum. [*b*]

X.

Qui in canali funt conftituti epifcopi habeant poteftatem difcutiendos epifcopos ad comitatum euntes. (*i*)

GAudentius epifcopus dixit. [*k*] Salubriter providendum (*l*) *eft ex confenfu omnium facerdotum, & Deo placens & hominibus probabilia tenere hactenus & firmari oportet* tenere, fi metus huic fententiæ conjungatur. Scimus enim etiam ipfi, fæpiffime propter paucorum *impudentiam* (*m*) *facrum* (*n*) ac religiofum facerdotale nomen fuiffe reprehenfum. Si igitur aliquis contra omnium fententiam nifus, voluerit *abominationi* (*o*) magis placare quam Deo, debet [*p*] etiam fcire fe caufas effe dicturum & honorem atque dignitatem amiffurum. *Hoc autem tunc fcire & compleri* (*q*) *oportebit*, fi unufquifque noftrum, qui in canali eft conftitutus, cum progredientem viderit epifcopum, inquirat tranfitum ejus, caufas videat, quo tendit agnofcat; & fi quidem eum invenerit ad comita- A tum *velle tranfire*, (*r*) *requirere eum debere condicione* [*s*] *fuperius comprehenfa*, fi invitatus eft, ut ei facultas eundi permittatur. Si vero, ut fuperius meminit fanctitas veftra, propter defiderium & ambitiones ad comitatum *ire tentaverit*, (*t*) neque literis ejus fubfcribatur, neque in comunionem recipiatur. Si vobis placet, debet omnium fententia confirmari. Univerfi dixerunt: *hoc* [*u*] honeftum eft, & placere fibi (*x*) conftitutionem.

XI.

De his qui ignorant fynodi conftituta.

OSius epifcopus dixit: fed & moderatio neceffaria eft, dilectiffimi fratres, ne *fubito* [*y*] adhuc quidam *non fcientes* (*z*) quod *decrepitum* [a] fit in fynodo, *venerunt* (b) fubito ad civitates quæ in canali funt; debet (c) epifcopus civitatis ipfius admonere & inftruere illum, & [d] ex eo loco *ille pro eo ad comitatum* fuum diaconum mittat; admonitus tamen, ipfe redeat in paro- C chiam fuam.

XII.

De de laiciti non faciendis epifcopis.

OSius epifcopus dixit: & hoc neceffarium arbitror, ut diligentiffime tractetis, *ut* (e) fi forte dives aut fcholafticus de foro, aut ex *miniftratione* (f) fuerit poftulatus epifcopus, non prius ordinetur, nifi ante lectoris munere & officio *diaconii* [g] & *minifterio presbyterii* D (h) *per ordinem* fuerit perfunctus, [i] *ut* per fingulos gradus, fi dignus fuerit, promoveatur, ad epifcopatus *honorem* [k) Poteft enim per *hos gradus* (l) *qui habent* (m) utique prolixum tempus, provari qua fide fit, qua modeftia *gravitatis*, (n) & verecundia. Etfi dignus fuerit *inventus* (o) divino facerdotio illuftretur. *Nam nec* [p) conveniens eft, nec

(*a*) Titulus eft breviatio Dion. (*b*) *Tradant.* utrinq. (*c*) *Dixerunt* utrinq. (*d*) Deeft utrin. (*e*) Add. utrinq. *Vel laborantes*. (*f*) Deeft, fed dat Ifid. (*g*) *Hominum* If. *omnium*. (*h*) *Non neceffe eft eos ire ad comit.* Ita utrinq. (*i*) Variat aliquantulum a Dionyfiano. (*k*) Uterq. ad. *Ea quæ falubriter providiftis*. (*l*) *Convenientia & æftimationi omnium & Deo placitura & hominibus tenere hactenus firmitatem poffunt fi metus &c.* In Ifid. etiam difcrepat. (*m*) *Imprudentiam*. Ifid. *Imprudentiam*. (*n*) Deeft; fed eft in Ifid. (*o*) *Ambitioni* utrinq. (*p*) *Is debet* utrinq. (*q*) *Quod ita demum compleri poterit*. If. *Hoc autem fciri & comperiri poterit*. [*r*] *Ire ad comitatum*, utrinq. [*s*] *Requirat quod fuperius comprehenfum eft*. Ita utrinq. (*t*) Ad. *comitatum pergat*. If. ut in noftro. (*u*) Deeft in uno Dion. (*x*) Ad. *hanc*, fed non eft in Ifid. (*y*) Deeft utring. (*z*) *Nefcientes*. (a) *Decretum* utrinq. (b) *Veniant* utrinq. (c) Ad. *ergo*, fed deeft in Ifid. (d) *Ut ex &c. ille diaconum fuum mittat*. (e) Deeft utrinq. (f) *Adminiftratore*; utrinq. (g) *Diaconi* utrinq. (h) *Aut*. (Ifid. *&*) *presbyteri*. Utrinq. ficut & nullibi eft *per ordinem*. (i) *Et ita* utrinq. (k) *Culmen*, utrinq. (l) *Per has promotiones*, utrinq. (m) *Quæ habebant*. If. *quæ habent*. (n) *Gravitate* utring. (o) *Probatus* utrinq. (p) Ita Ifid. Dion. *Quia conveniens non*.

nec ratio vel disciplina patitur, ut temere ac leviter ordinetur episcopus, aut presbyter, aut diaconus, *maxime qui sit* [*a*] neofitus, *quod* [*b*] beatissimus apostolus magister gentium ne hoc fiat (*c*) prohibuisse videtur; sed hi (*d*) *qui longi temporis examinati sunt, quorum merita & vita probatur*. Universi dixerunt placere sibi hæc *omnia*. (*e*)

XIII.

Quandiu episcopus in aliena civitate peregrinari debeat excepta gravi necessitate. [*f*]

Osius episcopus dixit: & hoc quoque statuere debetis, ut episcopus (*g*) ex alia civitate venerit ad aliam civitatem, vel ex provincia sua ad aliam provinciam, ambitioni magis serviens quam devotioni; & voluerit in aliam civitatem multo tempore residere, *& contigerit*, (*h*) ut *episcopus* civitatis ipsius *non facile instructus sit nec* tam doctus; is vero qui *venerit* (*i*) incipiat contemnere eum, [*k*] facere sermonem, ut dehonestet & infirmet illius personam; ita ut ex hac occasione non dubitet relinquere adsignatam sibi ecclesiam, & transire ad alienam. Definite ergo tempus, quia & non *suscipere* (*l*) episcopum [*m*] *coepiscopum suum* inhumanum est, & perniciosum si diutius resideat; ne fiat ergo providendum est. *Nemini autem amplius liceat quam superiore tempore* (*n*) quod fratres nostri constituerunt *rememorari*, ut si quis laicus in ea in qua *commanens* [*o*] civitate tres dominicas, (*p*) idest tres septimanas, non celebrasse conventum, communione privaretur. Si ergo hæc circa laicos constituta sunt; *quanto* [*q*] magis nec licet nec decet episcopum, si nullam *habeat gravem necessitatem, nec tam difficile rationem diutius abesse* ab ecclesia sua, *ut populum contristet*. (*r*) Universi dixerunt placere sibi.

XIV.

Ut non liceat episcopis pluribus heddomatibus abesse. (*s*)

Osius episcopus dixit: quia nihil prætermitti oportet; sunt quidam fratres & coepiscopi nostri, qui non in ea civitate *possident* (*t*) in qua (*u*) *ordinati sunt* episcopi, vel *certe* [*x*] parvam rem ille habet; alibi autem idonea *prætia* [*y*] habere noscuntur, vel affectiones proximorum quibus indulgeant. Hactenus *igitur* (*z*) permitti eis oportet, ut accedant ad suas possessiones, ut disponant & ordinent fructum laboris sui; *ita tamen* (a) ut post tres dominicas, idest post tres *heddomatas*, (b) si morari necesse sit, in suis potius fundis morentur. *Et si* [c] est proxima civitas in qua presbyter est, ne sine ecclesia facere videatur *Dominicum*, (d) *veniant*, (e) ut nec res ejus domesticæ per ejus absentiam detrimentum sustineant, & non frequenter veniendo ad *aliam* (f) civitatem, in qua est *constitutus* (g) episcopus, *careat* (h) suspicione ambitionis atque jactantiæ. Universi dixerunt placere sibi.

XV.

De excommunicatis ab aliis minime suscipiendis. [i]

Osius episcopus dixit: hoc quoque omnibus *placet*, [k] ut sive presbyter, sive diaconus, sive quis clericorum ab episcopo suo communione fuerit privatus, ad alterum perrexerit episcopum, & scierit ille, ad quem confugerit, eum ab episcopo suo fuisse abjectum, non oportet ut ei communionem indulgeat; quod si *quis* (l) fecerit, sciat se *apud congregatos* (m) episcopos pro eo causam esse dicturum. Universi dixerunt: hoc statutum & pacem servabit, & concordiam custodiet.

(*a*) *Qui neofitus est* utrinque. (*b*) *Maxime cum* utrinque. (*c*) Ad. uterq. *denunciasse*. (*d*) *Quorum per longum tempus examinata sit vita, & merita fuerint comprobata*. Ita utrique. (*e*) Deest utrinq. (*f*) Discrepat a Dionysio. (*g*) Dion. solus ad. *si*. (*h*) *Forte enim evenit episcopum loci non esse tam*. Isid. ut nos; sed non habet *facile*. (*i*) *Qui advenit*, utrinq. (*k*) Uterq. ad. *& frequenter*. (*l*) *Non recipi*. (*m*) Deest urrinq. (*n*) *Memini autem superiore concilio fratres nostros constituisse*. Ita & Isid. (*o*) *Commoratur*. utrinq. (*p*) Dion. solus addit. *dies*. (*q*) *Multo*. (*r*) Accedunt hæc ad lectionem Isidori. (*s*) Non plane cohæret Dionys. (*t*) *Resident*. (*u*) *Videntur episcopi esse constituti*. (*x*) Ita & Isid. Dion. *quod*. (*y*) *Prædia* utrinq. (*z*) Deest. (a) Deest utrinque. (b) *Septimanas* utrinq. (c) Ita & Isid. Dion. *Aut si*. (d) *Diem dominicum* utrinq. [e] *Illuc accedant*. (f) Deest, sed habet Isid. (g) *Moratur*. (h) *Evadat*. Is. *incurrat*, (i) Discrepat a Dionys. (k) *Placeat* utrinq. (l) Deest utrinq. (m) *Convocatis*.

XVI.

Excommunicati apud vicinos episcopos audiendos.

OSius episcopus dixit: quod me adhuc movet, reticere non debeo. Si episcopus quis forte iracundus, quod esse non debet, cito *aut* (*a*) aspere moveatur adversus presbyterum sive diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit; providendum est ne innocens damnetur aut perdat communionem; & ideo habeat potestatem iste qui *ejectus* (*b*) est finitimos *congregare* [*c*] episcopos, ut ejus causam audiant & diligentius tractent; quia non oportet (*d*) negari audientiam roganti; & ille episcopus, qui aut injuste abjecit eum, patienter accipiat ut negotium discutiatur, ut aut probetur *ejus temeritas*, [*e*], aut emendetur *sententia*: prius tamen quam omnia diligenter fuerint examinata, eum, qui fuerat a communione separatus, ante cognitionem nullus alius debet præsumere ut *recipiat* (*f*) & communi societ. Hi vero qui convenerint ad audiendum, si viderint clericorum esse *studium* [*g*] & superbiam, quia (*h*) non decet, ut episcopus aut injuriam aut contumeliam patiatur, *austerioribus* [*i*] eos verbis castigent, ut obediant honesta precipienti episcopo; quia sicut ille *ministris* [*k*] sincerum exhibere debet charitatis amorem; ita quoque vicissim ministri infugata debent episcopo suo exhibere obsequia.

XVII.

De non sollicitandis clericis alienis.

JAnuarius episcopus dixit: illud *præterea* (*l*) statuat sanctitas vestra, ut nulli episcopo liceat alterius [*m*] civitatis *clericum* (*n*) sollicitare, & in suis parrochiis ordinare. Universi dixerunt: [*o*] quia ex iis contentionis solet discordia nasci, (*p*) prohibet omnium sententia ut ne quis hoc facere audeat.

A

XVIII.

De non ordinandis clericis alienis sine consensu episcopi sui.

OSius episcopus dixit: & hoc universi constituimus, ut quicunque ex alia parrocia alienum ministrum sine *conscientia* vel voluntate [*q*] sui episcopi voluerit *in ordine promovere* [*r*] non sit rata ejus ordinatio. Quicunque autem hoc usurpare *tentaverit* (*s*) a fratribus & coepiscopis nostris admoneri debet &
B corrigi.

XIX.

De clericis qui Thessalonicam veniunt. [*t*]

ÆTius episcopus dixit: non ignoratis, *fratres charissimi*, (*u*) quanta & qualis sit Thessalonicensium civitas, *quod* (*x*) sæpe ad eam veniant ex aliis regionibus presbyteri & diaconi, & non sunt contenti *ut* (*y*) brevi tempore *morentur*, *aut residеant* [z] ibi, *& nisi per vim* [a] post longa spatia ad sua re-
C dire cogantur. Universi dixerunt: ea tempora quæ constituta sunt circa episcopos *& ad omnium clericorum* [b] personas *observare* debent.

XX.

De suscipiendis his qui propter periculum & persequutionem fugiunt. (c)

OSius episcopus dixit: Suggerente fratre & coepiscopo nostro Olympio, hoc etiam placuit, ut si aliquis vi
D perpessus est, & inique expulsus *propter doctrinam*, [d] vel catholicam confessionem, vel defensionem veritatis, fugiens pericula innocens & *devolutus* (e) ad aliam venerit civitatem, non prohibeatur (f) *demorari*, quamdiu aut redire poterit, aut injuriam ejus remedium accipiat; quia durum est eum, qui persequtionem patitur, non recipi; sed etiam ei larga benivolentia & humanitas ei est exhibenda. Omnis synodus dixerunt: universa quæ constituta sunt, catholica ecclesia in universo orbe diffusa custodiet. (g) *Et subscripserunt qui convenerant. Osius ab Spania Cordubensis.*

(*a*) Dion. & Is. *aut*. [*b*] *Abjectus*. Is. *dejectus*. (*c*) *Ut interpellet*. (*d*) Ad. uter *ei*. (*e*) *Sententia ejus a plurimis vel emendetur*, utrinq. [*f*] Est lectio Isid. (*g*) *Fastidium*. Isid. *Fastigium*. (*h*) Dion. addit. *jam*. (*i*) *Severioribus*. Is. *austerioribus*. (*k*) *Clericis* utrinq. (*l*) *Quoque* utrinq. (*m*) Ad. solus Dion. *episcopi*. (*n*) *Ministrum ecclesiasticum*. (*o*) Add. uterq. *placet*. (*p*) Add. uterq. *Et ideo*. (*q*) *Sine consensu* utrinque. [*r*] *Ordinare* utrinque. (*s*) *Usurpaverit* utrinque. [*t*] Diffidet ab utroque. (*u*) Deest utrinque. (*x*) Deest utrinque. [*y*] Est lectio Isidori. (*z*) *Sed aut resident*. (a) *Aut certe vix*. (b) *Et circa has*. (c) Accedit ad Dionysianum. (d) *Pro disciplina* utrinque. (e) *Devotus* utrinque. (f) *Immorari* utrinque. (g) Deest utrinq.

AD CONCILIUM ROMANUM III.

Sub Damaso Papa anno 377. habitum

ADDITIO NOVA.

" DE tertia Romana synodo sub Damaso papa celebrata differens, admonui, Damasi epistolam ad Paulinum Antiochenum, cui fidei confessionem ab ipsa synodo conditam, pontifex ipse transmisit; in vulgatis huc usque editionibus acephalam haberi. Cum enim in ea mittere se pontifex asserat Nicænam confessionem cum additis a se, vel potius a synodo, anathematismis in Apollinarium; neque hæc Nicæna formula a Damaso tunc missa extet in editis; deesse aliquid epistolæ ejusdem integritati exploratum esse arbitrabar. Eam vero Nicænam confessionem a Damaso missam ex Lucensi Carolino codice me daturum, tunc spopondi; ac reipsa me dedisse blandiebar, publici juris facta fidei confessione quadam, statim post anathematismos in Apollinarium ibidem sub expresso titulo *Incipit de synodo Nicæna scripta papæ Damasi ad Paulinum, &c.* legenda. Cum tamen confessio ista, licet Nicænæ persimilis in nonnullis, multa habeat adjecta, multa interjecta, tunc pariter, cum hæc darem, apud me ambigebam, num ipsa esset formula Nicæna Damasi; vel alia ab eodem pontifice alia occasione digesta. Ista agitans, verso iterum codicem, eoque diligentius inspecto, agnosco tandem confessionem illam fidei, quæ statim sub titulo superius descripto exhibetur, aliam plane esse ab iis tribus, quas ibi dedi; quanquam & istæ ordine succedunt post illam in eodem codice. Hanc vero, quæ in eo Codice statim sub titulo succedit, genuinam Nicænam recognovi; ex quo conficitur formulam recens inventam, non vero illam quam tunc exhibui, in capite epistolæ ad Paulinum & inter acta synodi Romanæ referri oportere. Quamvis & illæ pariter confessiones tres, a me excusæ, Damasum authorem habuerint, cui & prior reipsa in eo codice adscribitur, & quæ statim succedunt geminæ ex ipso quem ibi obtinent loco non immerito eidem ascriberentur. Hic enim est ejus codicis ordo. Statim post titulum offert sese Nicæna formula, hic excudenda; tum parent anathematismi; dein tres fidei confessiones a me loco suo vulgatæ, quarum prima tantummodo Damasi papæ nomen in titulo præfert. Habeant igitur sacræ antiquitatis studiosi Nicænam genuinam Damasi confessionem, additis anathematis in Apollinarium, non quidem novis; extant enim in Labbeo; sed ex variantibus non spernendis; dignissimis ut novis Theologorum meditationibus subjiciantur.

A

INCIPIT DE SYNODO NICÆNO SCRIPTA PAPÆ DAMASI

Ad Paulinum Antiochenæ urbis episcopum.

CRedimus in unum Deum, patrem omnipotentem, visibilium & invisibilium; & in unum dominum nostrum Jesum Christum, filium Dei, natum ex Patre unigenitum, hoc est ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum vero ex Deo vero, natum non creatum, unius substantiæ cum Patre, quod Græce dicunt *omousion*, per quem omnia facta sunt, sive quæ in cœlo, tum & quæ in terra. Qui propter
B nostram salutem descendit de cœlo, incarnatus etiam; homo factus, passus est, & & resurrexit tertia die; ascendit in cœlos; venturus inde judicare vivos & mortuos. Et Spiritum Sanctum neque facturam neque creaturam sed de substantiam Deitatis. Eos autem qui dicunt, erat tempus, quando non erat, & priusquam nasceretur non erat, & quia nullis extantibus factus est, vel alia subsistentia dicentes mutabilem & convertibilem filium Dei; hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

Post (a) hoc concilium Nicænum, *quod* (b) in urbe Roma concilium congregatum
C est a (c) catholicis episcopis, addiderunt de Spiritu Sancto; *&* (d) quia postea hic error inolevit, (e) ut quidam ore sacrilego auderunt dicere, Spiritum Sanctum factum esse per filium.

Anathematizamus eos, qui non tota libertate proclamant, eum cum patre & filio unius potestatis esse atque substantiæ.

Anathematizamus quoque eos, qui Sabellii sequuntur errorem, eumdem dicentes esse Patrem, quem & Filium.

Anathematizamus Arium, atque Eunomium qui pari impietate, licet sermone dissimili, Filium & Spiritum Sanctum adserunt esse *creatum*. (f)

D Anathematizamus Macedonianos, qui de Arii stirpe venientes, non perfidiam mutavere sed nomen.

Anathematizamus Photinum, qui, Ebionis hæresim instaurans dominum Jesum Christum tantum ex Maria (g) confitentur.

Anathematizamus eos qui duos filios asserunt; unum ante sæcula, & alium post assumptionem carnis ex Virgine.

Anathematizamus eos, qui pro hominis anima *rationabili* (h) & intelligibili dicunt Dei Verbum in humana carne versatum; cum ipse Filius sit Verbum Dei & non pro
E anima *rationabili* & intelligibili in suo corpore fuerit; sed nostram, idest *rationabilem* & intelligibilem sine peccato animam susceperit atque salvaverit.

Ana-

(a) Extare hæc in codice Justel. li tradit Labbeus.
(b) M. S. Justel. *aliud*.
(c) Justel. deest *a* & ponitur *catholici*.
(d) Deest *&*.
(e) Hæc sunt etiam in codic. Labbei.
(f) Lab. *creaturas*.
(g) Lab. ad. *Virgine*.
(h) *Rationali*. & sic ubique.

Anathematizamus eos qui Verbum Filium *Dei* (a) extentione aut collectione, & a Patre separatum, (b) *& insubstantiatum*, & finem habiturum esse contendunt.

Eos *quoque* (c) qui de ecclesiis ad ecclesiam *migraverunt*, (d) tamdiu a comunione nostra habemus alienos, (e) *quamdiu* ad eas rediverint civitates in quibus *primum* (f) sunt constituti. Quod si (g) alius alios transmigrante in loco viventis est ordinatus, tamdiu vacet sacerdotii dignitate qui suam deseruerit civitatem (h) *quamdiu* successor ejus quiescat in Domino.

Si quis non dixerit semper Patrem, semper Filium, semper Spiritum Sanctum esse, anathema sit.

Si quis non dixerit, Filium natum de Patre, idest de substantia ipsius divina, anathema sit.

Si quis non dixerit verum Deum filium (i) sicut Deum verum Patrem ejus, & omnia posse & omnia nosse, & Patri æqualem, anathema sit.

Si quis dixerit quod in carne constitutus Filius Dei, cum esset in terra, in cœlis cum Patre non erat, anathema sit.

Si quis dixerit quod in passione crucis dolorem *sentiebat* (k) Filius Dei Deus, & non caro cum anima, quam induerat, forma servi quam sibi acceperat, sicut ait scriptura, anathema sit.

(l) Si quis non dixerit quod in carne, quam assumpsit, sedet ad dexteram Patris, in qua venturus est judicare vivos & mortuos, anathema sit.

Si quis non dixerit Spiritum Sanctum de Patre esse vere ac proprie, sicut Filium de divina substantia, & Deum (m) *verum*, anathema sit.

Si quis non dixerit, Spiritum Sanctum omnia posse, & omnia nosse, & ubique esse sicut Filium, & Patrem, anathema sit.

Si quis dixerit Spiritum Sanctum *factum non esse*, (n) aut per Filium factum, anathema sit.

Si quis non dixerit omnia per Filium (o) & Spiritum Sanctum Patrem fecisse, idest visibilia & invisibilia, anathema sit.

(a) Deest. (b) *Separatum insubstantivum.* (c) *Autem.* (d) *Migraverint.* (e) *Donec.* (f) *Primitus.* (g) Ad. *quis.* (h) *Donec.* (i) Ad. *Dei.* (k) *Sustinebat.* (l) Deest totus anathematismus: *si quis non dixerit excruciatum &c* qui etiam deerat in codd. Justelli & Holstenii, & Quesnelli. (m) *Dei verbum.* (n) *Facturam.* (o) Ad. *postea incarnatum.*

Si quis non dixerit Patris & Filii & Spiritus Sancti unam divinitatem, potestatem, majestatem, potentiam, unam gloriam, dominationem, unum regnum, atque unam voluntatem, ac veritatem, anathema sit.

Si quis non dixerit tres personas veras Patris, & Filii, & Spiritus Sancti æquales, semper (p) *videntes*, omnia continentes visibilia & invisibilia, *omnia potentes* (q); omnia judicantes, omnia vivificantes, omnia facientes, omnia, (r) *quæ sunt salvandas*, salvantes anathema sit.

Si quis non dixerit adorandum Spiritum Sanctum ab omni creatura, sicut Filium & Patrem, anathema sit.

Si quis de Patre & Filio bene senserit, de Spiritu autem Sancto non recte habuerit; hæreticum est: *quod* (s) omnes hæretici de Filio Dei & Spiritu Sancto male sentientes in perfidia Judæorum & Gentilium inveniuntur.

Quod si quis partiatur Deum Patrem, dicens, & Deum Filium ejus, & Deum Sanctum Spiritum Deos *dicere* (t) & non Deum, propter unam divinitatem, & potentiam, quam credimus esse & scimus Patris & Filii & Spiritus Sancti (u); subtrahens autem Filium aut Spiritum Sanctum ita *ut* (x) solum existiment (y) *esse* Deum Patrem, dici aut credi unum Deum; anathema sit, *omnibus immo Judæis*. (z) *Quod* (a) nomen (b) Deorum in angelis & sanctis omnibus a Deo est *positum* (c) & donatum; de Patre autem & Filio & Spiritu Sancto propter unam & æqualem divinitatem non nomen Deorum, sed Dei, nobis ostenditur atque indicatur, ut credamus quia (d) *& in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum* solum baptizamur, & non in archangelorum nominibus *aut* (e) angelorum, quomodo hæretici aut Judæi, aut etiam Gentiles dementes *faciunt*. (f) Hæc ergo est salus Christianorum, ut credentes Trinitati, idest Patri, Filio, & Spiritui Sancto (g) *in eam veram* solam unam divinitatem, *&* (h) potentiam (i) & substantiam *ejusdem* (k) *hæc* sine dubio credamus.

AD

(p) *Viventes.* (q) *Omnipotentes.* (r) Deest. (s) *Quia.* (t) *Dici.* (u) Ad. *Deum verum.* (x) Deest. (y) Deest. (z) Deest. (a) Deest. (b) Ad. *enim* (c) *Impositum.* (d) *In Patre, & Filio, & Spiritu Sancto.* (e) *&.* (f) Deest. (g) *Et in eam baptizati;* Sed & lectionem nostrā tuetur codex a Quesnellio editus. (h) Deest. (i) Ad. *majestatem.* (k) *Ejus sine dubio &c.*

ADNOTATIO COLLECTORIS IN CANONEM

Eos quoque qui de ecclesiis.

PAschasius Quesnellus in suis ad Codicem, quem vocat, canonum Romanæ ecclesiæ, adnotationibus censet, canonem istum aliena manu intrusum esse in hanc fidei confessionem Damasi; eo quod e codice illo suo, quem in usum Romanæ ecclesiæ scriptum contendit, adeoque ab authore qui plus cæteris nosse poterat quæ genuina erant Damasi scripta, abesse compererit, & cum cæteris quæ in eadem confessione præcedunt & subsequuntur non cohæreat. Attamen contra hanc eruditi viri suspicionem, suspicionem aliam commovent manuscripti codices omnes cum Theodoreto, apud quos canon, iste cum cæteris adscribitur. Neque enim unum aliquem veterem codicem præter illum unde collectionem suam eruit, Quesnellus assignat, cujus authoritate opinionem suam tueatur. Quod vero cæteris antecedentibus & consequentibus canonibus non cohæreat, hæc ratio assignari posset; nimirum in unam forte seriem diversorum sub Damaso conciliorum canones conjunctos esse; prioris canones cum illo, de quo modo, claudi, eumque, cum unicus fuerit de disciplina conditus, postremum omnium statuisse Patres. Dein alterius concilii canones succedunt. Hanc conjecturam meam fulcit ipsa canonum describendorum ratio diversa; nam usque ad hunc canonem ita omnes exordiuntur: *Anathematizamus &c.* Deinceps vero reliqui ita: *Si quis &c.* Quod vero e Quesnelliano codice absit canon iste unicus de rebus ad fidem non pertinentibus, non est cur eruditi mirentur. Nam hæc Damasi confessio proposita est ibi tanquam formula cui hæretici ad ecclesiam redeuntes subscribant, (ut ex additamento quod illi statim continuatur in eadem collectione discimus) ideoque sola putaque fidei dogmata exhibuisse par erat; reliquis resectis tanquam supervacaneis,

AD LEPTENSE CONCILIUM

Anno 418. *habitum*

ADDITIO.

An. 418. LEptenſis concilii titulus in codice noſtro Carolino Lucenſi adſcriptus canonibus ex epiſtola Syricii papæ ad epiſcopos Africæ deductis, ut concilium hoc darem, perſuaſit. Oſcitantius tamen, quam rei difficultas exigebat, tunc egiſſe me in re tam ardua fateor ingenue. Implexam enim illam efficit nomen varium, quod iiſdem canonibus præfigitur; unde Queſnellus in notis ad codicem canonum Romanæ eccleſiæ, ut ipſe appellat, argumentum trahit, quo Syricii epiſtolam, deductos ex ea canones, & Africanum concilium quod illos admiſiſſe ſcribitur, fictitios demonſtret. Labbeus Africanam hanc ſynodum *Teleptenſem* inſcribit; Harduinus ex MS. cod. Pariſienſi Societ. Jeſu emendat *Telenſe*; Ferrandus in Breviario hos ipſos canones concilio *Zellenſi* tribuit; denique in codice noſtro eſt *Leptenſe*. Hæc nominum varietas, quibus ſingulis diverſa reſpondent Urbium Africanorum nomina propria, ambages præbent ſcriptoribus plane intricatas. Pagius in Critica Baronii ad an. 418. ita ſe expedit. Ferrandus vetuſtiſſimus & Africanus ſcriptor *Zellenſe* concilium, non ſemel & iterum, ſed novies conſtanter appellat; ex quo inferri merito poſſet inter varias ſynodi appellationes Zellenſem præferendam eſſe. Zellæ vero urbs erat duplex in Africa ait Pagius; altera in Bizacena alio nomine *Cellæ* dicta; alia in provincia proconſulari, quæ & Tellæ appellata eſt. Cum igitur concilium hoc in Byzacena habitum conſtet ex eo actorum exordio quod in Labbeo legitur; hinc conveniſſe Patres concilii ejuſdem Zellæ vel Cellæ in Bizacena Pagius deducit. Ex hoc vero factum arbitratur, ut quod Zellæ habitum eſt concilium, Tellenſe appellaretur ſive ex permutatione literæ Z. in T. quæ ſæpe accidit in vetuſtis manuſcriptis; ſive quod una eademque urbs Zellæ & Tellæ indiſcriminatim nuncuparetur. Denique cum cœtui eidem præfuerit Donatianus epiſcopus urbis Teleptenſis in Bizacena *ſenior*; ideo & idem concilium Teleptenſe aliquoties dictum eſſe opinatur. Ita vir illæ doctiſſimus commentatus eſt; cui tamen ne ſubſcribam facit nomen Zellæ nuſpiam in Bizacena ex aliquo certo documento demonſtratum. Quæ enim illi eſt Zellæ in Byzacena, hæc in Itinerario Antonini *Cellæ* dicitur; quin nec rari cenſent Zellæ urbem ipſam eſſe urbem Tellarum in Proconſulari. Vide Carolum a S. Paulo Geogr. Sac. p. 89. & notas Holſten. ibid. Viderint ergo eruditi, num melior ſit ea, quæ mihi ſuccurrit, conjectura. Cenſeo igitur concilium Zellenſe, de quo Ferrandus, aliud fuiſſe a Teleptenſi a Labbeo edito: illud in proconſulari, hoc vero in Byzacena conveniſſe; quam rem ita compono. Syricius literis ad Africæ epiſcopos datis canones a ſe conditos in Romano concilio admittendos illis propoſuit. Proconſularis provincia Tellas ſeu Zellas conveniens eos admiſit probavitque; tum per legatos ſuos ad Byzacenam miſſos (qui ſane legati in actis hujus concilii editis comparent) admittendos pariter probandoſque præbuit. Donatianus epiſcopus Teleptenſis ſenior provinciæ ſeu in urbe ſua Telepti, ſeu in minori Lepti, quæ in eadem provincia jacebat, coacto concilio illos pariter adoptavit. Habemus hic conciliorum duorum canones eoſdem; ex priori ſynodo illos dedit Ferrandus; alterius acta in Labbeo ſuppetunt. Hinc forte recte codex noſter Lucenſis *Leptenſe* concilium induxit. Niſi forte *Leptenſe* pro Teleptenſe ſcriptum ibi ſuſpicaremur, ea plane ratione qua *Spanienſe* pro *Hiſpanienſe* veteres libri ferunt.

Denique admonitos eruditos volo concilium hoc cum anno 386. illigaſſe me, quod ſcilicet eo anno Syricii epiſtola ſignetur; verum ex actis Labbeanis exploratum eſt ad annum 418. referri oportere. Quid autem fuerit in cauſa, cur directa ad Afros anno 386. Syricii epiſtola nonniſi anno 418. admitteretur, indagandum aliis relinquo.

CONCILIUM CARTHAGINENSE

Ab Aurelio Carthaginenſi epiſcopo, Agricola & Euſtachio Coſſ. ideſt

Anno Chriſti 421. *habitum*.

COLLECTORIS PRÆMONITIO.

An. 421. „ VIr eruditiſſimus, Italiæ noſtræ decus „ eximium Cl. Scipio Maffejus, inter multa, quæ ad illuſtrandam rem eccleſiaſticam protulit in lucem, de codicibus manuſcriptis inſignis bibliothecæ canonicorum majoris eccleſiæ Veronenſis lucubrationem edidit, qua res conciliaris noſtra plurimum juvatur. In ſerie enim codicum, quibus canones & concilia traduntur, unum aliquem deſcribit primæ collectioni Codicis noſtri Carolini in nonnullis conſentaneum. Multa tamen diſcrepant; inter quæ offendas exordium concilii Carthaginenſis ſub Agricola & Euſtachio Coſſ. anno nempe 421. celebratum. Quod cum in collectionibus deſit, hic ſuppleo. Monet vero clariſſimus editor, non exordium tantummodo, ſed

ANNO CHRISTI 431.

„ totum concilium in eodem codice exhibe-
„ ri; cujus tamen canones cum sparsim le-
„ gantur in excusis Africanis conciliis, re-
„ ferre supervacaneum duxit. Is profecto
„ mos erat Africanorum, ut in posterioribus
„ conciliis eos sæpe canones recitarent ac
„ renovarent, quos concilia priora statue-
„ rant. Vide concilii Africani exordium a-
„ pud Labbeum to. III. pag. 501. edit. Ven.
„ In hoc concilii exordio Aurelius *Senex*
„ dicitur, qui titulus erat in disciplina ec-
„ clesiæ Africanæ solemnis, datus iis singu-
„ larum provinciarum episcopis, qui cum
„ diutius cæteris comprovincialibus munus
„ episcopatus gessissent; ideo primas in ses-
„ sionibus conciliorum tenebant. Quanquam
„ id fallebat in episcopo Carthaginensi, qui
„ non ætatis, at potius sedis jure primatem
„ totius Africæ gerebat. Vide Schelstratum
„ de Ecclesia Africana. Quare senem hic
„ dici Aurelium Carthaginensem, non qui-
„ dem ætatis, sed primatus dignitate, ar-
„ bitror.

INCIPIT CONCILIUM CARTHAGINENSE

Agricola & Eustachio VV. CC. Consulibus, Idibus Junii.

Carthagine, in Secretario Basilicæ Fausti. Cum Aurelius senex una cum fratribus, & consacerdotibus suis consedisset, adstantibus Diaconibus, Aurelius episcopus dixit. Sanctitas vestra melius recolit, quanecessitate factum est, ut instituta concilii solemnitas per biennium cessaret: nunc quia adjuvante Deo certa provincia factum, ut sanctus frater, & coepiscopus noster Augustinus pro sua religione concilium libenter acciperet, & nos Dominus in unum congregari jussisset; & quia contigit, ut infirmitas mea vestrum omnium vultum salutaret; agamus aliquid pro utilitate ecclesiæ, ut ea quæ innata, vel quæ audienda sunt, audiantur: ne causæ, cum diutius adhuc dimitti cœperint, in pejus exurgant. Unde hic opus est, ut ecclesiæ causæ, quæ disciplinæ congruunt, pertractentur. Universum concilium dixit: ut hoc fiat libenter audimus. Aurelius senex dixit: quæ inter communi deliberatione statuta, & definita sunt, concilia præterita ex ordine relegantur, præsentis concilii paginis inserenda.

Varii sequuntur canones, quos in Africanis conciliis sparsim habemus: In fine, Hæc statuta singuli propria subscriptione firmaverunt.

Aurelius, Simplicius, Augustinus, & cæteri.

AD EPHESINUM CONCILIUM OECUMENICUM

Anno 431. habitum

ADDITIO.

An. 431. Quæ ad synodum Ephesinam pertinent documenta, tam multa a fidelibus servata, & ad posteritatis memoriam transmissa sunt; ut supplementa ad ea quæ jam in medium de concilio isto prolata sunt, vel nulla vel rara darentur. Adhuc tamen suppetit aliquid quod proferam suggerente in primis codice nostro Carolino, ex quo edendam suscipio anathematismorum S. Cyrilli in asserta Nestoriana versionem Latinam antiquam, ab ea pariter antiqua versione, quam Baluzius dedit, in multis diversam. Nec omittendum est pariter additamentum insigne ad epistolam concilii ad S. Dalmatium abbatem, qui tam multa pro eodem concilio apud imperatorem præstitit. Epistolam hanc ex Vindebonensi codice eruit deditque P. Garnerius Soc. Jesu presbyter eruditus in præfat. ad 2. par. Mar. Merc. ex quo Baluzius, & ex eo Venetus Labbei editor to. III. pag. 1118. Cum tamen Garnerius ex illa laciniam evulserit, quam addititiam judicaverit; ideo & ille prior & cæteri post illum mutilam epistolam exhibuerunt. Sensit hoc B. Bandurius in comment. ad Antiquit. CPtanas lib. III. pag. 514. Ven. edit. factumque audax improbans, suæ integritati eam reddidit. Quin & Laciniam illam in qua Dalmatius ejusque successores ex decreto synodi & Romani pontificis constituitur ἄρχοντα *princeps omnium monasteriorum* regiæ urbis; illam, inquam, laciniam cohærere reliquis antiquitatis documentis demonstrat. Nam & hoc idem habet epistola Cyrilli & Mnemonis ad Dalmatium, seu, ut est in Labbeo to. III. pag. 1291. edit. Ven. ad Clerum CPtanum, quæ cum encyclica sit, ideo & ad clerum regiæ urbis, tum & eadem mitti potuit ad Dalmatium, cui in vita Dalmatii a Bandurio ibid. vulgata inscribitur. In ea igitur epistola quæ ad Dalmatium missa est, additur hæc periodus, resecta in epistola eadem ad clerum directa; statim enim post illa verba *aut dicat aut doceat* additur: τοῦτο δὲ σαφῶς ἐπιστάμεθα, ὅτι οὐδεὶς ἄλλος δύναται τοῦτο ποιῆσαι ἀλλ' ἡμετέρα μόνη ἁγιωσύνη; ὡς πρωτεύων πάντων τῶν ἐν αὐτῇ μοναστηρίων. *Id autem optime scimus, nempe nullum alium præter vestram sanctitatem facere posse, quippe qui omnium monaster. sis princeps.* Huic etiam archimandrit. monasterii S. Dalmatii in cætera urbis regiæ monasteria principatui testimonium affert concilium CPtanum sub Mena ac. 1. cui subscribit Marianus egumenus monasterii Dalmatii, & præfectus ἔξαρχος *monasteriorum regiæ urbis.* Ita & Timotheus ejusdem monasterii archimandrita Justiniani ævo dicitur ἔξαρχος τῶν μοναστηρίων urbis regiæ.

Ex

I.

SI quis non confitetur Deum esse secundum veritatem Emmanuel, & propter hoc Dei genitricem S. Virginem; genuit enim carnaliter carnem factum ex Deo Verbum; anathema sit.

II.

Si quis non confitetur carnis secundum *substantiam* (*a*) *unigenitum* (*b*) ex Deo Patre Verbum, unumque esse Christum, cum *propria* (*c*) carne, eundem videlicet Deum simul & hominem; anathema sit.

(a) Edit. *subsistentiam*
(b) Ed. *unitum*
(c) Ed. *cum sua*

III.

Si quis in uno Christo dividit substenentias post *adunationem* (*d*) *soleas* copulans, (*e*) conjunctione quæ secundum dignitatem vel authoritatem *vel potestatem* (*f*) est, magis concursu secundum *adunationem* (*g*) naturalem, anathema sit.

(d) Ed. *ad unitionem sola*
(e) Ed. ad. *eas*
(f) Deest.
(g) Ed. *adunitionem*

IV.

Si quis personis duabus vel *subsistentis* (emendat antiqua manus subsistentiis) *ea* (*h*) quæ in evangeliis vel apostolicis scripturis *stant dividit* (*i*) voces, aut *in* (*k*) Christo a Sanctis dictas, aut ab ipso de *semedipso*, (*l*) & (*m*) *alias quidem tanquam homini citra quod ex Deo est verbum seorsum intelligendo quo aptat; alias* vero, velut Deo *dicibiles* soli ex *Deo Patre* verbo; anathema sit.

(h) Deest.
(i) Deest *stant* & pro *dividit* habet *impertit*.
(k) Ed. *de*
(l) Ed. *de se*
(m) Ed. *quasdam velut homini præter ex Deo verbo specialiter intellecto applicat; quasdam vero velut Deo decibiliter soli ex Deo Verbo*

V.

Si quis audet dicere *de inferiorem* (*n*) hominem Christum, & non magis Deum esse secundum veritatem, ut Filium unum & natura secundum quod factum est caro verbum, & communicavit similiter nobis sanguine & carne; anathema sit.

(n) Ed. *Deum ferentem*

VI.

Si quis dicit *Deum aut* (*o*) Dominum esse Christi ex Deo Patre verbum, & non magis eundem confitetur Deum simul & hominem, utpote facto carne Verbo secundum scripturas; anathema sit.

(o) Deest.

VII.

Si quis dicit sicut hominem operatum esse *citra* (*p*) Dei verbum (*q*) & unigeniti gloriam adhibitam esse, & tanquam alteri præter *exigentia*, (*r*) anathema sit.

(p) Ed. *cura*
(q) Ad. *Jesum & unigenitum*
(r) Ed. *existenti*

VIII.

Si quis audet dicere *adsumto* (*s*) hominem quo adorari oportere Deo verbo & conglorificari, (*t*) Deum, quasi alterum in altero (*u*) *syllaba enim quo semper adjecta hoc intelligi cogitet non* magis una adoratione honorificat Emmanuel, & unam & glorificationem *adjuvet* (*x*) secundum quod factum est caro verbum; anathema sit.

(s) Ed. *adsumptum*
(t) Ed. ad. *& coappellari.*
(u) Deest
(x) Ed. *adhibet.*

IX.

Si quis dicit unum Dominum Jesum Christum glorificari ab Spiritu, quasi aliena virtute quæ per eum est utente, & *ab eo* (*y*) accipientem operari posse, & contra spiritus immundos, & adimplere in omnes Dei miracula, & non magis proprium ejus dicit *Spiritus* (*z*) per quem & operatus est deitatis *signum* (1)

(y) Deest.
(z) Ed. *Spiritum*
(1) Ed. *Signum*

X.

Pontificem & apostolum confessionis nostræ factum Christum dicit scriptura; *obtulit* (2) etiam pro nobis semedipsum in odorem suavitatis *Deo & Patri* (3): Si quis ergo pontificem & apostolum nostrum dicit *factum*, (4) non ipsum ex Deo verbum, quando factum est caro, & secundum nos homos, & (5) quasi alterum præter ipsum specialiter hominem *ex* (6) muliere. Si quis dicit & pro se obtulisse eum sacrificium, & (7) magis pro nobis ipsis nec enim indicuit sacrificio qui nescit peccatum, anathema sit.

(2) Ed. *obtulisse*
(3) Ed. *Domino*
(4) Ed. *factum*
(5) Ed. *sed*
(6) Ed. ad. *aut*
(7) Ed. ad. *non*

XI.

Si quis non confitetur Domini carnem *vivificatricem* (8) esse, & propriam ejus Verbi, quod ex Deo Patre est; sed vel alterius præter ipsum *copulatum* (9) quidem ei secundum dignitatem, aut quasi solummodo *divina inhabitatione* (10) habenti & non magis *vivificatricem* sicut diximus, quia facta est propria Verbi omnia vivificare valentis, anathema sit.

(8) Ed. *vivificatoriam* ubique
(9) Ed. *copulati.*
(10) Ed. *divinam inhabitationem*

XII.

Si quis non confitetur Dei Verbum passum carne & crucifixum (11) & quod mortem gustavit carnem, factum etiam primo genitum ex mortuis, secundum quod vita est a patre & vivificans ut Deus; anathema sit.

(11) Ed. ad. *carne.*

FRA-

AD CHALCEDONENSE OECUMENICUM CONCILIUM

Anno 451. habitum

ADDITIO.

CUM ea quæ ad vetustissima ecclesiæ Dei concilia oecumenica spectant maxima omnia censenda sint; rem gratam me præstiturum Catholicis lectoribus reputavi, si versionem vetustam confessionis fidei in synodo Chalcedonensi datæ huc transtulero ex vetusto Carolino codice Lucensi, cujus sæpe alias mentio facta est. Canonum quidem Chalcedonensium versionem veterem nondum editam (ut tunc quidem arbitrabar, quamvis postea persimilem agnoverim illi quæ in codice canonum Quesnelliano eodem authore prodiit in Append. ad Opera S. Leonis) ex eodem penu exprompam tuli in mea hac editione suo loco; neque expedire tunc censui, ut illis adjicerem expositionem hanc fidei, eo quod cum ea collatam, quæ in Veneto Labbeana editione ex Colbertino codice exhibetur, plene cum illa congruere, uno vel altero verbulo excepto animadverterim. Sed cum forte Venetias profectus convenissem P. Bernardum de Rubeis e sacro Prædicatorum ordine virum doctissimum, & de ecclesiast. eruditione editis libris longe meritissimum, et cum inter loquendum incidisset de meo hoc opere sermo, tum, pro ea, qua me dignatus est humanitate, admonuit omissam esse in Veneta Labbei editione versionem quandam confessionis fidei in Synodo Chalcedon. editæ, quam Baluzius produxerat. Rogavit proinde ut defectum hunc supplerem, hac adjecta versione ad verbum. Amico quæ recta erant suadenti obsecuturum me spopondi; & cum editione jam ulterius decursa, suo loco non possem, ad appendicem alterius voluminis eam cum cæteris remisi. Nunc illi mos gerendus; tum & simili consilio dandam pariter judicavi ex eo, quem supra commemoravi, MS. Codice Carolino Lucensi illam confessionis versionem, quam ibi extare innui. Congruit hæc per omnia iis quæ in editione Veneto-Labbeana comparent, nam confessionis Nicænæ ipsa eadem est versio ac ea quæ ex Vaticanis codicibus deprompta Cardinalis Casanactensis beneficio ibidem legitur. Cætera vero cum versione Colbertini codicis in columna quarta expressa congruunt.

Adjungendam his omnibus censui summam confessionis ejusdem Chalcedonensis, quam S. Euthymius celebris Palæstinæ abbas tunc florens, cum Theodosio pseudo-monacho agens complexus fuit. Suppeditat illam Cyrillus Theopolitanus in vita, quam de illo paulo post ejus obitum scripsit, vulgata a PP. S. Mauri in Analectis Græcis, quæ monumentis ecclesiæ Græcæ Cotelerianis adjungi solent. Ejus edendæ consilium suggessit discrimen quod animadvertisse mihi visus sum inter confessionem ipsam Græcam Latinamque nunc extantem, & eam, cujus synopsis ibi traditur. Ut e. g. cum Euthymius ait in ea confessione appellari S. Cyrillum *commilitonem* συμμάχον itemque rectæ fidei *magistri titulo* (a) ibidem decorari. Hæc in vulgata fidei confessione Chalcedonensi frustra quæras. Adde quæ habet Euthymius ex verbis ipsis confessionis Chalcedonensis de Christo, non quidem ex duabus naturis, ut Græca concilii definitio in excusis habet ἐκ δύο φύσεων *ex duabus naturis*, sed in *duabus naturis* ἐν δύο subsistente, quam genuinam esse lectionem confessionis, prout a Patribus edita est, sapientissimi vitæ hujus editores animadvertunt in nota quam hic pariter retinendam censui. Suspicio hinc ingeritur confessionem hanc Chalcedonensem non usque adeo integram & emaculatam ad nos pervenisse; quamquam, si quod est mendum, si quid est subtractum, id leve esse & summæ rei ne parum quidem officiens deduco ex consensu vetustissimarum omnium versionum, inter quas verborum quorumdam, phrasium ac rerum parvi momenti dissidium intercedit. Hæ sunt igitur fragmenti hujus tradendi rationes, quibus ratio alia accedit urgens; ut scilicet vetustissimum ejus confessionis interpretem fidum darem, ex quo de mente concilii certiores efficeremur.

(a) τῆς ὀρθῆς πίστεως διδάσκαλον ἐπιγράφεται

CONFESSIO FIDEI CONCILII CHALCEDONENSIS.

Incipit synodus episcopalis Chalcedonensis habitus ab quingentis episcopis contra Euthicitem.

Editio Baluzii.	*MS. Lucense.*
	Venerabilis totius mundi conventus, qui ex gratia D. N. & decreto clementissimorum & religiosorum imperatorum Valentiniani, & Marciani Augustorum adunatam in Chalcedonense metropolitana Britaniæ civitatem in martyrio sanctæ atque victricis Euphimiæ, decrevitque subter comprehensas scilicet.
Dominus noster, & Salvator Jesus Christus notitiam fidei confirmans discipulis suis ait. *Pacem meam do vobis, pacem meam relin-*	Dominus & Salvator noster Jesus Christus fidei intellectum discipulis confirmare præcepit; *Pacem meam do vobis, pacem meam relin-*

Editio Baluzii.

linquo vobis; ut nullus a proximo ſuo diſſonet in doctrina pietatis, ſed æqualiter prædicatione veritatis oſtendant. Quoniam vero non quieſcit nequiſſimus per ſua zizania inſurgens rationibus pietatis inſpergere, & novi aliquid contra veritatem ſemper inveniens, ob hoc conſuete Dominus Noſter providens humano generi, piiſſimum hunc, & fideliſſimum principem ad zelum fidei ſuſcitavit, & undique ſacerdotii principes ad ſe convocavit; quatenus gratia Domini omnium noſtrum Chriſti operante, ab ovibus Chriſti omnem partem quidem mendacii ſubmoveret, germinibus autem veritatis pingue efficeret. Quod quidem & fecimus, communi decreto dogmata fugantes erroris, & inenarrabilem vero Patrum renovavimus fidem, trecentorum decem et octo ſymbolum omnibus prædicantes, et tamquam domeſticos qui pietatis hujus compoſitionem receperunt Patres aſcribentes, qui poſtea apud Conſtantinopolim convenerunt. Definivimus igitur ordinem, et omnes formulas fidei conſervantes nos quoque ejus, quæ apud Epheſum olim facta eſt ſanctus Synodus, cujus præſides fuerunt ſanctæ memoriæ Cæleſtinus Romanorum urbis Antiſtes, et Cyrillus Alexandrinæ eccleſiæ præſul, præfulgere rectæ quidem, et immaculatæ fidei expoſitionem trecentorum decem et octo Sanctorum, et Beatiſſimorum Patrum apud Nicænum ſub piæ recordationis Conſtantino principe congregatorum, obtinere autem etiam centum quinquaginta Sanctorum Patrum apud Conſtantinopolim definitam ad interemptionem tunc exortarum hæreſum confirmationem vero ejuſdem catholicæ et apoſtolicæ noſtræ fidei.

Credimus &c. *ut in actione quinta concilii Chalcedonenſis apud Labbeum; ſed hic deeſt* lumen de lumine.

MS. Lucenſe.

relinquo vobis; & ne ulla diſſenſio inter vos ex religioſitate venerabili oriatur, ſed ex ea quo veritatis (ſic) oſtendatur præconium, quoniam non deſit per ſorticulas quaſdam malignus inſidiare pietatis ſeminibus; ſed ſemper novi quiddam adverſus veritatem indignata. Ab hoc Dominus noſter habens providentiam humani generis hunc clementiſſimum, ac fidelem adverſus æmulum nobis conceſſit principem, qui undique ad ſe Sacerdotes convocavit, ut gratia Domini Noſtri Jeſu Chriſti totam falſitatis noxam aggreſſa abjiciat, & veritatis eam corroboret B germinibus; quod & fecimus communi decreto vel judicio, erroris perſequentes ſectas; ſed & perfectiſſimorum patrum innobamus fidem trecentorum decem & octo ſymbolum omnibus prædicantes: & quod ſincera agnitione animo concepiſſe cognoſcimus ſacerdotes adtitulantes notabimus: Et poſt hæc convenerunt in urbem Conſtantinopolitana numero CL. etiam hi hanc confirmantes fidem. Nos vero hunc ordinem, & omnes fidei formulas cuſtodientes decernimus ſecundum Epheſitanorum concilium, quorum authore venerabilis memoriæ Celeſtinus urbis Romæ & Querillus Alexandrinæ urbis C epiſcopi unanimiter ſentientes juſte præcellere inculpabilis fidei expoſitione trecentorum decem & octo venerabilium ac beatiſſimorum Patrum, qui Nicæam temporibus Divæ memoriæ Conſtantini imperatoris convenerunt etiam obtinere vero & centum quinquaginta venerabilium epiſcoporum apud Conſtantinopoli quæ decreta ſunt adverſus interemptionem ſectarum pullulantium, & creſcentium manifeſtatione hujus catholicæ noſtræ fidei Symbolum trecentorum decem & octo, & centum quinquaginta.

Credimus in unum Deum patrem *omnium*: factorem Cœli & Terræ, Viſibilium omnium, & inviſibilium, & in unum Dominum D Jeſum Chriſtum Filium Dei unicum de patre natum ante omnia ſæcula; Deum verum de Deo (*) natum non factum. Ejuſdem ſubſtantiæ qua pater eſt per quem omnia facta ſunt, qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit *incarnatus* (*a*) eſt de Spiritu Sancto, & (*b*) Maria Virgine homo factus; crucifixus pro nobis ſub Pontio Pilato, ſepultus, (*c*) reſurrexit tertia die, adſcendit *ad* (*d*) Coelos, ſedet ad dexteram Patris, *inde* (*e*) venturus cum gloria judicare vivos & mortuos, cujus regni finis non erit, & in Spiritu Sancto Dominum, & vivificatorem a Patre procedentem, qui cum Patre & Filio adoratur, & glo- E rificatur. *Quod* (*f*) locutus eſt per Prophetas; in unam Catholicam, & Apoſtolicam eccleſiam. Confitemur unum Baptiſmum in remiſſione peccatorum, ſperamus reſurrectione mortuorum, vitam futuri ſæculi. Amen.

Suffecerat quidem ad plenariam pietatis agnitionem, *ſecundum* (*g*) ſanctum hunc *Salvatorem* divinæ gratiæ decretum (*h*) de Patre enim, & Filio, & Spiritu Sancto docet nos plenaria, & perfecta Domini noſtri incar-

Vatic. cod. Omnipotentem

Cobaret bac fidei confeſſio illi quam Cardinalis Caſanacta e Vatic. cod. eruit Extat ap. Lab. t. IV. p. 2063. ed. Ven.

**Cod. Vat. addit* vero

(a) *Vat.* natus

(b) *Vat.* &

(c) *Vat.* &

(d) *Vat.* in

(e) *Vat.* unde

(f) *Vat. ad* eſt

(f) *Vat.* qui

(g) In *Colb.* deeſt

(h) *Colb.* ſecretum

carnatio, quibus fideliter credulitas adeſt. Sed quoniam hi, qui veritatis deſtruere conantur præconium, quaſdam innovationes procreaverunt, ſecretalem Domini noſtri incarnationem corrumpere niſi ſunt (*a*) & Divinæ vocis Virginem creatricem auſi ſunt denegare & *confeſſionem* (*b*) unius naturæ humani corporis, & Divinitatis auſi ſunt componere, ſeparabilem & corruptibilem unici Filii Divinam naturam dicere tentarunt; ob hoc omnes *ipſis* (*c*) opponendam adverſus veritatem machinationem volens
B hoc *prævenerabile* (*d*) atque mundanum *Concilium* (*e*) antiquo illo præconio, & firmo exemplo decrevit, & (*f*) docens præcipue trecentorum decem & octo epiſcoporum venerabilium fidem manere incontaminatam, & adverſus illos, qui Spiritui Sancto adverſantur; quam fidem etiam poſteriore tempore in urbe Conſtantinopolitana centum quinquaginta convenientes venerabiles epiſcopi, & doctrinam nobis Spiritus S. ſubſtantiæ confirmaverunt; non quod aliquid deeſſet priſcæ fidei ſupradicentes; ſed adverſus eos qui nitebantur divini ſpiritus conceptione adverſari, & Domini Noſtri poteſtatem corrumpere; hos ergo in ſcripturis
C divinis *atteſtantibus* (*g*) evidentius manifeſtantes, propter hos qui ſubſtantiæ ſecretum evertere inſectabantur dicentes (hominem ſine divinitate fuiſſe *creatum*, (*h*) ex Venerabili Virgine Maria, impudenter & bulgariter venerabilis quondam epiſcopi Quirilli Alexandrinæ eccleſiæ literas, & totius Orientis congruas adverſus Neſtorii amentiam, in quibus manifeſta expreſſio *certi* (*i*) atque ſalutaris ſymboli deſiderantibus epiſtolam atque archiepiſcopi Leonis primæ ſedis, quæ deſtinata & directa videbatur ad venerabilem ſanctæ memoriæ Flavianum, ad intercipiendam Euthychetis malignitatem, quamvis S. Petri confeſſione concordantem
D & unam *ad* (*k*) ſimilem paginam viſa eſt adverſus obtrectantium audaciam evidenter edere convenit integræ fidei credentibus; nam & eos qui *quas rifariam* (*l*) Dei vivi ſubſtantiam ſecretalem nituntur dividere oppugnant; hos etiam qui paſſibilem audent dicere divinitatem unici filii; hos repellendos, & (*m*) de omni ſynodo oportet; nec non hos, qui duplicem naturæ commixtionem confuſionem Domini noſtri argumentantur impugnare; & qui coeleſtem vel etiam conſtare ſubſtantiam, quam ex nobis concreatam. Ipſis ergo figuram declinantes (emendat manus antiqua delirantes) vel inſanientes dicimus; & hos qui duas ante nativitatem Domini naturas, unam poſt unita-
E rum inſulſe fingentes excommunicare oportet. Sequamur igitur patrum noſtrorum ſententiam unum & eundem confitentes Dominum Jeſum convenienter edocentes, perfectum eumdem in divinitatem & perfectum eumdem carnalem hominem ..... (*n*) certum (*o*) eumdem ex anima rationale & corporis ſubſtantiam patri in divinitate (*p*) ſimilis, item & nobis per omnia in huma-

Coharent hac verſioni ex Cod. Colbertino a Baluzio extract. apud Labbeum Ven. edit. to. IV. pag. 2058. in quartæ columna expreſſa

(a) *In Colb. deeſt.*
(b) *Col.* confuſionem
(c) *Col.* ipſi
(d) *Col.* venerabile
(e) In *Col.* deeſt
(f) *Col.* edocens
(g) *Col.* ad deteſtationem
(h) *Col.* effectum
(i) *Col.* certatque
(k) *Col.* atque
(l) *Col.* quaſi bifariam
(m) In *Col.* deeſt
(n) Deum
(o) *Colb. addit* eundem hominem certum
(p) *Col. add.* ſubſtantiæ

na substantia similem præter peccatum, ante sæcula ex patre progenitum secundum divinitatem; sed in ultimis diebus eumdem propter nos & propter nostram salutem ex Maria Virgine divini nominis creatricem secundum hominem unum eumdemque Christum Filium Dominum unicum in duplici natura inconfuse *immutabilem* (*a*) indivise *in* (*b*) cognoscendum in nullo duplicis natura distantiam interempta propter unitatem salva proprietatem naturæ utriusque, sub una persona, non sub una substantia convenientes, neque in duas figuram divisam atque B partitam, sed unum eumdemque filium unicum Deum *verum* (*c*) Jesum Christum, sicut antiquitus prophetæ pro eo *etiam* (*d*) ipse nos Jesus Christus erudiit, & *Pater* (*e*) nobis tradidit symbolum. Horum itaque *cum omni* (*f*) veritate & suavitate *vobis* (*g*) ordinata statuit venerabilis & mundana ecclesia nullam *malitiam* (*h*) fidem licere cuiquam proferre, aut edere, vel docere, vel tradere alterum symbolum corripere volentibus ad scientiam veritatis ex paganitorum aut judaici aut hereticæ cujuslibet. *Recte* (*i*) hos vero, sive sint episcopi aut clerici alienos esse ab episcopatu seu clerici sint, (*k*) sed & si monachi sint, aut laici hos ex- C communicare jubemus.

Explicit synodus mundanum idest universale apud Chalcedona.

(a) *Col.* immutabiliter
(b) In *Col.* deest
(c) *Col.* Verbum Dominum
(d) *Col.* & jam
(e) *Col.* patrem
(f) *Col.* communi
(g) *Col.* a nobis
(h) *Col.* aliquam
(i) *Col.* sectæ
(k) *Col. addit* a clero Deest in Colbert.

EX VITA S. EUTHYMII

Ex Analect. Græc. pag. 57.

Ὑπολαβὼν δὲ ὁ μέγας Εὐθύμιος εἶπε. πᾶσι μὲν τοῖς κατὰ μέρος ἐξετασμένοις τε καὶ πεπραγμένοις ὑπὸ ταύτης συνόδου οὐκ ἐνέτυχον. ὅσον δὲ ἐπὶ τῷ ἐκτεθέντι ὑπ' αὐτῆς ὅρῳ, οὐδὲν ἔχω κακοδοξίας ταύτην ἐπιμέμφεσθαι. καὶ γὰρ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐπαινεῖ τὴν πίστιν, καὶ ἕπεσθαι αὐτῇ ὁμολογεῖ, καὶ φυλάττειν ἀσάλευτον ταύτην, καὶ ἀπαραχάρακτον. τοῖς τε κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίοις πατράσι, καὶ τοῖς κατὰ τὴν Ἔφεσον κατὰ Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς συναχθεῖσιν ἀκολουθεῖν ἐκδιδάσκει. Κύριλλον δὲ τὸν τῶν Ἀλεξανδρέων πρόεδρον σύμμαχον καλεῖ, καὶ D τὸν ὀρθῆς πίστεως διδάσκαλον ἐπιγράφεται. Θεοτόκον τε τὴν ἁγίαν παρθένον κηρύσσει, καὶ ἐξ αὐτῆς γεννηθῆναι κατὰ σάρκα * ὡμολόγει τὸν μονογενῆ υἱὸν καὶ λόγον τοῦ Θεοῦ. καὶ ἐπ' αὐτὸν τὰς δύο ἀναφέρει γεννήσεις, τήν τε ἄχρονον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἀσώματον. καὶ τὴν ὑπὸ χρόνον ἐκ τῆς παρθένου μητρὸς ἐν σώματι ἐμψυχωμένῳ. ἐν δύο φύσεσι γνωρίζεσθαι ὁμολογεῖ τὸν ἕνα Χριστὸν κατὰ τὴν ἐν θεότητι τέλειον καὶ ἐν ἀνθρωπότητι ἔννοιαν, καθ' ἣν καὶ ἐπιφέρει λέγουσα, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως, διά τε τοὺς τολμῶντας μερίζειν ἢ χωρίζειν τὴν ἐν τῇ μήτρᾳ γεγενημένην ἄφραστον καὶ ἀδιάσπαστον καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, καὶ διὰ τοὺς κατὰ τροπὴν λέγοντας σάρκα γεγενῆσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, καὶ E τοὺς τὴν τοῦ μονογενοῦς σάρκα ὁμοούσιον τῇ θεότητι ἀποφαινομένους, καὶ διὰ τοὺς οὐχὶ ἕνωσιν τοῦ λόγου πρὸς τὴν σάρκα ὁμολογοῦντας, ἀλλὰ σύμφυσιν, καὶ σύγχυσιν καὶ συνουσίωσιν ἀσεβῶς τερατευμένους. οἵ τινές φασι τήν τε τῆς θεότητος φύσιν καὶ τὴν τῆς σαρκὸς, μίαν ἀποτελεσθῆναι φύ-

* Lege ὁμολογεῖ.

Tum beatus Euthymius: Omnia quidem, inquit, per partes examinata & gesta ab illa synodo non legi. Quod autem ad definitionem, quam edidit, attinet, nihil habeo, „ quo illam erroris insimulem. Siquidem „ trecentorum decem & octo sanctorum Pa„ trum Nicænæ Synodi fidem laudat, eam„ que se sectari, & inconcussam atque inte„ gram servare profitetur. Centum quo„ que & quinquaginta sanctos patres Con„ stantinopoli collectos, ac illos qui Ephesi „ contra impium Nestorium convenere, se„ qui edocet. Cyrillum Alexandriæ antisti„ tem commilitonem vocat, magistrique re„ ctæ fidei titulo ornat. Deiparam sanctam „ Virginem prædicat, atque ex ipsa unige„ nitum filium & Verbum Dei secundum „ carnem genitum esse confitetur. In illum „ duas refert generationes, unam temporis „ expertem & incorpoream ex Patre: aliam „ temporalem ex Virgine matre in corpo„ re animato. *In* duabus naturis unum Chri„ stum secundum perfectum divinitatis & hu„ manitatis conceptum agnosci confitetur, „ secundum quem hæc verba infert, *sine con„ fusione, vel conversione, vel divisione, „ vel separatione*, illorum causa, qui inex„ plicabilem & inseparabilem secundum hy„ postasim factam in utero unionem divide„ re vel separare audent; tum etiam pro„ pter illos, qui secundum conversionem „ Dei Verbum carnem factum esse asserunt; „ tum qui Unigeniti carnem divinitati con„ substantialem esse declarant; tum qui non unio-

„ unionem Verbi cum carne confitentur, „ ſed concretionem, confuſionem, et con- „ ſubſtantiationem impie monſtri inſtar fin- „ gunt; qui quidem ajunt divinitatis & „ carnis naturam, unam factam fuiſſe „ naturam: ut juxta illorum ſermonem „ non amplius ſervari queat Chriſti vel paſ- „ ſibilitas ob ipſius divinitatis impaſſibilita- „ tem, vel impaſſibilitas ob ejuſdem rurſus „ humanitatis paſſibilitatem. Itaque ſecun- „ dum hunc rectæ intelligentiæ ſcopum di- „ ctionem *in duabus* ſuæ definitioni inſeruit „ ſynodus; non ut ſeorſum & per partes „ Chriſtum ſeparans, ſed eumdem in utro- „ que confitens, & in eodem utrumque. „ Unde & nos cum illam dicentem *Chri-* „ *ſtum in duabus naturis* (*a*) audimus, non B „ diviſionem aliquam vel ſectionem uni Chri- „ ſti compoſitæ hypoſtaſi inferre putamus; „ ſed naturarum differentiam ſignificare „ agnoſcimus, juxta ſanctum Cyrillum Ale- „ xandrinum, qui ait: *Non ut naturarum* „ differentia *per unionem ſublata*.

A σιν, ὡς κατὰ τ ἐκείνων λόγον μηκέτι δύναϑζ τȣ Χριςȣ σώζεσϑαι μήτε τὸ παϑητὸν διὰ τὸ ἀπαϑὲς αὐτȣ τ ϑεότητος, μήτε τὸ ἀπαϑὲς διὰ τὸ παϑητὸν αὐτȣ πάλιν τ ἀνϑρωπότητος. κατὰ τȣ͂τον τοίνυν τ τ ὀρϑῆς διανοίας σκοπὸν τὴν, ἐν δύο, λέξιν τῷ ἑαυτῆς ὅρῳ ἐνέϑηκεν ἡ σύνοδος. ȣ̓χ ὡς ἰδίᾳ καὶ ἀνὰ μέρος χωρίζȣσα τ Χριςὸν, ἀλλὰ τ αὐτὸν ἐν ἑκατέρῳ ὁμολογȣ͂σα, καὶ ἐν ταὐτῷ τὸ ἑκάτερον. ὅϑεν καὶ ἡμεῖς ὅτ᾽ ἂν ταύτης ἀκούωμεν λεγούσης ἐν δύο φύσεσι τ Χριςὸν, ȣ̓ διαίρεσίν τινα ἢ τομὴν ἐπιφέρειν οἴομεϑα τῇ μιᾷ τȣ Χριςȣ συνϑέτῳ ὑποςάσει. ἀλλὰ τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν σημαίνειν αὐτὴν γινώσκομεν, κατὰ τ ἐν ἁγίοις Κύριλλον τ Ἀλεξανδρείας λέγοντα. ȣ̓χ ὡς τ τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν.

ADNOTATIO EDITORUM.

(a) HÆ voces ἐν δύο ſive ἐν δύο φύσεσι jam non extant in Concilii Chalcedonenſis definitione, in editis Græce Conciliis: ſed earum loco legitur ἐκ δύο φύσεων Veram tamen & genuinam lectionem eſſe ἐν δύο φύσεσι perſpicuum eſt ex iisdem vocibus (quæ huc ex illa definitione adductæ ſunt) hic ſæpius repetitis, ubi ne ſemel quidem ἐκ δύο, vel ἐκ δύο φύσεσι legitur, ſed conſtanter ἐν δύο, quæ quidem dictio æque tunc familiaris & celebris erat, ac olim vox ὁμοούσιος. Adde in latinis verſionibus antiquis non legi *ex duabus* ſed *in duabus*. Præterea rectus ac germanus ſenſus exigit ἐν δύο non ἐκ δύο, ut ex ipſa lectione definitionis planum erit, ubi ſic legitur, ἕνα καὶ, τὸν αὐτὸν χριςὸν υἱὸν κύριον μονογενῆ ἐκ δύο φύσεων ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως ἀχωρίςως γνωριζόμενον *unum & eundem Chriſtum, Filium, Dominum, unigenitum ex duabus naturis ſine confuſione vel converſione, vel diviſione, vel ſeparatione cognitum*. Ubi vides ἐκ δύο φύσεων γνωριζόμενον, *ex duabus naturis cognitum* vix ſenſum aliquem rectum efficere; quam rectiſſimum vero, ſi legatur ἐν δύο φύσεσι γνωριζόμενον *in duabus naturis cognitum*.

QUÆ ſanctorum patrum teſtimonia ad adſtruendum Chriſtianæ fidei dogma de duabus in Chriſto naturis in actione ſecunda concilii Chalcedonenſis epiſtolæ S. Leonis ad Flavianum ſubjuncta tanquam ab eodem S. Leone collecta leguntur, hæc in nonnullis Latinis codicibus adjuncta eſſe admonuit Labbeus epiſtolæ S. Leonis ad Leonem Auguſtum quæ inter Queſnellianas eſt CXXXIV. Id pariter in ſuis codicibus ſervatum reperit Queſnellus; ſed & ipſe ex nonnullis codicibus hæc ipſa teſtimonia, uno vel altero adjecto, auxit. Additamenta hæc tanquam ad concilium Chalcedonenſe pertinentia, hic damus.

Sancti Hilarii Pictavienſis epiſcopi & confeſſoris in libro ſecundo de fide. inter cætera.

UNum igitur hoc eſt immobile fundamentum, una hæc felix fidei petra, Petri ore confeſſa: *Tu es*, inquit, *Chriſtus filius Dei vivi*, tanta in ſe argumenta ſuſtinens veritatis, quantæ perverſitatum quæſtiones & fidelitatis calumniæ movebuntur. Jam in cæteris diſpenſatio voluntatis paternæ eſt (*a*): Virgo partus, & corpus, poſtque crux, mors, inferi, ſalus noſtra eſt. (*) Humani enim generis cauſa, Dei filius natus ex virgine & Spiritu Sancto, ipſo ſibi in hac operatione famulante, (*b*) & ſua, Dei videlicet, inumbrante virtute, corporis ſibi initia conſevit, & exordia carnis inſtituit: ut homo factus ex virgine, naturam in ſe carnis acciperet, perque hujus admixtionis (*c*) ſocietatem ſanctificatum in eo univerſi generis humani (*d*) corpus exiſteret: ut quemadmodum omnes in ſe per id, quod corporeum ſe eſſe voluit, conderentur; ita rurſum in omnes ipſe, per ipſe, quod ejus eſt inviſibile referretur. Dei igitur imago inviſibilis pudorem humani exordii non recuſavit, & per conceptionem, partum, vagitum, & cunas, omnes naturæ noſtræ contumelias tranſcurrit. Quid tandem dignum a nobis tantæ dignationis affectui rependetur? Inenarrabilis a Deo originis unus unigenitus Deus, in corpuſculi E humani formam ſanctæ virginis utero inſertus, accreſcit. Qui omnia continet, & intra quem, & per quem cuncta ſunt, humanis partus lege profertur: & ad cujus vocem Archangeli atque Angeli tremunt, cœlum, terra, mare & omnia hujus mundi reſolventur elementa, vagitu infantiæ auditur (*e*). Qui inviſibilis et incomprehenſibilis eſt, nunc viſu, ſenſu, tactuque mortalium (*f*), cunis eſt obvolutus. Hæc ſi quis indigna Deo recolit; tanto ſe majoris beneficii

(a) *al.* veritatis paternæ ſit: Ergo MSS. tres

* Hic incipit in Cod. Rom. a Queſnel. editus c. 41.

(b *al.* participe *Grim.* conſorte *Thu.* 1. & Cod. Rom. c. 41. (*hi varii ſunt MSS. codd. a Queſnellio conſulti*)

(c) *al.* aſſumtionis

(d) humanum, idem & *Reg.*

(e) *Cod. Rom.* ejus infantiæ vagitus auditur

(f) *ita Cod. Grim. in vulg. vero edit.* non viſu & ſenſu, tactuque moderandus.

ANNO CHRISTI 451.

ficii obnoxium confitebitur, quanto minus hæc Dei convenerint majestati. Non ille eguit homo effici, per quem homo factus est: sed nos eguimus, ut Deus caro fieret, & habitaret in nobis, idest, assumptione carnis unius interna (a) universæ carnis incoleret. Humilitas ejus, nostra nobilitas est. contumelia ejus, noster honor est. Quod ille Deus in carne consistens, hoc nos vicissim in Deo ex carne renati (b).

(a) ita MS. septem al. membra

(b) al. in Deum ex carne renovati Cod. Rom.

Item alio loco in eodem libro, inter cætera.

Hinc itaque fallendi simplices atque ignorantes hæreticis occasio est, ut quæ ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum naturæ Divinæ infirmitatem mentiantur: & quia unus atque idem est loquens omnia quæ loquebatur, de se ipso, omnia eum locutum esse contendant. Nec sane negamus, totum illum qui ejus manet, naturæ suæ esse sermonem. Sed si Jesus Christus & homo & Deus est, & neque cum homo, tum primum Deus, neque cum homo, tum non etiam & Deus, neque post hominem, in Deo, non totus homo, totus Deus, unum atque idem necesse est dictorum ejus sacramentum esse, quod generis. Et cum in eo secundum tempus discernis hominem a Deo, Dei tum atque hominis discerne sermonem. Et cum Deum atque hominem in tempore confiteberis, Dei atque hominis in tempore dicta dijudica. Cum vero ex homine & Deo, rursum totius hominis, totius jam Dei tempus intelligis. Si quid (c) aliud ad demonstrationem ejus temporis dictum est, tempori coaptato, quæ dicta sunt, ut cum aliud sit ante hominem Deus, aliud sit homo & Deus, aliud sit post hominem & Deum totus homo, & totus Deus: non confundas temporibus & generibus dispensationis sacramentum, cum pro qualitate generum, ac naturarum alium ei in sacramento hominis necesse est sermonem fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium jam æterno. Nostri igitur caussa hæc omnia Jesus Christus manens (d) & corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem naturæ nostræ locutus est: non tamen omittens naturæ suæ esse, quod Deus est. Nam etsi in partu, & passione, & morte naturæ nostræ res peregerit, res tamen ipsas omnes virtute naturæ suæ gessit: *& reliqua.*

(c) ad illud MSS. duo

(d) al. gerens vel generis.

S. Augustini episcopi Hipponensis ecclesiæ ad Dardanum, inter cætera.

Noli itaque dubitare, ibi nunc esse hominem Christum, unde venturus est; memoriterque recole, & fideliter tene christianam confessionem: quoniam *resurrexit a mortuis, ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris*: nec aliunde quam inde ad judicandos venturus est vivos & mortuos: Et *sic venturus est*, illa Angelica voce testante, *quemadmodum est ire visus in cœlum*, id est, in eadem forma carnis atque substantia, cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit.

ANNO CHRISTI 451.

S. Joannis Constantinopolitani episcopi confessoris in Homilia de Cruce & Latrone.

Sed cur cum cruce veniat, videamus. Scilicet, ut hi, qui eum crucifixerunt, suæ sentiant dementiæ cæcitatem: & ideo impudentiæ eorum eorum signum portatur. Ideo Propheta ait: *Tunc lamentabuntur omnes tribus terræ*, videntes accusatorem, & agnoscentes peccatum. Et quid mirum est, si crucem portans adveniet, quando & vulnera corporis ipso demonstrat? *Tunc enim*, inquit, *videbunt, quem confixerunt* (e). Et sicut post resurrectionem, Thomæ voluit diffidentiam confutare, & illi clavorum loca monstravit, & literis vulnera declaravit, & dixit: *Mitte manum tuam & vide, quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me vides habere*: Sic & tunc ostendet vulnera, crucemque demonstrabit: ut ostendat illum se esse, qui fuerat crucifixus.

Zachar. 12. 10. Ibid. Jo. 19. 37.

(e) al. compunxerunt.

Joan. 20. 27. Luc. 24. 39.

S. Basilii episcopi Cappadocis.

Cum ergo quædam in Christo ita videmus humana, ut nihil a communi mortalium fragilitate distare videantur; quædam ita divina, quæ nulli alii nisi illi ineffabili naturæ conveniant Deitatis: hæret humani intellectus angustia, & tantæ admirationis stupore perculsa, quo declinet, quid teneat, quo se convertat, ignorat (f). Si hominem putet, devicto mortis regno cum spoliis redeuntem a mortuis cernit. Propter quod cum omni metu & reverentia contemplandum est, ut in uno eodemque ita utriusque naturæ veritas demonstretur, ut neque aliquid indignum & indecens de divina illa & ineffabili substantia sentiatur: neque rursum quæ humanitus gesta sunt, falsis illusa imaginibus æstimentur.

(f) In Cod. Rom. hæc add. Si Deum putet, crucifixum contemplatur, recte.

AD SYNODUM CPTANAM

LXXIII. episcoporum

Anno 459. circiter habitum

ANIMADVERSIONES

An. 459. CONstantinopolitana Synodus sub Germano patriarcha decretum edidit adversus simoniacas clericorum ordinationes; qua de re concyclicam dedit ad omnes episcopos & ad Romanum pontificem potissimum directam, a Balsamone servatam, & in Collectione Labbeana insertam? Resectæ erant in Balsamone episcoporum subscriptiones, easque in vetusto codice Vindebonensi nactus Lambecius dedit Comment. tom. VIII. pag. 421. & ex illo Baluzius in suam Conciliorum Collectionem transtulit, qui & scite admonuit extare illas jamdiu excusas in libro 2. (tertio debuit) Juris Græco Romani. Recte illi quidem & erudite, sed & rem doctis gratiorem præstitisset, si collationem inter subscriptiones has Lambecianas & editas instituere aggressus fuisset; reperisset enim forte, unde alias ex aliis emendaret. Ex hac igitur collatione, a me suppleta variantia hæc adnotavi. Quo loco in Vidobonensi est *Atticus episc. Malenorum*; Leunclavius habet *Attalus &c.* In Vindobonensi est *Julianus Goensis*; Leunclavio *Lulianus*. Vidobon. *Joan Tranipoleos*; Leunclav. *Trajanupoleos*. Vindeb. *Theodosius Trajanopoleos*. Leunclav. *Theodulus Tranopoleos*. Vindeb. *Timotheos episc. Dolichesf.* Leuncl. *Timoth. Dolischiæ.* Vindeb. *Fontejanus Sagalassi*; Leuncl. *Photinus Agalassi*.

AD SYNODUM CONSTANTINOPOLITANAM

Pro schismate ecclesiæ Græcæ sedando

Anno 920. habitam

SUPPLEMENTUM.

An. 920. CUM synodi hujus acta ex Jure Græco-Romano Leunclavii dedi, ipsum ejus opus nondum evolveram, sed amici opera in ea describenda ex eodem Leunclavio usus sum. Scripsit ille quod ego trascribendum definiveram; nec ego aliud edixi, nisi quod noram. Tandem vero ipso Leunclavii volumine potitus, agnovi, duo potissimum omissa esse, quæ synodo, ut omnibus absoluta numeris traderetur, convenirent. Dedit enim in eodem vir doctus ejus synodi argumentum ab imperatore Constantino Porphyrogenito descriptum; denique acclamationes synodales in fine actorum addendæ mihi fuerant, quas cum per incuriam omiserim, hic supplere oportuit.

CONSTANTINI IN PORPHYRAnati.

Argumentum sequentis constitutionis, & narratio, quinam imperator Leo quartas nuptias contrahere fuerit ausus, & quo pacto per tomum unionis eæ sint abolitæ.

Jus Græc. Rom. p. 103. IMperator ille doctissimus Leo primam quidem uxorem habuit, sanctam Theophanonem, ex qua filiam procreavit; sed ea cito rebus humanis excessit. Itaque quum hæc sancta mulier migrasset ad dominum, Zoæ, Styliani Tzautza, qui ex proceribus & amicis imperatoris erat, filiæ jungitur. Illa quoque brevi temporis spatio sine liberis extincta, tertiam duxit uxorem Eudociam ex opsicii provincia oriundam, formæ nomine selectam: quæ in puerperii doloribus una cum infante moritur. Imperator autem ineffabili dolore correptus, quod nullos sustulisset liberos, eorum gignendorum desiderio quartam quoque ducit uxorem, Zoam Carbonopsiæ filiam, quæ Constantinum ei parit. Ve-

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΠΟΡΦΥΡΟγεννήτου.

Ὑπόθεσις τῆς ἀκολουθούσης διατάξεως, καὶ εἴδησις, πῶς ἡ τετραγαμία τῷ βασιλεῖ κυρίῳ Λέοντι τετόλμηται, καὶ ὅπως κατήργηται διὰ τοῦ τόμου τῆς ἑνώσεως.

ΛΕ'ων ὁ σοφώτατος εἶχε μὲν πρώτην γαμετὴν τὴν ἁγίαν Θεοφανὼ, μεθ' ἧς καὶ θυγατέρα ἔτεκεν. ἀλλὰ τάχιον ἐτεθνήκει. καὶ αὐτῆς δὲ πρὸς κύριον ἀπελθούσης τῆς ἁγίας, ζεύγνυται Ζωῇ τῇ θυγατρὶ τοῦ Τζαουτζᾶ Στυλιανοῦ, ἑνὸς τῶν ἀρχόντων καὶ φίλων τοῦ βασιλέως. κἀκείνης συντόμως ἄπαιδος τελευτησάσης, καὶ τρίτην ἠγάγετο γυναῖκα, εὐδοκίαν, τὴν ἀπὸ τοῦ θέματος ὀψικίου, ἐπιλεγεῖσαν διὰ τὸ κάλλος. ἥτις ἐν αὐταῖς ταῖς ὠδῖσι θνήσκει σὺν τῷ βρέφει. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀφάτω συχεθεὶς λύπῃ ἐπὶ τῷ καταλειφθῆναι ἄπαις, ἐφέσει τεκνογονίας καὶ τετάρτην λαμβάνει γυναῖκα, τὴν τῆς Καρβωνοψίνης Ζωὴν, καὶ τίκτει μετ' αὐτῆς τὸν Κωνσαντῖνον. ὁ πατριάρχης δὲ Νικόλαος, καὶ οἱ μητροπολῖται, ἀφορίζουσι, τὸν βασιλέα τῆς ἐκ-

ANNO CHRISTI 920.

ἐκκλησίας. καὶ τὸν ἀφορισμὸν οἱ μὲν τινὲς τῶν ἀρχιερέων συντεμεῖν. ἔλεγον δεῖν, καὶ μὴ ἐπὶ πλείονα παρατείνειν καιρόν· οἱ δὲ, οὐκ ἐπείθοντο. καὶ σχίσματα ἦν ἐν αὐτοῖς, καὶ στάσις πολλή. καὶ πολλὰ δεόμενον τὸν βασιλέα, καὶ παρακαλοῦντα, οἱ μὲν προσεδέχοντο· οἱ δὲ, ἀπειθεῖς ἦσαν, καὶ ἄτεγκτοι. ὁ δὲ βασιλεὺς συνετὸς ὢν, καὶ ὅθεν ἀνεφύη τὸ ἀσύμφωνον τῶν ἀρχιερέων οὐκ ἀγνοῶν, μεθίστησι τὸν πατριάρχην Νικόλαον, καὶ ἐξορίζει τῆς ἐκκλησίας, ὡς ψεύστην, καὶ πολλάκις μὲν ὅρκοις διαβεβαιοῦντα καὶ ὑποσχόμενον δοῦναι τῷ βασιλεῖ τὴν τοῦ ἐπιτιμίου συμπάθειαν, τοσαυτάκις δὲ μεταμελόμενον καὶ ἀναβαλλόμενον ἐπίτηδες. προβάλλεται δὲ πατριάρχην τὸν ἑαυτοῦ πνευματικὸν πατέρα Εὐθύμιον, ἄνδρα πολλοῖς ἔτεσι τῇ μοναχικῇ διαπρέψαντα ἀσκήσει, καὶ προφητικοῦ χαρίσματος ἠξιωμένον. οὗτος ἐλεύθερον τοῦ ἐπιτιμίου δείκνυσι τὸν βασιλέα, καὶ τοῦ χρονίου δεσμοῦ ἀπολύει, καὶ εἰς κοινωνίαν δέχεται. ἀλλ' ἦσαν ἔτι πολλοὶ τῶν ἀρχιερέων, οἱ μὴ συνελθόντες τῇ τοῦ πατριάρχου οἰκονομίᾳ. καὶ μᾶλλον οἱ τοῦ μέρους τοῦ ἐκβληθέντος Νικολάου. ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν βασιλεὺς Λέων μετέστη πρὸς κύριον, καὶ ὁ ἀδελφὸς ἐκείνου Ἀλέξανδρος τῆς βασιλείας ἐγκρατὴς ἦν, τὸν μὲν πατριάρχην Εὐθύμιον ἐξωθεῖ τῆς ἐκκλησίας μεθ' ὕβρεων, ἀντεισάσει δὲ πάλιν τὸν προεκβεβλημένον Νικόλαον. καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐστασίαζε πράγματα, διαιρεθέντων τῶν μητροπολιτῶν, καὶ τῶν μὲν τῷ ἐκβληθέντι πατριάρχῃ, τῶν δὲ τῷ ἀντεισαχθέντι προσκειμένων. οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ἐτεθνήκει. ὁ δὲ Κωνσταντῖνος τῆς βασιλείας κληρονόμος ἐγεγόνει. ὃς συγκαλέσας τόντε πατριάρχην Νικόλαον, καὶ σύμπαντας τοὺς ἀρχιερεῖς (ὁ γὰρ Εὐθύμιος ἤδη πρὸς κύριον ἐξεδήμησε) πείθει τούτους πρός μίαν γνώμην συνελθεῖν καὶ ὁμόνοιαν, καὶ δοῦναι τῷ πατρὶ αὐτοῦ καὶ μετὰ θάνατον κοινῇ ψήφῳ τὴν ἄφεσιν. κανονικὴν δὲ ψῆφον ἐκθεῖναι, τοῦ μηκέτι τολμᾶν τοιοῦτον, ἢ πραχθῆναι ἁμάρτημα. ἐφ' οἷς ὁ λεγόμενος οὑτοσὶ τῆς ἑνώσεως τόμος προέβη.

ANNO CHRISTI 920.

A rum patriar. Nicola, & metropolit. ab eccl. imperat. segregant: eamque segregationem nonnulli pontific. brevi spatio definiendam, non in longum tempus extendendam ajebant; aliis in hoc non adsentientibus itaque discidia inter eos erant, magnaque seditio: atque imperatorem magnopere deprecantem, & orantem alii recipiebant, alii contumaciter reiiciebant. Quum autem princeps ipse prudens esset, atque unde discordia pontificum nata esset, haud ignoraret: Leo patriarcham Nicolaum movet, ecclesiæque finib. expellit, ut mendacem, & qui multoties quidem jurejurando confirmasset ac promisisset, se imperatori gratiam pœnæ facturum, at totidem vicibus animum mutasset remq. data opera extraheret. Ejus loco patriarcham B constituit, patrem suum spiritualem Euthymium, virum multis annis exercitatione solitaria nobilitatum, denique prophetici participem. Is imperatorem a pœna facit immunem, atque a vinculo diuturno liberat & ad communionem admittit. Sed erant adhuc multi pontifices, qui dispensationi patriarchæ non adsentiebantur: præsertim ii qui ab expulsi Nicolai partib. stabant. Postquam autem Leo imperator ad dominum migrasset, frater ejus Alexander imperio potitus, Euthymium patriarcham ab ecclesia cum contumeliis expellit, inque locum ejus Nicolaum ejectum reducit; itaque magis etiam ecC clesiæ res turbulentæ erant, metropolitanis inter se divisis, ac partim ejecto patriarchæ, partim restituto adhærentib. Neque multum temporis intercedit, quum Alexander moritur, & Constantinus imperii factus est heres. Is Nicolao patriarcha, cum universo pontificum cœtu, convocatis (nam Euthymius ad dominum jam migraverat) auctor eis est, ut in unam sententiam, mutuamq. concordiam redirent, patrique suo etiam post mortem communi decreto delicti remissionem concederent: edicto canonico promulgato, quo vetaretur, ne quis in posterum ejusmodi delictum auderet admittere; quo facto, tomus sive scriptum hoc, quod unionis dicitur, editum fuit.

ACCLAMATIONES SYNODALES

Actis concilii hujus Constantinopolitani subjungendæ.

Πολλὰ τὰ ἔτη τῶν βασιλέων.

multi anni imperatorum.

Βασιλείου καὶ Κωνσταντίνου, τῶν ὀρθοδόξων ἡμῶν βασιλέων, πολλὰ τὰ ἔτη. τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης Θεοφανοῦς πολλὰ τὰ ἔτη. Νικολάου τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη. Βασιλείου, καὶ Κωνσταντίνου, Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου, Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ, Χριστοφόρου, Ῥωμανοῦ, Νικηφόρου, καὶ Ἰωάννου, τῶν τὴν οὐράνιον βασιλείαν τῆς ἐπιγείου ἀλλαξαμένων, αἰωνία ἡ μνήμη. Εὐδοκίας, καὶ Θεοφανοῦς, Θεοδώρας καὶ Ἑλένης, τῶν εὐσεβεστάτων αὐγούστων, αἰωνία ἡ μνήμη. Γερμανοῦ, Ταρασίου, Νικηφόρου, καὶ Μεθοδίου, τῶν ἀοιδίμων καὶ μακαρίων πατριαρχῶν, αἰωνία ἡ μνήμη. Ἰγνατίου, Φωτίου, Στεφάνου, καὶ Ἀντωνίου, Νικολάου καὶ Εὐθυμίου, Στεφάνου, Τρύφωνος, Θεοφυλάκτου, Πολυεύκτου, καὶ Ἀντωνίου, τῶν ὀρθοδόξων πατριαρχῶν, αἰωνία ἡ μνήμη. Ἅπαντα τὰ κατὰ

Basilii & Constantini, orthodoxorum imperatorum nostrorum, multi sunt anni. Ib. p. 108. Religiosissimæ Augustæ Theophanonis, multi E anni Nicolai sanctissimi & universalis patriarchæ, multi anni Basilii, & Constantini, Leonis, & Alexandri, Constantini, & Romani, Christophori, Romani, Nicephori, & Joannis, qui regnum cœleste cum terreno commutarunt, æterna sit memoria. Eudociæ & Theophanonis, Theodoræ, & Helenæ, piissimarum augustarum, æterna sit memoria. Gemani Tarasis, Nicephori, & Methodii, celebrium beatorumque patriarcharum, æterna sit memoria. Ignatii, Photii, Stephani, & Antonii, Nicolai, & Euthymii, Stephani, Tryphonis, Theophylacti, Polyeucti, & Antonii, orthodoxorum patriar-

triarcharum, æterna ſit memoria. Univerſa quæ contra ſanctos patriarchas, Germanum, Taraſium, Nicephorum, et Methodium, ſcripta vel dicta ſunt, anathema. Univerſa quæ præter eccleſiaſticam traditionem, et doctrinam ac diſpoſitionem ſanctorum laudabiliumq. patrum innovata geſtaq. ſunt, vel in poſterum gerentur, anathema. Calumniantib. ſanctam eccleſiam, quod quartas nuptias admiſerit, ob diſpenſationem Dei benignitate factam, ac propter adſumtionem unionemq. fratrum noſtrorum, quos præcedentiam ſcandalorum cauſa ſejunxerat, anathema. Audentibus dicere, quod eccleſia puritatem illibatam ſanctimoniæ ſuæ non retineat, ſed inquinamento quodam adfecta ſit propter eam filiorum ipſius conjunctionem, quæ per Dei gratiam facta eſt, diviſorum quidam a ſe invicem per ſcandalum jam olim admiſſum, & per abolitionem, & abdicationem ejuſdem denuo copulatorum, anathema. Contentui ſacros divinoſq. canones ſanctorum patrum noſtrorum habentib. qui & ſacroſanctam eccleſiam fulciunt, & univerſam rempublicam Chriſtianam ornantes, ad divinam pietatem dirigunt, anathema.

A τῶν ἁγίων πατριαρχῶν, Γερμανῦ, Ταρασίυ, Νικηφόρυ, καὶ Μεθοδίυ, γραφέντα ἢ λαληθέντα, ἀνάθεμα. ἅπαντα τὰ παρὰ τὴν ἐκκλησιαςικὴν παράδοσιν, καὶ τὴν διδασκαλίαν, καὶ ὑποτύπωσιν τῶν ἁγίων καὶ ἀοιδίμων πατέρων καινοτομηθέντα καὶ πραχθέντα, ἢ μετὰ τῦτο πραχθησόμενα, ἀνάθεμα. τοῖς συκοφαντῦσι τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν, ὅτι τετραγαμίαν ἐδέξατο, χάριν τῆς εὐδοκίᾳ Θεῦ γεγενημένης οἰκονομίας, καὶ τῆς προςλήψεως, καὶ ἑνώσεως τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, οὓς ἡ τῶν προλαβόντων σκανδάλων αἰτία ἐχωρίζετο, ἀνάθεμα. τοῖς τολμῶσι λέγειν, ὅτι ὅτι ἡ ἐκκλησία τὸ καθαρὸν καὶ ἄχραντον ὐ σώζει τῆς ἁγιςείας αὐτῆς, ἀλλὰ μολυσμόν τινα προσετρίψατο, διὰ τὴν χάριτι Θεῦ γενομένην σύναψιν τῶν τέκνων, οὓς διεμέρισε μὲν τὸ ἤδη B προγεγονὸς σκάνδαλον, συνῆψε δὲ ἡ τῦτυ παρὰ πάντων ὁμῦ αθέτησις καὶ ἀποκήρυξις, ἀνάθεμα τοῖς ἐν καταφρονήσει τιθεμένοις τὺς ἱερὺς καὶ θείυς κανόνας τῶν ἱερῶν πατέρων ἡμῶν, οἳ καὶ τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν ὑπερείδυσι, καὶ ὅλην τὴν χριςιανικὴν πολιτείαν κοσμῦντες, πρὸς θείαν ὁδηγῦσιν εὐλάβειαν, ἀνάθεμα.

RAVENNATENSE CONCILIUM

In cauſa jurium quorundam eccleſiæ Ravennatenſis

Anno 954.

An. 954. " RAvennatenſis Concilii provincialis indicante Rubeo Hiſt. Raven. lib. 5. " ad annum 954. noti, actorum ſummam ab " eodem Rubeo acceptam Labbeus dedit; " nec ulterius quidquam novit. Chartam " ipſam, ſeu potius acta genuina ejus Con" cilii jam tandem prodiiſſe excuſam in ap" pendice diſſertationis de juriſdictione Ra" vennatum Epiſcoporum in civitate, & dioe" ceſi Ferrarienſi per hos annos, ignoto au" thore, & loco editionis, vulgatæ, admo" nuit me per literas Cl. vir P. Angelus Ca" logera Camaldulenſis monachus, doctri- D " na pariter & humanitate conſpicuus. " Hanc ut haberem rogatus per literas Rev. " D. Antonius Fabri parochus S. Mariæ in " Celos eo, vir doctus, diligentiſſime & " amice curavit. En igitur viri illius amici " largitione, ex qua Rubeus ſua hauſit, char" tam autographam. Doleo tamen præcla" rum hoc antiquitatis monumentum literis " identidem eraſis ad nos perveniſſe muti" lum. Quale quale tamen illud dari præ" ſtat, ne tandem totum abſumptum inte" gre diſpereat.

........tio pontificatus Domini noſtri Hagapiti ſummi Pontificis, & univerſalis pape in apoſtolica ſacratiſſima beati pe .... Adal- E berto ejus filio ambobus piiſſimis & glorioſiſſimis regibus anno regni pietatis ejus ſedis quinto, die vigeſima ſe ..... gulis ordo vera demonſtrat auctoritas, ut ſiquis pro ſue cautele intentiones cauſæ definitum ſettierit, abſque ſcriptu ..... eſſe videntur prolixis temporibus memoriter retineri non poſſunt. Ideoque dum reſidere in Sinodum D. Petro reverentiſſimo .... cum eo ibique reſidentes reverentiſſimi Epiſcopi, atque aſtantibus religioſiſſimis abbatibus, atque presbiteris, diaconibus & ſubdiaconibus, & maxima pars pop....... ego ciatoribus, tabellionibus eorum nomina plura notantur, Ideſt in primis Martinus reverentiſſimus Epiſcopus ſce ferarienſis Eccle. ſicque Urſus gratia..... epiſcopus ſce Cumiaclenſis eccleſiæ, Gunfredus Epiſcopus ſce ceſſinate Eccleſiæ, Arnaldus epiſcopus ſce popilienſe Eccleſiæ, Joannes epiſcopus ſce Cornelienſe Eccleſiæ Ubert..... ſce.....enſis Eccleſiæ, Gerardus Epiſcopus ſce. fav. eccleſiæ, Dominicus religioſus presbiter & Abbas regularis ſci Apolenaris, qui vocatur in claſſe. Martinus religioſiſſ. presbiter & abbas re..... Apoſtoli, et Evangelis......... Abbas regularis ſci Laurentii qui vocatur in ceſarea, Petrus civ......... rav. Eccleſiæ P....... eccleſiæ, Petrus reverentiſſimus Diaconus item ſce raven. Eccleſiæ, Leo venerabilis diaconus item ſce raven. Eccleſie, Petrus item ſubdiaconus ſce rav. Eccleſiæ, Honeſtus ſubdiaconus ſce rav. Eccleſiæ fil. q. Joh., dativus, Johannes ſubdiaconus ſce rav. Eccleſiæ fil......... ſubdiaconus fil. Johannes dux, Honeſtus ſubdiaconus, Georgius item ſubdiaconus; iſti omnes ſce rav. Eccleſiæ, Anſelmus presbyter, Stefanus presbiter...... Leo archidiaconus a......... nus presbiter, qui vocatur calbus, Paulus presbyter, Petrus presbiter, et alio Petrus presbiter, iſti omnes ſce ferrarien. Eccleſiæ. De laici autem, ideſt...... dux qui vocatur de romanus, dux Johannes Dei pietate dux filius quondam Sergius dux, & Sergius nobili viro filio ſuo, Petrus Dei pietate, & Severo germanis Com....... & Gerardus viri laudabilis germanis item comitibus Petrus Chriſti

ANNO CHRISTI 954.

sti misericordia magister militum, Andreas fil. Andreas dativus Faro..... & ..... ero filius quondam Johannis, Conradus, qui vocatur teudus filius quondam Leo de Petro nati. Guido filius quondam Johannis, qui vocatur de senatore, Natalis dux filius quondam Johannis dux Petrus filius quondam Paulus dux, qui vocabatur...... aversaria Teofilactus filius quondam. Andreas pater Tuimguini Gisius qui vocatur Guinicius, Johannes filius quondam item Joannes Dativus, Leo qui Liudus filius quondam Romanus qui vocabatur debesi Petrus filius quondam Mari ..... tur de Cristoduli Johannes & Leo f...... de cumiaclo, Eleuterius fil. quondam Onestus dux, Marinus, qui vocatur bonizones, Petrus tabellio & curialis, Romualdus dux, Teudaldo qui v..... cis, & Johannes..... etrus tabellioni, Joannes tabellio & aliis & aliis ceteris, que longum est ad scribendum. In ..... storum omnium presentia, vestus est Domnus Petrus reverentissimus & coangelicus archjepiscopus supra predicto Martinus episcopus sce ferrariensis ecclesiæ, eo quod detinebat res sce suæ rav......... de Massa que vocatur Cuparius, quas totam ipsam integram Massam cum fundis, & casalibus, seu appendicibus suis olim ordinatam abuerat quondam sce memor. Dominicus Archiepiscopus antecessor suus in quondam Ursum Archipresbiterum & in aliis colonis, sicut in ipsum relegitur libellum, quas in ipsum sinodum ostendebat; & relectum est per Johannem tabellium qui vocatur de porta triani; & etiam ipse Dom. Petrus Archiepiscopus ipsam integram Massam habuit & detinuit, & ea qua stare jussit. Et sic iste Martinus Episcopus in parte de ipsa Massa invasus est contra meam voluntatem, & eam injuste mihi detinet. At ec respondens ipse Martinus venerabilis episcopus: de ipsa prædicta Massa, que atversum me dicis, vere ego de ipsa Massa in parte invasus sum, & detineo, putavit quod juris esset sce mee ferrariensis Ecclesiæ, & fecit exinde inquisitionem cum meo clero in arcivo sce nostræ ferrariensis Ecclesiæ, & nullas monitiones cartarum exinde invenimus nec in antea invenire..... Si possumus. Nunc autem per omnia cognosco quia ipsa integra Massa juris est sancte vestre raven. ecclesiæ, & per omnia me exinde recredo, quia nihil exinde pertinet ad meam ecclesiam. prefatis vero ...... ligiosissimis Episcopis tales professiones, & recrediciones audientes dixerunt; at ipse prefatus Martinus episcopus ut corporaliter per fustem investiret ipse Domnus archiepiscopus & ..... dare ...... suum missum, qui corporaliter illum vel suum missum de ipsa re investiret; & statim apreendens ipse Martinus vener. Episcopus fusticellum de pino, & posuit in manum præfati Domni Pe....... & dixit ei investito tibi de ipsa res quas atversum me quesistis, quia nihil pertinet ad sanctam meam ferar. Ecclesiam & iterum apprendens ipse Martinus Episcopus per manu...... por.... qu.... sanctæ sue ferariense Ecclesie & misit eum in manum domnus Archiepiscopus ut corporaliter de ipsas res investiret illum vel suum missum sicut ipsi religiosissimi Episcopi S.... ... Ecclesiis statutis decretum ut qui alienam invadit non exscat imponitus set eum multiplicationem restituat unde in evvangelio scriptum est. quod....... si aliquit defraudavit redde quadruplum; in lege quoque cautum est, maledictus omnes qui transfert terminos proximi sui & .... omnes populo amen.

Hoc factum est sub ...... Indictione tertiadecima Ravenne.

Martinus Episcopus sce ferr. Ecclesiæ huic paginam recredicionis & investicionis a me facta sicut supra .... ps sce Liv. Ecclesie in ac recredicione, & investicione ut sup l. interfui & ss.

........s Ecclesie in hanc recredicione, & investicione ut super legitur interfuit & ss. Ego Cirardus fav. Episcopus ss.

.... edicione & investicione ut sup. l. interfui, & ss.

...... sis Ecclesie in hac recredicione, & investicione ut sup. l. interfui & ss.

...... nsis Ecclesie in hanc recredicione & investicione ut sup. l. interfui & ss.

...... Ecclesie in hanc recredicione, & investicione ut sup. l. interfui & ss.

...... ac recredicione & investicione ut sup. l. interfuit & ss.

.... onis interfui & ss. P. Gregorius Diaconus & Abbas Monasterii sci Severi ut sup. l. interfui & ss. ✠ Martinus servus dilectissimi Dei Apostoli & Evangel. Johis ut supr. l. interfui & ss.

.... Ecclesie ut sup. l. interfui & ss.

✠ Joh. sce rav. Ecclesie in hac recredicione ss.

.... is Ecclesie ut sup. interfui & ss.

✠ Petrus subdiac. sce rav. Ecclesie ut sup. l. interfui & ss.

.... Diaconus sce rav. Ecclesie ut sup. l. interfui & ss.

.... Dia sce rav. Ecclesie ut superius legitur interfui & ss.

✠ Onestus subdiaconus sce rav. Ecclesiæ ut sup. l. interfui & ss.

✠ Johannes subdiaconus sce rav. Ecclesie ut sup. l. interfui & ss.

✠ Leo Archidiaconus sce ferrar. Ecclesie ut superius legitur consensi & ss. ✠ Josephus presbiter in hac recredicione & investicione ut superius legitur consensi & ss.

✠ Stephanus presbit. secundarius sce Ferr. Ecclesie ut supra consensi & ss.

✠ Arulfo presbiter sce fer. Ecclesie ut sup. l. consensi, & m m sub. ✠ Paulus presbiter sce ferr. Ecclesie ut sup. l. consensi & ss.

✠ Petrus presbiter sce ffr Ecclesie ut sup. l. consensi & ss.

✠ Petrus presbiter sce ff. Ecclesie ut sup. l. consensi & ss.

✠ Natalis dux in hac recredicione, atque investicione ut sup. l. interfui & ss.

✠ Petrus filio quondam Paulus dux in ac recredicione & investicione ut sup. l. interfui & ss. ✠ ✠.

✠ Joh. filio Leo consul ut sup. interfui & ss.

† Leo nobilis vir in ac recredicione & investicione ut supl. interfui, & ss.

† Johs miachli dux in hac recredicione, & ......

† Johs consul de cumanlo in ac recredicione & investicio ...... Oldo consul cumiaclensis in hac recredicione & ......

† Stefanus in Dei nomine tabelliorum omnium hujusque tav. S...... recredicionis & investicionis sicut super se..... 60..... Episcopis & Diaconibus, & Subdiaconibus et da...... negociatoribus complevi..... et ss.

ROMANUM CONCILIUM

A Joanne XIII. pontifice, Ottone Imperatore præsente

Anno 967. habitum.

An. 967. ANno 967. & succedente altero concilia plura utraque summa potestate ecclesiastica & civili, pontifice nempe & imperatore, præsente celebrata sunt. Anno enim 967. aprili mense Ravennæ sacer conventus est habitus. Proximo sequenti anno ineunte Romæ iterum convenerunt episcopi in concilium, eodemque nondum elapso anno Octobri mensi iterum ad Ravennam indictum est Patribus. De singulis hisce conciliis suo loco egi, superest nunc quartum aliud Romæ habitum, quod hæc omnia tempore præcessit, & me, dum priora illa adnotarem, incautum fugit. Romæ collecta est synodus ista anno 967. januario mense; eo enim nos deducunt notæ illæ chronicæ diplomatis Ottonis magni, quod unum nos monet de concilio, alias ignoto, a Muratorio Antiquit. Ital. to. V. pag. 465. vulgati. Maluissem equidem in sequentem annum Romanam hanc synodum transferre, & cum ea confundere quæ tunc januario pariter mense convenit; sed resistentibus omnibus illis chronologicis characteribus, qui omnes in annum 967. junctim conspirant, religio fuit in eorum sinceritatem suspicionem movere; quare novum concilium statuamus oportet, pro cujus actis unum illud Muratorii diploma profero.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, scilicet Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Otto divina favente clementia Imperator augustus. Si pro amore ejus, cujus dispensationis benignitate cæteris mortalibus præferri videmur, loca divino cultui dedita congruis nostræ tuitionis munificentiis ad divinum exequendum servitium propensius substollamus, celitus majora remunerationis premia consequi non dubitamus. Omnium igitur fidelium sanctæ Dei ecclesiæ, ac nostrorum, presentium scilicet atque futurorum, industriam nosse volumus, quod Georgius vir venerabilis, & ex Apostolice Sedis Secundicerio religiosus abbas monasterii beatissimi patris Benedicti, & sanctæ Scholastice sororis ejus, quod dicitur in Sublacum, venit in gremium basilice sancti Petri apostolorum principis, ubi cum Domino Johanne XIII. papa sancte Synodo pro utilitate ejusdem ecclesiæ, & venerabilium locorum intereramus circumsedentibus cum Ravennate archiepiscopo plurimis episcopis ex Romano territorio, atque Italie, & ultramontano regno, nec non presente Capuano principe, qui & marchio Camerini, & Spoletini Ducatus, atque circumstantibus multis ex nostris ex diverso ordine fidelibus, & ostensis Domini Caroli, aliorumque augustorum & regum principalibus constitutionibus factis, ad stabilimentum, defensionemque sui ejusdem monasterii, seu omnium rerum sibi pertinentium, postulavit nostram clementiam, ut nos quoque simili modo nostræ imperialis munitionis firmitatem super eundem sanctum locum, & universas suas pertinentias, de quibus olim instrumenta cum ipso cenobio ignis consumpsit, fieri juberemus. Cujus precibus pro amore omnipotentis Dei, & sancti ac precipui patris Benedicti, & pro redemptione nostre anime, prolis nostre salute & incolumitate, libentissime hac nostre auctoritatis preceptum fieri decrevimus, per quam omnia, que ad illud sanctum cenobium ex tempore constructionis sue primo pertinent usque in presens, ac deinceps in futurum addita fuerint, confirmamus, & corroboramus nominatim & generaliter. Idest casale, in quo idem monasterium est collocatum, & specum, ubi ipse religiosissimus pater solitariam duxit vitam, cum lacubus duobus, eorumque flumen, quo extenditur ejus cursus per latitudinem & longitudinem usque locum, qui dicitur seminarium, cum universis aquemolis, que ibi sunt, & in antea fieri possunt, cum ripis undique circumpositis, & piscariis. In quibus aquemolis & piscariis nullo modo quilibet audeat molam facere aut piscare, sine jussione & voluntate predicti abbatis, ejusque successorum. Offerimus quoque & confirmamus in integrum castellum de Sublacum cum glandatico, & erbatico, atque constrictu & placito, omnique dato seu reddito, quem ipsi habitatores, eorumque anteriores soliti sunt persolvere Lateranensi palatio, quemadmodum a summis Pontificibus per apostolice preceptionis paginas concessum, & largitum est eidem sancto loco. Et omnia loca, omnesque res, que in omni territorio in eodem loco concessa sunt, & quanta attinent circa & infra Sublacum, juri pretaxati sancti Benedicti Monasterii, sancteque Scolastice, sive per divisionem, sive communiter, sive quocumque acquisitionis modo, hoc est sive per scripturam, sive sine scriptura, cum montibus, collibus, silvis, campis, pratis, rivis, pascuis, edificiis, locisque omnibus cultis & incultis: Item casale, quod vocatur campum Dejano, & Cantoranum Seminarium, atque Augusta, cum terminis & limitibus eorum in integrum, Cervariam quoque ex toto. Omnes etiam res, quas in Reatino territorio tene-

tenere & possidere debet, hoc est in Valle, que dicitur Torre, ecclesiam sancte Anatoliæ, quam detinet per concessionem Reatini episcopi adscriptam. Insuper quecumque eidem ipsi sacro manasterio Hugo & Lotharius reges concesserunt, scilicet Cortem Sale & Carsoli in integrum cum omnibus ibi ubique adjacentibus pertinentiis. Similiter cuncta, que in Ciculis, & in Reatino, & Savinensi, & in omni Marsicano territorio per quodcumque modum acquisita sint, plenissime roboramus.

In primis sancti Angeli monasterium cum suis integrum pertinentiis. Res quoque Johannis presbyteri, & vicendam unam feminam cum Ursulo piscatore, & aliis servis cum filiis & filiabus eorum, atque rebus & possessionibus eorum, sicut per chartam delegavit & tradidit Burgo magnificus vir in supradicto monasterio. Terram etiam ad centum modia intra Saccum, quod & Gualdum, datam a jam dicto Burgone. Pari modo cellam in Marsi, que nuncupatur sancti Euticii, atque aliam Cellam in honore sancti Benedicti, & sancti Felicis, quam noviter construxit Palumbus presbyter & monachus ejusdem Monasterii, cum omnibus ad easdem ecclesias, vel Cortem suam in integrum pertinentibus in universo Marsicano territorio. Monasterium præterea unum vocabulo sancti Michaelis Archangeli, quod Barreja dicitur, situm in finibus Beneventanis supra flumen Sangrum, licet a Saracenis destructum ex integro, tamen sicut Elie abbati per predictorum Regum precepta confirmatum dignoscitur. Item in territorio Tiburtino Massam, que appellatur Jubenzana in integrum, sicuti per pontificalia precepta eidem sancto loco tradita concessaque est, cum omnibus appendicibus suis, cultis & incultis, & cum finibus, limitibusque suis. Similiter totum, quod eidem monasterium attinet definitum per cartularum series in loco, qui vocatur Ilice, sicut est usque ad columnam, que stat sub fronte Ilicis juxta viam: deinde in montem, qui vocatur Vulturella, & usque sanctum Petrum in Aspreto, nec non juxta flumicellum. Item montem, qui vocatur Bubarano, seu & casale, qui vocatur Riallis, in quo est ecclesia sancti Eleutherii, cum determinatis finibus suis in integrum; & Longorias cum terris, que dicuntur Pentome, cultis & incultis, quomodo extenditur usque in fines Merulane. Item medietatem casalis, in quo est ecclesia sancti Pamphili, que dicitur Johannis presbyteri. Et alibi medietatem casalis, qui nominatur Romani minoris: & alteram ejus medietatem, quam tenuit quondam Caloleo, & ipse concambiavit sive commutavit cum quibusdam Tiburtinis. Item Casalem qui dicitur Romani majoris in integrum, & Formas terraneas tres: Casale, qui appellatur Apollonii, in integrum, & casale sancti Vincentii cum universis sibi ex integro pertinentibus. Et casale, qui vocatur sancti Quirici ex toto et per totum, sicut pontificalibus preceptis, aliisque monimminibus declaratum habetur. Itemque medietatem casalis, qui vocatur Papi, et Monetula in integrum, sicut prefatus Caloleo pro sua anima delegavit ac dereliquit in eodem sacro Monasterio. Similiter clausuram unam, in qua est ecclesia sancti Sebastiani, et quas aliquo modo habere videtur in toto Tiburtino territorio. Intra civitatem autem Tiburim Cellam, vocabulo sanctæ Barbaræ, cum omnibus ad se pertinentibus intus, et foris, & aquimolum ex integro extra portam, datum firmiter per predictum Caloleo, & alia duo aquimola in loco, qui vocatur Trullo, sicut omnimodo sæpe nominato venerabili monasterio per suas monimminas competunt. Post hæc casalia, que istis vocabulis sive aliis nominibus incognitis nuncupantur; idest Corcorulum, Musonianum, Panzis, Dirutulo, Ananiole, Cisternule, & Cellulam, que vocatur Aqua Alta, ubi est ecclesia sancti Laurentii, cum aquimolis, seu omnibus adjacentiis ipsi in integrum pertinentibus. Item casalem, qui dicitur Arbitetum, & totum casalem Donavelli, & medietatem Castelli; & omnes res comparationis Leonis presbyteri. Et omnia, quæ infra totum Campanie territorium ipsum venerabile monasterium qualitercumque habet. Idest casalem Porclanicum in integrum cum servis & ancillis ibidem degentibus & pertinentibus. Casale dictum Ojanum majus, et casale Ojanum minus, utrosque in integrum, cum omnibus, que ipsi sacro monasterio pertinent quolibet contractu, et in quolibet loco; sive in Ferentinello minore, Asile, Ponzia, vel quod est melius, Lupoteis, Lurojate, et in Olevano per ascriptos limites et fines. Atque casale vel fundum, quod dicitur Leporali, ex integro: et casale qui vocatur Campum de Fossi, in integrum: casale Campilionis in integrum: et medietatem casalis Catejani, et montem in quo est cella sancti Angeli; et montem, qui vocatur Civitella, in integrum. Et casale, qui vocatur Congesta; et terram ad modiorum duodecim in fundo Casepacis: et casale Cetinule in integrum: et portionem Constantie bone femine in sancta Savina et sancto Vito. Casale, qui vocatur Casule; et casale Casarucellis, et Artezanum, Folinianum, et Caprini, cum omnibus ex integro pertinentiis, per limites proprie et usualiter positis. Et cellam sancti Benedicti, que vocatur Angeli, cum omnibus causis suis, positam in territorio Rutunniano. Post hec cellam in Surrisæo, in qua est ecclesia sancte Marie cum omnibus pertinentiis suis in integrum. Et intra civitatem Romam monasterium sancti Erasmi cum universis pertinentiis suis intus et foris; et cortem ex integro, que fuit Flori episcopi, in qua est ecclesia sancti Theodori, datam ex concessione ejus. Item modicam terram extra viam juxta Formam, et Casam Johannis Crisi cum horto suo, cum antedictis rebus prope portam majorem, cum terris, et Pratis foris prope eam fundatis. Precipientes itaque precipimus ac jubemus, ut nullus pontificum, episcoporum, vel abbatum præsumat vendere sive alienare de suprascriptis omnibus rebus ejusdem venerabilis monasterii, nisi tantummodo abbas ibidem specialiter con-

conſtitutus. Et hoc nonniſi pro rationabili neceſſitate ejuſdem monaſterii ſecundum canonicam permiſſionem. Quod ſi aliter quolibet ingenio facere preſumpſerit, omnimodo inutiliter maneat. Inſuper nulla magna vel parva perſona totius Regni noſtri audeat abbatem illum, qui modo eſt, vel ſucceſſores ſuos in aliquo moleſtare aut disveſtire vel inquietare, aut ad placitum provocare abſque juſta et probatiſſima cauſa, neque illorum homines ad turpe ſervitium aut tributum cogere. Si quis autem contra hanc noſtram preceptionem ire preſumpſerit, ſciat ſe aut magnum exilium paſſurum, aut centum libras auri cocti compoſiturum, A medietatem in predicto Monaſterio, et medietatem Kamere noſtræ. Quod ut verius credatur, et firmiter ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes, annulo noſtro juſſimus ſigillari.

Signum ✝ domni Ottonis Ceſaris Auguſti Ambroſius cancellarius ad vicem Umberti epiſcopi et Archicancellarii recognovi et ſubſcripſi.

Data III. Idus Januarias, anno Dominice Incarnationis DCCCCLXVII. Imperii vero Domni Ottonis piiſſimi Ceſaris V. indictione X.

Actum Rome in Dei nomine feliciter, Amen.

MEDIOLANENSE CONCILIUM

Sub Anſelmo de Rode Mediolanenſi archiepiſcopo pro inſtauranda cleri diſciplina

Anno 1098. *habitum*.

„ QUod modo dandum ſuſcipio Mediolanenſe concilium ſeu potius conc. hoc „ fragmentum, breve quidem eſt et truncum; in ipſa tamen brevitate nonnulla edocet, vel ignota vel non ſatis comperta. „ Landulphus Junior rerum Mediolanenſium „ ejus ætatis hiſtor. cap. 1. tradit Anſelmum „ de Rode in archiepiſcop. Mediolanenſem „ renunciatum *ordinationem epiſcopat. ab extraneis epiſcopis* ſuſcepiſſe, et Armanum in C „ epiſcopum Brixienſem ordinaſſe, rejecto æmulo Baldrico, qui ab Henrico rege *inveſtituram* obtinuerat. Hæc omnia cum concilio „ iſto quadrant. Plures hic ſeſe offerunt epiſcopi non provinciales tantummodo; ſed „ et exteri, unde non immerito ſuſpicari quis „ poſſet concil. iſtud eo forte tempore quo „ Anſelmus Mediolanenſ. ſedem obtinuit conveniſſe. Quanquam enim Papebrochius in „ tractatu chronologico de archiepiſcop. Mediolanenſibus t. II. menſis Actuum SS. præfixo exordium ejus an. præcedenti 1097. „ aſſignavit; id tamen nonniſi per conjecturam „ ab eo aſſertum eſt, quas conjecturas uno „ vel altero menſe falli poſſe non ægre admitteremus. Utcumque res habeat ſeſe, „ profecto conſtat, ſin minus Anſelmum, certe „ tamen Armanum Brixienſ. nonniſi hoc anno 1098. Brixienſis ſacerdotii dignitate potitum fuiſſe; neque enim niſi Armanum hunc „ deſignari credo nomine *Brixienſis electi*; et „ cum inter cauſas concilii hujus habendi unam hanc extitiſſe doceant acta, ut *male nominati epiſcopi* removerentur; fieri utique „ potuit ut in hoc ipſo concilio Armanus aſſumeretur, Baldrico æmulo penitus reprobato.

ACTA CONCILII.

ANno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo octavo, indictione ſe. .. Non. April. celebrata eſt mediolani ſynodus, præſidente domno Anſelmo archiepiſcopo cum epiſcopis Catholicis ſuffraganeis ſuis et reliquis tam Galliæ, quam Lom- D bardiæ, et religioſis, et ſanctiſſimis Viris Magalo... ſcilicet, et Arelatenſi archiepiſcopo, Mantuano autem, et Regino, Cumano quoque, et Placentino, et Brixienſi electo. Facta autem diſputatione magna de ſtatu eccleſiarum, et communi vita clericorum, ſed et de his male nominatis epiſcopis, qui Mediolanenſis eccleſiæ ſuffraganeas ſedes invaſerant, prima quidem, et ſecunda die in majori eccleſia, tertia autem die præ nimia tam cleri, quam utriuſque ſexus populi.... in Campo concilium ſedit, ubi poſt multimodam tractationem, hæc ſunt capitula prolata etc. *ſub finem*.

Conqueſti ſunt præterea canonici S. Ambroſii apud præfatam ſynodum, Monacos contra Domini apoſtolici præcepta, et contra omnem auctoritatem, oblationes Altaris B. ejuſdem Ambroſii invaſiſſe, et non ſolum inauditis deprædationibus, verum etiam effuſione ſacerdotalis ſanguinis abſtuliſſe. Unde pari voto ſtatuimus eo, quod monachi vivæ vocis Apoſtolico præcepto, et ejus decretis inobedientes extiterint..... tra eccleſiaſticam regulam præſumpſerint..... clericos quiete oblationes Altaris poſſidere, ſicut per quadraginta, et eo amplius annos, ſine canonica, vel legâli moleſtia poſſederunt etc.

ANNO CHRISTI 997.

ANNO CHRISTI 997.

GRÆCORUM CONCILIUM

In quo vetitum ne duo fratres duas consobrinas accipiant,

Anno 997. habitum.

Σισίννιος ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης.

Καὶ ἰατρὸς ἡδίων ἐκεῖνος, καὶ (1) πολλῶν ἄξιος πόλεων, ὅς τις λοιμοῦ προσβάλλειν ἐπειγομένου, πρὶν εἰσπηδῆσαι τὸ κακὸν διωθῶν, πεῖραν τῆς νόσου λαβεῖν οὐκ ἐᾷ· δίαιταν δὲ ὑποτιθέμενος ἄνοσον, ταύτῃ τοῖς σώμασι ῥῶσιν ἀκίνδυνον πραγματεύεται. ἐπεὶ ἅπαξ εἰσπηδήσασαν ἔνδον, καὶ τὰ σώματα δίκην πυρὸς νεμομένην, μόλις ἂν δυνηθείη ἀναστεῖλαι καὶ ἀπελάσαι, τῆς ἐπιστήμης αὐτῷ ἀναγκαίως πάντοθεν παραχωρούσης τῷ σφοδρῷ τοῦ (2) παθήματος. Καὶ ψυχῶν ἰατρὸς εὐχερῶς τούτων πως ἀντιποιήσαιτο, ὅς τις παντοίως (3) ἀνέστη πρὶν εἰσκωμάσαι τὴν νόσον, προφυλακτικὰ σωτήρια λόγου φάρμακα κερασάμενος, καὶ μὴ ἐάσας ταύτην πάνδημον καταχορεῦσαι κατὰ τῆς φύσεως. ἤδη δὲ τοῦ δεινοῦ εἰσφθαρέντος καὶ χρόνον συχνὸν τὰς τῶν πολλῶν πολλάκις ἐπικατανεμηθέντος ψυχὰς, ἐργώδης ἀλλ' οὐκ εὐχερὴς ἡ βοήθεια, καὶ τὰ ἐπὶ ταύτῃ δυσμεταχείριστα φάρμακα. ἀλλὰ τοῖς μὲν αὖθις φυλαξομένοις τὸ πάθος πρόχειρος ἡ σωτηρία, καὶ τὸ διαφυγεῖν τὸν ὄλεθρον, ῥᾴδιον. οἱ δὲ φθάσαντες περιπεσεῖν τῷ δεινῷ, ἀπῆλθον ἤτοι τὴν ἐκ τῆς νόσου βλάβην δυσαπάλλακτον ἑαυτοῖς καὶ ὅλην ἀπομορξάμενοι. ὥσπερ οὖν τῷ κακῷ τινὶ περιπεπτωκότι τὸ τοῦτο διαφυγεῖν κρεῖττον τοῦ συγκατορυχθῆναι αὐτῷ, καὶ τὸ ἀναστεῖλαι σοβάδα νόσον καὶ πάνδημον κατὰ σωμάτων κυμαινομένην, καὶ πᾶσαν ἡλικίαν βοσκομένην, καὶ γένος, τοῦ ἐάσαι χωρεῖν ἀνεπικωλύτως, ἐστὶν αἱρετώτερον· οὕτω καὶ πάθους ἐπὶ λύμῃ καὶ σηπεδόνι ψυχῶν ἐμπεσόντος, ἀνακόψαι καὶ στῆσαι τὸν ἐκ τούτου ἐπιδυόμενον ὄλεθρον, ἐπαινετὸν ὁμοῦ καὶ Θεῷ ἀρέσκον, καὶ τοῖς λογικοῖς ποιμέσιν ἡμῖν πρόσφορόν τε ποιεῖν καὶ ἁρμόδιον. ἐπεὶ τοίνυν τὸν τοῦ Χριστοῦ λαὸν, ὃν τῷ οἰκείῳ οὗτος ἐξηγόρασεν αἵματι, τὸ ἅγιον ἔθνος, πάλαι μὲν τὸ διδασκάλιον τῶν θείων καὶ ἱερῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν μετ' αὐτοὺς αὖθις ἁγίων πατέρων, οἱονεί τινα θείοις (4) νόμοις περιεχαράκωσεν ἄμπελον, ἱερῶς ἤδη καταφυτευθεῖσαν τῷ πάντα εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντι Θεῷ, περικόπτον (5) πάντῃ, καὶ ἀποκαθαῖρον ἐπὶ λύμῃ τῆς φύσεως ἀῤῥωστήματα, καὶ πᾶσαν ὁρμὴν ἄνετον ἐθνικοῦ βίου ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις δουλεύουσαν, καθάπερ τινὰ ποτάμιον ῥοῦν, ἐφ' ὕβρει τῆς ἀρχετύπου εἰκόνος φερόμενον, ἀνεχαίτισε καὶ ἀνέστειλε. πρὸς δὲ τοῖς θείοις κανόσι, καὶ νόμοι πολιτικοὶ τοῖς μὴ τῇ εὐσεβείᾳ στοιχοῦσι, μακρὰν δὲ τοῦ δέοντος (6) ἐκτραχηλιαζομένοις, ὁσημέραι τὴν μάχαιραν ἐπισείουσι. τοῦτο ἐχρῆν τὸ ἅγιον ἔθνος ἐν καθαρῷ τῷ συνειδότι βιοῦν, καὶ μηδὲν τῶν ἀπειρημένων ἐπεισάγεσθαι τούτῳ, καὶ τὸν ἡμέτερον βίον καταθολοῦν. θεῖοι μὲν γὰρ κανόνες καὶ νόμοι πολιτικοὶ βίον πνευματικὸν καὶ ἤθη χρηστὰ, τὸ τραχῦνον τῆς ἀνθρωπίνης καθομαλίζοντες φύσεως, ταῖς διανοίαις (7) ἡμῶν, ἀπολιορκήτως κατορωρύχασιν. ὡς ἂν ἔχοιμεν τῷ ἀπροσκόπῳ τοῦ βίου ἀξίαν τῆς κλήσεως ἐν παντὶ καιρῷ τὴν πολιτείαν ἐνδείκνυσθαι. καὶ ἐπεὶ ῥίζαν καὶ ὑποβάθραν τοῦ γένους, καὶ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐργαστήριον, τὸν

(1) πολλοῦ ἄξιος πόλεσιν,

(2) νοσήματος.

(3) ἀντέστη

(4) νόμοις πάντοθεν

(5) πάντα,

(6) ἐκτραχηλιζομένοις

(7) ἡμῶν ἀρχῆθεν

Sisinnius miseratione divina archiepiscopus Constantinopolis novæ Romæ & universalis patriarcha.

Ex Jure Græc. Rom. t. I. lib. III. pag. 197.

Et medicus ille suavior, & multis civitatibus dignus, qui pestilentia imminente, malum priusquam grassetur repellens, periculum morbi facere non sinit: salubremque B præscribens rationem victus, corporibus sanitatem sine periculo per eam conciliat, cum si semel interius insiluerit ac ignis instar corpora depascatur, vix reprimi possit & abigi: quin necessario morbi vehementia inefficacem medicinam omni ex parte reddat. Et animarum medicus hæc apte sibi accommodaverit, qui, priusquam morbus propagetur, omnino restiterit, remedia præservatoria, sermonis pharmaca miscens, nec permittens eum passim contra naturam insultare. Cum autem doloris malum intro se insinuaverit, & longo tempore multorum animas sæpe depastum fuerit, difficile est nec promptum auxilium, & medicamenta C adhiberi vix possunt. Sed e contrario, iis qui a vitio cavent, salus parata, & est facile vitare perniciem. Qui autem in malum inciderunt, ii abstersa morbi noxa, inexpugnabili & tota, perierunt. Quemadmodum igitur ei qui incidit in quodpiam malum, effugere melius est, quam simul cum eo sepeliri, & grassantem morbum ac vulgo per corpora æstuantem, depascentemque omnem ætatem & sexum, satius est coercere, quam sine impedimento sinere latius diffundi: sic quando vitium in perniciem & corruptionem animarum accidit, resecare & sistere ex eo nascens exitium, laudabile simul & Deo gratum: & ut a nobis rationalibus pastoribus fiat, conveniens ac consentaneum. D Quoniam igitur Christi populum, quem ipse suo sanguine redemit, sanctam gentem, antiquitus quidem disciplina divinorum & sacrorum apostolorum, & qui eos secuti sunt, rursus sanctorum patrum, velut quandam vineam (*a*) divinis sepivit legibus, sacrosancte jam plantatam a Deo omnia in essentia producente, (*b*) resecans omnino & purgans, quæ naturam lædunt, imbecillitates, & omnem dissolutum gentilis vitæ impetum naturalibus cupiditatibus inservientem, veluti quendam fluvialem cursum, irruentem in primariæ imaginis injuriam refrenavit & compescuit: præter autem divinos canones, E & civiles leges in eos qui pietate non imbuti sunt, sed procul ab eo quod decet præcipitati, gladium quotidie vibrant: sic oportebat sacram gentem in pura conscientia degere, & nihil eorum quæ prohibita sunt huic superinducere, vitamque nostram conturbare. Divini enim canones & civiles leges asperitatem humanæ naturæ complanantes, spiritalem vitam bonosque mores mentibus nostris firmissime imprimunt: ut sine vitæ offendiculo rempublicam nomine dignam omni tempore ostendere possimus. Et cum radicem ac

(a) divinis undique sepivit.
(b) resecans omnes.

ac fundamentum generis, nostræque naturæ officinam, honestas noverunt esse nuptias, ut munditiem puritatemque jam ab ipsa radice habeat, nec ullis vituperii asperginibus conspurcetur (grave nanque est cum frumento lolium seri) variis argumentorum rationibus & commonitionibus muniverunt, illicitas nuptias a legitimis procul removentes, aut etiam honestas (*a*) discernentes, & eos qui jam ipsa naturæ necessitate conjugalem vitam amplectuntur, ad has cohortantur & inducunt: suadent autem ut illas a suo repellant conjugio, & omnino aversentur. Olim enim Israeli, cum Dei signum circumcisionem fuisset sortitus, (*b*) nuptiarum jura per singulas tribus regebantur, legislatore excludente gentilium cum eo consuetudinem & commistionem. Generi autem sibi adsciscenti sui generis affinitatem, ad id nuptiarum via directa repetitaque extra prohibitionem erat. Ut autem populus Dei peculiaris, clementia ejus qui assumpsit & conciliavit sibi, omnes gentes effectæ sumus, & juxta Prophetam, cum lætitia manibus plausimus, & novus Israel omnes facti sumus, cum universos, qui omnia pacificavit, in unum collegit: unire nos volens & ad dilectionem sui ipsius, & ad mutuam omnium inter nos conjunctionem, interiores nuptiarum portas & ad cognationem ducentem viam occluit, exteriores autem transitus universis terræ incolis aperuit. Et vero ad has nuptias venire volentibus universus terrarum orbis patet: quemadmodum ad cognationem ducens via divinis legibus obstructa & occlusa est. Qui igitur leges scripserunt, illicitas nuptias, alias certis nominibus distinxerunt: alias immunditiei nomine generaliter comprehendentes, omiserunt & silentio præterierunt: honestatis omnino curam habentes, & in re longa per singulas species linguam suam polluere nolentes. Quibus magnis apostolis Paulus concinens, Scortatio (inquit) & immundities omnis nec nominetur inter vos, sicut decet sanctos. Immunditiei nomine omnem illicitam conjunctionem & obscœnitatem comprehendens. Nec in his silentium prorsus libidinosis pro licentia fuit, nam neque ad licitas nuptias facile permisit lex prosilire quid vero ait? *In nuptiis non tantum quod licet, sed & quod honestum est* spectandum: uc de naturæ castitate & innocentia divini patres canonibus & legislatores legibus constituerunt. Ad nostrum autem bellum strenuus bellator & in insidiosis animarum obsidionibus fortissimus & potentissimus adversarius, cum aliis, quibus sæpe insurgens, & publice privatimque honestatem subvertens nuptiarum, contentiosus protulit; & hoc latenter introduxit, ut multi pro nihilo habeant, fratres cum sint, duas consobrinas uxores ducere, idque palam ac impune cum sacra precatione facere: aut rursus duos consobrinos sororibus duabus velut legitimis nuptiis conjungi, aut avunculum patruumve & fratris sororisve filium duabus sororibus copulari: aut vice versa fratres duas amitæ materteræve, & fratris sororisve filiæ. Insolentia hujusmodi (*c*) a nuptiarum honestate remota, contumelia naturam latenter afficiebat.

(a) adprobando recipientes

(b) in sua cuique tribus nuptiæ trahebantur

l. 42. D. de rit. nupt. l 197. de reg. in

(c) honesto nuptiarum titulo munita.

[A] σεμνὸν γάμον ἤδεσαν ὄντα. ἵνα τὸ καθαρὸν ἐξ αὐτῆς ἤδη τῆς ῥίζης καὶ τὸ ἀθόλωτον ἔχοι, καὶ μή τισι μώμου περιῤῥαντίσμασι καταχραίνοιτο (δεινὸν γὰρ τῷ σίτῳ συνεσπάρθαι καὶ τὸ ζιζάνιον) παντοίαις λόγων φοραῖς καὶ εἰσηγήσεσι κατωχύρωσαν, μακρὰν τοῦ νομίμου γάμου τὸν ἀθέμιτον διαστέλλοντες, ἢ καὶ τὸ σεμνὸν (1) ἐκκρίνοντες, καὶ τοῖς κατ' αὐτὴν ἤδη τῆς φύσεως ἀνάγκην τὸν ἐπίζυγα βίον ἀσπαζομένοις παραινοῦντες εἰσὶν ἐπὶ τοῦτον δὲ εἰσηγούμενοι, τὸν δὲ ἀπωθεῖσθαι τούτους πείθοντες τῆς ἑαυτῶν συζυγίας, καὶ ἀποτρέπεσθαι παντοίως. πάλαι μὲν γὰρ τῷ Ἰσραὴλ, σφραγῖδα λαχόντι Θεοῦ τὴν περιτομὴν κατ' οἰκείαν (2) ἑκάστην φυλὴν τὰ τοῦ γάμου ἐπρυτανεύετο· ἀποκλείοντος τοῦ νομοθέτου τὴν τῶν ἐθνῶν πρὸς τοῦτον ἐπιμιξίαν, καὶ οἷον ἀνάκρασιν. [B] γένει δὲ τὴν τοῦ γένους οἰκείωσιν δεξιουμένῳ, ἡ πρὸς τοῦτο τοῦ γάμου ὁδὸς ἀναφερομένη καὶ ἀναπλεκομένη, (3) ἀπερικώλυτος ἦν. ὡς δὲ λαὸς Θεοῦ περιούσιος, εὐδοκίᾳ τοῦ ἡμᾶς προσλαβόντος καὶ οἰκειώσαντος ἑαυτῷ, πάντα τὰ ἔθνη γεγόναμεν· καὶ χεῖρας, κατὰ τὸν προφήτην, χαρμονικῶς ἐκροτήσαμεν· καὶ νέος πάντες γεγόναμεν Ἰσραήλ. καὶ πάντας, ὁ εἰρηνοποιήσας τὰ πάντα, εἰς ἓν συνήγαγεν· εἰς τοῦτο (4) συνάπτειν ἡμᾶς, καὶ τὴν ἀγάπην πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ἀλλήλους βουλόμενος ἕνωσιν, τὰς ἔνδοθεν πύλας τοῦ γάμου, καὶ τὴν πρὸς συγγένειαν ἀποκλείσας ὁδὸν, τὰς ἔξωθεν πᾶσιν ἀνέῳξε διαβάσεις, τοῖς καθημένοις ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. καὶ δὴ ἐπὶ τοῦτον τὸν γάμον τοῖς χωρεῖν βουλομένοις ἡ οἰ- [C] κουμένη πᾶσα ἠνέῳκται, ὥσπερ ἡ πρὸς συγγένειαν ἄγουσα πᾶσα θείοις ἐπεζυγώθη νόμοις καὶ ἐπεκλείσθη ὁδός. τοὺς τοίνυν ἀθεμίτους τῶν γάμων, τοὺς νόμους ο γεγραφότες, τοὺς μὲν ὀνόμασι ῥητοῖς διέστειλαν· τοὺς δὲ τῷ τῆς ἀκαθαρσίας ὀνόματι διαλαμβάνοντες γενικῶς, ἀφῆκαν καὶ παρεσιώπησαν. τοῦ σεμνοῦ (5) παντοίως φροντίζοντες, καὶ μὴ ἐπὶ μακρῷ καὶ καθ' ἕκαστον τὴν γλῶτταν καταῤῥυπαίνειν ἐθέλοντες. οἷς καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος Παῦλος συνᾴδων, Πορνεία (φησὶ) καὶ ἀκαθαρσία πᾶσα μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις. τῷ τῆς ἀκαθαρσίας ὀνόματι πᾶσαν ἀθεμιτογαμίαν καὶ ἀῤῥητοποιΐαν περιλαμβάνων. Καὶ οὐ παντως ἡ σιωπὴ τοῖς φιληδόνοις ἐν τούτοις ἐγένετο ἄδεια· ἀλλὰ καὶ αὐ- [D] τοῖς τοῖς ἐπιτετραμμένοις τῶν γάμων ὁ νόμος οὐκ ἀφῆκε ῥᾳδίως ἐπιπηδᾷν. ἀλλὰ τί φησὶν, ἐν τοῖς γάμοις οὐ τὸ ἐπιτετραμμένον μόνον, ἀλλὰ καὶ το εὐπρεπὲς δεῖ σκοπεῖν. οὕτως καὶ περὶ τοῦ ἀῤῥυπώτου τῆς φύσεως καὶ πάντοθεν ἀνεγκλήτου, καὶ θεῖοι πατέρες κανόσι καὶ νομοθέται νόμοις διησφαλίσαντο. ὁ δὲ πρὸς τὸν ἡμέτερον πόλεμον εὔζωνος μαχητὴς, καὶ πρὸς ἀκηρύκτους πολιορκίας ψυχῶν δυσκαταμάχητος καὶ βιαιότατος ἀνταγωνιστὴς, μετὰ τῶν ἄλλων, οἷς πολλάκις ἐπαναστὰς, καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ τὸ σεμνὸν ἀνορύττων τοῦ γάμου, φιλονεικότερον (6) ἐκομίσατο. καὶ τοῦτο λαβὼν ἐπαγήγαγεν, ὥστε πολλοὺς ἐν οὐδενὶ τίθεσθαι, ἀδελφοὺς ὄντας, εἰς γάμον αὐτοῖς δύο ἐξαδέλφας λαμβάνειν. τοῦτο δὲ καταφανῶς καὶ ἀ- [E] νεπικωλύτως μετὰ τῆς ἱερολογίας ποιεῖν. ἢ δύο τισὶν ἀδελφαῖς ἐξαδέλφους αὖθις ὡς ἐπὶ νομίμῳ τυζεύγνυσθαι, ἢ θεῖον καὶ ἀνεψιὸν ἀδελφαῖς συνάπτεσθαι δυσὶν, ἢ ἀδελφοὺς δύο τὸ ἔμπαλιν θείᾳ καὶ ἀνεψιᾷ. τὸ δὲ τοιοῦτον ἄτοπον τῷ τοῦ γάμου σεμνῷ (7) καταχωρηθὲν, ὑβρίζον τὴν φύσιν ἐλάνθανε.

(1) ἐγκρίνοντες,

(2) ἑκάστῳ

(3) ἀπικωλύετο.

(4) συνάπτων

(5) πάντως

(6) ἐκονίσατο.

(7) κατοχυρωθὲν,

Διὰ

ANNO CHRISTI 997.

Διὰ τοῦτο ἡ μετριότης ἡμῶν τοῖς ἀθεμίτοις περιαλγοῦσα συνοικεσίοις, μετὰ τῆς ἱερᾶς τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων συνδιασκεψαμένη συνόδου, καὶ τὸ βαρὺ τῆς ἀπειλῆς φοβηθεῖσα κρίμα (ὃ τοῖς μὴ ἀναγγέλλουσι τῷ λαῷ τὴν ἐρχομένην ῥομφαίαν, ἠπείληται) ἔγνω καὶ ἐδοκίμασεν εἶναι λυσιτελὲς θεραπείαν ἐπινοῆσαι τινὰ τοῦ κακοῦ. ἵν' οἱ μὲν ἑαλωκότες, ὡς ἴαμα ἢ διαμαρτυρίαν τὴν ἀπόφασιν ἔχοιεν, (1) ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ προφυλακτήριον εἴη τοῦ μέλλοντος. Ἐντεῦθεν διοριζόμεθα, μηκέτι ἀπό γε τοῦ νῦν τοιοῦτόν τι περὶ τοῦτον γάμους τολμᾶσθαι πονηρὸν πρᾶγμα, καὶ περὶ τοῦτον ἐξ αἵματος ἀδικώτατον, καὶ αὐτῇ πολεμοῦν καθόλου τῇ φύσει, καὶ συγχέον ταύτην πρὸς ἑαυτήν. ἐντεῦθέν τις καταμάθοι καὶ διασκοπήσοι τρανότερον. ὁ ἱερὸς καὶ μέγας Βασίλειος, ὁ καὶ τὰ βάθη τοῦ πνεύματος, κατὰ τὴν θεολόγον φωνὴν, ἐρευνῶν, οὗτος περί τινος ἀθεμίτου γάμου διαλεγόμενος, ἐπίτομον (2) γνώρισμα δίδωσιν, ἐν ᾧ τὰ τῶν ἀθεμοίτων γάμων ῥαδίως τῶν νομίμων ἀποκριθήσεται. Ἐν οἷς (λέγων) τὰ τοῦ γένους συγχέονται ὀνόματα, ἐν τούτοις ὁ γάμος ἀθέμιτος. πῶς οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος γάμου τὰς προσηγορίας (3) ἁρμόσοι τις; οἱ μὲν γὰρ ἀδελφοὶ, κατὰ ταυτὸ αὐτὸ καὶ ἀδελφοὶ καὶ σύγγαμβροι προσαγορευθήσονται, ὥσπερ αὖ αἱ συναφθεῖσαι τούτοις εἰς γάμον ἐξαδέλφαι τε ἅμα καὶ σύννυμφοι. τὰ δὲ ἀπὸ τούτων τικτόμενα (ἔκγονα) ἐκ ποίας συγγενείας οἱ τεκόντες προσαγορεύουσιν; ἀπὸ μὲν γὰρ τῶν ἀδελφῶν, ἡ τοῦ δευτέρου βαθμοῦ τούτοις ἁρμόσει προσηγορία, ἐξαδέλφους προσαγορεύεσθαι. ἀπὸ δὲ τῶν μητέρων, ἡ τοῦ τρίτου μᾶλλον ἔσαι κατάλληλος. δισεξαδέλφους γὰρ ἦν εἰπεῖν δικαιότερον. καὶ ἡ τῶν ὀνομάτων ἀκατάλληλος σύγχυσις, τὴν τοῦ (4) ἀθεμίτου παρανομίαν, κατὰ τὸν ἐν ἁγίοις πατέρα Βασίλειον, καταφανέστερον ἀποδείκνυσιν.

Ἀλλ' ἴσως τῷ πάθει συνηγορήσων τὶς ἀνασὰς ἐρεῖ, πυθόμενος δῆθεν, διὰ τί (5) μὴ τούτων γεγραμμένων τοῖς ὀνομασὶ κεκώλυκε νόμος, ἀδελφοὺς λέγων τὰς ἐξ ἀδελφῶν γεννωμένας, εἰς κοινωνίαν γάμων μὴ προσλαμβάνεσθαι, καὶ διὰ τί τῷ κατ' ἔθος πραττομένῳ χρόνον τοσοῦτον εἰς συνηγορίαν λαβόντι ἀντινομοθετεῖς, λόγων στροφαῖς καὶ δεινότητι κλέπτων τὴν ἀκοὴν, καὶ τὸ πρᾶγμα καταστοφιζόμενος, καὶ ὑπ' εὐθύνην ἄγων τὸ ἀπὸ τῶν νόμων ἀνεύθυνον, ἀλλ' οὐκ ἔγωγε, ὁ δὲ τοῦ πνεύματος (6) τοῦτο τὴν ἁμαρτίαν προενομοθέτησε πάλαι Βασίλειος, οὗ νόμος ἡ γλῶττα τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ὁ τῶν ῥημάτων φθόγγος, θεόγραφοι πλάκες, δακτύλῳ ἐγκεχαραγμέναι Θεοῦ. ὁ δὲ ζητῶν ἕτερον νομοθέτην ἐν τούτοις, οὐκ οἶδα εἰ σωφρονοῦσιν οὗτός γε δόξει σωφρονεῖν. εἰ δὲ καὶ δῶμεν μηδημίαν γεγράφθαι μνήμην παρ' οὐδενὸς τῶν πατέρων περὶ τοῦ πράγματος, οὐδ' οὕτως ἂν ἀλόγως ἐθέλειν ἀποκινῆσαι τὸ ἀῤῥώστημα τοῦτο τῆς ἐκκλησίας, τοῖς μὴ περὶ τὴν κρίσιν δικάζουσι δόξωμεν. οἱ γὰρ περὶ σωφροσύνης νομοθετήσαντες, γυναικός τε μοιχείαν καὶ βίαν τιμωρησάμενοι κόρης, οὐ προστιθέασιν, ἂν θυγατέρα ἁλῷ πατὴρ βιασάμενος, ὅ, τι δέοι παθεῖν· ὡς οὔτε ῥαδίως τὰ τοιαῦτα τολμώμενα. κἂν ἄρα πραχθῇ τι, πρόδηλον ὂν ὡς δίκην ὑφέξει, τῶν ἐλαττόνων τιμωρουμένων (7) ἆρα μὴ τοῦτο νόμῳ κεκώλυται, ῥαδίως τὶς καταπράξαιτο; ἢ τολμήσας οὐχ ἕξει τὸν ἐπὶ τούτῳ γραψόμενον, οὐκ ἂν φαίη τὶς σωφρονῶν, ὥσπερ τοίνυν ἐκείνου σιωπωμένου, οὐ δίδωσι χώραν ἡ σιωπὴ τολμηρῶς ὑβρίζειν κατὰ τῆς φύσεως· οὕτως οὐδὲ τούτου ἴσως

(1) τοῖς δὲ ἄλλοις προφυλ.

(2) γνώμην, & ἐν ᾗ

(3) ἁρμόσαιτό τις;

(4) ἀθεμίτου γάμου

(5) μὴ τοῦτο τῶν γεγρ.

(6) τοῦτον τὴν ἁμαρτίαν ἐλέγχων προενομοθ.

(7) ἆρα ὅτι μὴ

ANNO CHRISTI 997.

A Quamobrem (*a*) moderatio nostra conjunctiones illicitas graviter ferens, cum sacra piorum metropolitanorum & archiepiscoporum synodo consultans, & grave comminationis formidans judicium (quod iis proponitur qui populo imminentem gladium non renuntiant) utile esse cognovit probavitque ut mali hujus aliquod excogitetur remedium: ut qui (*b*) convicti sunt, veluti medicinam aut testatam defensionem condemnationem habeant, aliis autem in futurum sit præservatorii medicamenti loco. Hinc definimus, ne ab hoc tempore in posterum committere quis audeat tantum in nuptiis flagitium, & circa sanguine conjunctos iniquitatem, quæ omnino ipsi naturæ repugnat, & creat con- B fusionem, ut postea manifestius & clarius fiet. Sanctus & magnus *Basilius*, qui profunditates spiritus, juxta theologicam vocem inquirit, cum de quibusdam illicitis nuptiis differeret, brevem definitionem dedit, qua licitæ nuptiæ ab illicitis facile discernuntur: In quibus (inquit) generis nomina confunduntur, in iis nuptiæ illicitæ. Quonam igitur modo quis in præsentib. nuptiis coaptaverit appellationes? Nam fratres, pariter & fratres & congeneri appellabuntur: quemadmodum his nuptæ, consobrinæ pariter & connurus: ex his autem natos liberos quo cognationis nomine parentes nuncupabunt? A fratribus quidem secundi gradus iis con- C veniet appellatio, ut consobrini nominentur. A matribus autem tertii gradus commodior erit; justius enim sobrinos dicere. Et nominum absurda confusio illiciti matrimonii iniquitatem, juxta sanctum patrem Basilium, apertius demonstrant.

Sed affectui patrocinaturas, fortasse quispiam exurget, quærens. Cur nulla lex scripta nominatim vetuit fratres sibi nuptiis adsciscere natas ex fratribus? & cur ei quod juxta consuetudinem fit per spatium tam longi temporis contrarium statuis? verborum circuitus & gravitate demulcens aures, & rem ipsam captionibus involvens, culpæque subiiciens quod per leges culpa caret? D Verum non ego quidem, sed spiritu (plenus) Basilius (*c*) id delictum jampridem lege declaravit. Cujus lex lingua ecclesiæ, & verborum sonus divinitus scriptæ tabulæ, Dei digito insculptæ. Quod si quis in his alium legislatorem quæsierit, nescio an sapientibus sapere videbitur. Et licet nulla hujus rei mentio a quoquam Patrum facta sit, neque sic absque ratione vitium hoc ab ecclesia removere videbimur iis, quibus nullum de eo judicium est. Nam qui de temperantia leges tulerunt, & mulieris adulterio raptuique virginis pœnas irrogarunt, & non addiderunt, si pater filiæ pudicitiam violans deprehensus sit, qua pœna plectendus sit: cum E hæc non facile perpetrentur. Si tamen hujusmodi quippiam commissum sit, manifestum est reum pœnam subiturum, cum minora crimina puniantur. An quia quidpiam lege prohibitum non est, (*d*) ideo facile admittet? aut si ausus fuerit, (*e*) legem quæ de eo scribetur non patietur? Nemo qui sapiat id dixerit. Quemadmodum igitur cum illud silentio præteritum est, silentium non permit-

(a) mediocritas

(b) jam deliquerunt, veluti pro medicina & contestatione sententiam hanc habeant

(c) horum peccatum arguens tam ante sancivit

(d) ideo quis

(e) qui eum hoc nomine accuset, non habebit

tet

ANNO CHRISTI 997.

tet ut natura impudenter contumelia afficiatur: sic neque hoc prætermisso (sicubi prætermissum est) licentia erit impune faciendi, maxime cum simus Christiani, & probe noverimus hujus mundi formam momentaneam, juxta Paulum apostolum: ut qui habent uxores, sint quasi non habeant. Quanquam prætermissum non est, sed quibus dictum, est prohibitum. Non enim quod (a) licet in nuptiis spectandum est, sed quod decet. Et sanctus præterea ac magnus Basilius, quemadmodum dictum est, in quibus (inquit) nomina cognationis confunduntur, in iis nuptiæ illicitæ. Nam quemadmodum unio copulatorum per nuptias distinctionem nullo modo novit, sed ambo (b) una caro noscuntur (erunt n. inquit, duo in carnem unam) sic utrisque genere propinqui, consequenter jure cognationis conjunguntur, & in unam sanguinis propinquitatem affinitatemque conveniunt: ut his necessario cavenda sit & formidanda lubrica inter se conjugalis commistio & copula. Non enim ingrediendum est ad omnem (c) carnis proximum, propter generis conturbationes & confusiones. Utinam ergo jam prætermissum est quod omni ex parte canonibus & legibus est cautum, ut propter id extra culpam esse videatur? De tempore vero quod vitio suffragatur, dici facile potest flagitiosam & improbam degere volentibus vitam, nullum omnino ex tempore esse auxilium. Neque enim adulteris, expilatoribus, effractoribus, aut alio quovis modo delinquentibus; si in ipso crimine deprehendantur, sufficiet ad salutem si a longo tempore hæc se fecisse probaverint: nisi quod graviorem importabit condemnationem, ut facinorum luat poenas, tam quæ recens, quam jampridem commisisse arguetur. Præterea quod honestum est, ante id, quod turpe, primas obtinere debet: & calamitas bono deterior, et habitus semper privationem præcedit: et in nuptiis temperanter se gerere, tempore firmius, quam illicitas audere. Quodnam igitur auxilii momentum erit malo, quod longo aliquo tempore nec interrupto volutatum erit in animarum perniciem? quasnam alias dixerit quis illicitas nuptias, si præsentes exceperit? Nam inter ascendentes et descendentes, in infinitum, ut lex ait, nuptiæ sunt prohibitæ: latere autem fratrum, consobrinorum seu patruelium, et eorum qui ex his nati sunt, ac solis. Proinde nec gradus ullus conjunctione sanguinis in se omnino implicatus, ad nuptiarum communionem duobus fratribus aut sororibus miscebitur, prius quam ipsorum cognationi continua series per enumerationem superne resoluta sit. Præterea illud dicendum est, in omni opere et negotio, id quod non est commendatione dignum, si effectum sortiatur, poenæ obnoxium esse. Et quod laudem tribuit non facientibus, culpæ subjicit eos qui facere audent. Non est igitur quod hujusmodi nuptiæ extra culpam esse dicantur. Neque enim extra culpam tantum est: sed si quis consideratius perpendat, majus in hoc indicium peccati, & malum aliis perniciosius. Nec turbas mihi excitet quis priusquam audierit. Minorum delictorum majora quodammodo sunt attractoria. Et ira

(a) licet inquit, in

(b) pro una carne habentur

(c) carne propinquam,

ANNO CHRISTI 997.

παραλειφθέντος, (εἴπου καὶ παρελείφθη) ἄδειαν ἕξει τὶς ἀνεπικωλύτως ποιεῖν· καὶ ταῦτα, Χριστιανῶν ὄντων ἡμῶν, καὶ (1) ἄκρως εἰδότων ὅτι παράγει τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, κατὰ τὸν ἀπόστολον Παῦλον· ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι. καίτοι οὐδὲ παραλέλειπται, ἀλλ' οἷς ἐῤῥέθη κεκώλυται. οὐ γὰρ τὸ ἐπιτετραμμένον, φησὶν, ἐν τοῖς γάμοις δεῖ σκοπεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ εὐπρεπές. καὶ ὁ ἱερὸς αὖθις καὶ μέγας Βασίλειος, καθὼς εἴρηται, Ἐν οἷς, φησὶ, τὰ τοῦ γένους συγχέονται ὀνόματα, ἐν τούτοις ὁ γάμος ἀθέμιτος. ὥσπερ γὰρ ἡ τῶν διὰ γάμου συναπτομένων ἕνωσις οὐκ οἶδεν ὅλως διαστολὴν ἀλλὰ σὰρξ ἀμφοῖν μία (2) γνωρίζεται, (ἔσονται, γάρ φησιν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν) οὕτω καὶ οἱ κατὰ γένος προσήκοντες ἑκατέροις ἀκολούθως δικαίῳ συγγενείας ἐπισυνάπτονται, καὶ εἰς μίαν (3) ἁρμόζονται ἀγχιστείαν αἵματος καὶ οἰκείωσιν. ὡς ἐπάναγκες εἶναι τούτοις εὐλαβεῖσθαι καὶ δεδιέναι σφαλερὰν τὴν εἰς ἀλλήλους γαμικὴν ἐπιμιξίαν καὶ συμπλοκήν. οὐ γὰρ ἔνον εἰσιέναι πρὸς πάντα οἰκεῖον (4) σαρκὸς, διὰ τὰς συνθολώσεις καὶ συγχύσεις τοῦ γένους. πῶς τοίνυν τὸ πανταχόθεν, ὡς ἀθέμιτον, καὶ κανόσι καὶ νόμοις ἀσφαλισθὲν, ἤδη παραλέλειπται, ὡς καὶ διὰ τοῦτο δόξαι ἀνεύθυνον· περὶ δὲ τοῦ συνηγοροῦντος τῷ πάθει χρόνου τοῦτό ἐστιν εἰπεῖν ῥάδιον, ὅτι τοῖς ἀσελγαίνειν ἐθέλουσι καὶ τοῖς διαμόχθηρον ἔχουσι βίον, οὐδεμία τὶς ἀπὸ χρόνου πάντως ἔσται βοήθεια. οὐδὲ γὰρ μοιχοῖς, ἢ λωποδύταις, ἢ τοιχωρύχοις, ἢ ἑτέρως πως ἀδικοῦσιν, ἂν ἐπαυτοφώρῳ ἁλῶσιν, ἀρκέσει πρὸς σωτηρίαν τὸ ἀπὸ χρόνου μακροῦ ταῦτα πραττομένους αὐτοὺς ἔχειν ἀποδεικνύειν. εἰ μήπω καὶ μείζονα ἐπάξει τὴν καταδίκην, πρὸς τὸ δοῦναι δίκας τῶν τολμηθέντων, ὧν τε ἄρτι καὶ (5) ὧν κατὰ τὸν πάλαι χρόνον πεπλημμεληκότες διαποδειχθήσονται. ἄλλως τε τὸ σεμνὸν τοῦ ἀσέμνου (6) πρωτεῦόν ἐστι, καὶ τοῦ καλοῦ (7) δεύτερον ἡ ἀποτυχία. καὶ ἡ ἕξις ἀεὶ τῆς στερήσεως προτερεύουσα· καὶ τὸ σωφρονεῖν ἐπὶ γάμοις, τοῦ τῶν ἀθεμίτων κατατολμᾷν, τῷ χρόνῳ ἐπικρατέστερον. τίνα γοῦν ἕξει βοηθείας ῥοπὴν τὸ κακὸν χρόνῳ ἐπικυλινδηθὲν μακρῷ τινὶ καὶ (8) ἀπερικόπῳ, ἐπὶ λύμῃ ψυχῶν; τίνας δὲ ἑτέρους εἴποι τὶς ἀθεμίτους τῶν γάμων, τοὺς παρόντας παραγραφόμενος, ἐπὶ γὰρ τῶν ἀνιόντων καὶ κατιόντων, εἰς ἀπέραντον, ὡς ὁ νόμος φησὶ, τὰ τῶν γάμων κεκώλυνται. ἐπὶ δὲ τῶν ἐκ πλαγίου, ἀδελφῶν, ἐξαδέλφων, καὶ τῶν ἀπὸ τούτων τικτομένων, καὶ μόνων. οὔκουν οὐδὲ βαθμός τις ἀνακράσει αἵματος εἰς ἑαυτὸν συμπλεκόμενος ὅλως, εἰς κοινωνίαν γάμου δυσὶν ἀδελφοῖς ἢ ἀδελφαῖς ἀνακραθήσεται, πρὸ τοῦ διαλυθῆναι αὐτῶν τὴν ἐξ αἵματος ἄνωθεν ἀναπλεκομένην σειράν. πρὸς δὲ τούτοις ἐκεῖνο εἰπεῖν ἐστιν, ὅτι ἐπὶ παντὸς ἔργου καὶ πράγματος, τὸ μὴ ἀποδοχῆς ἄξιον, εἰς ἔργον ἐκβαῖνον ὑπεύθυνον· καὶ τὸ ἐν ἐπαίνου μοίρᾳ τοὺς μὴ πράττοντας ἔχον, ὑπ' εὐθύνην ἄγει τοὺς αἱρουμένους ποιεῖν. οὐ τοίνυν χώραν ἔχει τὸ λέγειν τὸν τοιοῦτον γάμον ἀνεύθυνον. οὐδὲ γὰρ οὐ μόνον ἀνεύθυνος; ἀλλ' εἴπου τὶς ἐξετάσει διασκοπῶν, μεῖζον τὸ δεῖγμα ἐν τούτῳ τῆς ἁμαρτίας, καὶ τὸ κακὸν τῶν ἄλλων ὀλεθριώτερον. Καί μοι μὴ θορυβείτω πρὶν ἀκούσῃ μηδείς. τῶν ἐλαττόνων ἀδικημάτων τὰ μείζονα πως ἐφόλκια, γίνεται. καὶ τοῦ φόνου κακὸν ἔλαττον ὁ θυμός. ὁ δὲ (9) εὐχερῶς τις ἐπὶ τούτῳ καὶ ῥᾳδίως τῷ πάθει κρατούμενος, τάχα που καὶ τυπτήσει· εἶτα προϊόντος (*) τοῦ χρόνου, τοῦ ἡνιόχου ἐκκυλισθεὶς λογισμοῦ, τῷ πά-

(1) ἀκριβῶς

(2) λογίζεται

(3) ἁρμόττονται

(4) σαρκοῦ

(5) ὧν πάλαι πεπλημ.

(6) προτερεῦόν ἐστι,

(7) δευτέρα

(8) ἀπερικόπτῳ

(9) εὐχερής τις

* τοῦ χρόνου, χωρήσει καὶ πρὸς μαιφονίαν ῥᾳδίως. καὶ τὸ ἐν ἅπασιν ἐπιβάνειν τὸν ὀφθαλμὸν, παρὰ τῇ φύσει ἀκώλυτον. εἰ δέ τις τῇ ἐράσει μὴ ἐπιθῇ χαλινὸν, τάχα τὶ τῶν προσηκόντων ἰδὼν, πρῶτο θαυμάσει. εἶτα θαυμάσας ἐπιθυμήσει, καὶ προϊόντος τοῦ χρόνου, τοῦ ἡνιοχοῦντος ἐκκυλ.

πάθει ἁλώσεται. ὁρᾷς πῶς τὰ ἐλάττονα τῶν ἀδικημάτων αἴτια γίνεται τῶν μειζόνων ἀεὶ, καὶ θύρα. τῶν ὀλεθριωτέρων κακῶν ἡ ἐπὶ τούτοις ἀρχή; καὶ διὰ ταῦτα ὑπὸ δίκην τῶν ἄλλων τὰ τοιαῦτα μᾶλλον (1) ἄγεται, ἃ καὶ φυλάττεσθαι πλεῖον τῶν μειζόνων ἐλαττωμάτων ἡ κυριακὴ φωνὴ ἐγκελεύεται. ἐρρέθη (γάρ φησι) μὴ πορνεύσης· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μηδὲ (2) ἀρχὴν ὀργισθῆναι. οἱ τοίνυν δύο ἐξαδέλφας ἀγαγόμενοι ἀδελφοὶ, ἅπαξ τῷ ἀγκίστρῳ περιπαρέντες, καὶ ὁδοῦ ἀπαγούσης πρὸς ὄλεθρον ἐπιβάντες, τάχα που καὶ πρὸς τὰ μείζονα (3) τῶν ἁμαρτημάτων χωρήσουσι, τῆς δὲ (τοῦ) ἐλάττονος ἁμαρτίας ἐκκοπτομένης, φειδώ τις πρὸς τὰ μείζονα ἔσται. ἡ γνώμη τοίνυν (4) ἁπανταχῇ τῶν δρωμένων, καταδίκης πικρᾶς καὶ στεφάνων ἀξία. ταύτην οὖν ἐξετάζων τὶς, καὶ γωνιάζουσαν ἐρευνῶν, (5) οὐκ ἀπειθῶς εὑρήσει τοῖς τοιούτοις γάμοις ἐπιπηδῶσαν, μετὰ δέ τινος πέδης πάθους δριμυττομένου, δεσμῶτιν κυλινδουμένην αὐταῖς. ἡ γὰρ δόξα γένους, καὶ ὄγκος ἀξιωμάτων, ἢ πλοῦτος ἀνδρὸς, ἢ κάλλους φαιδρότης, τῶν ἁπανταχοῦ γῆς ἐπιτετραμμένων καὶ μηδένα μῶμον προσεπιτριβόντων ἐκκρούσαντα γάμων, πρὸς τὸ ἀθέμιτον ἐξεκύλισαν. διὰ ταῦτα ἔρχεται (φησὶν) ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθίας. διὰ ταῦτα πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄρρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. διὰ ταῦτα, δείματα φοβερά. σεισμοὶ κλονοῦντες θεμέλια γῆς, καὶ πόλεων ἀνασπῶντες οἰκοδομάς. αὐχμοὶ φρικώδεις, νόσων κατὰ σωμάτων ἐπιδρομαί. πολεμίων ἐπαναστάσεις, καὶ τὸ τελευταῖον λιμοὶ καὶ λοιμοὶ, ἡλικίαν πᾶσαν ἀπάγοντες, καὶ μηδαμόθεν παραμυθίαν λαμβάνοντες. τούτων τὴν ἐν ἀνθρώποις ἐπὶ ὀλέθρῳ (6) φορὰν ἡ μετριότης ἡμῶν ἅμα τῇ συνεδριαζούσῃ τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν καὶ (7) ἀρχιεπισκόπων, στῆσαι περὶ πολλοῦ ποιουμένη, καὶ τοῦ καταρρύπου καὶ ἀπρεποῦς καὶ ἀσέμνου γάμου τὸν περιούσιον λαὸν τοῦ Χριστοῦ ῥυομένη. διωρίσατο μηκέτι τοὺς τοιούτους γάμους χώραν ἐν τοῖς Χριστιανοῖς τοῦ λοιποῦ ἔχειν, μηδὲ παρά τινος μηδέποτε καταπραχθῆναι. εἰσηγεῖται καὶ πᾶσι κοινῶς, καὶ τῇ ἀπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐξουσίᾳ πατρικῶς καὶ δεσποτικῶς διορίζεται, ὥστε μηδένα τῶν ἁπάντων, ἀπό γε τοῦ νῦν, κἂν (8) τῶν νέων δυναστείαις ᾖ τις, καὶ ἐξουσίαις, (9) καὶ πλούτῳ κομῶν, κἂν τῶν πολλῶν καὶ τοῦ δήμου, πρὸς τοιοῦτον γάμον ἐλθεῖν. εἰ δέ τις ἀπὸ τοῦ παρόντος τὰ διωρισμένα ταῦτα θέμενος παρ᾽ οὐδὲν, πρὸς τὸν τοιοῦτον ἑαυτὸν ἐπιρρίψειε γάμον, ἢ ἐπιδῷ τέκνα, (a) τῇ ἐκκλησίᾳ οὗτος ἐκκήρυκτος ἔσται πάσας τὰς ἡμέρας τοῦ βίου αὐτοῦ. καὶ οὐ πρότερον δεχθήσεται εἰς μετάνοιαν πρὶν ἂν διασπάσῃ τὸν γάμον, κἂν φθάσῃ παῖδας ἀποτεκεῖν. ὁ δὲ τῷ τοιούτῳ γάμῳ εὐχὴν ἐπιδοὺς ἱερεὺς, καθαιρέσει τελείᾳ ὑποπεσεῖται. διὸ καὶ τὰ (b) ὡρισμένα ἐνταῦθα ἐξετέθη, καὶ σφραγισθέντα τῷ χαρτοφυλακίῳ τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου σοφίας, εἰς ὑπόμνησιν τοῖς ἐσομένοις, ἐπρυτανεύθη, κατὰ τὴν κα τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς τῆς ἐπινεμήσεως, ἐν ἔτει * τῷ ςφε.

(1) ὑπάγονται.
(2) τὴν ἀρχήν.
(3) τῶν ἀτοπημάτων ἑτοίμως
(4) ἁπανταχοῦ τῶν δρώντων, καὶ καταδ.
(5) ἐκπαθῶς.
(6) φθοράν.
(7) ἀρχ. συνόδῳ.
(8) τῶν ἐν δυν.
(9) κἂν πλούτῳ κομῶν,
(a) τῆς ἐκκλησίας
(b) διωρισμένα
* τῷ ςυθ in aliis.

Οἱ δὲ μεθ᾽ ἡμῶν συνδιασκεψάμενοι καὶ συνδιορισάμενοι ταῦτα μητροπολῖται, εἰσὶν οὗτοι. Ἰωάννης Ἡρακλείας, Ἰωάννης Ἀγκύρας, Λέων Σάρδεων, Στέφανος Νικομηδείας, Δανιὴλ Χαλ-

A minus malum homicidio: ſed ſi quis in hoc prompte et facile indulgeat affectui, fortitan et pulſabit. (a) procedente deinde tempore a ratione deturbatus gubernatrice, affectibus rapietur. Vides ut majoribus delictis minora dent ſemper cauſſam, et horum initium ſit malorum graviorum porta. Ob eam rem etiam eidem cum aliis ſubiic untur pœnæ potius, a quibus magis cavendum quam a majoribus vitiis Domini vox hortatur. Dictum enim eſt (inquit) Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, non concupiſcere prorſus. Et ſcriptum eſt, Oculum pro oculo, et dentem pro dente. Ego autem dico vobis, (b) neque initio iraſci. Fratres igitur, duas conſobrinas ducentes, ſemel ha-
B mo capti, & viam ingreſſi ad exitium (c), ad majora fortaſſe delicta progredientur: at ſi rei minoris peccatum exciſum ſit, majorum raritas quædam erit. Voluntas igitur facientium, condemnationem acerbam & coronas ubique meretur. Hanc igitur exquirens quiſpiam, & deliteſcentem perſcrutans, num contumaciter his nuptiis inſilentem inveniet, ſed cum pedicis quibuſdam affectus incitati, captivam in eas præcipitari. Aut enim gloria generis, aut dignitatum faſtus, aut divitiæ viri, aut formæ pulcritudo, ad illicitas præcipitarunt nuptias ab iis quæ ubique terrarum ſunt permiſſæ, nec in ullam reprehenſionem impedimentum
C afferentem impegerunt. Has ob cauſſas venit (inquit) ira Dei in filios inobedientiæ, ob eaſdem cauſſas multi infirmi & ægroti, & dormiunt multi. Ob eaſdem, pavores terribiles, terræ motus quatientes fundamenta terræ, et civitatum ædificia convellentes, horridæ ſiccitates, morborum incurſus in corpora, hoſtium inſultus, fames denique et peſtilentiæ ætatem omnem invadentes, et nec unde accipientes conſolationem. Hanc hominum ad exitium proclivitatem, modeſtia noſtra ſimul cum aſſidente pientiſſimorum metropolitanorum et archiepiſcoporum ſynodo ſiſtere cupiens, et a turpi, inhoneſto, infamique conjugio, peculiarem Chriſti po-
D pulum liberans, vetuit hujuſmodi nuptiis inter Chriſtianos amplius locum eſſe, et ab ullo umquam contrahi. Admonet autem communiter omnes, et ex ſancti S. facultate, patris et domini jure definit, ne ex hoc tempore quiſquam, (d) ſive juvenum viribus, potentia et divitiis efferatur, (e) ſive multitudinis et populi, ad hujuſmodi nuptias accedat. Quod ſi quis quæ hic definita ſunt nihili faciens, ſe in tale conjugium præcipitaverit, aut liberos elocaverit, toto vitæ ſuæ tempore ab eccleſia ejectus erit. Nec prius ad pœnitentiam admittetur, quam nuptias diremerit, etiamſi ex iis liberos procrearit. Sacerdos autem, qui hujus nuptiis preces
E conceperit, perpetuæ depoſitioni ſubiicietur. Quamobrem et quæ definita hic, expoſita ſunt, et ſignata in chartophylacio Dei verbi ſophiæ, in poſterorum memoriam recondita ſunt. Die 21. Februarii, 10. indictionis, anno 6505.

(a) procedente deinde tempore, ad homicidium & jam facile progredietur. Itidem oculum omnibus adiicere, non prohibitum eſt a natura. Sed ſi quis viſui frenum non iniecerit, forte quid gratum conſpicatus, primum admirabitur deinde admiratus, concupiſcet: ac procedente tempore a ratione.
(b) prorſus non iraſcendum
(c) ad majores fortaſſis abſurditates promte progr.
(d) ſive quis dynaſta ſit ac.
(e) ſive unus ex multis, & plebejus.

Qui vero nobiſcum hæc conſultando perpenderunt et ſtatuerunt metropolitani, ſunt hi. Joannes, Heraclea, Joannes, Ancyræ. Leo, Sardium. Stephanus, Nicomediæ, Daniel

niel, Chalcedonis, Theodorus, Melitenæ. Joannes, Tyanorum. Petrus, Gangrensis. Joannes, Cariæ. Basilius, Iconii. Theophylactus, Antiochiæ. Joannes, Sylei. Theodegius, Athenarum. Stylianus Larissæ. Georgius, Trajanopolitanus. Leo, Catanæ. Euthymius, Philipporum. Arseber, Hierapolitanus. Basilius, S. Severinæ. Nicolaus, Neopatrensis. Stephanus, Cotyaii. Leontius Serrensis. Basilius, Pompejopolitanus. Philippus, Parii. Leo Cypsellorum. Constantinus, Cii. Joannes, Dercous. Joannes, Leucadis. Theodorus, * Rhojorum. Constantinus, Sugadiæ.

* f. Rhodiorum.

A κηδόνος, Θεόδωρος Μελιτίωῆς, Ἰωάννης Τυάνων, Πέτρος Γαγγρῶν, Ἰωάννης Καρίας, Βασίλειος Ἰκονίȣ, Θεοφύλακτος Ἀντιοχείας, Ἰωάννης Συλαίȣ, Θεοδήγιος Ἀθηνῶν, Στυλιανὸς Λαρίσσης, Γεώργιος Τραϊανȣπόλεως, Λέων Καλάνης, Εὐθύμιος Φιλίππων, Ἀρσεβὴρ Ἱεραπόλεως, Βασίλειος τῆς ἁγίας Σεβερινῆς, Νικόλαος νέων Πατρῶν, Στέφανος Κοτυαείȣ, Λεόντιος Σεῤῥῶν, Βασίλειος Πομπηιȣπόλεως, Φίλιππος Παρίȣ, Λέων Κυψέλλων, Κωνσταντῖνος Κίȣ, Ἰωάννης Δέρκȣ, Ἰωάννης Λευκάδος, Θεόδωρος * Ῥοΐων, καὶ Κωνσταντῖνος Συγδαίας.

DECRETA ET CANONES

Sæculi XI. & XII. anecdota.

EDITORIS PRÆMONITIO.

Cum absolutum operis hujus volumen primum Carolo Emmanueli Sardiniæ regi inclyto oblaturus Taurinum perrexissem; facta mihi permissio est a clementissimo principe ut regiæ Universitatis bibliothecam, ejusque Codices MSS. excuterem. Ea occasione canonum collectiones quasdam sæculi ut arbitrabar XII. consului. Peperit labor iste meus commoda in rem conciliarem multa, quæ suo singula loco sese offerent. Hic verò ea habeant lectores volo, quæ ad concilia præcedentium sæculorum spectant; quæ proinde cur hic extra ordinem collocentur facile lectores intelligent.

JOANNES EPISC.

Commonitorium Paulo episc. fungenti legatione in Germaniam & Pannoniam.

Collect. Canon. in bibliot. Taur. signata F. IV. 7.

Non enim solum inter Italiam, ac cæteras Hesperiæ provincias, verum etiam intra totius Yllirici fines consecrationes, ordinationes & dispositiones apostolica sedes antiquitus patrare consuevit. Porro si de annorum numero forte causatur; sciat quia inter Christianos & eos qui sunt unius fidei numerus certus affixus est. Cum tamen ubi Paganorum, & incredulorum furor est in causa, quantalibet pertranseant tempora juri (non) præjudicant ecclesiarum, quæ corporalia nescientes arma, solum D. propugnatorem suum, quomodo ei placuerit misereri patientem, expectant. Verum, si annorum prolixitas in talibus impedit, ergo Deus ipse reprehendendus, qui post 400. & 30. annos filios Israel de servitute Faraonis e fornace ferrea liberavit, & qui hominum genus post longa tempora de claustris inferni, et Dæmonum potentia eripuit.

Joannis VIII. papæ.

Administratores sæcularium dignitatum, qui ad ecclesiarum, ac viduarum tuitionem rapaciumque refrenationem sunt constituti, quoties ab ecclesiasticis viris conventi fuerint, eorum querimonias attentius audiant; & quod necesse illis fuerit diligenter et cito perficiant; quod si neglexerint vindicare vel corrigere post tertiam admonitionem priventur a communione.

Ejusdem.

C Præsides, cum ad præsidiatum promoti fuerint, literas accipiant ecclesiasticas communicatorias; ita tamen, ut in quibuscumque locis præsidiatum gesserint, ab episcopis ejusdem loci cura de illis agatur, ut si coeperint contra publicam agere disciplinam a communione secludat divina.

Leo IX. contra epistolam Nicetæ abbatis de Monasterio Studii.

In Panormia MS. Bibliot. Taurin. sig. F: IV. 13. lib. 2. legas hoc decretum de Leon. ibidem.

Apud nos nec ad subdiaconatus gradum quisquam admittitur, nisi perpetuam continentiam, etiam a propria conjuge, profiteatur; nec post gradum cuiquam ducere uxo- D rem conceditur.

Leo IX. in epistola qua supra.

Seriatim et aperte prosequitur quod S. R. E. etiam in gradibus clericorum agit; clericos enim ostiarios, lectores, exorcistas, acholitos si extra * vomitum & habitum monachi inveniantur, & continentiam profiteri nolunt, uxorem ducere virginem cum benedictione sacerdotali permittit; non autem viduam repudiatam; qui propter hoc deinceps nec ad subdiaconatum promoveri poterit, nec laicus non virginem sortitus uxorem, aut bigamus ad clericatum. Quod si E quis ex præfatis ordinibus desiderat ad subdiaconatum ascendere, non potest sine consensu uxoris suæ, ut de carnali fiat deinceps conjugium spirituale, cogente eos nemine. Nec permittitur postea uxor injungi eodem marito suo carnaliter, nec cuiquam nubere permittitur in vita, aut post mortem illius.

* f. solitum.

Idem

Idem ibidem.

Omnino confitemur non licere episc. presbytero, diacono, subdiacono propriam uxorem causa religionis abiicere a cura sua, scilicet, ut ei victum & vestitum largiatur; sed non ut cum illa ex more carnaliter jaceat. Sic SS. Apostolos legimus egisse, B. Paulo apostolo dicente: *nunquid non habens potestatem sororem mulierem circumducendi sicut F. D. & Cephas?* Vide, insipiens, quod non dixit: nunquid non habemus potestatem sororem mulierem amplexandi, sed circumducendi; scilicet, ut mercede prædicationis sustentaretur ab eis, nec tamen deinceps foret inter eos ulterius carnale conjugium.

AD CONCILIUM ROMANUM SUB NICOLAO II. PAPA.

Anno 1059. habitum

DECRETA ADDITA.

NICOLAI II. PAPÆ DECRETA.

CAP. V.

Ex MS. Cod. Bib. Reg. Univ. Taur. continente collectionem can. sæc. XI. circ. adornatam signato E. 31. 1.

DE ordinatis infra annos grave nobis periculum imminet, quia prius se de victoria jactant, quam bellare viderint aut sciant; ideft prius officia sacræ castitati conscia per cupiditatem arripiunt, quam jacula incentiva naturæ experiri possunt. Idcirco sacri canones sanxerunt, ut subdiaconus non ordinetur ante annos 14. nec diaconus ante annos 25. nec presbyter ante 30.

CAP. IX.

De prædiis quoque vel possessionibus ecclesiarum vel monasteriorum hæc decernimus; ut nullum (*a*) laicorum vel clericorum sine consensu episcoporum canonicorum abbatum monachorum vel sanctimonialium quidquam habeat vel possideat. Quod qui fecerit aut possessa non reddiderit anathematizetur.

(a) f. nullus. Simile Nicolaï decretum legas apud Lab. inter decreta Nicolai Cap. VIV.

CAP. X.

De clericis arma ferentibus hoc decernimus, ut quandiu arma tulerint a proprio gradu decidant.

Nicolai decretum num. VI.

CAP. XV.

De iis autem clericis qui tonsuras projiciunt, & a clericatu recidunt, quos apostatas Julianistas jure vocamus, statuimus, ut nisi ad professionem clericatus redierint, omni christiana communione priventur.

Clerici vero vel monaci & laici usurarii quandiu illud turpe lucrum sequuti fuerint, anathematis vinculo obnoxii teneantur.

CAP. XV.

Illi etiam qui peregrinos vel oratores cujuscumque S. sive clericos, seu monachos vel feminas seu inermes pauperes depredati fuerint vel bona eorum rapuerint, vel in malum eis obviaverint, anathematis vinculo feriantur, nisi digne emendaverint.

CAP. XVI.

Pax vero illa, quam treviam Dei dicimus, sic observetur sicut ab archiepiscopis, & episcopis uniuscujusque provinciæ totius orbis statura est; qui vero eam violaverit usque ad satisfactionem excommunicationi subjaceat.

CAP. XVI.

Hæc igitur &c. hujusmodi quæcunque in sacris canonibus habentur authenticum S. Synodus fore censuit observandum.

AD MELFITANUM CONCILIUM

Ab Urbano papa II.

Anno 1089. habitum

CANONES ADDITI.

ITem Urbanus II. in Melfitano concilio. Omnibus modis præcipimus, ut si quis in episcopum manus injecerit, (*b*) eumque, quod dici nefas est, capere præsumpserit, juxta sanctorum patrum interdictionem proprii honoris dignitate privetur & depositis armis perpetua exilii damnatione mulctetur, vel in monasterium Domino serviturus detrudatur. Si quis vero presbiterum aut diaconum, vel subdiaconum, vel clericum quemlibet ceperit, tamdiu excommunicatus permaneat, donec contumeliam captionis pro sacrilegio restituat; bona vero clericorum si quis abstulerit in quatriduum emendare cogatur; bona; autem clericorum (*c*) & episcoporum quæ ipsi pro morte dimiserunt ita maneant, sicut ipsi in supremo fine ordinaverunt; illius omni modo profutura quibus ipsi ea reliquerunt, quod si quis ex rebus illorum aliquid arripuerit vel aliter (quam) statutum est evertere (avertere) temptaverit, tamdiu excommunicetur donec pro sacrilegio emendet. Item (*d*) instituit ut nullus deinceps ex militia neque ex minoribus ordinibus in episcopum promoveatur nisi prius ante annum subdiaconus aut diaconus sive presbyter fuerit ordinatus.

(b) Simile aliquid statutum est ab eod. Urbano in Conc. Claramont. can. XXXII. sed discrepat in nonnullis.
(c) Affert hunc can. Gratian. 12. q. 1. cap. De laicis sed ibi non verba ipsa canonis at sensus tantummodo verborum contractus exhibetur & concilio Claramontano tribuitur.
(d) Affert hunc can. ex conc. Claramont Franciscus Belleforestus apud Lab. tom. XII. pag. 834. sed hic variat in nonnullis.

CON-

Constantino Lichude

Constantinopolitano Patriarcha præside

Anno 1058. habitum.

An. 1058. *Constantinum Lichudis Ecclesiam Constantinopolitanam administrandam suscepisse anno 1059. medio jam sui cursu evoluto P. Cuperus in historia Chronologica Patriarcharum CPtanorum definivit. Qui tamen, si Jus Græco-Romanum diligentius evolvisset, supputationem hanc suam mendosam intellexisset: nam anno 1058. qui Græcorum erat annus 1567. & indictionem XII. Decembri mense signabat, Constantinus iste jam sacrum clavum regebat, eodemque anno synodum habuit, quam huc transfero ex eodem Jure Leunclavii to. I. Lib. IV. Senten. Synod. II. pag. 264.*

CONSTANTINI LICHUDIS

Scriptum in Synodo subnotatum, de servo criminali.

Constantinus miseratione Dei archiepiscopus Constantinopolis, novæ Romæ, & universalis patriarcha.

INter omnia alia majoris ecclesiæ Dei jura & bona, nec ea quæ de servis statuere placuit, ab æquitate ac decoro sunt aliena. Nam quotquot horum quoque cædis piaculo polluti fuerint, & intra sacra ejus septa pervenerint; adhibita commiseratione recipiuntur. Et a morte quidem ipsos ecclesia materna pietate sicut & alios, liberat: verum eosdem ad servitutem perpetuam, quæ cum eorum tota se vita porrigit, pro sua consuetudine antiqua ceu divino quodam rigore damnat, sacris ipsos monasteriis ac domibus religiosis vendens, ut etiam spe conceptam vitam ab heri liberam imperio suis excludant animis, & ipso nomine servitutis accusantem facinus stimulum habeant, perque pœnitentiam cædis turpitudinem expurgent. Itaque Demetrium Titii servum, cædis inquinamento pollutum, idque confessum, veluti qui piaculum cædis admiserit, ex more prisco hæc magna Dei ecclesia per religiosissimos defensores, Demetrio Prienensi episcopo, XXIV. aureorum pretio persoluto, sic vendidit: ut is omne dominium & proprietatem ejus habeat, nec aliquibus quisquam mortalium sibi quidquam juris in eum vindicet. Simul per hanc dictatam ab se scripturam religiosissimos pro tempore antistites episcopatus illius hortatur, ut majorem in modum salutis ejus curam gerant, & quæ ad commodum ipsius, & piaculi remissionem spectant, imperent atque doceant. Non tamen eum servili condicione liberare, nec ulli ausint personæ vendere, per quam e servitute perpetua, & ecclesiastica poena eripiatur. Quippe si nuntiatum aliquando fuerit, indicatum Demetrium libertate potitum: ipse quidem irrogatum sibi jure supplicium non effugiet, sed denuo per religiosissimos Defensores molestissimæ servituti, gravissimoque labori mancipabitur; epi-

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙ'ΝΟΥ τοῦ Λειχούδου.

Σημείωμα συνοδικὸν, περὶ δούλου ἐγκληματικοῦ.

Κωνσταντῖνος ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης.

C ΜΕτὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν τῆς τοῦ Θεοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας δικαίων τε καὶ καλῶν, οὐδὲ τὰ περὶ τῶν δούλων εὐδοκούμενά τε καὶ διοριζόμενα, τοῦ δικαίου καὶ πρέποντος ἠλλοτρίωνται. ὅσοι γὰρ καὶ τούτων φόνου * μύσει χρανθῶσι, καὶ τῶν θείων αὐτῆς περιβόλων ἐντὸς γένωνται, προσίεται συμπαθῶς. καὶ θανάτου μὲν ἐπίσης τοῖς ἄλλοις ῥύεται μητρικῶς, δουλείᾳ δὲ διηνεκεῖ, συμπαρεκτεινομένῃ τῇ ἐκείνων ζωῇ, κατὰ τὴν ἀρχῆθεν ἐμπολιτευομένην αὐτῇ συνήθειαν, κατακρίνει θεοπρεπῶς, θείοις φροντιστηρίοις καὶ εὐαγέσιν οἴκοις ἀπεμπολοῦσα, ὡς ἂν καὶ τὸν δι' ἐλπίδος ἀνέσπαντον βίον τῆς διανοίας ἐκβάλοιεν, καὶ τὸν τῆς ἀτοπίας ἔλεγχον ἐγκαλούμενον ἔχοιεν τῷ τῆς δουλείας ὀνόματι, καὶ διὰ μετανοίας τὸ τοῦ φόνου ἄτοπον ἀποκαθαίροιεν. καὶ D τοίνυν Δημήτριον τὸν οἰκέτην τοῦ δεῖνος, μιάσματι φονικῷ χρανθέντα, καὶ ἐξαγορεύσαντα, κατὰ τὸ ἀνέκαθεν ἔθος, ἐξέδοτο ὡς ἡμαρτηκότα τοῦτον φόνου μύσος ἡ τοῦ Θεοῦ μεγάλη ἐκκλησία διὰ τῶν θεοσεβεστάτων ἐκδίκων, Δημητρίῳ ἐπισκόπῳ * Πριήνης, ἐπὶ παροχῇ νομισμάτων κδʹ· ὥστε πᾶσαν αὐτοῦ δεσποτείαν ἔχειν καὶ κυριότητα, καὶ μηδένα τῶν ἁπάντων ἕτερον αὐθεντεῖν αὐτοῦ. παραινοῦσα διὰ ταυτησὶ τῆς ὑπαγορευθείσης γραφῆς καὶ τοῖς κατὰ καιροὺς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις τῆς αὐτῆς ἐπισκοπῆς, κήδεσθαι τῆς αὐτοῦ πλέον σωτηρίας, καὶ τὰ πρὸς λυσιτέλειαν καὶ ἄφεσιν τοῦ τοιούτου μύσους ἐγκελεύεσθαί τε καὶ διδάσκειν. μὴ μέντοι πειρᾶσθαι, τῆς δουλικῆς αὐτὸν τύχης ἐλευθεροῦν, μήτε πι- E πράσκειν εἰς πρόσωπον, ἐξ οὗ τῆς διηνεκοῦς δουλείας καὶ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ἐπιτιμίου λυθήσεται. εἰ γάρ ποτε καταγγελθῇ ὁ εἰρημένος ἐλευθερίαν ἐπιφερόμενος, αὐτὸς μὲν τὴν δικαίως αὐτῷ ὡρισμένην καταδίκην οὐκ ἐκφεύξεται, ἀλλ' ἐκδοθήσεται πάλιν διὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐκδίκων χαλεπωτάτῃ δουλείᾳ, καὶ βαρυτάτῃ ὑπηρεσίᾳ. ζημιωθήσεται δὲ ἡ ἐπισκοπὴ, ὡς τὰς γεγραμμένας ἀθετήσασα διατάξεις. καὶ ὁ κατὰ καιροὺς ταύτης προεστὼς, ὑπὸ δίκην κανονικὴν

ἀχθή-

ANNO CHRISTI 1026. 1027.

ἀχθήσεται. πρὸς ἀποτροπὴν οὖν τοῦ ποτὲ δεσπόσαντος, τῆς τε νομικῆς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις καὶ δικαίας ἀποτολμίας, τοῦ μηδαμῶς εὐθύνεσθαι σωματικῷ θανάτῳ, μήτε μὴν ἐπηρεάζεσθαι, ἢ τιμωρεῖσθαι παρ' ἑτέρου προσώπου τὸν ἐκδεδομένον Δημήτριον, ἐγράφη τὰ διωρισμένα ἐκκλησιαστικῷ ἔθει, καὶ σφραγισθέντα τῷ διὰ μολίβδου βουλλωτηρίῳ, ἐπεδόθη μηνὶ Δεκεμβρίῳ, ἐπινεμήσεως ιβ, ἔτους ς φ ξ ζ.

ſcopatus autem multabitur, ut qui conſtitutiones ſcriptas flocci fecerit, & cujuſque temporis antiſtes, qui ei præeſt, pœnæ canonicæ ſubiicietur. Igitur ad avertendum eum, qui ſervi dominus aliquando fuit, & excludendum omnem in hujuſmodi caſibus actionem ceteroqui legitimam & æquam, ne ſcilicet ullo modo corporali morte diſtractus hic Demetrius adficiatur, nec male tractetur, aut ab alia perſona puniatur: hæc ita ſancita, & eccleſiaſtico more perſcripta, & obſignata per bullam plumbeam, data ſunt menſe Decembri, indictionis XII. anni VI CIↃ ICLXVII.

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

Adverſus defectionum & tumultuum authores

Anno mundano 6531.

Chriſti 1026. habitum.

ARGUMENTUM.

Ἡ κατὰ τὸν Ἰούνιον μῆνα, τῆς θ' ἐπινεμήσεως, τοῦ ς φ λ δ' ἔτους γινομένη νεαρὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ πορφυρογεννήτου, συμπράξαντος καὶ τοῦ τότε ἁγιωτάτου πατριάρχου, κυρίου Ἀλεξίου, καὶ τῆς συνόδου, ἣ καὶ τάξιν τόμου συνοδικοῦ ἐπέχουσα, ὡς ὑπογραφεῖσα παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ τῆς συνόδου, καὶ διοριζομένη ἀναθεματίζεσθαι τοὺς ἐπιχειροῦντας ἀποστασίαν κατὰ βασιλέων ποιῆσαι, ἢ τυραννίδα, κἀντεῦθεν τοὺς ὑπηκόους κατὰ τῶν αὐθεντῶν αὐτῶν ἀποστατοῦντας, διορίζεται μετὰ τῶν ἄλλων περὶ τὸ τέλος καὶ ταῦτα ῥητῶς.

Novella menſe Junio, IX. indictione, anno VICIↃIↃXXXIV: ab imperatore, domino Conſtantino in Porphira nato condita, interveniente conſenſu atque opera patriarchæ ſanctiſſimi, qui tunc præerat, domini Alexii, & ipſius quoque ſynodi; quæ ſane novella tomi etiam ſynodici vicem obtinet, tamquam ab imperatore ſynodoque ſubſcripta, ſtatuit anathemati ſubiiciendos eos, qui defectionem adverſus imperatores, aut perduellionem moliuntur, & hinc ſubditis adverſus dominos ſuos inſurgendi auctores ſunt; inter alia, circa finem hæc diſerte decernens. Ex Jur. Græc. Rom. Leuncl. t. I. lib 2. pag. 118.

Τοῖς μέλλουσιν ἢ ἐπιβουλαῖς ἀπόγε τοῦ νῦν ἐπιχειρεῖν, ἢ μελέτῳ, ἀνάθεμα τοῖς συμπράττουσιν, αὐτοῖς, καὶ συγκοινωνοῦσιν ἐν τῇ ἀποστασίᾳ, ἀνάθεμα. τοῖς συμβουλεύουσιν, ἢ παρορμῶσιν εἰς τὰ τοιαῦτα, ἀνάθεμα. τοῖς δεχομένοις αὐτοὺς ἐν μετανοίᾳ, μὴ μεταμελουμένους ἀπὸ τῆς ἀποστασίας, καὶ καταλιμπάνοντας αὐτὴν ἀνάθεμα.

Eis, qui rebelliones in poſterum, vel tumultum excitabunt, anathema. Participibus horum & in ſeceſſione commovenda ſociis, anathema. Conſilia ſuggerentibus vel ad hujuſmodi res impellentibus, anathema. Expeditiones cum his ſuſcipientibus, anathema. Recipientibus eoſdem per pœnitentiam, quum eos necdum defectionis pœniteat, nec eam deſerant, anathema.

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

Præſide Alexio Patriarcha

Anno mundano 6536.

Chriſti vero 1027. Novembri menſe habitum.

Ἴσον ὑπομνήματος ἐναποτεθειμένου τῷ ἐν Κωνσταντινουπόλει εὐαγεῖ χαρτοφυλακείῳ, τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἀλεξίου, περὶ τῶν διὰ δωρεᾶς λαμβανόντων μοναστήρια, καὶ περί τινων ἄλλων ἀναγκαίων ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων, ταῖς μητροπόλεσι, ταῖς ἀρχιεπισκοπαῖς, καὶ ταῖς ἐπισκοπαῖς ἀνηκουσῶν.

Exemplum monumenti in venerabili ſcrinio Conſtantinopolitano reconditi, quod eſt domini Alexii patriarchæ, de iis, qui per donationem monaſteria conſequuntur, & de aliis quibuſdam neceſſariis eccleſiaſticis cauſſis, quæ ad metropoles, archiepiſcopatus, & epiſcopatus pertinent. Jur. Græc. Rom. t. I. pag. 256.

Μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων, παρατρέχων ὁ χρόνος, καὶ τὰς πατριαρχικὰς ἐκαινοτόμησε δωρεάς· καὶ τὰς ἐπὶ διαμονῇ καὶ εὐθηνίᾳ, καὶ πλατυσμῷ τῶν ἱερῶν φροντιστηρίων πράξεις τῶν μακαριωτάτων πατριαρχῶν, πράσεις ἀνελόθέ-

Ut temporis progreſſus alia ſolet omnia, ſic patriarchales etiam donationes innovavit: & tendentes ad durationem, & felicitatem, & amplificationem ſacrorum monaſteriorum actiones beatiſſimorum patriar- cha-

charum, convertit in mercaturas illiberales, ac translationes ab una persona in aliam, cauponaria levitate, atque omni nequitia plenas, nec abs re quidem. Dum enim deficiunt, qui citra repræhensionem ambulant; auctus est eorum numerus, qui arant absurda, quemadmodum Jobus loquitur, & virtutem improbitas fertilitate sua superavit. Quilibet inhiat argento, nullum turpem quæstum vel lucrum injustum repudians, sed ex religiosis pariter ac piacularibus ditescere cupiens. Quo fit, ut periculum sit, ne sacra eodem habeantur loco, quo impura, & ne sancta profanentur; & qui discrimen inter rem sacram profanamque faciat, vel virtutem colat, & videat, & recte ambulet, prope nemo sit in hominum vita reliquus. Ac vide quæso, quid sibi velit hoc meum exordium. Omnis in hominum vitam modo vitiositas irrepsit, & inhonesta per summam licentiam impune committuntur. Simulatio & larva, pro re honesta, laudabilique ducitur: nec aliud quidquam universi prope mortales magis sollicito complectuntur studio, quam unde quis, & quomodo lucrari possit, & avaritiæ quæstum inveniat, ac præsentibus aliquid adiiciendi viam sibi muniat, easque subtilitates excogitet, quæ haud dubie captos animos abducant a Deo. Pecuniam majori, quam animas nostras, in pretio habemus. Adtigere jam nonnulli etiam non tangenda, nec eis pepercere; sed inexplebilem animi sui libidinem porrexerunt ad minime adtentanda, deoque dedicatis cupiditatem avaram, & infrenem adpetitum injecerunt, ædes sanctas reddiderunt inutiles, monasteria sacra in solitudinem redegere, templa divina donariis sacris spoliarunt: dum castum Dei timorem & horum scelerum vindictam, suis ab oculis longe remotam habent. Ita factum est, ut sancta Dei verba mendacii arguant, & legem ejus irrideant. Quinetiam nonnulli ob ea, quæ designantur, ingemiscere perspicacem illum oculum justiciæ per errorem non putantes, id operam dederunt, ut animi occulto dolo, & lingua fraudulenta sanctorum quoque patriarcharum, reliquorumque sacerdotum simplicitati & sanctæ modestiæ insultarent, ac peterent ipsi quidem, monasteria per donationem ab eis consequi, cum promisso nullum non beneficienti ægenus in ea declarandi, & illatam eis ipsorum ratione temporum ceterorumque casuum infelicitatem dissipandi, formamque pulcherrimam restituendi: sed tantum abfuit, ut ea nancti, verba factis præstarent, & promissa implerent; ut etiam inverecunde omnia contraria designent, & vastationes eorum vastationibus cumulent: dum bonis iis, quæ auferunt, ad satietatem fruuntur: eorum vero, quibus indigent ipsa, ne minimum quidem rependant, donec ea tamdem ad eversionem ac vastitatem extremam redegerint. Atque hoc modo perdita monasteria perinde divendunt, atque communia profanaque prædia, vel aliis ea gratis locant, ut erucæ residua devoret locusta, & plagam extremam plenus excipiat interitus: ac si quid illos effugit, ab his consumatur: in quo sane facinus admittunt incursui barbarico simile, sed christiana tum honestate, tum modestia prorsus indignum. Jam quod etiam his ipsis & inhonestius est, & alienius a decoro, virilibus

A ρους, καὶ μεταφορὰς ἀπὸ προσώπου εἰς πρόσωπα, καπήλους καὶ πάσης βωμολοχίας πεπληρωμένας. καὶ εἰκότως· ἐκλειπόντων γὰρ τῶν ἀμέμπτως πορευομένων, ἐπλήθυναν οἱ ἀροτριῶντες τὰ ἄτοπα, κατὰ τὸν Ἰὼβ, καὶ τὴν ἀρετὴν παρευημέρησεν ἡ κακία. πᾶς δέ τις κέκλικεν εἰς ἀργύριον, οὐδένα πόρον αἰσχρὸν, ἢ κέρδος ἄδικον παραιτούμενος, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ εὐαγῶν ὁμοίως ζητῶν χρηματίζεσθαι. ὡς κινδυνεύειν ἐντεῦθεν τὰ ἱερὰ ἐν ἴσῳ κεῖσθαι τοῖς μιαροῖς, καὶ κοινοῦσθαι τὰ ἅγια. καὶ τὸν διακρίνοντα μεταξὺ ἱεροῦ καὶ βεβήλου, ἢ κατορθοῦντα, καὶ ὁρῶντα, καὶ περιπατοῦντα ὀρθῶς, μὴ εἶναι σχεδὸν, μὴ δὲ πολιτεύεσθαι. καὶ σκόπει, τί μοι βούλεται τὸ προοίμιον. παρεφθάρη τῷ βίῳ πᾶσα φαυλότης ταχὺ, καὶ τολμᾶται ἀνέδην τὰ ἄσεμνα. ἡ δὲ B σκηνὴ καὶ τὸ προσωπεῖον, ὡς τίμιον ἐπιτήδευμα, καὶ ἐπαινετόν. καὶ οὐδὲν ἄλλο διὰ πεφροντισμένης σπουδῆς οἱ πάντες σχεδὸν τίθενται ἄνθρωποι, ἢ πόθεν ἄν τις, καὶ ὅπως κερδήσοι, καὶ τῇ φιλοχρηματίᾳ πόρον ἐξεύροι, καὶ τοῖς οὖσι προσθήκην ἐμπραγματεύσαιτο, καὶ ἐπινοίας ἐπινοήσῃ ἄντικρυς αἰχμαλωτιζούσας ἀπὸ Θεοῦ. καὶ ποιοῦμεν τὰ χρήματα τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς προτιμότερα. ἥψαντο καὶ τῶν ἀψαύστων πολλοὶ, καὶ οὐκ ἐφείσαντο. ἀλλὰ τὴν ἑαυτῶν ἀπληστίαν καὶ μέχρι τῶν ἀτολμήτων ἐξέτειναν, καὶ τοῖς ἀνακειμένοις Θεῷ πλεονεκτίδα ἐπιθυμίαν, καὶ ἀκόλαστον ἐπέβαλον ὄρεξιν· οἴκους τε ἁγίους ἠχρείωσαν, καὶ ἱερὰ ἠρήμωσαν φροντιστήρια· καὶ τεμένη θεῖα, ἱερῶν κειμηλίων ἐψίλωσαν· τὸν ἁγνὸν τοῦ Θεοῦ C φόβον, καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις νέμεσιν, πόῤῥω που καὶ μακρὰν ἑαυτῶν ἐξοικίσαντες. οὕτω ῥήματα τὰ ἅγια ἐψεύσαντο τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν νόμον αὐτοῦ ἐμυκτήρισαν. ἤδη δέ τινες καὶ μὴ ἐπιστενάζειν τοῖς πεπραγμένοις τὸν τῆς δίκης ἄληστον ἐξαπατώμενοι ὀφθαλμὸν, ἔσπευσαν μεθ᾽ ὑποκεκρυμμένου φρονήματος, καὶ γλώσσης ἀπατηλῆς, καὶ πατριαρχῶν ἁγίων καὶ ἱερέων ἑτέρων ἁπλότητος καὶ ἐπιεικείας ἁγιοπρεποῦς κατορχήσασθαι, καὶ αἰτήσασθαι μὲν φροντιστήρια διὰ δωρεᾶς λαβεῖν παρ᾽ αὐτῶν, ἐφ᾽ ὑποσχέσει τοῦ πᾶν εὐποιΐας εἶδος εἰς αὐτὰ ἐπιδείξασθαι, καὶ ἀποσκεδάσαι τὴν ἐπισυμβᾶσαν τούτοις δυστυχίαν ἔκ τε τῶν καιρῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐπιφορῶν, καὶ ὄψιν αὐτοῖς εὐπρεπεστάτην ἐπισκευάσαι. λαβόντας δὲ, D τοσοῦτο δεῆσαι εἰς ἔργα τοὺς λόγους ἀποτελέσαι, καὶ τὰς ἐπαγγελίας ἀποπληρῶσαι, ὅτι καὶ τἀναντία πάντα ἀνερυθριάστως νεανιεύονται. καὶ ταῖς ἐρημώσεσι ταύτων, ἐρημώσεις ἀπεργάζονται· τῶν μὲν, ὧν φέρουσιν, ἀγαθῶν εἰς κόρον ἀπολαύοντες. τῶν δὲ, ὧν δέονται, οὐδὲ τὸ εὐτελὲς ἀντεισφέροντες. ἕως εἰς ἐσχάτην αὐτὰ καταστροφὴν καὶ ἐρήμωσιν συνελάσουσιν. ἐπειδὰν δὲ οὕτω ταῦτα καταλυμήνηται, ἐπίσης * κοινῆς κτήσει ἰδίοις ἀπεμπολοῦσιν, ἢ δωρεὰν ἄλλοις ἐκδιδόασιν, ὡς ἂν τὰ κατάλοιπα τῆς κάμπης καταφάγοι ἡ ἀκρὶς, καὶ τὴν ἐσχάτην πληγὴν ὁ παντελὴς διαδέξηται ὄλεθρος. καὶ εἴ τι ἐκείνους διέφυγεν, ὑπὸ τούτων ἀναλωθείη· τόλμημα τολμῶντες βαρβαρικῆς ἐπι- E δρομῆς ὅμοιον, χριστιανικῆς δὲ σεμνοπρεπείας καὶ κοσμιότητος πάντῃ ἀνάξιον. Καὶ τὸ ἔτι τούτων ἀσεμνότερόν τε καὶ ἀπρεπέστερον, γυναῖκες μὲν ἀνδρῶν ἐπιστατοῦσι φροντιστηρίων, ἄνδρες δὲ γυναικείων φροντίζουσι. λύκοι, φασὶν, * ἄνδρας ποιμαίνοντες, ἢ καὶ πῦρ εἰς χόρτον ἐπαφιέμενοι.

* κοινοῖς
* ἄρνας

ὅπου

ὅπου γὰρ οὐδὲ πάροδος τυχαία καὶ ἀπερίσκεπτος ἀνδράσι μὲν εἰς γυναικεῖα ἐφεῖται παρὰ τῶν θείων κανόνων, ἢ τοὐναντίον γυναιξὶν εἰς ἀνδρῶν καταγώγια· πολλοῦ γε δεῖ ἐνδοθῆναι, ἄνδρας μὲν γυναικῶν ἄρχειν τιμίων, Θεῷ μόνῳ ζῆν ἑλομένων γυναῖκας δὲ ὁσίων προΐστασθαι ἀνδρῶν. εἰ μή πω τὶς τὰ ἄμικτα μιγνύειν ἐθέλοι, καὶ τῶν θείων νόμων καὶ τῆς ἐντολῆς καταπαίζειν αὐθαδιάζοιτο. ἀλλ' ἡ μετριότης ἡμῶν τῆς τε φυλακῆς τῶν ἱερῶν κανόνων, καὶ τῶν θείων δικαιωμάτων παρατηρήσεως μηδέν τι προυργιαίτερον ποιουμένη, καὶ τὰ τοιαῦτα ὥσπερ φθάνουσα καὶ ἱστῶσα δεινὰ καὶ τῆς ἐπὶ τὰ πρόσω φορᾶς ἀνακόπτουσα, διορίζεται, μήτε μετένεξιν ἀπὸ τοῦ παρόντος, μοναστηρίου γίνεσθαι οἱανδήποτε, ἀπὸ τοῦ διὰ δωρεᾶς κατέχοντος τοῦτο εἰς ἕτερον πρόσωπον. ἀλλ' εἰ καὶ γένηταί ποτε, ἄκυρον εἶναι ταύτην, καὶ ἄδεκτον, καὶ εὐθύναις ἔνοχον ταῖς ἁρμοδιωτάταις. μήτε γυναῖκα, οἵας ἂν εἴη τύχης, ἀνδρώου δεσπόζειν μοναστηρίου. ἢ τοὐναντίον, ἄνδρα γυναικείου· καὶ μάλιστα, ἡλικίας ὑποπτευομένης τυγχάνοντα, καὶ σκανδάλου ἀφορμὴν τοῖς πιστοῖς ἐμπαρέχοντα. καὶ τοῦτο φυλάττεσθαι καὶ ἐν μητροπόλεσι, καὶ ἐν ἐπισκοπαῖς, καὶ πανταχοῦ. ἐκποδὼν γὰρ δεῖ ποιεῖσθαι τὰς πονηρὰς ὑποψίας πάσῃ μηχανῇ, ἀλλ' οὐχὶ καὶ πτώματα ἐντεῦθεν συγχωρεῖν ἀποτίκτεσθαι, καὶ τὸ τίμιον τῆς ἐκκλησίας καθυβρίζεσθαι πλήρωμα. ὡς ἂν οὖν μήτε μεταφορὰ τὸν μέλλοντα χρόνον ἀπὸ προσώπου εἰς πρόσωπον ἱεροῦ φροντιστηρίου πλημμεληθείη, ἢ ἀπεμπόλησις, (τοῦτο δὴ αἰσχύνη καὶ ὑπολογίζεσθαι, μή τι λέγειν καὶ πιστεύειν γραφῇ) μήτε μὴν γυναικείων ἄνδρες σεμνείων ἐπιστατοῖεν, ἢ γυναῖκες ἀνδρώων προΐσταιντο, τὸ παρὸν ὑπόμνημα ἐξετέθη· πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἔτι καὶ πᾶσαν ἔκδοσιν παραλαυρίων τε, καὶ ἱερῶν φροντιστηρίων, καὶ κτημάτων, καὶ τοπίων ἁπλῶς καὶ ἀμπελώνων, ἥτις μὴ κατὰ γνώμην πατριαρχικὴν, ἢ εἴδησιν τῶν τοῦ σεκρέτου τοῦ εὐαγοῦς χαρτοφυλακείου προέβη, ἀναργύρως ἀνατρέπον καὶ ἀκυροῦν. οὕτω μέντοι, ὥστε μηδεμίαν ἐντεῦθεν ζημίαν τὰ εὐαγῆ σεμνεῖα ὑφίστασθαι. ἀλλ' αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς ἐκδεδωκότας, οἴκοθεν ταύτην ἐπιγινώσκειν, καὶ πρὸς οὓς ἐκδεδώκασι· τοὺς μὲν, ὡς δολεροὺς, καὶ ἃ μὴ ἐπετράπησαν παρὰ τῶν ἁγιωτάτων ἀρχιερέων, ἐπὶ κέρδει ἰδίῳ κακῶς ἐκποιουμένους. τοὺς ἐκλαμβάνοντας δὲ, ὅτι μὴ ἐφρόντισαν ἀκριβώσασθαι παρ' ὧν δεῖ ἐκλαμβάνειν, καὶ ἠσφαλίσαντο ἑαυτούς· καὶ μάλιστα, εἰ μὴ προφανὲς εἴη καὶ δῆλον, ὅτι εἰς χρειώδεις καὶ ἀναγκαίας ἐξόδους τῶν φροντιστηρίων προεχώρησαν τὰ εἰσδεκτικά. ἀπὸ δὲ τοῦ παρόντος, μηδέν τι τούτων γίνεσθαι. ἀλλ' εἰ καὶ δεήσει γενέσθαι, τῇ ἡμῶν ἀναφέρειν μετριότητι, ἢ καὶ τῷ θεοφιλεστάτῳ χαρτοφύλακι, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν εὐλαβεστάτοις διακόνοις καὶ πατριαρχικοῖς νοταρίοις· καὶ προτροπῇ, καὶ συναινέσει ἐγγράφῳ, προβαίνειν τὴν ἔκδοσιν· ἄλλως δὲ, τὸ βέβαιον καὶ ἀρραγὲς οὐδεμία δέξεται τῶν ἐκδόσεων· ἀλλὰ καὶ ὁ ἐκλαμβάνων τοῦ τιμήματος ἐκπεσεῖται, κατὰ τὴν τῶν κανόνων καὶ τῶν νόμων * διάστιξιν, καὶ ὁ ἐκδιδοὺς ζημιωθήσεται. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ μητροπόλεων κρατείτω, καὶ ἀρχιεπισκοπῶν, καὶ μήτε δωρεὰ μοναστηρίου εἰς πρόσωπον ἀμωσγέπως μεταβαινέτω, τὸ μὴ ἀνατατ-τόμενον ἐν αὐτῇ, μήτε ἄνδρες γυναικείων, ἢ γυν-

* διάταξιν

A monasteriis mulieres præsunt, & viri muliebrium curam gerunt: a lupis, quod ajunt, pascuntur agni; vel ignis foeno immittitur. Quippe quum ne fortuitus quidem, ac minime meditatus aditus viris ad muliebria monasteria sacris a canonibus permittatur, aut e contrario mulieribus ad virorum domicilia: multum profecto abest, concessum esse, ut in venerabiles feminas quæ soli Deo vivere decreverunt, imperium viri gerant; ac mulieres viris religiosis præsint. Nisi quis forte non miscenda miscere velit, & contumaciter divinis legibus ac præcepto illudat. Enim vero mediocritas nostra conservatione sacrorum canonum, & jurium divinorum observatione nihil antiquius habens; B simul & hæc mala velut anticipans ac sistens, & quo minus ulterius serpant, retundens; statuit, ut ex hoc tempore neque translatio monasterii quæcumque fiat ab ea persona, quæ per donationem id possidet, ad aliam personam: & si, facta sit forte, sit irrita, nec admittatur, & poenis convenientibus reprimatur. Nec ut item mulier cujuscumque condicionis sit, virilis monasterii dominium habeat: aut vice versa, vir muliebris; præsertim, qui suspectæ sit ætatis, & occasionem scandali fidelibus præbeat. Atque hoc observandum tam in metropolibus quam episcopatibus, & ubique. Nam omni conatu removendæ sunt suspiciones malæ, multoque C minus permittendum, ut lapsus inde proveniant, & infamia venerabile corpus ecclesiæ adficiatur. Ut igitur in posterum neque translatio sacri alicujus monasterii a persona in personam committatur, aut venditio, (quod vel cogitatu turpe fuerit, nedum ut dicatur, & in litteras referatur) neque viri muliebribus scholis honestatis præsint, aut virilibus mulieres: præsens hoc monumentum expositum est, quod præter ea quæ dicta sunt, etiam omnem locationem paralauriorum, & sacrorum monasteriorum, & prædiorum, & fundorum simpliciter, ac vinearum, quæ de sententia patriarchæ, ac scientibus iis, qui secretario venerabilis scrinii D præsunt, non processit; absque pretii restitutione rescindit & abolet. Ita tamen, ut venerabiles honestatis scholæ nullum inde detrimentum sustineant; sed ut illud de suo locatores agnoscant, & conductores: illi quidem, ut fraudulenti, & qui non permissa a sanctissimis pontificibus proprii lucri caussa male alienent: conductores vero, quod curam nullam adhibuerint, ut certiores essent, a quibus conductionem fieri oporteat, nec eo modo sibi caverint: ac præsertim, si non manifesto pareat, quod ad utiles & necessarias expensas monasteriorum erogata sint, quæ recepta ex reditibus erant. Deinceps quidem, nihil horum fieri debet. Ac si E maxime fieri oportuerit, ad mediocritatem nostram referatur, vel ad religiosissimum chartularium, & adjunctos ei venerabiles diaconos ac patriarchales notarios; horumque jussu & consensu scripto, alienationem fieri volumus. Absque quo sit locatio nulla certa & indirupta manebit: sed tum conductor excidet pretio numerato, secundum canonum legumque constitutionem; tum etiam locator multabitur. Hoc autem & in metropolibus valeat, & in archiepiscopatibus, & episcopatibus. Ac neque donatio monasterii locum habeat umquam in persona, quæ in ea non est inserta: neque viri mulie-

liebrium, vel mulieres virilium monasteriorum curam gerant: neque locatio paralauriorum, vel alicujus alterius immobilis rei, sine approbatione sanctissimi patriarchæ, vel metropolitani & archiepiscopi, fiat. Facta vero, litteris tantummodo continebitur: quum re ipsa ne tantum quidem efficacitatis, quantum somnia, sit habitura, vel profutura conductoribus. Quin etiam episcopi, quotquot ex metropolitanorum donationibus monasteria possident, si metropoles in artum cogi, & inopes fieri contigerit, beatos autem & locupletes esse episcopatus; merito donationes illas restituent, ac metropolibus monasteria cedent; ut eorum angusta sors paullum ex eo solatii capiat. Similiter & aliæ personæ facient. Nam haud dubie absurdum est, & alienum a ratione, omnis generis exactionibus gravari metropoles episcopatuum ad inopiam redactorum caussa: locupletes autem episcopatus non manum porrigere, nec opem ferre metropolibus suis egentibus nec pertinentibus ad se si poscat usus, monasteriis cedere. Verum ut illud, ceu necessarium & irrecusabile publicorum redituum illatio præter consuetudinem fieri jubet: ita hoc præsens sententia, ex certa deliberatione profecta, disponit; & in posterum exercendum peragendumque tradit. Hæc audientibus perlecta religiosissimis metropolitanis, Cyriaco, Ephesino, Constantino, Nicæno; Theodoro, Chalcedonensi; Constantino, Sidensi: Joanne, Melitenæ; Constantino, Tyanensi Joanne, Claudiopolitano; * Theophane, Neocæsariensi; Joanne, Iconiensi; * Sergio, Corinthio. Michaele, Atheniensi, Theognosto, Mocisio, Constantino, Trapezuntio; Agapeto, Adrianopolitano; Stephano, Cretensi; Nicolao, Hydruntino; & archiepiscopis, Dionysio Proeconesio; Strategio, Aproo; Leone, Brysensi, Petro, Cypsellensi; Nicolao, Lemnio; sigillo plumbeo munita sunt, & corroborata, dataque mense Novembri indictionis XI. anni VI. CIↃ IↃ XXXVI.

* Theophylacto,
* Georgio,

A ἄικες ἀνδρώων μοναστηρίων φροντιζέτωσαν, μήτε μὲν ἔκδοσις παραλαυρίων, ἢ τινος ἀκινήτου ἑτέρου, χωρὶς εὐδοκήσεως τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου, ἢ μητροπολίτου, καὶ ἀρχιεπισκόπου γινέσθω· γεγονυῖα δὲ, ἐν γράμμασι κείσεται μόνον. ἐν πράγμασι δὲ, οὐδ᾽ ὅσα ὄνειροι ἐνεργήσει, ἢ ὀνήσει τοὺς ἐκλαμβάνοντας. ἀλλὰ καὶ ἐπίσκοποι, ὅσοι δωρεαῖς μητροπολιτῶν κατέχουσι μοναστήρια, καὶ εἰ τύχε τὰς μὲν μητροπόλεις στενοῦσθαι καὶ ἀπορεῖν, τὰς ἐπισκοπὰς, δικαίως τὰς δωρεὰς ἀντιστρέψουσι, καὶ τῶν φροντιστηρίων ὑπεκστῶσι ταῖς μητροπόλεσιν, ὡς ἂν μικρόν τι ἐντεῦθεν ἡ σύγκληρος αὐτῶν παραμυθῆται στενοχωρία. ὡσαύτως καὶ πρόσωπα ἕτερα. ἀτεχνῶς γὰρ ἄτοπον ἐστὶ καὶ παράλογον, τὰς μὲν μητροπόλεις παντοίαις βαρεῖσθαι
B εἰσπράξεσιν ὑπὲρ τῶν ἐξαπορουμένων αὐτῶν ἐπισκοπῶν· τὰς εὐπορούσας δὲ τῶν ἐπισκοπῶν μὴ συγκροτεῖν καὶ συναίρεσθαι ταῖς ἀπορούσαις αὐτῶν μητροπόλεσι, καὶ τῶν διαφερόντων αὐτοῖς, εἰ τύχοι, μοναστηρίων παραχωρεῖν. ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐκεῖνο ὡς ἀναγκαῖον καὶ ἀπαραίτητον ἡ εἰσφορὰ καινοτομεῖ τῶν δημοσίων εἰσπράξεων, οὕτω τοῦτο ἡ παροῦσα λελογισμένη κρίσις οἰκονομεῖ, καὶ δίδωσιν ἐνεργεῖσθαι καὶ πράττεσθαι τοῦ λοιποῦ. Ταῦτα εἰς ἐπήκοον ἀναγνωσθέντα θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν, Κυριακοῦ, Ἐφέσου. Κωνσταντίνου, Νικαίας. Θεοδώρου, Χαλκηδόνος. Κωνσταντίνου, Σίδης. Ἰωάννου, Μελιτινῆς· Κωνσταντίνου, Τυάνων. Ἰωάννου, Κλαυδιουπόλεως. * Θεοφάνους, Νεοκαισαρείας· Ἰωάννου, Ἰκονίου· * Σεργίου, Κορίνθου. Μι-
C χαὴλ, Ἀθηνῶν. Θεογνώστου, Μωκισοῦ· Κωνσταντίνου, Τραπεζοῦντος· Ἀγαπητοῦ, Ἀδριανουπόλεως· Στεφάνου, Κρήτης· Νικολάου, Ὑδροῦντος· καὶ ἀρχιεπισκόπων, Διονυσίου, Προικοννήσου· Στρατηγίου, Ἄπρω. Λέοντος, Βρύσεως· Πέτρου, Κυψέλλων. Νικολάου, Λήμνου· τῇ διὰ μολίβδου σφραγῖδι ἐπιστώθη, καὶ ἐπεβεβαιώθη, καὶ ἐπεδόθη μηνὶ Νοεμβρίῳ, ἐπινεμήσεως ια, ἔτους ϛ φ λ ϛ.

* Θευφυλάκτου,
* Γεωργίου,

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

Præside Alexio Patriarcha

Anno mundano 6536.

Christi vero 1028. Novembri mense habitum.

Ὑπόμνημα τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀλεξίου, περὶ διαφόρων ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων, ἀνηκουσῶν πάσαις ταῖς μητροπόλεσι καὶ ἀρχιεπισκοπαῖς.

Ἀλέξιος ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης.

Τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων ἑκάστῳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τὴν ἐξουσίαν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐπιτρεπόντων πραγμάτων, οὕτω μέντοι, ὥστε καὶ τοῖς δεομένοις σὺν εὐλαβείᾳ ἐπιχορηγεῖν, καὶ αὐτοὺς τῶν δεόντων μεταλαμβάνειν τινὲς τῶν ἐπισκόπων ἀδιαφόρως, ὡς ἂν τις εἴποι, καὶ ἀδεῶς τοῖς πράγμασι προσφερόμενοι, καὶ τῆς ἑαυτῶν χρήσεως ταῦτα ποιούμενοι, οὐ μόνον αὐτὰς τὰς ἐπισκοπὰς προφάσει δῆθεν τῆς τῶν καιρῶν δυσκολίας εἰς ἔσχατον κατήνεγκαν ὄλεθρον, ἀλλὰ καὶ τὰς μητροπόλεις, ὑφ᾽ ἃς τελοῦσιν, ἀφορήτοις τοῖς ζημιώμασι καὶ ταῖς καινοτομίαις ὑπέβαλον, ἐκ τοῦ τὰ ἀνήκοντα ἐκείναις βάρη ταύτας εἰσπράττεσθαι, καὶ συνωθεῖσθαι κατὰ μικρὸν εἰς τὴν ὁμοίαν καταστροφήν. διόπερ ἡ μετριότης ἡμῶν ἅμα τῇ ἐνδημούσῃ σεβασμίᾳ συνόδῳ διὰ τοῦ πράγματος διασκεψαμένη, χαλεπὸν ὄντως κρίνασα καὶ ἀτεχνῶς ἄδικον, τὸ τηλικαύτας ζημίας ὑφίστασθαι τὰς μητροπόλεις ὑπὲρ τῶν ἐπισκοπῶν, ἐξ ὧν οὐδὲν κέρδος ταύταις προσγίνεται, δεῖν ἔγνω τρόπον ἐξευρεῖν, οὐ ξένον τῶν ἱερῶν διατάξεων, ἀλλὰ καὶ λίαν οἰκεῖον καὶ σύμφωνον, ᾧ τὸ ἀζήμιον ταύταις καὶ ἀβαρὲς κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον περιποιηθήσεται. ἔνθεν τοι καὶ διωρίσατο ἀπὸ τῆς τῶν ἱερῶν κανόνων αὐθεντίας, οἰκονόμους καθίστασθαι παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν, ἐφ᾽ αἷς ἂν τῶν ἐπισκοπῶν, ἀφελείᾳ τῶν λαβόντων αὐτὰς, αἱ μητροπόλεις ἐζημίωνται, ἄχρις οὗ τὸ ὑπὲρ ἑκάστου αὐτῶν ζημίωμα ταῖς μητροπόλεσι πορισθῇ, καὶ διάγνωσις γένηται, ὁπόθεν εἰς ἀπορίαν καὶ στένωσιν καταφέρονται. ἐπεὶ δὲ ἑτέρων ἐπισκοπὰς διὰ μοχθηρίαν καὶ κακοήθειαν τῶν προέδρων αὐτῶν, ὅμοια πείσεσθαι ὑποπτεύειν φασὶν οἱ μητροπολῖται, καί τινας αὐτῶν σπουδάσματα ποιουμένων τὴν τῶν θείων κανόνων παράβασιν, εἶτα τὴν ἐξ αὐτῶν καταδίκην ὑφορωμένους, τοὺς τε καρποὺς καὶ τὰς ἄλλας προσόδους τῶν ἐκκλησιῶν ὑφαιρεῖσθαι καὶ μετακομίζειν ἔνθα καὶ βουλητόν ἐστιν αὐτοῖς, καὶ σκοπὸν ἔχοντας ἐπιδημούντων ἀπαιτητῶν, ἀποδημεῖν τῶν λαχουσῶν, καὶ ἀλλαχοῦ που μεθίστασθαι, κἀντεῦθεν πρὸς τὰς μητροπόλεις ἀμύνης τρόπον τῶν αὐτοῖς προσηκόντων ὀφλημάτων τὴν εἴσπραξιν παραπέμπειν, ἀναγκαῖον κἂν ταύταις πρὸ τοῦ εἰς τέλος ἀχθῆναι τὸ σπουδαζόμενον, ἀσφαλείας χάριν, καὶ οἷον θεραπείας, καὶ φυλακῆς, τὸν αὐτὸν τηρηθῆναι τύπον. καὶ φροντιστὰς ὁμοίως παρὰ τῶν μητροπολιτῶν δοθῆναι, τοὺς ὀφείλοντας ἅπασάν τε τὴν πρόνοιαν τῶν ἐκκλησιῶν ποιεῖσθαι, ἅμα τοῖς αὐτῶν ἐπισκόποις, καὶ

Monumentum sanctissimi patriarchæ Alexii, de diversis caussis ecclesiasticis, pertinentibus ad universas metropoles & archiepiscopatus.

Alexius miseratione Dei archiepiscopus Constantinopolis, novæ Romæ, & universalis patriarcha.

Ex Jur. Græc. Rom. tom. I. lib. III. pag. 250.

Qum divini sacrique canones unicuique religiosissimorum episcoporum potestatem rerum ecclesiasticarum permittant, ea tamen lege, ut & indigentibus adhibita cautione de iis suppeditent, & ipsemet res necessarias percipiant: episcopi quidam indifferenter, ut ita dixerim, & magna licentia res eas invadentes, & usui suo vindicantes, non ipsos dumtaxat episcopatus per occasionem difficultatis temporum in extremam perniciem præcipitarunt, verum etiam metropoles illas, quibus subsunt, intolerandis detrimentis ac novitatibus subjecerunt, dum onera ad episcopatus pertinentia, metropoles sustinent; ac paulatim ad interitum consimilem adiguntur. Quamobrem nostra mediocritas una cum venerabili hac ad urbem synodo re deliberata, omnino rata grave, dubioque procul injustum, ut talia tantaque damna metropoles episcopatuum nomine sustineant, a quibus nullum ad ipsas lucrum redit: modum inveniendum censuit a sacris constitutionibus haud alienum, immo magnopere ad finem & consentaneum, quo earum indemnitati, & onerum relaxationi, quantum ejus fieri poterit, consulatur. Unde ex auctoritate sacrorum canonum statuit, ut a religiosissimis metropolitanis oeconomi sive rerum administratores pro episcopatibus iis constituantur, a quibus illorum culpa, qui eos adepti sunt, detrimentum metropoles capiunt; donec acceptum singulorum nomine damnum metropolibus resartum fuerit, & judiciaria sententia definitum, unde nam ad eam egestatem & inopiam redigantur. Et quoniam ne aliorum episcopatus, ob improbitatem & malitiam ipsorum præsidum, consimilia patiantur, vereri se perhibent metropolitani, eorumque nonnullos qui sacrorum canonum contemtu in laude ponunt, nihilominus imminentem ex eis condemnationem, metuentes, tam fructus, quam reditus ecclesiarum ceteros ajunt auferre, quoque velint ipsi, transportare; defixisque in adventum exactorum oculis, suis ecclesiis excedere, atque alio commigrare, & ad metropoles debitorum ad se pertinentium exactionem defensionis titulo transmittere: necessarium est, ut in his etiam prius, quam quod moliuntur, ad exitum perducatur, certitudinis gratia, quasique correctionis, & cautionis

nis eadem ratio servetur; adeoque curatores similiter a metropolitanis dentur, qui ecclesiis omni adhibita sollicitudine cum episcopis earum prospiciant, & administrationis annuæ rationes exigant: quodque superfluum est ex reditibus, si quidem aliquid superat, partim iis ademtum, qui metropoli auctores accepti detrimenti sunt, eidem reddatur: reliquum ecclesia, nulla innovatione facta, sibi servet. Quod autem hæc a nobis ita definita, consentanea sint accuratæ canonum menti; ex ipsis canonibus sacris constat. Nam quintus & vicesimus Antiochenæ synodi canon, potestatem in res ecclesiasticas episcopis concedens; quo minus eas in usus suos convertant, cognatisque suis præbeant, ut hoc modo rationes ecclesiarum tacite detrimentum capiant, prohibet. Ideoque rationibus ad synodos provinciales reddendis obnoxios faciens, decori explorandi curam eis injungit. Quapropter heic etiam, quum tacite damnum ad ipsas metropoles redeat, hæc sancta synodus nostra, decori ratione habita, necessario constituendos administratores decrevit, secundum xi. scil. concilii septimi canonem. Is n. licentiam dat tum sanctissimo patriarchæ, tum sacratissimis metropolitanis œconomos in iis ecclesiis constituendi, quarum metropolitani & episcopi hoc facere non sustinent, aut male res ecclesiarum administrant. Quod autem canon ille cum scopo prioris consentiat, neminem ex iis ambigere arbitror, qui non otiose mentem in eos defigunt. Quum igitur heic, uti liquido demonstratum est, sacrorum canonum vestigiis insistentes, superius indicata sanciverimus: oportet ea citra contradictionem exsequi, tam in iis episcopis, qui hactenus auctores exstiterint accepti metropolibus damni, quam qui deinceps exspectantur, & male rebus ecclesiarum abutuntur, easque alienant, & illiberaliter dissipant, quæ pro eis ipsi non collegerunt; ac præsertim, qui aliena prædia conducunt aut indignum in modum mundanas curationes in sese suscipiunt, quum res ecclesiæ sibi commendatæ negligant. Quinetiam tales, nisi mutentur, depositionis plenæ sententia mystæ verbi patres, & mysteriorum doctores, una cum ipsis damnant: nullo impedimento rebus per episcopos adferendo, donec & de damnis satisfactum metropolibus fuerit ab iis, a quibus illata sunt; & cognitione facta, constiterit in posterum, an incumbentibus sibi sufficiant oneribus metropoles, nec ne. Quod si prius, quam hæc fiant, episcoporum quispiam fuerit ausus impedimenti causam œconomis obiicere, vel molestiam negotiis adferre; extra quam si docere velit aliquid eorum, quæ commodo ecclesiarum servitura norint: is ipsus sibi gravioris condemnationis conciliator erit, ut qui definitis ex auctoritate synodorum & canonum adversetur. Quinetiam ne provincialibus episcopi synodis interesse negligant, absque necessaria quadam & minime reiicula caussa, synodali decreto sententiaque statuimus. Quippe tamquam ad utilitatem multorum, & ædificationem, ac fortassis etiam correctionem contrariorum quorundam, singulis temporibus incidentium, e quovis conveniendum est loco: & qui absque justa caussa a conventu abest, aut vocatus non paret, nisi probabilem rationem absentiæ suæ reddiderit, & impedimenti fu-

λόγους τῆς κατ' ἐνιαυτὸν εἰσπράττεσθαι διοικήσεως· καὶ τὸ περιττεῦον τῶν προσόδων, εἴγε καὶ περισσεύοι, τὸ μὲν, ἐκ τῶν ζημίας αἰτίων γινομένων τῇ μητροπόλει, ταύτῃ δηλονότι ἀναδίδοσθαι· τὸ δ' ἐκ τῶν λοίπων, συντηρεῖν τὴν ἐκκλησίαν ἀκαινοτόμητον. ὅτι δὲ κανονικῆς ἔχονται ἀκριβείας τὰ ὁρισθέντα, ἐξ αὐτῶν τῶν θείων κανόνων δείκνυται. καὶ γὰρ ὁ ε καὶ κ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανὼν, τοῖς ἐπισκόποις τὴν ἐξουσίαν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐπιτρέπων πραγμάτων, κωλύει μεταβάλλειν αὐτὰ εἰς ἰδίας χρείας, καὶ οἰκείοις αὐτῶν συγγενέσι παρέχειν, εἰς τὸ διὰ τούτου λεληθότως βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῶν ἐκκλησιῶν· διὸ καὶ ὑπευθύνους ταῖς κατ' ἐπαρχίαν συνόδοις τιθεὶς, τὸ πρέπον αὐτοὺς δοκιμάζειν ἐπιτρέπει. καὶ τοίνυν κἀνταῦθα, ἐπεὶ κατὰ τὸ λεληθὸς πρὸς τὰς μητροπόλεις ἔρχεται τὰ τῆς βλάβης, τὸ πρέπον ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία σύνοδος δοκιμάσασα, ἀναγκαίως τὴν τῶν οἰκονόμων προχείρισιν διετάξατο, κατὰ τὸν ια δηλονότι τῆς ἑβδόμης συνόδου κανόνα. ἄδειαν γὰρ ἐκεῖνος δίδωσι καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ, καὶ τοῖς ἱερωτάτοις μητροπολίταις, οἰκονόμους καθιστᾶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ὧν οἱ μητροπολῖται καὶ οἱ ἐπίσκοποι τοῦτο ποιεῖν οὐκ ἀνέχονται· ἢ καὶ κακῶς τὰ τῶν ἐκκλησιῶν διέπουσιν. ὅτι δὲ ὁ τοιοῦτος κανὼν τῷ τοῦ προτέρου συνᾴδει σκοπῷ, οὐδένα οἶμαι διαμφιβάλλειν τῶν μὴ παρέργως αὐτοῖς τὸν νοῦν ἐφιστώντων. ἐπεὶ οὖν ἐνταῦθα, ὡς σαφῶς ἀποδέδεικται, τοῖς θείοις κανόσιν ἑπόμενοι τὰ ἀνωτέρω εἰρημένα διετυπώσαμεν, δεῖ ταῦτα διενεργεῖσθαι ἀναμφιλέκτως, ἐπί τε τῶν ἤδη προξένων γεγονότων ζημίας ταῖς μητροπόλεσιν ἐπισκόπων, καὶ ἐπὶ τῶν ἤδη προσδοκωμένων, καὶ κακῶς τὰ τῶν ἐκκλησιῶν καταχρωμένων, καὶ ἐκποιουμένων, καὶ σκορπιζόντων ἀνελευθέρως, ἃ οὐκ ἐπισυνήγαγον αὐτοῖς, καὶ μάλιστα τῶν τὰ ἀλλότρια κτήματα ἐκλαμβανομένων, ἢ καὶ κοσμικὰς ἀναξίως μεταχειριζομένων φροντίδας, τῶν δὲ τῆς λαχούσης αὐτοὺς καταφρονούντων. ἀλλὰ καὶ τῶν τοιούτων, εἰ μὴ μεταβάλλοιντο, καὶ καθαίρεσιν τελείαν οἱ τοῦ λόγου μύσται καὶ μυσταγωγοὶ τῶν πατέρων σὺν αὐτοῖς ἐκείνοις καταψηφίζονται, μηδενὸς ἐμποδίου παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἐπαγομένου τοῖς πράγμασιν, ἄχρις οὗ τά τε ζημιώματα ταῖς μητροπόλεσιν ἱκανωθῇ, ἐξ ὧν τά τε ζημιώματα ταῖς μητροπόλεσιν ἱκανωθῇ, ἐξ ὧν καὶ ἐπηνέχθη, καὶ διάγνωσις γένηται τοῦ λοιποῦ· εἴτε πρὸς τὰ ἐπικείμενα ταύταις ἐξαρκοῦσι βάρη, εἴτε καὶ μή. εἰ δέ γε πρὸ τοῦ ταῦτα γένεσθαι, τολμήσειέ τις τῶν ἐπισκόπων πρόφασιν ἐμποδισμοῦ τοῖς οἰκονόμοις ἐπενεγκεῖν, ἢ παρενοχλῆσαι τοῖς πράγμασι, πλὴν τοῦ ἀναδιδάσκειν εἴ τι τῶν πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἐκκλησιῶν ἐπίστανται συντελεῖν, αὐτὸς ἑαυτῷ τῆς μείζονος καταδίκης γενήσεται πρόξενος, ὡς τοῖς συνοδικῶς καὶ κανονικῶς ὁρισθεῖσιν ἐναντιούμενος. ἀλλὰ μηδὲ τῆς κατὰ τὴν ἐπαρχίαν συνόδου ἀπολιμπάνεσθαι τοὺς ἐπισκόπους, χωρὶς ἀναγκαίας τινὸς καὶ ἀπαραιτήτου αἰτίας, συνοδικῇ ψήφῳ καὶ κρίσει διοριζόμεθα. ὡς γὰρ ἐπὶ λυσιτελείᾳ πολλῶν καὶ οἰκοδομῇ, τάχα δὲ καὶ διορθώσει ἐναντίων τινῶν συμπιπτόντων ἑκασταχῇ, δεῖ ἐκ παντὸς τόπου τὴν συνέλευσιν γίνεσθαι. καὶ ὁ ἀναλόγως ταύτης ἀφυστερῶν, ἢ καλούμενος ἀπειθῶν, εἰ μὴ εὐπροφάσι-

στον λόγον ἀποδώσει τῆς ἑαυτοῦ ἀπολείψεως, καὶ τοῦ ἐμποδισμοῦ, ἔσω εἰδὼς, ψῆφον νομοθετησομένην κατ' αὐτοῦ, ὡς μεθ' ἑτέρων πολλῶν καὶ ὁ ἐν Καρθαγένῃ ο ζ ὁρίζει κανών. μήτε δὲ ἀλλοτρίαις τούτους ἐνορίαις πλεονεκτικῶς ἐπεμβαίνειν, ϗ χειροτονεῖν ὑπερόρια, ϗ νομοθετεῖν οὕτως τὴν ἀταξίαν, τοὺς ὀφείλοντας εὐταξίας ϗ ἑτέροις ὑπόδειγμα γίνεσθαι ϗ ἀρχέτυπον ἀρετῆς. μήτε κληρικοὺς ἑτέρας ἐπαρχίας προσίεσθαι καθ' οἱονδήτινα τρόπον, πάρεξ γνώμης ϗ ἐγγράφου συστατικοῦ τοῦ ἰδίου αὐτῶν ἐπισκόπου, ὡς οἱ ἱεροὶ ϗ θεῖοι κανόνες προσαπαιτοῦσιν ὃ ϗ μᾶλλον ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ πόλει καλῶς φυλαχθήσεται, ἅτε τῶν ἁπανταχοῦ γῆς κληρικῶν, ὑπευθύνων τε ἅμα καὶ ἀνευθύνων, καὶ κεχειροτονημένων καὶ ἀχειροτονήτων, εἰς αὐτὴν συντρεχόντων, καὶ ἀκωλύτως ἱερουργούντων. μήτε μὴν διγάμους, ὃ πολλαχοῦ ἀκηκόαμεν γίνεσθαι νῦν, ἢ ἐν αἰτίαις τισὶν ἀπηγορευμέναις γεγονμένους, ἢ ἔτι ἀφήλικας, ἢ χωρὶς μαρτυρίας ἀκριβεστάτης, ἢ προμνηστευσαμένους ἑτέρας, καὶ ἑτέραις συναφθέντας, εἰς ἱερωσύνην παραδέχεσθαι ὅλως. ἐπεὶ οἱ ταῦτα μὴ παρατηροῦντες ἐπίσκοποι, ἀθετοῦντες τοὺς κανόνας, ἀθετηθήσονται παρ' αὐτῶν, καὶ ταῖς ἠπειλημέναις ὑπ' ἐκείνων εὐθύναις ἀφύκτως ὑποβληθήσονται. Κληρικοὺς δὲ κληρικοῖς διαμφισβητοῦντας, ἢ καὶ μοναχοὺς μοναχοῖς, παρὰ τῷ οἰκείῳ κρίνεσθαι ἐπισκόπῳ, ἀκολούθως τοῖς θείοις κανόσιν ἀποφαινόμεθα. κληρικοὺς δὲ ἐπισκόποις, ἢ ἐπισκόπους ἐπισκόποις, παρὰ τῷ τῆς ἐπαρχίας μητροπολίτῃ συνοδικῶς. εἰ δὲ σκάνδαλον ὑποιρέχον, ὑποψίαν θατέρῳ ἐμποιεῖ τῶν μερῶν, παρὰ τῷ κατὰ τὴν ἡμέραν ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ, καὶ τῇ ἱερᾷ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ τηρεῖσθαι καὶ τέμνεσθαι τὸ ἀμφισβήτημα. πλὴν μὴ ἄνευ γνώμης καὶ συστατικῆς τοῦ μητροπολίτου γραφῆς, ἐπιβαίνειν τῆς βασιλευούσης ἐπίσκοπον, ἢ ἀλλαχοῦ που στέλλεσθαι ἀποδημίαν, εἴτι δ' ἂν καὶ εἴη τὸ καλοῦν ἀναγκαῖον. ἐπεὶ ἔνοχον ἑαυτὸν ἀπεργάσεται τοῖς κανόσιν. ἐπίσκοπον δὲ προπετῶς ἐπιτιμίου ὀλιγωροῦντα μητροπολίτου, καθαιρεῖσθαι ἀναπολογήτως προστάσσομεν. κοσμικοῖς δὲ δικασταῖς ἱερατικὸν πρόσωπον, ἢ καὶ μοναχικὸν πρόσωπον προσιέναι, καὶ ζητεῖν ὑπ' ἐκείνων δικάζεσθαι δίκην ἥντινα τύχῃ, ὅλως οὐκ ἐφίεμεν. ἀλλὰ τῶν μὲν ἐπισκόπων, τῆς ἐπισκοπῆς. τῶν δὲ κληρικῶν, τοῦ κλήρου. καὶ τῶν μοναχῶν, τοῦ μοναστηρίου δικαίαν αὐτόθεν καταψηφιζόμεθα ἔκπτωσιν. καὶ κατὰ τῶν παραδεχομένων τούτους δικαστῶν, ἢ καὶ βιαίως ἑλκόντων, μετα τῆς ἐκ Θεοῦ δικαίας ὀργῆς, ἔτι καὶ τὴν τῆς βασιλικῆς μεγαλειότητος ἀγανάκτησιν ἐπικαλεσόμεθα, καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων εὐθύνας. ὁ δὲ ἀφ' ἡμῶν δεσμὸς, ἄλυτος αὐτοῖς μέχρις ἐξόδου παρεκταθήσεται, εἴπερ δῆλον μὴ μεταβουλεύσαιντο, καὶ τῆς ἀνοσίου ταύτης ἀπόσχοιντο προαιρέσεως. ὅτι καὶ οἱ εὐσεβεῖς νόμοι, καὶ ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς ὁ πορφυρογέννητος, μετὰ τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει αὐταδέλφου αὐτοῦ, ἐν τοῖς ἐγγραφοῖς αὐτῶν τυπικοῖς, ἀναστέλλουσι τοὺς δικαστὰς, τοιαῦτα εἰς τὰ ἐκκλησιαστικὰ νεανιεύεσθαι πρόσωπα. ὑφαρπάζεσθαι γὰρ τὰ ἐκκλησιαστικὰ, καὶ ἱερὰ, καὶ θεῖα προνόμια, παρὰ τῶν θεματικῶν ἢ πολιτικῶν δικαστῶν, ὅλως οὐκ ἀνεχόμεθα. ἀλλὰ καὶ πρὸ ἡμῶν ὁ ὑπὸ τούτων καταφρονούμενος καὶ μυκτηριζόμενος Θεὸς, ἔνδικον αὐτοῖς ἐποίσει τὴν ἀγανάκτησιν, καὶ τὴν ῥομ-

A turum ſciat, ut in eum ſententia feratur, ſicut inter ceteros multos etiam LXXVII. ſynodi Carthaginenſis canon decernit. Neque vero fines alienos hi ambitioſe invadant, & extra limites ſuos ordinent, atque hac ratione confuſionis auctores ſint, qui boni ordinis exemplum aliis fieri debent, & primum virtutis exemplar: neque clericos alterius provinciæ quocumque modo admittant, abſque ſententia & ſcripto epiſcopi ſui commendaticio, quemadmodum ſacri divinique canones requirunt. Quod magis etiam in hac cuſtodita divinitus urbe rite ſervabitur, utpote ad quam conſtituti ubique terrarum clerici, rei pariter & non rei, ordinati, & non ordinati, confluunt; nemine-
B que prohibente ſacra peragunt. Nec item ſecundis illigati nuptiis, quod paſſim jam fieri accepimus, vel criminibus vetitis obnoxii, vel adhuc impuberes, vel accuratiſſimo teſtimonio deſtituti, vel qui prius alias ſibi deſponderunt, & aliis poſtea injuncti ſunt matrimonio prorſus ad ſacerdotium admittantur. Nam qui hæc non obſervant epiſcopi, dum canones violant, a canonibus abdicabuntur, & interminatis per eos pœnis inevitabiliter ſubiicientur. Clericos autem cum clericis diſceptantes, aut monachos cum monachis, apud epiſcopum ſuum debere jus petere, ſacros canones ſequendo, pronun-
C tiamus. Clerici vero cum epiſcopis, vel epiſcopi cum epiſcopis, apud metropolitanum provinciæ, ſynodo interveniente, agant. Sin aliquod incidens offendiculum, ſuſpicionem alterutri partium gignat: ad ſanctiſſimum cujuſque temporis patriarcham, & ad ſacrum magnumque concilium ſervata lis decidatur: non tamen abſque ſententia & commendaticio metropolitani ſcripto, urbem imperatricem epiſcopus ingrediatur, vel alio peregrinationem inſtituat, ſi qua neceſſaria res ita flagitet, quippe canonibus obnoxium reumque ſeſe reddet. Epiſcopum autem, qui temere metropolitani pœnam contemnit, inaudita cauſſa removeri jubemus. Et perſonam ſacerdotalem, vel perſonam mo-
D nachicam mundanos audire judices, & petere, de quacumque lite per ipſos cognoſcatur, omnino non permittimus; ſed in epiſcopos, epiſcopatus; in clericos, clericatus, in monachos, amiſſi hoc facto monaſterii juſtam ſententiam ferimus: & adverſus judices qui hos ſuſcipiunt, vel etiam ad ſe vi pertrahunt, præter juſtam numinis iram, imperatoriæ quoque majeſtatis indignationem, legumque pœnas implorabimus. Et vinculum quo per nos illigabuntur, inſolutum eis ad finem uſque vitæ porrigetur: ſi videlicet animum non mutaverint, & ab hoc impio propoſito non abſtiterint. Nam & religioſæ leges, & præpotens atque ſanctus
E imperator noſter, in * Porphyra natus, una cum beatæ memoriæ fratre ſuo germano, in publicatis edictis ſuis judices coercent, quo minus in perſonas eccleſiaſticas talia juveniliter audeant committere. Quippe ſurripi nobis eccleſiaſtica, & ſacra, divinaque privilegia, ſive a provincialibus, ſive urbanis judicibus, omnino non patimur. Immo etiam ante nos ipſe Deus, qui ab eis contemnitur & ſubſannatur, ultricem in eos indignationem ſtringet, & juſtum vindictæ gladium corruſcare faciet. Eſt enim & dedecus & probrum,

* Conſtantinus ſcil. Baſilii junioris frater.

brum, divinioris ac melioris sortis homines coram mundanis litigare, linguasque contumeliosas nominum in universum ecclesiæ corpus acuere. Quod sane vel imprimis imperatoriarum (quæ dicuntur) mansionum & clerorum, tam clerici, quam monachi profane atque impie facere per summam audaciam gestiunt, dum ad suimet condemnationem judicari damnarique malunt a mundanis, quibus corrigendis & in ordinem redigendis ipsi præfecti sunt; quam Dei pontificibus variorum negotiorum cognitionem permittere, atque illorum caussas & sanationem idoneam tamquam a peritis medicis accipere, ipsorumque virtutem ab iisdem excitari ad recti meditationem. Sed enim auctoritate synodali decernimus, ut nec illius episcopi provinciæ, nec diversis territorii, monachos ejusmodi monasteriorum qui talia committunt, vel impositione manuum dignentur, vel eis aliam benedictionem aut communionem impertiant. Non enim hæc ideo sancimus, ut nobis metipsis aditum ad talia patefaciamus: sed omni modo vitæ monasticæ dignitatem & honestatem quærimus. Adeo quidem, ut nisi *relationem illi atque alios honores episcopis suæ provinciæ tribuerint; vicissim ab eis, vel ab aliis, nec unam quidem sacerdotii dignitatem accipiant. Clericos autem contumaces erga metropolitanos suos, qui mandatum aliquod ecclesiasticum eis, non injuriandi animo, quoque præstari possit, imponunt; in ordinem cogi jubemus. Non enim contumaciam & inobedientiam dominico præcepto docemur, sed facilitatem in parendo, & subjectionem. Quo sane qui se non dirigit, tam vocatione, quam ecclesia excidit. Eos autem, quibus ecclesiastica ministeria credita sunt, nec rationes sibi commissorum reddere sustinent, secundum canones in jus debere vocari, & ad reddendas rationes etiam invitos, una cum suis heredibus, ac ceteris successoribus adigi, secundum sacros canones & leges civiles, decernimus. Quia vero etiam de monasteriis, quæ per donationem locantur, sanctissimi fratres & comministri ad nos retulerunt, quod qui donationes illas acceperunt, in ipsa monasteria parum æquis adfecti ad extremum ea redigant interitum, domum suam reditus deportantes, ipsaque bonis suis nudata relinquentes, quodque nonnulla prorsus in hospitia mundana commutent, coactis eorum monachis per omnis generis rerum inopiam & angustiam, ut inde vel inviti abscedant: licitum eis esto, ejusmodi homines impune reos peragere de quibusvis damnis & innovationibus, quibus nocuisse monasteriis deprehensi fuerint: atque etiam, ut malis eorum curatoribus ex eis cum contumelia expulsis, libere jurib., ea metropolitanum videlicet. Quod si fortasse curatores eorum aliquid habeant probabile; quod his obiiciant: non adeant mundana tribunalia, quippe hoc facto seipsos omni jure suo excludent. Sed ad sacram synodum nostram accedant, quodque fas æquum fuerit, impetrabunt. Neque vero credimus quemquam sacratissimorum metropolitanorum, & ceterorum pontificum, absque caussa & immerito, perque solam injuriam, beneficia-

* nominis commemorationem in sacris.

φαίαν δικαίαν ςιλβώσει τῆς ἐκδικήσεως. αἰσχύνη γὰρ καὶ ὕβρις, τοὺς τῆς θειοτέρας καὶ κρείττονος μοίρας, ἐπὶ κοσμικῶν διαπληκτίζεσθαι, καὶ τὰς λοιδόρους διερεθίζειν γλώσσας κατὰ παντὸς τοῦ τῆς ἐκκλησίας πληρώματος. ὃ καὶ μάλιςα οἱ τῶν βασιλικῶν λεγομένων μονῶν καὶ κλήρων κληρικοὶ καὶ μονάζοντες ἀνευλαβῶς ποιεῖν καὶ ἀνοσίως θρασύνονται, ὑπὸ κοσμικῶν αἱρούμενοι ἐπὶ κατακρίσει ἑαυτῶν κρίνεσθαι καὶ κατακρίνεσθαι, οὓς βελτιοῦν αὐτοὶ καὶ ῥυθμίζειν ἐτάχθησαν, ἢ ἀρχιερεῦσι Θεοῦ εἰς γνῶσιν τὰ διάφορα προτιθέναι καὶ τὰς τούτων αἰτίας, καὶ τὴν ἁρμόζουσαν ἐκεῖθεν θεραπείαν ὡς ἐξ ἐπιςημόνων κομίζεσθαι ἰατρῶν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ μελέτην ἐπιςαῤῥύνεσθαι τὴν ἀρετήν. ἀλλὰ τοὺς τῶν τοιούτων μοναςηρίων μοναχοὺς τοιαῦτα τολμῶντας, συνοδικῶς ἀποφαινόμεθα, μήτε τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης ἐπισκόπους, μήτε τοὺς παρ᾽ ἐνορίαν, ἢ χειροθεσίας καταξιοῦν, ἢ εὐλογίας ἑτέρας καὶ κοινωνίας μεταδιδόναι. οὐ γὰρ πάροδον ἑαυτοῖς ἐπὶ ταῦτα πραγματευόμενοι, ἀλλὰ τὸ σεμνὸν ἐκ παντὸς τρόπου καὶ τὸ τίμιον τῆς μοναδικῆς πολιτείας διώκοντες, τὰ παρόντα διοριζόμεθα. ὥςε εἰ μὴ τὴν ἀναφορὰν ἐκεῖνοι, καὶ τὴν ἄλλην τιμὴν τοῖς τῆς ἐπαρχίας ἀποδώσουσιν ἐπισκόποις, οὐκ ἀντιλήψονται παρ᾽ αὐτῶν ἢ παρ᾽ ἑτέρων ἱερωσύνης ἀξίωμα οὐδὲ ἕν. κληρικοὺς δὲ ἀπειθοῦντας τοῖς οἰκείοις μητροπολίταις, ἐπίταγμα αὐτοῖς ἐκκλησιαςικὸν ἀμνησικάκως τὸ δυνατὸν ἐπιτάττουσιν, εὐθύνεσθαι ἐπιτάσσομεν. οὐ γὰρ ἀνυποταξίαν καὶ ἀνηκοΐαν ἡ κυριακὴ νομοθετεῖ ἐντολὴ, ἀλλ᾽ εὐπείθειαν καὶ ὑπακοήν. ὥςε ὁ μὴ ταύτῃ ςοιχῶν, καὶ τῆς κλήσεως καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀλλότριος. τοὺς δὲ διακονίας ἐκκλησιαςικὰς ἐμπεπιςευμένους, καὶ λόγους ὧν ἐπιςεύθησαν, δοῦναι μὴ ἀνεχομένους, κανονικῶς εὐθύνεσθαι, καὶ ἐκλογισμοῖς καὶ ἄκοντας ὑποβάλλεσθαι μετὰ κληρονόμων καὶ λοιπῶν τοῦ γένους διαδόχων, κατὰ τοὺς ἱεροὺς κανόνας καὶ πολιτικοὺς νόμους, ὁρίζομεν. ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ μοναςηρίων ἐκδιδομένων διὰ δωρεᾶς οἱ ἱερώτατοι ἀδελφοὶ ἀνήγγειλαν καὶ συλλειτουργοὶ, ὡς ἐπιβλαβῶς πρὸς ταῦτα διατεθέντες οἱ τὰς δωρεὰς εἰληφότες, εἰς ἔσχατον αὐτὰ συνήλασαν ἀφανισμὸν, τὰς τούτων προσόδους οἴκοι μετακομίζοντες, καὶ γυμνὰ τῶν οἰκείων ἐῶντες ἀγαθῶν, ἕτερα δὲ καὶ εἰς κοσμικὰ τελείως μεταμείβουσι καταγώγια, τοὺς τούτων μοναχοὺς πάσῃ ἐνδείᾳ καὶ ςενοχωρίᾳ μεταναςεῦσαι καὶ ἄκοντας ἐκεῖθεν καταναγκάσαντες, ἐξέςαι αὐτοῖς. τοὺς τοιούτους εὐθύνειν κατὰ πᾶσαν ἄδειαν εἰς ὅτι ἂν εὑρεθεῖεν τὰ μοναςήρια, καινοτομήσαντές τε καὶ καταβλάψαντες· εἶτα καὶ τοῖς δικαίοις τῶν μητροπόλεων ἀνασώζειν ἐπ᾽ ἐξουσίᾳ, τοὺς κακοὺς αὐτῶν φροντιςὰς μεθ᾽ ὕβρεως ἐξ αὐτῶν ἀπελάσασιν. εἰ δέ τι τυχὸν ἔχοιεν πρὸς ταῦτα, εὔλογον προτείνειν οἱ τούτων προνοηταὶ, μὴ κοσμικοῖς προσίτωσαν δικαςηρίοις. ἐπεὶ ἐκκλείουσι παντὸς δικαίου ἑαυτούς. ἀλλὰ τῇ καθ᾽ ἡμᾶς ἱερᾷ προσφοιτάτωσαν συνόδῳ, καὶ τῆς ἐνδεχομένοις οὐκ ἀμοιρήσουσι δικαιώσεως. ἀναιτίως δὲ, καὶ ἀνεγκλήτως, καὶ διὰ μόνην ἐπήρειαν, οὐδένα πιςεύομεν τῶν ἱερωτάτων μητροπολιτῶν καὶ λοιπῶν ἀρχιερέων, χαριςικάριον ἐξωθῆσαι μονῆς· εἰ μή τις ἀναξίως ἑαυτοῦ βούλοιτο πολιτεύεσθαι, καὶ τὴν ἀδικίαν ἀσπάζεσθαι. εἰ δὲ τινὰ τῶν φροντιςηρίων τύπον εἶχον ἐκ παλαιοῦ συνεισφοράν τινα συνεισφέρειν ταῖς μητροπόλεσιν, εἴτε ἐπὶ μονοπροσώπων παροχῇ, εἴτε ἐπὶ τροφαῖς κριτῶν καὶ τῶν τοῦ δημοσίου ἀπαιτητῶν, εἴτε καὶ ἀλλαχοῦ, καὶ ἔτυχε ταῦτα ὕςερον ἀνατεθῆναι τισὶ, τὴν συνεισφορὰν διοριζόμεθα

τα-

παρέχειν πρὸς τὰς μητροπόλεις ἀνυστερήτως ἀκαινοτόμητον. ὅσα δὲ κοινωνεῖ κατά τι ταῖς μητροπόλεσιν, ἢ πλησιασμὸν, ἐν ταύταις ἔχει, καὶ ἀνακοίνωσιν, καὶ οὐκ ἀπεχαρίσθη πρὸ τούτου τισὶν, εἰς δωρεὰς δίδοσθαι προσώποις οὐκ εὐδοκοῦμεν. ἀλλ' εἰ καὶ ἐδόθη, ἀκύρους εἶναι καὶ ἀνισχύρους τὰς δωρεὰς βουλόμεθα. καὶ τὰ φροντιστήρια αὐτόθεν ἀντιστρέφεσθαι, πρὸς τὰς μητροπόλεις, ἢ ἐπισκοπάς. τὰ γὰρ μήκοθεν καὶ ἰδιοπερίοριστα δωρεῖσθαι, καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἁγίοις πατράσι καλῶς ἔδοξε, καὶ ἡμῖν. τὰ δὲ οἷον ἐνδιαιτήματα τῶν μητροπολιτῶν καὶ ἐπισκόπων, καὶ ὑπερείσματα καὶ συγκροτήματα τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, οὐδαμῶς· οὐδὲ ἡ ἡμῶν τοῦτο παραδέχεται μετριότης τοσύνολον. ἐκδοτικῶς δὲ, καὶ οἷον ἐπὶ χρόνοις εἴκοσι καὶ ἐννέα μοναστήριον, ἢ πακτικῶς μητρόπολιν ἐκδίδοσθαι, καὶ ἐπισκοπὴν, ὡς ξένον τῆς εὐαγγελικῆς διατάξεως, καὶ τῶν ἀποστολικῶν τε καὶ πατρικῶν παραδόσεων, πάντη ἀπαγορεύομεν. καὶ τοὺς τε τολμῶντας ἅμα, καὶ τοὺς τὸ γινόμενον παρορῶντας, ἀναξίους τῆς ἀρχιερατικῆς κρίνομεν τελειότητος, καὶ τῶν ἱερῶν κανόνων ἐναντιόφρονας. καὶ τοῖς πράγμασιν ἐκδίκησιν τὴν πρεπωδεστάτην κανονικῶς προμηθεύσασθαι οὐκ ἀποκνήσομεν. οὐ γὰρ καπηλεύεσθαι τὴν ἱερὰν χάριν, καὶ κοινωνεῖν τοῖς κοινοῦσιν ἀκανονίστως τὰ ἅγια, καὶ τὰς πνευματικὰς δωρεὰς ὡς κοινὰς ἐμπορεύεσθαι ἀνεξόμεθα ἐμπορίας χάριν. περὶ δὲ τῆς τῶν ἐπισκόπων καθέδρας, διοριζόμεθα. κατὰ τὴν τάξιν αὐτοὺς τῶν οἰκείων καθέζεσθαι μητροπολιτῶν, καὶ ἐν συνθρόνοις, καὶ ἐν συνόδοις, καὶ ἐν ἑστιάσεσι. καὶ μὴ τὰς προεδρίας ἁρπάζειν, καὶ τὸ φιλόπρωτον, ἀναξίως ἑαυτῶν, τοὺς τῆς ὑποβεβηκυίας μετροπόλεως ἐπισκόπους· ἀλλ' ὡς πρὸς κανόνας καὶ ὅρους, τοὺς ἰδίους ὁρᾶν μητροπολίτας, καὶ τυποῦν ἑαυτοὺς ἔντε καθέδραις, καὶ πανταχοῦ. ἐπεὶ δὲ καί τινες τῶν κατὰ τόπους δυνατῶν ἐν τοῖς τῶν οἴκων εὐκτηρίοις σημαίνειν τε καὶ συνάγειν φιλονεικοῦσι, καὶ ἱερολογίας, καὶ βαπτίσματα, καὶ ἕτερα ἐπιτελεῖν, πατριαρχικοῖς δῆθεν σταυροπηγίοις ἢ καὶ ἐπισκοπικοῖς θαῤῥοῦντες, τὰς καθολικὰς παρατέμενοι, καὶ τῶν ἐπὶ ταύταις συνάξεων καταφρονοῦντες, ἄξιον καὶ περὶ τούτων διορίσασθαι, ὥστε μηκέτι τοιοῦτόν τι συγχωρεῖν τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπους γίνεσθαι. ἀλλὰ τοὺς μὲν ἱερεῖς, τοὺς πλὴν πρὸ λειτουργίας, κἀκείνην τυχὸν ἐν ἑορτῇ, καὶ κατ' ἐπιτροπὴν τοῦ ἐπισκόπου, ἑτέραν ἀκολουθίαν ἱερὰν ἐν εὐκτηρίοις ἐπιτελέσαι τολμήσοντας, καθαιρέσει. τοὺς δὲ μὴ καταδεχομένους τοῦτο τῶν δυνατῶν, ἀναθέματι ὑποβάλλειν. φησὶ γάρ. εἴ τις διδάσκοι τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ εὐκαταφρόνητον εἶναι, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ συνάξεις, καὶ παρὰ τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν ἰδίᾳ ἐκκλησιάζοι, καὶ μὴ σύνοντος παντὸς τοῦ πρεσβυτερίου, ἀνάθεμα ἔστω. Ταῦτα οὕτω συγκεφαλαιωθέντα. καὶ ὁρισθέντα, καὶ ἐπὶ συνεδρίων τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν, Κυριακοῦ, Ἐφέσου. Δημητρίου, Κυζίκου. Κωνσταντίνου, Νικαίας. Θεοδώρου Χαλκηδόνος. Κωνσταντίνου, Σίδης. Ἰωάννου, Μελιτηνῆς. Κωνσταντίνου, Τυάνων. Ἰωάννου, Κλαυδιουπόλεως. Θεοφυλάκτου, Νεοκαισαρείας. Ἰωάννου, Ἰκονίου. Γεωρ-

A rium e mansione expellere: nisi quis indigne se gerere velit, & injustitiam amplecti. Quod si quibus monasteriis ratione priscæ sanctionis alicujus erat injunctum, ut collationem aliquam metropolibus præstarent, sive personis singularibus eam præbendo, sive judicum & exactorum fisci alimentis exhibendis, sive alioquin; atque illa forte deinceps onera contigit aliis esse imposita: statuimus, ut ea collatio sine defraudatione, nec ulla innovatione facta, metropolibus præstetur. Quæcumque vero quadam ex parte commune quid cum metropolibus habent, aut quæ jus aliquæ provinciæ, & permistionis, cum eis copulat, nec ante hac aliquibus jure beneficiario concessa sunt: ea nobis haud placet B ullis personis donari. Immo vero si maxime donata sint, eas donationes irritas, & nullius esse roboris volumus; ipsaque monasteria metropolibus e vestigio, vel episcopatibus restitui. Nam longe dissita, suisque descripta finibus ut donentur; præclare tum patribus qui ante nos exstitere, tum nobis placuit: nullo autem modo ea, quæ metropolitanorum & episcoporum quasi domicilia sunt, & fulcra sustentaculaque sanctarum ecclesiarum: nec nostra id prorsus admittit mediocritas. Per locationis autem contractum, & (verbi gratia) ad annos XX. & IX. monasterium, vel certis pactis metropolim & episcopatum locari; tamquam alienum ab C evangelico mandato, & apostolicis patriisque traditionibus omnino interdicimus: & pariter tum eos, qui hoc audent facere, tum qui, si fiat, negligunt; indignos pontificia perfectione judicamus, & sacrorum canonum adversarios: nec hisce rebus ultionem convenientissimam secundum canones adhibere singulari cum providenta cessabimus. Non n. patiemur, ut sacra illa gratia venalis habeatur, & ipsi consortes eorum simus, qui sacra contra canones profanant, utque lucri caussa dona spiritualia profanorum instar distrahantur. De sessione autem episcoporum sancimus, ut episcopi secundum ordinem suorum metropolitanorum sedeant, D idque in consessibus sacris, & in synodis & in conviviis: neque superiores sedes & primatus studium affectent indignis sese modis inferiorum metropolium episcopi: sed in suos metropolitanos, tamquam in canones & sanctiones quasdam, oculos dirigant; secundum quos in consessibus & ubique sese conforment. Et quoniam alicubi quidam potentes in oratoriis imperium habere, cætusque cogere nituntur, & sacras preces, baptismos, aliaque talia peragere, patriarchalibus scilicet crucium defixionibus aut episcopalibus freti: generales interim ecclesias repudiantes, & coetus, qui in eis habentur, contemnentes: operæ pretium est, de his etiam deE cernere, ut episcopi provinciales tale quid amplius fieri non permittant; sed sacerdotes quidem, qui præterquam ante ministerium sacrum, idque fortasse die feriato; & episcopi permissu aliud quid rei sacræ in oratoriis peragere fuerint ausi, depositioni: potentes autem, qui hoc non amplectuntur, anathemati subiiciens. Hæc enim * canonis verba sunt: Si quis doceat, ædem Dei contemni posse, & qui fiunt in ea congressus: sique seorsum quis extra generalem ecclesiam cœtus cogat, toto * presbyterio non simul præsente: anathema esto. Hæc ita summatim exposita & definita, in que consessibus religiosissimorum metropolitanorum, Cy-

* apostolorum scilicet

* presbyterorum ordine

Cyriaci, Ephesini: Demetrii, Cyziceni, Constantini Niceni: Theodori, Chalcedonensis: Constantini, Sidensis, Joannis, Melitenæ, Constantini, Tyanensis; Joannis Claudiopolitani; Theophilacti, Neocesariensis, Joannis, Joconensis, Georgii, Corinthii; Michaelis, Atheniensis, Theognosti, Mocisii: Constantini, Patrensis; Constantini, Trapezuntii, Joannis, Philippensis, Agapeti Adrianopolitani, Theodori, Camacheni; Constantini, Chonens; Stephani, Cretensis; Nicetæ Hydruntini; Sisinii, Celzenæ, & archiepiscoporum, Nicetæ, Bizyensis; Dyonisii, Præconensii, Nicephori, Ciensis, Strategii, Aproi; Andreæ, Cersonis; Leonis, Brysei; Nicolai, Lemnii, Joannis, Bosporiani; Arsenii, Sugdæensis, monumentis illata consueto plumbeo sigillo corroborata sunt, & data mense Januario, indictionis XI. anni VI CIƆ IƆ XXXVI.

A γίου, Κορίνθου. Μιχαὴλ, Ἀθηνῶν· Θεογνώστου, Μωκισοῦ. Κωνσταντίνου, Πατρῶν. Κωνσταντίνου, Τραπεζοῦντος. Ἰωάννου, Φιλίππων. Ἀγαπητοῦ, Ἀδριανουπόλεως. Θεοδώρου, Καμάχου. Κωνσταντίνου, Χωνῶν. Στεφάνου, Κρήτης. Νικήτα, Ὑδροῦντος. Σισινίου, Κελτζηνῆς· καὶ ἀρχιεπισκόπων, Νικήτα, Βιζύης. Διονυσίου, Προικοννήσου. Νικηφόρου, Κίου. Στρατηγίου, Ἄπρω. Ἀνδρέου, Κερσῶνος. Λέοντος, Βρύσεως. Νικολάου, Λήμνου. Ἰωάννου, Βοσπόρου. Ἀρσενίου, Σουγδαίας· ἐν ὑπομνήμασιν ἐντεθέντα, τῇ συνήθει διὰ μολίβδου σφραγῖδι ἐβεβαιώθη, καὶ ἐπεδόθη μηνὶ Ἰανουαρίῳ, ἐπινεμήσεως ια, ἔτους ς φ λ ς.

B

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

Præside Michaele Cerulario patriarcha

Anno Mundano 6565.

Ind. V. Christi 1052. *habitum.*

MICHAELIS

Exemplum editæ synodalis sententiæ, sub Michaele sanctissimo & universali patriarcha, a Niceta sanctissimo protosyncello & chartophylace magnæ ecclesiæ, anno 6565. 5. Indict. Ne nuptiæ fiant septimo gradu.

C

ΜΙΧΑΗ΄Λ.

Ἴσον τῆς ἐκτεθείσης συνοδικῆς ψήφου ἐπὶ Μιχαὴλ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου παρὰ Νικήτα τοῦ ὁσιωτάτου προτοσυγκέλλου καὶ χαρτοφύλακος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, κατὰ τὸ ς φ * ξ ε ἔτος, τῆς ε ἐπινεμήσεως, Περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι γάμον ἑβδόμου βαθμοῦ.

*al. ξ.

Ex Jur. Græc. Rom. to. I lib. III. pag. 206.

Retulisti sanctissime, ad nostram mediocritatem, cum quidam sobrinis nati, nuptias secum invicem inirent, & in præsenti eas prohibuisse, & quæsisti per litteras an non oporteat eos prohibere, sed permittere ulterius progredi. Nosti vero piissime qualia de nuptiis legunlatores sancivere. Ajunt enim, Inter ascendentes & descendentes in infinitum nuptiæ prohibentur, inter eos autem qui sunt a latere, est quædam prohibitio. Vox, Quædam, opposita ei, quod est in infinitum; particularem inducit prohibitionem. Idque manifestum fit ex iis quæ rursus leges dicunt. Nuptiis conjungi prohibentur, fratres, consobrini, & qui ex iis, nati dumtaxat. Quid hac lege clarius requiri potest? nihil. Quonam modo conabitur quispiam prohibitionem aut permissionem aliam facere supra eam quæ sancita est? Si igitur terminum prohibitionis ex eadem cognatione nuptiarum legislator fixit ad sobrinos usque, & quæ his ulteriora sunt indefinita reliquit, nemo est qui legitimum terminum egredi possit, contrarium n. constituit. Audi etiam expressim permittentem nuptias natorum ex sobrinis. Heres, inquit, scripta sub conditione, si pronepoti propatrui; proavunculive pronepoti nupserit, im-

D E

Ἀνήνεγκας (1) ἱερώτατε πρὸς τὴν ἡμετέραν μετριότητα, ὡς μελλόντων τινῶν τρισεξαδέλφων πρὸς γάμου κοινωνίαν ἀλλήλοις συνέρχεσθαι, πρόσγε τὸ παρὸν ἐκώλυσας τὸν γάμον αὐτός. καὶ ἐζήτησας διὰ γραμμάτων εἰ δέον τοὺς τοιούτους τῶν γάμων μὴ κωλύειν, ἀλλ' ἐπιτρέπειν προβαίνειν. καὶ πάντως οἶσθα θεοφιλέστατε, οἷα περὶ τῶν γάμων οἱ νομοθέται θεσπίζουσι. φασὶ γὰρ, ἐπὶ τῶν ἀνιόντων καὶ κατιόντων εἰς ἀπέραντον ὁ γάμος κεκώλυται, ἐπὶ δὲ τῶν ἐκ πλαγίου ἐστί τις κώλυσις. τὸ γοῦν ΤΙΣ ῥῆμα, ἀντιδιαστελλόμενον πρὸς τὸ ἀπέραντον; μερικὴν εἰσάγει κώλυσιν. καὶ τοῦτο δῆλον ἐξ ὧν καὶ αὖθις οἱ νόμοι φασί. κωλύονται πρὸς γάμου κοινωνίαν ἀδελφοὶ, ἐξάδελφοι, καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν τικτόμενοι μόνον. τί τούτου τοῦ νόμου σαφέστερον ζητήσειε, τις; οὐδέν. καὶ πῶς ἄν τις ἐπιχειρήσειε κώλυσιν ἢ ἄφεσιν ἑτέραν ὑπὲρ τὴν τεθεσπισμένην ποιήσασθαι; εἰ γοῦν τὸν ὅρον τῆς κωλύσεως τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους γάμων ὁ νομοθέτης μέχρι τῶν δισεξαδέλφων ἐπήξατο, καὶ τὰ πορρωτέρω τούτων ἀφῆκεν ἀπεριόριστα, οὐδείς ἐστιν ὁ τὸν νομικὸν ὅρον ὑπερβῆναι δυνάμενος. ἀντινομοθετεῖ γάρ. καὶ ἄκουε τὸν τῶν τρισεξαδέλφων διαῤῥήδην ἐπιτρεπόμενον γάμον. ἡ γραφεῖσα (φησὶ) (2) ὑπὸ αἵρεσιν κληρονόμος, ἐὰν τῷ τρισεξαδέλφῳ γαμηθῇ πληρούτω τὴν αἵρεσιν. οὐ γὰρ αἰσχρός ἐστιν ὁ γάμος. διὰ τί; ὅτι ἀπεσχοίνισται πρὸς τὸν ὄγδοον βαθμὸν ὁ γάμος. εἰ γὰρ

(1) ὁ ἱεράτατος

(2) κληρονόμος ὑπὸ αἱρεσιο τὸν ΕΑΝ ΤΩ͂

γὰρ καὶ τῆς αὐτῆς ῥίζης καὶ τῆς αὐτῆς γονῆς κεκοινωνήκασιν οἱ τῶν δισεξαδέλφων παῖδες, ἀλλ' ἡ τῶν βαθμῶν ἐπίτασις, καὶ ἡ τοῦ νομοθέτου φωνὴ πρὸς ἕνωσιν καὶ αὖθις τὰ γένη καλεῖ, συγχωροῦσα τὸν γάμον. ὁ μὲν γὰρ ἕκτος βαθμὸς καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ πλαγίου καὶ ἐπὶ τῶν ἐξ ἀγχιστείας πάμπαν ἀπείργει τὸν γάμον, καὶ τὸν συστάντα ἴσως διαλύει· ὁ δὲ αὖ ὄγδοος τῶν βαθμῶν, συγκεχωρημένην ἔχει τὴν συνέλευσιν, εἴτε τῶν ἐκ πλαγίου, εἴτε τῶν ἐξ ἀγχιστείας εἰσὶν οἱ γαμοῦντες. περὶ μέντοι τὸν ἕβδομον βαθμὸν τὸ πᾶν περιΐσταται ζήτημα, οὐκ ἄλλως ἢ τῇ νομικωτάτῃ τῶν ἐπιστημῶν διαλυόμενον, καὶ ἀνεπιφθόνῳ φρενὶ διαιρούμενον. ὅσα μὲν γὰρ τῶν συνοικεσίων ἐξ οἰκειότητος, ἤγουν ἐξ ἀγχιστείας, ἀλλήλοις συνημμένων τῶν προσώπων, τῷ ἑβδόμῳ περικλειόμενα βαθμῷ, τὴν σύστασιν λάβῃ, ταῦτα καὶ ἀδιάλυτα μένει· ὡς ἐξ ἀμέμπτων συναφθέντα τῶν γάμων. δύο γὰρ ἐξάδελφοι πρῶτοι πρὸς θείαν μεγάλην καὶ ἀνεψιὰν, ἑτέρας σειρᾶς καὶ γένους ὡρμημένας, τὰ γαμήλια θέμενοι, κατηγοριῶν κατ' αὐτῶν οὐκ ἐπιστήσουσι γραφάς. οἱ μὲν γὰρ πρὸς ἀλλήλους τέταρτον ἐπέχουσι βαθμὸν, οἱ πρῶτοι ἐξάδελφοι. ἡ δὲ θεία τῆς ἀνεψιᾶς τρισὶ διῄρηται βαθμοῖς. καὶ οὕτως ὁ ἕβδομος ἐπὶ τούτοις συναγόμενος βαθμὸς τὴν μέμψιν εἰς τέλος ἐκπέφευγεν, ἰσχναῖς ἐπινοίαις καὶ λεπτοῖς διαλογισμοῖς, διὰ τὴν ἐντολήν. ἐν μὲν τοῖς πρὸ τοῦ ἑβδόμου ἑτέροις βαθμοῖς, ἐναντίος τοῦ σώφρονος ἢ τῶν διῃρημένων γενῶν συνάφειαν, τὸ δέ γε ἐπὶ τῷ ἑβδόμῳ γάμον οὐκ εἴργοντος. τῶν δὲ ἐκ πλαγίου συγγενῶν ὁ τῷ ἑβδόμῳ καταλαμβανόμενος διόλου ἀπείρηται γάμος, καὶ ἀποτρόπαιος εἶναι νομίζεται. οὐδὲ γὰρ ὁ δισεξάδελφος τῇ τοῦ δισεξαδέλφου θυγατρὶ συναρμοσθήσεται πώποτε, ἢ ἡ τοῦ δισεξαδέλφου θυγάτηρ ἐπὶ τὸν τοῦ πατρὸς αὐτῆς ἀναποδίσασα δισεξάδελφον, τοῦτον πρὸς τὸν ἑαυτῆς γάμον καθελκύσει ποτέ. μολυσμὸς γὰρ τοῦτο γένους καὶ φθορὰ, καὶ συγγενείας φυρμὸς, καὶ μῖξις ἀκόλαστος, καὶ τῇ νομικῇ (1) διαστάσει ἀντίθετος. ἐπεὶ οὐδὲ ἡ αὐτὴ πάντως οἰκειότης τῶν ἐξ ἀγχιστείας συνημμένων προσώπων, καὶ τῶν ἐκ τῆς αὐτῆς συγγενείας καὶ τοῦ αἵματος ἀπογεννωμένων. ἵνα καὶ ἕβδομος ἐπ' ἀμφοτέροις βαθμὸς ἐπίσης ἢ συγχωρηθῇ ἢ κωλυθῇ. τῶν μὲν γὰρ ἐκ πλαγίου συγγενειῶν μία ἡ ῥίζα, καὶ πηγὴ μία. κἂν διάφορα τὰ βλαστήματα, καὶ τὰ ῥεύματα μεμέρισται. ὅσαι δὲ τῶν οἰκειοτήτων ἐξ ἐπιγαμιῶν τὴν σύστασιν εἰλήφασι, δύο ξένων γενῶν συνάφειαν ἐπισύρονται, (2) ὥσπερ μετακεντριζόμεναι καὶ συμφυόμεναι ἐξ ἑτέρου γένους πρὸς ἕτερον, τὸν γάμον ἔχουσι κεκωλυμένον. οὐ διὰ θεσμὸν συγγενείας, ἀλλ' ἐκ τῶν νομικῶν διαταγμάτων, καὶ φωνῆς θείας, εἰς ἓν ἐξ ἀρχῆς τὸ θῆλυ συναπτούσης τῷ ἄρρενι. οὐ γὰρ ἐπεὶ ἡ τοῦ ἀδελφοῦ μου γυνὴ, μία ἐστὶ τῷ ἀνδρὶ ταύτης καὶ ἀδελφῷ μου σὰρξ, δὲ λεπτῷ νῷ δὲ νοήματι κἀμοῦ λελόγισται ἀδελφὴ ἡ νύμφη, καὶ τὴν ταύτης ὅλην συγγένειαν εἰς ἓν συναλείφων πρόσωπον, ἀδελφὰς, καὶ συγγενίδας (3) λογίσομαι. ὁδηγεῖ γὰρ ὁ νόμος, τίνας ταύτας τῶν συγγενίδων οὐκ ἄξομαι, καὶ τίσιν ἀμέμπτως προσέλθω. οὔτε γὰρ πρὸς τὴν τῆς νύμφης μου ἀδελφὴν, οὔτε πρὸς τὴν πρώτην ταύτης ἐξαδελφὴν ἢ τὴν θείαν τὴν μείζω, καὶ μέντοι οὐδὲ πρὸς τὴν ἀνεψιὰν γαμικὰ (4) συγγράψω συμβόλαια· ἐπειδὴ ταῖς τοῦ ἕκτου καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν

(1) διὰ ...λαξι

(2) αὖτα ὥσπερ μετεγκεντριζόμεναι

(3) λογίζομαι· ὁδηγεῖ γὰρ με ὁ νόμος τίνας ταύτης τῶν

(4) συνάψω

A pleat conditionem, non enim turpes sunt nuptiæ. Quid ita? quia octo gradibus separantur. Etsi enim eamdem radicem idemque genus communicent sobrinorum filii, graduum intervallum, & legislatoris verba, ad unionem rursus cognationem vocant, connubii jure concesso. Sextus enim gradus & inter eos, qui sunt ex transverso, & inter affines, impedit omnino nuptias, & jam contractas dirimit. Rursus gradus octavus permissam habet conjunctionem, sive ii, qui coeunt, sint a latere cognati, sive affines. Circa septimum gradum omnis consistit quæstio, quæ non aliter, quam juris civilis scientiæ dissolvitur, & sincera mente terminatur. Nam quæcumque conjugia personarum simul coeuntium B ex propinquitate sive affinitate septimo inclusa gradu constiterint, ea indissoluta manent, ut ex inculpatis copulata nuptiis. Duo enim consobrini patrueles ve instrumenta dotalia componentes cum matertera amitave magna, & fratris sororisve filia, progressis ex alia serie & progenie, non imponent sibi accusationes criminum. Nam consobrini quartum a se invicem gradum obtinent: amita autem seu matertera tribus dividitur gradibus a fratribus sororisve filia. Atque ita computatus septimus in his gradus acuta consideratione subtilique ratione, reprehensionem effugit, propter præceptum: cum in aliis quidem gradibus qui septimum præcedunt, C disjunctorum generum connexionem temperans, veniat, septimo autem nuptias non impediat. Cognatorum autem a latere nuptiæ septimo gradu comprehensæ, prorsus vetitæ sunt, fugiendæque censentur. Neque enim sobrinus sobrino nate copulabitur unquam, aut sobrino nata, ad patris sui sobrinum retrocedens, eum ad suas nuptias alliciet umquam. Hæc enim est generis inquinatio & corruptela, & cognationis probrum, ac mistio incontinens, & (a) legali opposita dissidio. Neque n. eadem omnino propinquitas personarum per affinitatem conjunctarum & earum quæ ex eadem cognatione & sanguine progenitæ: ut in utrisque septimus D gradus permissus sit, aut prohibitus. Cognationum n. a latere radix una, unusq. fons, licet diversæ propagines & rivuli distincti intervallis. Quæ n. propinquitates per nuptias constitutæ, duorum diversorum generum conjunctionem trahunt, hæ velut ex alio genere in alind insitæ & coalescentes, prohibitum continent connubium, non jure cognationis, sed legalibus edictis, & divina voce, & in unum copulante ab initio mari fæminam. Non enim quod fratris mei uxor una caro est cum viro suo, fratre meo, & subtili mente ac consideratione, (b) sponsa censetur soror mea, etiam hujus omnem cognationem, in unam personam obliterans, E sorores, & consanguineas reputabo (c). Ostendit enim lex, quas earum non ducam, & cum quibus sine reprehensione coeam. Non enim cum uxoris meæ sorore, vel ejusdem consobrina, aut amita materterave majore: sed nec cum fratris sororis vel filia, dotales conscribam tabulas, quoniam sexti gradus & inferiorum laqueis irretitus sum. At cum sobrinæ, paternæ maternæve hujus filia, vel cum pro patrui, pro avunculi, pro amitæ, pro materteræ nepte, irreprehensibile statuam conjugium. Nam illa ad octavum gradum remota est: hæc autem excedit sextum,

(a) legum constitutioni adversa

(b) nurus

(c) Lex enim manu me ducens ostendit, quas hujus cognatas non ducam

tum, & ad septimum subsistit. Sic patruus vel avunculus & fratris sororis vel filius diversæ cognationis consobrinis immisti, justas constituent nuptias. Intervallo namque legitimo distant inter se, ne ex his cognationem ullo modo comtaminent. Nemo igitur recte dixerit, affinitate conjunctum & cognominatum abusive cognatum, proximiorem aut æqualem esse ei qui est ex genere & sanguine: ut eam ob causam iisdem nuptiarum claudatur finibus, quemadmodum superius explicatum est. Cum enim legislator consobrinorum filios connubio jungi vetuit, & sobrinorum filiis congressionem permisit, nihilque de iis qui sunt in medio statuit, ex vetito & non vetito mentem suam manifestam fecit, ut limites transgredi non oporteat. Nam si sobrinus filiam sobrini amatorie aspiciens, legalem terminum non plane observans, lasciviet: (velut equus ad sui generis animal hinnit) non maritus, sed stuprator ex eo judicatur. Sobrini autem paterni maternive filius, existens extra graduum numerum a legislatore interdictum, si quidem retrocedens sepem egrediatur, & relicta trisexadelphia intra prohibitas insiliat nuptias, & cum patris sobrina flagitiose corrumpatur, insidiose plane (*a*) & latronis more, nec legitimam eam uxorem ducet, & ideo ignominiose ab hac separabitur, & (*b*) qui oscula huic exhibuit, velut quædam dilecta sponsalitia munera prohibitarum nuptiarum ei largietur. Quænam vero hæc sunt? perpetuum dedecus, & illaudata fama. Itaque propter has sordes, & inquinationem confusionemque generis & commistionem cognatici sanguinis, piissime, in iis qui septimi sunt gradus ex transverso nuptiæ non connumerantur, neque a bene sentientibus agnoscuntur, e numero legitimorum conjugiorum religiose explosæ. Sic jurisconsultorum præceptiones volunt: sic antiquissimi sapientum judicum ab initio ad hoc usque tempus de his pronuntiarunt, & hujusmodi nuptiis terminum posuerunt. Talia etiam clarorum magnorumque virorum constituta sunt & constituentur conjugia, & adhuc constituuntur, irreprehensibilem habentia mistionem, & cognationis cruore thorum immaculatum nullo modo inquinantia. Cum autem beatus inter patriarchas dominus Sisinnius inveniret (ut videtur) sua ætate, qui se (*c*) impudenter sexto gradu affinitatis miscerent, & extra reprehensionem esse fratres duos cum duabus consobrinis alterius cognationis, aut cum amita matertera ve majore, & fratris sororisve filia congredi, nec turpes esse videri nuptias, hoc quidem Novella sanctione vetuit: extra hæc autem, cetera indefinita nec prohibita reliquit. Cum enim dixit patruum vel avunculum, & fratris sororisve filium non posse duas sorores accipere, aut duos fratres amitam materteramve, & fratris sororisve filiam: &, quod patriarchæ majus videtur delictum, cum prohibuit duos fratres misceri per nuptias duabus consobrinis: quasi ex his generum oriretur confusio & nominum conturbatio: & hactenus veritas circumscripsit coitiones, nihil amplius de iis exprimens: videtur apertissime sexti quidem gradus & in-

(a) & periculose,

(b) & turpem erga illam amorem abolens, velut

(c) magna cum licentia

A βαθμῶν ἄρκυσι περιείλημμαι. πρὸς δὲ τὴν δισεξαδέλφην ταύτης, καὶ τὴν μικρὰν ἀνεψιάν, ἀνεπιτίμητον θήσομαι τὸ συνοικέσιον. ἡ μὲν γὰρ πρὸς τὸν ὄγδοον ἀπελήλαται βαθμόν. ἡ δὲ ἀνεψιὰ ὑπερβαίνει τὸν ἕκτον, καὶ ἐπὶ τὸν ἕβδομον ἵσταται. οὕτω καὶ θεῖος καὶ ἀνεψιὸς ἀλλοφυέσι πρώταις ἐξαδέλφαις ἐπιμιγνύμενοι, ἔννομον συνιστῶσι τὸν γάμον. χάσματι γὰρ τῷ νομικῷ ἀποδιεστήκασιν ἀλλήλων, τὴν συγγένειαν (1) ἐκ τούτων καταρρυπαίνοντες μηδαμῶς. οὐδεὶς οὖν ὀρθῶς εἴπῃ, τὸν ἐξ ἀγχιστείας συνημμένον, καὶ συγγενῆ καταχρηστικῶς ἐπωνομασμένον, οἰκειότερον ἢ ἴσον εἶναι τῷ ἐκ τοῦ γένους καὶ αἵματος. ἵνα διὰ τοῦτο καὶ τοῖς αὐτοῖς τῶν γάμων στοιχήσῃ τοῖς ὅροις, ὥσπερ καὶ προδιείληπται. ὁ γὰρ νομοθέτης τοὺς τῶν B ἐξαδέλφων παῖδας πρὸς γάμου κοινωνίαν κωλύσας, τοῖς δὲ τρισεξαδέλφοις τὴν συνέλευσιν ἐπιτρέψας, καὶ μή τι περὶ τῶν ἐν μέσῳ διαταξάμενος, ἐκ τοῦ κεκωλυμένου καὶ ἀκωλύτου σαφῆ τὸν ἑαυτοῦ (2) κατέστησε σκοπόν, ὡς οὐ δεῖ παρεκβαίνειν τὸ ὁροθέσιον. (3) ὁ μὲν γὰρ δισεξάδελφος πρὸς τὴν τοῦ δισεξαδέλφου αὐτοῦ θυγατέρα ἐρωτικῶς ἀπιδὼν, ἐπιγαυριάσει, τὸν νομικὸν ὅρον μὴ παραφυλαξάμενος καθαρῶς, ὡς ἵππος ἐπὶ τὸ συγγενὲς ἐχρεμέτισεν, οὐ γαμέτης ἀλλὰ φθορεὺς ἐντεῦθεν κρινόμενος. ὁ δέ γε τρισεξάδελφος, τῶν καταριθμουμένων ἐν κωλύσει τῷ νομοθέτῃ βαθμῶν τυγχάνων ἔξω, εἴπερ ἀναποδίσας ὑπεραναβῇ τὸν φραγμὸν, καὶ τὴν τρισεξαδελφίαν ἀφεὶς, εἴσω τῶν κεκωλυμένων εἰσπηδήσει γάμων, καὶ τῇ τοῦ πατρὸς δισεξαδέλφῃ C παρεισφθαρῇ, ἐπιβούλως ἄρα (4) καὶ λῃστρικῶς καὶ οὐ νομίμως ταύτην γαμήσει. καὶ διὰ ταῦτα ἀτίμως ταύτης διαιρεθήσεται, καὶ τὰ πρὸς ταύτην (5) αἰσχρῶς συντρίψας φίλτρα, μόνα ταύτῃ τῶν ἀπηγορευμένων γάμων, ὥσπερ τινὰ ἕδνα χαρίσεται τὰ ἐξαίρετα. τίνα δὴ ταῦτα; ὄνειδος αἰώνιον, καὶ φήμην οὐκ εὔφημον. διὰ ταῦτα γοῦν τὰ ῥυπάσματα, καὶ τὸν φυρμὸν καὶ τὴν σύγχυσιν τοῦ γένους, καὶ τὴν ἐπιμιξίαν τοῦ συγγενικοῦ αἵματος, θεοφιλέστατε, ἐπὶ τῶν ἐκ πλαγίου τοῦ ἑβδόμου βαθμοῦ οὐ συγκατηρίθμηται γάμος, οὐδὲ τοῖς εὖ φρονοῦσι γνωρίζεται, τῶν ἐννόμων ἐκφυλλοφορούμενος εὐσεβέστατα συνοικεσίων. οὕτω τοῖς νομικοῖς τὰ διατάγματα βούλονται. D οὕτω καὶ οἱ παλαίτατοι τῶν σοφωτάτων δικαστῶν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἄχρι τῶν νῦν καιρῶν περὶ τούτων διετυπώσαντο, καὶ τοιοῦτον τοῖς γάμοις τεθείκασιν ὅριον. καὶ τοιαῦτα περιφανῶν καὶ μεγάλων ἀνδρῶν συνέστη καὶ συστήσονται συνοικέσια, καὶ ἔτι συνίστανται, ἀμώμητον τὴν μῖξιν λαβόντα, καὶ τῷ συγγενικῷ λύθρῳ τὴν ἀμίαντον κοίτην μηδόλως μολύνοντα. ὁ δὲ μακαριστὸς ἐν πατριάρχαις κύριος Σισίννιος, εὑρών, ὡς ἔοικεν, ἐν τοῖς καθ᾽ αὐτὸν χρόνοις (6) ἀναίδην ἐπὶ τῶν ἐξ ἀγχιστείας τοὺς τοῦ ἕκτου μιγνυμένους βαθμοῦ, καὶ ἀνεπιτίμητον ὂν ἀδελφοὺς δύο δυσὶν ἐξαδέλφαις πρώταις ἑτερογενέσιν, ἢ θείᾳ μείζονι καὶ ἀνεψιᾷ συνέρχεσθαι, καὶ τὸν γάμον αἰσχρὸν εἶναι μὴ δοκεῖν. τοῦτο μὲν διὰ νεαροῦ κεκώλυκε E θεσπίσματος, τὰ δὲ ἐκτὸς τούτων ἀφῆκεν ἀπεριόριστα καὶ ἀκώλυτα. εἰπὼν γὰρ μὴ δύνασθαι θεῖον καὶ ἀνεψιὸν δύο ἀδελφὰς λαμβάνειν, ἢ δύο ἀδελφοὺς θείαν καὶ ἀνεψιάν. καὶ, ὃ δοκεῖ μεῖζον ἁμάρτημα τῷ πατριάρχῃ, ἀπειρηκὼς, δύο ἀδελφοὺς δύο ἐξαδέλφαις πρώταις μίγνυσθαι γαμικῶς, ὡς ἐκ τούτου συγχύσεως τῶν γενῶν ἐπισυμβαινούσης, καὶ τῶν ὀνομάτων συμπτώσεως. καὶ μέχρι τούτου τὰς (7) κωλυομένας περιγραψάμενος τῶν συνελεύσεων, καὶ μή τι ἐκ-

φω-

(1) ἐκ τούτου μηδόλως καταρρυπ.

(2) κατεστήσατο

(3) εἰ μὲν γὰρ ὁ δισεξάδελφος

(4) καὶ σφαλερῶς

(5) αἰσχρὰ

(6) ἀνέδην

(7) κεκωλυμένας

ANNO CHRISTI 1052.

φωνήσας ὑπὲρ ταύτας· δοκεῖ σαφέστατα, τὸν μὲν τοῦ ἕκτου βαθμοῦ καὶ τὸν κατωτάτω τούτου γάμων κωλύειν, καὶ μὴ συγχωρεῖν χώραν (1) διαλαμβάνειν, τῶν δὲ ὑπερβαινόντων τὸν ἕκτον ὅρον θεμιτὴν τὴν συνάφειαν ἡγεῖσθαι. ταυτα τοῖς πάλαι νομοθετῶν νομοθέταις, καὶ κανονίζων ἱεροπρεπέστατα. καὶ μᾶλλον πλέον τούτων τον ἐξ ἀγχιστείας περιστέλλων καὶ συσφίγγων γάμον. ὃ γὰρ ἐκεῖνοι μέχρι τετάρτου ἔστησαν βαθμοῦ, ἢ διὰ τὸ εὐπρεπὲς ἀπειρήκασιν, εἰπόντες οὕτως, Οὐ δύναμαι λαμβάνειν τὴν ἐξ ἄλλου τυγατέρα τῆς ἐμῆς γαμετῆς. ἢ τὴν ἐγγόνην, ἢ προεγγόνην. οὐδὲ τὴν γαμετὴν τοῦ υἱοῦ μου, ἢ τοῦ ἐκγόνου, ἢ τοῦ προεκγόνου μου. ἀλλ' οὐδὲ τὴν πενθεράν μου, ἢ τὴν μητρυιάν μου. οὗτος ὁ σοφὸς τὰ θεῖα πατριάρχης, μηδὲ ταῦτα ἢ τἄλλα νομικὰ κωλύματα παριδὼν, ἀλλὰ καὶ τὰ μέχρις ἕκτου βαθμοῦ κωλύσας ἐπεκτεινόμενα, ἐν τούτῳ μόνῳ (2) τὸ κωλυτικὸν ἔθετο ὅριον. ὅπερ παρελθὼν οὐδεὶς τοῦ Χριστωνύμου λαοῦ, ἀνεπιτίμητος ὑποστρέψει ποτὲ, ἀλλὰ τῇ αἰσχύνῃ τὸ πρόσωπον ἐπικαλυψάμενος καταθρηνήσει πολλά. ἅτε γὰρ δικαστηρίοις ἐκ παίδων ἐντεθραμμένος ἐκεῖνος, ὁ καὶ τον χρόνον καὶ τὸν σύνεσιν πολιὸς, καὶ τὰς νομικὰς μὲν ἀνελίττων βίβλους καθ' ἑκάστην, τελευταῖον δὲ καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν καθίσας συνέδριον, καὶ τὰ τῶν θεοφόρων ἀνδρῶν (3) συνελὼν κανονίσματα, καὶ πανταχόθεν τὸ σεμνὸν καὶ τίμιον συλλεξάμενος οὐκ ὤκνησε τῶν συνοικεσίων ἀκριβεστάτην τάξιν ἐκθεῖναι, καὶ τόμον νέον περὶ τούτων συγγράψασθαι, καὶ τοῖς μετ' αὐτον καταλιπεῖν, στηλογραφίαν ὄντως ἀψευδῆ καὶ ἀμώμητον, καθαρὰν τῷ βροτείῳ γένει τὴν ὕπαρξιν τοῦ γένους χαριζομένην, καὶ Θεῷ καθαρωτάτους ταῖς ἐπιμιξίαις καὶ συναφείαις τῶν ἀμέμπτων γάμων τοὺς ἀνθρώπους φυλάττουσαν. ταῦτά σοι, ὦ ἱερώτατε, ὀλίγα ἐξ ὀλιγων πρὸς τὰ παρὰ σοῦ γραφέντα περὶ γάμων ἀναλεξάμενοι καὶ διαχαράξαντες, (4) ἐκπέμπομεν ἐγγράφως.

(1) λαμβάνειν

(2) τὸν κολεύετο ὅρον, ὅνπερ

(3) διεξελθεον

(4) ἐκπεπόμφαμεν ἐγγράφως. σὺ δὲ καὶ πλείονα τούτων τῷ πορimωτάτῳ ἐξευρίσκων τῆς φύσεως, ὡραίῳ τῆς εὐσεβείας στεφάνῳ τὰ περὶ τῶν γάμων ζητηθέντα ὡραϊσον, καὶ οὕτως ὡραιοτάτην πάντως τὴν νυμφικὴν ἀναδείξεις ὑπόθεσιν.

Τοῦτο δὴ τὸ ἴσον τοῦ πατριαρχικοῦ συνοδικῶς ἐκτεθέντος γράμματος ἐκ τῶν ἐναποκειμένων κωδικίων τῷ εὐαγεῖ σεκρέτῳ ἐκβληθὲν, καὶ τῇ αὐτοχείρῳ ὑπογραφῇ καὶ σφραγῖδι Νικήτα τοῦ ὁσιωτάτου πρωτοσυγκέλλου καὶ χαρτοφύλακος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας πιστωθὲν, ἔτι δὲ καὶ ταῖς ὑπογραφαῖς τῶν λογιωτάτων διακόνων καὶ πατριαρχικῶν νοταρίων βεβαιωθὲν, ἐπεδόθη, μηνὶ καὶ ἐπινεμήσει ταῖς προγεγραμμένοις.

A ferioris nuptias vetare, nec concedere locum habere: eorum autem qui fextum gradum excedunt, licitam exiftimare copulam: eadem cum antiquis legillatoribus fanciens, & facra conftituens regula: magis etiam quam hi contrahens & conftringens ex affinitate nuptias. Quod n. illi ufque ad quartum ftiterunt gradum, aut propter honeftatem prohibuerunt, ita dicentes, Non poffum accipere uxoris meæ ex alio filiam, aut neptem, aut proneptem, neque uxorem filii mei, aut nepotis aut pronepotis mei: fed neque focrum meam, vel novercam meam. Hic circa divina fapiens patriarcna, neque has neque alias defpiciens prohibitiones; fed & quæ ad fextum ufque gradum porriguntur
B vetans, in hoc folo prohibitorium pofuit terminum: quem nemo ex Chriftiano populo præteriens, fine cenfura unquam revertetur, fed pudore fuffufus, lugebit plurimum. Nempe educatus ille in foro & judiciis a pueris, qui ætate & prudentia canus, legalefque verfans quotidie libros, tandem in facro conteffu fedes, & divinorum virorum (a) contrahens definitiones, & quod caftum honeftumque undique colligens, exactiffimum conjugiorum ordinem exponere non dubitavit, & novam de his fcribere decifionem, quam pofteris relinqueret, * titulum omnino veracem & irreprehenfibilem, lar-
C gientem hominibus puram generis exiftentiam, eofque Deo confervantes caftiffimos confuetudine & conjunctione nuptiarum culpa carentium. Hæc tibi facratiffime pauca ex paucis ad ea, quæ a te fcripta funt, de nuptiis colligentes & exarantes, (b) mittimus in fcriptis.

Hoc exemplum patriarchalium literarum fynodaliter editarum, prolatum ex codicibus repofitis in fanctiore fecreto, & confirmatum propriæ manus fubfcriptione, & figillo Nicetæ fanctiffimi protofyncelli & chartophylacis fanctiffimæ magnæ Dei ecclefiæ, fubfcriptionibus etiam peritiffimorum diaconorum notariorumque patriarchalium roboratum, datum eft menfe & indictione
D fuprafcriptis.

ANNO CHRISTI 1052.

(a) perlegens.

* indicem

(b) mifimus fcripto comprehenfa. Tu autem his etiam plura per ingenii folertiam, inveniens pulcro pietatis ferto de nuptiis inquifita condecorabis, atque ita hoc de matrimoniis argumentum omnino perpolitum efficies.

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

Sub Joanne Xiphilino

Anno Mundano 6574.

Ind. IV. Christi 1066. habitum.

JOANNIS XIPHILini.

De sponsalibus.

Ex Jur. Græc. Ro. to. I. lib. III. pag. 211.

MEnsis Aprilis die XXVI. feria quarta, indictione quarta, anno VICIƆ IƆ LXXVI. præsidente Joanne, sanctissimo domino nostro & universali patriarcha, ad dexteram cathecumeniorum partem; adsidentibus ei sanctissimis metropolitanis, Cæsariensi, Ephesino, Heracliensi, Ancyrano, Cyziceno, Chalcedonensi, Sebastiensi, Gangreno, Philippensi, Hierapolitano, Cotyaii, Mitylenæo, Chonensi, Nacolinensi: & Archiepiscopis, Maroneæ, Proeconesi, Garellæ, Lemni, Bospori, Gottiæ, Herculano: quum ad extremum venissent etiam Amasenus, Melitenicus, Claudiopolitanus, Iconiensis, Hidruntinus.

Quamvis evidenter & expressis verbis in synodali tomo promulgato a clarissimo patriarcha, domino Sisinnio, de prohibitis & incestis nuptiis, nihil de sponsalibus quoque fit comprehensum: tamen quum jus (a) civile patris atque filii sponsam, filio vel patri omnino conjungi propterea vetet, quod illa novercæ locum habeat, hæc nurus, licet nuptiæ sequutæ non sint: idemque valeat in sponsa filii adoptivi, licet adoptio soluta sit, ut eam pater adoptivus uxorem accipere nequeat, veluti nurum & filii sui conjugem; quum obtinuerit denique in hunc usque diem, ut qui virginem sibi despondenrit, eamque vel morte amiserit, vel repudio, vel consensu, pœnarumque legitimarum præstatione, ac deinde duxerit aliam; neque sacerdos, neque diaconus, aut subdiaconus ordinari possit, quasi qui secundas contraxississe nuptias reputetur: visum est nunc quoque mediocritati nostræ, totique sanctissimæ synodo præsenti, valere in omnibus incestis prohibitisque nuptiis debere, ut non modo si nuptiæ sacræque preces intercesserint, ejusmodi contractus prohibeatur, & illicitus adpelletur, sed & si sponsalia secundum legem peracta sint, nuptiis non impletis, sed morte, vel alio modo solutis, nefas sit alterutri harum personarum, junctæ sibi per cognationem personæ, cujus causa nuptiarum nascitur impedimentum, vel alio quodam modo incestus admittitur, copulari justo legibusque comprobato matrimonio, neve per sacros canones contractus hic vel conjugium nuncupetur, aut ullo modo subsistat: quum legitima sponsalia matrimonii locum & conditionem obtineant. Nam propterea nec absque pœnis hæc dissolvere licet, quum de incestis * regula juris definita, ubi contra-

(a) l. 12. §. 1. D. de rit. nupt. Inst. de nupt §. si uxor.

* l. 5. C. de spons.

’ΙΩΑ΄ΝΝΟΥ ΤΟΥ ΞΙφιλίνου.

Περὶ μνηστείας.

B

ΜΗνὶ ’Απριλλίῳ κ ς, ἡμέρᾳ δ, ἐπινεμήσεως δ, ἔτους ς φ ο δ, προκαθημένου ’Ιωάννου τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῶν κατηχουμενείων, συνεδριαζόντων αὐτῷ πανιερωτάτων μητροπολιτῶν, τοῦ Καισαρείας, τοῦ ’Εφέσου, τοῦ ‘Ηρακλείας, τοῦ ’Αγκύρας, τοῦ Κυζίκου, τοῦ Χαλκηδόνος, τοῦ Σεβαστείας, τοῦ Γάγγρας, τοῦ Φιλίππων, τοῦ ‘Ιεραπόλεως, τοῦ Κοτυαέου, τοῦ Μιτυλήνης, τοῦ Χωνῶν, τοῦ Νακωλείας. καὶ ἀρχιεπισκόπων, τοῦ Μαρωνείας, τοῦ Προικοννήσου, τοῦ Γαρέλλης, τοῦ Λήμνου, τοῦ Βοσπόρου, τοῦ Γοτθίας, τοῦ ‘Ηρακλέος· ἐλθόντων καὶ ἐν ὑστέρῳ, τοῦ ’Αμασείας, τοῦ Μελιτηνῆς, τοῦ Κλαυδιουπόλεως, τοῦ ’Ικονίου, καὶ τοῦ ‘Υδροῦντος.

C

Ει καὶ μὴ προδήλως καὶ κατὰ λέξιν ἐν τῷ ἐκτεθέντι συννδικῷ τόμῳ παρα τοῦ ἀοιδίμου πατριάρχου, κυρίου Σισιννίου, ἐπὶ τῶν κεκωλυμένων καὶ ἀθεμίτων γάμων, διείληπται· καὶ περὶ τῆς μνηστείας. ἀλλ᾽ ἐπεὶ καὶ τὴν τοῦ πατρὸς μνηστὴν, (1) καὶ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ, κωλύει παντάπασιν ὁ (2) πολιτικὸς νόμος τῷ υἱῷ ἢ (3) τῷ ἀδελφῷ ζεύγνυσθαι, διὰ τὸ τὴν μὲν μητρυιᾶς τάξιν ἔχειν, τὴν δὲ νύμφης, κἂν ὁ γάμος μὴ προβέβηκε· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς μνηστῆς τοῦ θετοῦ υἱοῦ, κἂν ἡ (4) θέλησις λυθῇ, μὴ δυναμένου τοῦ θετοῦ πατρὸς ταύτην λαβεῖν, ὡς νύμφην, καὶ τοῦ ἰδίου υἱοῦ γαμετήν. ἐκράτησε δὲ καὶ μέχρι τῆς δεῦρο, τὸν μνηστευσάμενον κόρην, καὶ ἢ θανάτῳ ταύτην ἀποβαλόντα, ἢ διαζυγίῳ, ἢ συναινέσει, καὶ (5) προστίμων καταβολῇ, εἶτα ἑτέραν ἀγαγόμενον, μὴ δύνασθαι ἱερέα, ἢ διάκονον, ἢ ὑποδιάκονον χειροτονεῖσθαι, δίγαμον δηλαδὴ λογιζόμενον. ἔδοξε καὶ νῦν τῇ ἡμῶν μετριότητι, καὶ πάσῃ τῇ ἐνδημούσῃ ἱερωτάτῃ συνόδῳ, τοῦ κρατεῖν ἐπὶ πάντων τῶν ἀθεμίτων καὶ κεκωλυμένων, μὴ μόνον εἰ γάμος καὶ ἱερολογία (6) φθάσει προβῆναι, κωλύεσθαι τε καὶ ἄθεσμον τὸ συνάλλαγμα ὀνομάζεσθαι. ἀλλὰ κἂν μνηστεία κατὰ τὸν νόμον τετέλεσται, γάμος δὲ οὐκ ἀπήρτισται, θανάτῳ δὲ, ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ (7) διαλέλυται, μὴ ἐξὸν εἶναι, θάτερον τῶν προσώπων τῷ κατὰ τὴν συγγένειαν ἡνωμένῳ αὐτῷ προσώπῳ, ἐξ ἧς αἰτίας κώλυμα γίνεται γάμου, ἢ κατὰ ἄλλον τινὰ τρόπον τὸ ἀθέμιτον παρεισάγεται, συνάπτεσθαί τε κατὰ τὸν νόμιμον γάμον καὶ νόμοις ἐγνωσμένον, ἢ θείοις κανόσι τὸ συνάλλαγμα ἢ τὴν συνοίκησιν κεκλῆσθαί τε καὶ ὅλως καθίστασθαι. τῆς νομίμου μνηστείας τοῦ γάμου τάξιν τε καὶ κατάστασιν ἐχούσης. διὸ τοῦτο γὰρ καὶ προστίμων ἄνευ λύεσθαι ταύτην οὐκ ἔξεστιν, ἀλλ᾽ ἐπὶ μὲν τῶν ἀθεμίτων νομικὸς διορίζεται κανὼν, ὡς ἔνθα τὸ συνάλλαγμα νόμοις ἀπρόσδεκτον, ποινὴν ἀπαιτεῖσθαι οὐκ ἔξε-

D, E

(1) τὴν τοῦ υἱοῦ
(2) πρακτικὸς
(3) τῷ πατρὶ
(4) θέσις
(5) νομίμων προστίμων
(6) φθάσῃ συμβῆναι,
(7) διαλύεται

στιν

στιν. ἐπὶ δὲ τῶν ἐῤῥωμένων καὶ νομίμων, ὥσπερ ἐν τοῖς γάμοις, αἱ ποιναὶ ἀντιδίδονται. εἰ μὲν ἐξ αἰτίας δηλονότι τῆς γυναικὸς τὸ διαζύγιον πέμπεται, τοῦ ἀνδρὸς κερδαίνοντος· εἰ δὲ παρ' αἰτίαν τοῦ ἀνδρὸς, τῆς γυναικὸς ἀποφερομένη τὸ κέρδος. οὕτω καὶ ἐν ταῖς μνηστείαις, τῆς λύσεως μετὰ προστίμου συνισταμένης, πρόδηλον ὡς ὁ μνηστείαν συστησάμενος καὶ κατὰ νόμους διαλυσάμενος, εἶτα ἑτέραν ἀγαγόμενος, δίγαμός τε ἐστὶ, καὶ οὕτω νῦν καὶ εἰς τὸ ἑξῆς ὀνομασθήσεταί τε καὶ ἔσται. τὸ δ' αὐτὸ πάντως καὶ ἐπὶ τῶν θηλειῶν. ἐπεὶ τὰ αὐτὰ ἐφ' ἑκατέρας φύσεως οἱ νόμοι κρατεῖν κἂν τοῖς γάμοις κἂν τοῖς ἑτέροις συναλλάγμασι θεσπίζουσι. Διαῤῥήδην τοίνυν ἀποφαινόμεθα, ὅσα καὶ οἷα πρόσωπα, ἀπὸ τῶν πολιτικῶν νόμων, ἢ ἀπὸ τῶν θείων κανόνων, ἢ ἀπὸ τοῦ δηλωθέντος συνοδικοῦ τόμου, ἢ ἀπὸ ἑτέρου τοῦ περὶ τριγαμίας συνοδικοῦ τε ἅμα καὶ βασιλικοῦ θεσπίσματος, εἰς γάμου κοινωνίαν κεκώλυται, τὰ αὐτὰ καὶ ἐπὶ τῶν μνηστειῶν τὴν κώλυσιν (1) ἐναργεστάτην ἔχειν. καὶ μηδὲν εἶναι γάμου τε καὶ μνηστείας διάφορον, εἰς σύστασιν τοῦ θεμιτοῦ καὶ ἐῤῥωμένου.

(1) ἐνεργεστάτην

A ctus legibus interdictus sit, non licere pœnam exigere. In iis autem, quæ jure legibusque valent, quemadmodum in nuptiis, pœna persolvuntur: ut lucrum vir consequatur, si quidem per caussam mulieris repudium mittatur, sin culpa viri, lucrum mulier auferat. Sic & in sponsalibus, siquidem cum pœna consistat eorum dissolutio, manifestissimum est, eum, qui sponsalia contraxit, & secundum leges dissolvit, alia deinceps uxore ducta, digamum esse, atque ita nunc, & in posterum nominatum iri, & futurum. Idem vero & in feminis omnino locum habebit, quum eadem in utroque sexu tam in nuptiis, quam ceteris contractibus obtinere, leges sanciant. Itaque diserte pronuntiamus, quæ B & qualescumque personæ per jura civilia, vel sacros canones, vel indicatum synodalem tomum, vel aliam de tertiis nuptiis synodalem pariter & imperatoriam sanctionem, a consortio matrimoniali arceantur: easdem & in sponsalibus prohibitionem manifestissimam habere, nec ullum esse nuptiarum & sponsalium discrimen in hoc, ut licite justeque contrahantur.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΒΟΤΑΝΕΙΑΤΟΥ.

NICEPHORI BOTANIATÆ.

* ταύτας εὑρήσεις ἐν τῷ ἐφεξῆς βιβλίῳ.

Χρυσόβουλλον, ἐπικυροῦν τὰς συνοδικὰς * ἀποφάσεις, τὰς περὶ τῶν ἀθεμίτων γάμων, καὶ τῆς μνηστείας, γεγενημένας ἐπὶ Ἰωάννου τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου τοῦ Ξιφιλίνου, ὃ μετὰ θάνατον ἐπεβραβεύθη τῇ ἐκκλησίᾳ ὁ ὑποτεταγμένος χρυσόβουλλος λόγος.

C *Aurea bulla confirmans * decreta synodalia, de incestis nuptiis atque sponsalibus, facta sub Joanne Xiphilino, sanctissimo & universali patriarcha, post cujus mortem ecclesiæ subjectum heic scriptum aureæ bullæ fuit oblatum.*

* Ea decreta libro sequente proximo reperies.

Τὸ ταῖς μεγίσταις τῶν διοικήσεων Θεὸν ἀεὶ συνέρχεσθαι, λόγος θεῖος καὶ σοφὸς ἐπεκράτυνε· καὶ οὕτω διεξάγεσθαι τὰ μείζονα τῶν πραττομένων, οἴδαμεν ἅπαντες, καὶ οὐκ ἀμφιβαλλόμεθα. εἰ δὲ τῶν μεγίστων ἔργων τῶν ἐκ Θεοῦ, καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ ζωὴ, καὶ ἡ ἐκ τούτων παιδογόνησις καὶ εἰς τὸν βίον ἐπαύξησις οἰκονομίᾳ γίνεται τῇ ἐξ αὐτοῦ. πολλῷ μᾶλλον ἐκ τῆς τούτου κηδεμονίας καὶ προστάξεως γνωρίζεται ὁ γάμος, ὁ τοῖς νόμοις θεμιτὸς καὶ μὴ ἐκ Θεοῦ χωριζόμενος· ὥσπερ ἄραγε ἀλλότριός ἐστι καὶ ἐθνικὸς, ὁ τῆς αὐτοῦ προστάξεως ἀλλοτριούμενός τε καὶ διαιρούμενος. εἰ γὰρ αὐτὸς ῥητῶς οὑτωσὶ διετράνωσέ τε καὶ ἐξεφώνησε, τοὺς ἐκ Θεοῦ συνηνωμένους παρὰ ἀνθρώπων μὴ χωρίζεσθαι, καθά φησιν ἡ εὐαγγελικὴ καὶ θεία φωνὴ, τίς ἂν ἀπιστήσε, μὴ κατὰ βούλησιν αὐτοῦ κωλύεσθαι τὰ ἀθέμιτα, προβαίνειν δὲ κατὰ τὴν * ψῆφον κατὰ τοὺς θείους καὶ ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας * συνηνωμένα καὶ μὴ κωλυόμενα; ἢ εἴ τις ἀπαυθαδιάσαιτο πρὸς τὰ ἐκ τῆς τῶν θείων νόμων καὶ συνοδικῶν οἰκονομίας καὶ κελεύσεως ἀρίστης οἰκονομούμενα, οὐκ ἄντικρύς ἐστιν ἀντίστασις Θεοῦ καὶ ἀπόστασις τὸ πραττόμενον; ἀλλὰ μὴ οὕτω τὶς μανείη, καὶ τῶν οἰκείων ἐκσταίη φρενῶν, ὡς ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας μείζονος καὶ ἀπαραιτήτου κριτοῦ, ἐκ τῆς ἀντιομίας τοῦ καλοῦ, καὶ πρὸς τὸ χεῖρον μεταφορᾶς. εἰ γοῦν ἅπαντας ὁ θεῖος νόμος καὶ συνοδικὸς καταναγκάζει καὶ μὴ βουλομένους μεταφέρεσθαι πρὸς τὰ κρείττονα, ὡς ἂν μὴ τῆς συνόδου τῆς θείας ψήφου ἐξοστρακίζοιντο, πολλῷ γε μᾶλλον ἄξιόν ἐστι

* ψῆφον αὐτοῦ τὰ κατὰ

* συναινούμενα

Ibid. pag. 121.

Semper in maximis administrationibus Deum intervenire, divino & sapienti verbo confirmatur: atque ita perfici res maximas, quæ geruntur, novimus omnes, minimeque dubitamus. Jam si quidem ex maximis Dei operibus etiam vita hominum est, & eorumdem tam procreatio, quam in hanc D vitam incrementum ab ipsius dispensatione pendet: multo magis ex ejusdem tua cura, tum mandato conjugium agnoscitur, quod legibus licitum sit, nec a Deo rejectum: quemadmodum & alienum, & paganum est, quod ab ipsius mandato recedit atque disjungitur. Si enim ipse tam diserte rem exposuit, ac pronuntiavit; a Deo conjunctos, per homines separari non debere, sicut evangelica divinaque vox illa prodidit: quis neget secundum ipsius voluntatem incestas nuptias prohiberi, deque sententia ejusdem illas habere locum, quæ juxta sacros & ecclesiasticos canones mutuo consensu contrahuntur, & non prohibentur? aut si quis E contumaciter ea reiiciat, quæ de sacrarum & synodalium legum præscripto & jussu optimo geruntur, non id palam fuerit adversari Deo, & ab eo deficere? Verum enim vero ne quis ita furiosus sit, adeoque de potestate exeat, ut in manus majoris & omni exceptione superioris judicis, adversando ei, quod bonum est, & ad malum declinando, incidere velit. Itaque si cunctos divina lex

& sy-

& synodalis, etiam invitos ad meliora traducit, ne per sacram synodi sententiam excludantur: multo magis operæ pretium est, una cum suffragio synodali, & pontificali principem ipsum quoque decernere, quasique se præbere socium & adsessorem in iis, quæ præclare a sanctissimis, & divinissimis pontificibus, ipsoque sanctissimo patriarcha decreta sunt, & recte constituta. Quoniam ergo per sententiam synodalem Aprili mense præterita indictione quarta promulgatam a felicis memoriæ patriarcha, domino Joanne Xiphilino, & a sanctissimis metropolitanis & archiepiscopis, quotquot id temporis ad urbem imperatricem erant, majestas mea didicit, in ea synodo de incestis nuptiis esse cognitum, quonam scilicet pacto prohibitæ nuptiæ secundum sacros canones atque leges inhiberi debeant, & qui vicissim eæ locum habere, quæ secundum leges fiunt, nec synodi judicio vetantur: atque hoc nomine majestati meæ suggestum est, ut ab ea tale decretum confirmetur, ne ab aliquo forte vel metu, vel dolo malo, vel alio quodam modo non laudabili rescindatur: quum ejusmodi res divina sit & pia, preces oblatas exaudivit, & auctoritate principali placentia Deo corroboravit, eaque propter sacræ sanctæ synodo quoque comprobata; ut ne recte olim facta, de novo male subvertantur; neve loco moveantur immota, profanaque (ut ita dixerim) fiant. Sancit enim majestas mea per hoc aureæ bullæ scriptum, ut factum illud a patriarcha pariter & synodo decretum, firmum ratumque sit, nec quisquam id vel nudo verbo in dubium audeat revocare, ac rescindere. Nam qui huic sacræ synodalique sententiæ adversatur, mox ipso facto fidei nostræ gubernacula subvertit, & anathematis factus est reus, abdicatusque a magna ecclesia removetur, velut inhumanus & consceleratus, qui & canonibus adversetur & eosdem rescindat atque convellat. Quippe majestas mea præclare dijudicata gestaque per ipsam synodum obsignans, præsentem hanc auream bullam promulgavit, ad confirmandum & stabiliendum ea: cui bullæ rubris litteris subscripsit, & per eas veritatem clariorem dictans, verum ei sigillum, quasi quoddam aureum corollarium, adpendit. An. mundi VI CIↃIↃ LXXXXVIII, hac ipsa tertia indictione, mense Januario, quo & pia divinitusque constituta majestas nostra subscripsit.

A μετὰ τῆς ψυφοφορίας τῆς συνοδικῆς καὶ ἀρχιερατικῆς καὶ τὸν κρατοῦντα ἐπιψηφίζεσθαι, καὶ ὥσπερ δὴ συμπράττειν καὶ συνεδριάζειν τοῖς καλῶς παρὰ τῶν ἱερωτάτων καὶ θειοτάτων ἀρχιερέων, καὶ αὐτοῦ τοῦ πανιέρου πατριάρχου ψηφισθεῖσί τε, καὶ οἰκονομηθεῖσι καλῶς. καὶ γὰρ ἐπεὶ * διακρίσεως συνοδικῆς τοῦ μακαρίτου πατριάρχου κυρίου Ἰωάννου τοῦ Ξιφιλίνου γεγενημένης κατὰ τὸν Ἀπρίλλιον μῆνα τῆς παρελθούσης δ ἰνδικτιῶνος, ἔτι τε καὶ τῶν τότε ἐνδημούντων κατὰ τὴν βασιλεύουσαν ἱερωτάτων μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων, ἀνέμαθεν ἡ βασιλεία μου, ὅτι συνοδικῶς ἐκρίθη τὰ περὶ τῶν ἀθεμίτων γάμων, πῶς τε ὀφείλουσιν οἱ κεκωλυμένοι κατὰ τοὺς θείους κανόνας καὶ νόμους ἀναχαιτίζεσθαι, B καὶ πῶς προβαίνειν οἱ κατὰ νόμους γινόμενοι, καὶ μὴ συνοδικῶς κωλυόμενοι, καὶ ὑπομνήσθη τούτου ἕνεκεν ἡ βασιλεία μου, ὥστε ἐπικυρωθῆναι παρ᾽ αὐτῆς τὴν τοιαύτην κρίσιν, ὡς ἂν μὴ παρά τινος κατὰ φόβον τυχὸν, ἢ δόλον, ἢ τρόπον ἄλλον οὐκ ἐπαινετὸν ἀνατρέποιτο, καὶ ἦν τὸ πρᾶγμα θεῖον καὶ εὐσεβές· ἐπήκουσε τῆς τῶν αἰτουμένων αἰτήσεως, καὶ ἐπεκράτυνε βασιλικῶς τὰ τῷ Θεῷ * ἀρέσαντα, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ τῇ θείᾳ καὶ ἁγίᾳ συνόδῳ * συνδοξάσαντα, ὡς ἂν τὰ πάλαι πεπραγμένα καλῶς, ἐκκαινῆς κακῶς μὴ ἀναμοχλεύοιντο, καὶ * ἀκίνητα μετακινοῖντο, καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀνίερα * γίνοιντο. Διορίζεται γὰρ ἡ βασιλεία μου διὰ τοῦ παρόντος χρυσοβούλλου λόγου, τὴν γενομένην πατριαρχικὴν καὶ συνοδικὴν κρίσιν βεβαίαν εἶναι, καὶ μὴ παρά C τινος ἄχρι καὶ ψιλοῦ τοῦ λόγου τολμᾶσθαι ἀνακρίνεσθαί τε καὶ ἀνατρέπεσθαι. αὐτόχρημα γὰρ, ὁ ἀντιπίπτων ταύτῃ τῇ θείᾳ καὶ συνοδικῇ κρίσει, τῆς ἡμετέρας πίστεως προσανατρέπει τοὺς οἴακας, καὶ ἀναθέματι καθυποβέβληται, καὶ ἀποκήρυκτος παρὰ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀποκαθίσταται, καὶ ἀντιπράττων τοῖς κανόσι, καὶ ἀνατρέπων τούτους καὶ διασαλεύων, ἀπάνθρωπός τε καὶ * παρανομώτερος. Καὶ γὰρ ἐπισφραγίζουσα ἡ βασιλεία μου τὰ κεκριμένα καλῶς καὶ οἰκονομηθέντα συνοδικῶς, καὶ τὸ παρὸν ἐξέθετο χρυσόβουλλον, εἰς ἐπικύρωσίν τε καὶ στερεότητα, ὑποσημηναμένη ἐν αὐτῷ δι᾽ ἐρυθρῶν γραμμάτων, καὶ διὰ τούτων τὴν ἀλήθειαν φανωτέραν ὑπαγορεύουσα, κορωνὴν ὥσπερ δή τινα χρυσῆν, τὴν D ἀληθῶς σφραγίδα τούτῳ ἀπαιωρήσασα, ἐν ἔτει τῷ ς φ π η, τῆς παρούσης τρίτης ἰνδικτιῶνος, τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, ἐν ᾧ καὶ τὸ ἡμέτερον εὐσεβὲς καὶ θεοπρόβλητον ὑπεσημήνατο κράτος.

*διακρίσεως
* ἀρέσκοντα
*συνδόξαντα,
* ὡς εὐκίνητα μετ.
*γίγνοιντο
* παρανομώτατος

CON.

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

Sub Joanne Xiphilino Patriarcha

Anno Mundano 6575.

An. Christi 1067.

ἙΤΈΡΑ ΣΥΝΟΔΙΚῊ

ἀπόφασις

Περὶ μνηστείας.

Μηνὶ Μαρτίῳ ιθ, ἐπινεμήσεως δ, ἔτους ς φ ο ε, προκαθημένου Ἰωάννου τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, ἐν τῷ μικρῷ σεκρέτῳ, συνεδριαζόντων αὐτῷ καὶ τινῶν ἀρχόντων συγκλητικῶν, πρὸς τούτοις δὲ (1) πανιερωτάτων μητροπολιτῶν, τοῦ Καισαρείας, τοῦ Ἡρακλείας, τοῦ Νικαίας, τοῦ Χαλκηδόνος, τοῦ (2) Τιτάνων τοῦ Νεοκαισαρείας, τοῦ Ἀμωρείου, τοῦ Κοτυείου, τοῦ Ἀμάστριδος, τοῦ Κελεσηνῆς, τοῦ Κολωνείας, καὶ ἀρχιεπισκόπων, τοῦ Σηλυβρίας, τοῦ Ῥωσίου, καὶ τοῦ Γοτθίας.

(1) θεοφιλεστάτων

(2) τυάνων

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῶν συγκλητικῶν ἁπάντων ὑποχωρησάντων, ἐλθόντος δὲ καὶ τοῦ μητροπολίτου Πατρῶν, καὶ συγκέλλου Νικήτα, προετέθη τὸ τῆς μνηστείας ἀμφιβαλλόμενον. εἴγε χρὴ ἐν τοῖς γαμικοῖς συναλλάγμασιν, ἔνθα συγγενείας ἐστὶ νόμος, κώλυσιν ἐπάγων, ἀντὶ γάμου ταύτην λογίζεσθαι· καὶ ἢ ἐπιτρέπεσθαι τὸ μετὰ τοῦτο μέλλον προβῆναι συνοικέσιον, ἢ ἀποτρέπεσθαι, ὡς ἄθεσμόν τε, καὶ νόμοις ἐναντιούμενον, καὶ θείοις κανόσι προσκόπτον. καὶ ἠρωτήθησαν οἱ παρουσιάζοντες ἅπαντες πανιερώτατοι ἀρχιερεῖς, καὶ εἶπον κοινῇ γνώμῃ κατὰ τὸ ἀναμφίβολον, κωλυτέον εἶναι τὸ συνάλλαγμα, ἔνθα μνηστείας προβάσης, καὶ γάμου μὴ ἐπακολουθήσαντος, πρός τι πρόσωπον ἢ ἀπὸ συγγενείας, ἢ ἀπὸ ἀγχιστείας προφανοῦς εἰργόμενον, μέλλει ἕτερον τελεσθῆναι συνάλλαγμα· τοῦτο μὲν τοῦ ἐνενηκοστοῦ ὀγδόου κανόνος τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου, οὕτω κατὰ ῥῆμα διαλαμβάνοντος. ὁ τὴν ἑτέρῳ μνηστευθεῖσαν ἔτι τοῦ ἀνδρὸς ζῶντος εἰς γάμον (3) ἀγόμενος, τῷ τῆς μοιχείας ὑποκείσθω ἐγκλήματι. (εἰ γὰρ μὴ ἐλογίζοντο οἱ θεῖοι πατέρες τὴν μνηστείαν εἰς γάμου τάξιν, ἀλλ' ἄλλό τι, πῶς ἂν μοιχείας ἐγκλήματι τὸν συναπτόμενον τῇ ἕτερον μνηστευσαμένῃ ὑπέβαλον; πρὸς ὕπανδρον γὰρ προδήλως ἡ μοιχεία πλημμελεῖται, καὶ ἀδιάφορον οἱ κανόνες τὸν τῶν ἐπιτιμίων λόγον καὶ τρόπον ἐπί τε τῆς μοιχείας καὶ τῆς πορνείας οὐ τίθενται) τοῦτο δὲ καὶ τοῦ πολιτικοῦ νόμου ἐν τῷ ε τίτλῳ τοῦ κη βιβλίου τῶν Βασιλικῶν οὕτω λέγοντος. τὴν τοῦ πατρός μου, ἢ (4) τοῦ ἀδελφοῦ μου μνηστὴν οὐ δύναμαι λαμβάνειν, κἂν γαμεταὶ αὐτῶν οὐ γεγόνασιν. ἡ μὲν γὰρ μητρυιᾶς, ἡ δὲ νύμφης τάξιν ἐπέχει. καὶ μετά τινα κεφάλαια. κἂν πολλὰς ἔσχεν ὁ πατήρ μου, οὐδεμίαν αὐτῶν λαμβάνω. οὐδὲ μητέρα τῆς ποτέ μου μνηστῆς. γέγονε γάρ μου πενθερά. Δῆλον οὖν καὶ ἐπὶ τούτου, ὡς ἀντὶ γάμου τὴν μνηστείαν οἱ νομοθέται ἔθεντο, καὶ ἄθεσμον τὸ συμβαῖνον ἡγήσαντο, καὶ μὴ οἷόντε συνάπτεσθαι ἐθέσπισαν. καὶ ταῦτα ἐπὶ ἀγχιστείας. μετὰ γὰρ τὸ ἀριθμήσασθαι τὰς ἐξ αἵματος κωλύσεις, ἐπάγουσιν. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι. οὓς διὰ θεσμὸν συγ-

(3) ἀμφίβολον

(4) ἀναγόμενος

ALTERA SYNODALIS

sententia

De sponsalibus.

B Mensis Martii die XIX. indictione IV. anno VICIↃ IC LXX. præsidente Joanne, sanctissimo domino nostro, & universali patriarcha, in minore secreto, adsidentibus ipsi magistratibus quibusdam ordinis senatorii, præterque hos sanctissimis metropolitanis, Cæsariensi, Heracliensi, Nicæno, Chalcedonensi, Tyanensi, Neocæsariensi Amoriensi, Cotyaii, Amastridis, Celesenæ, Coloniensi: & archiepiscopis, videlicet archiepiscopo Selybriæ, Rusii, & Gotthiæ. Jus Græc. Rom. to. I. p. 212.

Eodem die, quum omnes ordinis senatorii proceres abscessissent, & advenisset metropolitanus Patrensis, & Nicetas syncellus, C de sponsalibus est proposita quæstio: num scilicet in contractibus nuptialibus, ubi cognationis lex impedimentum adfert, sponsalia pro nuptiis habenda sint; ut vel permittatur, quod subsequuturum est, conjugium; vel prohibeatur, tamquam illicitum, & legibus contrarium, & in sacros canones impingens. Interrogati vero cuncti, qui coram aderant, sanctissimi pontifices, communi sententia de quæstione controversa responderunt, ejusmodi contractum prohibendum esse, quoties celebratis sponsalibus, nec sequutis nuptiis, cum persona quapiam vel ob cognationem, vel ob adfinitatem manifestam vetita, contractus alius instituitur: partim, D quod nonagesimus octavus canon sanctæ universalis sextæ synodi sic ad verbum statuat; QUI ALII DESPONSATAM, viro adhuc superstite, duxerit uxorem, adulterii crimine tenetor: (quippe nisi patres illi divini sponsalia loco nuptiarum habuissent, sed pro re quadam diversa; quonam modo adulterii crimen impegissent ei, qui cum desponsata cum altero matrimonium contrahit? Nam haud dubie cum nupta committitur adulterium, nec citra discrimen eamdem poenarum rationem ac modum tam in adulterio, quam in scortatione, canones statuunt) partim, quod & jus civile titulo v. libri XXVIII. Basilicorum, in hanc sententiam loquatur. E Patris (*a*) fratrisve mei sponsam, uxorem ducere non possum, licet eorum uxores non fuerint. Nam illa novercæ, hæc nurus locum habet. Item, post capita quædam (*b*) Quamvis multas pater meus habuit, nullam earum duco (*c*) nec matrem sponsæ quondam meæ, quippe mea socrus fuit. Igitur & in hoc perspicuum est, legum conditores habuisse sponsalia pro nuptiis, & illicitum (*d*) existimasse, quod consequitur, sanxisse que, non posse conjungi, atque hæc de adfini-

(a) filii vel 12. §. 1. D. de rit. nupt.

(b) l. 14. §. nunc videamus D. de eod.

(c) d. l. 14. §. ult.

(d) existimasse hunc casum

ANNO CHRISTI 1067.

finitate, nam post enumerata sanguinis impedimenta, subiiciunt: Sunt & aliæ nuptiæ, quæ non ob jus cognationis, sed propter adfinitatem non procedunt, & in hujusmodi impedimentorum enumeratione, prædicta quoque capita collocantur. Ac præsentes una sanctissimi pontifices in hanc canonicam legalemque sententiam consenserunt, ita se sentire ac dicere professi, nec diversum quid se vel cogitatione, vel facto probare, velut una voce pronuntiarunt: quandoquidem & in renuntiationibus ad sacerdotium, ita se tum facere, tum manus imponere dicerent ut quum quis aliqua sibi desponsata, nec matrimonio copulata, quocumque modo eam deserens, aliud deinde legitimum matrimonium contraxerit; nec sacerdos ordinetur, nec forte per ignorantiam ordinatus, quidquam fructus inde referat; sed sacerdotio, veluti digamus, excidat. Nam & qui desponsatam alii duxerit, ad sacerdotii gradum adscendere prohibetur. Sic se tum judicare, tum dicere, pariter omnes (*a*) deposuerunt; & sic ab omnibus faciundum pronuntiarunt.

(a) testati sunt

A γχιστείας, διὰ τὴν ἀγχιστείαν μὴ προβαίνοντες. καὶ ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν τοιούτων κωλυμάτων, συντάττονται καὶ τὰ εἰρημένα κεφάλαια. καὶ οἱ συμπαρόντες (1) πανιερώτατοι ἀρχιερεῖς τῇ τοιαύτῃ κανονικῇ τε καὶ νομικῇ γνώμῃ ὁμογνωμόνησαν, καὶ οὕτω φρονεῖν τε καὶ λέγειν ἀνωμολόγησαν, καὶ μηδέν τι ἐναντίον φρονεῖν ἢ πράττειν, (2) ὁμοφώνως ἐξεῖπον ἐπεὶ καὶ ἐν ταῖς εἰς ἱερωσύνην παραγγελίαις οὕτω ποιεῖν καὶ χειροθετεῖν ἔφασαν, ὡς ὅτε τις μνηστευσάμενος τινὰ, καὶ μὴ κατὰ γάμον συναφθεὶς, ἀποσταίη ταύτης οἱῳδήποτε τρόπῳ, εἶτα ἑτέρῳ νομίμῳ γάμῳ συναφθῇ, οὔτε ἱερέως χειροτονίαν δέχεται, οὔτε χειροτονούμενος ἴσως ἐξ ἀγνοίας ὠφέλειαν τινὰ ἔχει, ἀλλὰ τῆς ἱερωσύνης, ὡς δίγαμος, ἀλλοτριοῦται. ἐπεὶ καὶ τὴν ἑτέρῳ μνηστευθεῖσαν εἴ τις ἀγάγηται, B εἰς ἱερωσύνης βαθμὸν ἐμποδίζεται ἀναβαίνειν, οὕτω καὶ γινώσκειν καὶ λέγειν ὁμοῦ πάντες κατέθεντο, καὶ οὕτω πράττεσθαι ἐκ παντὸς χρεὼν, ἐξεφώνησαν.

(1) Θεοφιλέστατοι
(2) ὁμοφρόνως

De clericis caussas agentibus.

Subnotatio patriarchæ, domini Joannis, sic habet.

Ibid. pag. 213.

MEnse Februario, XVI. die, III. C indictione. Cum multos ecclesiasticos & monachos videremus alienas caussas subeuntes, & pro iis decertantes, qui in civilibus & ecclesiasticis judiciis litigant; ab ecclesiastica consuetudine, & legum gravitate quod fiebat, alienum judicantes statuimus ut nemo deinceps, nec monachus, nec ullus ecclesiasticus, alienas (*b*) causas suscipiens in judicio defendat. Id enim est aperte mercenaria opera: & nemo tale quid agens, nostræ (*c*) moderationis supplicium effugiet: præterquam si forte cum sit caussa ecclesiastica, a nobis jubeatur alterutrius litigantium partis defensionem suscipere. Tunc enim præterquam quod erit reprehensionis D expers, in pœnam quoque non cadet. Præsens autem subnotatio omnibus quoque civilibus judicibus legi jussa est: ut cum nostri decreti scientiam habuerint, eos omnino non admittant ad ullorum causas agendas.

(b) actiones
(c) mediocritatis

Περὶ κληρικῶν συνηγορούντων.

Τὸ σημείωμα τοῦ πατριάρχου κυρίου Ἰωάννου ἔχει οὕτω.

MΗνὶ Φεβρουαρίῳ ϛ, ἡμέρα γ, ἐπινεμήσεως η. Πολλοὺς τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ μοναχῶν καθορῶντες ὑποθέσεις ἀλλοτρίας ὑποδυομένους, καὶ ὑπεραγωνιζομένους τῶν δικαζομένων ἐν πολιτικῷ καὶ ἐκκλησιαστικῷ δικαστηρίῳ· ἀλλότριον τῆς ἐκκλησιαστικῆς συνηθείας, καὶ τῆς τῶν νομίμων ἀκριβείας τὸ πραττόμενον κρίναντες, διοριζόμεθα, μηκέτι τοῦ λοιποῦ μή τε μοναχὸν μήτε τῶν τινὰ ἐκκλησιαστικῶν ἀλλοτρίας ἀγωγὰς ὑπεισερχόμενον, ἐν δικαστηρίῳ συνηγορεῖν· ἐργολαβία γὰρ ἄντικρυς τοῦτο· καὶ οὐκ ἄν τις τοιοῦτόν τι διαπραττόμενος, τὴν ἀπὸ τῆς ἡμῶν μετριότητος ἐπιτίμησιν διαφεύξηται· πλὴν εἰ μή πως ἐκκλησιαστικῆς ὑποθέσεως οὔσης, κελευσθείη πὰρ ἡμῶν ὑπεραγωνίζεσθαι θατέρου μέρους τῶν δικαζομένων. τηνικαῦτα γὰρ D ἕξει σὺν τῷ ἀμέμπτῳ καὶ τὸ ἀνεπιτίμητον. τὸ δὲ παρὸν σημείωμα ὑπαναγνωσθῆναι ὡρίσθη καὶ πᾶσι τοῖς πολιτικοῖς δικασταῖς· ἵνα ἐντεῦθεν εἴδησιν λαβόντες τοῦ ἡμετέρου διορισμοῦ, μὴ προσδέχωνται τοὺς τοιούτους εἰς τὸ τισὶν ὅλως συνηγορεῖν.

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

Sub Eustratio Patriarcha Constantinopolitano

Anno Christi 1081.

ΕΥΣΤΡΑΤΙΟΥ.

Περὶ δύο δισεξαδέλφων, λαβόντων μητέρα καὶ θυγατέρα, καὶ λυθέντος τοῦ δευτέρου συνοικεσίου, ὡς ἀνόμως συστάντος.

ΠΡοκαθημένου Εὐστρατίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου ἐν τῷ μικρῷ σεκρέτῳ, συνεδριαζόντων αὐτῷ, Πέτρου τοῦ περιφανεστάτου Πρωτοσπαθαρίου καὶ ἐπάρχου, καὶ θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν, τοῦ Νεοκαισαρείας, τοῦ Σεβηρίνης, τοῦ Χωνῶν, καὶ ἀρχιεπισκόπου τοῦ Ζικχίας, καὶ πολιτικῶν ἀρχόντων, πόθου Πρωτοσπαθαρίου καὶ μεγάλου οἰκονόμου, Θεοδοσίου Πρωτοσπαθαρίου καὶ οἰκονόμου τῶν εὐαγῶν Ἰωάννου Πρωτοσπαθαρίου καὶ Χαρτουλαρίου, τοῦ γενικοῦ τοῦ ἐπὶ τῶν δεήσεων, Βασιλείου Σπαθαροκανδιδάτου καὶ συμπόνου, καὶ Ῥωμανοῦ ἀσηκρῆτις καὶ σκρίβα, καὶ Λέοντος ἀσηκρῆτις καὶ λογοθέτου τοῦ Πραίτωρος, εἰσήχθη ὅ, τε Μαλακηνὸς, καὶ ὁ Βάρδας, καὶ ὁ Θεόδωρος, οἱ Ἑλλαδικοὶ, Πρωτοσπαθάριοι, ἐπιφερόμενοι καὶ γράμματα τοῦ, τε μητροπολίτου Ἀθηνῶν, καὶ τοῦ μητροπολίτου Θηβῶν, καὶ τοῦ ἐπισκόπου Εὐρίπου. ὧν εἰς ἐπήκοον τῆς ἱερᾶς συνόδου καὶ τῶν συνεδριαζόντων πολιτικῶν δικαστῶν ἀναγνωσθέντων, ἐπεὶ περὶ ἀθεμιτογαμίας διελάμβανον γεγονυίας παρά τε Εὐθυμίου τοῦ Καπουλῆ, καὶ Μαρίας τῆς θυγατρὸς Βάρδα Πρωτοσπαθαρίου καὶ ταξιάρχου, οἷα δύο δισεξαδέλφων, μητέρα καὶ θυγατέρα εἰς γάμου κοινωνίαν λαβόντων· ὡρίσθη, τόν τε γάμον ἀθέμιτον ὄντα ἀκυρωθῆναι, καὶ διαζύγιον περὶ αὐτὸν γενέσθαι. μὴ μέντοι εἰς ἀμφότερα τὰ μέρη, ἀλλ' εἴς τε τὸν Εὐθύμιον καὶ τὴν Μαρίαν, ὡς ἔσχατον καὶ μετὰ τὸν πρῶτον γάμον συναφθέντων αὐτῶν. πλὴν μέντοι ἀνεύθυνα διατηρεῖσθαι εἰς τὰ πρόστιμα τὰ τοιαῦτα πρόσωπα, ὡς συνοδικῶς τοῦ διαζυγίου προβαίνοντος. ἀποκαρῆναι δὲ τὴν Μαρίαν ἔν τινι τῶν κατὰ τόπον μοναστηρίων.

EUSTRATII.

De duobus sobrinis, qui matrem & filiam duxerant; deque diremto posteriore matrimonio, tamquam illicite contracto.

PRæsidente sanctissimo patriarcha Eustratio, in minore secretario, adsidentibus ei, Petro illustrissimo Protospathario & præside; ac religiosissimis metropolitanis, Neocesareæ, Severinæ, Chonarum, & archiepiscopo Zecchiæ, civilibusque magistratibus, Potho protospathario & magno oeconomo Theodosio protospathario & oeconomo religiosorum, Joanne protospathario & Chartulario, præfecto * Generalis, & libellorum supplicum magistro Basilio Spatharocandidato & Coauditore, Romano a secretis ac scriba, Leone a secretis & Logotheta Prætoris, introducti sunt Malacenus, Bardas, Theodorus, Helladici, protospatharii, ferentes secum litteras metropolitani Athenarum, & metropolitani Thebarum, & episcopi Euripi. Quibus audiente sacra synodo, & adsidentibus ei civilibus judicibus perlectis; quoniam in eis de illicito matrimonio continebatur, contracto per Euthymium Capulen, & Mariam Bardæ Protospatharii militumque Tribuni filiam, quo sane duo sobrini, matrem atque filiam in matrimonii societatem accepissent: sancitum est, ut & hæ nuptiæ, tamquam nefariæ, pro nullis habeantur; & divortio solvantur. Non tamen hoc in utraque parte locum habeat, sed in Euthymio & Maria, velut qui postremi, adeoque prioribus illis nuptiis peractis, in matrimonium coiverint. A poenis tamen immunes hæ personæ serventur, quandoquidem de synodali sententia divortium hoc fiat. Simul Maria tonsa, quoddam in monasterium ejus loci tradatur.

Ibid. pag. 268.

* scilicet ratiocinii, vel

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

Sub Nicolao Patriarcha

Anno Christi 1086.

ΝΙΚΟΛΑΟΥ.

Περὶ τῶν κανονικῶν.

ΜΗνὶ Νοεμβρίῳ, ιε, ἐπινεμήσεως ι, προκαθημένου Νικολάου τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου ἐν τῷ μικρῷ σεκρέτῳ, συνεδριαζόντων αὐτῷ τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν, τοῦ Ἀγκύρας, τοῦ Κυζίκου, τοῦ Κλαυδιουπόλεως, τοῦ Χριστιανουπόλεως, τοῦ Ῥωσίας. καὶ ἀρχιεπισκόπων, τοῦ Λεοντοπόλεως, τοῦ Σουγδαίας, τοῦ Ῥωσίου. παρισταμένων καὶ δεσποτικῶν ἀρχόντων.

Ὤοντο μὲν τινες τῶν κατὰ χώραν θεοφιλεστά-

NICOLAI.

De præstatione canonicorum.

MEnse Novembri, die XV. indictionis X. præsidente Nicolao sanctissimo & universali patriarcha, in minore secretario, adsidentibus ei religiosissimis metropolitanis, Ancyrano, Cyziceno, Claudiopolitano, Christianopolitano, Rosiæ; atque item archiepiscopis, Leontopolitano, Sugdaiæ, Rosii, adstantibus & dominicis (a) magistratibus.

Existimabant quidem nonnulli per provinciam religiosissimi episcopi, se non parum ex sy-

Ibid pag. 269.

(a) officialibus

ANNO CHRISTI 1086.

ſynodali præcepto, quod olim de canonici A præſtatione ſub beatæ memoriæ patriarcha, domino Alexio, fuit expoſitum, damni percipere; veluti quod factis deinceps ſacris & imperatoriis ad orbis univerſi civitates ſanctionibus, per aureas bullas munitis, adverſari videretur: quatenus illud decretum ſynodale canonici nomine nummum aureum unum a ſacerdote dumtaxat exigendum ſtatuit, diaconis & ſubdiaconis nihil præbentibus; & a quolibet eorum, qui ordinantur, ſi lector ſit, nummum aureum unum; ſi diaconus, nummos tres ſimiles; ſi presbyter, alios tres nummos conſimiles ſumendos alimenti nomine decernit ab eo qui ordinat: quandoquidem ſi maxime mercedem, non tamen & vivendi ſumtus excludit evangelium. B Aureæ vero bullæ piis a principibus promulgatæ, tum adpendicem quamdam invenere deinceps ad ea, quæ ab ordinandi præſtantur; tum debitas a laicis primitias, canonici nomine iis indito, ſtatuerunt ab eorum quolibet exigendas, pro modo facultatum cujuſque, ac reverendiſſimis ſacerdotibus præſtandas. Sed quum in ſynodo hi comparuiſſent, & imperatorias ſanctiones in medium propoſuiſſent, prætereaque vetuſtiora decreta ſynodalia relegi petiiſſent: nullum eis paruit in exactione canonicorum præjudicium inde adferri. Quippe ſynodalia quidem decreta exactionem canonici a laicis prohibere videntur, dum mentionem horum C nullam faciunt, veluti ſacris litteris interdictorum. Quæ autem nulla prohibitione vetantur, quonam pacto ſi fiant, adverſationi cauſſam aliquam præbebunt? At vero ſacratiſſimi principes temporis (uti quidem adparet) ratione habita, & honori pontificibus exhibendo, per oblationem rerum, occaſionem præbentes, etiam laicos præſtationi hujus obnoxios eſſe voluerunt. Eaque de cauſa viſum eſt æquiſſimum eſſe, utrimque pontifices, tam a ſacerdotibus quam laicis, canonici nomine ſancita ferant; quandoquidem ſtipendiis propriis, ſecundum divinum illum apoſtolum, nemo militat. Sed & paſtor aliquis, paſtoriciam faciens, lacte veſci non D vetatur: & qui vineam plantat, de fructu decerpere non prohibetur. Præterea lex etiam vetus conjici fructuum partem in quaſillum jubet, & in Dei templum deportari: ubi de manibus offerentis ea ſacerdos accipiat, & ex adverſo altaris collocet, votisque conceptis benedicat: quibus peractis, benedictus ille futurus ſit, qui obtulit, una cum domo ſua, & fundo, & reliquis facultatibus. Quod ſi hæc illorum talia, quo pacto non majorem iſta benedictionem conſequentur? quum divina ſacroſanctior ſit, atque perfectior. In hunc ergo modum quum prius indicatum ſynodale decretum, & inſequuta imperatoria ſacra ſanctio, in nullo E inter ſe diſcrepent; ſtatutum eſt, ut præter hæc nihil aliud fiat: ſed quæcumque præceptum eſt a ſacerdotibus ſolvi, ea ſolvantur; ſi nummi ſint, in nummis, ſin autem, in proportionali quantitate rerum ſanctionibus imperatoriis expreſſe inſertarum; nec his amplius aliquid nomine alimentorum illius, qui ordinat, ab ordinando expendetur. Quæcumque vero requiruntur a laicis, ſol-

ANNO CHRISTI 1086.

A τῶν ἐπισκόπων ἐκ τοῦ συνοδικοῦ ἐπιςάλματος, ὃ πάλαι μὲν περὶ τῆς τοῦ κανονικοῦ δόσεως ἐπὶ τοῦ Μακαρίτου πατριάρχου, κυροῦ Ἀλεξίου ἐξετέθη, οὐ μικρῶς καταβλάπτεσθαι, ὡς ταῖς μετέπειτα γενομέναις θείαις καὶ βασιλικαῖς κατὰ τὰς πάσης τῆς οἰκουμένης πόλεις ἐναντιοῦσθαι δοκοῦντος χρυσοβούλλοις διαταγαῖς. παροσον τὸ μὲν συνοδικὸν ὑπὲρ κανονικοῦ, νόμισμα ἓν χρυσοῦν ἐκ μόνου τοῦ ἱερέως εἰσπράττεσθαι διορίζεται, τῶν διακόνων καὶ ὑποδιακόνων μηδέν τι παρεχομένων. καὶ ἀφ᾽ ἑκάςου τῶν χειροτονουμένων, εἰ μὲν ἀναγνώςης εἴη, νόμισμα ἓν χρυσοῦν. εἰ δὲ διάκονος, νομίσματα τρία ὅμοια. εἰ δὲ πρεσβύτερος, ἕτερα νομίσματα τρία ὅμοια, τὸν χειροτονοῦντα ὑπὲρ διατροφῆς λαμβάνειν διατάττεται. ὅτι μηδὲ ἀδάπανον, κἂν ἄμισθον ἐςὶ τὸ B εὐαγγέλιον. οἱ δὲ παρὰ τῶν εὐσεβῶν τεθέντες χρυσόβουλλοι λόγοι, προσθήκην τέ τινα τοῖς παρὰ τῶν χειροτονουμένων παρεχομένοις ἐξεῦρον μετέπειτα, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν λαϊκῶν ἀπαρχὰς κανονικὸν ὀνομάσαντες, ὡρίσαντο πὰρ ἑκάςου τούτων ἀναλόγως τῇ αὐτῶν εὐπορίᾳ εἰσπράττεσθαι, καὶ τοῖς εὐλαβεςάτοις ἱερεῦσι παρέχεσθαι. ἀλλὰ συνοδικῶς παραςάντες, καὶ τὰ βασιλικὰ διατάγματα εἰς μέσον προθέμενοι, καὶ τοὺς παλαιοτέρους συνοδικοὺς ὁρισμοὺς ἀναγνωσθῆναι πρὸς τούτοις καθικετεύσαντες, ἐφάνησαν μηδ᾽ ὁτιοῦν ἐντεῦθεν ἐπὶ τῇ τῶν κανονικῶν εἰσπράξει πρόκριμα ὑφιςάμενοι. ὅτι τὰ μὲν συνοδικὰ τὴν ἐκ τῶν λαϊκῶν τοῦ κανονικοῦ εἴσπραξιν ἀπείργοντα φαίνεται, διὸ οὐδὲ μνήμην τινὰ τούτων ὡς ἀπαγορευομένων C ἐν γραφαῖς, τίθεται. τὰ δὲ μὴ κώλυσιν ὁτενοῦν δεξάμενα, πῶς ἐναντιότητα τινὰ εἰσάξει γινόμενα; οἱ δέ γε θειότατοι βασιλεῖς πρὸς τὸν καιρὸν (ὡς ἔοικεν) ἀποβλέψαντες, καὶ τῇ πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς τιμῇ, διὰ τῆς τῶν πραγμάτων εἰσφορᾶς χώραν παρέχοντες, καὶ τοὺς λαικοὺς τῇ παροχῇ ταύτης ὑπέθεντο. ἔνθεντοι καὶ δικαιότατον ἔδοξεν, ἀμφοτέρωθεν τοὺς ἀρχιερεῖς, ἔκ τε τῶν ἱερέων, καὶ τῶν λαϊκῶν, τὰ ὑπὲρ τοῦ κανονικοῦ τυπωθέντα κομίζεσθαι· ὅτι μὴ δὲ ςρατεύεταί τις, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόςολον, ὀψωνίοις ἰδίοις. ἀλλὰ καὶ ποίμνην τὶς ποιμαίνων, ἐκ τοῦ γάλακτος ἐσθίειν οὐκ ἀποτέτραπται. καὶ ἀμπελῶνα φυτεύων, ἐκ τοῦ καρποῦ δρέπεσθαι οὐ κεκώλυται. καὶ ὁ παλαιὸς δὲ νόμος, ἐμβαλεῖν ἐκ τῶν καρπῶν εἰς D τὴν κάρταλλιν παρακελεύεται, καὶ εἰσοίσειν εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ οἶκον. λήψεσθαί τε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ προςοίσοντος τὸν ἱερέα, καὶ τεθῆναι ἀπέναντι τοῦ θυσιαςηρίου· εὐλογῆσαι τε καὶ εὔξασθαι, καὶ οὕτως εὐλογημένον εἶναι τὸν προσενέγκαντα, καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ τὴν χώραν αὐτοῦ, καὶ τὰ ἐγκαταλείμματα αὐτοῦ. εἰ δὲ τοιαῦτα τὰ ἐκείνων, πῶς οὐχὶ μείζονος τεύξεται εὐλογίας, ἱερωτέρας οὔσης τῆς θείας, καὶ τελεωτέρας; οὕτω γοῦν τοῦ προεκφωνηθέντος συνοδικοῦ ἐπιςάλματος, καὶ τοῦ ἀκολουθήσαντος βασιλικοῦ θείου προςάγματος, κατ᾽ οὐδὲν διαφωνούντων πρὸς ἄλληλα, οὐδὲ παρὰ ταῦτα, ἕτερόν τι γίνεσθαι ὥρισαι· ἀλλ᾽ ὅσα μὲν ἐκ τῶν ἱερέων τετύπωται καταβάλλεσθαι, ταῦτα δὴ καὶ καταβλη- E θήσεται. νομισμάτων μὲν ὄντων, διὰ νομισμάτων. μὴ ὄντων δὲ, διὰ τῆς ἀναλόγου ποσότητος τῶν ἐν τοῖς βασιλικοῖς τυπικοῖς ἀνατατταττομένων· καὶ οὐ πλέον τούτων, ὑπὲρ διατροφῆς τοῦ χειροτονοῦντος, ἐκ τοῦ χειροτονουμένου καταβληθήσεται. ὅσα δὲ αὖθις ἐκ τῶν λαϊκῶν, διὰ νομισμάτων, εἰδῶν τε, καὶ ἀργυρίων, τῶν ἀνατεταγμένων ἐν τούτοις. οὔτε γὰρ τὰ πάλαι συνοδικῶς ὁρισθέντα παραβαίνεσθαι δόξει, οὔτε τὰ μετέπειτα ἐκ βα-

σι-

ANNO CHRISTI 1086.

σιλικῆς τυπωθέντα προστάξεως, ἀθετητέα γενήσεται. ἀλλὰ καὶ ἀμφότερα συμβιβασθέντα πρὸς ἄλληλα, κρατητέα ἔσαι ἀκωλύτως, ἐπὶ πάσαις χώραις καὶ πόλεσι. ταῦτα παρεκβληθέντα καὶ συνήθως πιςωθέντα, ἐπεδόθη μηνὶ Μαΐῳ, ἐπινεμήσεως ι.

A ventur in nummis, & speciebus, & argenteis, prout dictis sanctionibus inseruntur. Sic enim nec olim in synodis decreta violari videbuntur, nec deinceps imperatorio sancita jussu, reiicula fient: sed utraque inter se conciliata, cunctis in locis atque urbibus, citra ullum impedimentum observabuntur. Atque hæc excerpta, moreque munita solito, data sunt mense Majo, indictione x.

Ἡ ὑπογραφή.

Πέτρος ὁ εὐτελὴς διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας.

Νικήτας διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, τὸ παρὸν ἴσον ἀντιβαλὼν μετὰ τοῦ ἐμφανισθέντος μοι πρωτοτύπου, καὶ εὑρὼν κατὰ πάντα ἰσάζον, ὑπέγραψα καὶ ἐσφράγισα.

Subscriptio.

Petrus, humilis diaconus & chartularius sanctissimæ Dei majoris ecclesiæ.

Nicetas diaconus & chartularius sanctissimæ Dei majoris ecclesiæ, B præsenti exemplo cum insinuato mihi originali, collato, & invento per omnia æquivalenti, subscripsi, & sigillum adpendi.

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

Sub Nicolao Patriarcha

Anno Christi 1086.

Συνοδικὸν γράμμα τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, κυρίου Νικολάου, πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, κῦρον Ἀλέξιον τὸν Κομνηνὸν, παριςῶν ἐκ τῶν ἁγίων κανόνων καὶ νόμων, ὅτι οὐκ ἔξεστιν ἀφαιρεῖσθαι τὰς ἐπισκοπὰς ἀπὸ τῶν μητροπόλεων.

C *Synodalis epistola sanctissimi & universalis patriarchæ, domini Nicolai, ad piissimum imperatorem, dominum Alexium Comnenum, probans ex sacris canonibus atque legibus, non esse fas, ut episcopatus a metropolibus auferantur.*

Θεῖον νόμον ἡγούμενος τὰ τῆς εὐσεβοῦς σου βασιλείας ἐπιτάγματα, (εἰσὶ γὰρ καὶ τῷ ὄντι δίκαια καὶ ἀξιοσπούδαστα) θεόσεπτε ἅγιε δέσποτά μου, καὶ κραταιὲ καὶ ὑψηλὲ ἡμῶν βασιλεῦ, δεξάμενος τὴν ἐν τῇ προσενεχθείσῃ δεήσει τῷ κράτει σου παρὰ τοῦ θεοφιλοῦς μητροπολίτου Ἀγκύρας Νικήτα δοθεῖσαν θείαν ἐπίλυσιν, διὰ σφραγῖδος ἐκ κηροῦ καὶ φοινικῶν αὐτοχείρων D γραμμάτων τὸ ἀξιόπιστον * κεκτημένα, τὴν καὶ

* κεκτημένην

„ περιέχουσαν οὕτως. Ὁ ἁγιώτατός μου δεσπό„ της καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης ἅμα τῇ ἐνδη„ μούσῃ ἱερᾷ συνόδῳ, πρὸς δὲ καὶ τοῖς συγκλητι„ κοῖς ἄρχουσιν, οὓς ἐζήτησας, ἵνα ἀκροάσηται „ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως, καὶ πέρας ἐπιθήσει „ ταύτῃ νόμῳ καὶ τοῖς κανόσι συνᾷδον, μὴ κω„ λυόμενος ἀπὸ τοῦ προγεγονότος σημειώματος „ τῇ βασιλείᾳ μου. μετὰ δὲ τὸ ταύτην τὴν „ ὑπόθεσιν ζητηθῆναι, γράψῃ καὶ τῇ βασιλείᾳ „ μου, καὶ παρὰ ταύτης τὸ δέον οἰκονομηθήσεται. Μηνὶ Αὐγούστῳ, ἐπινεμήσεως ζ. ἔσπευσα κατὰ τὸ ἐγχωροῦν, τὴν θεσπεσίαν ταύτην πληρῶσαι ἐπιταγήν. καὶ δῆτα μετακληθέντων τῶν σὺν ἐμοὶ ταχθέντων πονῆσαι τῇ ζητήσει συγκλητικῶν, καὶ τῆς ἐνδημούσης τηνικαῦτα συναθροισθείσης συνόδου, συνέδριον γέγονε. καὶ τῆς ἐξετάσεως ἀρχὴν ἤδη λαμβάνειν μελλούσης, παράδοξόν τι παρὰ προσδοκίαν ἀπήντησε. τῶν κληρικῶν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας αὐθαιρέτως ἐξάπινα ςασιασάντων, ὡς μὴ δὲ ἀνασχέσθαι ζήτησιν ὅλως περὶ τοῦ σκέμματος προτεθῆναι. ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἱκανὰς ὥρας κόπτεσθαι τὸ συνέδριον μάτην, μὴ δὲ ὑποδεχομένων τῶν ἐκκλησιασ-

PRO divina lege ducens piæ majestatis tuæ jussa, quando etiam reapse justa sunt, & digna, quæ studiose serventur, coronate divinitus sancteque domine mi, & præpotens ac sublimis imperator noster, posteaquam accepi datum ad oblatas majestati tuæ preces a religioso Ancyræ metropolitano Niceta sacrum rescriptum, per sigillum cereum puniceasque propriæ manus litteras idonee munitum, quo hæc continebantur: Sanctissimus Dominus meus & universalis patriarcha una cum sacra synodo, quæ ad urbem est, ac præterea cum ordinis senatorii magistratibus, quos requisivisti, causam hanc audiat, eique finem imponat, legibus & canonibus consentaneum, nihil eum impediente scripto, quod prius a majestate mea factum est: atque ubi hæc causa pervestigata fuerit, majestati meæ scribat, a qua quod opus facto fuerit, curabitur. Mense Augusto, indictione VII. Pro mea virili operam dedi, ut divino huic mandato & satisfacerem. Ideoque arcessitis E viris senatoriis, qui mecum exercendo examini destinati erant, & synodo, quæ tunc ad urbem erat, congregata; concilium est coactum. Quumque jamjam habitura principium esset indagatio, quiddam inopinatum præter exspectationem contigit: quum clerici sanctæ magnæque Dei Ecclesiæ sponte sua subito seditionem commovissent tantam, ut ne quidem paterentur omnino de re consideranda investigationem proponi; sed

Ibid. pag. 271.

Rescriptum imp. Alexii Comneni

ſed pluribus horis concilium fruſtra laboraret, nec accipientibus Eccleſiaſticis cauſæ diſceptationem, nec etiam rejicientibus. Tantum clamor quidam promiſcuus erat, & quod vehementer feriret aures, indiſcretus, adeo quidem, ut etiam præconibus ſacris obſcurum clamorem compeſcentibus, & ſilentium indicentibus, minimè voces cohibitæ fuerint. Quo ego animadverſo cum iis, qui mihi dati erant inveſtigandæ rei ſocii, quod tempus fruſtra conteri nollem, concionem dimiſi, & in alterum diem venire juſſi paratos, eaque ſecum adferentes, adjumenta, quibus ſe ſuperiores evaſuros putarent: pœnis & exſecrationibus diris maximeque horrendis (ut equidem arbitrabar) implicans eos, qui poſtridie auſuri eſſent tumultuari, aut quidquam proloqui, vel ex uſu, vel ex gratia, vel alio adfectu, quod publice vel privatim eos tangeret, atque ad violationem contemtumque ſacrorum canonum, & mendacio ſtabiliendo faceret. Ventum ergo poſtridie, jamque rurſus Eccleſiaſtici aderant ad inſtandum, etiam quum rei eſſent. Nec jam ut interrogarentur, exſpectabant; ſed mox omnia complebantur indecora facie rerum ac perturbatione, majorque confuſio erat in altero, quam in priore concilio. Quamobrem denuo concionem ſolvi, & examen ſuſtuli; quum juſſiſſem, ut exponendæ cauſæ duo vel tres e quolibet eccleſiaſticorum ordinum ſeligerentur, qui rotunde rem proponere noſſent, ac tum loquendi, tum audiendi modum recte tenerent. Simul edixi, ſacros adducerent canones, ſi quos haberent contrarios iis, qui ab adverſa parte proferrentur, aut alia jurium adminicula: multitudinem interim promiſcuamque turbam cohibentes, quæ non ex æqui & boni ratione, ſed vi cauſſam diſceptet, ipſumque auditorium turbet ac vexet. Itaque rurſus inſtituta concione tertia, convenerunt univerſi de quibus dictum, jamque apertas & erectas ad auſcultandum aures habebant, quod aliquid rei ſplendidæ ac præclaræ ſe audituros putarent. Verùm nihil uſquam erat tale, ſed merus omnia tumultus, & ſtrepitus, & incitatus animorum impetus, & populus iterum more bacchantium furentes oſtentans oculos, & multorum verborum ceu prius etiam acciderat, vana conſumtio. Tandem poſt multas diei horas, & ſero jam veſpero, quod eis ita viſum eſſet, prolata eſt in medium venerabilis aurea bulla ſacratiſſimæ majeſtatis tuæ, majori conceſſa Eccleſiæ quum de aliis quibuſdam diverſis capitulis, tum de quæſtione propoſita complectens hæc ad verbum: Quicumque vero epiſcopatus jam dudum evecti ſunt ad metropolium ſublimitatem, vel ſi epiſcopatus ad archiepiſcopatuum, aut metropolium dignitatem adſcenderunt: manebunt & ipſi eadem in dignitate ac gradu, nec eos quiſquam ad inferiorem rediget locum, ſed habere debebunt hoc jus, ut innovari nequeant, quemadmodum & ſancitum eſt & obtinuere: niſi forte beneficium ejuſmodi ceu temporarium, & perſonis circumſcriptum, ab aliquo eis imperatore conceſſum ſit. Præter hanc vero ſacram bullam auream, inſinuatum eſt etiam ſcriptum conſtitutæ divinitus majeſtatis tuæ, jus dicentis inter indicatum religioſum metropolitanum

A κἂν τὴν τῆς ὑποθέσεως ἀγωνίαν, μήτε μὴν ἀποκρουομένων. ἦν δὲ μόνον φωνὴ παμμιγής, ὑπὸ τοῦ λίαν ἐνηχεῖν ταῖς ἀκοαῖς, ἀδιάκριτος, ὡς καὶ κατασιγάζουσι τοῖς ἱεροκήρυξι τὴν ἄσημον κραυγὴν, καὶ σιγὴν παραγγέλλουσιν, * ἐπισχεθῆναι τὰς φωνάς. ὁ συνεγνωκὼς ἐγὼ μετὰ τῶν δοθέντων μοι συνεργῶν τῆς σκέψεως, καὶ τὴν ἄλλως τρίβεσθαι τὸν καιρὸν οὐκ ἐθελήσας, ἔλυσα τὴν ἐκκλησίαν, καὶ εἰς ἑτέραν ἥκειν παρήγγειλα, παρεσκευασμένους ὄντας, καὶ ἐπαγομένους τὰ, μεθ' ὧν οἴονται νικᾶν, βοηθήματα. ἐπιτιμίοις καὶ παλαμναίαις ἀραῖς καὶ φρικωδεστάταις (ὡς ᾠόμην) ἀσφαλισάμενος τοὺς εἰς τὴν μέλλουσαν θορυβήσειν ἐπιχειρήσοντας, ἢ φθέγξασθαί τι, κατὰ χρείαν, ἢ χάριν, ἢ πάθος ἕτερον, κοινῶς ἢ ἰδίᾳ διαφέρον αὐτοῖς, τῶν B τεινόντων εἰς παράβασιν τῶν θείων καὶ παρακοὴν κανόνων, καὶ σύστασιν ψεύδους. * ἧκεν εἰς δευτέραν. καὶ πάλιν ἀφίκοντο οἱ τῆς ἐκκλησίας ἐνστάναι καὶ ἐναγόμενοι. οἱ οὐδὲ περιέμειναν πεῦσιν, ἀλλ' εὐθὺς ἐπίμπλαντο τὰ πάντα ἀκοσμίας καὶ ταραχῆς, καὶ τοῦ προτέρου συνεδρίου μείζων ἀταξία κατέσχε τὸ δεύτερον. λοιπὸν ἔλυσα καὶ πάλιν τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὴν ζήτησιν ἀνήρτησα, προχειρίσασθαι παραγγείλας εἰς ἀπολογίαν ἀφ' ἑκάστου τῶν ἐκκλησιαστικῶν ταγμάτων, δύο τυχὸν ἢ καὶ τρεῖς, τοὺς λόγον στρογγύλειν εἰδήμονας, καὶ εἰπεῖν καὶ ἀκοῦσαι δοκιμωτάτους. ἐπάγεσθαί τε κελεύσας καὶ θείους κανόνας, εἰ ἔχουσιν ἐναντίους τοῖς παρὰ τῶν ἀπεναντίας προφερομένοις, ἢ ἕτερά τινα δικαιώματα. C ἐπισχεῖν δὲ τὸ πλῆθος καὶ τὸν σύρφακα ὄχλον, οὐ σὺν τῷ δικαίῳ, σὺν βίᾳ δὲ τῆς δίκης ἀποπειρώμενον καὶ συγχέοντα, καὶ θλίβοντα τὸ ἀκροατήριον. εὐτρεπίσθη καὶ πάλιν ἐκκλησία τρίτη. καὶ συμπαρῆσαν ἅπαντες οἱ προτεταγμένοι, ἠνεῳγμένας ἔχοντες καὶ ἑστώσας ὡς πρὸς ἀκρόασιν τὰς ἑαυτῶν ἀκοὰς, καὶ οἰόμενοι ἀκούσεσθαι τι λαμπρὸν καὶ γενναῖον. ἀλλ' ἦν οὐδὲν οὐδαμοῦ τοιοῦτον. ὄχλος δὲ, καὶ θροῦς, καὶ ἐνθουσιώδης ὁρμὴ, καὶ δῆμος πάλιν παράβακχόν τι βλέπων καὶ μανικὸν, καὶ πολλῶν λόγων ματαία τριβὴ, ὡς τὸ πρότερον. τελευταῖον δὲ μετὰ πολλὰς τῆς ἡμέρας ὥρας, καὶ περὶ δείλην ὀψίαν, ἤδη δόξαν οὕτως αὐτοῖς, εἰς μέσον προετέθη χρυσόβουλλον προσκυνητὸν τοῦ θειοτάτου κράτους σου, τῇ μεγάλῃ D φιλοτιμηθὲν ἐκκλησίᾳ, ἐπί τισι μὲν καὶ ἄλλοις κεφαλαίοις διαφόροις, περιέχον δὲ καὶ περὶ τῆς ζητουμένης ταύτης, πρόσεπος ταῦτα. „ὅσαι δὲ ἀρχῆθεν ἐπισκοπαὶ εἰς ὕψος ἀνήχθησαν ἤδη μητροπόλεων, ἢ καὶ ἐπισκοπαὶ εἰς ἀρχιεπισκοπῶν ἢ μητροπόλεων ἀξίωμα ἀνεβιβάσθησαν, ἔσονται καὶ αὗται ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀξίας ἑστῶσαι καὶ βάσεως, καὶ οὐδεὶς ταύτας ὑποβιβάσει, τὸ ἀμετακίνητον καὶ πάλιν ὀφειλούσας κεκτῆσθαι, ὥσπερ δὴ καὶ τετύπωνται, καὶ γεγόνασιν. εἰ μή που χρονικὸν ἴσως, καὶ προσώποις περιγραπτὸν τὸ τοιοῦτον δεδώρηται φιλοτίμημα παρά τινος βασιλέως." πρὸς τῷ θείῳ δὲ τούτῳ χρυσοβουλλίῳ, ἐνεφανίσθη καὶ τὸ σημείωμα τοῦ θεοπροβλήτου κράτους σου, μεταξὺ δικάσαντος E τοῦ, τε ῥηθέντος θεοφιλοῦς μητροπολίτου Ἀγκύρας, καὶ τοῦ εὐλαβεστάτου χαρτοφύλακος, καὶ τινων τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας ἐκ προστάξεως τοῦ πρὸ ἡμῶν τὰ τῆς ἐκκλησίας οἰακίζοντος ἐκπεμφθέντων περὶ τῆς προκειμένης ὑποθέσεως, δικαιοῦν τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν.

* οὐκ ἐπισχεθῆναι

* ἧκον εἰς δευτέραν

ὡς

ὥςτι δὲ ὅπλον προβαλλόμενοι πρόβλημα, ταῦτα τὲ καὶ τὸν μακρὸν χρόνον, μὴ δεῖν τὴν ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον κρατήσασαν ἐκ μακρᾶς καὶ ἀπαραποδίστου συνηθείας πρᾶξιν ἀθετηθῆναι ἔλεγον. ὧν οὐχ ἱκανῶν ἡμῖν εἰς κανόνων καθαίρεσιν ἀναφανέντων, ἀγανακτούντων δὲ τῶν μητροπολιτῶν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις ἀλόγοις τῶν ἐκκλησιαστικῶν, καὶ τὸ θεῖον βασιλικὸν ἐπικαλουμένων βῆμα, καὶ μὴ πρότερον ἀπολογήσασθαι βεβαιουμένων, εἰ μὴ ταῦτα ἀθετηθείεν, μετεωρίσθη πάλιν τὰ τῆς ζητήσεως, καὶ τῇ τῆς σῆς μεγαλειότητος ἐξετάσει ἐταμιεύθη. ἵνα δὲ καὶ τὸ ἅγιόν σου κράτος γνῷ, ὡς οὐκ ἐν παρέργῳ ἡμῖν ἐδόθη τὰ τῆς προστάξεως, οὐδὲ παρέργως ἢ ἀμελῶς ἐξητάσθη, δεῖν ἔγνω ἡ μετριότης ἡμῶν πᾶσαν ἱερὰν βίβλον (εἰ οἷόν τε) ἀναπτύξασθαι, καὶ πάντα θεῖον κανόνα πολυπραγμονῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῶν λαβεῖν τοῦ ζητουμένου κατάληψιν. καὶ μετὰ γνῶσιν, γράμματι παραστῆσαι τῷ θεσπεσίῳ κράτει σου τὰ εὑρεθέντα πᾶσιν ἅπερ ἐπεξιόντι τοῖς ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους ...... ὅπως ἀπὸ τῶν καθέκαστα καὶ κατὰ μέρος δικαιολογιῶν ἑκάστου τῶν μερῶν λαβοῦσα εἴδησιν ἡ δικαιοτάτη καὶ ἀῤῥεπὴς βασιλεία σου, μάθοι καὶ πληροφορίαν λάβοι, ὡς οὐκ ἐπ' ἀδίκοις οἱ περὶ τούτων μαχόμενοι θεοφιλεῖς μητροπολῖται φιλονεικοῦσιν. οὐκοῦν καὶ ἄκουσον γαληνότατε βασιλεῦ. Πολλῶν κανόνων εἰς μέσον τεθέντων, καὶ ἱερῶν βίβλων, εὑρέθη ἐκ τούτων, ὡς ἑξῆς δηλωθήσεται, ὡς τὸ τὰς ἐπισκοπὰς εἰς μητροπόλεων ὕψος ἀνάγεσθαι πολλοὶ καὶ ἱεροὶ καὶ θεῖοι κανόνες, καὶ πολιτικοὶ νόμοι, καὶ πράξεις καθολικῶν ἁγίων συνόδων κωλύουσι, τάξιν ἑκάστῳ καὶ τύπον ἐπιτιθέντες, καὶ μὴ πηδᾶν ὑπερόρια, μὴ δὲ ἐφίεσθαι ἐπιτρέποντες τῶν οὐ προσηκόντων. καὶ ἵνα μὴ μηκύνων τῇ τῶν πάντων παραγωγῇ, ταῖς σαῖς ἁγίαις ἐνοχλῶ ἀκοαῖς, τοὺς καιριωτέρους προθεὶς εἰς μέσον, καὶ ἐξ ὧν μόνον δυνατόν ἐστι τὴν ἀλήθειαν ἀναφανῆναι, τοὺς ἄλλους καταλιμπάνω. πατριάρχου γάρ τινος Ἀντιοχείας, τῶν ἐν Κύπρῳ ἐκκλησιῶν τῆς χειροτονίας πάλαι ἀντεχομένου, καὶ ζητήσεως περὶ τούτου ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ τρίτῃ συνόδῳ γενομένης, ἀπόφασις τῶν θείων ἐδόθη πατέρων, „ ὡς ὁ ζ ταύτης κανὼν παρίστησι, τοιαύτη· πρᾶγμα παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς καὶ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων πατέρων καινοτομούμενον, καὶ τῆς πάντων ἐλευθερίας ἁπτόμενον, προσήγγειλεν ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Ῥηγίνος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι τῆς Κυπρίων ἐπαρχίας Ζήνων καὶ Εὐάγριος. ὅθεν ἐπειδὴ τὰ κοινὰ πάθη μείζονος δεῖται θεραπείας, ὡς καὶ μείζονα τὴν βλάβην φέροντα, καὶ μάλιστα, εἰ μηδὲ ἔθος ἀρχαῖον παρηκολούθησεν, ὥστε τὸν ἐπίσκοπον τῆς Ἀντιοχέων πόλεως τὰς ἐν Κύπρῳ ποιεῖσθαι χειροτονίας, καθὰ διὰ τῶν λιβέλλων καὶ τῶν οἰκείων φωνῶν ἐδίδαξαν οἱ εὐλαβέστατοι ἄνδρες, οἱ τὴν πρόσοδον τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ποιησάμενοι, ἕξουσι τὸ ἀνεπηρέαστον καὶ ἀβίαστον οἱ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν τῶν κατὰ τὴν Κύπρον προεστῶτες, κατὰ τοὺς κανόνας τῶν ὁσίων πατέρων, καὶ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν, δι' ἑαυτῶν τὰς χειροτονίας τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων ποιούμενοι. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ

A Ancyræ, ac reverendiſſimum chartularium atque nonnullos e majore Dei Eccleſia deceſſoris noſtri juſſu miſſos ob cauſſam propoſitam, quod quidem ſecundum majorem Eccleſiam pronuntiat. Quumque tum hæc ipſa, tum longi temporis durationem, inſtar alicujus teli objicerent: negabant abrogandam rem quæ tanto jam temporis intervallo ex longa minimeque interturbata conſuetudine obtinuiſſet. Quæ quum ad tollendos canones nobis haud ſufficere viſa fuiſſent, ipſique metropolitani permoleſte ferrent tam alienas a ratione contradictiones eccleſiaſticorum; ac viciſſim occlamarent eccleſiaſtici, & ad ſacrum imperatorium tribunal provocarent, nec prius ſe
B cauſſam ſuam acturos adſeverarent, niſi hæc abrogatæ fuiſſent: ſuſpenſa denuo fuit quæſtio, tuæque majeſtatis examini reſervata. Ut autem ſacra quoque majeſtas tua cognoſcat, non ob nullum pretium operæ nobis hoc datum fuiſſe mandatum, nec obiter aut negligenter tractatum: viſum eſt mediocritati noſtræ, omnem librum ſacrum (ſi fieri poſſet) evolvere, ſacroſque canones univerſos curioſe perquirere, deque his ejus, quo de agitur, intelligentiam percipere; poſtque cognitionem hanc, ſcripto exhibere divæ majeſtati tuæ, quæ inventa eſſent. Quæ ſane recenſenti a principio ad finem uſque .... ut ex ſingulis & particulatim propo-
C ſitis juribus cujuſque partis inſtructa tua majeſtas æquiſſima & incorrupta, certo cognoſcat, religioſos metropolitanos, qui de his litigant, non de rebus iniquis contendere. Qua propter audi quæſo ſereniſſime imperator. Quum multi canones in medium allati fuiſſent, multique libri ſacri; repertum ex eis eſt, uti deinceps indicabitur, multos ſacros ac divinos canones, legeſque civiles, & acta ſanctarum univerſalium ſynodorum vetare, ne ad metropolium ſublimitatem epiſcopatus evehantur: quum ordinem ſingulis modumque ſtatuant, nec ulli rerum fines tranſilire, vel adpetere non convenientia, permittant. Atque uti mini-
D me producendis omnibus orationem prolixiorem faciens; ſacris auribus tuis moleſtus ſim, ſaltem prolatis in medium majoris momenti canonibus, & ex quibus ſolis eluceſcere veritas poterit, ceteros omittam. Quum patriarcha quidam Antiochenus olim ordinationem Eccleſiarum Cypri ſibi vindicaret, deque hoc in ſancta & univerſali tertia ſynodo quæſitum fuiſſet: ſententia divorum patrum edita eſt hujuſmodi, ſicuti canonum ejuſdem ſeptimus declarat: Rem quæ novo more præter leges eccleſiaſticas, & ſanctorum patrum canones admittitur, omniumque libertatem tangit, nuntiavit religioſiſſimæ Epiſcopus Reginæ, eique adjuncti Reve-
E rendiſſimi Epiſcopi provinciæ Cypriorum, Zeno atque Evagrius. Unde, quum morbi communes majoris curationis egeant, ut qui majus quoque damnum ferant, præſertim ſi neque mos antiquus acceſſerit, ut epiſcopus urbis Antiochenæ ordinationes in Cypro faciat, quemadmodum per libellos & orationes ſuas docuere viri reverendiſſimi, qui concilium hoc nomine adierunt: immunitatem ab omni habebunt injuria & violentia ſanctarum eccleſiarum, quæ in Cypro ſunt, præſides; ſecundum canones ſanctorum patrum, & antiquam conſuetudinem per ſeipſos ordinationes reverendiſſimorum epiſcoporum facientes. Idem vero & in aliis diœceſibus provinciarum, quæ ubique ſunt, obſervabitur,

ut

ut nullus religiosissimorum episcoporum provinciam alienam, quæ olim & ab initio sub ejus, vel antecessorum ipsius manu non fuerit, occupet. Quin etiam si quis occupaverit, & sibi subjecerit, adhibita vi' restituat eam, ne patrum canones violentur, nec sacri muneris prætextu, potestatis mundanæ fastus irrepat, neve nobis haud observantibus libertatem eam paullatim amittamus, quam nobis largitus est per sanguinem suum dominus noster Jesus Christus, omnium liberator ille mortalium. Placuit ergo sancto & universali concilio, ut cuique provinciæ pura serventur & inviolata jura, quæ a principio & jam olim habet, secundum consuetudinem priscam; metropolitano quolibet licentiam habituro, ut copias actorum suam in securitatem accipiat. Quod si quis sanctionem pugnantem cum iis, quæ modo decreta sunt, protulerit: eam irritam esse debere placuit huic universo sancto & universali concilio. Et hoc quidem decretum fuit a sancto tertio concilio. Quum eidem preces essent oblatæ ab Eunomio quodam, sanctæ Nicomediensis ecclesiæ præside, adversus Anastasium Nicænæ pontificem ecclesiæ, qui * Basinopolitanum episcopatum per surreptionem invaserat, propterea quod haud ita pridem dicta civitas Nicæna per Valentinianum & Valentem imperatores ad metropolis ordinem evecta fuisset, qui recens ad imperii regii culmen in ea fuerant elati; exclamante Eunomio, injuriam sibi fieri: perquisivit rem sancta synodus, iis etiam præsentibus senatoriis magistratibus, qui nomine Marciani Augusti concilio intererant: quodque sic opus esset facto, decretum imperatorium, quod dicta nicæna civitas ad metropolis sublimitatem evehebatur, perlectum fuit; quod in hanc præscriptum erat sententiam.

* Constantinopolitanum

Imperatores, Cæsares, Valentinianus & Valens pii felices, perpetui, augusti, victores, Nicænis.

Licet studium nostrum jam inde manifestum & conspicuum factum sit omnibus, ex quo imperii culmen, & reipublicæ gubernacula voluntate numinis suscepimus: tamen præter hæc referemus etiam ad felicitatis ipsius initium, quod civitas vestra referta mortalibus & exultans ob felicitatem nostram, gaudii læticiæque caussam universo populo præbuit. Quare quum metropolis olim adpellata fuerit, idque leges antiquæ contineant: eadem, quæ Nicomedienses nobis sancientibus consequuti sunt, quin inconcussa rataque mansura sint, & in posterum augenda quoque civitati vestræ, nullum esse dubium potest. Duret igitur in perpetuum hæc consuetudo, & civitas vestra metropolis sit: ea consuetudine, quæ in processione Bithyniarchæ servatur, permanente. Nam nemo quid aliis adimit. Augescat, ita volente numine, civitatis vestræ dignitas. Ideoque læti vota duplicate, atque ob ea gaudete, quæ honor ipse vobis largitus est, omni deinceps ambiguitate cessante: considerantes, quo pacto æterna mansuetudo & providentia vobis ex sanctionibus nostris obtigerit.

A ,, ἐπὶ τῶν ἄλλων διοικήσεων καὶ τῶν ἁπαντα-
,, χῆ ἐπαρχιῶν φυλαχθήσεται, ὥστε μηδένα
,, τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἐπαρχίαν ἑτέ-
,, ραν ὀυκ οὖσαν ἄνωθεν καὶ ἐξαρχῆς ὑπὸ τὴν
,, αὐτοῦ, ἤγουν τῶν πρὸ αὐτοῦ χεῖρα, καταλαμ-
,, βάνειν. ἀλλ' εἰ καὶ τις κατέλαβε, καὶ ὑφ'
,, ἑαυτὸν πεποίηται βιασάμενος, τοῦτον ἀπο-
,, διδόναι, ἵνα μὴ τῶν πατέρων οἱ κανόνες πα-
,, ραβαίνωνται, μὴ δὲ ἐν ἱερουργίας προσχήματι,
,, ἐξουσίας τῦφος κοσμικὸς παρεισδύηται, μὴ δὲ
,, λάθωμεν τὴν ἐλευθερίαν καταμικρὸν ἀπο-
,, λέσαντες, ἣν ἡμῖν ἐδωρήσατο τῷ ἰδίῳ αἵματι
,, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς, ὁ πάντων ἐλευ-
,, θερωτὴς ἀνθρώπων. ἔδοξε τοίνυν τῇ ἁγίᾳ καὶ
,, οἰκουμενικῇ συνόδῳ, σώζεσθαι ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ
B ,, καθαρὰ καὶ ἀβίαστα τὰ αὐτῇ προσόντα δί-
,, καια ἐξαρχῆς καὶ ἄνωθεν, κατὰ τὸ πάλαι
,, κρατῆσαν ἔθος, ἄδειαν ἔχοντος ἑκάστου μη-
,, τροπολίτου, τὰ ἴσα τῶν πεπραγμένων πρὸς τὸ
,, οἰκεῖον ἀσφαλὲς ἐκλαβεῖν. εἰ δέ τις μαχόμενον
,, τύπον τοῖς νῦν ὡρισμένοις προκομίσοι, ἄκυρο-
,, τοῦτον εἶναι ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ πάσῃ καὶ οἰκουμενι-
,, κῇ συνόδῳ. Καὶ τοῦτο μὲν ὥρισται παρὰ τῆς
ἁγίας τρίτης συνόδου. καὶ δεήσεως ταύτῃ προσενε-
χθείσης παρά τινος Εὐνομίου τῆς Νικομηδέων ἁ-
γίας ἐκκλησίας ἐπιστατοῦντος, κατὰ Ἀναστασίου
τῆς κατὰ Νίκαιαν ἐκκλησίας κατάρχοντος,
τὴν ἐπισκοπὴν Βασινουπόλεως ὑφαρχοντος,
τὴν ἐπισκοπὴν Βασινουπόλεως ὑφαρπάσαντος,
διὰ τὸ ἔναγχος τὴν εἰρημένην * μητρόπολιν
C τῆς Νικαίας παρὰ Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος
τῶν βασιλέων εἰς μητροπόλεως ἀναχθῆναι τάξιν,
* ἀναχθέντος ἄρτι ἐν αὐτῇ πρὸς τὴν τοῦ βασι-
λείου κράτους περιωπὴν, καὶ ἀναβοῶντος ὡς ἀδι-
κοῖτο, ἡ ἁγία σύνοδος ἐζήτησε περὶ τούτου, πα-
ρόντων καὶ τῶν προσώπῳ τοῦ βασιλέως Μαρκια-
νοῦ συνεδρευόντων συγκλητικῶν ἀρχόντων. καὶ
δεῆσαν οὕτω, τὸ βασιλικὸν διάταγμα, τὸ τὴν
εἰρημένην * μητρόπολιν τῆς Νικαίας ἀναβιβάζον
εἰς μητροπόλεως ὕψος, ὑπανεγνώσθη. καὶ εἶχεν
οὕτως.

* πόλιν τῆς

* ἀναχθέντων

* πόλιν

Αὐτοκράτορες, Καίσαρες, Οὐαλεντινιανὸς καὶ
,, Οὐάλης, εὐσεβεῖς, εὐτυχεῖς, σεβαστοὶ, αἰώνιοι,
,, νικηταὶ, Νικαεῦσιν.

,, Εἰ καὶ ἡ σπουδὴ ἡ ἡμετέρα ἐξεκείνου δήλη
D ,, πᾶσι καὶ περίβλεπτος γέγονεν, ἐξ οὗ τῆς βα-
,, σιλείας τὸ ὑπεραναβεβηκὸς καὶ τῶν δημοσίων
,, τοὺς οἴακας βουλήσει τοῦ κρείττονος ὑπεδεξάμε-
,, θα, ὅμως πρὸς τούτοις ἀπουσώσομεν καὶ εἰς
,, τὴν ἀρχὴν τῆς εὐτυχίας αὐτῆς, ὅτι γε ἡ ὑμε-
,, τέρα πόλις προσαναπλησθεῖσα καὶ γαυριωθεῖ-
,, σα ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ εὐτυχίᾳ, χαρᾶς καὶ εὐ-
,, φροσύνης παντὶ δήμῳ αἰτία γέγονε. διὸ δὴ ἐ-
,, πειδὴ μητρόπολις πάλαι ὠνομάσθη, καὶ τοῦτο
,, νόμοι παλαιοὶ περιέχουσι, τὰ αὐτὰ, ἅπερ Νι-
,, κομηδεῦσι νομοθετούντων ἡμῶν ὑπῆρξεν, οὐδε-
,, μίαν ἀμφιβολίαν ἔχειν δύναται, τὸ, ἀσάλευ-
,, τα καὶ ἰσχυρὰ μένειν, καὶ εἰς τὸ ἔπειτα αὐξη-
,, θησόμενα τῇ ὑμετέρᾳ πόλει. διαμενέτω τοί-
,, νυν εἰς τὸ διηνεκὲς ἡ συνήθεια αὕτη, καὶ ἡ πό-
,, λις ὑμῶν μητρόπολις ἔστω, τῆς συνηθείας τῆς
E ,, ἐπὶ τῇ προόδῳ τοῦ Βιθυνιάρχου διαμενούσης.
,, οὐδεὶς γὰρ ἀφαιρεῖταί τι τῶν ἄλλων. βουλή-
,, σει τοῦ κρείττονος, αὐξηθείη τῆς ὑμετέρας πόλεως
,, τὸ ἀξίωμα. χαίροντες τοίνυν τὰς εὐχὰς δι-
,, πλασιάζετε, καὶ ἥδεσθε ἐφ' οἷς αὐτὴ ἡ τιμὴ
,, ὑμῖν παρέχηται, πάσης ἀμφιβολίας εἰς τοὐ-
,, ξῆς σχολαζούσης. συνορῶντες, ὅπως αἰωνίου πραό-
,, τητος καὶ προνοίας ἐκ τῶν ἡμετέρων θεσπι-
,, σμάτων τετυχήκατε.

Καὶ

ANNO CHRISTI 1086.

Καὶ τὸ μὲν γράμμα τῶν βασιλέων, ὅπερ τοῖς Νικαεῦσι πεφιλοτίμητο, τοῦτο. σχετλιασάντων δὲ πρὸς αὐτὸ (ὡς φαίνεται) Νικομηδέων, γέγονε καὶ ἕτερον πρόσταγμα τῶν αὐτῶν βασιλέων Νικομηδεῦσιν, ἐξ αἰτήσεως τοῦ ἐπισκόπου Νικομηδείας ἀνεγνώσθη δὲ καὶ αὐτὸ ἐν τῇ συνόδῳ. καὶ ἀναγνωσθὲν, εἶχεν οὕτως.

„ Οὐαλεντινιανὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, αὔγουστος, Νικομηδεῦσι χαίρειν.

„ Ἡ περὶ τὰ πριβιλίγια τῆς πόλεως τῆς ὑμετέρας πάλαι ὑπάρχουσα ἀρχαία συνήθεια φυλαχθήσεται. οὔτε γὰρ ἡ προσθήκη τῆς τιμῆς τῶν Νικαέων πόλεως τὸ δίκαιον τὸ ὑμέτερον βλάψαι δύναται, ὁπότε ἐπαύξεται τὸ ἀξίωμα τῶν Νικομηδέων, * ὅπερ ἐκείνη ἡ ἐν δευτέρῳ τόπῳ οὖσα, μητροπόλεως ὀνόματι καλεῖται.

* Ἦπερ

„ Οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες, οἱ προσώπῳ τοῦ βασιλέως Μαρκιανοῦ τῇ συνόδῳ συνεδριάζοντες, εἶπον. οὐδὲ ἓν μὲν θεῖον γράμμα περὶ ἐπισκόπου διαλέγεται. ἑκάτερον δὲ τὴν τιμὴν ταῖς πόλεσι παρέχει. τὸ δὲ θεῖον γράμμα τοῦ τῆς θείας λήξεως Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος, τὴν τηνικαῦτα τῇ Νικαέων παρασχὸν τὸ μητροπολιτικὸν δίκαιον, ἰδικῶς παρακελεύεται, τῶν ἄλλων μηδὲν ὑφαιρεῖσθαι πόλεων. καὶ ὁ κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, περὶ ἑνὸς μητροπολίτου καθ' ἑκάστην τῶν ἐπαρχιῶν διαγορεύει. τί τοίνυν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ παρίσταται περὶ τούτου; ἡ ἁγία σύνοδος ἐβόησεν. οἱ κανόνες κρατείτωσαν. τοῖς κανόσι τὸ ἱκανὸν γινέσθω. Ἀττικὸς ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Νικοπόλεως παλαιᾶς Ἠπείρου, εἶπεν. ὁ κανὼν οὕτω διαγορεύει. ὥστε ἐν μιᾷ ἑκάστῃ τῶν ἐπαρχιῶν τὸ κῦρος ἔχειν τὸν τῆς μητροπόλεως, καὶ αὐτὸν καθιστᾶν πάντας τοὺς ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἐπαρχίαν ὄντας ἐπισκόπους. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ διάνοια τοῦ κανόνος. τῷ δὲ τῆς Νικομηδείας, ἐπειδὴ ἐξ ἀρχαίου αὕτη μητρόπολις ἐστὶ, κεχρεώστηται, πάντας τοὺς ὑπὸ τὴν ἐπαρχίαν αὐτοῦ ὄντας ἐπισκόπους χειροτονεῖν. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε. ταῦτα πάντες βουλόμεθα. ταῦτα πανταχοῦ κρατείτω. ταῦτα πᾶσιν ἀρέσκει. Ἰωάννης, Κωνσταντῖνος, πατρίκιοι, καὶ οἱ λοιποὶ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι τῆς Ποντικῆς διοικήσεως, εἶπον. οἱ κανόνες ἕνα ἴσασι μητροπολίτην, τὸν ἀρχαιότερον. καὶ δῆλον, ὡς τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ Νικομηδείας διαφέρουσιν αἱ χειροτονίαι. ἐπειδὴ καὶ αἱ νομοθεσίαι, ὡς σύνοιδε καὶ ἡ ὑμετέρα μεγαλοπρέπεια, ὀνόματι μητροπόλεως μόνῳ ἐτίμησαν τὴν Νικαέων. προτιμᾶται δὲ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας τῇ τιμῇ μόνῃ. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε. κανονικῶς ἐδίδαξαν. καλῶς ἐδίδαξαν. πάντες τὰ αὐτὰ λέγομεν. καὶ αὖθις, οἱ κανόνες κρατείτωσαν. τοῖς κανόσι τὸ ἱκανὸν γινέσθω. ὧν οὕτω συνδοξάντων, συμπέρασμα ἐπήγαγον οἱ ἄρχοντες, καὶ ἀπόφασιν, ἔχουσαν οὕτως. τὴν μὲν αὐθεντίαν τοῦ μητροπολίτου ἐν ταῖς κατὰ Βιθυνίαν ἐκκλησίαις ὁ Νικομηδείας εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος ἕξει. τοῦ Νικαίας, τὴν τιμὴν μονὴν τοῦ μητροπολίτου ἔχοντος, ὑποκειμένου δὲ κατὰ μίμησιν τῶν ἄλλων ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας, τῷ τῆς Νικομηδείας. τοῦτο γὰρ καὶ τῇ ἁγίᾳ παρέστη συνόδῳ.

Τῇ τοιαύτῃ ψήφῳ καὶ ἁγία σύνοδος ἐπακολουθήσασα, τὸν ιβ, κανόνα ὑπηγόρευσεν, ἀπαγορεύοντα τὴν μίαν ἐπαρχίαν εἰς δύο κατατέμνεσθαι, καὶ μητροπολίτας δύο ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ εἶναι. καὶ καθαίρεσιν ἀπεντεῦθεν ἀπειλοῦσα τῷ ἐκ πε-

A Et hæ quidem illæ fuerunt imperatorum litteræ, Nicænis conceſſæ. Quum autem eas indigne (velut apparet) tuliſſent Nicomedienſes, edictum aliud eorumdem imperatorum pro Nicomedienſibus factum fuit, ex epiſcopi Nicomedienſis petitione: quod ipſum quoque lectum fuit in ſynodo, hanc perſcriptum in ſententiam.

Valentinianus, pius, felix, auguſtus, Nicomedienſibus ſalutem.

Conſuetudo vetus, quæ circa privilegia veſtræ civitatis jam olim obtinet, ſervabitur. Non enim incrementum honoris Nicænæ civitatis jus veſtro poteſt officere, quandoquidem hoc ipſo Nicomedienſis urbis augetur dignitas, quod illa ſecundo conſiſtens B loco, metropolis adpellatione vocetur.

Illuſtriſſimi præſides, qui nomine Marciani auguſti concilio intererant, dixerunt: Neutræ ex his ſacris litteris de epiſcopo loquuntur, ſed ambæ civitatibus honorem largiuntur. Et ſacræ litteræ divæ memoriæ Valentiniani ac Valentis, quæ tum temporis Nicenorum civitati jus metropolicum tribuebant, peculiariter præcipiunt, ut quid aliis civitatibus adimatur. Et ſanctorum apoſtolorum canon de uno metropolitano per quamlibet provinciam loquitur. Quid igitur ſanctæ ſynodo de hoc videtur. Exclamavit ſancta ſynodus. Canones rati ſunto. Canonibus ſatis fiat. Atticus religioſiſſimus epiſcopus C Nicopolis antiquæ Epiri, dixit: Canonis hæc verba ſunt. Ut in una qualibet provinciæ metropolis epiſcopus auctoritatem habeat, atque is ipſe conſtituat omnes, qui ſub eadem provincia ſunt, epiſcopos. Et hæc canonis mens eſt. At Nicomedienſi epiſcopo, quoniam hæc urbs a priſcis ſæculis eſt metropolis, hoc ipſum debetur, ut omnes epiſcopos qui ejus provincia continentur, ordinet. Sancta ſynodus dixit. Hæc omnes volumus. Hæc ubique rata ſunto. Hæc placent univerſis. Joannes & Conſtantinus, patricii, ceterique religioſiſſimi epiſcopi Ponticæ diæceſis, dixerunt. Canones unum illum adgnoſcunt metropolitanum, qui antiD quior eſt, adeoque manifeſto patet, ad religioſiſſimum Nicomedienſem epiſcopum pertinere ordinationes. Quandoquidem hæ leges, id quod etiam veſtræ conſtat magnificentiæ, nomine dumtaxat metropolis Nicænam civitatem cohoneſtarunt: cujus antiſtes epiſcopis provinciæ ceteris honore ſolo præfertur. Sancta ſynodus dixit. Hi canonice rem expoſuerunt. Recte rem expoſuerunt. Omnes eadem dicimus. Et rurſum, Canones rati ſunto. Canonibus ſatisfiat. Quibus ita communiter adprobatis, concluſionem intulere præſides, atque ſententiam hujusmodi. Auctoritatem metropolitani in eccleſiis Bithyniæ religioſiſſimus Nicomedienſis E epiſcopus habebit, Nicæno metropolitani dumtaxat honorem obtinente, nihiloque minus ad imitationem ceterorum provinciæ epiſcoporum, Nicomedienſi ſubdito. Nam hoc ita ſacræ viſum eſt ſynodo.

Hoc eadem ſancta ſynodus ſequuta decretum, canonem duodecimum dictavit, prohibentem ne una provincia ſcindatur in duas, neve metropolitani duo in una provincia ſint,

ANNO CHRISTI 1086.

A sint. Simul abdicationem episcopo comminatur in posterum, qui circumcursitando per apicem sacrum id tentaturus sit consequi: sanciens, ut is etiam episcopus, qui ab imperatoria potestate jus metropolicum jam nactus sit, honore dumtaxat fruatur salvis & integris veræ metropoli suis juribus. Ejus canonis hæc verba sunt.

Pervenit ad nos, quosdam præter ecclesiasticas leges ad eos, qui rerum potiuntur, adcurrisse, perque pragmaticas sanctiones unam provinciam in duas divisisse. Quo fiat, ut in eadem provincia duo sint metropolitani. Decrevit ergo sancta synodus, in posterum ab episcopo nihil tale tentandum, quippe qui hoc molietur, gradu suo excidet. Quæcumque vero civitates per imperatorias litteras metropolis nomine cohonestatæ fuerint, honoris dumtaxat fructum percipiant, una cum episcopo, qui cujuslibet civitatis ecclesiam regit; salvis scilicet veræ metropoli suis juribus. Atque his adsensus est etiam Marcianus imperator hoc sacro edicto condito.

Eum qui cuicumque civitati, vel jamdudum existenti, vel modo conditæ, jus episcopatus sui, vel aliud quodpiam privilegium adimit, etiam imperatorio permissu; infamia notat hæc constitutio, bonorumque publicatione multat, ipsum etiam conatum improbans.

C Excipit autem sitas in Scythia provincias, & Leontoplim Isauriæ. Lex item exstat alia, cujus hæc verba sunt.

Firma sint ecclesiastica privilegia universa.

Itemque rursus alia.

Sacros canones non minus, quam ipsas leges valere, leges volunt. Et quod canones prohibent, id etiam prohibent leges.

Et hæc quidem sufficiunt ad probandum, non duos metropolitanos in una esse provincia, sed tempore priorem itemque jam factos metropolitanos, honore dumtaxat aliis episcopis præstare, ceteroqui subditos ei, D qui reapse metropolitanus est, deinceps vero, quum ipse rei conatus etiam prohibeatur, episcopum id ausum facere, gradu suo deiici: nullum denique privilegium ex iis, quæ prius alicui adhæserunt episcopatus, a quoquam adimendum. Quod autem non fas sit ea, quæ concernunt episcopos, secundum sacram sanctionem pragmaticam procedere, sed juxta patrum dumtaxat determinationes, quos & canones vocant: id ex alia sanctæ hujus & universalis quartæ synodi actione percipi potest. Nam quum civitas Berytum * metropoliticum jus impetrasset ab eo Theodosio principe, qui ad discrimen illius majoris, minor dicitur, Eusthathius, ejus urbis e- E piscopus, illa concessione metropolitici juris elatus, adversus Photium metropolitanum Tyri, quæ Phœnicum metropolis est, insurrexit: quumque duos quosdam ei subjectos episcopos, veluti metropolitanus deposuisset, & ad presbyterorum gradum detrusisset, alios ordinavit. Quod minime ferens Photius, ad sanctam synodum sese contulit. Ac lite mota, sententiam secundum se

* extat edictum l. un. C. de metrop. Beryto lib. 11.

A ριδρομῆς τολμήσοντι ἐπισκόπῳ διὰ θείου τύπου τοῦτο λαβεῖν. καὶ θεσπίζουσα, τὸν ἐπίσκοπον τὸν ἐκ βασιλικῆς ἐξουσίας ἤδη μητροπολιτικὸν εἰληφότα δίκαιον, μόνης ἀπολαύειν τῆς τιμῆς, σωζομένων ἀκεραίων τῇ κατὰ ἀλήθειαν μητροπόλει τῶν οἰκείων δικαίων. ἔχει δὲ ὁ κανὼν, οὕτως.

„ Ἦλθεν εἰς ἡμᾶς ὥς τινες παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς προσδραμόντες δυναστείαις, διὰ πραγματικῶν τὴν μίαν ἐπαρχίαν εἰς δύο κατέτεμον. ὡς ἐκ τούτου δύο μητροπολίτας εἶναι ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ. ὥρισε τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος, τοῦ λοιποῦ μηδὲν τοιοῦτον τολμᾶσθαι παρὰ ἐπισκόπου. ἐπειδὴ τὸν τοιούτῳ ἐπιχειροῦντα, ἐκπίπτειν τοῦ ἰδίου βαθμοῦ. ὅσαι δὲ πόλεις διὰ B γραμμάτων βασιλικῶν τῷ τῆς μητροπόλεως ἐτιμήθησαν ὀνόματι, μόνης ἀπολαυέτωσαν τῆς τιμῆς, καὶ ὁ τὴν ἐκκλησίαν αὐτῆς διοικῶν ἐπίσκοπος, σωζομένων δηλονότι τῇ κατὰ ἀλήθειαν μητροπόλει τῶν οἰκείων δικαίων. οἷς σύμψηφος ἐγένετο καὶ ὁ βασιλεὺς Μαρκιανὸς, τὴν θείαν ταύτην ὑπαγορεύσας διάταξιν.

„ Τὸν ἀφαιρούμενον πόλεως οἱασδήποτε, πάλαι οὔσης, ἢ νῦν πολιθείσης, τὸ τῆς ἰδικῆς ἐπισκοπῆς δίκαιον, ἢ ἕτερόν τι προνόμιον, κἂν ἀπὸ βασιλικῆς ἐπιτροπῆς, ἀτιμοῖ καὶ δημεύει ἡ διάταξις, ἀκυροῦσα καὶ τὴν ἐγχείρησιν.

C Ὑπεξαιρεῖ δὲ καὶ τὰς ἐν Σκυθίᾳ ἐπαρχίας, καὶ Λεοντόπολιν τῆς Ἰσαυρίας. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος νόμος, οὕτω διεξιών.

„ Βεβαιούσθω τὰ ἐκκλησιαστικὰ πάντα προνόμια.

Καὶ πάλιν ἄλλος.

„ Τοὺς θείους κανόνας οὐκ ἔλαττον τῶν νόμων ἰσχύειν, οἱ νόμοι βούλονται. καὶ ὅπερ οἱ κανόνες κωλύουσι, τοῦτο καὶ οἱ νόμοι.

Καὶ ταῦτα μὲν ἀπόχρη πρὸς τὸ δεῖξαι, οὐ δύο μητροπολίτας εἶναι ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ, ἀλλὰ τὸν ἀρχαιότερον· καὶ τὸ, τοὺς ὀφθάσαντας χρισθῆναι, τῇ τιμῇ μόνον τῶν ἄλλων ἐπισκόπων ὑπερέχειν D ὑποκειμένους μέντοιγε τῷ κατὰ ἀλήθειαν μητροπολίτῃ. εἰς τοσοῦτον δὲ καὶ αὐτῆς τῆς ἐγχειρήσεως κωλυομένης, καὶ τὸν τοῦτο τολμήσαντα ποιῆσαι ἐπίσκοπον, ἔκπτωσιν πάσχειν τοῦ οἰκείου βαθμοῦ· καὶ τὸ μηδὲν τῶν φθασάντων προσαγῆναι ἐπισκοπῇ τινὶ προνομίων, ἀφαιρεῖσθαι παρ' οὑδήτινος. ὅτι δὲ οὐ κατὰ πραγματικὸν θεῖον ἔξεστι τύπον τὰ τῶν ἐπισκόπων προβαίνειν, κατὰ μόνους δὲ τοὺς πατρικοὺς ὅρους, τοὺς καὶ κανόνας, ἐξ ἑτέρας πράξεως τῆς τοιαύτης ἁγίας οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου καταμαθεῖν δυνατόν. τῆς γὰρ πόλεως Βηρυτοῦ, μητροπόλεως δίκαιον εἰληφυίας παρὰ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως, τοῦ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ μεγάλου, λεγομένου μικροῦ, Εὐστάθιος ὁ ταύτης τῆς πόλεως ἐπίσκοπος τῷ τοιούτῳ φιλοτιμήματι τῆς μητροπόλεως E κατεπαρθεὶς, κατεξανέστη Φωτίου τοῦ μητροπολίτου τῆς Τύρου, τῆς τῶν Φοινίκων μητροπόλεως. καὶ δύο τινὰς ὑποκειμένους αὐτῷ ἐπισκόπους καθελὼν, ὡς δῆθεν μητροπολίτης, καὶ εἰς πρεσβυτέρων βαθμὸν καταστάσας, ἑτέρους κεχειροτόνηκεν. ὃ μὴ φέρων ὁ Φώτιος, τῇ ἁγίᾳ προσέδραμε συνόδῳ. καὶ δίκης κροτηθείσης, τὸ δικαιοῦσαν ἀπέλ φε, μηδὲν ὠφεληθέντος Εὐσταθίου τοῦ τῆς Βηρυτοῦ, ἐκ τοῦ βασιλικοῖς ὠχυρῶσθαι γράμμασι

λέ-

ANNO CHRISTI 1086.

λέγειν, τοῖς ἐπιτρέπουσι τοῦτο. οὐ γὰρ προσέχειν ἡ σύνοδος τοῖς παρ' αὐτοῦ λεγομένοις, ἀλλὰ τῆς ὑποθέσεως δοκιμαζομένης, τῶν ἀρχόντων πρότερον
» ἐρωτησάντων τὴν σύνοδον ῥητῶς οὕτως. τῷ θειο-
» τάτῳ δεσπότῃ τῆς οἰκουμένης ἤρεσε, μὴ κατὰ
» θεῖα γράμματα, ἢ κατὰ πραγματικοὺς τύ-
» πους, τὰ τῶν ἐπισκόπων προβαίνειν, ἀλλὰ κα-
» τὰ τοὺς κανόνας τῶν πατέρων. εἰπάτω οὖν ἡ ἁγία
» σύνοδος, εἰ ἔξεστι κατὰ θεῖον πραγματικὸν
» τύπον ἀλλοτρίας ἐκκλησίας δίκαια ἑτέρους ἐπι-
» σκόπους παραιρεῖσθαι; ἡ ἁγία σύνοδος ἀπεκρί-
» νατο. κατὰ * τοὺς κανόνας πραγματικὸν μη-
» δὲν ἰσχύσειν. οἱ κανόνες τῶν πατέρων κρατείτω-
» σαν. καὶ αὖθις τῶν ἀρχόντων εἰπόντων. νῦν
» καιρός ἐστι διδαχθῆναι ἡμᾶς παρὰ τῆς συνόδου
» εἰ ἔξεστι κατὰ θεῖον πραγματικὸν, ἀλλοτρίας
» ἐκκλησίας δίκαια ἑτέρους ἐπισκόπους παραιρεῖ-
» σθαι· ἡ ἁγία σύνοδος ἀνεβόησεν· οὐκ ἔξεστι.
» τοῦτο παρὰ τοὺς κανόνας ἐστί. ἔστι δὲ καὶ νόμος
» ὁ τοῦτο βουλόμενος, οὕτω διεξιών. οἱ τοῖς κα-
» νόσιν ἐναντιούμενοι πραγματικοὶ τύποι, ἄκυ-
» ροι εἰσί. καὶ ὅρα μέγιστε βασιλεῦ, ὅπως διὰ πάντων τούτων ἀποδέδεικται τηλαυγῶς, τὸ μὴ δεῖν αὐθεντεῖν τὸν βασιλέα ἐν τοῖς τοιούτοις, κανονικῶς δὲ τὰ ἐκκλησιαστικὰ διεξάγεσθαι. ἐστὶ μὲν οὖν καὶ ἄλλοι πολλοὶ κανόνες τῶν θεοσέπτων ἀποστόλων, καὶ ὑπηρετῶν τοῦ λόγου, καὶ τῶν ἐφεξῆς ἁγίων συνόδων, αὐτὰ ταῦτα διατρανοῦντες, οὓς παραθεῖναι τῷδε τῷ γράμματι, εὔηθες ἔδοξε, καὶ μὴ πόῤῥω φιλοτιμίας ἀνωφελοῦς. ἱκανῶν γὰρ τῶν προβληθέντων εἰς ἀπόδειξιν ὄντων, τί δεῖ καὶ προσεπεξεργάζεσθαι; καὶ τῆς ἀληθείας δυναμένης ἀναλάμψαι, καὶ τοῖς πᾶσι γενέσθαι δήλης, τῶν πολλῶν οὐδαμῶς χρεία. αὐτάρκης γὰρ εἰς συνηγορίαν ἑαυτῆς ἡ ἀλήθεια. κοινῷ μὲν οὖν λόγῳ καὶ καθολικῶς ἐλέχθη ταῦτα. ἰδίᾳ δὲ, καὶ κατὰ μέρος, καὶ ἑτέροις ἕκαστος φράγνυται δικαιώμασιν. αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ καὶ τὸν περὶ τῶν ὅλων συστήσας ἀγῶνα, καὶ τὸ σμῆνος τῶν λόγων κινήσας, τὸν θεοφιλῆ δὲ λέγω μητροπολίτην Ἀγκύρας, ὑπομνήματι τε πέφρακται τοῦ μακαρίτου βασιλέως τοῦ Δούκα, ὅστις τὴν τοῦ Βασιλέου ἐπισκοπὴν εἰς μητροπολιτικὸν ἀνήγαγε δίκαιον, διοριζομένῳ, τῷ θανάτῳ τοῦ τιμηθέντος μητροπολίτου, εἰς ἐπισκοπὴν κατεσπάσθαι τὴν εἰρημένην ἐκκλησίαν. μὴ ἐπαισχυνθέντος λίαν συνεχῶς τοῦ βασιλέως τὸ οἰκεῖον ὀλίσθημα καὶ τὴν ἄγνοιαν καὶ θριαμβεῦσαι, καὶ διορθώσασθαι· ἀλλὰ κατὰ τὸν Θετταλὸν μειρακίσκον, καὶ τρώσαντος, καὶ συμπαθῶς καὶ φιλανθρώπως ἐπεγνωκότος τὴν ἴασιν. καὶ πρὸς τούτῳ χρυσοβούλλῳ ὥπλισται ἄλλῳ τοῦ υἱοῦ τούτου καὶ βασιλέως, τὸ φθάσαν ὑποστηρίζοντι. καὶ ὑπομνήματι συνοδικῷ, τῶν τότε ζώντων μητροπολιτῶν, ὀλίγων, * δὲ ὄντων, ταῖς αὐτοχειρίοις ὑποσημασίαις τὸ ἔμπεδον ἀποφέροντι, ὧν καὶ οἱ πλείους περίεισι, στοιχησάντων ἁπάντων τῇ κανονικῇ ἀποφάσει. ἅτερος δὲ ὁ Ἡρακλείας πρὸς τοῖς κοινοῖς δικαιώμασιν, αὐτότε τὸ συνοδικὸν ὑπόμνημα προβάλλεται εἰς συνασπισμὸν, καὶ χρυσοβούλλῳ τεθωράκισται, οὗ δημιουργὸς ὁ μακαρίτης βασιλεὺς ὁ Βοτανειάτης, διοριζομένῳ τῇ τελευτῇ τοῦ νυνὶ ἀρχιερατεύοντος ἐν Μαδύτῳ, τὸ ὑπ' αὐτῷ μητροπολιτικὸν παύεσθαι δίκαιον, καὶ ὑπὸ τὴν Ἡράκλειαν ἐπαναστρέφειν τὴν εἰρημένην ἐκκλησίαν ὡς τὸ πρότερον. προσεπιτούτοις καὶ ὁ θεοφιλέστατος μητροπολίτης Πατρῶν, πολλοῖς καὶ διαφόροις τετείχισται δικαιώμασιν, εἰς τὸ συμφυεῖς, καὶ ἀτμήτους, καὶ ἀναποσπάστους ἔχειν τὰς τῇ κατ' αὐτὸν ἐκκλησίᾳ δωρηθείσας ἐπισκοπὰς, παρὰ

* τῶν κανόνων

* δεόντων,

ANNO CHRISTI 1086.

A pronuntiatam tulit, quum nihil Eustathio Berythensi profuisset, quod imperatoriis se litteris munitum diceret, quæ sibi potestatem ejus rei facerent. Non n. adtendebat iis synodus, quæ ab ipso dicebantur, sed in examine causæ, quum præsides synodum primis disertis hisce verbis interrogassent: Placuit orbis sacratissimo domino, ne secundum sacras epistolas aut sanctiones pragmaticas, episcoporum negotia procedant, sed juxta patrum canones. Dicat ergo sancta synodus, an fas sit, ut per sacram pragmaticam sanctionem alterius jura ecclesiæ alii rapiant episcopi? Sancta synodus respondit. Adversus canones nihil pragmaticum valebit. Canones patrum rati sunto. Quumque præ-
B sides iterum dixissent: Jam tempus est, ut a synodo erudiamur, an fas sit, ut secundum sacram sanctionem pragmaticam jura ecclesiæ alterius, alii rapiant episcopi. Sancta synodus exclamavit. Non licet. Hoc præter canones admittitur. Est etiam lex, quæ hoc ipsum vult, his verbis exposita. Pragmaticæ sanctiones, quæ canonibus adversantur, irritæ sunt. Vide obsecro maxime imperator, quomodo per hæc omnia clarissime demonstratum sit, non debere principis in hujusmodi rebus auctoritatem valere, sed ecclesiastica secundum canones peragi. Ac sunt quidem & alii multi canones coronatorum divinitus apostolorum, ministrorumque ver-
C bi, & sequuntur deinceps sanctarum synodorum, hæc ipsa declarantes: quos huic scripto adjungere velle, stolidum visum fuit, nec ab inutili ambitione longe remotum. Nam quum ea, quæ producta sunt, ad demonstrationem rei sufficiant, cur amplius laboretur? Et quum veritas elucere possit, atque omnibus innotescere; non multis opus est verbis. Quippe veritas ad sui patrocinium ipsamet sufficit. Itaque communi, & generaliter hæc dicta sunt. Seorsum vero, & particulatim, etiam aliis quisque munitus est juribus. Nam & is ipse, qui certamen hoc universum occepit, & verborum hoc alveare commovit, religiosus inquam metropoli-
D tanus ille Ancyranus, instrumento munitus est felicis memoriæ principis * Duce, qui episcopatum Basilæi metropolitico jure donavit, quo instrumento sancitur, ut honorem adepti metropolitani morte, dicta ecclesia reddat ad statum inferiorem episcopatus: quum valde prudenter hunc principem non puduerit lapsum & ignorantiam suam tum palam spectandam exhibere, tum corrigere: idemque Thessali adolescentis exemplo, & vulnus inflixerit, & benigne humaniterque sanctionem agnoverit. Præter hanc bullam auream, munitus est alia quoque * filii hujus, & imperatoris, quæ priorem confir-
E mat: itemque monumento synodali, quod factis manu propria subscriptionibus est confirmatum ab omnibus tunc viventibus metropolitanis, si paucos demas, quorum & major pars superstes est; universis sententiam canonicam sequutis. Alter autem ille pontifex Heracleæ, præter jura communia, profert ad sui defensionem illud ipsum synodale monumentum, & munitus est aurea bulla, cujus auctor est felicis recordationis im-

* Constantini

* Michaelis Ducæ

pe-

imperator Botaniates, qua sancitur, ut illius morte, qui nu c Madyti pontificatum gerit, jus ejus metropoliticum exspiret, ac dicta ecclesia pristino more sub Heracleam redeat. Præter hæc, religiosissimus quoque metropolitanus Patrensis compluribus ac variis munitus est juribus in hoc, ut sibi adjunctos, & minime separatos, indivulsosque habeat episcopatus, ecclesiæ suæ a Nicephoro principe, qui ex Generali procuratore factus est Imperator, attributos ejus miraculi gratia, quod oculariter factum fuit ab illo eximio primoque vocato apostolo Andrea, in Abarum eversione, qui totis CCXVIII. annis Peloponnesum obtinuerant, usque adeo ab imperio Romano avulsi, ut nemo Romanus in Peloponnesum vel pedem inferre posset; tunc autem unius horæ spatio fuerunt exterminati per solam apparitionem hujus primo vocati apostoli, & ipsa regio tota Romani restituta sceptris. Ac primum quidem profert auream bullam indicati principis, qui & hanc ipsam sanctissimam Patrensem ecclesiam ex archiepiscopatu ad metropolis gloriam evexit ob illius eximii prodigium apostoli, quod diximus, & tres episcopatus ei largitus est, Methonensem, Lacædemonium, & Sarsocoronensem; deinde alteram huic consonam, Leoni & Alexandri augustorum: ac tertiam Romani, Christophori, & Constantini, reliquarum vestigiis inhærentem: itemque præter has aliam Nicephori Phocæ, quintam denique Botaniatæ illius, qui paulo ante rerum potitus fuit, qua recensitæ omnes obsignantur. Neocæsariensis quoque similiter monumento domini Michaelis patriarchæ, beatæ memoriæ nititur; & aurea bulla domini Michaelis Ducæ. Inveniuntur & acta, quæ tradunt, quod episcopatus, quicunque ad metropolium dignitatem provehendi erant, non aliter id adsequabantur; nisi publicæ utilitatis id suaderet ratio, & synodus adsentiretur, & ecclesiæ honorem accepturæ metropolitanus remunerationes se dignas ex imperatoris manu consequutus, ea quæ gererentur, adprobaret. Tot igitur atque talia quum adminicula sint, tam universis communia, quam singulis peculiaria: mihi sane, meique similibus videtur, humanissime princeps, esse factum hujusmodi & iniquum, & enorme, contraque sacros canones, & decretis spiritualibus, ac legibus adversum: nec satis habere virium, quæ ab adversaria parte opponantur. Nam neque sacra pragmatica sanctio, veluti superius est declaratum, adversus divinos canones valebit, neque condemnatio, quæ contra leges & canones tendit, laudabilis esse poterit. Quamvis n. scriptum a constituta divinitus majestate tua subnotatum, artificiose atque oratorie factum est, ac vulgo fidem mereri videtur: non tamen & leges atque canones evertere potest, veritatem succutere. Nam argutatio, & ratiocinationes, ex iis sumptæ, quæ hominum opinioni consentanea videntur, quum non sint, longe absunt a veritate atque scientia. Nec longa consuetudo efficiet umquam, ut id, quod ab initio subsistere non potuit, locum habeat. Tunc enim longa quoque consuetudo vim legis obtinet, quando præterquam quod cum ratione non pugnat, nec legem evertit. At quum hoc modo sacri canones evertantur, quanam ratione consuetudo, quæ sic irrepsit, admittetur? Nam audi legis verba: Quod non cum ratione introductum est, sed per errorem et con-

A Νικηφόρου βασιλέως τοῦ ἀπὸ γενικῶν, διὰ τὸ ἐν τῇ καταστροφῇ τῶν Ἀβάρων παρὰ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων καὶ πρωτοκλήτου Ἀνδρέου ὀφθαλμοφανῶς γενόμενον θαῦμα, ἐπὶ διακοσίοις δεκαοκτὼ χρόνοις ὅλοις κατασχόντων τὴν Πελοπόννησον, καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ἀποτεμομένων, ὡς μὴ δὲ πόδα βαλεῖν ὅλως δύνασθαι ἐν αὐτῇ Ῥωμαῖον ἄνδρα· ἐν μιᾷ δὲ ὥρᾳ τούτων μὲν ἀφανισθέντων ἐκ μόνης ἐπιφανείας τοῦ πρωτοκλήτου, τῆς δὲ χώρας ἁπάσης τοῖς Ῥωμαϊκοῖς σκήπτροις ἐπανελθούσης. καὶ πρῶτον μὲν προβάλλεται τὸ τοῦ ῥηθέντος βασιλέως χρυσόβουλλον, τοῦ καὶ τὴν αὐτὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν Πατρῶν, ἐξ ἀρχιεπισκοπῆς εἰς μητροπόλεως δόξαν ἀναγαγόντος, διὰ τὸ ῥηθὲν τεράστιον τοῦ κορυφαίου, καὶ τρισὶν ἐπισκοπαῖς αὐτὴν δωρησαμένου, τῇ B Μεθώνῃ, τῇ Λακεδαίμονι, καὶ τῇ Σαρσοκορώνῃ. καὶ ἕτερον τούτῳ συνᾷδον, Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν βασιλέων. καὶ τρίτον Ῥωμανοῦ, Χριστοφόρου, καὶ Κωνσταντίνου, κατ' ἴχνος τοῖς ἄλλοις βαῖνον. καὶ ἄλλο ἐπὶ τούτοις, Νικηφόρου τοῦ Φωκᾶ. καὶ πέμπτον ἐπὶ τούτοις, τοῦ πρὸ μικροῦ βεβασιλευκότος τοῦ Βοτανειάτου, τοὺς εἰρημένους πάντας ἐπισφραγίζοντος. καὶ ὁ Νεοκαισαρείας δὲ ἐστήρικται ὁμοίως ὑπομνήματι τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει πατριάρχου, κυροῦ Μιχαὴλ, καὶ χρυσοβούλλῳ κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Λούκα. Εὑρίσκονται δὲ καὶ πράξεις διαγορεύουσαι, ὅτι περ ὅσαι τῶν ἐπισκοπῶν εἰς μητροπόλεων ἔμελλον ἀναβιβασθῆναι κλέος, οὐκ ἄλλως τούτου ἐπέτυχον, εἰ μὴ κοινωφελὴς προὔκειτο οἰκονομία, καὶ ἡ σύνοδος κατεδέξατο, καὶ C ὁ μητροπολίτης τῆς μελλούσης τιμηθῆναι ἐκκλησίας ἀντιδόσεις ἀξίας εἰληφὼς, τῆς βασιλικῆς δεξιᾶς, τοῖς πραττομένοις συνήνεσε. τοσούτων τοίνυν ὄντων βοηθημάτων, καὶ κοινῶν τοῖς πᾶσι, καὶ τῶν καθέκαστον ἰδίων, ἐμοί τε καὶ τοῖς ὁμοίοις δοκεῖ φιλανθρωπότατε βασιλεῦ, παράνομον εἶναι καὶ ἄρρυθμον τὴν τοιαύτην πρᾶξιν, καὶ τῶν ἱερῶν κανόνων ἀπεναντίαν, καὶ τοῖς πνευματικοῖς ὅροις καὶ νόμοις ἀντίθετον, καὶ οὐχ ἱκανὰ τὰ παρὰ τοῦ ἀντιῤῥόπου μέρους ἀντιθέμενα. οὔτε γὰρ πραγματικὸς θεῖος τύπος κατὰ τῶν θείων κανόνων ἰσχύσει, ὡς ἄνωθεν διατετράνωται, οὔτε μὴν καταδίκη, ὁμόσε νόμων καὶ κανόνων χωροῦσα, ἐπαινετή. εἰ γὰρ καὶ τὸ σημείωμα τῆς ἐκ Θεοῦ βασιλείας σου τεχνικῶς καὶ ῥητορικῶς κατεσκεύασται, καὶ D πιθανὸν δοκεῖ τοῖς πολλοῖς. ἀλλ' οὔπω καὶ δυνατὸν, νόμους ἀνελεῖν καὶ κανόνας, καὶ τὴν ἀλήθειαν καταseῖσαι. σοφιστεία γὰρ καὶ συλλογισμοὶ, ἐκ φαινομένων ἐνδόξων, μὴ ὄντων δὲ, πόῤῥω τοῦ ὄντος καὶ ἐπιστήμης οἰσίν. ἀλλ' οὐδὲ μακρὰ συνήθεια, τὸ ἀπαρχῆς ἀνυπόστατον, εἰς ὑπόστασιν ἄξει ποτέ. τότε γὰρ καὶ ἡ μακρὰ συνήθεια οὐδὲν ἧττον νόμου κρατεῖ, ὅταν πρὸς τῷ μὴ ἀλόγιστος εἶναι, καὶ νόμον οὐκ ἀναιρῇ· ὧδε δὲ τῶν θείων ἀνατρεπομένων κανόνων, ποίῳ λογισμῷ συνήθεια λαμβάνουσα παρείσδυσιν προσδεχθήσεται; ἀκούσῃ γὰρ τοῦ νόμου λέγοντος· „τὸ μὴ μετὰ λογισμοῦ εἰσενεχθὲν, ἀλλὰ κατὰ „πλάνην καὶ συνήθειαν κρατῆσαν, οὐ δεῖ κρα- „τεῖν ἐν τοῖς ὁμοίοις. οὐκ ἀγνοοῦμεν δὲ καὶ τὰ E παρ' ἐνίων προσφερόμενα πικρὰ ῥήματα, τὰ σπουδάζοντα δωρεὰν ἀποδεικνύειν βασιλικὴν τὴν τῶν ἐκκλησιῶν ἐπανάβασιν· καὶ μὴ δεῖν φάσκοντα

ταύτην ἀνατρέπεσθαι, λόγου ἀχαριστίας μὴ παρεμπίπτοντος. εἰ γὰρ ἀνθρώπῳ, φησὶ, δωρούμενος ὁ βασιλεὺς, οὐκ ἄλλως ἀναλαμβάνει τὴν δωρεὰν, εἰ μὴ ἀχαριστίας παρεμπέσοι λόγος, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, ἐφ' ὧν ἀχαριστίαν λέγειν, οὐκ εὔλογον. πρῶτον μὲν γὰρ πρὸς τὰς πόλεις, οὐ πρὸς τὰς ἐκκλησίας ἡ βασιλικὴ δωρεά. εἰ δὲ καὶ θείη τὶς τοῦτο βιαζόμενος δωρεὰν εἶναι, ἄδικον αὐτὴν εὑρήσει, καὶ νόμοις ἀπρόσδεκτον. οὗτοι γὰρ κωλύουσι καὶ τὰς ἀδίκους αἰτήσεις, καὶ τας προχείρους εὐεργεσίας, εἰς ἄλλων βλάβην αἰτουμένας, χαρίζεσθαι. καὶ ἔτι, οὐκ ὀφείλουσιν ἑτέροις εἶναι ἐπιζήμιοι αἱ ἑτέρων τιμαί. τῆς ὑποθέσεως οὖν οὕτως ἐπιμελῶς ζητηθείσης, χρεὼν πάντως, θεσπέσιε βασιλεῦ, τὴν ἀλόγιστον ταύτην καὶ ἄδικον πρᾶξιν τέως εἰς τὴν ἑξῆς ἀνακόψαι, θείων θεσπισμάτων ἐκτιθεμένων παρὰ τῆς σῆς ἡμερότητος, γίνεσθαι ταύτην τὸ λοιπὸν κωλυόντων καθάπαξ. τῶν πραγησμένων δὲ προσήκουσαν καὶ κατάλληλον τῇ μεγαλεπηβόλῳ συνέσει σου, ποιῆσαι οἰκονομίαν. καὶ ὅσαι τῶν ἐκκλησιῶν ἐξ ἐπισκοπικῶν δικαίων εἰς ὑπεροχὴν μητροπόλεων ἀναχθεῖσαι, ὑπερήλασαν ἀδιαλώπως καὶ τὴν χρονίαν παραγραφὴν τῆς τριακονταετηρίδος, μενέτωσαν ἐπὶ σχήματος, καὶ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἔστωσαν ὑποκείμεναι. ἐπειδὴ καὶ τοῦτο προνόμιον ἐπισκοπικὸν, καὶ κανόνες εἰσὶν ἐπιτρέποντες, δεσπόζειν ἐπίσκοπον προνομίου ἑτέρας ἐκκλησίας διὰ παραδρομῆς τῶν εἰρημένων ἐνιαυτῶν. φησὶ γὰρ ὁ ιζ' κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, τὰς καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ἀγροικικὰς παροικίας ἢ ἐγχωρίους, μένειν ἀπαρασαλεύτους παρὰ τοῖς κατέχουσιν αὐτὰς ἐπισκόποις, καὶ μάλιστα, εἰ τριακονταετῆ χρόνον ταύτας ἀβιάστως διακατέχοντες ᾠκονόμησαν. εἰ δὲ ἐν τοῖς τῶν τριάκοντα ἐνιαυτῶν γέγονέ τις ἢ γένοιτο περὶ αὐτῶν ἀμφισβήτησις, ἐξεῖναι τοῖς λέγουσιν ἠδικῆσθαι, περὶ τούτων κινεῖν παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας. ᾧ τινι θείῳ κανόνι καὶ ἡ ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ παλατίου συστᾶσα ἁγία σύνοδος διὰ τοῦ κε' κανόνος ἐπηκολούθησε. τὰς δὲ τοῦτο παθούσας, μὴ δὲ χρόνῳ βοηθουμένας, ἐπαναστρέφειν ἀναμφιλέκτως εἰς τὰ τῶν οἰκείων μητροπόλεων δίκαια. μὴ ταραττέτω δὲ τὴν κραταιὰν καὶ ἁγίαν βασιλείαν σου, τὸ κατὰ φαντασίαν παρεισαγόμενον ἄτοπον, καὶ ἡ δοκοῦσα προσγίνεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις ὕβρις, ἀτιμαζομέναις ὥσπερ τῷ ὑφαιρεῖσθαι τοῦ μητροπολιτικοῦ ἀξιώματος· οὐκ ἔστι γὰρ τοῦτο * ὕβρις, τὸ ὑφαιρεῖσθαι ἐνθέσμως. τοὐναντίον δὲ μᾶλλον τὸ ἕτερον, τὸ ἐκφύλως καὶ ἐκθέσμως γινόμενον. εὑρέθη γάρ τι καὶ τοιοῦτον γενόμενον κρίσει συνοδικῇ, καὶ ἐπικρίσει βασιλικῇ κυρωθέν. τῆς γὰρ ἐπισκοπῆς τοῦ Ῥοιζαίου ὑπὸ τὸν Καισαρείας τελούσης, καὶ ἀρχιεπισκοπῆς γενομένης παρὰ Γερμανοῦ τοῦ ὁμολογητοῦ καὶ πατριάρχου, καὶ τοῦ ἐπ' ἐκείνου βασιλεύοντος, χρόνοις διακοσίοις ὕστερον, ἐπὶ Θεοφυλάκτου τοῦ ἀοιδίμου πατριάρχου, κελεύσει βασιλέως Ῥωμανοῦ τοῦ πρεσβυτέρου, ἐξ αἰτήσεως Νικηφόρου τινὸς, ποιμενάρχου Νεοκαισαρείας τυγχάνοντος, δικαστήριον ἀνέστη συμμιγὲς, ἔκ τε ἀρχιερέων, καὶ ἐλλογίμων συγκλητικῶν, προκαθημένου καὶ αὐτοῦ τοῦ εἰρημένου πα-

et consuetudinem obtinuit, in similibus valere A non debet. Neque vero ignoramus acerba istæc verba, quæ a nonnullis proferuntur, quibus probare nituntur, ecclesiarum ad altiora provectionem, munus esse imperatorium; quod rescindendum negant, ratione ingratitudinis non interveniente. Nam si homini largiens aliquid imperator, inquiunt, non aliter beneficium suum revocat, nisi caussa ingratitudinis inciderit: multomagis id locum habet in sacris sanctis ecclesiis, quas ingratitudinis insimulare velle, absurdum fuerit. At enim primum non ad ecclesias, sed ad civitates hoc imperatorium beneficium spectat. Quod si maxime quis ponat, per vim extorquens, esse donationem: repe- B riet injustam, et legibus vetitam. Quippe leges prohibent injustas preces, ac faciles donationes, in aliorum petitas detrimentum, concedi. Præterea non debent aliorum honores aliis esse damnosi. Quapropter hac caussa tam diligenter examinata, oportet omnino, divine imperator, morem absurdum et injustum saltem in posterum abolere, sacras mansuetudine tua sanctiones proponente, quibus edicatur in universum, ne deinceps locum habeat; ac de iis, quæ ante hac contigerunt, pro sua singulari et heroica prudentia, disponente. Quotquot etiam ecclesiæ jus episcopale prius habentes, et ad eminentiam Metropoliticam evectæ, citra interturbationem ul- C lam præteriere terminum longæ præscriptionis annorum triginta in eadem condicione maneant, et sanctæ magnæque Dei ecclesiæ subditæ sint. Quando quidem hoc etiam episcopale privilegium est, et exstant canones, qui permittunt, ut episcopus alterius ecclesiæ prærogativam dictorum annorum decursu sibi vindicet. Inquitur enim canon. XVII. synodi Chalcedonensis, rurales vel provinciales paroecias singularum ecclesiarum inconcussas in eorum episcoporum potestate manere, qui eas possideant: ac præsertim, si eas annorum triginta spatio, nulla interveniente vi possidentes, administrarint. Si vero intra illos annos 30. vel inciderit, D vel incidat aliqua de eis dubitatio; licere dicentibus, se passos injuriam, ut de his apud synodum provincialem agant. Quem sacrum canonem sancta quoque synodus, in Trullo palatii habita, canone XXV. est sequuta. Quibus autem hoc contigerit, si temporis adminiculum nullum habeant, citra contradictionem ad suarum metropolium jura redeant. Neque vero præpotentem sanctamque majestatem tuam ea turbet absurditas, quæ specie tenus prætenditur nec contumelia, quæ videtur ecclesiis irrogari; quum infamia quasi notari videantur, dum metropolica dignitas eis adimitur. Non enim probrum est, legitime quidpiam amittere: E sed è contrario potius illud alterum, quod more novo, et præter leges committitur. Et depræhensum est aliquid tale factum de sententia synodali, et imperatorio decreto corroboratum. Nam quum episcopatus Rhoezæi sub Cæsareæ pontifice sit, et archiepiscopatus factus fuisset a Germano, confessore ac patriarcha; subque principe qui Germani tempore præfuit imperio: ducentis post annis sub celebri patriarcha Theopylacto, jussu Romani senioris imperatoris, preces offerente Nicephoro quodam, pastore principe Neocæsariensi, constitutum est tribunal mistum ex pontificibus, et doctis viris senatoriis, eodem patriarcha, quem diximus, præsidente. Quæ in judicio secundum metro-

ANNO CHRISTI 1086. 1153.

tropolitanum est pronuntiatum. Hoc manifesto paret ex illorum subnotatione, qui de caussa cognoverunt; deque monumento dicti patriarchæ, et aurea bulla imperatorum, Romani, Christophori, et Constantini obsignante judicata. Nec abs re quidem benigne imperator. Nam quod factum est male, corrigendum est bene. Sic equidem sentio. Sic pronuntio, doctrinis a majoribus quasi per manus acceptis sanctorum adflatorumque divinitus patrum insistens, et sacros sanctos canones sequens. Nec enim sanctum, nec justum duco; quod juste sancteque factum non est. Non etiam multorum opiniones metuo, qui me volunt concessæ mihi divinitus ecclesiæ privilegiorum rationem habere, nec ea vel negligere, vel temere prodere. Non enim hoc pontificum est, ut necessario putent ecclesiæ suæ privilegia sibi citra discrimen tuenda, tam justa, quam injusta: sed qua justa sunt, involabilia præstare debent, injustis vero cedere. Nam qui sermonem veritatis recte secare de doctrinis Sermonis Dei servatorisque nostri Jesu Christi, qui veritas ipsa est, omnino jussi sumus; non plane apud Deum expertes erimus culpæ, si ob animi nostri adfectum hæc lucra sectabimur. Ac nos quidem, a quibus necessario flagitatur, ut divinis præceptis et traditionibus patrum, nihil ducamus antiquius, sed ea pro viribus nostris illibata servemus, sic et sentimus, et decernimus. Velim vero, tua quoque pia serenissimaque majestas rem consideret, quodque facto fuerit opus, faciat: atque hoc modo majestas tua id, quod omnino et repræhensionis et scandali expers erit, tam ipsius Dei, quam sacrorum canonum respectu, servet.

A τριάρχου. καὶ ἡ νικῶσα τῷ μητροπολίτῃ ἐδόθη. παρίστησι τοῦτο τρανῶς, τὸ τῶν δικαιωσάντων σημείωμα, καὶ ὑπόμνημα τοῦ ῥηθέντος πατριάρχου, καὶ χρυσόβουλλος λόγος τῶν βασιλέων, Ῥωμανοῦ, Χριστοφόρου, καὶ Κωνσταντίνου, ἐπισφραγίζων τὰ κεκριμένα. καὶ εἰκότως φιλάγαθε βασιλεῦ. τὸ γὰρ κακῶς γινόμενον, δέον διορθωθῆναι καλῶς. οὕτω φρονῶ οὕτως ἀποφαίνομαι, ταῖς πατροπαραδότοις διδασκαλίαις τῶν ἁγίων θεοφόρων πατέρων ἑπόμενος, καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ θείοις κανόσι στοιχῶν. οὐ γὰρ ὅσιον, οὐδὲ δίκαιον ἥγημαι, τὸ μὴ δικαίως τε καὶ ὁσίως γινόμενον. οὐδὲν οὐδὲ πέφρικα τὰς τῶν πολλῶν ὑπολήψεις, ἀξιούντων με τῶν τῆς ἐκ Θεοῦ δεδομένης μοι ἐκκλησίας ἀντιποιεῖσθαι καὶ μὴ καταμελεῖν προνομίων, καὶ εὐκόλως ταῦτα προΐεσθαι. οὐ γάρ ἐστι τῶν ἀρ- B χιερέων, ὡς ἐπάναγκες εἶναι τῶν τῆς οἰκείας ἐκκλησίας προνομίων ἀδιαφόρως ἀντέχεσθαι, δικαίων τε ἅμα καὶ ἀδίκων. ἀλλὰ τὰ μὲν δίκαια φυλάττειν ἀλώβητα, τῶν δὲ ἀδίκων ὑπεκχωρεῖν καὶ ἐξίστασθαι. οἱ γὰρ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ὀρθοτομεῖν ἐκ τῶν διδαγμάτων τῆς αὐτοαληθείας τοῦ λόγου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καθάπαξ κεκελευσμένοι, οὐκ ἀναίτιοι πάντως ἐσόμεθα τῷ Θεῷ, εἰ προύργου ταῦτα διὰ πάθος τὰ κέρδη ποιήσομεν. καὶ ἡμεῖς μὲν μηδὲν προτιμότερον τῶν θείων ἐντολῶν καὶ τῶν πατρικῶν παραδόσεων ποιεῖν ἐξανάγκης ὀφείλοντες, ἀλλ᾽ ἀμετάπτωτα ταῦτα φυλάττειν, ὡς δύναμις, οὕτω καὶ νοοῦμεν καὶ ὁριζόμεθα. σκοπησάτω δὲ καὶ τὸ εὐσεβὲς καὶ παγγάληνον κράτος σου, C καὶ οἰκονομησάτω τὸ δέον· καὶ ὃ πάντως ἄμεμπτον, καὶ ἀπρόσκοπον, καὶ πρὸς Θεὸν αὐτὸν, καὶ πρὸς τοὺς ἱεροὺς κανόνας, διαφυλάξοι ἡ βασιλεία σου.

ANNO CHRISTI 1086. 1153.

IN SEQUENTEM EPISTOLAM COLLECTORIS PRÆMONITIO.

Inter Adriani papæ IV. epistolas a Labbeo collectas quædam occurrit ad Thessalonicensem archiepiscopum, qui tunc erat Basilius, directa. Nititur in ea pontifex primatum S. R. E. multis argumentis ac petitis e S. Scriptura testimoniis adstruere. Tandem rogat antistitem, ut persuasus ipse cæteros quoque collegas suos persuadere conetur, quo ejus labore ecclesiarum tandem sub uno summo præsule coadunatio fiat. Contona his fere respondit Basilius, Romanam ecclesiam cæteris præesse ultro se agnoscere innuens. Epistolam hanc ex Jure Græco-Romano Leunclavii huc transferre visum, ne deinceps in ea Collectione Conciliorum, in qua invitatio Adriani legitur, invitati responsio desideretur.

RESCRIPTUM SS. ARCHIEPISCOPI

Domini Basilii Achrideni, ad papam Romanum, dominum Adrianum (IV.)
An. Christi 1153. circiter.

ΑΝΤΙΓΡΑΦΗ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ

ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, κυρίου Βασιλείου τοῦ Ἀχριδηνοῦ, πρὸς τὸν πάπαν Ῥώμης κύριον Ἀδριανόν.

A.C. 1153. Ibid. pag. 307.

(a) amplitudinem.

LEgimus tuam epistolam, sanctissime Papa, ex qua perspeximus ingenii tui sublimitatem, humilitatis profunditatem (a), latitudinem tuæ erga Deum dilectionis & affectionis, per quam non coangustatur apostolicum cor tuum, quin potius viscera dilatantur, ad suscipiendum acquirendumque omnium ecclesiarum Christianos. Vocem tuam agnovimus per literas, alloquentem

ἈΝέγνωμέν σου τὴν ἐπιστολὴν, ἁγιώτατε πάπα, καὶ κατενοήσαμεν ἐξ αὐτῆς τὸ ὕψος τῆς διανοίας σου, τὸ βάθος τῆς ταπεινώσεως, τὸ πλάτος τῆς κατὰ Θεὸν ἀγάπης καὶ διαθέσεως. ὑφ᾽ ἧς οὐ στενοχωρεῖταί σου ἡ ἀποστολικὴ καρδία, ἀλλὰ πλατύνεται μᾶλλον τὰ σπλάγχνα εἰς ὑποδοχὴν καὶ περιποίησιν τῶν ἐν ἁπάσαις ταῖς ἐκκλησίαις Χριστιανῶν. ἐπέγνωμέν σου τὴν φωνὴν διὰ τῶν γραμμάτων λαλήσασαν ἡμῖν εἰς τὰ ὦτα καὶ τὴν

τὴν διάνοιαν. ἠκούσαμεν λαλοῦντος ὡς πατρὸς, ὡς ποιμένος, μᾶλλον δὲ ἀρχιποιμένος. ὡς μὲν γὰρ πατὴρ, καὶ τοὺς ἀπηλλοτριῶσθαί σου δοκοῦντας υἱοὺς, ὑπὸ τοὺς πατρικούς σου κόλπους συνάγεις, καὶ κηδόμενος τούτων διατελεῖς. ὡς δὲ ποιμὴν, οἷα πρόβατα πεπλανημένα ἀνακαλῇ. ὡς δὲ ποιμένων ποιμὴν τὴν ποιμαντικήν σου καὶ θεοδίδακτον ἐπιστήμην διδάσκεις ἡμᾶς, καὶ τῶν ποιμνίων μὴ ἀμελεῖν, ἀλλὰ πάσῃ δυνάμει προνοεῖσθαι, καὶ τὸ κακῶς ἔχον θεραπεύειν ἐπιμελῶς. ἠκούσαμεν ἀνακαλουμένου πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ἐπεστράφημέν σου πρὸς τὴν φωνήν. πάντως δὲ ἐὰν ἀλλοτρίους υἱοὺς (τῆς σῆς ἁγιότητος) ἐλογιζόμεθα ἑαυτοὺς, ἢ τῆς σῆς ποιμαντικῆς ἀπομακρύνεσθαι προῃρούμεθα, οὐκ ἂν οὔτε ἐπέγνωμεν ὡς πατρικὴν τὴν φωνὴν, οὔτε ὡς ποιμένος τὸ ἀνακλητικὸν ᾄδοντος ἐπανεστράφημεν. κατὰ γὰρ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, οὐδεὶς ποτὲ ἐπιγνώσεται τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνὴν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ φεύξεται ἀπ᾽ αὐτῆς. τί οὖν πρὸς ἡμᾶς ἡ παραβολὴ τοῦ πλανηθέντος προβάτου, ἁγιώτατε (1) πάπα; τί δὲ ἡ εἰκὼν τῆς ἀπολωλυίας δραχμῆς; ἡμεῖς γὰρ οὔτε κπεσόντας ἑαυτοὺς τῶν σῶν κόλπων φαμὲν, οὔτε τὴν υἱότητα ἢ τὴν ποιμαντικὴν ἀποφεύγομεν, ἵνα καὶ οὕτως ὀνειδιζώμεθα. ἑστήκαμεν δὲ, Θεοῦ χάριτι, (2) ἐπὶ τῆς τοῦ μακαρίου Πέτρου ὁμολογίας ἀσφαλῶς τε καὶ ἀκλινῶς. καὶ ὃν ἐκεῖνος ὡμολόγησε καὶ ἐκήρυξεν, ὁμολογοῦμέν τε καὶ κηρύσσομεν. μὴ καινίζοντές τι τῶν τοῖς ἁγίοις πατράσι συνοδικῶς δεδογμένων, μὴ προστιθέντες τοῖς εὐαγγελικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς λόγοις, ἄχρι καὶ μιᾶς κεραίας, ἢ ἰῶτα ἑνός. ἐμάθομεν γὰρ οἷόν ἐστι παρὰ τῷ κήρυκι τῶν ἐθνῶν βαρὺ τὸ ἐπικρεμασθὲν ἐπιτίμιον τοῖς τὰ τοιαῦτα τολμῶσι. κἂν γὰρ ἐγὼ (φησὶν) ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ᾽ ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. τοῦτο φοβούμενοι, καὶ τὴν ζωοποιὸν καὶ ἀναίμακτον θυσίαν ὡς ὁ παραλαβὼν ἀπὸ τοῦ Κυρίου παρέδωκεν ἡμῖν, οὕτως ἐπιτελοῦμεν. τὴν μὲν Ἰουδαϊκὴν ταπεινότητα, καὶ τὴν τοῦ νόμου σκιὰν ὑπεραναβαίνοντες, εἰς δὲ τὸ ὑπερῷον τῆς ὑψηλῆς χάριτος μετὰ τοῦ Ἰησοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἀναβαίνοντες. καὶ ἄρτον ἐσθίοντες, οὐχὶ τὸν τῆς κακώσεως, ὡς ὁ νόμος φησὶν, ἀλλὰ τὸν τῆς εὐφροσύνης, καὶ ὄντως καρδίαν στηρίζοντα. εἰ δὲ κατὰ τοὺς ποιμένας ἐκείνους ἠφρονισάμεθα (ὃ μὴ γένιτο, μηδὲ εἰς τοσοῦτον καθ᾽ ἡμῶν ἰσχύσῃ ὁ πονηρὸς) περὶ ὧν ὁ προφήτης Ἱερεμίας θρηνῶν ἔλεγεν, Οἱ ἱερεῖς οὐκ εἶπον, ποῦ ἐστι Κύριος; καὶ οἱ ἀντεχόμενοι τοῦ νόμου, οὐκ ἠπίσταντό με. καὶ οἱ ποιμένες ἠσέβουν εἰς ἐμέ. Εἰ τοιοῦτοί σοι ἦμεν, ἁγιώτατε πάτερ, πῶς ἂν ἄλλως εἶχες ὀνομάζειν ἡμᾶς ἢ πρόβατα πλανηθέντα, καὶ δραχμὴν ἀφανισθεῖσαν, καὶ νεκρὸν ἐν τάφῳ κείμενον πολυήμερον; ἀλλὰ μὴ οὕτως οἴου περὶ ἡμῶν. οὔτε γὰρ θεμέλιον ἄλλον οἴδαμεν παρὰ τὸν κείμενον, καὶ τὰ αὐτά σοι πρεσβεύομεν καὶ διδάσκομεν ἐγώ τε καὶ πάντες οἱ τοῦ μεγάλου καὶ ἀποστολικοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνου. καὶ εἷς ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ἐκκλησίαις ὁ λαλούμενος λόγος τῆς πίστεως. καὶ ὁ αὐτὸς ἀμνὸς θύεται, ὁ τοῦ κόσμου αἴρων τὴν ἁμαρτίαν, Χριστὸς, ἔν τε τοῖς κατὰ δύσιν ἀρχιερεῦσι, τοῖς ὑπὸ τὴν σὴν τελοῦσι κορυφαίαν ἀκρότητα, καὶ ἡμῖν τοῖς ἐξ ἡλίου ἀνίσχοντος τοῦ ὑψηλοῦ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως θρόνου δεχομένοις τὰς τῆς ἱερωσύνης αὐγάς. εἰ καί τινα βραχέα προσκόμματα εἰς μέσον παραρριφέντα διέστησαν ἡμᾶς, καὶ πολλοὺς πεποιήκασι, τοὺς ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος. ἃ πάντως ἐξελεῖν ἐκ τοῦ μέσου, καὶ ὡς λίθους τινὰς ἐκ τῆς ὁδοῦ διαρρί-

(1) πάτερ

(2) ἐπὶ τῇ τοῦ μακαρίου Πέτρου ὁμολογίᾳ

nos ad aures mentiſque intima. Audivimus loquentem ut patrem, ut paſtorem, vel potius (a) archipaſtorem. Nam quaſi pater, filios, qui a te abalienati videntur, ſub paternos ſinus tuos cogis, eorumque ſolicitudinem habes: quaſi paſtor autem, ut oves errantes, revocas: quaſi paſtorum paſtor, paſtoralem tuam & divinitus infuſam ſcientiam nos doces, ne greges negligamus, ſed totis viribus proſpiciamus, ut ei, quod male habet, ſedulo medeamur. Audivimus revocantem ad ſeipſum, & ad vocem tuam converſi ſumus. Plane ſi alienos a tua ſanctitate filios noſipſos exiſtimaſſemus, aut longe a paſtorali cura tua ſeparari voluiſſemus, nequaquam agnoviſſemus ut paternam vocem, neque (b) ad paſtorem receptui canentem converſi fuiſſemus. Nam juxta verbum Domini, nemo unquam noſcet extraneorum vocem, ſed potius ab ea fugiet. Quid igitur ad nos errantis ovis ſimilitudo, ſanctiſſime Papa? quid imago amiſſæ drachmæ? Nos enim e ſinu tuo excidiſſe negamus, & filiorum appellationem, aut paſtoralem curam non refugimus, ut tale convitium nobis exprobretur. Tuto autem, ac firmiter, Dei gratia (c), ſtetimus in beati Petri confeſſione. Et quem ille confeſſus eſt, & prædicavit, confitemur & prædicamus; nihil ex ſynodalibus ſanctorum patrum decretis innovantes, neç adjicientes evangelicis & apoſtolicis verbis, ad unum apicem uſque, vel jota unum. Didicimus enim a gentium præcone, quam gravis impendeat iis poena, qui talia audent. Etſi enim ego (inquit) vel angelus de coelo annuntiaverit vobis præter id, quod accepiſtis, anathema eſto. Hoc metuentes, vivificam & incruentam (d) hoſtiam, ut qui accepit a domino nobis tradidit, ſic (e) exhibemus: Judaicam quidem humilitatem, & legis umbram (f) ſuperadſcendentes; cum Jeſu autem, & ejus diſcipulis in ſublimis gratiæ palatium conſcendentes: & panem comedentes, non afflictionis (ut lex ait) ſed lætitiæ, & cor revera confirmantem. Quod ſi ut paſtores illi deſipuimus (quod abſit, nec tantum in nos poſſit malignus) de quibus Jeremias propheta lamentans ait: Sacerdotes non dixerunt, Ubi eſt Dominus? & qui legi adhærebant, neſciverunt me: & paſtores in me impii fuerunt. Si tales tibi videbamur ſanctiſſime pater, quonam pacto poſſes nos aliter nominare, quam oves errantes, & drachmam perditam, & multorum dierum mortuum in ſepulcro jacentem? Verum ne eam de nobis opinionem concipias. Neque enim aliud novimus fundamentum, quam quod ſubſtructum eſt. Eademque tecum prædicamus & docemus ego, iique omnes, qui ad magnam apoſtolicamque ſedem Conſtantinopolitanam pertinemus. Et unus, qui in utriſque eccleſiis perſonat, ſermo fidei: idemque ſacrificatur agnus, qui tollit peccata mundi Chriſtus, inter occidentales antiſtites, qui ſub tuum principale culmen agunt, & nos, qui (g) ab oriente ſole ſublimi Conſtantinopolitana ſede ſacerdotii accepimus ſplendorem: quamvis parva quædam offendicula medio interjecta nos ſepararint, & (h) ex uno eodemque ſpiritu multos fecerint. Quæ omni-

no

(a) paſtorem principem

(b) ut paſtore receptui canente.

(c) ſtamus

(d) ſacrificium.

(e) ſic perficimus

(f) tranſcendentes

(g) qui ad ſolem orientem a ſublimi

(h) & multos effecerint qui unius & ejuſdem ſpiritus ſumus.

ANNO CHRISTI 1153. 1166.

no tollere de medio, & velut lapides, juxta propheticum sermonem, e via proiicere, unitatemque ecclesiarum sine offendiculo constituere, tuæ sanctitatis erit: quæ Christi exemplo, velut e cælo prospiciens (*a*) distantia in unum congregare vult & potest. Nos enim (*b*) pauci sumus, & parvo gregi præsumus, mediocrem quidem, & ut guttam discendi facultatem habentes, virtutis autem nequicquam participes: etiamsi tua sanctitas (contrarii) persuasione decepta, maxima quædam de nobis suspicata sit, ex dilectione quorundam, qui hic peregrinati, nos allocuti sunt. Tua autem (*c*) integritas, undique perfecti Christi, tam sede, quam peritia, & vitæ splendore, imaginem, & similitudinem referens, poterit omnino dissidio caussam præbentia, scandala removere, & ecclesiis unionem soliditatemque restituere. Habet autem ad hoc sanctitas tua unanimem & adjutorem potentissimum, & inter imperatores maximum ac summum pietate, qui & viribus inexpugnabilis, & prudentia excellens, & inter omnes bonos qui unquam admirationi fuerunt celeberrimus: cujus nutui & nos parebimus, & servi Dominicæ voluntati obsequemur.

(a) diremta denuo copulare vult

(b, parvi

(c) perfectio

ANNO CHRISTI 1153. 1166.

A ψαι, κατὰ τὸν προφητικὸν λόγον, καὶ ἀπρόσκοπον τὴν ἑνότητα τῶν ἐκκλησιῶν καταστῆσαι, τῆς σῆς ἔσται ἁγιωσύνης, τῆς χριστομιμήτως ὡς ἐξ οὐρανοῦ διακυπτούσης, καὶ τὰ διεστῶτα (1) συναγειν καὶ βουλομένης καὶ δυναμένης εἰς ἕν. ἡμεῖς μὲν γὰρ βραχεῖς, καὶ βραχέος ποιμνίου κατάρχομεν, μέτριον μὲν καὶ κατὰ σταγόνα τὸν λόγον ἔχοντες, ἀρετῆς δὲ μετέχοντες οὐδ᾽ ὁτιοῦν. εἰ καὶ ἡ σὴ ἁγιότης μέγιστα τινα περὶ ἡμῶν ὑπενόησεν, ἐκ τῆς τινῶν αγάπης τῶν ενταῦθα επιδεδημηκότων, καὶ ἡμῖν ὡμιληκότων, πάντως παραπεισθεῖσα. ἡ δὲ γε σὴ τελειότης, καὶ τοῦ παντελείου Χριστοῦ εἰκόνα καὶ ὁμοίωμα φέρουσα κατά τε τὸν θρόνον, κατά τε γνῶσιν, καὶ τὴν τοῦ βίου λαμπρότητα, δυνατὴ πάντως ἔσται καὶ τα διιστῶντα σκάνδαλα περιελεῖν, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις ἀποκαταστῆσαι τὸ ἑνιαῖον καὶ
B ἀδιάτμητον· ἔχει πρὸς τοῦτο (2) ἡ ἁγιότης σου σύμπνουν καὶ συνεργὸν τὸν κραταιότατον καὶ μέγιστον ἐν βασιλεῦσι, καὶ ἀκρότατον τὴν εὐσέβειαν, (3) τὸν καὶ τὴν ἰσχὺν ἀπρόσμαχον, καὶ τὴν φρόνησιν ἀνυπέρβλητον, καὶ ἐν ἅπασι τοῖς καλοῖς παντων τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος θαυμαζομένων ὀνομαστότατον. οὗ τῷ νεύματι καὶ ἡμεῖς ὑπείξομεν καὶ τῷ δεσποτικῷ θελήματι οἱ δοῦλοι ὑπηρετήσομεν.

(1) συνάπτειν

(2) ἡ ἁγιωσύνη σου

(3) τὸν κατὰ τὴν

EDICTUM MANUELIS

Corroborans decreta Synodalia Lucæ patriar. jam edita.

An. Christi 1166.

Edita sunt in hoc vol. pag. 563.

ΠΡΟ´ΣΤΑΓΜΑ ΒΑΣΙΛΙΚΟ`Ν

διαλῦον καὶ ἀνατρέπον τὸ προβὰν ἑβδόμου ἐξ αἵματος βαθμοῦ συνοικέσιον· κωλῦον δὲ γενέσθαι· μὴ γεγονός.

A. C. 1166. Ibid. pag. 565.

TAm sanctissimus dominus meus & universalis patriarcha, quam Christi pontificum conventus, etiam modo de divinorum sacrorumque canonum observatione solliciti, receptamque usu in actibus synodicis de communibus caussis consuetudinem retinentes ad religiosam quoque majestatem nostram referre decreverunt, quæ essent ab se statuta, re-D ĉteque definita de iis, quæ in disceptationem synodicam vocata fuerant: an scilicet ii, qui septimo se gradu sanguinis contingunt, propinquitatem cognationis haud ignorantes, & curiose tamen ecclesiam de futuro contractu non consulentes, atque ita in matrimonium coeuntes, indiremti quidem manere, sed pœnis subiici debeant: potius talis facinoris reos, divelli ab se invicem oporteat. Et quidem expositum de hac quæstione scriptum potestati nostræ obtulerunt, jus majestati nostræ debitum, ceu principi gubernationis gnaro, integrum servantes: & ipsam quoque censuerunt interrogandam, an ejus etiam judicio, quæ decreta essent, probarentur. Hoc enim E in primis esse necessarium perspexerunt, idque rectissime, ac justa sane de caussa. Prorsus autem ipsi matrimonialem ex hoc gradu conjunctionem prohibuerunt, ac plane non permittendam sanciverunt. Neque solum si res ad ecclesiæ consultationem referatur, sed etiam ante hanc interrogationem in opus deductam copulationem dirimendam ac rescin-

THς τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων καὶ νῦν φροντίζοντες συντηρήσεως, ὅ, τε αγιώτατός μου δεσπότης καὶ ὁ οἰκουμενικὸς πατριάρχης, καὶ ἡ τῶν τοῦ Χριστοῦ ἀρχιερέων ὁμήγορις, ἀλλὰ καὶ τὴν κρατοῦσαν ἐν ταῖς συνοδικαῖς περὶ κοινῶν ὑποθέσεων πράξεσι διατηροῦντες συνήθειαν, ἀνενεγκεῖν καὶ πρὸς τὴν ἡμῶν εὐσεβῆ βασιλείαν τὰ παρ᾽ αὐτῶν διαγνωσθέντα καὶ ὁροθετηθέντα καλῶς ἐβουλεύσαντο, ἐφ᾽ οἷς συνοδικὴ προὐτέθη συζήτησις, εἰ χρὴ τοὺς ἐκ τοῦ ἑβδόμου βαθμοῦ ἐξ αἵματος, τὴν τῆς συγγενείας μὲν εἰδότας ἐγγύτητα, περιέργως δὲ ὅμως μὴ πρὸς ἐρώτησιν τῆς ἐκκλησίας τὸ γενησόμενον ἄγοντας, καὶ οὕτω γαμικὸν συνιστῶντας συνάλλαγμα, μένειν μὲν ἀδιασπάστους, ἐπιτιμίοις δὲ καθυπάγεσθαι. εἴτε μὴν ἀπ᾽ ἀλλήλων τοὺς οὕτω κακουργοῦντας διΐστασθαι. καὶ γοῦν τὸν ἐκτεθέντα περὶ τούτου τόμον τῷ ἡμετέρῳ κράτει προκεκομίκασι, τὸ ἐπιστημοναρχικὸν τῆς ἡμῶν βασιλείας παραφυλαττόμενοι δίκαιον, καὶ πυθέσθαι καὶ ταύτης προηρετίσαντο εἰ καὶ κατὰ γνώμην αὐτῆς τὰ κυρωθέντα συμβαίνει· τῶν γὰρ ἀναγκαιοτάτων εἶναι τοῦτο διενοήσαντο, κάλλιστα τε καὶ εὐλογώτατα. οὗτοι μὲν γὰρ τὴν ἐκ τοῦ τοιούτου βαθμοῦ ἐν γάμῳ συζυγίαν πάντη διεκωλύσαντο, καὶ μηδὲ τὴν ἀρχὴν προβαίνειν ἐθεσμοθέτησαν, οὐ μόνον κἂν πρὸς ἐρώτησιν ἔλθῃ τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς ἐρωτήσεως εἰς ἔργον ἀποβᾶσαν, αὖθις διαιρεῖσθαι καὶ διατέμνεσθαι, ἅτε καὶ φύσει, καὶ θείῳ νόμῳ προσπταίουσαν. δίχα μέντοι τῶν μέχρι τότε

φθα-

φθασάντων ἐκτελεσθῆναι γάμων ἐκ τοῦ τοιούτου βαθμοῦ. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τοὺς τολμήσαντας παρὰ τὴν συνοδικὴν ταύτην κύρωσιν διαπράξασθαι, μετὰ τῆς διασπάσεως καὶ ἀφορισμῷ καθυπάγεσθαι. καὶ τοὺς ἐκείνοις δὲ συναινέσαντας, τῆς κανονικῆς πειρᾶσθαι δριμύτητος. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερολογήσαντας καθαιρέσει καθυποβάλλεσθαι. ἐπεὶ δὲ πολλὰ πολλάκις προβαίνουσι συναλλάγματα μετὰ τῶν ἐκ βασιλέων γένους, καὶ τῶν ἄλλων εὐγενεστάτων καὶ περιδόξων ἐν ἀξιώμασι, καὶ τῶν ἐξ ἀλλοδαπῶν χωρῶν, ὧν ῥῆγες καὶ πρίγκιπες ἄρχουσι, μεταγομένων προσώπων ἐπὶ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων, ἅπερ οὐκ ἄνευ τῆς τοῦ ἡμετέρου κράτους κελεύσεως συντελεῖσθαι πάντως πεφύκασιν, ἐν εἰδήσει γενέσθαι καὶ τὴν ἡμῶν βασιλείαν τῶν συνοδικῶς κυρωθέντων περὶ τοῦ τοιούτου ἀναγκαίου ζητήματος ἦν δικαιότατον, ἵνα μὴ κατὰ λήθην ἴσως ἀθεσμόν τι τοιοῦτον συμβαίη συνάλλαγμα, καὶ τοῖς ἱεροῖς κανόσι, καὶ τοῖς νομικοῖς ἀνακόλουθον διατάγμασιν. ἐν πόλει καὶ ταῦτα ταύτῃ, πασῶν μὲν προκαθημένῃ τῷ τῆς αὐτοκρατορίας στέμματί τε καὶ διαδήματι, νόμοις δὲ κατὰ πᾶν διεξαγομένῃ, καὶ εἰς κοινὸν προκειμένῃ τῆς εὐνομίας πᾶσιν ὑπόδειγμα. τοιγάρτοι καὶ ἡ βασιλεία ἡμῶν τὴν συνοδικὴν ταύτην ἐπὶ τῷ ζητηθέντι ἀπόκρισιν, εἴτ' ἀληθὲς εἰπεῖν ὁροθέτησιν, ὡς ἑπομένως τοῖς θείοις κανόσι καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς ἐκτεθεῖσαν νόμοις ἐπέκρινε, καὶ κρατεῖν εἰς τὸ ἑξῆς, καὶ ἀμετατρέπτως ἔχειν εἰς τὸ διηνεκὲς διορίζεται, τῆς αὐτῆς κοινωνοῦσα γνώμης ἐπὶ τῇ λύσει τοῦ προκειμένου ζητήματος, τῷ τε ἁγιωτάτῳ μου δεσπότῃ καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ, καὶ τῇ ἱερᾷ καὶ θείᾳ συνόδῳ. εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν ἐξ ἀγχιστείας συναλλαγμάτων ἐστὶν ἃ τοῖς νόμοις κωλύονται, τῆς εὐπρεπείας χάριν, καὶ τοῦ μὴ συγχέεσθαι τὰ ὀνόματα, πολλῷ μᾶλλον τοῦτ' ἂν ἐνταῦθα παῤῥησιάσαιτο, ἔνθα καὶ τὸ ἀπρεπὲς μετὰ τῆς τῶν ὀνομάτων συγχύσεως, ἀλλὰ δὴ καὶ ἡ τοῦ συγγενοῦς αἵματος ἀλογωτάτη σύγκρασις καὶ ἀνάχυσις. ἵνα τί καὶ δεήσει τοῖς ἐγγυτέρω καὶ καθ' αἷμα συνημμένοις, ἐπιτιμιξίας ἑτέρας καὶ συνενώσεως; ἐκείνοις γὰρ πάντως χρῆναι τὸν σύνδεσμον καὶ τὴν τῶν γάμων συνάφειαν πραγματεύεσθαι, οἷς καὶ ἡ πηγαία τοῦ αἵματος πρόοδος πολλαχῶς μερισθεῖσα καὶ διαιρεθεῖσα, ποῤῥωτέρα διεστηκυῖα γνωρίζεται, εἰς ὄγδοον βαθμὸν περιστᾶσα, κἀκεῖθεν μᾶλλον αὖθις τὴν αὐτῆς ἀπόστασιν προσεπαύξουσα. οὕτω δὴ * προθεμένη τῇ συνοδικῇ περὶ τοῦ ῥηθέντος ζητήματος ἐπικρίσει ἡ εὐσεβὴς ἡμῶν βασιλεία, τὸ παρὸν ἐννομώτατον ἀπολέλυκε θέσπισμα, ὀφεῖλον τῷ τε ἱερῷ χαρτοφυλακείῳ τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας ἐναποτεθῆναι, καὶ πᾶσι τοῖς δημοσιακοῖς ἀρχείοις ἐπιγνωσθῆναι, καὶ ἔχειν εἰς τὸ ἀπέραντον τὸ ἰσχυρόν τε καὶ ἀναλλοίωτον. τὸ, μηνὶ Ἀπριλλίῳ, ἐπινεμήσεως ιδ', διὰ ἐρυθρῶν γραμμάτων τοῦ βασιλέως ἡμῶν τοῦ ἁγίου. καὶ ἡ διὰ κηροῦ συνήθης σφραγίς. τὸ διὰ τοῦ λογοθέτου τοῦ δρόμου, τοῦ ἁγιοθεοδωρίτου Μιχαήλ. καὶ τὸ, κατετέθη ἐν τοῖς δυσὶ μεγάλοις σεκρέτοις, κατὰ μῆνα Μάϊον.

* προσθεμένη

A dendam veluti quæ & in naturam, & legem divinam impingat. Exceptis tamen iis nuptiis quæ ante id tempus ex hoc gradu contractæ fuissent. Nec id modo, verum etiam si qui præter hanc sanctionem synodicam agere ausi fuerint, cum divortio segregationis quoque pœna multandos. Itidem & eos, qui eis adsensi fuerint, severitatem canonicam experiri debere. Præterea sacerdotes ab officio removendos, qui nuptias precibus sacris initiaverint. Et quoniam multa sæpe numero matrimonia contrahuntur cum personis imperatorii generis, aliisque nobilissimis, & dignitate conspicuis, itidemque cum personis exterarum regionum, quibus reges & principes præsunt in hanc reginam B urbium venientibus, quæ sine potestatis nostræ jussu omnino perfici non solent: æquissimum erat, majestatem quoque nostram certiorem reddi de iis, quæ de hac necessaria quæstione sancita per synodum essent, ne fortasse per oblivionem illicitus aliquis hujusmodi contractus, sacrisque canonibus & legum edictis haud respondens accidat, idque hac ipsa in urbe, quæ & cæteris omnibus ob imperii mitram ac diadema præsidet, & legibus in universum regitur, quasique commune quoddam exemplum rectæ legum observationis universis est proposita. Enim vero nostra quoque majestas synodicum hoc de re quæsita responsum, vel verius loquendo C determinationem, veluti sacris canonibus sane quam convenienter, & apostolicis expositam legibus, suo decreto comprobat, & in posterum vigere, ratamque manere citra mutationem aliquam in perpetuum statuit; eandem in quæstionis propositæ solutione sententiam cum sanctissimo domino meo & universali patriarcha, cumque sacra & divina synodo amplectens. Quippe si matrimonia quædam ob adfinitatem legibus prohibentur, decoris scilicet causa, & ne nomina confundantur; multo magis heic istuc libere faciendum, ubi fœditas ipsa cum nominum conturbatione concurrit, atque etiam cognati sanguinis absurdissima commistio et confu- D sio. Cur iis obsecro, qui ceteroquin e propinquo ac sanguinis ratione juncti sibi sunt, alia fit opus commistione et copulatione? Nimirum illis concilianda est colligatio, nuptiarumque conjunctio, quibus originarius sanguinis ortus multipliciter scissus ac divisus, jam longius esse remotus agnoscitur, ad octavum deductus gradum, ideoque distantiam suam magis adaugens. Sic ergo pia majestas nostræ synodalis de dicta quæstione decreto adsentiens, præsentem hanc sanctionem æquissimam promulgavit, quæ et in sacro scrinio majoris illius ecclesiæ Dei recondi collocarique debet, et omnibus archivis publicis innotescere, ac robur inviolabile ad o- E mnem temporis infirmitatem retinere. Dat. mense Aprili, indictione XIIII. rubris litteris sacri imperatoris nostri. Item aderat visitatum sigillum cereum. Et illud, per * discussorem Dromi Michaelem Hagiotheodoritum. Item illud, Depositum in duobus magnis illis secretis, mense Majo.

* Logothetam vel curatorem Dromi.

STATUTA SYNODALIA

Ecclesiæ Gerundensis

Ex MS. Colbertino.

Hic incipiunt constitutiones synodales domini episcopi Gerundensis.

An. incert. 1. SAcerdotes & clerici curam animarum habentes, debent circa tria esse solliciti & intenti, videlicet circa corpus ecclesiæ, & circa seipsos, & circa populum sibi commissum. Circa ecclesiam septem debent attendere; scilicet ut corpus Christi super altari in loco eminenti sub clave custodiatur honorifice & honeste. Chrisma similiter sub clave ponatur. Piscina alta usque ad genua vel amplius juxta altare habeatur, quæ semper sit cooperta. Item, corporalia, pallæ & ceteri panni altaris, & indumenta sacerdotalia munda serventur. Fontes similiter sint mundi & cooperti & nihil ibi reponatur, nisi aqua & chrisma, quando pueri baptizantur. Item parietes & pavimentum ecclesiæ debent munda teneri, & nihil nisi ea quæ ecclesiæ sunt deputata debet in ecclesia reservari, nisi tempore guerræ propter hostiles incursus ibidem aliqua conserventur. Item, libri in loco speciali ordinate ponantur, & attente considerent ne propter negligentiam destruantur.

2. Circa secundum, id est circa seipsos, quinque sunt attendenda, videlicet habitus, officium, conversatio, prædicatio, & administratio.

Habitus debet esse honestus & distinctus ab habitu laicali, longas vestes, & unius coloris debent habere, & super tunicale rotundum & clausum, laneum sive lineum deportetur. Tonsura bene rotunda, & corona magna & lata, sicut decet & expedit, habeantur. Cappæ manicatæ, cultelli acuti ad latus, sotulares cordati eis penitus inhibentur.

3. Officium debet celebrari a clericis horis & temporibus institutis, & debent attendere, quod totum dicant & bene; sed fieri non potest, nisi tria attendant, scilicet ut cor apponant ad ea quæ debent (dicere) & spatiose dicant, & non incipiant versum quousque a socio versus alius finiatur.

4. Conversatio debet esse munda, & honesta, ita ut bona vita eorum sit prædicatio subditorum, & præcipue debent cavere clerici a familiaritate nimia mulierum; & in domo propria non habeant mulieres juvenculas vel suspectas; caveant & maxime a concubinatu, ne incidant in sententiam domini Sabinensis. Nam per consequens, si postmodum divina celebrarint, efficiuntur irregulares, & sunt merito ecclesiastico beneficio privandi. Concubinatum sic declaravit dominus Sabinensis, ut quicumque in domo propria vel aliena, in parochia sua vel in alia, mulieri cum qua peccaverit providit in victu, vel veste, vel conductu domorum; vel etiam si ita peccaret publice cum aliqua, quod in sua parochia scandalum oriretur, concubinarius judicetur. Ergo qui habet aures audiendi audiat quid dicatur.

5. Prædicatio valde necessaria est habenti curam animarum, ut subditis suis frequenter dicat, quid secundum Deum faciendum sit, quid cavendum. Id est ut exerceant se secundum apostolum ad opera pietatis, & peccata caveant & vitent, quantum humana fragilitas nosse sinit, præcipue moneant eos ad poenitentiam salutarem, instruentes eos, ut si aliquando peccarent, diabolo instigante, ad confessionem venire non tardent, & eis exprimant diligenter, quod quicumque semel in anno peccata sua confessus non fuerit, & corpus Dominicum non receperit, nisi de consilio confessoris sui propter causam ad tempus dimiserit, si sic decederet, careat ecclesiastica sepultura. Debet quilibet habere patres, suæ confessionis proprium sacerdotem, vel fratrem Prædicatorem, vel Minorem, vel aliquem sacerdotem cathedral. ecclesiæ, quibus nos audiendi confessiones, generaliter, dedimus licentiam. Debet etiam esse sacerdos circumspectus, cum aliquis ad poenitentiam venerit, ut ipsum circa sacramentum poenitentiæ in principio instruat diligenter, & exponat ei quomodo debet habere cordis contritionem, & oris confessionem, & operis satisfactionem, & habeat firmum propositum, quod non redeat ad peccatum. In istis quatuor consistit poenitentiæ sacramentum, & si aliquid istorum defuerit, nullo modo poenitentia debet dici, si tempus & opportunitas se offerat poenitentis. Verumtamen peccator sine consilio relinquendus. Debet enim sacerdos discutere, quæ sint illa peccata, a quibus peccator abstinere non vult & a quibus proponat de cetero abstinere, & injunctis sibi oratione, jejunio & eleemosyna, secundum quod viderit expedire, consulat ei tria, ut quanto tardius poterit & rarius committat illa peccata a quibus recedere non vult, & cum dolore cordis consideret in illa hora quod propter hæc meretur iram omnipotentis Dei, & supplicium infernale, & sic sacerdos distinguat inter consilium & poenitentiam salutarem, nam poenitentia salvat, & consilium habilitat ad salutem.

6. Quintum & ultimum est administratio. Clerici enim statuti sunt ut administrent septem sacramenta, videlicet baptismum, poenitentiam, corpus Christi, matrimonium, extremam unctionem, confirmationem & ordinem. Ista duo ultima soli episcopi administrant. Unde de quinque primis tria sunt attendenda, qualiter sint conferenda, & quibus, & ea ministrantes a quibus debent præcavere.

7. Baptismus sic est conferendus: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiri-*

ritus-sancti. Amen. Poenitentia ut supradictum est, sic est conferenda, ut illa quatuor permittantur. Corpus Christi sic debet dari: *Corpus Domini nostri* JESU CHRISTI *custodiat & perducat te in vitam æternam. Amen.* Matrimonium autem sic. *Ego do tibi corpus meum in virum, & recipio te in uxorem.* Et ipsa similiter dicat: *Ego do tibi corpus meum in uxorem, & recipio te in virum meum.* Extrema-unctio debet dari secundum quod nos eam diligenter verbis & breviter fecimus annotari.

8. Quibus sit baptismus conferendus? dicimus quod omnibus indifferenter, quod nulli mater ecclesia claudit gremium suum, & Dominus JESUS CHRISTUS hoc ostendere voluit, cum dixit: *Eum qui venit ad me, non ejiciam foras.* Sed Sarracenus vel Judæus cum venerit ad baptismum, est per aliquot dies retinendus, ut instruatur in fide, & probetur quo spiritu ducitur ad baptismum. Poenitentia debet dari illi soli, qui vult facere illa quatuor supradicta. Corpus Christi solis poenitentibus & non aliis debet dari. Matrimonium debet fieri cum diligentia, ita quod in ecclesia tribus diebus omnibus nuntietur, si quis scit impedimenta inter volentes contrahere, ipse clerico manifestet. Extrema-unctio danda est infirmantibus, & etiam solis poenitentibus conferenda. Unde monendus est infirmus, quod petat, si necesse fuerit, unctionem, quod si ex contemtu nollet petere, nolumus quod tradatur ecclesiasticæ sepulturæ. Et hoc tam in omnibus sanis quam infirmantibus eis diligenter & efficaciter exponatur. Nam secundum Jacobum, *qui in uno offendit, factus est omnium reus*, & qui unum contemnit de sacramentis ecclesiæ, omnia præsumitur contemsisse. Exponatur autem eis, quod sacramentum istud valet ad duo, ad peccatorum remissionem, & ad infirmitatis alleviationem, si de illa infirmitate debeat convalescere secundum quod Jacobus in epistola sua dicit. Detur etiam eis intelligi, quod propter hoc non obligantur ad alia, nec astringuntur, nisi ad ea quæ erant primitus obligati. Et sic ad istud sacramentum recipiendum istis modis & aliis inducantur.

9. Ultimo videndum a quibus ministrantes sacramenta debeant cavere. Secundum enim verbum Domini, qui dixit: *Gratis accepistis, gratis date.* Ex quo gratis potestatem acceperunt conferendi, gratis debent conferre sacramenta, & non vendere, sicut quidam faciunt in sui damnationem, spiritualia vendentes, quos Dominus expulit de templo cum flagellis asperrime verberando. Et in hoc intelligimus non solum sacramenta, sed sepulturas, & missas, & alia spiritualia, quæ non sunt temporali pretio comparanda, tamen facto sacramento, possunt petere secundum consuetudinem approbatam.

10. Circa tertium, id est circa subditos, debent esse clerici vigiles & attenti, præcipue ut eos in publico sinant esse. Inter quæ tantum ad præsens volumus quatuor exprimere, videlicet ne permittant eos esse in publica fornicatione, sed eos moneant diligenter, quod ducant ipsas mulieres in uxores, si non sit aliquod impedimentum, aut recedant penitus ab eisdem; quod si noluerint facere, præmissa trina monitione, excommunicationis sententia innodentur. Secundum est, si vir & uxor non cohabitent simul, inquirat sacerdos quis eorum sit in culpa, & compellat per eamdem censuram eosdem simul cohabitare, & reddere ubi ad invicem debitum conjugale. Tertium est de publicis usurariis, moneant eos, ut hujusmodi officium derelinquant, cum sit inter alia peccata tale vitium reprobandum; & nisi velint desistere, supradicta sententia feriantur. Quartum est de venditionibus & emptionibus factis in fraudem usuræ, v. g. qui vendunt bladum pretio quo carius vendatur usque ad messem; quod si quis diligenter consideret, maxima est usura: alii emunt e contrario pro valde nimio pretio; quæ omnia in fraudem usuræ fiunt. Et isti similiter sunt monendi ut a talibus contractibus se contineant, alias eosdem subiiciant sententiæ supradictæ. Ista enim quatuor intelligimus, si publice committantur, & volumus & districte mandamus, quod sicut dominus papa præcipit, sententiæ omnes & causæ in scriptis redigantur, trina semper monitione præmissa, diem & annum in scriptura similiter redigentes. Actum & publicatum in concilio Gerundensi anno Domini MCCLVII. XIV. calendas Novembris.

Synodus semper celebretur in IV. feria ante festum B. Lucæ. Et si festum B. Lucæ fuerit in IV. feria, eadem die incipit synodus celebrari.

SYNODUS ANNI MCCLXI.

11. Item, volumus & mandamus nihilominus statuentes, quod omnes clerici, qui in aliquibus ecclesiis nostræ dioecesis sunt stabiliti, intersint assidue divinis officiis & horas canonicas, ut moris est, in dictis ecclesiis celebrent, nisi causa legitima & rationabili fuerint præpediti; alioquin præcipimus clericis parochialibus, vel illi qui major fuerit inter eos, eidem in virtute sanctæ obedientiæ injungendo, ut moneant & inducant clericos antedictos, quod ea quæ superius sunt expressa, effectui mancipare studeant, eosdem ad hoc si necesse fuerit trina monitione præmissa, vice nostra per censuram ecclesiasticam compescendo.

12. Item, statuimus, quod nulli clerici nostræ dioecesis præsumant recipere aliquem factum ordinem in nostra dioecesi vel etiam alia, sine nostra licentia speciali, nec præsumat etiam post susceptum ordinem celebrare, donec litteræ suæ promotionis nobis duxerint ostendendas; quod si fecerint, ipso facto, ab executione sui officii sint suspensi.

13. Item, volumus & mandamus insuper statuendo, quod aliquis prælatus vel clericus nostræ dioecesis non præsumat recipere aliquem clericum alterius dioecesis sine nostris litteris testimonium perhibentibus de eodem, quod si fecerit, ab ingressu ecclesiæ per annum noverit se suspensum.

14. Quoniam constitutio per bonæ memoriæ dominum Petrum prædecessorem nostrum edita, qua cavetur quod aliquis clericus vel prælatus dioecesis Gerundæ non præ-

Anno Christi 1261.

præsumat recipere aliquem clericum alterius dioecesis, sine litteris Gerundensis episcopi, testimonium perhibentibus de eodem, quod si fecerit, ab ingressu ecclesiæ se noverit suspensum, gravia pericula & scandala plurima sæpius dignoscitur attulisse, ac afferre in posterum potest merito formidari. Idcirco nos Petrus Dei gratia Gerundensis episcopus futuris cupientes periculis de opportuno remedio providere, de nostri Gerundensis capituli consilio & assensu, prædictam constitutionem in plena synodo, ut sequitur, duximus interpretandam, declarandam ac etiam de cetero observandam. Statuentes ut nullus prælatus vel clericus dioecesis Gerundensis præsumat recipere aliquem clericum alterius dioecesis in sua ecclesia vel capella, ad missarum solemnia publice celebranda, nec ad curæ animarum officium, nec ad aliquod aliud sacerdotale officium exercendum sine litteris nostris vel successorum nostrorum perhibentibus testimonium de eodem, ac sibi licentiam concedentibus ad missarum & alia prædicta officia exercenda, nisi esset persona bonæ conversationis, & famæ, nota prælatis & clericis supradictis, in quo casu possit missarum solemnia exercere. Ad privatas vero missas & secrete celebrandas, sacerdos quilibet alienæ dioeceseos admittatur, dummodo primo sui episcopi ostendat de susceptis sacris ordinibus & de licentia (litteras) ut possit in ipsis ordinibus ministrare. Qui vero contrarium fecerit, ab ingressu ecclesiæ per mensem unum, præsentis constitutionis auctoritate, noverit se suspensum, nisi esset clericus alterius dioecesis, qui iret cum archiepiscopo, vel episcopo legato, abbate, vel alio prælato, aut nuncio, seu ambaxiatore regis vel alterius principalis aut magnatis. Talis enim clericus, seu clerici absque exhibitione alicujus litteræ, & absque ostensione sui episcopi licentiæ, in ecclesia vel capella ad missæ officium, & alia divina celebranda officia per totam Gerundensem dioecesim libere admittantur, nec in hoc casu recipiens tales alienæ dioecesis, pœnæ suspensionis prædictæ laqueo intendimus comprehendi aliquatenus nec ligari.

De monachis & canonicis regularibus.

15 Cum cura seu sollicitudo pastoralis officii sic debeat circa statum et conversationem subditorum esse pervigil et attenta, quod iis, quæ salutem impediunt animarum, paterna provisione penitus reseratis, ut humilis devotio clericorum possit dignis laudibus apta reddi, & eidem semper feliciter famularetur. Nos P. Dei gratia episcopus Gerundensis, quia, ut intelleximus, querelam plurium et clamorem, qui frequenter circumserpit aures nostras, quod nonnulli monachi, canonici regulares et etiam clerici sæculares in sacerdotio constituti, ardore avaritiæ, sive ambitione acquirendæ pecuniæ calefacti, tepidique officio caritatis, rectis propriis monasteriis et ecclesiis, in quibus tenentur Dominum contemplari, non solum in causis ecclesiasticis et coram judice sæculari in casibus a jure permissis, verum etiam in causis forensibus universis, sine delectu, coram judicibus sæcularibus advocare præsumunt, interponendo cavillationes, frustratorias allegationes, iniquas exceptiones, frivolas et inanes, partesque vexantur laboribus et expensis: propter quæ ecclesiæ, a quibus stipendia recipiunt, debitis obsequiis seu divinis officiis, et illi contra quos in ipsis causis existunt, juri suo minus debite defraudantur, in grave ipsarum animarum periculum et jacturam, et in magnum scandalum aliorum. Attendentesque quod gravia et absurda non debemus sub dissimulatione silentii oculis conniventibus pertransire; sed morbo hujusmodi medelam adhibere celeriter, præsenti decreto statuimus, ut si aliquis clericus tam civitatis, quam dioecesis Gerundensis in sacerdotio constitutus, in aliquibus causis coram judice ecclesiastico vel etiam sæculari advocare aliquatenus non præsumat, præter quam pro se ipso, vel ecclesia sua, aut in causis conjunctarum personarum, aut miserabilium personarum, quæ tamen pro se ipsis non possint causas proprias gubernare, nec de suo conducere advocatum, in quibus causis eis liceat coram utroque judice postulare: ita tamen quod in duobus casibus prædictorum, videlicet quando advocabunt pro conjunctis et pro miserabilibus personis, gratis impendant eis patrocinium, nec inde recipiant pro salario vel mercede, nec etiam fiant sæcularis vel ecclesiastici negotii susceptores. Clerici etiam minores ordines adepti, beneficia habentes, quibus sit cura animarum annexa, de quibus valeant sustentari, non advocent, nisi pro seipsis vel ecclesiis eorumdem, aut pro conjunctis vel miserabilibus personis, sine mercede, ut de sacerdotibus est prædictum, coram judice sæculari. Statuimus etiam ne aliqui monachi vel regulares canonici postulent in causis ecclesiasticis vel forensibus, nisi proprii monasterii poscat utilitas, et tunc eis hoc liceat, imperantibus abbatibus, vel prioribus eorumdem, nec sæcularis nec ecclesiastici negotii susceptores existant. Et nullus omnium prædictorum audiat aliquas causas ab aliquibus eis commissas, nisi a nobis vel officiali nostro, vel a superioribus nostris ipsi fuerint specialiter delegatæ. Nos si quidem volentes prædicta universa et singula inviolabiliter observari, in omnes illos qui contrarium faciunt præmissorum, auctoritate nobis tradita, excommunicationis sententiam ex tunc, ut ex nunc, hac scriptura indice promulgamus, ita quod ipso facto sint excommunicationis vinculo alligati.

16. Item, statuimus, et statuendo inhibemus, ne aliquis clericus habens quodvis beneficium ecclesiasticum, ratione cujus teneatur in certo loco facere residentiam personalem, pro aliquo clerico faciat servitium alterius beneficii sive loci in eadem ecclesia vel etiam aliena; quod si fecerit, poenam quam sustinere merentur sanctæ obedientiæ transgressores, se noverit incursurum. Contigit namque multoties pro alieno servitio faciendo servitium proprium deperire.

17. Quoniam quidam sub ambiguitate constitutiones nostras synodales a nobis editas de sacerdotibus et curam animarum habenti-

tibus, qui advocationibus intendebant locorumque sibi servitio commissorum intelligerent, cupientes nos perversum eorum intellectum, omnemque ambiguitatem removere, quæ obscura viderentur eis volumus declarare, ut animarum periculum evitemus, & ad eorum commodum intendamus. Verbum vero eis ambiguum scilicet *postulare* interpretamur, postulare in judicio, aut causam fovere ex proposito non præsumant, præterquam pro se ipso & hominibus suis, & ecclesia sua, & hominibus ecclesiæ suæ, *conjunctarum* exponimus usque ad quintum gradum consanguinitatis & affinitatis inclusive. Illud vero *nec aliquid inde accipiant*, declaramus ex pacto. Hoc vocabulum *susceptores*, id est quod sint tamquam reum actores, nisi in casibus & personis superius de advocatione expressis. Illi vero clausulæ *a nobis vel ab officiali nostro vel a superioribus nostris* addimus quæ sequuntur: *vel nisi a viris ecclesiasticis eis clausulæ tam civile quam canonicæ committantur*, de quibus tantum possint cognoscere intra limites parochiæ ecclesiarum, vel nisi a sæcularibus dominis parochiarum, qui jurisdictionem aliquam habere noscuntur, causæ subditorum suorum committantur eisdem, de omnibus tantum qui fuerint infra limites parochiarum suarum, in quibus supradicti clerici beneficium habeant vel alii residentiam faciant personalem, nec extra limites parochiarum suarum causas determinent a prædictis omnibus sive clericis sive laicis eis commissas, ut superius est expressum, nec sua loca vel ecclesiæ eisdem commissæ propriis obsequiis defraudentur. De arbitris vero dicimus quod possint suscipere suo modo in judiciis superius intentis. Præterea sine omni obstaculo licet universis compositiones facere & tractare, ac pacem & concordiam inter omnes undecumque fuerint ad invicem reformare.

18. Nos Petrus Dei gratia Gerundensis episcopus, volentes periculis succurrere animarum, ut mores & actus clericorum in melius reformentur, de consilio & assensu capituli nostri, hac præsenti constitutione duximus statuendum, quod nullus clericus civitatis vel diœcesis Gerundensis ludat de cetero ad taxillos vel ad ludum aliquem taxillorum. Quod si fecerit, ex nunc ipsum excommunicationis sententia innodamus. Actum est hoc iii. idus Octobris anno Domini MCCLXI.

SYNODUS ANNI MCCLXVII.

19. Anno Domini MCCLXVII. IV. idus Octobris. Cum ecclesiæ, quæ domus orationis vocantur, ad cultum divini nominis & laudes Christo Domino referendas, non ad profana fuerint institutæ, nos Petrus Dei gratia Gerundensis episcopus in plena synodo duximus statuendum, quod tripudia & choreæ, seu turpes & inhonestæ cantilenæ in ecclesiis non fiant seu etiam dicantur. Si quis vero præsentis nostræ constitutionis temerarius transgressor extiterit, ipso facto, tandiu a participatione sacramentorum & ingressu ecclesiæ sit privatus, quousque per nos vel officialem nostrum ad hæc fuerit restitutus. Si vero aliquis in sua pertinacia seu malitia perseveraverit per tres menses, legitima monitione intra dictos tres menses eidem transgressori præmissa, a suo proprio sacerdote excommunicationis sententia innodetur, relaxante pœnam interdicti, & constitutionem quæ super hoc fuerat per nos promulgata. Verum si alienos parochianos in aliqua ecclesiarum nostræ dioeceseos hanc constitutionem contigerit violare, per clericos earum ecclesiarum hoc denuncietur delinquentium sacerdoti, & ipse juxta prædictam formam contra eos procedere teneatur. Et ne aliquis ab observatione hujus constitutionis per ignorantiam se valeat excusare, volumus & mandamus, ut præsens constitutio per tres dies Dominicos vel festivos in ecclesiis solemniter publicetur.

SYNODUS ANNI MCCLXXIV.

20. Anno Domini MCCLXXIV. XVII. cal. Novembris, nos Petrus Dei gratia episcopus Gerundensis, residentes in synodo, inhibemus ne aliquis laicus tempore interdicti præsumat sepelire in cimiteriis alicujus ecclesiæ aliquem defunctum cum aliqua solemnitate: statuentes quod si contra hoc fecerit, sit ipso facto excommunicationis sententia innodatus, & quod prius non absolvatur a dicta sententia, excepto mortis articulo, quam corpus per ipsum laicum sepultum manibus & expensis propriis fuerit exhumatum.

21. Prædictas constitutiones confirmat dominus Benedictus nunc divina miseratione episcopus Gerundensis, & ipsas vult in suo robore perdurare. Actum est hoc xiv. cal. Novembris anno Domini MCCLXXIV.

In concilio Ilerdensi.

22. Animarum languoribus qui ex sacrarum constitutionum transgressione vel omissione trahunt originem, præsentium patrum approbatione subvenire curantes, statuta sacri concilii generalis, quæ pro magna parte non sine gravi periculo sunt neglecta, pleniori diligentia de cetero præcipimus observari, & studiose corrigi ea quæ contra ipsum concilium temere sunt præsumta; in primis præcipientes, ut & constitutio de conciliis provincialibus & episcopalibus synodis celebrandis pro correctione & reformatione morum salubriter edita secundum suum tenorem firmiter observetur.

De correctione subditorum.

23. Constitutio de correctione subditorum edita firmius observetur, et circa subditorum correctionem prælati diligenter vigilent, et videant ne sanguis subditorum de ipsorum manibus a domino requiratur, et cum ad ipsos clamosa insinuatione pervenerit, si ad inquisitionem descendere non valeant commode, pro eo quod processus ille plurimum habet laboris et dispendii, multaque diffugia, saltem purgationem inducant canonicam solemniter faciendam, in qua qui defecerit, canonice puniatur.

24. Quam salubre sit, quam utile prædicatores per singulas ecclesias ordinare, appa- ret

ret ex diſpendio quod ſequitur. Quare ſub animadverſione divinæ ultionis diſtricte præcipimus, ut per ſe vel per alios viros ad prædicationis officium idoneos per ſuas dioeceſes prædicent verbum ſalutis æternæ.

De his qui neſciunt loqui verbis latinis.

25. Statuimus quoque, quod omnes beneficiarii et omnes promovendi in eccleſiis parochialibus, qui latinis verbis loqui neſciunt, exceptis illis de quorum profectu propter ætatem non eſt ſperandum, in ſtudio ab epiſcopo et archidiacono loci, ubi tale jus conſuevit habere archidiaconus, per ſubtractionem beneficiorum, quouſque latinis verbis loqui ſciant, addiſcere compellantur. Illis autem qui ſtudere in grammatica et proficere voluerint, miſericorditer indulgemus, ut beneficia ſua integre in ſcholis habeant a proximo feſto S. Johannis uſque ad triennium, ac ſi in ſuis eccleſiis deſervirent, proviſo tamen (quod aliquis) in eccleſia remaneat debito ſervitio deſolata. Quo vero infra terminum hunc non tantum proficere curaverit, quod latinis verbis loqui ſciat, qui ſuam neglexerit vincere ignorantiam, donec talem negligentiam per ſequens ſtudium correxerit, beneficio ſuſpendatur eodem. Et quoniam multi affectant clericalem caracterem et libertatem eccleſiaſticam, vel beneficium, et tamen addiſcere negligunt, præcipimus ut a talibus tonſurandis caveatur attente, præſertim in illis locis, in quibus obtenta prima tonſura ratione natalis ſoli, ſibi in eccleſia vindicant portionem. Ad quartum autem gradum nullus omnino clericus ſæcularis promoveatur, qui latinis verbis loqui neſciat.

Contra concubinarios.

26. Ad extirpandam clericorum incontinentiam, ſtatuimus ut quilibet epiſcopus in prima ſynodo quam ipſum celebrare contigerit, ſuſpenſos denuntiet omnes ſacerdotes, diaconos, ſubdiaconos, et omnes beneficiatos, qui ex tunc in ſuis domibus vel alienis detinere præſumſerint publice concubinas, et illas, quæ de cetero fuerint talium concubinæ, denuntiet excommunicationi ſubjectas, & ſepeliendas, ſi deceſſerint, aſinorum ſepultura. Et has ſententias epiſcopi et ipſi ſacerdotes in publicis prædicationibus denuntient. Si quis vero hac de cauſa ſuſpenſus præſumpſerit celebrare divina, non ſolum eccleſiaſticis beneficiis ſpolietur, verum etiam pro hac duplici cauſa perpetuo deponatur.

De vita & honeſtate clericorum.

27. A crapula et ebrietate omnes clerici digenter abſtineant, officia vel commercia ſæcularia non exerceant, maxime inhoneſta, joculatoribus, mimis, et hiſtrionibus non intendant, tabernas prorſus evitent, niſi neceſſitatis cauſa in itinere conſtituti. Ad aleas et taxillos non ludant, nec hujuſmodi interſint. Coronam et tonſuram habeant competentem, clauſa deſuper deferant indumenta, nimia brevitate vel longitudine non notanda. Pannis rubeis vel cendatis ſeu viridibus aut virgatis tunicis vel ſuper tunicis ſic apertis, quod oſtendant latera, ſic ſtrictis quod femoralia demonſtrent, necnon manicis vel ſotularibus conſutitiis vel roſtratis, antifrigiis pictis, pileis ſerico ſuperornatis, fibulis aut corrigiis auri vel argenti ornatum habentibus, centuriis ſericis quoque deauratis vel coloris varii, frenis, pectoralibus, calcaribus deauratis, vel aliam ſuperfluitatem gerentibus non utantur. Nullus in ſacerdotio vel perſonatu conſtitutus, cappam manicatam gerat, niſi juſta cauſa timoris exegerit habitu transformari ad divinum officium. Inter eccleſiam cappam manicatam nullus clericus gerat. Sententiam ſanguinis nullus clericus dictet aut proferat, nec litteras dictet ſcribat pro vindicta ſanguinis deſtinandas, nec vindictam ſanguinis exerceat, vel ubi exerceatur interſit. In eccleſiis, civitatibus, villis, vel ardeis * clerici cultellos acutos vel arma portare non præſumant, niſi forte ob defenſionem proprii corporis juſti cauſa timoris. Si quis autem contra hanc conſtitutionem venire præſumpſerit, ſi beneficiatus fuerit, ſuſpendatur ab omnibus beneficiis, et cum ad emendationem venerit, tanto tempore poſtmodum eorumdem perceptione beneficiorum careat, quanto in iſta contumacia permanere præſumſerit. Si vero beneficiatus non fuerit, ab introitu eccleſiæ ſuſpendatur.

* areis.

Qualiter altaria eccleſiæ munda teneantur, & Corpus Chriſti.

28. Præcipimus, ut eccleſiæ, & omnia oratoria, vaſa divini miniſterii, pallæ altaris, corporalia, & veſtimenta miniſtrorum munda & nitida conſerventur. Chriſma, oleum & euchariſtia caute ſerventur, clavibus adhibitis, necnon & altare conſecratum diligenti ſervetur cautela, ne ad aliquod prædictorum manus temeraria ſe extendat pro aliquibus nefariis exercendis. Sacra quoque euchariſtia ad infirmos cum campana & lumine honorifice deportetur, & in ſingulis octo diebus renovetur.

Contra illos qui contrahunt matrimonia in gradu prohibito, vel clandeſtina.

29. Diſtricte præcipimus per omnes eccleſias in præcipuis ſolemnitatibus excommunicatos publice denuntiari omnes illos, qui in gradu prohibito contrahere matrimonia præſumſerint; qui vero matrimonia ſeu contubernia contraxerint, niſi infra annum diſpenſationem obtinuerint, ex tunc excommunicationis ſententia ſe noverint innodatos. Interim autem a carnali eoſdem copula præcipimus abſtinere. Qui vero clandeſtina contraxerunt matrimonia, tamquam excommunicati ab omnibus evitentur, & donec de legitimitate perſonaliter eccleſiæ conſtiterit, ab invicem ſeparentur.

De degradatione clericorum.

30. Nec clerici in opprobrium & odium eccle-

ecclesiæ ea crimina impune committant, pro quibus laici poenam incurrerent capitalem; præcipimus ut clericus qui furto, vel crimine falsi, rapina, homicidio, raptu mulierum, in cudendo falsam monetam, vel in aliis criminibus quæ capitalem poenam merentur, publice fuerit deprehensus, a suis ordinibus perpetuo degradetur; si subdiaconus & infra, ab uno episcopo, si diaconus, a tribus episcopis, si sacerdos, in concilio provinciali, vel aute habito numero canonico episcoporum, quatenus qui ecclesiastica libertate tam flagitiose abutitur, clericali privilegio sit privatus.

31. Districte præcipimus, quatenus in omnibus ecclesiis parochialibus, in quibus infra terminum a jure præfixum, ab illis ad quos pertinent, dioecesano non fuit clericus præsentatus ad curam animarum, ipse dioecesanus in ecclesiam eamdem clericum instituat, nec ipsam parochiam ulterius viduam remanere permittat.

De eo qui vendit Christianum Sarracenis.

32. Statuimus, ut quicumque de cetero Christianum vel Christianam vendiderit Sarracenis, ipso facto sic excommunicatus, nec possit absolutionis sententiam obtinere sine auctoritate apostolicæ sedis.

Monachus vel canonici regulares curam animarum non exerceant in ecclesia sæculari.

33. Inhibemus districtius ne quis monachus in ecclesia sæculari curam animarum excitare præsumat. Hoc ipsum pari districtione canonicis regularibus inhibemus, nisi ex indulgentia sedis apostolicæ demonstrare valeant hoc sibi fuisse commissum.

Qui obligant personatum vel dignitatem.

34. In ecclesiis cathedralibus & regularibus districtius inhibemus, ne aliquis personatum vel dignitatem suam, sicut de jure non potest, ita nec de facto pro aliqua summa pecuniæ præsumat aliquatenus obligare; decernentes ipsam obligationem non tenere: hanc poenam transgressoribus infligentes, ut quicumque contra hanc constitutionem venire præsumserit, ipso facto ab omni officio et beneficio, donec ab apostolica sede veniam impetraverit, sit suspensus.

35. Quia in plerisque partibus censura ecclesiastica enervatur; et ecclesiasticæ disciplinæ severitas contemnitur a quibusdam, statuimus præsentis approbatione concilii, quod si quis clericus, proprio exigente delicto, fuerit ab episcopo vel metropolitano suo excommunicationis sententia innodatus, & per annum in ipsius laqueo damnabiliter præsumpserit ex certa scientia permanere, ineligibilis perpetuo fiat: ita quod numquam

A aliquam ecclesiasticam dignitatem valeat adipisci. Si vero laicus fuerit, quamdiu perstiterit in excommunicatione, numquam ad actus legitimos admittatur; & si curia ipsum vellet admittere, ipsum non admittere per censuram ecclesiasticam ab episcopo arceatur: nihilominus statuentes, ut si quis clericus litteras sui episcopi aut metropolitani malitiose recipere contemserit, ex ipsius culpa contemtus ab officio suspensum se noverit ipso jure. In hoc autem juri noluimus episcoporum in aliquo derogari.

36. Item, quoniam nonnulli in ecclesiis cathedralibus & aliis conventicula illicita præsumunt contrahere, contra jura sacramentis & pactionibus se ad invicem colligen-
B tes, ut ratione majoris numeri in ecclesia beneficium valeant obtinere, & conspirationes contrarias æquitati tam contra socios, quam contra majorem suum temere facientes, propter quod ecclesiæ Dei grave imminet detrimentum, sacro approbante concilio, statuimus regimine utentes officii pastoralis, ut morbo hujusmodi utiliter succurratur, quod quicunque talia fecerit, usque ad xx. dies, ex quo notitia constitutionis ad eum pervenerit, vinculum colligationis dissolvat; alioquin si in malitia sua perseverare præsumserit, ipso facto, suspensionis sententiam se noverit incurrisse. Item cum aliqui quærentes quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi,
C cum beneficia ecclesiastica vacant, socios sibi attrahunt, et pactionibus illicitis eos sibi alligant, ut propter majorem numerum pravitatis, obtinere valeant quæ intendunt, in offensam Dei & scandalum populi Christiani, ut propriæ ambitioni damnabiliter satisfaciant: Ideo statuimus, sacro concilio approbante, quod quicumque de cetero talia præsumserit attentare, omnino beneficio careat sic obtento: ita quod numquam in eadem ecclesia beneficium valeat adipisci.

37. Item, dominis sacerdotibus ne aliquid exigant ante benedictionem nuptialem, nec ante sepulturam, sive pro matrimonio celebrando; sed celebratis nuptiis, exigant quod
D consuetum est, si necesse sit, mortuarium, quia plus licite possunt facere, vel ante consuetudinem tolerare.

De tempore nuptiarum.

37. Item, dominis sacerdotibus, ne faciant nuptias ab Adventu Domini usque ad festum S. Hilarii, et ex tunc fiant usque ad septimanam septuagesimæ, et ex tunc cessent usque ad Dominicam de *Quasi modo*. Et ex tunc usque ad Dominicam de *Vocem jucunditatis*, quæ præcedit festum Ascensionis. Et tunc cessent continue per tres septimanas usque ad Dominicam de Trinitate: et tunc cele-
E brent usque ad Dominicam de Adventu, hoc proviso, quod prima Dominica Adventus, quæ inducit prohibitionem, intelligatur prohibita, et festum S. Hilarii, quod inducit permissionem nuptiarum, intelligatur concessum; et sic de aliis.

IN SEQUENTES INTERROGATIONES
COLLECTORIS PRÆFATIO.

ÆVO Caroli Magni; quæ epocha eſt eccleſiaſticæ diſciplinæ reſtitutæ, cœperunt epiſcopi nedum in adminiſtratione ſacramentorum ſanctiori, ſed & in ſollicita gubernandi vigilantia, muneris ſui partes omnes diligentius implere. Inter cætera ad id adjumenta inſtitutæ ſunt diœceſis luſtrationes ſacræ, quas epiſcopi olim quidem ab initio per ſe plerumque obibant; dein vero archidiaconos ſeu decanos in partem curæ illius adſciverunt. Diœceſim ita circumeuntibus epiſcopis id erat potiſſimum ſtudii ut de moribus inquirerent ſubditorum: quæ ſingulis in locis increviſſent vitia: quis vigor eſſet diſciplinæ. Omnia vero poſtquam exploraverant, tum vel ad ſedem ſuam reverſi, ſynodos diœceſanas habebant; vel ad totius provinciæ concilium rem deferentes cum ſociis epiſcopis ſive clericis in commune conſulebant de remediis, quæ vulgaribus veluti morbis medendis aptiſſima fore arbitrabantur. Eo tendere credo interrogationes haſce ex Burchardo lib. 1. cap. 94. acceptas; non alio conſilio huc translatas, niſi quod in ſynodorum ſcopum referrentur, & ex ſynodicis canonibus conditæ eſſent. Earum ætas, ſi ex authore unde petuntur exploranda eſſet, ſæculi X. exitum vel XI. exordium non excederet. Verum Burchardus pro more ſibi familiari e vetuſtis conciliorum canonibus illas tranſtulit in ſuum codicem, meditans veterem diſciplinam ætate ſua collapſam reſtituere; quare in illis elucentes mores cave credas ipſam eſſe ſæculi X. vel XI. eccleſiaſticam conſuetudinem. Abſtinentia a ſanguine & ſuffocato ſive a potu laticis in quo mus vel muſtella caſu aliquo demerſæ periiſſent; ante ſæculum X. profecto ceſſaverat; quanquam hic præcipiuntur tamquam diſciplinæ caput neceſſarium. Utrumque vero hoc accepit Burchardus ex Bedæ pœnitentiali cap. XIV. Nihil ibi quidem de ſuffocato ſive morticino, ſi vulgata lectio attendatur; ſed vitium irrepſiſſe credo in illud: qui fraudatum comedit; *emendandum ratus ita:* Qui ſuffocatum comedit; *ut ex interrogationibus noſtris illud Bedæ exprimentibus diſcimus. Cæterum diſciplinæ capita multa hic apparent optima, ut de connubiis vetitis inter propinquos, cum filia baptiſmi, item cum filia* quam quis tenuit ante epiſcopum, *nempe cum filia confirmationis. De vacatione ab operibus ſervilibus dominicis feſtiſque per annum diebus habentur egregia. Jejunia per annum nonniſi quadrageſimale, quatuor temporum, litaniarum majorum & rogationum; ſive quod forte epiſcopus ad malum aliquod avertendum indixerit, recenſentur. Cætera ex ipſa lucubratione repetas, quam hic edo, licet jam dudum in Burchardo vulgatam, cum editum Burchardi opus rariſſimum ſit; MSS. autem ejus codices licet non adeo infrequentes, paucis tamen ſint obvii. Ego in defectu excuſi codicis, quo careo, manuſcripto veteri, de quo in præfatione dixi, uſus ſum.*

INTERROGATIO EPISCOPI AUT EJUS MISSI.

I.

EST in hac parœchia homicida, qui hominem aut ſpontanea voluntate, aut cupiditatis, aut rapacitatis cauſa; aut caſu aut nolens, aut coactus, aut pro vindicta parentum, aut *in bello*, (a) aut juſſu Domini, aut proprium ſervum occiderit?

(a) Beda de remed. peccat. cap. 3.

II.

Eſt aliquis patricida, aut fratricida qui patrem, matrem, fratrem, ſororem, avunculum, aut aliquod parentum interfecerit?

III.

Eſt aliquis, qui presbyterum, aut diaconum, aut aliquem clericorum occiderit, vel aliquo membro detruncaverit?

IV.

Eſt aliquis, vel aliqua, qui infantem proprium oppreſſerit, vel veſtimentorum pondere ſuffocaverit. Et ſi hoc factum eſt ante baptizatum, aut poſt baptizatum, aut ſi infans infirmatus per negligentiam parentis abſque baptiſmo obierit?

V.

Eſt aliquis, vel aliqua, qui alterius partum excuſſerit, vel ipſa fœmina propria voluntate ſuum partum, vel conceptum excuſſerit, & abortum fecerit?

VI.

Eſt aliqua fœmina, quæ in fornicatione concipiens, timens ne manifeſtaretur, infantem proprium aut in aquam projecerit, aut in terram occultaverit quod morbi (manu antiqua morvi) dicuntur)

VII.

Eſt aliquis, qui uxorem ſuam abſque lege, aut certa probatione interfecerit?

VIII.

Eſt aliqua fœmina, quæ virum ſuum vel aliquem hominem per herbas venenatas, vel mortiferas potiones interfecerit? vel aliam hoc facere docuit?

IX.

Eſt aliquis, vel aliqua, qui hoc fecerit, vel aliquem facere docuerit, ut vir non poſ-

sit generare, aut fœmina concipere.

X.

Est aliquis, qui proprium servum extra Judicem occiderit, & aliqua fœmina, quæ ancillam propriam necaverit furore zeli inflammata?

XI.

Est aliquis, qui Diabolo impellente semetipsum occiderit?

XII.

Est aliquis, qui in bello publico homines vulneraverit, & nescit si de illo vulnere aliquis perierit; & si alicui imputatur quod hominem occiderit, & ipse hoc denegaverit?

XIII.

Est aliquis, qui in consilio fuerit ut homo interficeretur, & non fuit in facto, & tamen per ejus consilium, & hortationem interfectus est?

XIV.

Est aliquis, qui truncationes manuum, pedum, linguæ, & testiculorum fecerit, & oculos alterius eruerit?

XV.

Est aliquis conjugatus, qui cum alterius uxore adulterium perpetraverit, vel uxor cum alterius viro?

XVI.

Est aliquis, uxorem habens, qui concubinam simul habuerit ancillam propriam, aut aliam fœminam?

XVII.

Est aliquis, qui uxorem legitimam dimiserit, & alteri se conjunxerit, & aliam in conjugium acceperit?

XVIII.

Est aliqua mulier, quæ virum proprium dimiserit, & alteri se conjunxerit? sunt aliqui interveniente repudio, qui ab invicem sint separati & sic maneant?

XIX.

Est aliquis, qui absque consensu uxoris, derelicto legitimo conjugio in monasterium intraverit?

XX.

Est aliquis, qui suam conjugem quamvis culpabilem, sine episcopi judicio reliquerit?

A

XXI.

Est aliqua mulier quæ con (forte non) suo viro fornicata fuerit?

XXII.

Est aliquis uxore carens, qui cum alterius conjuge fornicatus fuerit; aut si qua mulier non habens virum cum alterius marito?

XXIII.

Est aliquis non habens uxorem, qui cum fœmina, quæ virum non habet fornicatus
B fuerit?

XXIV.

Est aliqua laica, quæ mœchata fuerit cum adolescente?

XXV.

Est aliquis qui desponsatam puellam non duxerit, & fidem sponsaliorum fregerit?

XXVI.

Est aliquis, qui quamcumque fœminam
C virginem, aut viduam per raptum traxerit & sociaverit sibi in matrimonio; & si aliqui sunt, qui hoc consentientes, & adjuvantes fuerint.

XXVII.

Est aliquis, qui cum Judæa, vel si Judæus, vel Paganus cum aliqua Christiana mæchatus fuerit.

XXVIII.

Est aliquis, qui sanctimonialem vel viduam Deo sacratam rapuerit, & in conjugium
D sumpserit, vel ipsis consentientibus cum eis fornicatus fuerit.

XXIX.

Est aliquis, qui vivente Marito conjugem ipsius adulterasse accusatur, & ei in proximo defuncto eamdem sumpsisse dinoscitur.

XXX.

Est aliqua mulier, quæ dicat quoniam vir ejus non possit cum ea coire, & ob hanc causam discidium quærit; & alium virum velit accipere.

E

XXXI.

Est aliquis, qui cum matre spirituali mæchatus fuerit, vel eam in matrimonium acceperit, similiter, qui cum filiola, quam e sacro Fonte susceperit, aut ante Episcopum tenuit?

XXXII.

Eſt aliquis, qui propinquam ſuam, & conſanguineam in matrimonium accepit, aut cum ea fornicatus eſt.

XXXIII.

Eſt aliquis, qui irrationabiliter, ideſt contra naturam, cum maſculis, & mutis miſceatur animalibus.

XXXIV.

Eſt aliqua mulier, quæ lenocinium fecerit?

XXXV.

Eſt aliquis, qui in ſua domo conſentiat cum propriis ancillis, vel genitialibus ſuis adulteria perpetrari.

XXXVI.

Interrogandum ſi aliquis fur, aut ſacrilegus ſit in eadem plebe, qui Eccleſias Dei fregerit, vel de Eccleſia aliqua furatus ſit, aut publice rapuerit, vel latenter ſubripuerit, aut ſi aliquis rapax, & raptor, & damnator Eccleſiæ Dei eſt.

XXXVII.

Interrogandum ſi aliquis perjurus ſit, aut ſciens, & pro cupiditate terrena pejuraverit, & ſi neſciens, aut coactus viſu ſenioris, aut pro membris, aut vita redimenda, aut ſi quis ſcienter non ſolum pejuraverit, ſed etiam alios in perjurium duxerit.

XXXVIII.

Interrogandum ſi aliquis ſcienter contra aliquem falsum teſtimonium protulerit, & quale damnum aliquis per hanc teſtificationem habuerit?

XXXIX.

Interrogandum ſi aliquis hominem liberum, aut ſervum alterius, aut peregrinum, aut adventitium furatus fuerit, aut eum blandiendo ſeduxerit, aut ſi aliquis Judæo, vel Pagano Chriſtianum mancipium vendiderit, aut ſi ipſi Judæi Chriſtiana mancipia in ſuo ſervitio habeant, vel vendant?

XL.

Interrogandum ſi aliquis ſit Magus, Ariolus, aut incantator, divinus, aut ſortilegus; vel ſi aliquis vota ad arbores, vel ad fontes, vel ad lapides faciat, aut ibi candelam, ſeu quodlibet munus deferat, vel ut ibi quoddam numen ſit quod bonum, aut malum poſſit inferre?

XLI.

Perſcrutandum ſi aliquis Subulcus, vel Bubulcus, ſive venator vel cuncti alii hujuſmodi diabolica carmina dicant ſuper panem, aut ſuper herbas, aut ſuper quædam nefaria ligamenta, & hæc aut in arborem abſcondat, aut in bivio, aut in trivio projiciat, ut ſua animalia liberet a peſte, & clade, & alterius perdat.

XLII.

Perquirendum ſi aliqua fœmina ſit, quæ per quædam maleficia, & incantationes mentes hominum ſe immutare poſſe dicat, id eſt, ut de odio in amorem, aut de amore in odium convertat, ut bona hominum aut damnet, aut ſubripiat. Et ſi aliqua eſt, quæ ſe dicat cum Dæmonum turba in ſimilitudine mulierum transformata certis noctibus equitare ſuper quaſdam beſtias, & in eorum conſortio adnumeratam eſſe.

XLIII.

Interrogandum ſi aliquis ſanguinem, morticinum, aut dilaceratum a beſtia comederit.

XLIV.

Eſt aliquis, qui juravit quod Deo contrarium eſt ut Fratri numquam reconcilietur, quod eſt peccatum uſque ad mortem.

XLV.

Eſt aliquis, qui bibit de liquore, in quo Muſtela, vel mus, ſive aliquod immundum animal injectum eſt.

XLVI.

Eſt aliquis, qui Jejunium Quadrageſimale, vel quatuor temporum, ſive Litaniæ majores, vel rogationum, ſive indictum ab Epiſcopo jejunium pro quacumque plaga non obſervaverit.

XLVII.

Eſt aliquis, qui bibit, aut manducavit, aut portavit ſuper ſe quo exiſtimaverat ſe Dei judicium pervertere poſſe.

XLVIII.

Eſt aliquis, qui Kal. Januarii aliquem fecerat, quod a Paganis inventum eſt, & dies obſervavit, & Lunam, & Menſes, & horum effectiva potentia aliquem ſperaverat in melius, aut in deterius poſſe converti.

XLIX.

Eſt aliquis quodcumque opus inchoans, qui aliquid dixerat, aut quacumque magica arte aliud fecit, niſi ut Apoſtolus docet omnia in nomine Domini facienda. Neque enim Dæmones in noſtrum adjutorium debemus invoca-

ANNO CHRISTI incerto

carc, fed Deum.
In collectione fimiliter herbarum medicinalium fymbolum, & orationem Dominicalem dicere oportet, & nihil aliud.

A

L.

Quærendum etiam fi mulieres in lanificiis fuis vel in ordiendis telis aliquid dicant, aut obfervent nifi ut fupra dictum eft omnia in nomine Domini.

LI.

Eft aliquis, qui oblationes, vel eleemofynas parentum defunctorum injufte retineat.

B

LII.

Eft aliquis, qui fupra mortuum nocturnis horis carmina Diabolica cantaret, & biberet, & manducaret ibi, quafi de ejus morte gratularetur. Etfi alibi mortui in vigiliis nocturnis, nifi in Ecclefia cuftodiantur.

LIII.

Eft aliquis, qui non communicet vel tribus temporibus in anno, ideft in Pafcha, Pentecoften, & Natale Domini, nifi pro mortiferis criminibus & Epifcopi, vel Sacerdotum judicio a comunione non fuerit remotus.

C

LIV.

Eft aliquis, qui in die Dominica, vel in præcipuis feftivitatibus quidquam operis faciat, & fi ad Matutinas, & ad Miffam, & ad Vefperas impætermiffe omnes currant.

LV.

Eft aliquis excommunicatus, qui pro nihilo duxerit excommunicationem, & fi aliquis cum excommunicato communicaverit.

D

LVI.

Eft aliquis, qui modum pœnitentiæ fibi injunctum non cuftodierit.
Eft aliquis, qui patrem, aut matrem inhonoraverat, aut percufferat, aut maledixerat?

LVII.

Eft aliquis, qui vomitum poft Euchariftiam acceptam per ebrietatem fecerat?

LVIII.

E

Eft aliquis, qui fuam decimationem Deo, & fanctis ejus detraxerat?

LIX.

Eft aliquis qui tam perverfus, & Deo alienus fit, ut faltem Dominica die ad Ecclefiam non venerit?

ANNO CHRISTI incerto

LX.

Si Porcarii, & alii paftores Dominica die ad Ecclefiam non veniant, & Miffam non audiant fimiliter in aliis feftivitatibus.

LXI.

Eft aliquis, qui ad Confeffionem non veniret, vel una vice in anno, ideft in capite Quadragefimæ, & pœnitentiam pro peccatis fuis non fufciperet?
Eft aliquis, qui affiduam ebrietatem fectatur Apoftolo dicente; *neque enim ebriofi regnum Dei poffidebunt*.

LXII.

Eft aliquis, qui contempto fuo presbytero, in aliam parochiam iret ad ecclefiam & ibi communicaretur, & fuam decimam daret?

LXIII.

Inquirendum de mendicis, qui per patrias difcurrunt, & fi unufquifque pauperem de familia fua pafcat.

LXIV.

Interrogandum fi in unaquaque plebe Decani funt per villas conftituti viri veraces, & Dominum timentes, qui cunctos admoneant ut ad Ecclefiam pergant ad matutinas miffas, & ad Vefperam, & nihil operis in diebus feftis faciant, & fi horum quifquam tranfgreffus fuerit ftatim presbytero annuntient, fimiliter de luxuria, & omni opere pravo.

LXV.

Eft aliquis, qui bandum Epifcopi, aut præfbyteri fui excommunicationem parvipendens pro nihilo duxerit.

LXVI.

Perquirendum fi Parochiani presbytero fuo debitum fuum impendant, aut fi eft aliquis qui cum verbo, vel pacto inhonoret, & ejus monita fpernet.

LXVII.

Eft aliquis qui peregrino, aut Viatori hofpitium contradixerit.

LXVIII.

Inquirendum eft quas feftivitates colant.

LXIX.

Interrogandum fi patrini filiis fuis fymbolum, & Orationem Dominicam infinuant, aut infinuari faciunt.

LXX.

LXX.

Perquirendum si quatuor, aut quinque, vel plures interfecerint homines.

LXXI.

Est aliquis, qui contradicat Episcopo, aut ejus ministris? Ne coloni, aut servi pro commissis criminibus virgis nudi cædantur?

LXXXII.

Inquirendum si aliquis peregrinum, qui de sua patria propter Paganorum infestationem, vel persecutionem fugit, hac de causa quia in domo ejus mansit, & diebus, aut annis loco mercenarii illi servivit pro proprio servo illum velit habere, & vendere, aut dare alicui præsumat?

LXXIII.

Est aliquis, qui injusta mensura suam annonam, aut vinum vendat, cum Dominus dicat, *æquus sit tibi modius, & æquus sextarius*.

LXXIIII.

Denuntiandum etiam quam magnum piaculum sit usuras exigere, & de alieno fœnore velle ditescere, & quod sacri Canones tales ab Ecclesia eijci præcipiant.

LXXV.

Est aliquis, qui propter cupiditatem Judæum, atque Paganum interfecerit?

Est aliquis insaniens qui aliquem hominem occiderit.

LXXVI.

Est aliquis, qui, cum arborem succiderit, & dum operi necessario insisteret aliquis subtus arborem deveniens improvise opprimeretur?

LXXVII.

Est aliquis, qui conjurationes, & conspirationes sectaretur?

LXXVIII.

Est aliquis, qui Ecclesiam, aut Clericum fatigare præsumpserit?

LXXIX.

Inquirendum de profugis, & perfidis Clericis, & Laicis.

LXXX.

Percontandum de confratribus, et Fraternitatum societatibus qui aliter in Parœchiis agantur.

LXXXI.

Interrogandum si cantica turpia, et risum moventia aliquis circa Ecclesiam cantare præsumat.

LXXXII.

Perquirendum si aliquis Ecclesiam intrans fabulis vacare consuevit, et non diligenter auscultare divina eloquia, et si antequam Missa finiatur de Ecclesia exierit.

LXXXIII.

Interrogandum si oblationem, idest panem, et vinum viri, et fœminæ ad Missas offerant, etsi non viri conjuges offerant pro se, suisque omnibus ut in Canone continetur.

FINIS.



